CHILIANVS

BERCHTOLDVS

[illegible] . [illegible] 3/65 [illegible] (2 vols) :

see under *Concilia Omnia*, Cologne, 1538 (2 vols) [illegible]

Ecclesiam tuam, quæsumus, domine benignus illustra.





CONCILIA

OMNIA, TAM GENERAlia, quam particularia, ab apostolorum temporibus in hunc vsque diem a sanctissimis patribus celebrata, & quorum acta literis mandata, ex vetustissimis diuersaꝝ regionū bibliothecis haberi potuere, his duobus tomis continentur.

Ad Conventum vallis Speciosae

TOMVS PRIMVS

Ea recenset concilia, quæ a beato Petro apostolo vsqꝫ ad Iohannē huius nominis papam secundū seruata inuenimus. Quoꝝ ordinem & nomina si quis accuratius desideret, versa pagina indicabit.



COLONIAE, M. D. XXXVIII.
Mense Septembri Petrus Quentel excudebat.
Cum gratia & priuilegio tam Cæsario q̄ regio per Imperium, atqꝫ Brabantiam, ac vltra Mosam.





CAROLVS IMP. QVINTVS.

AVGVSTISSIMO INVICTISSIMOQVE IMPERATORI CArolo, eius nominis quinto, frater Petrus Crabbe Machliniensis, ordinis diui Francisci de obseruantia,

S. P. D.

CVm tuas ego res, bello, paceꝗ gestas, Imperator CAROLE, optime, maximeꝗ princeps, animo mecum reputarem, vnus profecto visus es, quē vniuersa Christiana respub. tantis, tam sæuis, ac tam diuturnis fluctibus agitata, concupitæ, exoptatæꝗ quietis atꝗ tranquillitatis authorem sit tandē habitura. Nam si verū sine cuiusquam inuidia fateri licet, posteaꝗ̃ impia & immanis illa, sceleratissimaꝗ Mahumeti tyrānis inualuit, nullū fuit vsquā genus hominū, cui plus debuerit, debeatꝗ Christiana religio, q̃ inuictæ maiorꝝ tuorꝝ nobilissimæꝗ virtuti. Cum em̄ reliqui fere omnes & reges & populi Christiani, ignauo quodā animi languore contabuissent, illi soli sunt inuenti, qui excelso atꝗ ingenti animo omnem barbarorꝝ impetum sustinuerint, atque represserint, imo fuderint, fugarint, oppresserint. Nam Italiæ vires quanq̃ & validæ sint, & maximæ, tamen, quia nescio quo infelici fato intestinis semper seditionibus, inimicitijsꝗ laborare consueuerunt, nec potuerunt omnino, nec item possunt palā ostendere, quantū vi prudētiæ & animi robore vigeāt, floreāt, ac cæteris oībus ferme gentibus antecellāt. Tu vero Cæsar inuictissime multo illustrior, felicior, amplior, ac beatior es Iulio illo Cæsare, ac Pompeio magno, maximis quondā Romanorꝝ ducibus, quos in arce fortitudinis, virtutisꝗ caput orbis Roma collocauit, vt qui rerꝝ gestarꝝ magnitudine cæteros ante se principes, regesꝗ superarunt, ac longo interuallo post se reliquerunt: sed imperandi tamen libidine ac ambitione pestifera, semetipsos, atꝗ rempublicam perdiderunt, quod ille superiorem, hic vero parem ferre non posset. Proinde tutelaria Imperij, regnorumꝗ numina, ciuitatum, atꝗ vrbium peculiares genij, ac ipse summus orbis vniuersi gubernator deus, vt humano generi, rebusꝗ fessis rite consulerent, amplissima totius Europæ regna tuæ felicitati atque virtuti vltro commendarunt, ac arcana quadam fatorꝝ vi, ad tuū sacratissimū Imperium ac ditionem adiunxerunt, Hispanias videlicet, pientissimis semper principibus fœcundas, Siciliam maximam, locupletissimam, ac feracissimam omnium insularum, Germaniam semper hactenus inuictā, Austriam, Burgundiam, Brabantiam, Flandriam, Bohœmiam, Hungariam, Sarmatiam, aliasꝗ innumerabiles regiones. Quæ quondam terrę clarissimos ac fortissimos heroas progenuerunt, Hispania videlicet Traianos, Theodosios, Theodoricos, Ferdinandos: Sicilia Rogerios, & Rupertos, Brabantia Pipinos, Carolos, Henricos, Gotifredos: quos omnes si pro rerum gestarꝝ dignitate recensere voluero, arenam profecto maris & stellas cœli stolide conabor numerare. Illud constat Horatiano testimonio,

Fortes creari fortibus & bonis.
Est in iuuencis, est & in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Equidem vt paucula de multis recenseam, Henricus ille primus, post pulsos e Gallia Romanos, dux Brabantinorum cum filio Pipino principe itidem Brabantinorũ, progenitores tuæ maiestatis bellicosissimi, cum Hilderico rege Francorũ ex Germania magna profecti, apud Tongros sedes sibi constituerunt. Deinde post mortẽ Athilæ famatissimi Germaniæ atque Sarmatiæ regis, Carolus ille Martellus cognomento, Brabantiæ princeps, gentilis tuæ maiestatis, cũ exigua admodũ manu, potentissimos, innumerabiles, immanissimosq́ hostes intrepide aggressus, non modo virtute sua deuicit, verum etiam penitus deleuit. Et licet vndiq́ perstreperent arma, Aquitania, Celtæ, Narbonenses, Franciaq́ occidentalis animos rebelles sustulissent, Phrysij, Saxones, Dani, Veneti, Sclaui, Lusatij, Mœsij, Marcomanni, Megaloburgẽses, Pomerani, Silesij, Moraui, Poloni, Auares, & Hunni, in Austria, Stiria, Carinthia & Hungaria alieni a religione Christiana vltro bellis infesti essent, Sarracæni ingenti mortalium numero occupatis Hispanijs, in Gallias terra mariq́ cũ liberis & vxoribus irrupissent, tanq̃ perpetuas ibi sedes collocaturi: tamen Carolus ille inuicti animi princeps, nihil veritus, tot millia Barbarorum, cum perq̃ exigua manu vltro citroq́ ex prælio in prælium veluti turbo irruens, Saracænos acie non semel profligauit, eosdemq́ ad internitionẽ deleuit, ne cladis quidẽ nuntio superstite. Quadringenta hostium millia cæsa fuisse, ab historicis bona fide proditũ est. Carolus de suis paucissimos desiderauit, estq́ illi cognomentũ ab ea cæde hostium inditũ, q̃ mallei in morẽ, capita hostium viresq́ penitus contriuisset. Germanias, Galliasq́ in libertatem asseruit, ac a Sarracænorum incursionibus liberauit. Eius nepos Carolus ille vere magnus, eas gentes ex Austria atque Hungaria ita exterminauit, vt earum quoq́ nomina deleuerit. Quid Gotifredũ illũ Bullonienſem, eiusq́ fratres cõmemorem, qui relicto genitali solo, pro pietate sumptis armis, in Asiam irruperũt, ferro sibi viam per Turcarum strages Sarracænorũq́ fecerũt, Syriam ex acerbissima diuturnaq́ seruitute liberã reddiderũt, Palestinã, vrbemq́ sacrosanctã Hierosolymã nostræ salutis officinã, crudelissimis Barbaris extorserunt: regesq́ Hierosolymorum iure optimo sunt appellati, longissimoq́ tẽpore earum regionũ imperio in medio hostium feliciter sunt potiti? Rursus Baldouinus ac Henricus fratres Flandriæ ac Hannonię comites, expugnata viribus Constantinopoli, Orientis imperiũ sibi vindicarunt. Quid ego nunc referã, quæ Iohanes Atauus, ac Philippus Abauus aduersus Turcas gloriosissime fidissimeq́ gesserũt, quę Fridericus ille tertius, eiusq́ vere incõparabilis gnatus Maximilianus, cuius auitam gloriã tibi potes hæreditario iure vindicare? Sed hac ipse quãuis immensa gloria non cõtentus, horum omniũ pulcherrima facinora longo demũ interuallo Cæsar optime maximeq́ superasti, qui toties paucis annis collatis signis, ex omniũ hostiũ genere triũphos clarissimos reportaris, Turcã repedare trepidũ sæpius coegeris, Aphricã pulso Aeneo-

barbo

barbo subiugaris, rege, suo regno iterum restituto: & quod omnium maximum est, sic semper fueris animo tuo moderatus, vt ex acerbissimis hostibus amicos tibi affinesq; pararis: docuerisq; nec eos bello vinci posse, qui tuis pugnent auspicijs: nec tuã maiestatẽ a quoq̃ posse beneficentia vlla superari. Quis aũt satis possit illud pro rei dignitate laudare, quod annis superioribus ad tollendas Christianæ fidei cõtrouersias, quas iampridẽ fera pessima excitauit, tanta diligẽtia, tantisq; sumptibus apud Germaniæ principes egeris, vt exorta ante aliquot annos dissidia, cõmodissima ratione tollerent. Deinde non fueris grauatus in ipso Aphricanæ tuæ victoriæ cursu Romã proficisci, ac cũ S.D. nostro Paulo summo pontifice, eius nominis tertio, ea de re prudentissime consultare, atq; hortari, vt q̃primũ indiceret more maiorũ sacrum Concilium generale, quũ hocipsum vnicũ rerum componendarũ tranquillandarumq; remediũ videretur. Hæc antea conquieueris, q̃ sacratissimo Cardinalium collegio subscribente, atque probante, fuerit per hunc ipm pontificem vere maximũ indicta synodus vniuersalis, vt vocant, quã speramus, extinctis ac suppressis hisce bellorũ tumultibus, propediẽ feliciter successurã. Verũ quoniam ad rerũ futurarũ prouidentiam mirũ in modum conducibile est, ea quæ superioribus temporibus a viris prudẽtissimis acta sunt atq; prudenter excogitata, penitus cognouisse, vt in templo domini pro nostra quoq; virili duo minuta offerremus, exẽplo pauperculæ illius viduæ, cuius laus est in euangelio, per varias antehac bibliothecas diligenter inuestigauimus veterũ schedas & exemplaria, in quibus acta Conciliorũ generalium continerentur, vt quæ in libris hactenus typis excusis vel deprauata fuerant, vel etiã prætermissa, non absque summa fruge lectoris emendatiora in lucem, locupletioraq; prodirent. Hoc opus tuæ sacratiss. maiestati dedicare visum est, vt qui pro maximo splendore Imperij, Christianæ fidei protector atq; defensor es eximius, id quod multis iam antea præclarisq; testimonijs orbe comprobasti, Conciliorũ quoque generaliũ acta omnia, quæ ad nostrã peruenerũt ætatem, in quibus plerunque de rebus fidei summis, magnis animorũ motibus disceptatum esse constat, veluti in numerato habeas: sciantq; populi vniuersi, te principe, de rebus hactenus optime constitutis, ac diuini spiritus consilio ac inspiratione probatis, nihil a quoq̃ posse conuelli. Quod autem ad meam tenuitatẽ attinet, in hoc tanto opere nihil mihi arrogo p̃ter qualem qualem diligentiam, quã pro meo modulo præstiti in inuestigandis veterũ commentarijs, quoquot vsquã gentium reperire potuerim. Quã sedulitatem si tuæ sacratiss. maiestati placuisse cognouero, abunde satis magnũ fructum vigiliarũ mearũ mihi videbor esse consequutus. Oraturus perpetuo deum optimum, maximũ, vt hunc tuæ maiestatis animũ iuuandæ modis omnibus, pacãdæq; religionis, fouere dignetur ac amplificare, tuæq; sacratiss. maiestati prosperitatem felicitatemq; largiri. Ex Machlinia, tuæ quondam pueritiæ alumna suauissima, officiosissimaq;, Kalendis Ianuarijs, Anno a natali Christiano, M. D. XXXVIII.

ORNATISS. IVRECONSVLTO SPLENDIDISS. QVE EQVITI AVRATO, Dn. Lamberto a Briarde præſidi Parlamentei Senatus, cæteriſq; viris integerrimis, eruditiſſimiſq; Conſiliarijs magni concilij Cæſarij Machliniæ, frater Petrus Crabbe Machlinienſis ordinis diui Franciſci de obſeruātia

S. P. D.

CVm ſuperioribus annis multa paſſim iactarentur, viri ſpectabiles, ornatiſſimiq;, de neceſſitate habendi concilij generalis, ob luem peſtiferā in religione Chriſtiana quorundam improborum hominum temeritate non ita pridem excitatam, quæ, ſatore zizaniæ procurante, nimium (proh dolor) nimiumq; inualuit, multoſq; hactenus parum cautos inuoluit: cœpi non mediocri ſtudio per omnes vndique bibliothecas inquirere, ecquid ad veterum, recentiumq; ſynodorum notitiam pertineret. Qua in re non ſimplex mihi labor eſt oblatus, dum & vetuſta exemplaria manu ſcripta, & recentia typis excuſa, parum inter ſeſe conuenirent, & in vtriſque multa paſſim prætermiſſa, vel inuerſa viderentur, confuſa ratione temporum, vel imperitia librariorum, vel temeritate, qui dum caſtigaturos ſeſe mendas librorum arbitrabantur, longius ab ſcopo aberrauerint. Et quanquam viderem hoc, quicquid eſt negotij, maius eſſe q̄ vt rem totam poſſem pro dignitate inuolutam explicare, tentandam tāmen exiſtimaui, inuocato illius auxilio, qui dat omnibus affluenter, & nulli improperat, vt ſi rem ad vmbilicum perducere, & eidem colophonem imponere non liceret, cæteris tamen anſam præbuiſſe videremur exactius ac limatius rem ipſam pertractandi, reuocandiq; ſub incudem. Nam ſi quid hic noſter labor publicæ ſtudioſorum vtilitati profuturus eſt (vti certo confidimus ac ſperamus) nihil tamen inde nobis compendij peculiariter poſtulamus præter communē ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti gloriā. Quod ſi alicubi nos quoque dormitauerimus, vt ſunt res omnes hominum imperfectæ, ac memoria ſane q̄ labilis, ſperamus ab optimis, doctiſſimiſq; viris facile veniam nobis cōcedēdam in tanta vetuſtiſſimarum rerum perplexitate, ac obſcuritate. Quod autem duos hoſce tomos Conciliorum generalium primum Cæſareæ maieſtati dedicauerimus, deinde veſtro quoque ſpectatiſſimo collegio, quod in hiſce regionibus inferioris Germaniæ, quod ad adminiſtrandæ iuſtitiæ rationem attinet, tanti principis ipſiſſimam imaginem repræſentat, id non alia ſane ratione fecimus, q̄ vt meam erga D. V. obſeruantiam intelligeretis, quæ ab ineunte ætate vna mecum iuſtum ſuſcepit incrementum. Nec id quidem immerito. Nam quum inter cætera natalis vrbis meæ ornamenta, quæ & plurima ſunt & maxima, nullum tamen ſit excellentius atq; præclarius, q̄ quod principum beneficio iam olim digna fuerit habita Machlinia, in qua talis

tātuſq;

tantusque senatus continuo resideret, ac passim omnibus tam publice, quam priuatim aliqua hominum temeritate, dolo, vel improbitate circumuentis, præsentissimam opem, subsidiumque posset afferre. Non patitur summa vestra modestia fusius a me commemorari, quanta æquitate, diligentia, cura, solicitudine, in rebus controuersis summorum hominum, mediocrium, atque infimorum pertractandis semper vsi fueritis, quanta dexteritate lites calamitosorum absolueritis, quanta cum vestra dignitate atque laude optimi principis voluntati parueritis, semperque pareatis, quæ vel attingere singula, nedum explicare, breuitas epistolaris minime patitur. Proinde laudibus vestris omissis, quibus explicandis ingenue profiteor longe alia opus esse facundia, ac plusquam Ciceroniana eloquentia, ad rem ipsam magnopere festinantes, & hunc laborem nostrum qualis qualis est, & nosmetipsos V. R. commendamus, oraturi semper deum optimum maximum, vt vestrum hunc tantum iustitiæ zelum, sua benignitate prouehat, & pro pijssimis tandem laboribus copiosissimam iustissimamque mercedem retribuere non grauetur.

Valete viri ornatissimi, spectatæque virtutis, & hunc nostrum laborem, atque affectum grato suscipientes animo, pro genuina benignitate ab improborum inuidorumque morsibus tueamini. Ex Machlinia, Calendis Ianuarijs, Anno a Natali seruatoris, millesimo, quingentesimo, tricesimo octauo.

AD LECTOREM.

NOn te fugiat, cādidiſſime lector, quædā nō incōueniēter pro totius huiuſce ſequē-tis opis tam introductiōe, q̄ etiā inſtructiōe pmittēda eē. Nēpe ipa talia ſunt, qbus p parat via, oſtiū́q; reſerat, p quæ ad oīm ferme cōcilior̄ ac reliquor̄ arcē domicili-uḿq; iucūdius faciliuſq; q̄ añ pueniri poterit. Nōne peregrinātē plurimū oblectabit, ſi qs illi eā pmōſtret terrā, quā ſit petitur⁹, cui⁹ diuitijs ditari ſe ſperat? Ver̄ hæc talis diues opū prouincia ſalubris ē, & admodū delectabilis, in quā nūc tales tāq; ptioſe aduectę ſunt mer ces, vt aīa illis nr̄a & refici ſpūaliter, & mores cōponi ſalubriter, & fides roborari poſſit va lidi⁹. Hinc oīm virtutū ditati bonis, ad æterna tādē gaudia, deo Opt. Max. auſpice, felici-ter pueturi. In his nāq; tomis duob⁹ euāgelica ſil' & aplica doctrina luce clari⁹ explicat. Igit nō te ptereat hic nr̄ labor, in his ſacratiſſ. libris verſare, in his te occupa, q cæteris qbuſq; poſt ſacræ bibliæ volumē, poſt ſacratiſſ. euāgelica verba, poſt aplicā doctrinā, dubio pro cul pferēdi ſunt. Porro, iucūdiſſimū erit, huic nr̄o volumini, ſtudioſum ac catholicū in-ſudare lectorē, qd à multis milib⁹, tū ineptijs, tū mēdis (qbus antea ſcatebat) repurgatū, ex inutili prorſus ac ſcabroſo, factū eſt vtile ac pclar̄. Nā ſi qs mēdar̄ locos recēſere vellet oēs, intolerabilē ac plane infinitū ſubiret laborē. Ad vitādū ergo hoc incōmodū, q volue rit huiuſce rei veritatē agnoſcere, cōferat opus iſtud cū impreſſiōe Parrhiſieñ. atq; etiam Colonieñ. & id qdē de verbo ad verbū, & experiet, nō minorē illor̄ & nr̄or̄ nūc recēs æditor̄ codicū, q̄ noctis ac diei eē differētiā. Fateor tñ, q̄ pter ea, pſertim, vbi in margi nibus locus obſcurus, vel corruptus, aut ſiſe poſitū eſt, plura adhuc eē haud ſatis caſtigata, ex eo, q̄ vetuſtiſſima exēplaria (qbus vndiq; collectis vſi ſumus) adeo deprauata fuere, vt etiā accedētibus eximijs doctiſſ. probatiſſimiſq; magiſtris ac doctoribus, eoruḿq; reqſitis ad hæc cōſilijs, reſtitui minime potuerint. Nec vere tutū fuiſſet, aut parui pōderis res, ex cōiectura ſola ea voluiſſe immutare, imo cōſultius iudicatū eſt, poſteris etiā quædā relin-quere, q̄ vel p ingenij limpiditatē, aut p exemplarior̄ correctior̄ adeptionē, ipſi reſtitue-re poſſent. Oro ptetea lectorē, mihi in oībus veniā impartiri, ſi nō ſint ſingl'a adamuſſim reſtituta etiā in epatuū aſſignatiōe, vbi nō paruus labor appoſitus ē. Exēplarior̄ qppe q̄-tuor aut qnq; tāta erat diuerſitas, vt licet adhibita ſit oīs opa ex Ptolomæo, Plinio, Strabo ne, Antonino, & Solino, imo ex oīm diocœſiū Chr̄ianitatis catalogo, Romæ, tpe Innocē tij papæ quarti, anno videlicet incarnationis dñi. M.CC.LII. ab eccleſia recepto, reſtitui tñ illa vix potuerint. Etiā hoc breuiter adnotare placuit, negligētia chalcographor̄ in textu quādoq; poſitū, cū nota parēthēſis, quod cū nota, alias, in margine debuiſſet ſcribi. Marginales quoq; additiōes p hoc verbū, alias, nō incōſulto adiecimus, nec ſine ſyncero ſtudio id actū eſt, nēpe ideo, vt libror̄, q ad nr̄as manus puenerūt, in veris ſentētijs, & di-uerſitas, & numeroſitas agnoſceret, licet pleriſq; in locis eadē eē ſnīa videat. Potuiſſemus tamen copioſiorē lectionis varietatē adieciſſe, modo id cuiquā profutur̄ credidiſſemus.

Illud etiā addere placuit, q̄ vbicūq; in vitis pontificū ſummor̄ legit, illos celebraſſe du as, tres, qnq;, per mēſem Decēbrē, ordinatiōes, nō eſſe ita intelligēdū, q̄ in Decēbri vnius anni tot ordinationes celebrauerint, ſed p diuerſos annos ſucciſiuos mēſe tali. Ex oībus itaq; iā pmiſſis attēde lector, duos hoſce cōcilior̄ tomos nihil aliud eſſe, q̄ apothecā quā-dam oīm aromatū ſpūaliū, mira ſuauitate redolentē. Cuius rei periculū, q facere voluerit, illos diligēter reuoluat, ac tabellas nr̄as hic ſubſequētes ſedulo intueat. Poſtremo, te il-lud latere nō volumus Lector ſtudioſiſſime, q̄ quū in vna ex tabulis ſtatim ſubſequenti-bus, loca quædā euumeramus, ex qbus vetuſtiſſimos, ac maxime approbatos accepimus codices, nos propterea nō credere, neq; etiā opinari, in exteris natiōibus, & pclaris vniuer ſitatibus, tales inueniri non poſſe, aut minime haberi. Tua etiā beneuolētia ex eadē illa ta-bella hoc inferre non debet, nos non plura loca, aut plures ciuitates ac bibliothecas perlu ſtraſſe, q̄ ibi expſſerimus. Perluſtrauimus profecto, per diuerſa regna, & id qdem non ſi-ne maximo labore, plus q̄ quingētas bibliothecas, ex qbus ea quoq; oīa excerpſimus, quę ad totum hoc noſtrum concilior̄ negotiū conducere videbant, ſicut in fine ſecundi To-mi ſatis ſuperq; expreſſum reperies. Fecimus quantum in nobis fuit. Fecimus (inquam) quod in hunc vſq; diem (vt citra iactantiam loquamur) fecit. Si igitur, vel Romæ, vel Ve netijs, vel Bononiæ, vel in alijs remotiſſimis a nobis locis, meliora, aut caſtigatiora quæ-piam inueneris, ea a te in lucem prodi non prohibemus. Vale, Lector feliciter, Colo-niæ ex ædibus honeſti ciuis Petri Quentell, Anno a natali Chriſtiano, M. CCCCC. XXXVIII. duodecimo Kalendas Septembres.

Breuis co-

BREVIS EORVM QVAE
TOMIS ISTIS CONCILIORVM RECENS SVPER-
addita sunt, & quæ tam Parrhisiensi quàm Coloniensi æditiõibus antehac publicatis, etiamnum desunt, adnotatio.

DE primatu ecclesiæ tractatus.

¶Canones apostolorum Græce, numero .84. & illorum translatio præter antiquam secunda, ædita per Gregorium Haloandrum. Additi itaque sunt canonibus antiquis canones trigintaquatuor.

¶Vitæ summorum pontificum per Damasum papam vsque ad sua tempora cõscriptæ. Quæ vero sequuntur, per alium quempiam eruditum cõgestæ sunt. Illorum (inquàm) pontificum, quorum vel ponuntur decreta, vel sub quibus celebrata creduntur concilia, siue concilium, quæ continue ad illorum vitas continuantur. In quorum assignationem ulta lectu, ac scitu iucunda, & digna lector offendet. Quorundam etiam vitæ ex Platina decerptę sunt, vt studioso lectori desit nihil.

¶Adnotationes pro concordia quadam discordantium annorum circa pontifices errore chronographorum, præsertim circa tempus Antheri papæ.

¶Adnotationes in marginibus circa loca Bibliæ, & similiter cõcordantium canonum, quoad vel decreta pontificum, vel conciliorum capitula. Nec solum etiam quoad librum decretorum Gratiani, verum & Iuonis Carnoteñ. atque quoad tres alios decretorum libros, quorum vnus est sedecim librorum partialium, secundus quinque, tertius trium.

¶Diuersæ diuersorum exemplarium lectiones, licet nonnunquam omnino cum eo, quod in textu habetur, idem significent, sunt appositæ, tum ne lateat lectorem diligentia, quæ in huius voluminis restitutione adhibita est, tũ propter quorundam superstitionem, qui temere solent vbicunque oblatum forsan acceperint exemplar aliquod vetustius, quod aliam ponat lectionem, ilico aut chalcographum, aut certe quemlibet alium, iudicare, vel culpare. Et horum adnotatio per asteriscum patet.

¶Multi canones ex Gratiani simul & Iuonis Carnoteñ. decretis, imo etiã & ex alijs, non in margine, sed in textus ipsius prosequutione subnexi sunt, & quasi vel pro cõciliorum, aut decretalium epistolarum pontificum suppletione, licet forsan falso tali sint pontifici, vel certe illi concilio per scriptorum incuriam ascripti, ad cuius veritatem disquirendam, si collector operam adhibuisset, laborem sibi immensum accumulasset. Vbi autem tale quid lector offenderit, iudicium suum sine maleuolentia apponat.

¶Error maximus in transpositione valde inepta epistolæ decretalis Telesphori papæ, non modo in vno exemplari, sed fere in omnibus ac singulis commissus, per collectorẽ castigatus ẽ, alludente postea castigationi huic exemplari vetustissimo, & id quidẽ non sine magno ipsius collectoris gaudio.

¶Adiuncta est & censura Mariani Scoti, Gregorij Haloandri, atque Cassiodori senatoris circa consulum annos in datis decretalium epistolarum, & in nonnullis alijs locis designatorum.

¶Inseruntur ex Eusebij ecclesiastica, Cassiodori tripartita, Theodoreti quoque Cyrensis ecclesiastica historijs plura, temporibus summorum pontificum conferentia, ad pleniorem notitiam ante eorum celebrationem, aut post, habendam.

¶Epistola quædam presbyterorum &c. ad Cyprianum Carthaginensem episcopum ex certa causa est addita.

¶Item, epistolæ diuersæ Cypriani Carthaginensis ad Cornelium papam, & aliorum ad ipsum.

¶Carthaginense quoddam concilium temporibus Cornelij papæ celebratem.

¶Marcellini papæ condemnatio synodalis, & eiusdem pœnitentia subsequens.

¶Romanæ synodi sub Syluestro papa celebratæ processus, & capitula, seu decreta, pro cuius quoque celebratione duæ ponuntur epistolæ, Syluestri videlicet, & ipsius concilij.

¶Liberij papæ gesta quædam. Sixti etiam papæ tertij impositæ criminationis expurgatio, de quibus nunc prætactis singulis quatuor in præmonitione ad lectorem adnotatum est, illa esse impressa de syllaba in syllabam nulla facta mutatione, quemadmodum exemplaria ipsa vetusta habebant, nisi quod chalcographi more suo, nequid grauius dicam, nonnulla recte forsan, sed tamen præter iussum temere mutarunt.

Ancyra

¶Ancyranum cōcilium sub duplici translatiōe, cum tñ prius vna dūtaxat haberetur.
¶Neocæsarieñ. concilium simili modo, quo de Ancyrano scriptum est.
¶Nicenū cōciliū cōcernentia, tam ante ipsius celebrationē q̄ post, in q̄bus plurimorꝫ habent epl'æ Imperatorꝫ, ac epōrum &c. Nam pauca admodum in prius impresso ope de Niceno concilio continebant. Verum hæc ipsa tam præcedentia concilium, q̄ sequētia, adnotata sunt, pro cōcilij ipsius pleniori intellectu habendo. Et nihilominus ipsius cōcilij duplex ponit translatio, sicut de Ancyrano, & Neocæsarieñ. prænotatum est.
¶Gangreñ. cōcilij duplex æditio, cum prius in alijs impssis libris sola vna haberetur.
¶Accessit Antiochenum concilium, cum æditione duplici, vbi tamen impressio prior vnam solum haberet.
¶Sardiceñ. cōcilium eo modo quo Ancyranum, Neocæs. Nice. Gang. atq; Antiochenum, cū subscriptionū epōrum, & locorꝫ ex Ptolomæo & ex Plinio designatiōe, vna cū plurimis cū epl'is tum gestis ip̄m concilium concernentibus. Porro, si locorꝫ ad longum præconia accessissent, creuisset volumen ip̄m in immensum. Sat ergo fuit illa attingere.
¶Laodiceñ. concilij duplex æditio eodēmodo, quo de alijs Grecis concilijs factū est.
¶Constātinopolitani concilij duplex trāslatio, cum alijs diuersis ad ipsius pleniorem cognitionē facientibus. Verꝫ circa p̄memoratas æditiōes cōciliorꝫ id adnotare placuit, q̄ Gratianus sua cap'a in decreto, nunc ex ista, nunc ex illa desumpserit æditione.
¶Liberij papæ plurima (sicut prescriptum est) gesta, inter quæ præter epistolas, & alia ibidem posita, describitur quoq; eiusdem Liberij cum Constātio Imperatore hæretico cōtentio mirabilis ac fidelis, acta priusq̄ prauis Constātij suggestiōibus male cōsentiret.
¶Agrippineñ. siue Colonieñ. synodus contra Euphratam eiusdem diocœsis archiepiscopum hæreticum, vt Euphratas deponeretur, seruata.
¶Hipponeñ. Aphricæ, ac aliorum Carthagineñ. conciliorū breuis reductio seu adnotatio, celebratorum temporibus Anastasii papæ primi, Bonifacij primi, & Zozimi, cum elucidatione quadam circa Mileuitanum concilium.
¶Aphricanum concilium capitulorum centum & quinque, desumptorum ex multis antea seruatis Carthaginensibus concilijs.
¶Cœlestini papæ epistolæ fragmentum quoddam scriptæ ad Ephesinam synodum.
¶Additio vnius capituli ad Rhegieñ. cōcilij cap'a sumpti ex quodam codice vetusto.
¶Aquileieñ. concilium circa Damasi papæ tempora seruatum, quod non suo loco debito est positum, eo q̄ tardius collectori præsentis libri transmissum fuit ex reue. patre sacræ theolohiæ Baccalaureo ordinis diui Dominici magistro Henrico a Grauia.
¶Vasense concilium aliud longe a prius impresso.
¶Arausicum concilium aliud, præter quod in priori impressione continebatur.
¶Carpentoraceñ. concilium.
¶Arelateñ. concilium tertium.
¶Epistolarum Leonis papæ primi magis propria & apta ordinatio. Quæ enim prius confusæ conscriptæ sunt, nunc secundum consulum (modo sciri possint) ac mensium debitum ordinem sunt constitutæ, quibus deficienbus, ordo reliquarum epistolarum, qui aptior visus est, seruatur.
¶Eusebij episcopi Mediolaneñ. epistola quædam ad Leonem papam primum.
¶Paschasini episcopi Lilybetani epistola ad Leonem papam primum de supputatione festi Paschalis, ex Mariano Scoto sumpta.
¶Chalcedoneñ. concilium antehac non impressum, & nec vix vnquam præter vnum illius exemplar, quod est in Aquisgrano apud Cruciferos visum, cuius sunt actiones .xvi. Ad cuius restitutionem castigationemq;, cum non extarent exemplaria, accesserunt ingenia in sacra theologia magistrorum, atq; vtriusq; iuris doctorum limpidissima. Porro in huius concilij actione prima lectori explicatur per plures actiones magna concilij Constantinopolitani pars, necnon & primi Ephesini concilij, & secundi prophani, cum illorum subscriptionibus, quorꝫ conciliorꝫ acta rarius reperiuntur. Actione quoq; .x. concilium in Beryto habitum, & Antiochenum aliud præter quod ante celebratum est circa tp̄a Iulij papæ .i. Ex q̄bus oībus liquet, magis solēnia, atq; authentica iā emersisse cōcilia Et iuxta cuiusdam p̄stantissimi viri sententiā, huius voluminis occasione abditissima plurimorꝫ (de libris loquimur) thesaurorꝫ scrinia aperient, vt quæ hucusq; male latuerūt, feliciter tandē prodeant. In his quoq; actionibus admirāda quædā, ac varia continent, primo epl'a Cyrilli ep̄i Alexandrini ad Iohannē Antiochenū ep̄m p̄ secundā trāslationem. Secundo, epistolæ eiusdē ad Nestoriū hæreticum. Tertio, eiusdem Cyrilli simul & Nestorij .xij. capitulorꝫ tractatus. Quarto, definitio fidei in quinta actione Chalcedoneñ. [illegible], per quatuor translationes. Quinto, expositio fidei episcoporum, qui eidem quintæ actioni interant, similiter per editiones quatuor. Sexto, Capitulorū Chalcedoneñ.

conci

concilij præter primam æditio secũda. Septimo, Paschasini Lilybetani epi epl'a de Dioscori damnatione.

¶Veneticum concilium.

¶Turonicum primum & secundum concilia.

¶Epaunen̄. concilium.

¶Symmachi papæ epistola ad episcopos Dardanie, Illyrici, & Daciæ.

¶Aurelianen̄. primum, secundum, tertium, quartum, & quintum concilia.

¶Iustiniani Imperatoris fides, missa Iohanni papæ. ij.

¶Pontiani episcopi epistola ad Iustinum, vel Iustinianum Imperatorem.

¶Vigilij papæ epistola ad Theodorum quendam episcopum.

¶Eiusdem alia epistola ad vniuersos episcopos.

¶Aruernen̄. concilium.

¶Liberati archidiaconi breuiariũ causę Nestorianorum & Eutychianorum, hñs capl'a. 24.

¶Parisien̄. primum & secundum concilia.

¶Pelagij papæ. ij. epl'a, quæ tamen in dec. de cõs. dist. 1. asscribitur Gelasio papæ.

¶Toletani tertij, quarti, q̄nti, sexti, octaui, & vndecimi conciliorum subscriptiones, quæ in primis impressis exemplaribus desiderantur.

¶Matisconen̄. primum & secundum concilia.

¶Guntrãni Gotthorum regis epl'a ad epõs, q interfuerunt Matisconen̄. cõcilio secũdo.

¶Romani cõcilij sub Gregorio primo remissio ad ipsius papæ librũ, q vocat registrũ.

¶Lateranen̄. quoddam concilium sub eodem papa Gregorio.

¶Deusdedit papæ vita, & fragmentum epl'æ decretalis ad quendam Gordianũ epm.

¶Antisiodorense concilium.

¶Martini papæ. 1. decreta synodica numero. xx. contra Theodorum, & Cyrum epõs.

¶Cõstãtinopolitanæ. 6. synodi epõrum subscriptiões cũ castigatiõe diocęsum diligẽtissima.

¶Synod' sub Zacharia pp. habita à S. Bonifacio, & Frãciæ epis sub Carlomãno.

¶Moguntiacum concilium in ecclesia sancti Albani celebratum.

¶Wormacien̄. concilium.

¶Remen̄. Synodus.

¶Remen̄. alterius synodi, scilicet circa tempora Eugenij papæ. ij. decreta.

¶Concilium apud Theodonis villam circa tempora Caroli magni.

¶Nicolai papæ. I. insignis epistola ad Michaelem Imperatorem Constantinopolitanum de potestate & dignitate sedis apostolicæ.

¶Nicolai pp. 1. decreta in. xx. titulos dispartita, collecta per egregiũ atq; doctiss. virũ dñm Iohãnẽ Cochlæũ, artiũ ac sacræ theologiæ professorẽ, & eccle. Misnen̄. canonicũ.

¶Triburien̄. concilium quiquaginta octo capitulorum.

¶Constitutio quædam Gregorij. VII. papæ. ex Mariano Scoto sumpta.

¶Concilij Lateranensis decreta celebrati tempore Innocentij papæ. III.

¶Innocentij papæ. III. Expeditio pro terra sancta.

¶Constãtien̄. cõcilij appendix, supplens ea, quæ in priori impressione omissa fuerunt.

¶Epistolæ & responsiones synodales. xviij. generalis concilij Basiliensis ex bibliotheca scholæ artium Colonien̄.

¶Angliæ regis epl'æ duæ, vna missa Eugenio papę quarto, altera concilio Basilien̄.

¶Sigismundi Imperatoris epistola ad concilium Basiliense.

¶Ferrarien̄. cõciliũ q̄ad principiũ, Florẽtinũ vero quoad ipsius terminũ. xxv. sessionũ.

¶Basilij Cappadociæ episcopi contra Eunomium de spũ sancto tractatulus.

¶Bessarionis cardinalis & patriarchæ Constãtinopolitani orõ in synodo Florẽtina.

¶Eugenij papæ quarti decretum quoddam non aspernendum.

INDEX LOCORVM, CIVITATVM, MONASTERIORVM, AC VIRORVM

venerabilium, qui nobis vetustissima conciliorum exemplaria non minus fideliter quàm libenter administrarunt.

IN primis igitur præclarus vir, ac veræ pietatis amator dominus Hieronymus vnicornis, iurium doctor, ecclesiæ cathedralis Coloniensis Canonicus, in spiritualibusq; vicarius generalis, ex insigni eiusdem ecclesiæ bibliotheca, tredecim vetustissima conciliorum volumina (quibus non parum adiuti sumus) nobis exhibuit.

¶Ex monasterio S. Panthaleonis Coloniæ ordinis diui Benedicti recepi concilium Basiliẽse sub plumbo. Librũ quoq; fidei ipsius Iustiniani ab ecclesia approbatum, quem porre-

porrexit idem Imperator Iohāni papæ.ij. Cōciliū etiā ibidē inueni Agrippinense.

¶Ibidem ex monasterio venerabilium patrum Carthusianorum aliud quoddā exemplar concilij Basilieñ. etiam sub plumbo consecutus sum.

¶In ea quoque ciuitate, & in scholis artium tria nactus sum volumina concilium Basilieñ. maxime concernentia.

¶Ibidem ex monasterio Cruciferorum duo mihi oblata sunt volumina, quæ diuersis concilijs, & illorum, & aliorum castigationibns haud patrum conducebant.

¶Coloniæ etiam ex celeberrimo diui Hieronymi collegio librum habui vetustum satis ex quo multarum difficultatum nodos dissolui.

¶In conuentu item & bibliotheca ibidem percelebri patrum ordinis prædicatorum librum inueni pergamenicum his certe conciliorum tomis prę cæteris aliquot accommodatissimum, & egregio charactere conscriptum.

¶Ex monast. Tuicieñ. prope Coloniā neglectus quis, qdam codex mihi oblatus est, sed pretiosus tamē, & ad quædam recognoscenda in his tomis & addenda vtilis.

¶Itē Coloniæ in monast. S. Martini ordinis diui Benedicti inuētum est cōciliū Lateraneñ. sub Gregorio papa. I. & aliud quoddam sub Zacharia summo pontifice.

¶Ex monasterio famatissimo & antiquo Sigebergeñ. ordinis diui Benedicti non longe à Bonna ciuitate, libellus vitas summorum pōtificum continens mihi commodato est datus, quo etiam felicissime sum vsus.

¶In bibliotheca subinde Cæsarea Bruxellæ concilij Constantieñ. exemplar inueni, quod plurimum ad ipsum recognoscendum mihi profuit.

¶Ex monasterio fr̄r Gemblaceñ. ordinis diui Benedicti ducatus Brabātiæ duobus miliaribus à Namurco distāte, cuius qdem monasterij alumnus olim, ac frater fuit magnus ille & noīatissimus chronographus Sigebertus Gemblaceñ. sex recepi volumina, diuino huic operi non parum luminis, ac maiestatis administrantia.

¶In monasterio etiā ordinis diui Benedicti, quod dicit̃ S. Bauonis in nobilissimo comitatu Flandriæ sito, & in oppido noīatissimo Gandaueñ. sex antiquos offendi codices, quæ Christo procurante nostris concilijs plurimum profuere.

¶Ex monasterio quoq; fr̄r diui Benedicti in eodem comitatu existente oppido sancti Audomari singulare quoddam ac rarum opusculum diui Liberati archidiaconi septimæ regionis Carthagineñ. in communem nostrum vsum accepi, & hoc ipsum non obscure appellatum est, Breniarium causæ Nestorianorum & Eutychianorum.

¶Ex monasterio Hidæ regni Angliæ apud ciuitatē Vuintonieñ. ordinis quoq; S. Bn̄di cti vetustum quoddam opus annorum videlicet sexcētorum mihi exhibitum est, ex quo multa admodum in hisce tomis recognita extant, atq; decerpta sunt.

¶Ex monasterio dicti ordinis in oppido Giraldi montis comitatus Flandriæ tria mihi oblata sunt volumina, quorum vnum continebat concilium sextum Constantinopolitanum, reliqua autem præclaro huic operi nostro multa contulerunt vtilia.

¶In monasterio Cruciferorum in vrbe Aqueñ. Caroli magni reliquijs decorata, inueni exemplar concilij Chalcedoneñ. ad hæc vsque tempora nusquam repertum in his partibus inferioribus.

¶Conuentus fratrum Minorum Ipreñ. Flandriæ ciuitate, librum decretorum Isidori, vetustum equidem & concilijs perutilem mihi administrauit.

¶Similiter quoque, & ex conuentu ordinis Minorum obseruantiæ regularis insignis oppidi Machlinieñ. nobilissima quædam opera ipse recepi, cum sit bibliotheca illa præ cæteris librorum accommodatissimorum numerositate referta, ex quibus maxima huic operi castigatio accessit.

¶Præterea, ex cōuentu ordinis fratrum Minorum obseruātiæ regularis oppidi Antverpieñ. vbi & emporium est totius Romani Imperij celeberrimū, liber oblatus est, ex quo desumpta sunt, quæ plurimum nostris laboribus profuerunt.

¶Demum commendandus etiam a nobis est, & à bonis omnibus dominus Iohannes Cochlæus indefessus ecclesiæ catholicæ defensor, qui ex Misna ad nos Coloniam misit inter alia multa concilium Lateraneñ. quod à viris doctissimis & optimis desideratum fuit, & sub Innocentio tertio papa celebratum.

¶Hæc paucissimis perstrinxi. Nam si reliquos libros omnes, quibus sum vsus, enarrare contendero, me erit dies defecturus. Iterum Lector candidissime vale, Coloniæ ex ædibus honesti ciuis Petri Quentell, Anno domini, M. D. XXXVIII. duodecimo Kalend. Septēbris.

INVENTARIVM ALPHABETICVM OMNIVM EORVM, QVAE IN HOC

primo tomo voluminis conciliorum continentur, in quo facilius lector offendet, quod ex his, quæ in ipso habentur, desiderat.

¶Conciliorum series in hoc primo tomo contentorum hic adnotatur.

Gallæ

ELENCHVS SIVE SYLLABVS MATERIARVM DIGNIARVM CVRA SECVNdum ordinem alphabeticum, ex hoc primo tomo, qui vsq; ad Iohānem papā secūdū protenditur, desumptum, vt vel citra incommodū, quod quis concupierit, quærat, modo, & consequatur.

Viduę

ERRATA HVIVS OPERIS.

¶In pfatione ad lectorẽ circa ſinẽ eiuſdẽ, lege ſic (vt citra iactantiã loquamur) fecit nemo.

Pauca ſubinde Lector huius magni voluminis errata reperies. Primus itaq; numerus, deſignat tibi folium, ſecundus faciem, tertius lineam, deinde ſequitur vera lectio.

¶Folio. 1. facie. 2. linea. 28. deſiderãtẽ. 16. 2. 26. cõſurgitis. 18. 1. 17. rapinã in hol. 19. 2. 24. aqualiculos. 20. 1. 18. cubile. 21. 1. 46. non. 22. 1. 24. didicerit. 27. 1. 43. properare. 41. 2. 47. adiuui. 42. 1. 16. & filius? Quis ẽ hic deus, in quo eſſe dicit? Deus pter quẽ. 47. 1. 51. eos. 48. 1. 17. periclitãtis, 96. 1. 22. nequaq̃ recedatis. 101. 2. 25. cã. 142. 2. 2. penitus. 148. 2. 11. inanis. 165. 1. 1. vos oẽs mihi cõſortes. 167. 1. 42. poſt lauacrũ. 168. 1. 30. ſcierit. 178. 1. 25. informarẽt. 179. 2. 40. cõpleſſet. 188. 1. 51. filiũ, 189. 2. 7. pdidit. 215. 1. 31. eis per ſcripta. 228. 1. 30. vt q & in eccleſiaſticos canones q̊s. 229. 2. 25. non aliter q̃ authoritate. 230. 1. 47. cõſonãtiã'q;. 235. 1. 28. inſtinctu ac. 236. 1. 15. eius laborabãt vt Eleu. & eius. Ibidẽ fa. 2. 73 ad deo. 237. 1. 36. cleri. 248. 1. 33. ſancti vnitatẽ, q̃. 249. 1. 16. prouincię ſuę. Ibidem, lin. ſequenti. ſiue. Ibi. ſtatuet ſanctitas Ibi. li. 17. accipiat, ſi ſpẽm. 252. 1. 26. reddis. 254. 1. 40 ca. 28. Ibidẽ, lin. 33. mutationẽ, 258. 2. 36. verrant, 262. 1. 27. aliqua neceſſitas. 263. 2. 25. & 39. deleant parẽtheſes duæ, 274. 2. deleant oĩa in margine pter tres vltimas adnotatiões. 275. 1. 17. inducerẽt. 278. 1. 7. quaqua. 279. 1. deleant quatuor parentheſes, prima, lin. 4. ſecũda lin. 5. tertia lin. 31 quarta lin. 38. Ibidẽ lin. 33. cõſiſi'q;. 280. 2. 15. partiri? Nouæ. 292. 1. 21. Ex libro quarto librorum qnq; ca. 21. 295. 1. 43. probantur. 296. 1. 19. non eſt denegãda, 303. 1. 40. marginalis additio ſuperfluit Ibidẽ fa. 2. 13. dementiæ, 305. 2. 48. quẽ plebs. 308 2. 21. obiectorum. 311. 2. 42. promittẽte. 313. 1. linea vltima, Finis præſentis fragmenti. Quæ ſequuntur, deleant. Fo. 318. 1. 32. remitat, 319. 1. 54. ſtatur. 324. 1. 11. cũ, 330. 2. 30. vetuſte. 334. 1. 19. me, 337. 1. 33 capſa. 340. 1. 19. qua. Ibidẽ fa. 2. 49. dedit. 343. 1. 6 parẽtũ cogant. 344. 1. 15. cccc. xlvi. 349. 2. 7. vera 354. 1. 4. de ſecunda & prophana. 364. 1. 48. violate. 367. 1. 31. & ſtatum Romanæ. 367. 2. 13. epĩ Lilybetani. 369. 2. 1. Martiano Auguſto, 374. 2. 25 ſubuenire, ne. 377. 1. 53. inuitis. 381. 1. 53. Neocæſarieñ. ſiue. 382. 2. 40. turbare. 383. 2. 21. cum ipſam 385. 1. 40. vtero. 389. 1. 26. mortes. 390. 2. 26. generis. Ibidem lin. 38. tametſi. Ibidem line. 40. deo vero. 394. 1. lin. 3. 6. 9. deleãt tria ſigna q̃ſtionũ q a nõ ſunt quæſtiones, Ibidem lin. 52. qnquageſimanona. Ibidem fa. 2. lin. 2. vndecima. 395. 1. 42. duodecima. 401. 1. 10. Aile. 403. 1. 31. Martiano Ibidem fa. 2. 19. deitatem, in fine vero. 418. 2. 10. confirmata. Ibidem lin. 25. & qui in. 420. 2. 33. directus ẽ eis tomus. 431. 2. 1. epiſcopio. 440. 1. 20. deſtinati. 441. 1. 36. mouebitur. 443. 2. 28. vniẽs. 44. 2. 45. VI Cyrillus. Si. 450. 1. 35. decerno. Cyrus. 452. 1. 28. virorũ. 462. 1. 29. archiepĩs Leone. 467. 2. 49. quas. 471. 1. 44. nũtiatus. 474 1. 35. Dorotheus. Ibidem fa. 2. 19. Duxit. 479. 1. 23 pdicationẽ hãc. 490. 2. 20. iudex. 496. 2. 50. Anaſtaſio. 499. 1. 39. adiuuabis. 503. 2. 42. cõfugit. Ibi. linea vltima, recidere. 50. 4. 2. 7. humanitatẽ'q;. 505. 1. 5. ad aliũ. 508. 1. lin. vlti. ſumeret, & prima. 511. 1. 8. terrã. 518. 1. 15. tot emẽſis, 521. 1. 22. pſtiterit 530. 1. 26. catholicorum. 534. 2. 51. cõſcendere. 537. 2 6. hæretici, eorum'q;. Ibidem lin. ſequẽti, ſchiſmatici, & q̊d doc. 543. 1. 51. pſonas. 545. 2. 6. pterreri. 556. 1. 39. inimicos. 556. 2. 28. In margine. veteris. 570. 2. 46. prophetias. 574. 2. 37. vnum Chrm̃ dicũt. Ibi. 42. aut Chrõcon, tãq̃. ¶Finis.

A

TRACTATVS DE PRIMATV ROMANAE ECCLESIAE.

SI DIFFICIle & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, & causam & causam, & iudicum intra portas tuas uideris uerba uariari, surge & ascende ad locum, quem elegerit deus tuus, uenies'q; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerint eo tẽpore, quæres'q; ab eis, qui iudicabũt tibi iudicij ueritatẽ, & facies quodcunq; dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legẽ eius: sequeris sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram uel ad sinistram. Qui autem superbierit nolens obœdire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat deo tuo, & decreto iudicis, morietur homo ille, & auferes malum de Israel, omnis'q; populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia.

Deute. 17.

Sacerdotis summi imperio obœdiendum ex lege diuina.

B

ANACLETVS seruus seruorum dei, omnibus episcopis & reliquis Christi sacerdotibus salutem. Sacrosancta Romana & apostolica ecclesia nõ ab apostolis, sed ab ipso domino nostro primatum obtinuit, sicut ipse Petro beato apostolo dixit: Tu es Petrus & reliqua. Ergo hæc apostolica sedes, cardo & caput omnium ecclesiarum à domino, & non ab alio est constituta: & sicut cardine ostium regitur, sic huius sanctæ sedis autoritate omnes ecclesiæ domino disponente regũtur. Igitur si quæ causæ difficiliores inter uos ortæ fuerint, ad huius sanctæ sedis apicem eas quasi ad caput referte, ut apostolico terminentur iudicio.

Distinct. 22. c. Sacrosancta. Idem. Distin. 21. c. In nouo. Matth. 16.

C

ZEPHYRINVS Romanæ urbis archiepiscopus, omnibus episcopis salutem. Ad Romanam ecclesiam ab omnibus, maxime tamẽ ab oppressis, appellandum est, & concurrendum quasi ad matrem: ut eius huberibus nutriantur, autoritate defendantur, & à suis oppressionibus releuentur, quia non potest, nec debet obliuisci mater filium suum. Iudicia enim episcoporum, maiores'q; ecclesiæ causæ, à sede apostolica, & nõ ab alia sunt terminandæ: quia licet in alios transferatur * episcopos, beato tamen apostolo Petro dictum est: Quæcunq; ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcunq; solueris super terram, erunt soluta & cælis.

2. q. 6. c. Ad Romanam. 2.

addendũ forte * potestas.

CALISTVS archiepiscopus ecclesiæ catholicæ urbis Romæ, omibus episcopis salutem. Non decet à capite membra dissidere, sed iuxta sacræ scripturæ testimonium, omnia membra caput sequantur. Nulli uero dubium est, quod apostolica ecclesia mater sit omnium ecclesiarum, à cuius uos regulis nullatenus conuenit deuiare: & sicut dei filius uenit facere uoluntatem patris sui, sic & uos uolũtatem uestræ implete matris, quæ est ecclesia. Quicquid ergo sine discretione iustitiæ contra huius disciplinam actum fuerit, ratum habere ratio nulla permittit.

Distinct. 11. c. Non decet.

FABIANVS episcopus Romæ omibus episcopis salutem. Si in rebus seculari bus suũ cuiq; ius & proprius ordo seruandus est, quãto magis in ecclesiasticis dispositionibus nulla debet induci confusio? quod hac obseruatione seruabitur, si ni hil potestati, sed totum æquitati tribuitur. D

Idem: Si quis iudicem sibi aduersum senserit, uocem appellationis adhibeat. Ap pellantem autem non debet afflictio ulla aut detentionis iniuriare custodia, sed lice at appellatori uitiatam causam appellationis remedio subleuare. Liceat etiã in cau sis criminalibus appellare, nec uox appellatiõis denegetur ei, quem in supplicium sententia destinarit. Pulsator ante suum iudicem causam dicat, & non ante suũ iu dicem pulsatus, si uoluerit, taceat, & ut pulsoris, quoties appellauerint, induciæ den tur, nec quenquam non à suo iudice dicta sententia constringat.

2.q.6.c.Licet cum seq.

SIXTVS uniuersalis apostolicæ ecclesiæ episcopus, omnibus sanctæ dei ecclesiæ rectoribus salutem. Si quis uestrum pulsat' fuerit in aliqua aduersitate, licen ter hanc sanctam & apostolicam appellet sedem, & ad eam quasi ad caput, suffugi um habeat, ne innocens damnetur, aut ecclesia sua detrimentum patiatur. Si autem necesse ei euenerit, eamq; minime appellare uoluerit: & uocatus tamen ab hac san cta sede fuerit, non renuat uenire: sed confestim, ut ei nunciatum fuerit, uenire festi net: & causas, pro quibus uocatus est, prudenter disponat, atq; si necesse fuerit ali quid corrigere, cum his quos primos hic inuenerit, corrigat. Ad ecclesiam tamen suam nõ prius reuertatur, quàm hinc literis apostolicis, uel formatis pleniter instru ctus, atq; purgatus sit, fuerit unde. Et postquam domum reuersus fuerit, cognoscãt uicini sui, qualiter hic suam aliorumq; causam finierit, quatenus ea absq; aliqua am biguitate nunciare & prædicare possit omnibus. Si quis autem aliter agere præ sumpserit, sciat censuram huius sedis cum omnibus membris suis sibi non deesse uenturam: & sicut egerit, ita recipiet: si bene, bene: si graue, graue: si pessime, pessi me, quoniam dignus est operarius mercede sua. E

Ibidem. c. Si quis uestrum

SYLVESTER papa in generali residens synodo, dixit: Nemo iudicabit primã sedem, iustitiam temperare desiderationem: neq; enim ab Augusto, neque ab omni clero, neq; à regibus, neq; à populo iudex iudicabitur.

9.q.3. Nemo iud.

IVLIVS apostolicæ sedis episcopus, omnibus episcopis salutẽ. Habet sacro sancta Romana ecclesia potestatem, singulari sibi priuilegio concessam, aperire & claudere ianuas regni cœlestis, quibus uoluerit. F

GELASIVS episcopus omibus episcopis. Cũcta per mundũ nouit ecclesia, q̃d sacrosancta Romana ecclesia de omĩ ecclesia fas habeat iudicãdi: neq; cui quam de eius liceat iudicare iudicio, siquidem ad illam de qualibet mũdi parte ap pellandum est, ab illa autem nemo est appellare permissus. Sed nec illa præteri mus, quod apostolica sedes sine ulla synodo præcedẽte exoluendi, quos synodus ini qua damnauerat: & damnandi, nulla existente synodo, quos oportuit, habeat facul tatem: & hæc nimirum pro suo principatu, quem beatus Petrus apostolus domini uoce & tenuit semper, & retinebit.

Ibidẽ. c. Cuncta per mundum.

SYMMACHVS papa uniuersis episcopis. Aliorum hominũ causas deus uo luit per hoĩes terminare, sacro uero sanctæ sedis Romanæ præsulem suo sine quæstione reseruauit arbitrio: uoluit beati Petri successores cœlo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagini inuiolatam exhibere conscientiã.

Ibidem. c. Aliorum.

VIGI-

A

VIGILIVS papa dilectissimo fratri Euthero coepiscopo. Nulli uel tenuiter scienti, uel pleniter sapiēti dubium est, quod ecclesia Romana fundamentum & forma sit ecclesiarum, à qua omnes ecclesias principium sumpsisse nemo recte credentium ignorat: quoniam licet omnium apostolorum par esset electio, beato Petro tamen concessum est, ut cæteris præemineret: unde & Cephas uocatur, quia caput & primus est omnium apostolorū: & quod in capite præcessit, in membris seq necesse est. Quamobrem sancta Romana ecclesia eius merito dñi uoce consecrata, primatum tenet omnium ecclesiarum: ad quam tam sancta episcoporū negocia atque querelæ atque iudicia, quàm & maiores ecclesiarum quæstiones quasi ad caput semper referendæ sunt. nam & qui se scit alijs esse præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum. Ipsa nanque ecclesia quæ prima est, ita reliquis ecclesiis uices suas credidit largiendas, ut in partem uocatæ sint solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Vnde omnium appellantium sedem apostolicam episcoporum iudicia, & cunctarum maiorū negocia causarū eidem sanctæ sedi reseruata esse liquet: præsertim cum in his omnibus eius semper sit expectandum consilium, cuius tramiti si quis obuiare tentauerit, sacerdotū causas se non sine honoris sui periculo apud eandem sanctam sedem nouerit redditurum.

Ioan. 1.

Ibidē c. Qui se nescit

B

GREGORIVS seruus seruorum dei, omnibus episcopis per diuersas prouincias cōstitutis. Diuinis præceptis & apostolicis saluberrimis incitamur monitis, ut pro omnium statu impigro uigilemus affectu, & quia cunctarum dispositione diuina ecclesiarum curam gerimus, omniū nostra poscentibus suffragia apostolica autoritate subuenire optamus: quoniam diuinæ uirtutis, & infirmitatis humanæ sanctio est, ut omnium ecclesiarum negocia ad nostræ reparationis tendant effectum. Quapropter has ad uos literas destinamus, in quibus decreto nostro uestram rogantes charitatem mandamus, ut nihil prius de eo quod ad sinū sanctæ Romanæ confugit ecclesiæ, eiusq; implorat auxilium, decernatur, quàm ab eiusdem ecclesiæ fuerit præceptum autoritate: quæ uices suas ita alijs impartiuit ecclesiis, ut in partem sint uocatæ solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Si autem, quod non arbitramur, à quoquam secus præsumptum fuerit: ab officio cleri submotus, apostolicæ autoritatis reus ab omnibus iudicetur, ne lupi, qui sub specie ouium subintrarunt, bestiali sæuitia quosque audeant dilacerare: & quod sibi fieri nolunt, alijs inferre præsumant.

C

IDEM eisdem: Præceptis apostolicis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam quæ à sancta Romana & apostolica autoritate iussa sunt, salutifere impleantur: si eiusdem sanctæ ecclesiæ, quæ est caput uestrum, communionem habere desideratis. Non nouū aliquid præsenti iussione præcipimus, sed illa quæ olim indulta uidentur, firmamus, cum nulli dubium sit, quod non solum pontificalis accusatio, sed omnis sanctæ religionis relatio ad sedem apostolicam, quasi ad caput ecclesiarum, debeat referri, & inde normam sumere, unde sumpsit exordium, ne caput institutionis uideatur omittere, cuius autoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes, qui nolint ab apostolica, super quam Christus uniuersalem fundauit ecclesiam, soliditate diuelli. Si quis hæc apostolicæ sedis præcepta non obseruauerit, percepti honoris hostis esse non dubitetur.

Dist. 11. Præceptis.

In eisdem: Nulli fas est, uel uelle uel posse transgredi apostolicæ sedis præcepta, nec eius dispositionis ministerium, quod omnium sequi oportet charitatem. Sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus, quisquis apostolicis uoluerit contraire decretis: nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, sed extorris à sancto ministerio fiat, nec de

Dist. 19. Nulli fas.

eius iudicio quisquam nostram curam habeat. Quoniam iam damnatus à sancta & apostolica ecclesia, eiusq; autoritate & propria inobedientia atque præsumptione à quoquam esse non dubitatur, quia maioris excommunicationis deiectione est exigendus, cui sanctæ ecclesiæ *commissa fuerit disciplina: qui non solum prælatæ sanctæ ecclesiæ iussionibus parere debuit, sed etiam alijs, ne præterirent, insinuare. Sit ergo alienus à diuinis & pontificalibus officijs, qui noluit præceptis obœdire apostolicis. D

forte *prætermissa

Si quis super his nos arguere uoluerit, aut extra autoritatem facere contenderit, ueniet ad sedem apostolicam, quò omnia ecclesiastica negocia, de quibus quæstio habetur, confluere iussa sunt: ut ibi ante confessionem sancti Petri mecum iuste decertet, quatenus inibi unus ex uobis sententiam suscipiat.

17.q.4. Nemini.

NICOLAVS papa omnibus episcopis: Nemini licitum est de sedis apostolicæ iudicio iudicare, aut illius sententiam retractare, permissum, uidelicet propter Romanæ ecclesiæ primatum, Christi munere in beato Petro apostolo diuinitus collatum.

Cypr. in tract. de simp. prælatorum, 24.q.1.c. Loqtur dominus Ioan. 20.

CAECILIVS CYPRIANVS in epistola sua dicit ita: Loquitur dominus ad Petrum, Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Super unum ædificat ecclesiam, & quamuis apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, & dicat: Sicut misit me pater, & ego mitto uos, accipite spiritum sanctum: tamen ut unitatem manifestaret, unitatis eiusdem originem ab imo incipientem, sua autoritate disposuit. Hoc erant utique cæteri apostoli, quod fuit Petrus: pari consortio præditi & honoris & potestatis: sed exordium ab unitate proficiscitur, ut ecclesia Christi una mõstretur, quã unam ecclesiam etiam in Cantico canticorũ spiritussanctus ex persona dñi designat, & dicit: Vna est columba mea, perfecta mea, una est matri suæ, electa genitrici suæ. Hanc ecclesiæ unitatem & beatus apostolus Paulus docet, & sacramentum unitatis ostendit, dicens: Vnum corpus, & unus spiritus, una fides, unum baptisma, unus deus. Quam unitatem tenere firmiter & uēdicare debemus, maxime nos episcopi, qui in ecclesia præsidemus, ut episcopatum quoque ipsum unum atque indiuisum probemus. Nemo fraternitatem fallat, nemo fidei uirtutem perfida præuaricatione corrumpat. E

Cant. 6.

Ephe. 4.

Ibid. in Cyp.

IDEM: Episcopatus unus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur: ecclesia una est, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur, quomodo solis multi radij sunt, sed lumẽ unum: & rami arboris multi sunt, sed robur unũ tenaci fundatum radice: & quomodo de fonte uno riui plurimi defluunt, numerositas licet diffusa uideatur exundantis copiæ largitate, unitas tamen seruatur in origine. Auelle radium solis à corpore, diuisionem lucis unitas non capit: ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit: à fonte præcide riuum, præcisus arescit. sic & ecclesia domini luce perfusa, per orbem totum radios suos porrigit: unum tamen est, quod ubique diffunditur, nec unitas corporis separatur. Ramos suos in uniuersam terram copia hubertatis extendit, profluentes largiter riuos latius pandit: unum tamen caput est, & origo una, & una mater fœcunditatis successibus copiosa. Adulterari non potest sponsa Christi. incorrupta est & pudica, unam domum nouit, unius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit. F

Ibidem.

IDEM: Alienus est, prophanus est, hostis est: habere non potest deum patrem, qui uniuersalis ecclesiæ non tenuerit unitatem.

Hactenus ex codice antiquo.

Suffi-

A SVfficerent quidem ista apud eos Christianos, qui parent & simpliciter credunt quicquid tradit ac tenet sancta mater ecclesia. Cum autem nostra ætate sedis apostolicæ autoritas à plurimis belial & inobœdiétiæ filijs, non solum reuocetur in dubium, sed etiam editis libellis impugnetur: pluribus profecto & scripturarum testimonijs, & sanctorum patrum astipulationibus debet primatus Petri & successorum eius, affirmari. Id quod efficaciter præstiterunt nuper hoc æuo sane doctissimi uiri ac reuerendissimi patres, Thomas cardinalis S. Sixti, Ioannes episcopus Roffensis, Ambrosius Catharinus Senensis, Ioannes Faber Constantiensis, Ioannes Eccius procancellarius Ingolstadiensis, & nonnulli alij. Copiosissime enim simul & solidissime ostenderunt ex sacris literis, ex antiquis concilijs, ex apostolicis decretis, ex antiquissimis patribus, ex probatissimis ecclesiæ doctoribus, ex legibus deniq; publicis & approbatis historijs rem hác ita clare deduxerũt, ut de ea nemo amplius dubitare queat, nisi qui per hæresim & rebelliõem penitus est subuersus, ac iudicio proprio (ut ait Apostolus) condemnatus. Cum autem istorum libri non omnibus passim sint ad manum, operæprecium fuerit hic aliquot testimonijs propositum confirmare: ne lector dubio aut suspenso animo tot ac tam præclara ac pia ueterum Romanorum pontificum decreta, quæ nunc eduntur, le-
B gat: cui profecto omnem dubitationis scrupulum, si non obsistat rebellionis aut odij affectus, sequentes poterunt autoritates eximere. Ipse enim dominus & saluator noster IESVS CHRISTVS in singularem prærogatiuam sic loquitur in euangelio ad Petrum: Beatus es Simon bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus &c. Item, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiã meam. Tertio, Tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis. Quarto, Ego rogaui pro te, ut nõ deficiat fides tua. & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Quinto, Simon Ioannis, diligis me plus his? Pasce agnos meos, pasce oues meas. Hęc profecto singulariter Petro, primo Romanæ ecclesiæ põtifici, nulli aliorum apostolorum dixit dominus. Sunt & alia plura euangelij loca, ex quibus Petri primatum haud obscure obseruare liceat. Vbiq; enim in apostolorum catalogis primo loco ponitur Petrus, licet uocatione primus non fuerit, & non raro nominatim præ alijs commemoratur. Atque pro soluenda didrachma ait dominus illi specialiter: Vade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te. Neque sine mysterio dixit ei, Tu me sequere, ut scilicet si-
C mili mortis genere eum sequeretur, cuius in ecclesia uices præ cæteris administraturus erat. Nec parui momenti est, quod à se petra Christus Simonem, mutato nomine, Petrum uocauit: Tu uocaberis (inquit) Cephas, quod interpretatur Petrus, quia super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Neq; caret mysterio, quod cum dominus post resurrectionem suam se discipulis suis manifestaret iterum ad mare Tiberiadis, solus Petrus, quum audisset quia dominus est, tunica se succinxit, erat enim nudus, & misit se in mare: alij autem discipuli nauigio uenerunt. Hoc quippe signum fuit (ut ait sanctus Bernardus) singularis pontificij Petri, per quod non nauem unam, ut cæteri quiq; suam, sed seculum ipsum susceperit gubernandum. mare enim, seculum est: naues, ecclesiæ. inde est, quod altera uice Matthæi decimoquarto, & Marci sexto instar domini gradiens super aquas, unicum se Christi uicarium designauit, qui non uni populo, sed cunctis præesse deberet. Siquidem aquæ multæ, populi multi. Solus ergo supra mare iussus est uenire ad Christum, ut daretur intelligi, quod totus orbis, qui per mare est designatus, suæ ditioni parere deberet. Neque frustra dictum Petro putat sanctus Ambrosius, Duc in altum, hoc est, in profundum disputationum. Quid enim est tam altum, quàm altitudinem diuitiarum uidere, scire filium dei, & professionem diuinæ generationis assumere? Non tur-

Tit. 3. Mat. 16. Luc. 22. Ioan. 21. Matt. 10. Mar. 3. Luc. 6. Matt. 17. Ioan. 21. Ioan. 1. Matt. 16. Ioan. 21. Bern. lib. 2 ad Eugen. Luc. 5. Rom. 11. 24. q. 1. Non turbatur.

D

tum batur itaque nauis quæ Petrum habet, turbatur autem illa quæ Iudam habet. Per nauem enim Petri, quam Christus ascendit, ecclesia significatur. Sed & alia loca euangelij animaduertunt sacri interpretes circa Petrum ad uniuersalis ecclesiæ curam pertinentia, uelut Matthæi decimooctauo Accedens Petrus ad Iesum, dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vbi sane tanquam futurus præses ecclesiæ, fraternæ correctionis modum diligenter præ alijs quæsiuit apostolis. Et sequenti capite, Ecce, inquit, nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te; quid ergo erit nobis? Vbi Chrysostomus ait: Interrogat Petrus, ut tu inops discas, quoniam in nullo hinc diminutus es. Qui enim claues regni cælorum acceperat, pro his quæ ibi sunt, confidit, & pro orbe terrarum interrogat. Instante item tempore passionis, soli Petro nominatim dixit dominus: Simon, dormis? non potuisti una hora uigilare mecum? Vbi uoluit ostendere Christus, Petrum præ cæteris ex commisso sibi officio debere uigilare. Sed & abscissio auriculæ, à beatis Augustino & Gregorio in mysterium pastorale trahitur. Quare tollit, inquiunt, aurē Petrus? Quia ipse est qui accipit claues regni cælorum. Ille enim condemnat, qui & absoluit, quoniam ligandi atque soluendi idem adeptus est potestatem. Tollit autem aurem male audiētis, tollit autem gladio spirituali aurem interiorem male intelligentis. Hæc & id genus plura euangeliorum loca symbolice ad Petri primatum referuntur à sacrarum literarum interpretibus, etiam antiquissimis, non modo latinis, sed & græcis, quos recensere longum foret. Sunt & alia scripturæ loca tum in epistolis, tum in actibus apostolorum, quæ principem apostolorum fuisse Petrum, aperte declarant: uti Roffensis episcopus eleganter deducit, sed hic cōmode referri propter prolixitatem non possunt. Satis itaque fuerit pro ampliori huius rei declaratione tres ex antiquis ecclesiæ doctoribus in testimonium accersere. Hæc autem sunt uerba beati Dionysii, quem Areopagitam uocant, capite tertio De diuinis nominibus ad Timotheum: Nanq; & apud ipsos diuino spiritu plenos pontifices nostros, cum & nos (ut nosti) & plerique ex sanctis fratribus nostris ad contuendum corpus illud, quod autorem uitæ, deumq; ceperat, conuenissemus (aderat autem & frater domini Iacobus, & Petrus supremum decus, & antiquissimum theologorum columen) ubi post contuitum placuit, ut infinite potentem diuinæ infirmitatis bonitatem pontifices laudarent omnes, quisque pro captu suo. Hæc ibi. Et alibi uocat Petrum non raro summum & uerticalem apostolum, quemadmodum postea eundem uocauit beatus Chrysostomus os & principem apostolorum, uerticem totius consortij, pastoremq; ac caput ecclesiæ. Sed & Cyrillus, Origenesq; & Theophilus, id genus epitheta illi attribuisse leguntur. Sic deinde antiquissimus Aphrorum scribit in libro de præscriptione hæreticorum Tertullianus: Si Italiæ, inquit, adieceris, habes Romanam ecclesiam, unde nobis quoque autoritas præsto est statuta. Felix ecclesia, cui totam doctrinam apostoli cum sanguine suo profuderunt, ubi Petrus passioni dominicæ adæquatur, ubi Paulus Ioannis exitio coronatur, ubi apostolus Ioannes posteaquam in oleum igneum demersus, nihil passus est, in insulam relegatur. Videmus quid dixerit, quid docuerit. Hæc ille. An uero nō est hoc grande testimonium, ab eo præsertim, qui Romanis clericis inimicus fuisse legitur? Sic antiquissimus item latinorum ante mille trecentos quinquaginta annos scripsit Irenæus episcopus Lugdunensis libro tertio contra hæreticos: Maximæ, inquit, & antiquissimæ, & omnibus cognitæ, à gloriosissimis duobus apostolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & constitutæ ecclesiæ, eam quam habet ab apostolis traditionem, & annunciatam hominibus fidem, per successiones episcoporum peruenientem usque ad nos, iudicantes confundimus omnes eos, qui quoquo modo uel per sibi placentiam, uel uanam gloriam, uel per cæcitatem & sententiam malam, præterquam oportet, colligunt. Ad hanc enim ecclesiam propter potentiorem principalitatem necesse

Matth. 19.

Mar. 14. Luc. 22.

E

In articulo. 25

Dionysius de trāsitu Mariæ

Chrys. in Matthę, homil. 55.

F

Tertullianus

Irenęus, li. 3. c. 3.

A necesse est omnem conuenire ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undiq; fideles: in qua semper ab his, qui sunt undique, conseruata est ea, quæ est ab apostolis traditio. His itaque, & id genus alijs rationibus & autoritatibus constat, Romanam ecclesiam semper habuisse primatum inter omnes totius orbis ecclesias à temporibus apostolorum in hanc usque horam. Vnde allegatur à Fabro Constantiensi Græcus autor Hugo Etherianus, qui tempore Manuelis imperatoris, cuius filius Ioannes imperator Florentino interfuit concilio, in Latinorum sententiam tres libros de processione spiritussancti scripsit in hæc sane uerba: Quib⁹ ex uerbis liquido claret, quod Petrum, eiusq; successorem principem Christus & caput non modo Latinorum, Græcorum, occidentis & septentrionis uniuersi, uerum etiam Armenorum, Arabum & totius orientis ac meridiani climatis in perpetuum constituit. Ob quam rem occidui solis limites uniuersi, Petri successorem ex tunc sibi dominum recognoscunt, & sub illo præsule diriguntur, quod omnes facere opportunũ est. Hæc græcus ille autor modernus. Hinc certe sunt amplissima illa sedis apostolicæ priuilegia, quæ Iulius papa & Athanasius patriarcha ad longum commemorant in epistolis suis ex cõcilio Niceno: quæ tamen & antea huic sedi fuisse attributa, ex historia Ecclesiastica, ueterumq; pontificum decretis, haud obscure cognoscitur. Ita enim

Hugo. Etherianus.

Priuilegia Ro. ecclesiæ.

Dist. 17. c. Synodum.

B ante Nicenam synodũ scripsit Marcellus papa & martyr Maxentio episcopo: Synodum episcoporum absque huius sedis Romanæ autoritate (quãuis quosdam episcopos possitis congregare) non potestis regulariter facere, neque ullum episcopum, qui hanc appellauit apostolicam sedem, damnare, antequam hinc diffinitiua sententia procedat. Nemo igitur sine peccato aut instituta eius contemnit, aut eius præcepta transgreditur. Vnde ait Damasus papa: Omnia decretalia cunctorũ prædecessorum nostrorum constituta, quæ de ecclesiasticis ordinibus & canonum sunt promulgata disciplinis, ita ab omnibus episcopis ac sacerdotibus generaliter custodiri debere mandamus, ut si quid in illa commiserint, ueniam sibi honoris deinceps nouerint denegari. Quod si sanctis istis põtificibus, uelut in propria causa, minus credendum esse dixerint aduersarij, credant saltem beato Cypriano superius allegato, cuius & hæc sunt ad sanctum Cornelium Romanum pontificem uerba: Quales putas esse eos, qui sacerdotum hostes, & contra ecclesiam catholicam rebelles, nec præmonentis domini comminatione, nec futuri iudicij ultione terrentur? Neque enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quàm

25. q. 1. c. Oia

Cyp. in epistolis, lib. 1. epi. 3.

C inde, quòd sacerdoti dei non obtemperatur, nec unus in ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tẽpus iudex uice Christi cogitatur. Cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas uniuersa, nemo aduersum sacerdotũ collegium quicquam moueret: nemo post diuinũ iudicium, post populi suffragium, post coepiscoporũ consensum, iudicem se nõ iam episcopi, sed dei faceret.

Tractatus de Romanæ ecclesiæ primatu, finis.

TITVLI CANO- D
NVM APOSTOLORVM.

I.

De ordinatione episcopi.

II.

De ordinatione presbyterorum, diaconorum, & cæterorum.

III.

Nihil aliud in sacrificio, præter quod dominus statuit, offerendum.

IIII.

Quæ species ad altare, non ad sacrificium, sed ad benedictionem simplicem debeant exhiberi.

V.

Quod ea, quæ in ecclesiis offerri non possunt, ad domos sacerdotum à fidelibus deferantur.

VI.

Vt episcopus, aut presbyter uxorem suam, quam debet caste regere, nõ relinquat.

VII.

Vt sacerdotes & ministri altaris, secularibus curis abstineant. E

VIII.

Quo tempore pascha celebretur.

IX.

Quod ministri altaris oblatione celebrata, communicare debeant.

X.

Quod fideles laici ingredientes ecclesiam, communicare debeant.

XI.

Quod cum excommunicatis non sit orandum.

XII.

Quod cum damnatis clericis non sit orandum.

XIII.

Vt nullus fidelium præter commendatitias suscipiatur epistolas.

XIIII.

Vt ab episcopis aliena parochia minime peruadatur.

XV.

Vt clerici proprias ecclesias non relinquant.

XVI.

Vt episcopus, qui clericos alterius susceperit, communione priuetur. F

XVII.

Quod bigami non admittantur ad clerum.

XVIII.

Quod is, q̃ uiduam uel eiectam aut meretricem accepit, nõ admittatur ad clerum.

XIX.

Qui duas sorores habuerit, non admittatur ad clerum.

XX.

Clericum, fideiussorem esse non posse.

XXI.

Quod hi qui non sponte eunuchizati sunt, suscipiantur ad clerum.

XXII.

Vt is, qui se eunuchizauit, clericus non fiat.

XXIII.

Vt clericus, qui se eunuchizauit, abijciatur à clero.

XXIIII.

Vt laicus, qui se eunuchizauit, tribus annis communione priuetur.

XXV.

Quod epi-

A Quod episcopus,aut presbyter,aut diaconus,si pro criminibus damnati fuerint,minime communione priuentur.

XXVI.

Similiter & reliqui ministri ecclesiæ.

XXVII.

Qui clerici debeant coniugibus copulari.

XXVIII.

Quod episcopus,presbyter,& diaconus,fideles peccantes uerberare non debeant.

XXIX.

Quod officium pristinum damnati pro criminibus usurpare non debeant.

XXX.

Quod non debeant officia ecclesiastica pecunijs obtineri.

XXXI.

Vt ecclesia seculari potentia minime peruadatur.

XXXII.

De presbytero, qui * contempto episcopo, seorsum cõuentus cõgregare tẽtauerit. al. contra episcopum

XXXIII.

Quod clerici damnati non debeant ab alijs recipi.

XXXIIII.

B Vt nullus episcopus,presbyter,aut diaconus, sine cõmendatitijs suscipiat epistolis.

XXXV.

De primatu episcoporum.

XXXVI.

Quod non liceat episcopum in aliena prouincia clericos ordinare.

XXXVII.

De ordinatis episcopis,nec receptis.

XXXVIII.

Vt bis in anno concilia celebrentur.

XXXIX.

Vt tantum curam rerum ecclesiasticarum episcopus habeat.

XL.

De dignitate pontificis,& quod rerum suarum habeat potestatem.

XLI.

Quod episcopus ecclesiasticarum rerum pro dispensatione pauperum habeat potestatem.

XLII.

C Quod episcopus,presbyter,& diaconus,aleator & ebriosus esse non debeat.

XLIII.

Similiter clerici & laici,si permanserint in alea,communione priuentur.

XLIIII.

Quod episcopus,presbyter,& diaconus,non debeat usuras accipere.

XLV.

Quod non debeat episcopus, presbyter,aut diaconus cum hæreticis orare.

XLVI.

Quod non debeant hæreticorum baptismata comprobari.

XLVII.

Quod ecclesiæ baptismate baptizatus,denuo baptizari non debeat:& non ita baptizatus,debeat baptizari.

XLVIII.

Laicum pellentem suam coniugem,communione priuandum.

XLIX.

Quod in nomine trinitatis debeat baptizari.

L.

Quod non debeat una mersio in baptismate, quasi in morte domini prouenire.

CANO-

CANONES APOSTOLORUM IUXTA VETEREM EDITIONEM.

CAP. I.

EPISCOPUS à duobus aut tribus episcopis ordinetur.

CAP. II.

Presbyter ab uno episcopo ordinetur, & diaconus, & reliqui clerici.

CAP. III.

Si qs episcopus, aut presbyter, præter ordinationẽ domini alia quædam in sacrificio offerat super altare: id ẽ, aut mel, aut lac, aut pro uino siceram, & confecta quædam, aut uolatilia, aut animalia aliqua, aut legumina, contra constitutionem domini faciens, congruo tempore deponatur.

sacrificiũ Missæ à domino ordinatum.

CAP. IIII.

Offerri nõ liceat aliquid ad altare, præter nouas spicas & uuas et oleũ ad luminaria, & thymiama, id est, incensum, tẽpore quo * sancta celebratur oblatio.

al. sacra

CAP. V.

Reliqua poma om̃ia ad domũ primitiæ episcopo & p̃sbyteris dirigant̃, non offerant̃ in altari. Certũ est aũt, quod episcopus & presbyteri * diuidant & diaconis, & reliquis clericis.

al. diuidunt

CAP. VI.

Episcopus, aut presbyter uxorẽ propriam nequaquam sub obtentu religionis abijciat: si uero reiecerit, excommunicetur: * sed si p̃seuerauerit, deijciatur.

Dist. 28. Si qs docuerit. & Dist. 31. c. Quicũq;. declarãdo ca. Et in dec. Iuo. li. 3.

al. &

CAP. VII.

Episcop⁹, aut p̃sbyter, aut diaconus, nequaq̃ seculares curas adsumat: sin aliter, * deijciatur.

Dist. 88. c. Episcopus aut sacerdos.

al. eijciatur.

CAP. VIII.

Si qs episcopus aut presby

ΚΑΝΟΝΕΣ τῶν ἁγίων καὶ πανσέπτων ἀποστόλων.

Ἐπίσκοπος χειροτονείσθω ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν.

β.

Πρεσβύτερος ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου χειροτονείσθω, καὶ διάκονος, καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί.

γ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, παρὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν τὴν ἐπὶ τῇ θυσίᾳ, προσενέγκῃ ἕτερά τινα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, ἢ μέλι, ἢ γάλα, ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα ἐπιτήδευτα, ἢ ὄρνιθας, ἢ ζῶά τινα, ἢ ὄσπρια, ὡς παρὰ τὴν διάταξιν κυρίου ποιῶν, καθαιρείσθω. πλὴν νέων χίδρων ἢ σταφυλῆς τῷ καιρῷ τῷ δέοντι. μὴ ἐξὸν δὲ ἔσω προσάγεσθαί τι ἕτερον εἰς τὸ θυσιαστήριον, ἢ ἔλαιον εἰς λυχνίαν, καὶ θυμίαμα καιρῷ τῆς προσφορᾶς.

δ.

Ἡ ἄλλη πᾶσα ὀπώρα εἰς οἶκον ἀποστελλέσθω ἀπαρχὴ τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ θυσιαστήριον. δῆλον δὲ, ὡς ὁ ἐπίσκοπος καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐπιμερίζοις τοῖς διακόνοις, καὶ τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς.

ε.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλλέτω προφάσει εὐλαβείας. ἐὰν δὲ ἐκβάλλει, ἀφοριζέσθω, ἐπιμένων δὲ, καθαιρείσθω.

ς.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κοσμικὰς φροντίδας μὴ ἀναλαμβανέτω. εἰ δὲ μή, καθαιρείσθω.

ζ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος,

CANONES APOSTOLORUM sanctorũ per Clementẽ à Petro apostolo Romæ ordinatũ episcopũ, in unũ congesti: & Gregorio Haloandro interprete, in Latinam linguam è Græca uersi.

D

CAP. I.

EPiscop⁹ à duobus aut tribus episcopis ordinator.

CAP. II.

Presbyter ab uno episcopo ordinator. itẽ diaconus & reliqui clerici.

CAP. III.

Si qs episcopus, aut presbyter præter ordinationẽ dñi, quã de sacrificio instituit, alia quępiam, puta aut mel, aut lac, aut pro uino sicera, aut cõfecta quædam, aut aues, aut aliqua animalia, aut legumina sup altare obtulerit, ut q contra ordinationẽ dñi faciat, deponitor, excepto nouo frumento, & uua opportuno tẽpore. Præterea licitũ nõ esto, aliud quippiam admouere ad altare, q̃ oleum in candelabrũ & incensum oblationis tempore.

E

CAP. IIII.

Omniũ aliorũ primitiæ episcopo & presbyteris domũ mittuntor, non sup altare. Manifestũ est autẽ, ꝙ episcopus & pres byteri inter diaconos & reliqs clericos eas diuidunt.

F

CAP. V.

Episcop⁹, aut presbyter, aut diaconus uxorem suã prætextu religionis nõ abijcito. si abijcit, segregator à communione: si perseuerat, deponitor.

CAP. VI.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus seculares curas non suscipito, alioqui deponitor.

CAP. VII.

Si qs episcop⁹, aut p̃sbyter

A ter, aut diaconus, sanctum diem paschæ ante uernum æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, deponitor.

CAP. VIII.

Si qs episcopus aut p̄sbyter, aut diaconus, aut qcūq; ex sacerdotali consortio, oblatiōe facta, nō cōicauerit, causā dicito. Et si bona rōne subnixa sit, ueniā p̄meretor. Sin min⁹ dixerit, à coīone excluditor, táquam qui populo autor offensiōis fuerit, mota cōtra eum suspicione, qui obtulit.

CAP. IX.

Quicunq; fideles ecclesiā B ingrediūt, & scripturas audiūt, neq; apud p̄ces & sanctā coīonē p̄manēt, eos, tāquā qui ordinis in ecclesia perturbationē inducant, à cōmunione arceri oportet.

CAP. X.

Si quis cum excoīcato, licet in domo, p̄ces coniūxerit, iste coīone priuator.

CAP. XI.

Si quis cū deposito clerico, ut cū clerico, preces cōiunxerit, deponitor & ipse.

CAP. XII.

Si quis clericus, aut laicus à cōmunione segregatus, seu nondū in communionem C receptus, ad aliam profectus ciuitatē, sine cōmēdaticijs literis receptus fuerit, à coīone excluditor tam qui recipit, q̄ qui receptus est. Si excommunicatus fuerit, in lōgius illi tempus excommunicatio protenditor.

CAP. XIII.

Epō, q parochiā suā dereliquerit, alteri insilire nefas esto, licet à pluribus ad hoc cōpellatur, nisi rōnabilis aliqua causa subsit, quæ hoc ipsum facere ui adigat, nēpe

τερ⊙, ἢ διάκον⊙ τὴν ἁγίαν τῆ πάσχα ἡμέραν πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ ἰουδαίων ἐπιτελέσῃ, καθαιρείσθω.

η.

Εἴ τις ἐπίσκοπ⊙, ἢ πρεσβύτερ⊙, ἢ διάκον⊙, ἢ ἐκ τῆ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, προσφορᾶς γενομένης, μὴ μεταλάβοι, τὴν αἰτίαν εἰπάτω. καὶ ἐὰν εὔλογος ᾖ, συγγνώμης τυγχανέτω. εἰ δὲ μὴ λέγῃ, ἀφοριζέσθω ὡς αἴτι⊙ βλάβης γινόμεν⊙ τῷ λαῷ, καὶ ὑπόνοιαν ποιήσας κατὰ τοῦ προσενέγκαντ⊙.

θ.

Πάντας τοὺς εἰσιόντας πιστούς, καὶ τῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ παραμένοντας δὲ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ ἁγίᾳ μεταλήψει, ὡς ἀταξίαν ἐμποιοῦντας τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀφορίζεσθαι χρή.

ι.

Εἴ τις ἀκοινωνήτῳ, κἂν ἐν οἴκῳ, συνεύξηται, οὗτ⊙ ἀφοριζέσθω.

ια.

Εἴ τις καθῃρημένῳ κληρικὸς ὡς κληρικῷ συνεύξηται, καθαιρείσθω καὶ αὐτός.

ιβ.

Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς ἀφωρισμέν⊙ ἤτοι ἄδεκτος ἀπελθὼν ἐν ἑτέρᾳ πόλει δεχθῇ ἄνευ γραμμάτων συστατικῶν, ἀφοριζέσθω καὶ ὁ δεξάμεν⊙ καὶ ὁ δεχθείς. εἰ δὲ ἀφωρισμέν⊙ εἴη, ἐπιτεινέσθω αὐτῷ ὁ ἀφορισμός.

ιγ.

Ἐπίσκοπον μὴ ἐξεῖναι καταλείψαντα τὴν αὐτοῦ παροικίαν ἑτέρᾳ ἐπιπηδᾶν, κἂν ὑπὸ πλειόνων ἀναγκάζηται. εἰ μή τις εὔλογ⊙ αἰτία ᾖ τοῦτο βιαζομένη αὐτὸν ποιεῖν, ὡς πλέον τι κέρ-

sbyter, aut diacon⁹, sanctū pascha diem ante uernale æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, abijciatur.

CAP. IX.

Si qs episcopus, aut presbyter, aut diaconus, uel q̄libet ex sacerdotali catalogo, facta oblatione, nō coīcauerit: aut causā dicat, ut si rōnabilis fuerit, ueniā cōseq̄t: aut si nō dixerit, coīone priuet, tanq̄ q populo causa læsionis extiterit, dās suspicionē de eo qui sacrificauit, q̄ recte nō obtulerit.

CAP. X.

Oēs fideles *q ingrediūtur ecclesiam, & scripturas audiūt, nō aūt p̄seuerant in oratione, nec sanctā coīonē p̄cipiūt, uelut inqetudines ecclesiæ commouētes, conuenit coīone priuari.

CAP. XI.

Si quis cum excoīcato saltē in domo *simul orauerit, iste coīone priuetur.

CAP. XII.

Si quis cū damnato clerico, ueluti cū clerico, simul orauerit, iste damnetur.

CAP. XIII.

Si quis clericus, aut laicus, à communione suspensus, seu communicās, ad aliam properet ciuitatem, & suscipiatur præter commēdatitias literas, & qui suscepīt, & qui susceptus est, cōmunione priuentur. Excommunicato uero protēletur ipsa correptio, tanquā qui mentitus *sit, & ecclesiam dei seduxerit.

CAP. XIIII.

Episcopo non licere alienam parochiam, propria relicta, peruadere, licet cogatur à plurimis. Nisi forte quis *cū rationabili causa *compellat, táquam qui possit

Missam eē sacrificiū & oblationem, qua facta, omnes olim communicabant qui intererant.

De consecrat. dist. 1. c. Oēs fideles.

al. * qui conueniunt in solenitatibus sacris ad ecclesiam, & scripturas apostolorum & euangelium audiant. Qui autē non perseuerāt in oratione, usq; dum missa peragatur, nec

In dec. Iuo. lib. 5.

al. * locutus fuerit, uel 2. Ioan. 1. c.

In dec. Iuo lib. 3.

al. * sic

Nice. cō. c. 15. Antio. conci. c. 21.

al. * eum

al. * compellatur.

al.* cō-tutus.

possit ibidem * constitutis plus lucri cōferre, & in causa religionis aliquid *profecto prospicere. Et hoc nō à semetipso pertentet, sed multorū episcoporum iudicio & maxima supplicatione perficiat.

al.* pfectus.

CAP. XV.

Nice. cō. c. 16. Antio. cō. c. 3.

Si quis presbyter, aut diaconus, aut quilibet de numero clericorū relinquens propriam parochiam, pergat ad alienam, & omnino demigrans præter episcopi sui conscientiam, in aliena parochia commoretur, hūc ulterius ministrare nō patimur: præcipue si uocatus ab episcopo, redire contempserit, in sua inquietudine perseuerans. Veruntamen tanq̄ laicus ibi coicet.

CAP. XVI.

Episcop⁹ uero, apud quē * memoratos esse constiterit, si contra eos decretā cessationem pro nihilo reputans, tanquam clericos forte susceperit, uelut magister inquietudinis, communione priuetur.

al.* moratos.

CAP. XVII.

Distinct. 33. c. Si quis post.

Si quis post baptisma secundis fuerit nuptījs copulatus, aut concubinam habuerit, non potest esse episcopus, nō presbyter aut diaconus, aut prorsus ex numero eorum, qui ministerio sacro deseruiunt.

CAP. XVIII.

Distin. 34. c. Si quis uiduā.

Si quis uiduam aut eiectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, uel aliquā de ījs quæ publicis spectaculis mancipantur, non potest esse episcop⁹ aut presbyter, aut diaconus, aut ex eorum numero, qui ministerio sacro deseruiunt.

Cap.

κέρδος δυναμένου αὐτῶ τῆς ἐκεῖσε λόγῳ εὐσεβείας συμβάλλεσθαι. καὶ τοῦτο δὲ οὐκ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ κρίσει πολλῶν ἐπισκόπων καὶ παρακλήσει μεγίστῃ.

ιδ.

Εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν, ἀπολείψας τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν εἰς ἑτέραν ἀπέλθῃ, καὶ παντελῶς μεταστὰς διατρίβει ἐν ἄλλῃ παροικίᾳ παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου. τοῦτον κελεύομεν μηκέτι λειτουργεῖν, μάλιστα εἰ προσκαλουμένου αὐτὸν τοῦ ἐπισκόπου αὐτοῦ ἐπανελθεῖν οὐχ ὑπήκουσεν, ἐπιμένων τῇ ἀταξίᾳ. ὡς λαϊκὸς μέντοι ἐκεῖσε κοινωνείτω.

ιε.

Εἰ δὲ ἐπίσκοπος, ᾧ παρατυγχάνοιεν, παρ᾽ οὐδὲν λογισάμενος τὴν κατ᾽ αὐτῶν ὁρισθεῖσαν ἀργίαν, δέξεται αὐτοὺς ὡς κληρικούς, ἀφοριζέσθω ὡς διδάσκαλος ἀταξίας.

ις.

Ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ παλλακὴν κτησάμενος, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

ιζ.

Ὁ χήραν λαβών, ἢ ἐκβεβλημένην, ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ τῶν ἐπὶ σκηνῆς, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

ιη.

D

pe quod plus lucri, & utilitatis his, qui illic constituti sint, uerbo pietatis conferre p[o]ssit, neque hoc tamen à seipso, sed multorum episcoporum iudicio, & exhortatione maxima.

CAP. XIIII.

Si qs p̄sbyter, aut diaconus, aut qcūq; tandē de clericorū cōsortio, relicta parochia sua in aliā cōcesserit, et oīno trāsmigratiōe fctā, p̄pter uolūtatē sui epi in alia parochia moram traxerit, hunc iubemus, ne porro in ministerio publico sit ecclesiæ, maxime si accersente ipsum epo ei⁹, redire cōtēnat, peruerso illic ordine perseuerans. ut laicus tn̄ ibi locorum in communiōem admittitor.

E

CAP. XV.

Quod si ep̄us, ad quē accesserint, pro nihilo reputata uacatiōis à ministerio ecclesiastico pœna, quæ contra eos definita est, ipsos ut clericos susceperit, à coiōne excluditor, ut pueṙsi ordinis magister.

CAP. XVI.

F

Qui post baptismū duabus implicitus fuit nuptījs, aut concubinam habuit, is episcopus aut presbyter, aut diaconus, aut denique in consortio sacerdotali esse non potest.

CAP. XVII.

Qui uiduam duxit, aut diuortio separatā à uiro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam, quæ publicis mancipata sit spectaculis, episcopus, aut p̄sbyter, aut diaconus, aut deniq; ex consortio sacerdotali esse non potest.

Cap.

A

CAP. XVIII.

Qui duas sorores duxit, aut consobrinam, clericus esse non potest.

CAP. XIX.

Clericus, qui fideiussiones dat, deponitor.

CAP. XX.

Si quis humana uiolentia eunuchus factus est, aut in persecutione amputata ei sunt uirilia, aut ita natus fuit, & dignus est, efficitor episcopus.

CAP. XXI.

Qui sibijpsi uirilia amputauit, clericus nō efficitor:

B

sui enim ipsius homicida est, & inimicus creationi dei.

CAP. XXII.

Si quis cum clericus esset, uirilia sibijpsi amputauerit, deponitor. Homicida et enim suijpsius est.

CAP. XXIII.

Laicus qui seipsum mutilauit, per tres annos á communione eijcitor, puta quia ipse uitæ suæ posuit insidias.

CAP. XXIIII.

C

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus in fornicatione, aut periurio, aut furto deprehēsus, deponitor, non tamen à communione excluditor. Dicit enim scriptura: Bis de eodem delicto uindictam non exiges. Eidem conditioni consimiliter & reliqui clerici subduntor.

CAP. XXV.

Ex his, qui cælibes in clerum peruenerunt, iubemus, ut lectores tantum, & cantores (si uelint) nuptias contrahant.

Cap.

ιή.

ὁ δύο ἀδελφὰς ἀγαγόμενος, ἢ ἀδελφιδῆν, οὐ δύναται εἶναι κληρικός.

ιθ.

κληρικὸς ἐγγύας διδοὺς, καθαιρείσθω.

κ.

Εὐνοῦχος εἰ μὲν ἐξ ἐπηρείας ἀνθρώπων ἐγένετό τις, ἢ ἐν διωγμῷ ἀφῃρέθη τὰ ἀνδρῶν, ἢ οὕτως ἔφυ, καὶ ἔστιν ἄξιος, γινέσθω.

κά.

ὁ ἀκρωτηριάσας ἑαυτὸν, μὴ γινέσθω κληρικός. αὐτοφονευτὴς γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ, καὶ τῆς τοῦ θεοῦ δημιουργίας ἐχθρός.

κβ.

εἴ τις κληρικὸς ὢν, ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσει, καθαιρείσθω. φονευτὴς γάρ ἐστιν ἑαυτοῦ.

κγ.

Λαϊκὸς ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσας, ἀφοριζέσθω ἔτη τρία. ἐπίβουλος γάρ ἐστι τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς.

κδ.

Επίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἐπὶ πορνείᾳ, ἢ ἐπιορκίᾳ, καὶ κλοπῇ ἁλοὺς, καθαιρείσθω, καὶ μὴ ἀφοριζέσθω. λέγει γὰρ ἡ γραφὴ, οὐκ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. ὁμοίως καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοὶ τῇ αὐτῇ αἱρέσει ὑποκείσθωσαν.

κέ.

τῶν εἰς κλῆρον προεληλυθότων ἀγάμων, κελεύομεν βουλομένους γαμεῖν ἀναγνώστας καὶ ψάλτας μόνους.

κϛ.

CAP. XIX.

Qui duas in coniugium sorores acceperit, uel *filiā fratris, clericus esse non potest.

[Margin: al. * uiduam fratris, uel filiam patris. al. *filiā fratris.]

CAP. XX.

Clericus fideiussiōibus inseruiens, abijciatur.

CAP. XXI.

Eunuchus si per insidias hominū factus est, uel si in persequutiōe eius sunt amputata uirilia, uel si ita natus est, & est dignus, efficiatur episcopus.

[Margin: Dist. 55. c. Eunuchus si per]

CAP. XXII.

Si quis abscidit semetipsum, id est, si quis amputauit sibi uirilia, nō fiat clericus: quia * suus homicida est, & dei conditionis inimicus.

[Margin: Ibidem c. Si qs absciderit. al. * suijpsius]

CAP. XXIII.

Si quis cū clericus fuerit, absciderit semetipsum, oīno damnetur, quia suus est homicida.

[Margin: Nice. con. c. 1.]

CAP. XXIIII.

Laicus semetipsum abscindens, annis tribus communione priuetur, qa suæ uitæ insidiator extitit.

CAP. XXV.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto capt⁹ est, deponatur: non tamen cōmunione priuetur. Dicit enim scriptura: Non *uindicabit dominus bis in idipsum.

[Margin: Dist. 81. c. Presbyt aut diaconus. Naum 1. c. secundum aliam literam. al. *uindicauit.]

CAP. XXVI.

Similiter & reliqui clerici huic conditioni subiaceant.

CAP. XXVII.

Innuptis autem qui ad clerum prouecti sunt, præcipimus, ut si uoluerint, uxores accipiant: sed lectores cantoresque tantummodo.

[Margin: In deci. Iuo. lib. 3.]

B Cap.

D

CAP. XXVIII.

Dist.45.c.Episcopum, aut presbyterũ.

Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, & per huiusmodi uolentem timeri, deiici ab officio suo præcipimus, qa nusquam nos hoc dominus docuit. E contrario uero ipse cum percuteretur, nõ repercutiebat: cũ malediceretur, non remaledicebat: cum pateretur, non comminabatur.

Esaiæ.53.c. 2.Petri.2.d.

CAP. XXIX.

Anti. cõ. c.4.

Si qs episcop⁹, aut presbyter, aut diaconus, depositus iuste super certis criminibus, ausus fuerit attrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab ecclesia penitus abscindatur.

CAP. XXX.

Chalce. con. cap.2.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, p̄ pecunias hãc obtinuerit dignitatẽ: deiiciatur & ipse, & ordinator eius, & à communione modis omnibus abscindatᵣ, sicut Simon Magus à Petro.

Actu.8.d.

CAP. XXXI.

16. q. 7. c. Si quis epus

Si quis episcopus secularibus potestatibus usus, ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur, & segregentur omnes, * qui illi communicant.

al. *quiqui

CAP. XXXII.

Anti.cõ. c. 5.

Si quis presbyter contemnẽs episcopum suum, seorsum collegerit, & altare aliud erexerit, nihil habens quo reprehendat episcopum in causa pietatis & iustitię, deponatur, quasi principat⁹ amator existẽs: est eñ tyrãnus. & cæteri clerici quicunque tali consentiunt,

Ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον τύπτοντα πιστοὺς ἁμαρτάνοντας, ἢ ἀπίστους ἀδικήσαντας, καὶ διὰ τούτων φοβεῖν θέλοντα καθαιρεῖσθαι προστάττομεν. οὐδαμοῦ γὰρ ὁ κύριος τοῦτο ἡμᾶς ἐδίδαξε. τοὐναντίον δὲ αὐτὸς τυπτόμενος οὐκ ἀντέτυπτε, λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει, πάσχων οὐκ ἠπείλει.

κζ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος καθαιρεθεὶς δικαίως ἐπὶ ἐγκλήμασι φανεροῖς, τολμήσειεν ἅψασθαι τῆς ποτὲ ἐγχειρισθείσης αὐτῷ λειτουργίας: παντάπασιν ἐκκοπτέσθω τῆς ἐκκλησίας.

κή.

εἴ τις ἐπίσκοπος, διὰ χρημάτων τῆς ἀξίας ταύτης ἐγκρατὴς γένηται ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος: καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ χειροτονήσας, καὶ ἐκκοπτέσθω τῆς κοινωνίας παντάπασιν, ὡς Σίμων ὁ μάγος ὑπ' ἐμοῦ Πέτρου.

κθ.

εἴ τις ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος, δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς γένηται ἐκκλησίας, καθαιρείσθω, καὶ ἀφοριζέσθω, καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες.

λ.

εἴ τις πρεσβύτερος καταφρονήσας τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, χωρὶς συναγωγὴν καὶ θυσιαστήριον πήξει, μηδὲν καταγνοὺς τοῦ ἐπισκόπου ἐν εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ: καθαιρείσθω ὡς φίλαρχος. τύραννος γάρ ἐστιν. ὡσαύτως καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί, ὅσοι ἂν αὐτῷ προσθῶνται. οἱ δὲ λα-

CAP. XXVI.

Episcopum, aut presbyterum, aut diaconũ, q uel fideles delinquẽtes, uel infideles iniuriam inferẽtes percutit, & terrorem ipsis per huiusmodi uult incutere, deponi p̄cipimus. Nusquam enim dominus hoc nos docuit. Imò uero contra, cũ ipse percuteretᵣ, nõ repercutiebat: cum lacesseretur conuiciis, non regerebat conuicium: cum pateretur, non comminabatur.

CAP. XXVII.

E

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus ob certa crimina iuste depositus, attingere ministerium quod aliqñ tractauerat, p̄sumpserit, omino hic ab ecclesia abscinditor.

CAP. XXVIII.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus pecuniæ interuẽtu hãc dignitatẽ nactus fuerit, deponitor tam ipse, q̃ qui eum ordinauit, & oĩno à coĩone abscinditor, quemadmodum Simon magus à me Petro.

CAP. XXIX.

F

Si quis epus secularium magistratuũ familiaritate usus, p ipsos ecclesiã nactus fuerit, deponitor: segregantor q̃q; à coĩone, quicũq; cũ ipso communionẽ habent.

CAP. XXX.

Si qs presbyter, proprium aspernatus epum, seorsim conuẽticula egerit, & altare erexerit, cum de nullo crimine episcopũ in pietate ac iustitia condẽnarit, deponitor, quasi qui principatum ambiat: tyrãnus eñ est. Consimiliter & reliqui clerici, q suum illi calculũ appo-

A apponunt, laici uero à communione segregator. Atque hæc post unam, & item alteram, ac tertiam episcopi exhortationem fiunto.

CAP. XXXI.

Si quis presbyter, aut diaconus per episcopum à cõmunione exclusus sit, hunc neutiquam ab alio fas esto suscipi, quàm ab eo, qui ipsum à communione exclusit, nisi forte fortuna episcopus, qui ipsum à communione segregauit, defunctus sit.

CAP. XXXII.

Nemo peregrinorũ episcoporum, aut presbyterorum, aut diaconorum sine commendatitijs suscipitor B literis. & si eas obtulerit, attẽtius in disquisitionem uocantor. Et quidem si prædicatores pietatis fuerint, suscipiũtor: sin minus, ubi necessaria ipsis suppeditaueritis, ad communionem & ulteriorem ipsos consuetudinem nõ admittitote. multa enim per obreptionem fiunt.

CAP. XXXIII.

Cuiusque gentis episcopos oportet scire, quinam C inter ipsos primus sit, habereque ipsum quodammodo pro capite, neque sine illius uoluntate quicquã agere insolitum: illa autem sola quenque pro se tractare, quæ ad parochiam eius, & loca ipsi subdita attinent. Sed neque ille citra omĩum uoluntatem aliquid facito. Ita enim concordia erit, & deus glorificabitur per dominum in sancto spiritu.

CAP. XXXIIII.

Epũs extra terminos suos in ciuitatibus & regionibus sibi nõ subiectis ordinationes

λαϊκοὶ ἀφοριζέσθωσαν. ταῦτα δὲ μετὰ μίαν, καὶ δευτέραν, καὶ τρίτην παράκλησιν τοῦ ἐπισκόπου γινέσθω.

λα.

Εἴ τις πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ὑπὸ ἐπισκόπου γένηται ἀφωρισμένος· τοῦτον μὴ ἐξεῖναι παρ' ἑτέρου δέχεσθαι, ἀλλ' ἢ παρὰ τοῦ ἀφορίσαντος αὐτὸν, εἰ μὴ ἂν κατὰ συγκυρίαν τελευτήσῃ ὁ ἀφορίσας αὐτὸν ἐπίσκοπος.

λβ.

Μηδένα τῶν ξένων ἐπισκόπων, ἢ πρεσβυτέρων, ἢ διακόνων ἄνευ συστατικῶν προσδέχεσθαι. καὶ ἐπιφερομένων αὐτῶν, ἀνακρινέσθωσαν. καὶ ἐὰν μὲν ὦσι κήρυκες τῆς εὐσεβείας, προσδεχέσθωσαν. εἰ δὲ μήγε, τὴν χρείαν αὐτοῖς ἐπιχορηγήσαντες, εἰς κοινωνίαν αὐτοὺς μὴ προσδέξησθε. πολλὰ γὰρ κατὰ συναρπαγὴν γίνεται.

λγ.

Τοὺς ἐπισκόπους ἑκάστου ἔθνους εἰδέναι χρὴ τὸν ἐν αὐτοῖς πρῶτον, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτὸν ὡς κεφαλὴν, καὶ μηδέν τι πράττειν περιττὸν ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης. ἐκεῖνα δὲ μόνα πράττειν ἕκαστον, ὅσα τῇ αὐτοῦ παροικίᾳ ἐπιβάλλει, καὶ ταῖς ὑπὸ αὐτὴν χώραις. Ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνος ἄνευ τῆς πάντων γνώμης ποιείτω τι. οὕτω γὰρ ὁμόνοια ἔσται, καὶ δοξασθήσεται ὁ θεὸς διὰ κυρίου ἐν ἁγίῳ πνεύματι.

λδ.

Ἐπίσκοπον μὴ τολμᾶν ἔξω τῶν αὐτοῦ ὅρων χειροτονίας ποιεῖσθαι εἰς τὰς μὴ ὑποκειμένας αὐτῷ πό-

tiunt, deponatur, laici uero segregentur. Hæc aũt post unam & secundam & tertiam episcopi obsecrationẽ, fieri conueniat.

CAP. XXXIII.

Si quis presbyter aut diaconus ab episcopo suo segregetur, hunc nõn licere ab alio recipi, sed ab ipso qui eũ sequestrauerat, nisi forsitã obierit episcopus ipse, qui eum segregasse cognoscitur.

Nice. con. c. 5. Antio. cõ. c. 6.

CAP. XXXIIII.

Nullus episcoporum peregrinorum, aut presbyterorum, aut diaconorum, sine commendatitijs suscipiatur epistolis. Et cum scripta detulerint, discutiatur attentius, & ita suscipiantur, & si pdicatores pietatis extiterint. Sin minus, nec quæ sunt necessaria, subministrentur eis, & ad communionem nullatenus admittantur, quia per subreptionem multa proueniunt.

Anti. cõ. c. 7.

CAP. XXXV.

Episcopos gentium singularum scire conuenit, quis inter eos primus habeatur, quem uelut caput existiment, & nihil amplius præter eius conscientiã gerant, quàm illa sola singuli, quæ parochiæ propriæ, & uillis quæ sub ea sunt, competunt. Sed nec ille præter omnium conscientiam faciat *aliquid. sic enim *unanimitas erit, & glorificabitur deus per Christum in spiritu sancto.

Anti. cõ. c. 9.

al. *aliquid in eorum parochijs. al. *unianimitas.

CAP. XXXVI.

Episcopum non audere extra terminos pprios ordinationes facere in ciuitatibus

Anti. cõ. c. 13.

tibus & uillis, quæ illi nullo iure subiectæ sunt. Si uero conuictus fuerit hoc fecisse præter eorum conscientiam qui ciuitates ipsas & uillas detinent: & ipse deponatur, & qui ab illo sunt ordinati.

CAP. XXXVII.

Antio. cõ. c. 18.

Si qs episcopus nõ susceperit officium, & curam populi sibi cõmissam, hic cõmunione priuetur, quoadusq; consentiat, obœdientiam commodans: similiter autem & presbyter, & diaconus. Si uero perrexerit, nec receptus fuerit, non pro sua sententia, sed ꝑ malitia populi, ipse quidẽ maneat episcopus, clerici uero ciuitatis communione priuentur, eo quòd eruditores inobœdientis populi non fuerunt.

CAP. XXXVIII.

Nice. con. c. 5. Anti. cõ. c. 20.

Bis in anno episcoporũ concilia celebrentur, ut inter se inuicẽ dogmata pietatis explorẽt, & emergentes ecclesiasticas contentiones amoueant, semel quidem quarta septimana pentecostes, secundo uero XII. die mensis Hyperberetæi, id est, iuxta Romanos quarto Idus Octobris.

Hyperberetæus apud Asiæ pp̄los, & Macedones October Græce dictus.

CAP. XXXIX.

Omnium negociorũ ecclesiasticorum curam episcopus habeat, & ea uelut deo contemplante dispenset, nec ei liceat ex his aliqd omnino cõtingere, aut parentibus proprĳs quæ dei sunt, condonare. Quod si pauperes sunt, tanquã pauperibus subministret, *nec eorũ occasione ecclesiæ negocia *deprædetur.

al. *ne
al. *depdẽtur

Cap.

πόλεις καὶ χώρας. εἰ δὲ ἐλεγχθείη τοῦτο πεποιηκὼς παρὰ τὴν τῶν κατεχόντων τὰς πόλεις ἐκείνας ἢ τὰς χώρας γνώμην: καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ οὓς ἐχειροτόνησεν.

λέ.

Εἴ τις χειροτονηθεὶς ἐπίσκοπος μὴ καταδέχοιτο τὴν λειτουργίαν καὶ τὴν φροντίδα τοῦ λαοῦ τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ: τοῦτον ἀφωρισμένον τυγχάνειν, ἕως ἂν καταδέξηται. εἰ δὲ μὴ δεχθείη, οὐ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ λαοῦ μοχθηρίαν: αὐτὸς μενέτω ἐπίσκοπος, ὁ δὲ κλῆρος τῆς πόλεως ἀφοριζέσθω, ὅτι τοιούτου λαοῦ ἀνυποτάκτου παιδευταὶ οὐκ ἐγένοντο.

λϛ.

Δεύτερον τοῦ ἔτους σύνοδος γινέσθω τῶν ἐπισκόπων, καὶ ἀνακρινέτωσαν ἀλλήλους τὰ δόγματα τῆς εὐσεβείας, καὶ τὰς ἐμπιπτούσας ἐκκλησιαστικὰς ἀντιλογίας διαλυέτωσαν, ἅπαξ μὲν τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς, δεύτερον δὲ ὑπερβερεταίου δωδεκάτῃ.

λζ.

Πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ὁ ἐπίσκοπος ἐχέτω τὴν φροντίδα, καὶ διοικείτω αὐτὰ ὡς θεοῦ ἐφορῶντος. μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ σφετερίζεσθαί τι ἐξ αὐτῶν, ἢ συγγενέσιν ἰδίοις τὰ τοῦ θεοῦ χαρίζεσθαι. εἰ δὲ πένητες εἶεν, ἐπιχορηγείτω ὡς πένησιν, ἀλλὰ μὴ προφάσει τούτων τὰ τῆς ἐκκλησίας ἀπεμπολείτω.

λή.

tiones facere nõ præsumito. Si uero præter uoluntatem eorum, qui ciuitates illas aut regiones detinent, id fecisse conuictus fuerit: deponitor tam ipse, quàm etiam hi quos ordinauit.

CAP. XXXV.

Si quis ordinatus episcopus, ministerium & curam populi sibi commissam nõ susceperit, hic à communione seiunctus esto tandiu, donec susceperit, (obœdientiam accommodans. Similiter autem & presbyter, & diaconus) Si uero non præ uoluntate sua, sed præ malitia populi nõ susceperit: maneto ipse quidem episcopus, clerus uero eius ciuitatis à communione segregator, eo quòd tam inobœdientem populum non corripuerint.

CAP. XXXVI.

Bis in anno episcoporum celebrator synodus, & pietatis inter se dogmata in disquisitionem uocanto, neque non in ecclesĳs incidentes cõtradictiones dirimunto, semel quidẽ quarta feria pentecostes, secũdo duodecima Hyperberetæi.

CAP. XXXVII.

Omnium reꝝ ecclesiasticarum curam episcopꝰ gerito, & eas dispensato, quasi inspectante deo. Non licitum autem ei esto, quippiam ex ĳs sibi tanquam proprium assumere, aut cognatis suis elargiri, quæ deo dedicata sunt. Quod si pauperes illi sint, ut pauperibus subministrato: non tamen horum prætextu res ecclesiæ uenundato.

Cap.

A

CAP. XXXVIII.

Presbyteri & diaconi absque uoluntate epi nihil peragunto. ipsius enim fidei popul⁹ dñi commissus est, & pro eorum aïabus ab ipso repetetur ratio.

CAP. XXXIX.

Manifestæ sunto res episcopi, (si modo & priuatas habet) manifestæ item sunto dominicæ, ut priuatas quidem res episcopus, cum moritur, quibus uult, & quomodo uult, relinquendi facultatem habeat: neq; occasione ecclesiastica rum rerum intercidat res

B

episcopi, qui nonnunquam uxorem & liberos, aut cognatos, aut seruos habet. Iustum enim est apud deũ, pariter & homines, simul ne per ignorationem rerũ epi damni aliquid sustineat, simul ne episcopus, aut cognati eius prætextu ecclesiæ oblædantur, aut etiam qui illũ generis proximitate contingunt, incidát in negocia, eiusq; mors implicetur diffamationibus.

CAP. XL.

Præcipimus, ut episcopus res ecclesiæ in ptãte ha

C

beat. Nam si preciosæ hominũ animæ fidei eius cõmittẽdæ sunt, multo utiq; magis oportuerit & de pecuniis mãdatũ dare, ut illi⁹ arbitratu dispẽsentur, neq; nõ cũ timore dei, summaq; solicitudine p psbyteros, ac diaconos erogent in pauperes. Præcipiat aũt & ipse (si modo indiget) quantũ ad necessarios suos, & hospitio exceptorũ fratrum usus opus habet, ne quomõ ipse posteriore loco habeatur, q̃ cęteri. Ordinauit enim

λη.

Οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν ἐπιτελείτωσαν. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ πεπιστευμένος τὸν λαὸν τοῦ κυρίου, καὶ τὸν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν αὐτῶν λόγον ἀπαιτηθησόμενος.

λθ.

Ἔστω φανερὰ τὰ ἴδια τοῦ ἐπισκόπου πράγματα (εἴγε καὶ ἴδια ἔχει) καὶ φανερὰ τὰ κυριακά, ἵνα ἐξουσίαν ἔχῃ τὰ ἴδια τελευτῶν ὁ ἐπίσκοπος, οἷς βούλεται, καὶ ὡς βούλεται, καταλεῖψαι, καὶ μὴ προφάσει τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων διαπίπτειν τὰ τοῦ ἐπισκόπου, ἔσθ' ὅτε γυναῖκα καὶ παῖδας κεκτημένου, ἢ συγγενεῖς, ἢ οἰκέτας. δίκαιον γὰρ παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις, τὸ μήτε τὴν ἐκκλησίαν ζημίαν τινὰ ὑπομένειν ἀγνοίᾳ τῶν τοῦ ἐπισκόπου πραγμάτων, μήτε τὸν ἐπίσκοπον ἢ τοὺς αὐτοῦ συγγενεῖς προφάσει τῆς ἐκκλησίας πημαίνεσθαι, ἢ καὶ εἰς πράγματα ἐμπίπτειν τοὺς αὐτῷ διαφέροντας, καὶ τὸν αὐτοῦ θάνατον δυσφημίαις περιβάλλεσθαι.

μ.

Προστάσσομεν ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῶν τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων. εἰ γὰρ τὰς τιμίας τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς αὐτῷ πιστευτέον, πολλῷ ἂν μᾶλλον δέοι ἐπὶ τῶν χρημάτων ἐντέλλεσθαι, ὥστε κατὰ τὴν αὐτοῦ ἐξουσίαν διοικεῖσθαι. ἐπὶ τοῖς δεομένοις διὰ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἐπιχορηγεῖσθαι μετὰ φόβου θεοῦ καὶ πάσης εὐλαβείας. μεταλαμβάνειν δὲ καὶ αὐτὸν τῶν δεόντων (εἴγε δέοιτο) εἰς τὰς ἀναγκαίας αὐτοῦ χρείας, καὶ τῶν ἐπιξενουμένων ἀδελφῶν, ὡς κατὰ μηδένα τρόπον αὐτοὺς ὑστερεῖσθαι. ὁ γὰρ νόμος τοῦ θεοῦ διε-

Cap. XL.

Presbyteri & diaconi p̃ter episcopum nihil agere pertentent. Nam domini popul⁹ ipsi commissus est, & pro animabus eorum hic redditurus est rationem. Sint autem manifestæ, res propriæ episcopi (si tamen habet proprias) & manifestæ dominicæ, ut potestatem habeat de propriis, moriens episcopus, sicut uoluerit, & quibus uoluerit, derelinquere. *Nec sub occasione ecclesiasticarum rerum, quæ episcopi esse probantur, intercidant. fortassis enim aut uxorem habet, aut filios, aut propinquos, aut seruos. Et iustum est hoc apud deum & homines, ut nec ecclesia detrimẽtum patiatur ignoratione rerum pontificis, nec episcopus uel eius propinqui, sub obtentu ecclesiæ proscribantur, & in causas incidant, qui ad eũ pertinent, mors q; eius iniuriis malæ famæ *subiiciatur.

CAP. XLI.

Præcipimus, ut in potestate sua episcopus ecclesiæ res habeat. Si enim animæ hominum preciosæ illi sunt creditæ, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere, ita ut potestate eius indigẽtibus omnia dispensentur p presbyteros, & diaconos, & cũ timore omniq; solicitudine ministrentur. Ex iis autem quibus indiget, (si tamen indiget) ad suas necessitates & ad peregrinorum fratrum usus ipse percipiat, ut nihil eis possit omnino deesse. Lex eñ dei præcipit,

12. q. 1. c. Sint manifestæ,

al. *ne

al. *subiaceat,

12. q. 1. c. Præcipimus, ut

Ibidem c. Ex iis autem

Leuit. in pluribus capit. Et Deutero. 18. a. 1. Corin. 9. a

cipit, ut qui altari deseruiunt, de altari pascantur: quia nec miles stipendiis propriis contra hostes arma sustulit.

CAP. XLII.

Dist. 35. c. Episcop. aut presbyter. al. * deponatur. al. * communione priuetur.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aleæ atque ebrietati deseruiẽs: aut desinat, aut certe * damnetur.

CAP. XLIII.

Subdiaconus, aut lector, aut cantor similia faciens: aut desinat, aut communione priuetur. Similiter etiam laicus.

CAP. XLIIII.

Disti. 47. Episcop. aut presbyter. Et in deci. Iuo. lib. iii. ubi additur, damnetur & communione priuetur.

Episcopus, aut presbyter, aut diacon' usuras à debitoribus exigens: aut desinat, aut certe damnetur.

CAP. XLV.

Episcopus, presbyter & diaconus, qui cum hæreticis orauerit, tantummodo cõmunione priuetur: si uero tanquam clericos hortatus eos fuerit agere uel orare, damnetur.

CAP. XLVI.

Episcopum aut presbyterum hæreticorum suscipientem baptisma, damnari præcipimus. Quæ enim conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli?

2. Corint. 6. c.

CAP. XLVII.

Dist. 32. c. pter §. sciendum sentẽtialiter.

Episcopus, aut presbyter, si eum qui secundum ueritatem habuerit baptisma, denuo baptizauerit, aut pollutum ab impiis nõ baptizauerit: deponatur, tanquam deridens crucem & mortem domini, nec sacerdotes à falsis sacerdotibus iure discernens.

CAP. XLVIII.

Si quis laicus uxorẽ propriam pellens, alteram uel ab alio dimissam duxerit, com-

ἐτάξατο τοὺς περὶ θυσιαστήριον ὑπηρετοῦντας ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου διατρέφεσθαι, ἐπείπερ οὐδὲ στρατιῶται ποτε ἰδίοις ὀψωνίοις ὅπλα κατὰ πολεμίων ἐπιφέρονται.

μα.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος κύβοις σχολάζων καὶ μέθαις: ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω.

μβ.

Ὑποδιάκονος, ἢ ψάλτης, ἢ ἀναγνώστης τὰ ὅμοια ποιῶν: ἢ παυσάσθω, ἢ ἀφοριζέσθω. ὡσαύτως καὶ οἱ λαϊκοί.

μγ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τόκους ἀπαιτῶν τοὺς δανειζομένους: ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω.

μδ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος αἱρετικοῖς συνευξάμενος μόνον, ἀφοριζέσθω. εἰ δὲ καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς ὡς κληρικοῖς ἐνεργῆσαί τι, καθαιρείσθω.

με.

Ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον αἱρετικῶν δεξάμενον βάπτισμα, ἢ θυσίαν, καθαιρεῖσθαι προστάσσομεν. τίς γὰρ συμφώνησις τοῦ Χριστοῦ πρὸς Βελίαρ; ἢ τίς μερὶς πιστοῦ μετὰ ἀπίστου;

μϛ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος τὸν κατ' ἀλήθειαν ἔχοντα βάπτισμα ἐὰν ἄνωθεν βαπτίσῃ, ἢ τὸν μεμολυσμένον παρὰ τῶν ἀσεβῶν ἐὰν μὴ βαπτίσῃ: καθαιρείσθω, ὡς γελῶν τὸν σταυρὸν καὶ τὸν τοῦ κυρίου θάνατον, καὶ μὴ διακρίνων ἱερέας τῶν ψευδιερέων.

μζ.

Εἴ τις λαϊκὸς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐκβάλλων, ἑτέραν λάβῃ, ἢ παρ' ἄλλου ἀπολελυμένην, ἀφορι-

enim lex dei, ut qui altari inseruiunt, de altari nutriantur, quando nec milites unquã suis annonis arma hostibus inferant.

CAP. XLI.

Epũs, aut presbyter, aut diaconus, qui uel aleæ uel ebrietatibus indulget: uel desinito, uel deponitor.

CAP. XLII.

Subdiaconus, aut cãtor, aut lector, qui cõsimilia facit, uel desinito, uel à communione seiúgitor. Similiter & laici.

CAP. XLIII.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui usuras à mutuũ accipientibus exigit: uel desinito, uel deponitor.

CAP: XLIIII.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui cũ hæreticis preces coniunxerit duntaxat, à cõione suspenditor. Si uero etiã ipsos tanquam clericos aliquid agere permiserit, deponitor.

CAP. XLV.

Epũm, aut pſbyterum, qui hæreticorum baptisma, aut sacrificiũ susceperit, deponi pcipimus. Quæ etenim cõuentio inter Christum & Belial? Aut quæ particula fideli cum infideli?

CAP. XLVI.

Epũs, aut pſbyter, si eũ qui uerum baptisma habeat, iterũ baptizauerit, aut pollutũ ab impiis non baptizauerit: deponitor, ut qui crucẽ et mortem dñi derideat, neque discernat ueros sacerdotes à sacerdotib' impostorib'.

CAP. XLVII.

Si quis laicus cum suam à se uxorẽ abiicit, alterã duxerit, aut ab alio dimissam, à com-

A à communióe segregator.

CAP. XLVIII.

Si quis episcopus, aut presbyter secundum ordinationẽ domini non baptizauerit in patrem, & filiũ, & spiritum sanctum, sed in tres principio carentes, aut tres filios, aut tres paracletos, deponitor.

χωριζέσθω.

μη'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν μὴ βαπτίσῃ εἰς πατέρα, καὶ υἱόν, καὶ ἅγιον πνεῦμα, ἀλλ' εἰς τρεῖς ἀνάρχους, ἢ τρεῖς υἱούς, ἢ τρεῖς παρακλήτους, καθαιρείσθω.

communione priuetur.

CAP. XLIX.

Si quis episcopus aut presbyter iuxta præceptũ domini nõ baptizauerit, in nomine patris & filij & spiritus sancti, sed in tribus sine initio principijs, aut in tribus filijs, aut in tribus paracletis, abijciatur.

Matth. 28. d

CAP. XLIX.

Si quis episcopus, aut presbyter in una initiatione non tres immersiones, sed unam dũtaxat, quæ in mortem domini detur, peregerit, deponitor. Non enim dixit dominus, in mortem

B meam baptizate, sed profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritussancti.

μθ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος μὴ τρία βαπτίσματα μιᾶς μυήσεως ἐπιτελέσει, ἀλλ' ἓν βάπτισμα εἰς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου διδόμενον, καθαιρείσθω. οὐ γὰρ εἶπεν ὁ κύριος, εἰς τὸν θάνατόν μου βαπτίσατε, ἀλλὰ πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρός, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

CAP. L.

Si quis episcopus aut presbyter, non trinam mersionem unius mysterij celebret, sed semel mergat in baptismate, quod dari uidetur in domini morte, deponatur. Nõ enim dixit nobis dominus, in morte mea baptizate: sed, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti.

De consecra. distin. 4. c. Si quis presbyter. Et in decr. Iuo, lib. 1.

Matth. ult.

CAP. L.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quiuis omnino de sacerdotali cõsortio nuptijs & carnibus & uino abstinuerit, non propterea quo mẽs ad cultum pietatis reddat exercitatior, sed propter abominationem, oblitus quod om̃ia pulchra ualde, & quod masculum & fœminam deus creauit hominem, sed diffamationibus lacessens creationem dei uocat ad calumniam: aut corrigitor, aut de-

C ponitor, & ex ecclesia reijcitor. Consimiliter & laicus.

ν'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ, γάμου, καὶ κρεῶν, καὶ οἴνου οὐ δι' ἄσκησιν, ἀλλὰ διὰ βδελυρίαν ἀπέχεται, ἐπιλαθόμενος, ὅτι πάντα καλὰ λίαν, καὶ ὅτι ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ βλασφημῶν διαβάλλει τὴν δημιουργίαν: ἢ διορθούσθω, ἢ καθαιρείσθω, καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀποβαλλέσθω. ὡσαύτως καὶ λαϊκός.

CAP. LI.

Si quis episcopus, aut presbyter, eum qui à peccato reuertitur, non recipit, sed reijcit: deponitor, eo quod Christum offendat, qui dixit, ob unum peccatorem qui resipiscat, gaudium oboriri in cælo.

να'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος τὸν ἐπιστρέφοντα ἀπὸ ἁμαρτίας οὐ προσδέχεται, ἀλλὰ ἀποβάλλεται: καθαιρείσθω, ὅτι λυπεῖ Χριστὸν εἰπόντα, χαρὰ ἐπιγίνεται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.

CAP. LII.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus carnibus & uino festiuis diebus nõ utatur, idque per abominationem, nõ propter exercitationem ad cultũ pietatis: deponitor, tanquam qui cauterio notatã habeat conscientiam, & multis autor sit offendiculi.

νβ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἑορτῶν οὐ μεταλαμβάνει κρεῶν καὶ οἴνου βδελυσσόμενος, καὶ οὐ δι' ἄσκησιν: καθαιρείσθω ὡς κεκαυτηριασμένος τὴν ἰδίαν συνείδησιν, καὶ αἴτιος σκανδάλου πολλοῖς γινόμενος.

CAP. LIII.

νγ'.

Si quis clericus in caupona cibum capere deprehensus fuerit, à cōione excluditor, excepto tamen eo, qui necessario in itinere in commune diuerterit hospitiū.

Εἴ τις κληρικὸς ἐν καπηλείῳ φωραθείη ἐσθίων, ἀφοριζέσθω, πάρεξ τοῦ ἐν πανδοχείῳ ἐν ὁδῷ δι' ἀνάγκην καταλύσαντος. D

CAP. LIIII.

νδ.

Si quis clericus episcopū contumelia affecerit, deponitor: principi enim populi tui non maledices.

Exod. 22.

Εἴ τις κληρικὸς ὑβρίσει τὸν ἐπίσκοπον, καθαιρείσθω. ἄρχοντα γὰρ τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.

CAP. LV.

νε.

Si quis clericus contumelia affecerit presbyterum aut diaconum, à communione segregator.

Εἴ τις κληρικὸς ὑβρίσει πρεσβύτερον ἢ διάκονον, ἀφοριζέσθω.

CAP. LVI.

νς.

Si quis mancum aut mutū surdum'ue aut cæcum, aut eum cui uitiosus incessus est, subsannauerit, communiōe priuator. Consimiliter & clericus.

Εἴ τις χωλὸν, ἢ κωφὸν, ἢ τυφλὸν, ἢ τὰς βάσεις πεπληγμένον χλευάζει, ἀφοριζέσθω. ὡσαύτως καὶ λαϊκός.

CAP. LVII.

νζ.

Episcopus aut presbyter qui negligentius circa clerum aut populum agit, neq; in pietate eos erudit, à cōmunione segregator. Si uero in ea socordia perseuerauerit, deponitor.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος ἀμελῶν τοῦ κλήρου ἢ τοῦ λαοῦ, καὶ μὴ παιδεύων αὐτοὺς τὴν εὐσέβειαν, ἀφοριζέσθω. ἐπιμένων δὲ τῇ ῥαθυμίᾳ, καθαιρείσθω. E

CAP. LVIII.

νη.

Si quis episcopus aut presbyter clerico ex inopia laboranti necessaria non suppeditauerit, à communiōe reijcitor. Sin perseuerat, deponitor, ut qui fratrem suum necauerit.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος τινὸς τῶν κληρικῶν ἐνδεοῦς ὄντος μὴ ἐπιχορηγεῖ τὰ δέοντα, ἀφοριζέσθω. ἐπιμένων δὲ, καθαιρείσθω ὡς φονεύσας τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.

CAP. LIX.

νθ.

Si quis falso inscriptos impiorum libros tanquam sacros in ecclesia ad populi & cleri corruptionem publicauerit, deponitor.

Εἴ τις τὰ ψευδεπίγραφα τῶν ἀσεβῶν βιβλία ὡς ἅγια ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας δημοσιεύει ἐπὶ λύμῃ τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ κλήρου, καθαιρείσθω.

CAP. LX.

ξ.

Si accusatio cōtra fidelem instituatur de fornicatione aut de adulterio aut quacunq; alia actione prohibita, & conuictus fuerit, in clerum non perducitor.

Εἴ τις κατηγορία γένηται κατὰ πιστοῦ πορνείας, ἢ μοιχείας, ἢ ἄλλης τινὸς ἀπηγορευμένης πράξεως, καὶ ἐλεγχθείη, εἰς κλῆρον μὴ ἀγέσθω. F

CAP. LXI.

ξα.

Si quis clericus per metum humanum uel Iudæi uel Græci uel hæretici negauerit, siquidem nomen Christi, ab ecclesia reijcitor: si uero nomen clerici, deponitor. Pœnitentia tamen ductus, ut laicus recipitor.

Εἴ τις κληρικὸς διὰ φόβον ἀνθρώπινον ἰουδαίου, ἢ ἕλληνος, ἢ αἱρετικοῦ ἀρνήσεται, εἰ μὲν τὸ ὄνομα Χριστοῦ, ἀποβαλλέσθω. εἰ δὲ τὸ ὄνομα τοῦ κληρικοῦ, καθαιρείσθω. μετανοήσας δὲ, ὡς λαϊκὸς δεχθήτω.

CAP. LXII.

ξβ.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicūque ex sacerdotali consortio, comederit carnes in sanguine animæ eius, aut à bestijs abreptum aut suffocatum, deponitor. Hoc ēm lex prohi-

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ φάγῃ κρέα ἐν αἵματι ψυχῆς αὐτοῦ, ἢ θηριάλωτον, ἢ θνησιμαῖον, καθαιρείσθω. τοῦτο γὰρ ὁ νόμος ἀπεῖπεν.

A περ. εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

ξγ.

Εἴ τις κληρικὸς ἢ λαϊκὸς εἰσέλθῃ εἰς συναγωγὴν ἰουδαίων ἢ αἱρετικῶν συνεύξασθαι, καθαιρείσθω καὶ ἀφοριζέσθω.

ξδ.

Εἴ τις κληρικὸς ἐν μάχῃ τινὰ κρούσας, ἀπὸ τοῦ ἑνὸς κρούσματος ἀποκτείνει, καθαιρείσθω διὰ τὴν προπέτειαν αὐτοῦ. εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

ξε.

Εἴ τις κληρικὸς εὑρέθῃ τὴν κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων, ἢ τὸ σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου, καθαιρείσθω. εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

B

ξς.

Εἴ τις παρθένον ἀμνήστευτον βιασάμενος ἔχει, ἀφοριζέσθω. μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ ἑτέραν λαμβάνειν, ἀλλ᾽ ἐκείνην κατέχειν, ἣν ἠρετίσατο, κἂν πενιχρὰ τυγχάνῃ.

ξζ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος δευτέραν χειροτονίαν δέξεται παρά τινος, καθαιρείσθω καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ χειροτονήσας, εἰ μή γε ἄρα συστείη ὅτι παρὰ αἱρετικῶν ἔχει χειροτονίαν. τοὺς γὰρ παρὰ τοιούτων βαπτισθέντας ἢ χειροτονηθέντας οὔτε πιστοὺς, οὔτε κληρικοὺς εἶναι δυνατόν.

ξη.

C Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης τὴν ἁγίαν τεσσαρακοστὴν τοῦ πάσχα, ἢ τετράδα, ἢ παρασκευὴν, καθαιρείσθω. ἐκτὸς εἰ μὴ δι᾽ ἀσθένειαν σωματικὴν ἐμποδίζοιτο. εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω.

ξθ.

Εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν νηστεύει μετὰ τῶν ἰουδαίων, ἢ συνεορτάζει μετ᾽ αὐτῶν, ἢ δέχεται παρ᾽ αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ξένια, οἷον ἄζυμα, ἢ τοιοῦτον, καθαιρείσθω. εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

ο.

Εἴ τις χριστιανὸς ἔλαιον ἀπενέγκῃ εἰς ἱερὰ ἐθνῶν, ἢ εἰς συναγωγὴν ἰουδαίων ἐν ταῖς ἑορταῖς αὐ-

prohibuit. Sin uero laicus sit, à cōmunione excluditor.

CAP. LXIII.

Si quis clericus aut laicus synagogam Iudæorum aut hæreticorum conuenticulum ingressus fuerit, ut preces cum illis coniungat: deponitor, & à communione secluditor.

CAP. LXIIII.

Si quis clericus in concertatione aliquem pulsauerit, & uno ictu ac pulsatione interemerit, deponitor propter temeritatem suam. Sin uero laicus sit, arcetor à communione.

CAP. LXV.

Si quis dominicum diē aut sabbatum, uno solo dempto, ieiunare deprehendatur, deponitor. Sin laicus, è communione eijcitor.

CAP. LXVI.

Si q̄s uirginem sibi nō desponsatā, admota ui detinet, à communione suspenditor. Non licitum autem esto ei aliā ducere, sed eā detineto quā solicitauit, q̄uis paupercula sit.

CAP. LXVII.

Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus secundam ab aliquo ordinationem susceperit, deponitor tā ipse, quàm qui ipsum ordinauit, nisi forte constet ordinationem eū habere ab hæreticis. Qui em̄ à talibus baptizati aut ordinati sunt, hi neq; fideles, neq; clerici esse possunt.

CAP. LXVIII.

Si quis episcopꝰ, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cantor, sacram quadragesimam paschæ, aut quartā feriam, aut parasceuen non ieiunauerit: deponitor, præterquā si imbecillitate impediatur corporis. Sin laicus sit, communione priuator.

CAP. LXIX.

Si quis episcopus, aut p̄sbyter, aut diaconus, aut omnino quicunq; ex clericorū consortio cum Iudæis ieiunauerit, aut cōmunem festum diem cū ipsis egerit, aut lautia festi, nempe azyma, aut aliud huius generis, ab eis susceperit, deponitor: si laicus, à communione segregator.

CAP LXX.

Si quis Christianus oleū ad sacra gentilium, aut ad synagogam Iudæorum in festis

festis eorũ detulerit, aut lucernas incenderit, à communione excluditor.

CAP. LXXI.

Si quis clericus aut laicus ceram aut oleum ex sancta surripiat ecclesia, à communione seiungitor.

CAP. LXXII.

Vas aureum & argenteum sanctificatum, aut uelamen linteum'ue nemo amplius in suos usus assumito: iniquum eñ est. Cæterum si quis deprehensus fuerit, excommunicatione mulctator.

CAP. LXXIII.

Episcopum de aliquo per fidedignos accusatum homines, ab episcopis uocari necessarium est. Et si quidem comparuerit, & confessus conuictusq; fuerit, censura irrogator ecclesiastica. Si uero uocatus non obtemperauerit, secunda quoq; uice uocator, missis duobus ad ipsum episcopis: quod si per contumaciam nec sic quidem comparuerit, synodus suam contra ipsum pronunciato sentẽtiam, ne quid, tergiuersando detrectãdoq; iudicium, lucri facere uideatur.

CAP. LXXIIII.

In dictionem testimonij cõtra episcopum hæreticus non admittitor, sed neq; fidelis, si solus sit. In ore eñ duorum uel trium testium consistet omne dictum.

Matth. 18. b

CAP. LXXV.

Item non oportet episcopũ fratri, aut filio, aut alteri cognato, humano gratificari affectu. Neq; enim ecclesiam dei cõferre debet in hæredes. Enimuero, si quis id fecerit, irrita permaneto ordinatio, ipse autem excommunicatione percellitor.

CAP. LXXVI.

Si quis oculo defectus, aut obtuso crure existat, & dignus sit, episcopus efficitor. Nõ enim mutilatio corporis ipsum polluit, sed inquinatio animæ.

CAP. LXXVII.

Qui uero mutus, surdus'ue, & cæcus est, episcopus non efficitor: non quia oblæso corpore est, sed ne ecclesiastica impediantur munia.

CAP. LXXVIII.

Si quis dæmonem habeat, clericus nõ efficitor, sed neque cum fidelibus preces fundito. Mundatus uero recipitor, & si dignus fuerit, efficitor.

Cap.

αὐτῶν, ἢ λύχνους ἅπτει, ἀφοριζέσθω.

οα.

Εἴ τις κληρικὸς, ἢ λαϊκὸς ἀπὸ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ἀφέληται κηρὸν, ἢ ἔλαιον, ἀφοριζέσθω.

οβ.

Σκεῦος χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν ἁγιασθὲν ἢ ὀθόνην μηδεὶς ἔτι εἰς οἰκείαν χρῆσιν σφετεριζέσθω· παράνομον γάρ. εἰ δέ τις φωραθείη, ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ.

ογ.

Ἐπίσκοπον κατηγορηθέντα ἐπί τινι παρὰ ἀξιοπίστων ἀνθρώπων καλεῖσθαι αὐτὸν ἀναγκαῖον ὑπὸ ἐπισκόπων. κἂν μὲν ἀπαντήσῃ καὶ ὁμολογήσῃ ἢ ἐλεγχθείη, ὁρίζεσθαι τὸ ἐπιτίμιον. εἰ δὲ καλούμενος μὴ ὑπακούσῃ, καλείσθω καὶ δεύτερον, ἀποστελλομένων ἐπ' αὐτὸν δύο ἐπισκόπων. ἐὰν δὲ καὶ οὕτως καταφρονήσας μὴ ἀπαντήσῃ, ἡ σύνοδος ἀποφαινέσθω κατ' αὐτοῦ τὰ δοκοῦντα, ὅπως μὴ δόξῃ κερδαίνειν φυγοδικῶν.

οδ.

Εἰς μαρτυρίαν τὴν κατὰ ἐπισκόπου αἱρετικὸν μὴ προσδέχεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ πιστὸν ἕνα μόνον. ἐπὶ στόματος γὰρ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα.

οε.

Ὅτι οὐ χρὴ ἐπίσκοπον τῷ ἀδελφῷ, ἢ υἱῷ, ἢ ἑτέρῳ συγγενεῖ χαρίζεσθαι πάθει ἀνθρωπίνῳ. οὐ γὰρ τὴν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν ὑπὸ κληρονόμους ὀφείλει τιθέναι. εἰ δέ τις τοῦτο ποιήσει, ἄκυρος μενέτω ἡ χειροτονία, αὐτὸς δὲ ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ.

ος.

Εἴ τις ἀνάπηρος ἢ τὸν ὀφθαλμὸν, ἢ τὸ σκέλος πεπληγμένος, ἄξιος δέ ἐστιν, ἐπίσκοπος γινέσθω. οὐ γὰρ λώβη σώματος αὐτὸν μιαίνει, ἀλλὰ ψυχῆς μολυσμός.

οζ.

Κωφὸς δὲ ὢν καὶ τυφλὸς, μὴ γινέσθω ἐπίσκοπος, οὐχ' ὡς βεβλαμμένος, ἀλλ' ἵνα μὴ τὰ ἐκκλησιαστικὰ παρεμποδίζοιτο.

οη.

Ἐάν τις δαίμονα ἔχῃ, κληρικὸς μὴ γινέσθω, ἀλλὰ μηδὲ τοῖς πιστοῖς συνευχέσθω. καθαρισθεὶς δὲ προσδεχέσθω, καὶ ἐὰν ἄξιος, γινέσθω.

οθ.

A

οθ.

Τὸν δὲ ἐθνικοῦ βίου προσελθόντα καὶ βαπτισθέντα, ἢ ἐκ φαύλου διαγωγῆς, οὐ δίκαιόν ἐστι παραυτίκα προχειρίζεσθαι ἐπίσκοπον. ἄδικον γὰρ τὸν μηδὲ πρόπειραν ἐπιδειξάμενον ἑτέρων εἶναι διδάσκαλον, εἰ μή που κατὰ θείαν χάριν τοῦτο γίνεται.

π.

Εἴπομεν, ὅτι οὐ χρὴ ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον καθιέναι ἑαυτὸν εἰς δημοσίας διοικήσεις, ἀλλὰ προσευκαιρεῖν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς χρείαις. ἢ πειθέσθω οὖν τοῦτο μὴ ποιεῖν, ἢ καθαιρείσθω. οὐδεὶς γὰρ δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν κατὰ τὴν κυριακὴν παρακέλευσιν.

πά.

B

Οἰκέτας εἰς κλῆρον προχειρίζεσθαι ἄνευ τῆς τῶν δεσποτῶν γνώμης, ἀνατροπὴν τὸ τοιοῦτον ἐργάζεται. εἰ δέ ποτε καὶ ἄξιος φανείη ὁ οἰκέτης πρὸς χειροτονίαν βαθμοῦ, οἷος καὶ ὁ ἡμέτερος Ὀνήσιμος ἐφάνη, καὶ συγχωρήσουσιν οἱ δεσπόται, καὶ ἐλευθερώσουσι, καὶ τοῦ οἴκου ἐξαποστελοῦσι, γινέσθω.

πβ.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος στρατείᾳ σχολάζων, καὶ βουλόμενος ἀμφότερα κατέχειν, ῥωμαϊκὴν ἀρχὴν, καὶ ἱερατικὴν διοίκησιν: καθαιρείσθω. τὰ γὰρ τοῦ καίσαρος καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ θεοῦ θεῷ.

πγ.

C

Ὅστις ὑβρίσει βασιλέα, ἢ ἄρχοντα, τιμωρίαν τιννύτω. καὶ εἰ μὲν κληρικὸς, καθαιρείσθω, εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

πδ.

Ἔστω πᾶσιν ὑμῖν κληρικοῖς καὶ λαϊκοῖς βιβλία σεβάσμια καὶ ἅγια, τῆς μὲν παλαιᾶς διαθήκης μωσέως πέντε, γένεσις, ἔξοδος, λευιτικὸν, ἀριθμοὶ, δευτερονόμιον. ἰησοῦ υἱοῦ Ναυῆ ἕν. κριτῶν ἕν. ῥοὺθ ἕν. βασιλειῶν τέσσαρα. παραλειπομένων τοῦ βιβλίου τῶν ἡμερῶν δύο. ἐσθὴρ ἕν. μακκαβαϊκῶν τρία. ἰὼβ ἕν. ψαλτήριον ἕν. σολομῶντος τρία, παροιμίαι, ἐκκλησιαστὴς, ᾆσμα ᾀσμάτων. προφητῶν δεκαδύο. ἓν ἡσαΐου. ἱερεμίου ἕν. ἰεζεκιὴλ ἕν. Δανιὴλ ἕν. ἔξωθεν δὲ προσιστορείσθω ὑμῖν

CAP. Lxxix.

Qui ex uita gentili aduenerit, & baptizatus eſt, aut ex conuerſatione praua, eſt iuſtum nõ eſt protinus promoueri in epiſcopum. Iniurium enim eſt, eum, qui nõ prius ſpecimen & documentũ de ſe præbuerit, aliorum doctorẽ exiſtere, niſi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat.

CAP. Lxxx.

Dicimus, quod non oporteat epiſcopum, aut presbyterum, publicis ſe admiṅiſtrationibus immittere, ſed uacare, & commodum ſe exhibere uſibus eccleſiaſticis. Animum igitur inducito, hoc non facere, aut deponitor. Nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire, iuxta præceptum dominicum.

Matth. 6. c.

CAP. Lxxxi.

Serui ſi in clerum promoueãtur citra dominorum uolũtatem, hoc ipſum operatur redhibitionem. Si quando uero ſeruus quoq; gradus ordinatione dignus uideatur, qualis & noſter Oneſimus apparuit, & domini conſenſerint, manu'que emiſerint, & domo ſua ablegauerint, efficitor.

CAP. Lxxxii.

Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus q̃ militiæ uacauerit, & ſimul utrunq; retinere uoluerit, tam officium Romanum, quàm functionẽ ſacerdotalem, deponitor. Quæ enim Cæſaris ſunt, Cæſari: & quæ dei, deo.

Luc. 20. c.

CAP. LXXXIII.

Quiſquis imperatorem aut magiſtratum contumelia affecerit, ſupplicíũ luito. & quidem ſi clericus ſit, deponitor: ſi laicus, à communione remouetor.

CAP. LXXXIIII.

Sunto om̃ibus uobis, clericis ſimul & laicis uenerandi ac ſacri libri, ueteris quidem teſtamenti, Moſis quinq;, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ieſu filij Naue unus, Iudicũ unus, Ruth unus, Regnorum quatuor, Derelictorum ex libro dierũ duo, Heſter unus, De Machabæorum geſtis tres, Iob unus, Pſalteriũ unus, Salomonis tres, Prouerbia, Eccleſiaſtes, Canticum canticorum, Prophetarum duodecim unus, Eſaiæ unus, Hieremiæ unus, Iezechiel unus, Daniel unus. Inquiritor autem à uobis extrinſecus,

cus, ut adolescentes uestri addiscant item sapientiam eruditi Syrach.

Nostra uero, hoc est, noui testamenti, Euangelia quatuor, Matthaei, Marci, Lucae, Ioannis, Pauli epistolae quatuordecim, Petri epistolae duae, Ioannis tres, Iacobi una, Iudae una, Clementis epistolae duae, & praeceptiones, quae uobis episcopis per me Clementem in libris octo nuncupatae sunt, quas omnibus publicare non oportet, ob quaedam arcana quae in se continent. Et actiones nostras apostolorum.

ὑμῖν μανθάνειν ὑμῶν τοὺς νέους τὴν σοφίαν τοῦ πολυμαθοῦς σειράχ.

ἡμέτερα δὲ, τοῦτ' ἔστι τῆς καινῆς διαθήκης, εὐαγγέλια τέσσαρα, ματθαίου, μάρκου, λουκᾶ, ἰωάννου. παύλου ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες. πέτρου ἐπιστολαὶ δύο. ἰωάννου τρεῖς. ἰακώβου μία. ἰούδα μία. κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο. καὶ αἱ διαταγαὶ ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις δι' ἐμοῦ κλήμεντος ἐν ὀκτὼ βιβλίοις προσπεφωνημέναι, ἃς οὐ δεῖ δημοσιεύειν ἐπὶ πάντων διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικά. καὶ αἱ πράξεις ἡμῶν τῶν ἀποστόλων.

τέλος τῶν ἀποστολικῶν κανόνων.

FINIVNT APOSTOLORVM CANONES PER Gregorium Haloandrum e Graeco in Latinum recenter uersi. De quibus ita scribit Gregorius Haloander in epistola ad ampliss. reipub. moderatores Norembergeñ. Apostolicos canones, quos sanctus Clemens Petri in episcopatu successor, quo uelu ti amanuensi usus est etiá Paulus apostolus, adijcere compulit necessitas. in nullis autem libris Latinis (quos equidem uiderim) extat perfectus illorum numerus, tametsi multoties in linguam latinam uersi legantur. Inter caeteros uero a Dionysio quodam ad Stephanum pontificem, precibus Laurentij fratris adducto, qui priscae translationis imperitia offendebatur. Sed quae calamitas eos Romanis hominibus ademerit, non meum est dicere. Illos certe non audimus, qui ab haereticis incerto autore compositos esse scripserunt, quando ultra longaeuam & constantem in ecclesia opinionem, sancta etiam sexta synodus, cum in controuersiam denuo uocarentur, grauissima sententia eos agnouerit, cuius synodi omnia capitula postea approbauit Hadrianus papa, ut de Iustiniano taceam, qui expressis uerbis eos apostolis tribuit.

Haec ille Gregorius Haloander.

FO. IX, facie I. columella media, linea decima á fine, pro ἐπὶ τοῖς, scribe καὶ τοῖς.

LIBER PON-

LIBER PONTIFICVM

A PETRO PAPA VSQVE AD NICOLAVM Papam primum, in quo eorum geſta deſcribuntur. Primorꝫ, per Damaſum Papam, reliquorum autem, per alios veteres ac fide dignos.

BEatus Petrus Apoſtolus, & princeps apoſtolorum, Antiochænus, filius Ioannis prouinciæ Galilææ, vico Bethſaida, frater Andreæ, primo ſedit in cathedra epiſcopatus Antiochiæ annis ſeptem. Hinc beatus Petrus ingreſſus eſt in vrbẽ Romam, Nerone Cæſare, ibiq; ſedit in cathedra epiſcopatus annis. xxv. menſibus duobus, diebus tribus. Fuit autem temporibus Tiberij Cæſaris, & Gai, & Tiberij Claudij, & Neronis. Hic ſcripſit duas epiſtolas, quæ catholicæ ac canonicæ nominantur, & Euangelium Marci, quia Marcus auditor eius fuit, & filius a baptiſmo. Poſt omnem quatuor Euangeliorum fontem, quæ ad interrogationem, & teſtimonio eius (hoc eſt, Petri) firmata ſunt, dum alius græce, alius hebraice, alius latine conſonent, tamen eius teſtimonio ſunt firmata. Hic ordinauit duos Epiſcopos, Linum & Cletum, qui præſentialiter omne miniſterium ſacerdotale in vrbe Roma populo, vel *ad ſe venientibus exhiberent. Beatus autem Petrus orationi, prædicatione populum erudiens, vacabat. Hic cum Simone Mago multas diſputationes habuit, tam coram Nerone Imperatore, q̃ coram populo. Et quos beatus Petrus ad fidem Chriſti adgregabat, ille per magias & deceptiones ſegregabat. Et dũ diutius altercarẽtur, Simon diuino nutu interemptus eſt. Hic Petrus beatũ Clementem Epiſcopũ conſecrauit, cui & cathedram, vel eccleſiam omnem diſponendam commiſit, dicens, Sicut mihi gubernandi tradita eſt a domino meo Ieſu Chriſto poteſtas ligandi ſoluendiq;, ita & ego tibi cõmitto, vt ordines diſpoſitores diuerſarũ cauſarũ, per quos actus non eccleſiaſtici profligentur, & tu minime curis ſeculi deditus reperiaris, ſed ſolũmodo oratiõi, & prædicatiõi ad populũ vacare ſtude. Poſt hanc diſpoſitionẽ martyrio cum Paulo coronatur, poſt paſſionem domini anno. *xxxviij. Qui ſepultus eſt via Aurelia, in templo Apollinis, iuxta locũ vbi crucifixus eſt, iuxta palatium Neronianum, in Vaticano, iuxta territorium triumphale. iij. Kalendas Iulii. Hic fecit ordinationes per mẽſem Decembrem, preſbyteros decem, Diacones ſeptem, Epiſcopos per diuerſa loca numero tres.

al's, ſuperuenientibus.

al's, xxxvij.

DE SANCTO LINO PAPA ET MARTYRE, ex libro Pontificali Damaſi Papæ.

LINVS natione Italus de regione Tuſciæ, patre Herculano, ſedit annis. xi. mẽſes tres, dies. xij. Fuit aũt tẽporibus Nerõis a cõſulatu Saturnini, & Scipionis, vſq; ad Capitonẽ & Rufum Cõſules, Martyrio coronatur. Hic ex præcepto beati Petri cõſtituit, vt mulier velato capite in eccleſiã introiret. Hic fecit ordinationes duas, Epiſcopos. *xv. preſbyteros. xviij. Qui ſepultus eſt iuxta corpus beati Petri in Vaticano, ſub die. ix. Kalendas Octobris. In Chronicis autẽ Mariani Scoti ſcribitur ſic, Linus chorepiſcopus ſub Petro apoſtolo, exteriora curauit per annos vndecim menſeſq; tres.

alias xi.

De ſancto Cleto Papa & martyre, ex libro Ponficali Damaſi Papæ.

CLETVS natione Romanus de regione vico Patricij, patre Emiliano, ſedit annis. *xij. mẽſe vno, diebus. xi. Fuit aũt tẽporibus Veſpaſiani & Titi, a Cõſulatu Veſpaſiani ſeptimo, & Domitiani quinto vſq; ad Domitianũ nono & Rufum Cõſules. Hic ex præcepto beati Petri. xxv. preſbyteros ordinauit in vrbe Roma. Qui etiã ſepultus eſt iuxta corpus beati Petri in Vaticano. vi. Kalend. Maias. Et ceſſauit epiſcopatus dies. xx. In Chronicis Mariani Scoti legitur, anno. lxx. dein ſic, Linus his Cõſulibus. ſ. Capitone & Rufo, eſt paſſus. ix. Kalẽd. Octobris, Cletus chorepiſcopus ſucceſſit annis duodecim.

al's, vij.

C Incipiũt

INCIPIVNT DECRETA
CLEMENTIS PAPAE PRIMI.

¶ Ex libro Pontificali Damasi Papæ.

als, Trachale

CLEMENS natione Romanus, de regione Celio monte, ex patre Faustino, sedit annis nouem. Fuit autem temporibns Galbæ & Vespasiani, a Consulatu * Tragali & Italici, vsque ad Vespasianum nono & Titum. Hic quum multos libros zelo fidei & Christianæ religionis asscriberet, martyrio coronatur. Hic fecit septem regiones diuidi notarijs fidelibus ecclesiæ, qui gesta martyrum solicite & curiose vnusquisque per regionem suam perquirerent. Hic fecit duas epistolas, quæ Canonicæ nominantur. Hic ex præcepto beati Petri suscepit ecclesiæ pontificatum gubernandum, sicut ei fuerat a domino Iesu Christo cathedra tradita vel commissa. Tamen in epistola, quæ ad Iacobum scripta est, qualiter ei commissa est a beato Petro ecclesia, reperies. Ideo Linus & Cletus ante eum conscribuntur, quia ab ipso principe Apostolorum, ad ministerium sacerdotale exhibendum, sunt Episcopi ordinati. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros decem, Diacones duos, Episcopos per diuersa loca quindecim. Obijt martyr anno Traiani tertio, Qui etiam sepultus est in Græcia. ix. Kalend. Decembres. Et cessauit episcopatus dies. xxi. Hæc ille.

Eusebius vero Cæsarien. ecclesiasticæ historiæ lib. iij. cap. xiiij. de Clemente scribit, dicens, In vrbe Roma, duodecim Anacletus annis in episcopatu exactis, sacerdotij sedem Clementi tradidit. Et cap. xxxiiij. Igitur in vrbe Roma tertius ab apostolis Clemens nouem annis sacerdotio perfunctus, Euaristo diuini verbi tradidit ministerium. Placuit autem præmissis quædam addere ex Mariano Scoto, qui anno Imperij. xiiij. Neronis Imperatoris, ad veritatem vero Euangelij. lxxij. anno, ac secundum Dionysij ciclum. l. Syluano atque Otthone Consulibus, de Clemente modo qui subditur, prosequitur, Leo secundus successor Agathonis Papæ de Clemente sic ait in sua decretali epistola. Si autem Petrus princeps Apostolorum adiutores sibi acciuit Linum & Cletum, non tamen Pontificij potestatem, aut soluendi vel ligandi normam eis tradidit, sed Clementi successori suo, qui sedem apostolicam post eum, & potestatem Pontificalem, tradente sibi beato Petro apostolo, tenere promeruit. Linus vero & Cletus ministrabant exteriora, Princeps autem apostolorum Petrus verbo & orationi insistebat. Linum nanque & Cletum, nihil vnquam legimus ex Pontificali ministerio potestateve egisse, sed quantum eis a beato Petro præcipiebatur, tantum solummodo agebant. Hæc Leo Papa. Et subdit Marianus Scotus, Clemens ergo Papa primus post Petrum, Romanam ecclesiam tenuit, vel cum Lino & Cleto, sicut cum Petro fuerunt. Et idem Marianus post alia subiungit, Sanctus ergo Clemens non tantum successor beati Petri fuit, sed etiam viuente Iacobo, nouem annis ante passionem Petri Romanam cathedram tenuit, iuxta scripturas, & deinde post Petrum. xxi. id est, duodecim cum Cleto, vel cum Lino, & nouem annis post eos, vsque dum in exilium missus est.

INCIPIT EPISTOLA CLEMENTIS PRIMA AD IACOBVM FRATREM domini, Rufino Torano Aquileiensi Interprete.

CLEMENS Iacobo fratri domini, & Episcopo Episcoporum regenti Hebræorum sanctam ecclesiam Hierosolymis, sed & omnes ecclesias quæ vbiq; dei prouidentia fundatæ sunt, cum presbyteris & diaconibus, & cæteris omnibus fratribus pax sit semper. Notũ tibi facio dñe, quia Simon Petrus, qui veræ fidei merito, & integræ prædicationis obtentu, fundamentum esse ecclesiæ definitus est, qua de causa etiam dñi ore cognominatus est Petrus, qui fuit primitiæ electionis domini Apostolorũ primus, cui & primo deus pater filium reuelauit, cui & Christus cõpetenter beatitudinẽ contulit, qui & vocatus est & electus & conuiua dñi & comes effectus tanquã bonus & probatissimus discipulus, qui obscuriorẽ mundi plagã occidentis (velut omnium potentior) illuminare præceptus est, quiq; & integre potuit implere præceptũ. Sed quousq; sermonẽ protrahã, refugiens indicare quod triste est, Quod quidem necesse est, licet tarde proferre. Hic deniq; ipse Petrus, qui pro immensa charitate (quã erga oẽs homines gerebat) palam cũ omni fiducia (aduersante etiã tyranno totius mundi) bonũ prædicare nõ destitit, & regẽ omniũ seculorũ per orbẽ terræ, & vsq; ad ipsius Romanæ vrbis huius notitiã, vt etiã ipsa saluaretur, inuexit. Hic (inquã) pro pietate pati volens, præsentẽ vitã finiuit. In ipsis aũt diebus (quibus vitæ finẽ sibi imminere præsensit) in cõuentu fratrũ positus, apprehensa manu mea repente cõsurgens, in auribus totius ecclesiæ hęc protulit verba, Audite me fratres & conserui mei, quoniã vt edoctus sum ab eo, qui misit me, domino & magistro meo Iesu Christo, dies mortis meæ instat, Clementẽ hunc Episcopũ vobis ordino, cui soli meæ prædicationis & doctrinæ cathedrã* trado. Qui mihi ab intio vsq; in finẽ comes in omnibus fuit, & per hoc* veritatẽ totius meæ prædicationis agnouit. Qui in omnibus tentationibus meis socius extitit, fideliter perseuerãs. Quẽ* præ cæteris expertus sum deũ colentẽ, homines diligentẽ, castũ, discendi studijs deditũ, sobriũ, benignũ, iustũ, patientẽ, & scientẽ ferre nõnullorũ (etiã ex his qui in verbo dei instituuntur) iniurias. Propter quod ipsi trado a dño mihi traditã potestatẽ ligãdi & soluẽdi, vt de omnibus quibuscũq; decreuerit in terris, hoc decretũ sit & in cœlis. Ligabit enim quod oportet ligari, & soluet quod expedit solui, tanq̃ qui ad liquidũ ecclesiæ regulã nouerit. Ipsum ergo audite, scientes quia quicũq; cõtristauerit doctorẽ veritatis, peccat in Christũ, & patrẽ omniũ exacerbat deũ, propter quod & vita carebit. Ipsum aũt qui præest cæteris, oportet medici vicẽ agere, & nõ feræ bestiæ furore cõmoueri. Hæc eo dicẽte, ego procidẽs ad pedes eius, rogabã, excusans me, & declinãs honorẽ cathedrę vel potestatẽ. At ille respondẽs, Pro hoc (inquit) ne me rogaueris, Hoc enim fieri statutũ est mihi, & eo magis quo te excusas, quia hęc cathedra eũ (qui cupit eã & audacter expetit) nõ requirit, sed ornatum moribus & in verbis eruditũ. Quod si esset alius melior, si quis mihi alius adiutor tã sedulus astitisset, si quis tã plenæ doctrinæ meæ rationẽ cœpisset, sed & ecclesiasticas dispositiões a me tã plene didicisset, habẽs aliũ talẽ, nõ te* cogerem opus bonum suscipere nolentẽ. Superfluũ est ergo aliũ quærere, quũ primitias eorũ (qui ex gentibus per me saluãtur, & præcipue huius vrbis) te primũ obtulerim deo. Sed & illud intuere, quia si periculũ peccati timẽs, suscipere refugis ecclesiæ gubernacula, certus esto, quia amplius peccas, q̃ si populũ dei velut in fluctibus positũ & periclitantẽ (quum iuuare possis) subterfugis, tui tantũmodo habẽs cõsiderationẽ, & nõ quod in cõmune omnibus expedit, prouidens. Sed certus esto, ꝙ necesse est, te suscipere omne periculũ, quia nec ego pro salute omniũ ab obsecrãdo cessabo. Quãto ergo mihi citius acquieueris, tãto me citius* laboris & tristitiæ meæ mœrore releuabis. Noui etiã hoc, o Clemẽs, ꝙ tibi tædia & molestias

Margin notes: Iohan.1.f — Matth.16.c — als, credo — als, virtutem — als, ex pteritis — In decre. suo. lib.5 — 13.q.3. Quicũꝙ contrist. Et infra in epla prima Alexandri pp.1. — als, eligerem — Videt pollicer intercessionẽ p9 mortẽ. — als, mœroris & tristit. meę laborẽ rele.

 lestias

lestias, pericula etiã & opprobria ineruditi vulgi indocilisq́ cóciliem, quæ tu tñ, scio q̃ cóstanter & fortiter feres, respiciens ad illã spem, quæ tibi apud deũ patientiæ præparat coronã. Sed & illud cupio, te mecũ iusta ratione perspicere, qñ maxime opera tua indiget Christus, nũc quũ inimicus aduersus sponsam eius cõmouet bellũ, an in futuro tẽpore, qñ iam Christus post victoriã triumphabit, nec vltra vllius opera indigebit? Quis nõ etiam parui sensus intelligat, q̃ istud est tẽpus in quo operã tuã Christus requirit? Tota igitur mente in præsenti necessitate præbe operã tuã, & auxiliũ in præliis exhibe regi optimo, remunerationes magnificas post victoriã reddituro. Libenter ergo suscipe episcopatus officiũ, eo maxime quo ecclesiasticas dispositiones a me probabiliter didicisti, vt salus eorũ (qui per nos confugerunt ad deũ) nequaq̃ vacillet. Verũtamen & breuiter te de ipsius dispensationis ordine coram omnibus cõmonere necessariũ duxi. Te quidẽ oportet irreprehensibiliter viuere, & summo studio niti, vt oẽs vitæ huius occupationes abiicias, ne fideiussor existas, ne aduocatus litium fias, neve in vlla aliqua occupatione prorsus inueniaris, mũdialis negotii occasione perplexus. Neq; enim iudicẽ aut cognitorẽ seculariũ negotiorũ hodie te ordinare vult Christus, ne præfocatus præsentibus hominũ curis nõ possis verbo dei vacare, & secundũ veritatis regulã secernere bonos a malis. Ista nanq; opera, quæ tibi minus cõgruere superius exposuimus, exhibeant sibi inuicẽ discentes, id est laici, & te nemo occupet ab his studiis, per quę salus omnibus datur. Sicut enim tibi impietatis crimẽ est (neglectis verbi dei studiis) solicitudines suscipere seculares, ita & vnicuiq; laicorũ peccatũ est, nisi inuicẽ sibi etiã in his quæ ad cõmunis vitæ vsum pertinent, operã fideliter dederint. Te vero securũ facere ex his, quibus nõ debes vacare, oẽs cõmuniter elaborẽt. Quod si forte a semetipsis hoc laici nõ intelligũt, per Diacones edocendi sunt, vt tibi solius ecclesiæ solicitudines derelinquant, quo ipsam (vt dignũ est) dispensare sufficias, & veritatis verbo abundantius & studiosius deseruire. Si enim mũdialibus curis fueris occupatus, & teipsum decipies, & eos qui te audiũt. Nõ enim poteris, quæ ad salutẽ pertinent, plenius singulis quibusq; distinguere. Et ex eo fiet, vt & tu tanq̃ qui nõ docueris quæ ad salutẽ hominũ pertinent, * deponaris, & discipuli per ignorantiã pereant. Idcirco tu quidẽ ad hoc solũ vacato, vt opportune & sine intermissione doceas verbũ dei, per quod salutẽ cõsequi possint. Illi vero cũ tanta reuerentia tua verba suscipiant, tanq̃ qui sciant legatũ te & præconem esse veritatis, & quodcũq; ligaueris super terrã, esse ligatũ & in cœlo, & quodcũq; solueris super terrã, etiã ibi esse soluendũ. Quoniã quidẽ & tu (vt dixi) quæ oportet, ligabis, & quæ expedit, solues. Et ad te quidem qui præes, ista sint monita, & his similia. Ad presbyteros vero sint ista. Ante oĩa, vt pudicitiæ studentes, adolescentes nuptiis iungant, quo calorẽ feruentis ætatis coniugali lege præueniant. Sed ne in prouectioribus quidẽ curã habere huiuscemodi negligant, quia in multis (etiã quũ senuerit corpus) concupiscentia viget. Ne forte ergo fornicationis labes (occasione accepta) tanquã venenũ pessimũ serpat in vobis, cauere & anteuenire necessariũ est, ne q̃ in vobis adulterii occultũ coalescat incendiũ. Et quid in omnibus peccatis adulterio grauius? Secundũ nãq; in pœnis obtinet locũ, quoniã quidem primũ illi habẽt qui aberrãt a deo, etiã si sobrie vixerint. Propter quod vos o presbyteri, ecclesiã excolite, & ordinate sponsam Christi ad pudicitiã. Sponsam aũt dico omnẽ ecclesiæ cõgregationẽ. Quę si pudica inuẽta fuerit a spõso suo, ingentibus ab eo donis & muneribus honorabitur, & vos velut ministri sponsæ & amici sponsi ingenti gaudio & lætitia perfruemini. Si vero sponsa hæc reperta fuerit cõmaculata peccatis, ipsa quidẽ tanquã indigna * nõ tradeẽ regalibus thoris. Vos aũt pœnas dabitis, si forte per vestrã negligentiã vel desidiã obrepserit cõtagio seu a peccati. Idcirco ante oĩa sobrietatis & pudicitiæ solicitudinẽ gerite. Valde enim apud deũ graue crimen dicit fornicatio, cuius spẽs sunt quidẽ plures, sicut vobis & ipse Clemẽs diligẽter exponet. Verũtamen prima spẽs adulterii est, virũ propria vxore solũmodo nõ esse cõtentũ, & mulierẽ non proprio tantũ seruare se viro. Si ergo castus fuerit quis, potest & humanus & misericors fieri, per quod & ipse æternã a deo misericordiã cõsequať. Sane sicut ad ulterii venenũ cũctis malis pernitiosius est, ita amor fraternus & charitas totius boni

fastigiũ

11.q.1. Te q̃dẽ

11.q.1. Sicut enim.

al's, puniaris. Idem in ep̃la Euaristi papę In decre. Iuo. lib. 5 Matth. 16. c.

32.q.7. Quid in oĩbus. Et in decre. Iuo. lib. 7

al's, extrudeẽ a regalib.

1. Cor. 13. d

fastigiũ tenet. Et ideo diligite oẽs fratres vestros, & cũ religione ac misericordia respicite ad oẽs, Orphanis exhibete vosmetipsos parentes, Viduis virorũ curã impendite cum omni castitate, quæ necessaria sunt, pbentes. Iuniores tñ viduas nuptijs copulate. His qui ignorãt artificia, exquirite honestas aliquas occasiones, quibus victũ necessariũ quærãt. Artificibus vero operã puidete, debilibus misericordiam facite. Scio aũt hæc oĩa facturos vos, si charitatem p cæteris, & ante oĩa in vestro corde figatis. Cuius charitatis & recipiendæ & habendæ maximũ erit fomentũ, si frequenter inter vosmetipsos cõmunem cibũ vestrum mensamq; faciatis, & inquantũ vnusquisq; pualet, crebrius panes ac sales suos cũ fratribus suis sumat. Per hæc em̃ pcipue charitas cõparat, & causa totius boni in huiusmodi cõmunione cõsistit. Vbi aũt pax & bonitas, ibi & salus. Propter quod cõmunes facite cibos vestros cũ his, qui secundum deũ fratres sunt, quia per hæc tẽporalia officia, pacis & charitatis fructibus gaudia æterna merebimini. Multo aũt solicitius esurientes reficite, & sitientibus potum date, nudis vestimentũ, ægros visitate, & eos qui in carcere sunt (prout possibile est) iuuate, peregrinos satis prompte in domibus vestris suscipite, Et ne oĩa nunc singulatim dicã, omne bonũ ipsa per se (si in vobis fuerit) charitas facere vos docebit, sicut & ecõtrario eos, qui a salute alieni sunt, omne malũ facere odiũ docet. Si qui ex fratribus negotia habent inter se, apud cognitores seculi nõ iudicent, sed apud psbyteros ecclesiæ (quicquid illud est) dirimat, & omni modo obediãt statutis eorũ. Super om̃ia aũt auaritiã fugite, quæ hoĩes occasione psentis lucri ab æternis separat bonis. Pondera, mẽsuras, stateras, pro locis quibusq; æquissima custodite, deposita fideliter restituite. Quæ oĩa (& si qua sunt similia his) ita demũ solicite & diligẽter implebitis, si futurũ iudicium dei sine intermissione in vestro corde voluatis. Quis em̃ peccare poterit, si semper ante oculos suos dei iudiciũ ponat? Quod in fine mũdi certũ est agitandũ, vt tandẽ qui bene in hac vita egerunt, cõsequant bona reposita, peccatores aũt vt consequant pparatas pœnas, de quibus ita futuris dubitare oĩno non possumus. Si quidem hæc oĩa ita esse ventura, verus nobis propheta pdixit. Vnde & vos, qui estis veri prophetæ discipuli, abijcite a cordibus vestris ante oĩa discordias & animorũ dissensiones, ex quibus omne malũ opus procedit, & benignitatẽ ac simplicitatẽ tota mente seruate. Quod si forte alicuius vel cor, vel liuor, vel infidelitas, vel aliquod malũ ex his (quę superius memorauimus) latenter irrepserit, nõ erubescat (qui aĩæ suæ curã gerit) confiteri hæc huic qui pest, vt ab ipso per verbũ dei & cõsiliũ salubre curet, quo possit integra fide & operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, & ad perpetuæ vitæ pmia peruenire. Diaconi vero ecclesiæ tanq̃ oculi sint Epi, oberrãtes, & circunlustrãtes cũ verecundia actus totius ecclesiæ, & perscrutãtes diligẽtius, si quẽ videãt vicinũ fieri pcipitio, & proximũ esse pctõ, vt referãt hæc ad Epm, & cõmoneri ab eo possit is, qui in pcipitiũ lapsurus est, vti reuocet, & nõ corruat in peccatũ. Negligẽtiores quoq;, & eos qui rarius ad audiendũ verbũ dei accedunt, nec solicite ad Epi tractatũ cõueniũt, ipsi cõmoneãt, & hortent. Si em̃ assidui sunt ad audiendũ, nõ solũ vitæ æternæ ex salubri commonitione capiunt lucra, verũ & quæcunq; illæ sunt tristitiæ vel mœrores, quæ ex psentis vitæ necessitatibus & cladibus tẽporũ veniunt, *quęcunq; sermonibus suis in corde velut iacula defixa circunferũt, abijciunt oĩa pdicatione veritatis, & vitæ æternæ doctrina, & eruditione purgata. Alioquin, si multo tẽpore auditũ subtrahãt a verbo dei, & remaneãt in cultu vitiorũ, sine dubio * spinis erunt ac sentibus occupati. Et quid aliud, nisi ad ignẽ talis hæc terra pparabit? De his ergo (vt diximus) diaconis cura sit. Sed & eos qui secundũ carnẽ ægrotãt, solicite perquirãt, & plebi (si forte plebs ignorat) indicẽt de his, vt & ipsi visitẽt eos, & quæ necessaria sunt pbeant eis, cũ cõscientia eius qui pest. Quod tñ etiã si clam fecerint, nõ peccabunt. Sed & de peregrinis, similiter Epo suggerãt, refouẽdis, & cætera his similia, quæ ad cultũ ecclesię & disciplinã eius pertinẽt, diaconis curæ sint. Qui catechizant, id est, qui verbo instruunt incipientes, primo oportet, q ipsi instructi sint. De aĩa em̃ agit hominũ, Et oportet eũ, qui docet & instruit aĩas rudes, esse talẽ, vt pro ingenio discentiũ semetipsum possit aptare, & verbi ordinẽ pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipse præcipue

Marginalia: 1. Petri. 4. b — Matth. 25. d; Itẽ in epist. 2 Euaristi papę 11. q. 1. Si q ex — Ecci. 7. d — Matt. 25. c. d — Nota de confessione sacramentali. — Dist. 93. Diaconi ecclesiæ — al's, q̃q; malorũ sermonib. in corde suo. — al's, deũ amiserũt, spinis — Dist. 93. Diaconi ecclesiæ

cipue apprime esse eruditus,& doctus,irreprehensibilis,maturus,impauidus,sicut ipsi probabitis fore Clementem hunc post me. Multum est aũt,si ego nunc de singulis, quæ vnusquisq; habere debeat,prosequar. Veruntamen illud est,quod præ cæteris ab oibus vobis cupio in cõmune seruari,vt concordiã teneatis,per quod solum potestis portũ quietis intrare,& ciuitatẽ summi regis(quæ pax nominatur)habitare. Similis nãq; est ois status ecclesiæ magnæ naui,quæ p vndosum pelagus diuersis e locis & regionibus viros portat,ad vnã potentis regni vrbẽ properare cupientes. Sit ergo nauis huius dñs,ipse omnipotẽs deus,gubernator vero sit Christus. Tum deinde proretæ officium Eps impleat,presbyteri nautarũ,diaconi dispensatorũ locum teneant,hi qui catechizant,nautologis cõferant,epibatis aũt totius fraternitatis multitudo similis sit,ipm quoq; mare hic mundus habeat,ventorũ vero varietates & turbinum,diuersis tentationibus conferant,psequutiones,tribulationes,& pericula fluctibus exequant. Terreni vero spũs,qui vel de torrẽtibus,vel de cõuallibus spirãt,pseudoprophetarũ & seductorũ,*seu prauæ doctrinæ verba ducant,promontoria vero & loca confragosa hi q in potestatibus seculi sunt iudices,& pericula minant & mortes. Bithalassa vero loca,quę duplicibus vndæ fallacis æstibus verberant,dubijs mente,& de repromissionũ veritate nutãtibus cõferant,atq; his qui irrationabili fidẽ nostrã ratione discutiunt. Hypocritæ aũt & dolosi,piratis similes habeant. Iam vero rapidus vortex,& tartarea charybdis, & saxis illisa naufragia,ac mortiferę *subuersiones,quid aliud æstimãda sunt,q̃ pctã? Restat igit,vt hæc nauis cursu prospero,tuta possit portũ desideratæ vrbis intrare,ita deo pcem fundere cõuenit nauigãtes,vt mereant audiri. Audiri aũt a deo ita demũ merebit quis,si orationes ipsæ bonis moribus & bonis operibus adiuuent. Sed ante oĩa cũ quiete & silentio,epibatæ(.i.laici)in suis vnusquisq; resideãt locis,ne forte p inquietudinẽ,& incõditos inutilesq; discursus,si passim vagari cœperint,vel ab officio suo nautas impediãt,vel in alterũ latus,p inquietudinem eorũ,nauis pssa demergat. Nautologi de mercedibus cõmoneant,& nihil oino,quod ad diligẽtiam,vel ad disciplinã pertinet,diaconi negligãt. Presbyteri velut nautæ aptent singula ad instructionẽ nauis diligenter,& instruãt,quæ in suo tẽpore requirenda sunt. epus tanq̃ proreta vigilãter & solicite,gubernatoris verba custodiat Christi. Saluator dñs,gubernator ecclesiæ suæ diligat ab oĩbus,& ipsius solius pceptis ac iussis credat, & obediat ois ecclesia. Deo quoq; indesinenter supplicet a cunctis de prosperitate ventorũ,vt nauigãtes omnẽ tribulationẽ,& omne periculũ superent, tanquã immane profundũ mundi istius,& vitæ humanæ pelagus nauigãtes,in quo esuriendũ sit & sitiendũ,nuditatẽ quoq; ferendam,morbos etiã corporis & ægritudines tolerãdas Insup & hoĩm insidijs,ac dolo sæpe laborãdum,quippe q dispergendos se nõnunq̃ nouerint,sed aliqñ etiã congregãdos,vomitus quoq; & sugillationes ferendas,quum ex cõfusione peccatorũ & reiectione criminũ,velut male cõgregatis in visceribus,fellis iactura facienda est,& abijcienda prorsus e corde,oĩs intrinsecus,q̃ latet amaritudo peccati,si qua forte ex desiderijs iniquis,velut ex cibis noxijs,cõgregata est. Quã vtiq; quum euomuerit quis,& abiecerit,ingentis ægritudinis liberabit morbo,si tñ post vomitum,q̃ ad sanitatẽ pertinent,sumat. Veruntamen scitote cuncti,q; supra oẽs vos laboret Epus,quia vnusquisq; vestrũ suum laborẽ fert,ille vero & suum & singulorũ. Propter quod,o Clemens,tanquã qui oĩbus pesse te noueris,singulos(prout potueris)iuua,& singulos releua,q & singulorũ onus,& solicitudinem portas. Vnde & ego nunc hãc tibi iniungens dispensationẽ,scio,quia accipio grãm magis,quam præsto. Sed esto cõfidens,& fortiter ferẽs,certus,qa laboris tui meritũ recipies,quũ ad portũ quietis incolumẽ hãc prouexeris nauẽ,vbi mercedes & pmia pro oñniũ salute suscipies,si hic pro oĩm incolumitate vigilaueris. Itaq; si te multi e fratribus propter rigorẽ iustitiæ odio habuerint,ex hoc quidẽ nõ læderis,sed ex huiuscemodi odijs amor tibi cõciliabit dei. Et ideo satage magis,& refuge,ne lauderis ab iniquis,& ne a pessime agẽtibus diligaris,sed potius propter iustitiæ dispẽsationẽ,& æquissimã regulam disciplinæ,a Christo collaudari merearis. Hæc quũ dixisset, & his similia quãplurima,rursum respiciẽs ad populũ,dixit. Sed & vos charissimi frẽs,& cõserui mei, huic

qu

ars, improbe

ars, submersiones.

qui p̄sidet vobis ad veritatē docendā, in oībus obedite, ſcientes, ꝙ ſi quis hūc cōtriſtauerit, Chriſtū, q ei docēdi credidit cathedrā, nō recipit. Et q Chriſtum nō ſuſceperit, nec deū patrē ſuſcepiſſe iudicabit, & ideo nec ipſe ſuſcipiet in regno cœloꝝ. Propter quod ſatagite, ad omnē collectā & cōgregationē ſemp cōuenire, vt non velut negligētes & deſides a iudice Chriſto cōdemnemini. Cōuenietes vero ſemp ad Clementē date oēs operā pro ipſo ſentire, & ſummo ſtudio fauorē veſtrū erga ip̄m dependere, ſciētes, qa propter ſingulos veſtrū ipſi magis ſoli infeſtus eſt inimicus, & in ip̄m maiora ſuſcitat bella. Oportet ergo vos ſummo ſtudio niti, vt om̄i erga illū vinculo amoris innexi, pleniſſimo erga eum inhæreatis affectu, Sed & vos quoq; ipſi vnanimes in omni cōcordia pdurate, quo facilius etiā illi obedire oēs pari & cōſenſu & vnanimitate poſſitis. Propter qd & vos ſalutē cōſequi, & ille poſſit, obtēperātibus ſibi vobis, promptius impoſiti oneris pondus euehere. Quædā ex vobis etiā ipſis intelligere debetis, ſi qua ſint, q̄ ipſe propter inſidias hoīm maloꝝ nō poteſt euidētius & manifeſtius proloqui, Verbi gratia, Si inimicus eſt alicui pro actibus ſuis, vos nolite expectare, vt ip̄e vobis dicat, cū illo nolite amici eſſe, ſed prudenter obſeruare debetis, & volūtati eius abſq; commonitione obſecundare, & auertere vos ab eo, cui ip̄m ſentitis aduerſum, ſed nec loqui his, qbus ipſe nō loquit, vt vnuſquiſq;, q in culpa eſt, dū cupit oīm veſtrū amicitias ferre, feſtinet citius recōciliari ei, qui oībus p̄eſt, vt p hoc redeat ad ſalutē, quū obedire cœperit monitis p̄ſidentis. Si vero quis amicus fuerit his, qbus ipſe amicus nō eſt, & loquutus fuerit his, qbus ipſe non loquit, vnus eſt & ipſe ex illis, q exterminare volunt eccleſiā dei, & cū corpore vobiſcū eſſe videat, mente & animo contra vos eſt. Et eſt multo nequior hoſtis hic, q̄ illi, q foris ſunt, & euidenter inimici ſunt. Hic em̄ per amicitiaꝝ ſpēm, quæ *inimica ſunt, gerit, & eccleſiam diſpergit ac vaſtat. Et quū hæc dixiſſet in medio corā oībus, manū mihi impoſuit, & in cathedra ſua, ingenti verecundia fatigatum, ſedere me cōpulit. Quumq; ſediſſem, hæc ad me rurſum loquutus eſt, Deprecor te, o Clemens, corā oībus, qui p̄ſentes ſunt, vt poſteaquā (ſicut naturæ debitū eſt) vitæ p̄ſentis finē fecero, Iacobo fratri dn̄i, deſcripta breuiter, vel quæ ad initium fidei tuæ ſpectāt, vel etiā quos ante fidē *animos geſſeris, ſed & qualiter mihi ab initio vſq; ad finē comes itineris, & actuū fueris, quæq; p ſingulas ciuitates (me diſputante) ſolicitus auditor exceperis, quiq; in p̄dicationibus meis vel verboꝝ fuerit ordo vel actuū, ſed & q me finis in hac vrbe repererit (ſicut dixi) oīa, q̄ potes, breuiter comprehenſa, ad ip̄m te deſtinare non pigeat. Nec verearis, ne forte multū de meo exitu contriſtandus ſit, quum id me pro pietate ſuſtinere non ambigat. Erit autem ei grande ſolatiū, ſi didicerit, ꝙ poſt me non imperitus aliquis, aut indoctus, aut ignorās, diuini verbi *myſterium, eccleſiaſtici ordinis diſciplinā, vel doctrinæ regulā neſciēs, ſuſceperit cathedram meā. Scit em̄, quia ſi indoctus & inſcius officiū doctoris accipiat, ſine dubio diſcipuli, & auditores ignorātiæ tenebris obuoluti, in interitū demergent. Vnde & ego, mi dn̄e Iacobe, quū hæc ab eo præcepta ſuſceperim, neceſſe habui implere, quod iuſſerat, indicans tibi, & de hiſipſis, ſimul & de illis breuiter comprehendens, quæ per ſingulas quaſq; vrbes digrediens, aut in prædicationis ſermone protulerit, aut in geſtorū virtute perfecerit, quāuis tibi de his plurima iam, & plenius ante deſcripta, ipſo iubēte tranſmiſerim, ſub eoipſo titulo, quem ipſe p̄cepit affigi, id eſt, Clementis itinerarium, nō prædicationis Petri. Sed & nunc exponere iam, quæ præcepit (domino opem ferente) incipiam. Pœnitemini (inquit) & veram agite pœnitentiā. Omnes ergo homines, q Chriſtiano cenſentur vocabulo, patrem, & filium, & ſp̄m ſanctum vnū deum, & dominū veraciter credere, & confiteri, eumq; tota mente, & toto corde, & tota virtute diligere, & proximos ſuos tanquam ſemetipſos, docibileſq; eſſe vſq; ad perfectam doctrinam, ad hæc perficienda ſummopere oportet. Fides em̄ & dilectio, totius bonitatis eſt fundamentum. Sine fide aūt placere deo nemo poterit. Chriſto itaq; reſurgente, & aſcendente in cœlum, miſſo ſancto ſpiritu, collata apoſtolis ſcientia linguarum, adhuc in vno poſiti, ſymbolum, quod fidelis nunc tenet eccleſia, vnuſquiſque, quod ſenſit, dicendo, condiderunt, vt diſcedentes ab inuicem, hanc regulam per omnes gentes prædicarent. Summam ergo totius fidei catholicæ

Diſt. 93. Et in epi. decreti. 3 Anacle. papæ cuius initiū eſt, Bn̄dictus deus. Et ſilr Fab. papæ, q̄ incipit, Diuis præceptis

al's, inimici

al's, annos

al's, miniſteriū

Hebræ. 11. a Acto. 1. & 2

recensentes, in qua & integritas credulitatis ostendit, & vnius dei omnipotentis (id est, sanctae trinitatis) aequalitas declaratur, & mysterium incarnationis filij dei, qui pro salute humani generis a patre de coelo descendens, de virgine nasci dignatus est, quoquo ordine, vel quando mortē pertulerit, quō sepultus surrexerit, & in carne ipsa coelos ascenderit, ad dexterāq; patris cōsederit, iudex venturus sit, ac qualiter remissionē peccatorū sacro baptismate renatis cōtulerit, & resurrectionē humani generis in eadē carne in vitā aeternā futurā, sic docuerunt. Symbolū em̄ graece, latine collatio dicit. Et hoc pdicti sancti apostoli inter se, per spm̄ sanctū salubriter (vt dictū est) condiderunt. Dicit & indiciū, quod per hoc, qui recte crediderit, indicat. Ergo cunctis credētibus quae cōtinent in pfato symbolo, salus animarū & vita perpetua bonis actibus praeparat. Et quod in primordio eiusdē symboli pponit, credo in deū patrē omnipotentem, pclarū fidei testimoniū, & fundamentū in prima fronte monstrat, quia saluus esse poterit, qui recte crediderit. Credere em̄ oportet accedentē ad deū, qm̄ corde credit ad iustitiā, & ore cōfessio fit ad salutē. Vnde ait propheta, Credidi, propter quod locutus sum. Et illud, Iustus ex fide viuit. Et, nisi credideritis, nō intelligetis. Ergo in rebus humanis nullū opus incipit, nisi labor oīs ad effectū venire credat. Vnde credendū est in deū, a quo tā praesens vita, q̄ futura tribuat. Deus aūt appellatio est substātiae sempiternae, siue timoris diuini. Igit deus sine principio, sine fine, simplex, incorporeus, & incōprehensibilis. Patrē aūt quū audis, agnosce q; habeat filiū veraciter genitū, sicut possessor dicit, qui aliquid possidet, & dn̄s, q habet cui dominet. Deus ergo pater secreti sacramenti vocabulū est, cuius vere filius est verbū, & speculū, & character, & imago viuens patris viuētis, in oībus patri similis, eiusdē naturae. In diuinitate genitus, & genitori per oīa coaequalis. Nec quaerat, qūo genuit filiū, quod & angeli nesciunt, prophetis incognitū est. Vnde illud dictū est, Generationē eius quis enarrabit? Quā secretā originē cū proprio filio, nouit ipse solus, qui genuit. Nec deus a nobis discutiendus est, sed credēdus, qui in nobisipsis nescimus, quod sapimus, qūo sapientia, ingeniū, aut intellectus, aut cōsiliū, aut mens nostra generat verbum. Sed sufficit nosse, quia lux genuit splendorē, sicut ait propheta, In splendoribus sanctorū ex vtero ante luciferū genui te. Et illud, Hic deus noster, & nō reputabit alter ad eū. Et post, In terra visus est, & inter hoīes cōuersatus est. Diligere ergo deū, vnumquemq; ex toto corde, & ex tota aīa (vt pfixum est) & ex tota fortitudine oportet, & proximum tanq̄ semetipsum, respōdente dn̄o cuidā scribarū, ac dicente, Primū oīm mādatum est, Audi Israel, dn̄s deus tuus, deus vnus est, Et diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota aīa tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua, hoc est primum mādatum. Secundū aūt simile est illi, Diliges proximū tuū tanq̄ teipsum. Maius horū aliud mādatum nō est, quod maius est oībus holocaustomatibus & sacrificijs. Vnde & in veteri testamēto scriptū habet, Quod tibi fieri nō vis, alteri ne feceris. Et dn̄s ait, Oīa quaecūq; vultis vt faciant vobis hoīes, & vos facite similiter illis. Quibus vtrisq; mandatis, per vnū malitia cōpescit, & p * aliud benignitas propagat, vt ne malū quis inferat, sed bonū impēdat. Primū, vt caueat laedere, Secundū, vt norit bonū pstare. Si em̄ fratrē quē vides nō diligis, deū quē nō vides, qūo potes diligere? Sic ergo nos docet exercere curā nostrā, vt nō dimittamus curā vestrā, & sic diligere nos, ne negligat dilectio proximi, Quia dei dilectio morti cōparat, dicēte sapientia, Valida est dilectio vt mors, idcirco quia sicut mors violenter separat animā a corpore, ita dilectio dei separat animam violēter a mundano & carnali amore. Qui em̄ (dn̄s inquit) diligit me, mādata mea seruabit. Nā qui dei pcepta cōtemnit, deū nō diligit. Vnde scriptū est, Nolite putare q; maneatis in dilectione mea, si nō seruaueritis pcepta mea. Neq; em̄ regē diligimus, si odio leges eius habemus, Neq; em̄ ex toto corde poterit ille deum diligere, qui noscit in proximi corruere dilectione, quia p dilectionem proximi peruenit ad charitatem Christi, quoniam (vt plibatum est) in his duobus pceptis tota lex pēdet & prophetae. Docibiles ergo, qui pfecte docti nō sunt ad haec pagēda, oportet oēs esse, & vt ipsi docti sint, & alios prudēter instruere, & pfecte possint docere, iuxta Danielē prophetā, q ait, Populus aūt sciēs deū suū, obtinebit & faciet, & docti in populo docebūt plurimos

Omnes

Marginal notes: Roma.10.b — Psal.115. — Roma.1.b — Et Abac.2.a — Esaiae.7.b — Esaiae.53.c — Psalm 109 — Baruch.3.d — Ibidem. — Matth.22.d — Marci.12.c — Tobiae.4.c — Matth.7.b — Et Lucae.6.c — * al's, alterum — Iohan.4.d — Cant.8.b. — Iohan.14.c — Ioh.14.c. vel Iohan.15.b — Matth.22.d — Danie.11.c

Omnes docibiles(vt iam dictũ est)qui docti sunt esse oportet,sed sacerdotes doctiores cæteris populis necesse fore docebat Christus dicẽs,Quia si cæcus cæco ducatũ p̄stet,ambo in foueã cadũt. Sacerdotes vero sal terræ & mũdi lumen docẽs,p̄cepit in splendore bonorũ operũ patrẽ glorificare deũ,de quibus dn̄s ait,Beati estis,quũ male dixerint vobis hoĩes,& persequuti vos fuerint,&dixerint omne malũ aduersum vos, mẽtientes propter me. Gaudete & exultate,quoniã merces vestra copiosa est in cœlis. Sic enim persequuti sunt prophetas,qui fuerũt ante vos,Vos estis sal terrę,Quod si sal euanuerit,in quo salietur? Ad nihilũ valet vltra,nisi vt foras mittatur,& cõculcetur ab hoĩbus. Nõ potest ciuitas abscondi supra montẽ posita,neq; accendũt lucernã,& ponũt eã sub modio,sed super cãdelabrũ,vt luceat oĩbus qui in domo sunt,vt qui ingrediuntur,lumẽ videãt. Sic luceat lux vestra corã hoĩbus,vt videãt bona opera vestra,& glorificẽt patrẽ vestrũ,qui in cœlis est. Ep̄os aũt per singulas ciuitates, quibus ille nõ miserat,perdoctos,& prudẽtes sicut serpẽtes,simplicesq; sicut colũbas(iuxta dn̄i p̄ceptionẽ)nobis mittere p̄cepit. Quod etiã facere inchoauimus,&(dn̄o opẽ ferente)facturi sumus,Vos aũt per vestras diocœses Ep̄os sacrate,& mittite,quia nos ad alias partes(quod idẽ iussit)agere curabimus. Aliquos vero ad Gallias,Hispaniasq; mittemus,& quosdã ad Germaniã & Italiã,atq; ad reliquas gentes dirigere cupimus,Vbi aũt ferociores & rebelliores gẽtes esse cognouerimus, illuc dirigere sapientiores & austeriores necesse habemus,qui quotidie nõ cessent diuina seminare semina,& multos Christo lucrari,& ad rectã fidẽ & viam veritatis perducere,vt plures manipulos dn̄o valeãt p̄sentare. In illis vero ciuitatibus,in quibus olim apud ethnicos * archiflamines eorũ,atq; primi legis doctores erant,Ep̄orũ primates poni,vel patriarchas,qui reliquorũ Ep̄orũ iudicia & maiora(quoties necesse foret)negotia in fide agitarẽt,& secundũ dei voluntatẽ,sicut cõstituerũt sancti apostoli,ita vt ne quis iniuste periclitaretur definirẽt,In illis aũt ciuitatibus,in quibus dudũ apud p̄dictos erãt archiflamines(quos tñ minores tenebãt q̃ memoratos primates) Archiep̄os institui p̄cepit,qui non tñ primatũ,sed Archiep̄orũ fruerentur noĩe. Ep̄orũ quoq; iudicia(vt superius memoratũ est) & maiora ecclesiarũ negotia,si ipsi reclamauerint,aut aliquẽ timorẽ,aut istos vel alios suspectos habuerint,ad iã dictos primates vel patriarchas,ne * aliquis nocenter periret,transferri *perdocuit. In singulis vero reliquis ciuitatibus,singulos & nõ binos vel ternos aut plures ep̄os cõstitui p̄cepit, qui nõ primatũ, aut Archiep̄orũ,aut metropolitanorũ noĩe(quia matres ciuitatũ non tenẽt)sed Ep̄orũ tantũ vocabulo potirentur,qm̃ nec inter ipsos apostolos par institutio fuit,sed vnus oĩbus p̄fuit. Hoc tñ præuidendũ instituit, ne in villis aut castellis vel modicis ciuitatibus instituerentur ep̄i,ne vile eorũ nomen fieret. Ep̄os ergo vicẽ apostolorũ gerere, dn̄m docuisse dicebat,& reliquorũ discipulorũ vicẽ tenere presbyteros debere insinuabat. Et si quis aliquẽ ex his scandalizaret,grauissimã illi pœnã inferri debere,p̄dicabat. Cunctos se inuicẽ diligere,& adiuuare debere,& neminẽ ab adiutorio fratris se subtrahere instruebat. Homicidas vero & adulteros ac cũctos criminalibus nexibus alligatos,& qui eis coæquales non erãt,ab eorũ vexatione & accusatione(docente dn̄o)prohibebat,& non nisi a coæqualibus aliquid eis inferri debere,docebat,quia discipulũ supra magistrũ esse,aut vllam ei iniuriam inferre,nullatenus * debere oportet. Infames etiam omnes,& quos primates & leges seculi non suscipiunt,sed & laicos ab eorũ accusatione & vexatione semper repelli debere,rogabat,& cunctos illis subditos esse p̄cipiebat. Cunctorũ sacerdotum vitam superiorem sanctioremq; ac discretam a secularibus & laicis hominibus esse,& sp̄uales quosq; atq; sacerdotes super carnales ac laicos semper cõstituendos docebat, quoniam pro minimo nobis esse debet,vt a talibus arguamur & iudicemur,vel ab humano die. Maiores vero a minoribus nec accusari,nec iudicari, vllatenus posse dicebat, quoniam non solum hoc diuinas,sed & leges seculi inhibere docebat. Omnes ergo legum diuinarum libenter violatores & sacrarum institutionum voluntarie perturbatores,ecclesiastica indignos regula & sancta communione,iudicabat. Operatores vero earundẽ,eisq; obediẽtes,vtrarumq; ac cæterorũ bonorũ dignos esse dicebat,Vñ & prophetas in testimoniũ sumebat, Audite cœli,& auribus percipe terra, quoniã

Matth. 15. b
Matth. 5. b
Dist. 93. Sacerdotes 70.
Matth. 5. a

Dist. 80. In illis ciuitatib⁹.
al's, primi sacerdotes flamines. al's, primi flamines.

al's, quis innocẽter.
al's, iussit.

In decre. Iuo. lib. 2.

7. q. 1. Beatus Petrus.
Matth. 10. c

al's, oportere decet.
2. q. 7. Laici in accusatiõe

1. Corĩ. 4. a.

Esaiæ. 1. a

quoniam dominus loquutus est, Filios enutriui & exaltaui, ipsi aũt spreuerunt me. Cognouit bos possessorẽ suũ, & asinus præsepe dñi sui, Israel aũt nõ cognouit me, & populus meus nõ intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequã, filijs sceleratis. Dereliquerũt dñm, blasphemauerunt sanctũ Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiã vos vltra addẽtes præuaricationẽ? Omne caput languidũ, & omne cor mœrẽs, a planta pedis vsq; ad verticẽ nõ est in eo sanitas, Vulnus & liuor & plaga tumẽs nõ est circũligata, nec curata medicamine, neq; fota oleo. Terra vestra deserta, ciuitates vestræ igne succensæ, Regionẽ vestrã corã vobis alieni deuorãt, & desolabitur sicut in vastitate hostili, & derelinquetur. Væ (inquit) qui dicitis bonũ malũ, & malũ bonũ, ponentes tenebras lucẽ, & lucẽ tenebras, ponẽtes amarũ in dulce, & dulce in amarũ. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia nõ habuit scientiã, & nobiles eius interierũt fame, & multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatauit infernus animã suã, & aperuit os suũ absq; vllo termino, Et descendẽt fortes eius, & po pulus eius, & sublimes gloriosiq; eius ad eũ. Et incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimiũ deprimentur. Et exaltabitur dñs exercituũ in iudicio, & deus sanctus sanctificabitur in iustitia. Carnales spũalibus resistere prohibebat, Et de his qui ceruices suas cõtra magistros & seniores suos erigebãt, hæc in exemplũ adducebat. Detracta est ad inferos superbia tua, cõcidit cadauer tuũ, Subter te sternetur tinea, & operimentũ tuũ erũt vermes. Qũo cecidisti de cœlo lucifer, qui mane oriebaris, Corruisti in terrã, qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo, In cœlum cõscendã, supra astra dei exaltabo soliũ meũ, sedebo in mõte testamenti in lateribus aquilonis, ascendã super altitudinẽ nubiũ, similis ero altissimo. Veruntamen ad infernũ detraheris in profundũ laci. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teq; prospicient? Nunquid iste est vir, qui cõturbauit terrã, qui concussit regna, qui posuit orbẽ desertũ, & vrbes eius destruxit, vinctis eius nõ aperuit carcerẽ? Ebrietatẽ oppido prohibebat, & ebriosos corpore & animo mortuos esse prędicabat. De quibus & in exemplũ aiebat, Væ qui cũsurgitis mane ad ebrietatẽ sectandã & potandũ vsq; ad vesperã, vt vino æstuetis. Cithara & lyra & tympanũ & tibia & vinũ in conuiuijs vestris, & opus dñi nõ respicitis nec opera manuũ eius cõsideratis. Et iterũ, Væ qui potentes estis ad bibendũ vinũ, & viri fortes ad miscendã ebrietatẽ, Qui iustificatis impiũ pro muneribus, & iustitiã iusti aufertis ab eo. Propter hoc, sicut deuorat stipulã lingua ignis & calor flãmæ exurit, sic radix eorũ quasi fauilla erit, & germen eorũ vt puluis ascendet. Abiecerũt enim legem dñi exercituũ, & eloquiũ sancti Israel blasphemauerũt. Ideo iratus est furor dñi in populo suo, & extendit manũ suã super eũ & percussit eũ. Et cõturbati sunt montes, Et facta sunt morticina eorũ quasi stercus in medio platearũ. In omnibus his nõ est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. Nullũ etiã presbyterũ in alicuius Episcopi parochia aliquid agere debere, absq; eius permissu * docebat, sed & cũctos presbyteros proprijs Episcopis in omnibus absq; mora obedientes (instituente dño) esse debere docebat. Nullũ item aliena cõcupiscere aut præsumere, quæ eorũ erãt, sed vnũquẽq; suis sibiq; cõmissis * cõtentos esse docebat. Neminẽ etiã alicui aliquid facere, nisi quod sibi fieri, instruebat. Sanctã quoq; ecclesiã immaculatã oẽs seruare debere euangelizabat, cuius claues Episcopos esse dicebat. Ipsi enim habẽt potestatẽ, claudere cœlũ, & aperire portas eius, quia claues cœli facti sunt. Admonere aũt eos neminẽ debete docebat, quia oculi dñi sunt. & qui eos tangit, tangit pupillam oculi eius. Et quanta pœna dignus sit, qui eos scandalizat, ipsum dominum docuisse dicebat, vbi ait, Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris, Væ mundo ab scandalis, Necesse est enim, vt veniant scandala, Veruntamen, væ homini illi per quẽ scandalum venit. Si autem manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proijce abs te. Bonum est tibi, ad vitam ingredi debilem, q̃ duas manus habentem mitti in gehennam ignis. Et si pes tuus scandalizat te, abscinde eum & proijce abs te, Bonũ est tibi, introire ad vitam claudũ, q̃ duos pedes habentem, mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proijce abs te, Bonum est tibi, vnum oculum

haben

Esaiæ. 5. c.
Ibidem. c. d
Esaiæ. 14. c
Esaiæ. 5. c
Ibidem. e
aľs, volebat
aľs, contentũ abire optere.
Tobiæ. 4. c
Matth. 16. c
Zacha. 2. c
Mat. 18. a. b. c

habentem in vitā introire,q̄ duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte,ne contemnatis vnū ex his pusillis. Amen dico vobis, Quæcunq; alligaueritis super terram,erunt alligata & in cœlo,& quæcunq; solueritis super terram,erunt soluta & in cœlo. Iterum dico vobis,quia si duo ex vobis cōsenserint super terram de omni re quācunq; petierint,fiet illis a patre meo,qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo vel tres cōgregati in nomine meo,ibi sum in medio eo℞. Et ite℞ per prophetam loquitur dicēs, Expauit(inquit)cœlū super hoc,& horruit amplius vehementer,dicit dominus. O intolerabilē malignitatē,O linguā iniquitatē loquentem cōtra deum,& mentē in altitudinem cornu extollentē. Et ite℞, Impone homo tuæ linguæ ostiū & serā. Cessa cornu in altitudinē extollens,& loquens aduersus deū iniquitatem & proximū tuū. Quousq; insultas patienti Christo & fratribus? Sic aūt peccātes in fratres,& percutientes eo℞ infirmā cōscientiā,in Christū grauiter peccatis,& rei iudicio effecti,infames efficiemini, & iuste repellemini. Et ite℞ per prophetam loquitur dicens, Vos aūt sacerdotes domini vocabimini,ministri dei nostri,dicetur vobis, Fortitudinē gentiū comedetis,& in gloria eo℞ superbietis. Pro cōfusione vestra duplici & rubore laudabūt partē eo℞. Propter hoc in terra sua duplicia possidebūt,& lætitia sempiterna erit eis. Quia ego dn̄s diligens iudiciū,& odio habens rapinam holocaustū, Et dabo opus eo℞ in veritate,& fœdus perpetuū feriam eis. Et scietur in gentibus semen eo℞,& germen eo℞ in medio populo℞. Oēs qui viderint eos,cognoscent eos, quia isti sunt semen,cui benedixit dn̄s. Gaudens gaudebo in dn̄o,& exultabit anima mea in deo meo, Quia induit me vestimento salutis,& indumento iustitiæ circundedit me, Quasi sponsum decoratū corona,& quasi spōsam ornatā monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suū,& sicut hortus semen suū germinat,sic dn̄s deus germinabit iustitiā,& laudem corā vniuersis gentibus. Eos aūt a solo dn̄o aut iudicandos aut remouēdos,& nō ab alijs * esse dicebat,quia sui sunt,& nō alterius. Et quis est,qui alterius iudicet seruū? Nā si ista nō patiūtur homines,nec deus deo℞ & dn̄s dominantiū hæc vllatenus patitur. Vnde & prophetas* sibi testes esse dicebat,per quos dn̄s loquitur dicēs, Ecce excoxi te,sed nō quasi argentū,elegi te in camino paupertatis. Propter me faciā,vt nō blasphemer,& gloriā meā alteri nō dabo. Audi me Iacob & Israel,quē ego voco. Ego ipse,ego primus,& ego nouissimus. Manus quoq; mea fundauit terrā,& dextera mea mensa est cœlos. Ego vocabo eos,& stabūt simul. Me insulæ expectabūt,& brachiū meū sustinebūt. Salus aūt mea in sempiternū erit,& iustitia mea nō deficiet. Audite me,qui scitis iustum,populus meus lex mea in corde eo℞. Nolite timere opprobriū hominū,& blasphemias eo℞ ne metuatis. Sicut enim vestimentum sic comedet eos vermis,& sicut lanā sic deuorabit eos tinea. Salus aūt mea in sempiternū erit,& iustitia mea in generationes generationū. Et ite℞, Abscōdita est vita mea a dn̄o,& a deo meo iudiciū meum * transibit. Nunquid nescis,aut nō audisti? Deus,sempiternus dominus,qui creauit terminos terræ,non deficiet,neq; laborabit, nec est inuestigatio sapientiæ eius. Qui dat lasso virtutem,& his(qui non sunt)fortitudinem & robur multiplicat. Deficient pueri,& laborabunt,& iuuenes in infirmitate cadent. Qui autem sperant in domino,mutabunt fortitudinem,assument pennas sicut aquilæ,current,& non laborabunt,ambulabunt,& non deficient. Taceant ad me insulæ,& gentes mutent fortitudinem. Accedant, & tunc loquantur, simul ad iudicium propinquemus. Hos autem qui eos vetant,aut amouere vel damnare nituntur,dominus per prophetam damnat,& vsque ad satisfactionem eorum & ecclesiæ damnatos esse docebat,vbi ait, Talia elegerunt in vijs suis,& in abominationibus suis anima eorum delectata est, Vnde & ego eligam illusiones eorum, & damnationem adducam eis,quia loquutus sum eis,& non audierunt,feceruntq; malum in oculis meis,& quæ nolui, elegerunt. Audite verbum domini,qui tremitis ad verbum eius, Dixerunt fratres vestri,odientes vos & abijcientes propter nomen meum. Glorificetur dominus,& videbimus in lætitia vestra,ipsi autem cōfundentur. Non enim laborabunt frustra in conturbatione præsules mei,quia semen benedictorum domini est. Antequam clament,ego exaudiam,adhuc illis loquentibus ego audiam.

Hiere. 2. c
Ecci. 28. d
Esai. 61. b. c. d
alias, idcirco astruebat,
al's, eius rei testes pferebat
Esaiæ. 48. b
Esaiæ. 51. c
Esaiæ. 40 g
al's, transiuit.
Esaiæ. 41. a
Esaiæ. 66. b
Esaiæ. 65. d

Ad

Ad glorificandum se, & diuina mandata seminanda & euangelizanda eos dominus elegit, & non vt prohibeantur aut perturbentur, suggerebat, quoniam qui eos lædit, eum lædit, cuius legatione funguntur. Prædicare eos assidue, & mandata domini sine intermissione annuntiare rogabat, Opera eorum bona coram hominibus monstrare, & conscientiam bonam coram deo habere insinuabat, Omnes principes terræ & cunctos homines eis obedire, & capita sua submittere, eorumque adiutores existere præcipiebat, vt omnes pariter fideles & cooperatores legis dei monstrarētur, ne de eis dicatur, Confundentur & erubescent omnes, qui pugnant aduersum te, & erunt quasi non sint, & peribunt viri, qui contradicunt tibi. Quæres eos, & non inuenies viros rebelles tuos, Erunt, quasi non sint, & veluti cōsumptio hominis bellantis aduersum te. Omnes ergo qui eis cōtraueniūt, ita damnatos & infames vsque ad satisfactionē monstrabat, & nisi cōuerterentur, a liminibus ecclesiæ alienos esse præcipiebat. Homicidiorum vero tria genera esse dicebat, & pœnam eorū parilem fore docebat. Sicut enim homicidas interfectores fratrum, ita & detractores eorum eosque odientes, homicidas esse manifestabat, Quia & qui occidit fratrem suum, & qui odit, & qui detrahit ei, pariter homicidæ esse monstrantur. Omnes etiam a carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animā abstinere, & bonam eorum conuersationē ac innocentē omnibus monstrare, rogabat. Ex corde enim cunctos attentius inuicem diligere insinuabat, & veram fraternitatem inter se habere docebat. Quotidiana enim illius prædicatio inter cætera diuina mandata hæc erat, quam in eius exemplum etiam tibi frater charissime significare curaui. Bonorum (inquit) operū inter cætera semina ac negotia sunt, quantum vnusquisque sapit & potest, totis intimi cordis (vt prælibatum est) visceribus deum diligere, & proximum velut seipsum. Abnegare seipsum sibi, vt Iesum Christū dominum nostrum sequatur, & nihil eius amori præponere, veritatem corde & ore proferre debere, & totam spem deo semper committere. Instruebat actus suæ vitæ omni hora custodire, & in omni loco deum respicere, firmiter scire cogitationes malas cordi suo aduenientes, mox ad Christum allidere, & sacerdotibus domini manifestare. Os suum a multo vel prauo colloquio custodire, & verba vana aut mēdacia nō loqui, quia os quod mentitur, occidit animam. Verba diuina libenter audire, & sacerdotibus suis libenter obtemperare atque obedientes esse docebat. Prædicationi & orationi ac lectioni frequenter incumbere, & eleemosynas veras perficere. Desideria carnis non perficere, sed propriam frangere voluntatem, boni aliquid in se quum viderit, deo* applicare, non sibi, & malum a se factum cognoscat, & sibi imputet. Multum loqui non amare, sed custodire labia sua, ne dolum aut malum loquantur, diem iudicij timere, gehennam expauescere, vitam æternam omni concupiscentia desiderare, non occidere, non adulterari, non furtum facere, non rem proximi concupiscere, nō falsum testimonium dicere, sed omnes homines honorare, corpus custodire, vanas & caducas non amplecti delitias, ieiunium & vigilias sanctas amare, pauperes recreare, nudos vestire, infirmos visitare, sitientes potare, mortuos sepelire, & diligenter eorum exequias peragere, pro eisque orare, & eleemosynas dare. Dolentes consolari, & suis bonis refouere, & a malis actibus se alienum facere. Non esse superbum, nō vinolentum, nec multum edacem, non somnolentum, non pigrum, non murmuratorem nec detractorem, quia qui detrahit, non se, sed & multos alios occidit. Iram non perficere, nec iracundiæ tempus reseruare. Dolum in corde non tenere, nec pacem falsam * dare. Charitatem non derelinquere, nec iurare, ne forte periurium (quod absit) *fiat. Malum pro malo non reddere, nec iniuriam facere, sed factam patienter sufferre. Inimicos diligere, maledicentes se non maledicere, sed magis benedicere, & persequutionem pro iustitia sustinere. *Charitatem amare, & nullum odio habere, quia qui odit fratrem suum, homicida est. Elationem fugere, zelum malum non habere, inuidiam non exercere, nec contentionem amare. Cum discordantibus ante solis occasum in pacem redire, & de dei misericordia nunquam desperare. Seniores venerari, & iuniores diligere. Episcopos, sacerdotes suos ac cunctos reliquos ecclesiæ ministros atque omnem plebem sibi commissam, verbo diuino & mandato instruere, & dirigere,

Esaiæ. 41. c.
11. q. 3. Si autem vobis. De pœn. dist. 1. Homicidiorum tria.
Matth. 22. d
Lucæ. 10. e
Lucæ. 9. c
Nota de confessione pœnitentiali.
Sapiæ. 1. c
Galat. 5. c
al. attribuere
Psalm. 33
Deute. 5. c
De exequijs.
1. Timo. 3. a
al's, prēdere.
al's, incurrāt.
al's, Castitatē
1. Iohan. 3. c

A dirigere, hosq; omnes & eorum Episcopos tota animi virtute diligere vt oculos suos, quia oculi sunt illorum. Eorum præceptis in omnibus obedire, etiam si ipsi aliter (quod absit) agant, memores scilicet illius dominici præcepti, Quæ dicunt, facite, quæ aût faciunt, facere nolite. Ipsi aût Episcopi, si exorbitauerint, ab istis non sunt reprehendendi vel arguendi, sed supportandi, nisi in fide errauerint. Illi ergo super istos sunt, non autem isti super illos, quoniã maior a minore nec argui nec iudicari potest. Nullus se extollat erga doctores, ac magistros suos, quia discipulus super magistrum esse non debet, nec potest. Nullus velit dici sanctus, antequã sit, sed prius sit, vt verius dicatur, Præcepta dñi, doctorumq;, ac magistrorum, factis quotidie adimplere, & in Christi nomine pro inimicis orare oportet. Obedientia em̃, & humiliatio, quæ magistris agitur, domino exhibetur. Timor dñi delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium in longitudinem dierum. Timenti deũ, bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. Væ dissolutis corde, qui non credunt deo, & resistunt mãdatis eius, & inobedientes ac contumaces sunt his, qui eius legatione funguntur, & ideo non protegentur ab eo. Væ his, qui perdiderunt sustinentiam, qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas. Et, quid facient, quum inspicere cœperit dñs? Qui timẽt dominum, non erunt incredibiles verbo illius, & qui diligunt illum, conseruabunt viam illius. Qui timent dñm, inquirent, quæ beneplacita sunt illi, & qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius. Qui timent dñm, præparabunt corda sua, & in cõspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent dñm, custodiunt mandata illius, & patientiã habebunt vsq; ad inspectionem illius, dicẽtes, Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus dei, & non in manus hominũ, secundum em̃ magnitudinem illius, sic & misericordia ipsius cum ipso est. Venite (inquit) filij, audite me, timorẽ dñi docebo vos. Currite dum lumen vitæ habetis, ne tenebræ mortis vos comprehendant. Omnis, q vult vitam, & cupit videre dies bonos, prohibeat linguam suã a malo, & labia eius ne loquantur dolũ. Diuertat a malo, & faciat bonum, inquirat pacem, & persequat̃ eam, quia oculi dñi super iustos, & aures eius ad preces eorum. Vultus aũt domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorũ. Propterea nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Sed lætamini in domino, & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. Quia multi venient ab oriente & occidente (dño dicente) & a septentrione atq; meridie, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob.

B

2.q.7. Sacerdotes & Matth. 23. a Matt. 10. c Et Luc. 10. f — Ecci. j. b — Ecci. 2. b — Psalm. 33. — Iohan. 12. f — Psal. 33. — Psal. 31 — Matth. 8.

Propter quod, deprecor te frater charissime, vt doceas attentius hunc prædicationis ordinem, & absolutionũ dies, vt saluentur animæ hominũ, quæ occulta dei virtute, quem debeant diligere, priusquã doceantur, agnoscant. Operũ vero ratio potestati, & arbitrio vniuscuiusq; permittitur, & hoc ipsorum est proprium. Desiderium vero habere erga doctorem veritatis, hoc a patre cœlesti donatũ est. Sed salus in eo est, vt voluntatem eius, cuius amorem & desiderium (deo largiente) conceperis, facias, ne dicatur ille sermo eius ad nos, quẽ idem dixit, Quid aũt me dicitis dñe, dñe, & non facitis, quæ dico? Est ergo proprij muneris, vt vnusquisq; sit (prout dñs noster dederit) perfectus in ecclesia, mittensq; semina diuina, vt de nobis, non prædictus sermo, sed ille dicatur, quem alibi dñs noster dixit, Ideo (inquit) omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Nullus ergo (inquit) impediat ordinem, aut locum occupet irrationabiliter, vel temporũ permutet vices, sed primo, quæ sit iustitia eius, quæ voluntas, requiramus, vt bonis operibus ac dei gratia repleamur. Deus em̃ his, qui recte sentiunt, & bona agunt, presto est, quoniam his manifestat seipsum. Nam si quis velit (antequam actus suos emẽdet) de his requirere, quæ non potest inuenire, stulta & inefficax erit huiusmodi inquisitio. Tempus em̃ breue est, & in iudicio dei gestorum causa agitur, nõ quæstionũ. Ideoq;, ante omnia hoc quæramus, quid nos, aut qualiter agere oporteat, vt æternã vitam consequi mereamur. Nam si exiguum hoc tempus vitæ per inanes occupemus & inutiles quæstiones, inanes sine dubio, & vacui ab operibus bonis pergemus ad deum, vbi iudicium operum nostrorũ fiet. Vnaquæq; etenim res suum tempus habet, & locũ. Operũ hic locus, hoc tempus est, meritorũ seculum futurum. Curraẽ igiẽ

C

Lucæ. 6. g — Matth. 13. g

D per

per viam mandatorum dei, & a beatorum præceptorum dñi institutis, & a spũs sancti doctrina nõ recedatur. Quapropter pparanda sunt corda nostra, ac corpora, sanctæ mandatorum eius, suorumq; Episcoporum ac prædicatorum obedientiæ militatura, vt suæ gratiæ iubeat nobis auxilium ministrari, & fugientes gehennę pœnã, ad vitam valeamus omnes peruenire æternam.

D

HAec itaq;, frater charissime Iacobe, ab ore sancti Petri iubentis accepi, tibiq;(vt optabas) insinuare studui, vt seruari omnia immaculata præcipias, quia ecclesiastica non oportet negligenter, sed diligẽter expleri negotia. Hæc ergo præcepta nemo credat absq; sui periculo negligere, vel dissimulare, quia in iudicio dei ignis æterni tormenta sustinebit, qui ecclesiastica decreta neglexerit. Qui vero te audierit (vt iusserat minister Christi Iesu) gloriã accipiet. Qui aũt te non audierit, imo loquentem dñm per te, ipse sibi damnationem accipiet. Curandũ ergo, & attendendum est nobis omnibus, *quod in perpetuum expedit, vt Christi passionibus per patientiam participemus, atq; regni eius mereamur esse consortes. Amen.

als, vt, q̃d perpetuũ est, expetet, &

EPISTOLA SECVNDA

CLEMENTIS PAPAE AD IACOBVM fratrem domini, De sacratis vestibus vel vasis.

E

CLEMENS Romanæ ecclesiæ præsul, Iacobo Hierosolymorum Episcopo. Quoniam, sicut a beato Petro apostolo accepimus, omnium apostolorum patre, qui claues regni cœlestis accepit, qualiter tenere debemus de sacramẽtis, quæ geruntur in sanctis, te ex ordine nos decet instruere. Tribus enĩ gradibus commissa sunt sacramẽta diuinorum secretorum, id est, pr̃sbytero, diacono, & ministro, qui cum timore & tremore * clericorum, reliquias fragmentorum corporis dominici custodire debent, ne qua putredo in sacrario inueniatur, ne quum negligenter agitur, portioni corporis domini grauis inferatur iniuria. Communio enĩ corporis domini nostri Iesu Christi si negligenter erogetur, & presbyter minora non curet admonere officia, graui anathemate, & digna humiliationis plaga feriatur. Certe tanta in altario holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant. Quod si remanserint, in crastinum non reseruentur, sed cum timore & tremore, clericorum diligentia consumantur. Qui autem residua corporis domini, quæ in sacrario relicta sunt, consumunt, non statim ad communes accipiendos cibos conueniant, ne putẽt sanctæ portioni commiscere cibum, qui per aliqualiculos digestus in secessum funditur. Si ergo mane dominica portio æditur, vsq; ad sextam ieiunent ministri, qui eam consumpserunt. Et si tertia vel quarta hora acceperint, ieiunent vsq; ad vesperã. Sic secreta sanctificatione æterna custodienda sunt sacramenta.. De vasis sane sacris ita gerendum est. Altaris palla, *cathedra, cãdelabrum, & velum, si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur, quoniam non licet ea, quæ in sanctuario fuerint, male tractari, sed incendio vniuersa tradantur. Cineres quoq; eorum in baptisterio inferantur, vbi nullus* transitum habeat, aut in pariete, aut in fossis pauimentorũ iactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur. Nemo per ignorantiã clericus palla mortuum credat obuoluendum, aut diaconus scapulas operire velit, quę fuit in altari, aut certe quæ data est in mensam domini. Qui hæc fecerit, vel leuiter quasi nihil, & negligenter habuerit diuina* mysteria, Diaconus triennio, sexq; mẽsibus a dominico alienus erit altari, graui percussus anathemate. Quod si clericum presbyter non commonuerit, decem annis & quinq; mensibus excommunicatus sit, propter quod de dominicis sacramentis subiecta sibi non commonuerit ministeria, & postea cum grandi humilitate

De cõse. dist. 2. Tribus gradibus.

als, dei

De cõse. dist. 2. Trib' gradibus, vel Tãta in. Et in decre. Iuo. lib. j.

F

De cõ. dist. 1. Altaris palla

als, cantera

als, transitus habeatur.

De cõ. dist. 1. Nemo per

als, ministeria

A militate matri reconcilietur ecclesiæ. Pallas vero & vela, quæ in sanctuarij sordidata fuerint ministerio, diaconi cum humilibus ministris * iuxta sacrarium lauent, non eijcientes foras a sacrario velamina dominicæ mensæ, ne forte puluis dominici corporis male decidat, a sindone foris abluto, & erit hæc operanti pecca ũ, idcirco intra sacrarium, ministris præcipimus, hæc sancta cũ diligentia custodire. Sane peluis noua comparetur, & pter hoc nihil aliud tangat. Sed nec ipsa peluis velis apponatur lauandis, nisi quæ ad dominici altaris cultũ pertinent. Pallæ altaris solæ in ea lauent, & in alia, velã ianuarum. De velis aũt ianuarum cura sit ostiarijs ex admonitione maiorum, ne quis negligens aut ignarus, ad velum ianuæ domus domini manus incondite tergat, sed statim, coercitus, discat omnis homo, quia velum atrij domus dñi sanctũ est. Præcipimus etiam, ne * excõmunicato ecclesiæ, siue laico, de fragmentis oblationum dñi ponat ad mensam. Vnde scis tu, qui passim * sacrarij panes indignis impẽdis, vnde nosti, si a mulieribus mũdi sunt hi, quibus impẽdis? Hinc & Dauid, ab Abimelech sacerdote interrogatus, quũ panes sibi ad comedendũ posceret, si mundus esset a muliere, quũ se mundũ ante triduum profiteret, panes propositionis mãducauit. Ad dominica autem * mysteria tales eligant, qui ante ordinationẽ suam coniuges suas non *nouerint. Quod si post ordinationẽ, ministro altaris cõtigerit proprium inuadere cubiculæ vxoris, sacrarij nõ intret limina, nec sacrificij portitor fiat, nec altare contingat,

B nec ab offerentibus holocausti oblationẽ suscipiat, nec ad dominici corporis * portationem accedat, nec aquã sacerdotibus porrigat ad manus. Ostia forinsecus claudat, minora gerat officia, vrceum siue calicẽ, ad altare * nõ sufferat. Si forte quispiã presbyter, siue diaconus, sacrarij sindonẽ, vel velum, subtracta vendiderit, Iudæ Iscariotis similis æstimabit. Qui propter cupiditatẽ fecerit hoc opus, nouerit se supradicti Iudæ suscepturum pœnam. Clericus vero solus ad fœminæ tabernaculũ nõ accedat, nec properet, sine maioris natu principis iussione. Nec presbyter solus cũ sola adiungat, sed duobus adductis testibus, visitet infirmã, Nec solus cum sola fœmina fabulas misceat, Nec archidiaconus, aut diaconus, sub ptextu officij humilitatis frequentet domicilia matronarum, aut forte per clericos, aut domesticos eius, matronæ mandent secreti aliquid. Si cognitũ fuerit, & ille deponat, & illa a liminibus arceat ecclesiæ. Sed, si forte aliqua intercessio fuerit, Episcopo suggerat. Et si talis est, ad quã debeat ire pio interuentu, ipse pergat. Sinautem, de latere suo dirigat, cum duobus aut tribus, qui hoc *sanare debeant. Sane ad visitandã mulierem infirmã, nullus clericus ingrediat, nisi cũ duobus aut tribus. Nemo tamen clericorum cũ extranea habitet fœmina, nisi proxima, aut soror fuerit. Et hoc cũ magna solicitudine fiat. Non ignoramus malitias Satanæ,

C Vniuersa hæc, cũ mansuetudine ecclesiastica, complenda sunt ministeria. Negotiũ enĩ dei nõ decet negligenter expleri. Iterum atq iterum de fragmentis dominici corporis demandamus, Calicẽ vero, ad perferendũ sanguinem dñi, pparatum cũ tota munditia ministerij, minister pparet, ne, non bene lotus calix, diacono peccatũ fiat offerẽti. Ita cũ omni honestate cuncta (quæ supra exposuimus) oportet impleri. Tales ad ministerium eligant clerici, qui digne possint dominica sacramenta tractare. Melius est enim dñi sacerdoti, paucos habere ministros, qui possint digne opus dei exercere, q̃ multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant. A principio epistolæ vsq ad hunc locum de sacramentis delegaui bene intuendis, vbi nõ murium stercora inter fragmenta dominicæ portionis appareant, neq putrida p negligentiam remaneant clericorum, & conuenientes, qui accipere sibi medicinã desiderant, putrida quũ viderint, magis cum ridiculo & fastidio videant accipere, & in peccatũ magis decidant, p negligentiam clericorum. Quapropter, nemo clericorum vltra hæc dissimulet, aut negligere vllatenus audeat, sed libenter, quæ iussa sunt, expleat, & sacramẽta diuina nequaquã negligenter cõtrectet. Ideoq tam iuuenes, q̃ senes, de his, & de omni cõuersatione sua, & cõuersione, & pœnitentia valde esse solicitos oportet, satisq agere, vt hæc cõdigne agant, & de reliquo ornent tã clerici, q̃ seculares, animas suas ornamẽtis dignissimis, dogmatibus scilicet veritatis, decore pudicitiæ, splendore iustitię, candore pietatis, alijsq omnibus, quibus cõpositã decet esse rationabilem mentẽ. Tum præ-

al. nõ habet, iuxta sacrarium,

De cõs. dist. 2 Trib. gradi. pag. Tãta in.

als, extero,

als, externo,

als, sanctuarij

1. Reg. 21. b

al. ministeria

al, reliquerũt

als, portionẽ

als, suggerat

17. q. 4. Si forte.

Matth. 27. a

als, scire

2. Corum. 2. c

Dist. 23. Tales ad.

terea declinare a cõsortijs inhonestis & infidelibus, & societates habere fidelium, atq; illos frequentare cõuentus, in quibus de pudicitia, de iustitia, de pietate tractat. Orare semper deũ ex toto corde, & ab ipso petere, quæ decet, ipsi gratias agere, veram pœnitudinẽ gerere p̃teritorum gestorũ, aliquantulũ etiam (si possibile est) per misericordias pauperũ iuuare pœnitentiam. Per hæc eñ facilior venia dabitur, & indulgẽti citius indulgebit. Quod si prouectioris ætatis sit is, qui ad pœnitentiã venit, eo magis gratias agere debet deo, q̃ postquã * finis est omnis impetus cõcupiscentiæ carnalis, scientia veritatis accepta, nulla ei imminet pugna certaminis, per quã, insurgentes aduersus animã, reprimat corporis * voluntates. Superest ergo ei, in agnitione veritatis, & misericordiæ operibus exerceri, vt afferat fructus dignos pœnitentiæ. Nec putet, quia in temporis longitudine documentũ conuersionis ostendit, & nõ in deuotionis ac propositi firmitate. Deo eñ manifeste sunt mentes, * quia non temporũ rationem colligit, sed animorũ. Ipse eñ probat, si quis, agnita veritatis p̃dicatione, non distulit, neq; tempus negligendo cõsumpsit, sed statim, & (si dici potest) eodem momento p̃terita perhorrescens, futurorũ desiderium cæpit, & in amorẽ regni cœlestis exarsit. Propter quod nemo vestrũ vltra dissimulet, nec retro respiciat, sed ad Euangelium regni dei libenter accedat. Non dicat pauper, quia, quum diues factus fuero, tunc cõuertar. Non requirit a te deus pecuniã, sed animũ misericordem, & piam mẽtem. Neq; diues cõuersionem suã differat, pro solicitudine seculari, dum cogitat, quo modo dispenset abundantiam frugũ. Neq; dicat intra semetipsum, Quid faciam, vbi recondam fructus meos? Neq; dicat animæ suæ, Habes multa bona reposita in annos multos, epulare, & lætare. Nam dicet ei, Stulte, hac nocte auferet abs te animam tua, & quæ parasti, cuius erunt? Itaq; festinet ad pœnitentiam omnis ætas, omnis sexus, omnisq; cõditio, vt vitam consequat æternam. Iuuenes quidẽ in eo grati sint, q̃ in ipso impetu desideriorũ, ceruices suas iugo subijciunt disciplinæ. Senes & ipsi laudabiles, quia multi temporis cõsuetudinem, in qua male præuenti sunt, pro dei * amore cõmutant. Nemo ergo differat, nemo cunctet. Quæ eñ causa cunctandi est, ad bene agendũ? Animus sibi male conscius, dum videt sibi nullam pœnã pati, credit, q̃a non iudicet dñs, quũ abuti patientia dei, & nõ intelligere parcentis benignitatem, iam sit magna damnatio. Vnde scriptũ est, Maledictus omnis, qui opus dñi negligenter agit. Quapropter, pastoralis ordinis est, infatigabiliter reuocare, quicquid ad correctionem populorũ, imo magis filiorũ sp̃ualium (quantũ est fas intelligere) cognouerit pertinere, & non (quod absit) cũ suo periculo alienæ spei, p̃ solam negligentiã facere detrimentũ, sed, quod ad generalis salutis spectat compendium, salubri necesse est prouidere tractatu. Homini religioso parũ esse debet, inimicitias aliorũ non exercere, vel non augere, male loquendo, nisi eas etiam extinguere, bene loquendo studuerit. Ecce oris nostri buccina ad aures hominũ personamus, neq; se deinceps excusabit non monitũ, qui, quod sequi debeat, tam verbis, q̃ literis edocet. Qualis aũt condemnatio, & qualis imminet maledictio his, qui in patres peccant, diuina nos docet scriptura, Si eñ Cham filius Noe, quũ vidisset nudũ suum patrem, q̃m non cooperuit patris corporalis nuditatẽ, sed egressus, nuntiauit eam fratribus, & illi vestimento eũ cooperuerunt, ipse quidẽ Cham, & illi, qui ex eo nati sunt, sub maledicto facti sunt, qui aũt cooperuerunt, magnã benedictionẽ meruerunt, multo magis isti maiore & ampliore cõdemnatione digni sunt, qui patribus obuiare, aut cõtra eos insurgere nituntur, aut iniuriam vel cõtumeliam eis inferre moliunt, quoniam, qui eis resistit, deo resistit. Et qui eis iniuriam vel cõtumeliam facit, deo, cuius legatione fungunt, facit. Expauit cœlũ super hoc, & horruit amplius vehementer, dicit dñs. O intolerabilem malignitatẽ. O linguã loquentẽ iniquitatẽ contra deũ, & mentẽ in altitudinẽ cornu extollentẽ. Et iterũ, Impone homo tuæ linguæ ostiũ & seram. Cessa, in altitudinem cornu extollens, & loquẽs aduersus deũ iniquitatẽ, & proximũ tuũ. Quousq; insultas patienti Christo, & fratribus? Hæc nos familiarius docebat, & hæc nobis publicitus p̃dictus magister & instructor atq; ordinator noster, princeps apostolorum Petrus, in ecclesia p̃dicabat, exemplum dans, vt & nos similiter faciamus. Humiliamini (inquit)

Marginal notes: als, factus | als, voluptates. | als, qui | Luc. 12. c | als, timore | Hiere. 48. b | 2. q. 7. Sacerdotes & relig | Gene. 9. c. | Hiere. 2. c. | Ecci. 28. d. | 1. Petr. 5. b & Iacob. 4. b

Section letters: D | E | F

A (inquit) in conspectu dñi, & exaltabit vos. Nolite detrahere alterutrum, quoniam qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suũ, detrahit legi, & iudicat legem. Qui autem iudicat legem, nõ est factor legis, sed iudex. Vnus est em̃ legislator & iudex, qui potest perdere & liberare. Tu aũt quis es, qui iudicas proximum? Non oportet. Nõ pcepit nos iudicare inuicem, sed magis auxilium ferre. Væ erit (inquit) his, qui fratres tribulant, & eis, qui eos persequuntur. Vos aũt, quanto amplius tribulamini, tanto purgatiores atq; beatiores efficiemini, si tamen ipsa tribulatio patienter fuerit supportata. Quod etiam ipse nos dñs docuit, Beati, qui persequutionem patiuntur propter iustitiam. Et item, Beati eritis, quũ vos oderint homines, & persequuti vos fuerint, & eiecerint nomen vestrum tanquã malum. Gaudete in illa die & exultate, quoniã merces vestra multa est in cœlo. Vnde & ipse ait, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & proximum tuum sicut teipsum. Non em̃ (inquit) recte diligit deum, qui fratrem insequitur, nec diligit proximum, qui ei detrahit, vel qui illum accusat, quia quod sibi quis fieri nõ vult, hoc alteri nullatenus facere debet. Discite (inquit) filij mei sapiẽtiam, & tenetote fidem rectam, & amplectimini charitatẽ, vt non excidatis. Data est em̃ vobis a domino potestas & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur vestras. Qui aũt custodierint iustitiam, iuste iudicabuntur, & qui crediderint iusta, iuste inuenient, quid respondeant.

Matth. 5. a

Matth. 22. d

Tobiæ. 4. c
Sapiæ. 6. a

Ibidem. b

B Semper cauetote, Præcepit em̃, ne aliquando peccato consentiamus, & ptermittamus pcepta dei nostri. Ecclesias per congrua & vtilia facite loca, * quæ diuinis precibus sacrare oportet, & in singulis sacerdotes, diuinis orationibus deo dicatos, poni. Quos ab omnibus venerari oportet, & non a quoquã grauari. Semper vitare mala, & pro animabus vestris ne confundamini dicere verum. Mendacia fugite, & veritatem corde proferte, quoniam multos iam supplantauit suspitio. Charitatem semp diligite, & fratres adiuuate. Erunt em̃, quasi non sint, & peribunt viri, qui contradicunt vobis. Vnde & dominus ait, Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit, & qui spernit me, spernit eum, qui me misit. Et item, Qui em̃ non est aduersum * vos, pro vobis est. Quisquis em̃ potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo (quia Christi estis) amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Et qui scandalizauerit vnũ ex his pusillis, credentibus in me, bonum est ei magis, si circũdaretur mola asinaria collo eius, & in mare mitteret. Et si scandalizauerit te manus tua, abscinde illam, bonũ est tibi, debilem introire in vitam, q̃ duas manus habentem, ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis nõ extinguitur.

16. q. 7. Ecclesias per & de cõs. dist. 1. Ecclesias.
als, quas

Lucæ. 10. c
Marci. 9.
als, nos, pro nobis.

C Et si pes tuus scandalizat te, amputa illum, Bonum est tibi, claudum introire in vitam æternam, q̃ duos pedes habentem, mitti in gehennam ignis inextinguibilis, vbi vermis eorũ non moritur, & ignis non extinguitur. Quod si oculus tuus scandalizat te, eijce eum, Bonum est tibi, luscum introire in regnum dei, q̃ duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguit. Omnis em̃ homo igne salietur, & oĩs victima * salietur. Bonũ est sal. Quod si sal insulsum fuerit, in quo illud salietis? Habete sal in vobis, & pacẽ habete inter vos, quia quisquis vestrum recte docuerit, & iuste vixerit, habebit gloriam. Qui autem secus egerit, indubitanter pœnam sustinebit. Ideo bona agere vos semper oportet, vt brauium æternæ vitæ percipiatis. His ergo bene parete sententijs. * Ne quis hæc præcepta minime credat implenda, & iudicio dei æterni ignis tormenta sustineat, qui ecclesiastici operis sacra neglexerit. Hæc igitur, frater Iacobe, de ore sancti Petri iubentis audiui. Si quis præcepta hæc con integra custodierit, fit anathema vsq; ad aduentum domini nostri Iesu Christi. Hæc præcepta a sancto Petro apostolo accepi, & tibi, frater charissime, insinuare curaui, vt seruari omnia præcipias sine macula. Si quis vero audierit te, vtilis erit minister Iesu Christi, Qui autem non audierit te, imo loquentem dominum per te, ipse sibi damnationem accipiet. Omnipotens deus, charissime, sua te protectione custodiat, atq; ad cœlestis remunerationem patriæ, multiplici animarum fructu perducat. Deus te iterum, iterumq; incolumem custodiat, reuerentissime frater. Amen.

als, sale saliet

als, Nec

EPISTOLA TERTIA

D

CLEMENTIS PAPAE PRIMI, DE OFficio sacerdotis & clericorum, Rufino Torano Aquileiensi Interprete.

CLEMENS vrbis Romæ Episcopus, omnibus coepiscopis, presbyteris, diaconibus, ac reliquis clericis, & cũctis principibus, maioribus, minoribusve, omnibusq; generaliter fidelibus, benedictio, claritas & gloria in gratia dei, quæ data est nobis in Christo Iesu domino nostro. Vrget nos, fratres, multus amor vester, & religiosa inuitat deuotio, quia debitores sumus, vt quædã vobis scribamus. Vos ergo, qui sacerdotio dñi fruimini, & in specula estis positi, plus scire oportet, vt subditos vobis populos pleniter docere possitis, eisq; ad regna cœlorum ducatum pbere, deo annuente, valeatis. Vnde & ipsa per se veritas ait, Vobis datũ est, nosse mysterium regni dei, cæteris aũt in parabolis, & reliqua. Propter quod consilium do vnicuiq; vestrũ, constanter docere verba diuina, & discentibus libenter accõmodare aurem verbo dei. Vestrũ eñ, quia legatione dñi fungimini, est docere populos, eorũ vero est, vobis obedire vt deo. Si aũt vobis Episcopis non obedierint omnes, presbyteri, diaconi, ac subdiaconi, & reliqui clerici, omnesq; principes, tam maioris ordinis, q̃ inferioris, atq; reliqui populi, tribus & linguæ non obtemperauerint, non solũ infames, sed & extorres a regno dei, & consortio fidelium, ac a limininibus sanctæ dei ecclesiæ alieni erunt. Nam vestrũ est, eos instruere, eorũ est, vobis obedire vt deo, cuius legatione fungimini, dicente dño, Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit, Et qui vos recipit, me recipit, Et q me recipit, recipit eum, qui me misit. Nihil eñ iniustius vel inhonestius est, q̃ filios patribus rebelles, aut clericos vel laicos doctoribus, seu discipulos magistris inobedientes vel proteruos existere. Nouimus eñ, primũ hominẽ per inobedientiã cecidisse, idcirco omnes hoc vitium summopere cauere monemus. Et quia dñs superbis resistit, humilibus aũt dat gratiã, dñs noster mittens vos vice sua in loco apostolorũ ad pdicandũ, pcepit vobis docere oẽs, oẽsq; vobis fideliter obedientes, vt ipsi existere, qm nec aliter terra pariet fructus suos, nisi culta receperit semen, & irrigata germinauerit, & pariat, quæ est paritura. Sic & oĩs homo, qui libẽter nõ receperit verbũ dei, illudq; in corde suo germinare nõ siuerit, ac minime crediderit doctoribus & Episcopis suis, nõ beniuolus, sed rebellis atq; inobediens extiterit, fructũ nõ germinabit, nec pariet, sed similis est arbori illi, de qua dñs ait, Omnis arbor quæ no nfacit fructũ bonũ excidetur & in ignẽ mittet. Primus eñ pontifex Aaron, chrismate cõpositionis perunctus, princeps populi fuit, & tanquã rex primitias, & tributũ per capita accepit a populo, & iudicãdi populũ sorte suscepta, de mũdis immũdisq; iudicabat. Sed & si alius ex ipso vnguento perunctus est, virtute inde cõcepta, etiã ipse rex aut propheta aut pontifex fiebat. Quod si tẽporalis gratia & ab hoĩbus cõposita, tantũ potuit, intelligite iam, quantũ sit illud vnguentũ, quod a deo de virgulto vitæ prolatũ est, quũ hoc q̊d ab hoĩbus factũ est, tam eximias inter hoĩes cõferat dignitates. Quid eñ in p̃senti seculo propheta gloriosius, pontifice clarius, rege sublimius? Omnis eñ pontifex sacro chrismate perunctus, & in ciuitate cõstitutus, scripturis sacris * cõditus, charus & pretiosus hoĩbus oppido esse debet. Quẽ, quasi Christi locũ tenentem, honorare oẽs debent, eiq; seruire, & obedientes ad salutẽ suã fideliter existere, scientes q siue honor, siue iniuria, quæ ei defert, in Christũ redundat, & a Christo in deũ. Audire ergo eum attentius oportet, & ab ipso suscipere doctrinã fidei, monita aũt vitæ a presbyteris inquirere, a diaconibus vero ordinẽ disciplinæ. Propter quod deprecor vos cõseruos & adiutores meos, vt discatis attentius animarũ curam gerere, & pro omnibus stare,

E

F

Matth. 13. b Marci. 4. b & Lucæ 8. b & est ibi in forma.

11. q. 3. Si aũt vobis.

Lucæ. 10 c Matth. 10. d

Iaco. 4. b. & 1. petri. 5. b

Matth. 3. c

al's, eruditus

Dist. 93. Audire epm.

maxime

A maxime tñ pro his, qui in cultu diuino laborãt. Ecclesiarum omniũ curã habetote, seruisq; earum adiutoriũ pbete, viduarum religiosam curã gerite, pupillos enixius * liberate, pauperibus misericordiã facite, iuuenes pudicitiã docete. Et (vt breuiter totũ dicam) alterutrũ vos, in qbus res poposcerit, sustẽtate, deũ colite, qui creauit cœlũ & terrã, & Christo credite, inuicem vos diligite, & misericordes estote in oẽs, nõ verbo solo, sed opere & rebus implete charitatẽ. Agite pro viribus, cõserui dilectissimi, quia bonũ est, vt vnusquisq; vestrũ, secundũ qd potest, profit accedentibus ad fidẽ religionis nostræ. Et ideo nõ vos pigeat, secundũ sapientiã, quæ vobis p dei prouidentiã collata est, instruere ignaros, & docere. Desideriũ ergo habere oẽs erga doctorẽ veritatis, eũq; vt oculos suos amare oportet, quia & ipm populũ sibi commissum, ceu proprios filios amare & docere cõdecet. Hoc em̃ ei a patre cœlesti donatũ est. Sed & salus in eo est, vt voluntatẽ eius, cuius amorẽ & desideriũ, deo largiente, cõceperint, faciant. Si quis ergo fidelis voluerit existere, & desiderat baptizari, exutus prioribus malis, de reliquo pro bonis actibus hęres bonorum cœlestiũ ex gestis proprijs fiat. Accedat aũt, qui vult, ad sacerdotẽ suũ, & ipi det nomẽ suũ, atq; ab eo audiat mysteria regni cœlorum, ieiunijs frequẽtibus operã impẽdat, ac semetipsum in oĩbus probet, vt tribus mẽsibus iã consummãdo, in die festo possit baptizari. Baptizet aũt vnusquisq; in aquis perennibus, noĩe trinæ beatitudinis inuocato sup se, perunctus primo, oleo p orationẽ sanctificato, vt ita demũ, p hæc consecratus, possit percipere locũ cũ sanctis.

B Nullus em̃ propter opprobriũ senectutis, aut iuuẽtutis, vel nobilitatẽ generis, a paruulis & minus eruditis, si quid forte est vtilitatis aut salutis, inquirere negligat. Qui em̃ rebelliter viuit, & discere atq; agere bona recusat, magis diaboli q̃ Chri membrũ esse ostẽdit, & potius infidelis, q̃ fidelis monstrat. Qũo ergo non oĩbus hoc amabile est, cunctisq; exoptatũ, vt q̃ ignorat, discat, & quæ didicerit, doceat? Certissimũ nãq; est, ꝙ neq; amicitia, neq; propinquitas generis, neq; regni sublimitas, homini debet esse ptiosior veritate, quia nihil est ptiosius anima. Dñs aũt creator omnium, ex initio ad imaginẽ suã hominẽ fecit, eiq; dominationẽ terræ, marisq;, & aeris ipsius dedit, veritatemq; inquirere pcepit, sicut & verus nobis propheta enarrauit, & ipsa rerum ratio docet. Solus em̃ homo rationalis est, & cõsequens est, vt ratio in rationabilibus dominetur. Hic em̃ ab initio, quũ adhuc iustus esset, cũctis vitijs & omni fragilitate superior erat. Vbi aũt peccauit, & factus est seruus peccati, simul & fragilitati efficit debitor, & obnoxius. Quod idcirco scriptũ est, vt sciant hoĩes, quia sicut ex impietate passibiles facti sunt, ita p pietatẽ possunt esse impassibiles, & nõ solum impassibiles, verum & parua in deũ fide aliorum passiones curantes. Ita em̃ verus ipse propheta promisit, dicẽs, Amẽ dico vobis, si habueritis fidẽ sicut granũ sinapis, dicetis monti huic, transi hinc, & trãsibit.

C Huius vocis etiam vosipsi documẽta cœpistis, & iam facta quædã per magistros nostros, ipsos videlicet apostolos, nõ ignoratis, quia, astãtibus nobis, eorũ meritis dæmones cum passionibus, quas hoĩbus inuexerant, transierunt, & fugati sunt. Quia ergo alij quidem homines patiuntur, alij patientes sanant, causa sine dubio vel patiendi vel curandi noscenda est. Quæ non alia esse, quam patientibus quidem infidelitatis, curantibus vero fidei demonstratur. Infidelitas enim, dum non credit futurum dei iudicium, peccandi licentiam præbet, peccatum vero hominem passiõibus obnoxium facit. Fides aũt, futurum dei iudicium esse credens, continet homines a peccato. Non peccantes vero, non solum liberi sunt a dæmonibus & passionibus, verũ & aliorum dæmones & passiones fugare possunt. Ex his ergo omnibus colligitur, ꝙ origo totius mali ab ignorantia descendat, & ipsa sit omnium malorum mater, quæ incuria quidem & ignauia gignitur, negligentia vero alitur & augetur, atq; in sensibus hominum radicatur, dum amatur, quam si quis forte doceat effugandam, velut antiquis & hæreditarijs sedibus, moleste & indignanter auellitur. Et ideo paululũ laborandũ nobis est, vt indignantes, ignorantiæ præsumptionẽ scientiæ ratione resecemus, in his pcipue, qui in aliquibus minus rectis opinionibus pũenti sunt, per quas, quasi sub specie alicuius scientiæ, ignorantia in his vehementius radicata est. Nihil em̃ est grauius, quam si id, quod ignorat quis, scire se credat, & defendat verũ esse, quod falsum est,

al. iuuate.

Dist. 38. Nullus epũs.

Gene. 1. d

Matth. 17. c & Luc. 17. b

quod tale eſt, quale ſi quis ebrius ſobrium ſe putet, & agat quidem cuncta vt ebrius, ſobrium ſe tamen & ipſe putet, & dici a cæteris velit. Ita ſunt ergo & hi, qui ignorantes quod verum eſt, ſpeciem tamen alicuius ſcientiæ tenent, & mala quaſi bona gerunt, atq; ad pernitiem quaſi ad ſalutem feſtinant. Propter quod ante omnia properandum eſt ad agnitionem veritatis, vt poſſimus, quaſi lumine nobis inde accenſo, errorum tenebras depellere. Grande em̄ malum eſt (vt diximus) ignorantia, ſed quia ſubſtantiam non habet, facile ab his, qui ſtudioſi ſunt, effugatur. Non enim aliud eſt ignorantia, niſi, non cognouiſſe, q̄d expedit. Vbi autē cognoueris, perit ignorantia. Quæri ergo magnopere debet veritatis agnitio, quam nemo alius aſſignare poteſt, niſi verus propheta. Hæc em̄ via eſt, vitam volentibus ingredi, & ſummum iter bonorum operꝶ pergentibus ad ciuitatem ſalutis. Si quis ſane audiens ſermonē veri prophetæ, velit recipere, aut nolit, & amplecti onus eius (id eſt, mandata vitæ) habet in ſua poteſtate. Liberi em̄ ſumus arbitrij. Nam ſi hoc eſſet, vt videntes ea, iam nō haberent in poteſtate aliud facere, q̄ audierant, vis erat quædā naturæ, per quam liberꝶ non eſſet, ad aliam migrare ſententiam. Aut ſi rurſus ex audientibus nullus omnino reciperet, & hoc naturæ vis erat, quæ vnum aliquid fieri cogeret, & alteri parti non daret locum. Nunc autem quia liberum eſt animo, in quam velit partem declinare iudicium ſuum, & quam probauerit, eligere viam, conſtat euidenter, ineſſe hominibus arbitrij libertatem. Igitur priuſquā audiat quis, quod ei expedit, certum eſt, quia ignoret, & ignorans vult & deſiderat, quod non expedit agere, propter quod pro hoc non iudicatur. Quum vero audierit cauſas erroris ſui, & rationem veritatis acceperit, tunc ſi permanſerit in his erroribus, quibus dudum fuerat præuentus, recte iam vocabitur ad iudicium, daturus pœnas, quia vitæ huius ſpatium, quod ad bene viuendnm accepit, in ludibrijs conſumpſerit errorum. Qui vero audiens hæc, libenter accipit, & gratulatur bonorum ſibi doctrinam fuiſſe delatam, requirat intentius, & diſcere non deſinat, vſquequo cognoſcat, ſi eſt vere aliud ſeculum, in quo bonis præmia præparata ſint, Et quum certus de hoc fuerit, gratias agat deo, ꝙ ſibi veritatis lumen oſtenderit, ac de cætero dirigat actus ſuos in omnibus operibus bonis, quorum ſibi in futuro mercedem certus eſt præparatam, demirans per omnia & ſtupens, cæterorum hominum errores, & ꝙ ante oculos poſitam veritatem nemo videat. Ipſe tamen gaudēs ſuper diuitijs ſapientiæ, quas inuenit, * ſatiabiliter his perfruatur, & exercitio bonorum operum delectetur, feſtinans ad ſeculum futurum mundo corde, & pura conſcientia peruenire, vbi etiam videre deum regem omnium poſſit. His autem omnibus carere nos, & fraudari, ſola facit ignorantia. Dum enim ignorant homines, quantum boni habeat ſcientia, ignorantiæ malum de ſe non patiuntur excludi. Neſciunt enim, quanta ſit in horum permutatione diuerſitas. Propter quod, conſilium do vnicuiq; diſcenti, libenter præbere aurem verbo dei, & cum amore veritatis audire, quæ dicimus, vt mens optimo ſemine ſuſcepto, per bonos actus lætos afferat fructus. Nam ſi, me docente ea, quæ ad ſalutem pertinent, recipere quis abnuit, & animo prauis opinionibus occupato obſiſtere nititur, non ex nobis, ſed ex ſemetipſo habebit pereundi cauſam. Debet enim iuſto iudicio examinare, quæ dicimus, & intelligere, quia verba loquimur veritatis, vt cognitis his, quæ ſunt, vt ſunt, in bonis actibus dirigens viam ſuam, regni cœlorum poſſit particeps inueniri, ſubijciens ſibi carnis deſideria, & dominus eorum factus, vt ita demum etiam ipſe fiat dominatoris omnium iucunda poſſeſſio. Nam qui permanet in malo, & ſeruus eſt mali, non poteſt effici portio boni, donec permanet in malo, quia ab initio (vt ante iam diximus) duo regna ſtatuit deus, & poteſtatem dedit vnicuiq; hominum, vt illius regni fiat portio, cui ſe ad obediendum ipſe ſubiecerit. Et quia definitum eſt apud deum, non poſſe vnum hominem, vtriuſq; regni eſſe ſeruum, omni ſtudio date operam, in boni regis aulam ac iura concurrere. Propter hoc deniq; verus propheta, quum eſſet præſens nobiſcum, & quoſdam ex diuitibus negligentes erga dei cultum videret, huius rei ita aperuit veritatem. Nemo poteſt (inquit) duobus dominis ſeruire, & non poteſtis deo ſeruire & mammonæ, Mammona patria eorum voce, diuitias vocans.

D E F

aſs. inſatiabiliter.

Matth. 6. c

Ibidem.

Hic

A Hic ergo verus propheta, qui in Iudæa nobis apparuit (vt audistis) qui, stans publice, sola iussione faciebat cæcos videre, surdos audire, fugabat dæmones, ægris sanitatem reddebat, & mortuis vitã, quumq; nihil esset ei impossibile, etiam cogitationes hoĩm peruidebat, quod nulli est possibile, nisi soli deo, hic annuntiabat regnum dei, cui nos de omnibus, quæ dicebat, tanquã vero prophetæ credimus, firmitatẽ fidei nostræ, nõ solum ex verbis eius, sed ex operibus assumentes, quia dicta legis, quæ ante multas generationes de p̃sentia eius exposuerant, in ipso designant, & imaginem gestorũ Moysi, & ante ipsum patriarchæ Iacob, ipsius p omnia typũ ferebãt. Tempus quoq; aduentus eius, hoc est, ipm in quo venerat, p̃dictũ ab his cõstat, & super omnia, quod esset a gentibus expectandus, sacris literis cõprehensum est, quæ in eo pariter vniuersa completa sunt. Quod aũt Iudæorũ propheta p̃dixit eum a gentibus expectãdum, supra modum in eo fidem verã firmat. Si ẽm dixisset a Iudæis expectandũ, non aliquid eximium prophetasse videret, quod a contribuli populo, & a propria gente speraretur is, cuius aduentus ad salutem mundi fuerat repromissus. Videtur enim magis consequens ratio esse, vt hoc fieret, q̃ quod prædicebat magnificentia prophetalis. Nunc aũt quum prophetæ dicant, omnẽ illam spem, quæ de salute mundi repromittitur, & nouitatem regni, quæ instruenda p Christum est, atq; omnia, quæ de eo indicantur, ad gentes esse transferenda, iam non secundũ consequentiam reꝝ, sed incredibili quodã vaticinationis euentu, magnificentia prophetica confirmat. Iudæi nãq;

B ex initio, affore aliqñ hunc virum, per quẽ cuncta repararent, verissima traditione susceperunt, & quotidie meditantes ac prospicientes, quando eius fieret aduẽtus, vbi adesse cũ viderũt, & signa ac prodigia (sicut de eo scriptũ fuerat) adimplentẽ, inuidia excæcati agnoscere nequiuerunt p̃sentem, in cuius spe lætabant absentis. Intellexerunt tantum sancti apostoli, qui a deo electi sunt, & nos, qui post ab eis electi sumus. Hoc aũt prouidentia dei factũ est, vt agnitio boni huius etiam gentibus traderetur, & hi, qui nunquã de eo audierant, nec a prophetis didicerant, agnoscerent eum, illi vero, qui quotidianis meditationibus euanuerãt, ignorarent. Ecce enim nunc per vos, qui p̃sentes estis, & desideratis audire doctrinam fidei eius, & agnoscere, quis, & quomodo, & qualis sit eius aduentus, prophetica veritas adimpletur. Hoc ẽm prophetæ prædixerant, quia a vobis quærendus esset, qui de eo nunquam audistis. Et ideo videntes in vobisipsis prophetica dicta compleri, huic vni recte creditis, hũc recte expectatis, de hoc recte inquiritis, vt nõ solum expectetis eum, sed & hæreditatẽ regni eius credentes consequamini, secundum quod ipse dixit, quia vnusquisq; illius sit seruus, cui se ipse subiecerit. Propterea ergo vigilate, & dominum deumq; nostrũ

C vobis conscribite dominum, qui & cœli ac terræ dominus est. Et ad ipsius vos imaginem ac similitudinem reformate, sicut ipse verus propheta docet, dicens, Estote boni & misericordes, sicut & pater vester cœlestis misericors est, qui oriri facit solem suum super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Hunc ergo imitamini, & hunc timete, & sicut mandatum datur hominibus, dominum deum tuum timebis, & illi soli seruies. Infidelibus quidẽ dormit dominus, & absens habetur his, a quibus esse non creditur, & mandatis eius non obediunt, atq; ob id illis videtur quasi dormire dominus, quia pro peccatis suis non exaudiuntur. Quapropter, cunctis fidelibus, & summopere omnibus presbyteris, & diaconibus, ac reliquis clericis attendendum est, vt nihil absq; Episcopi proprij licentia agant. Non vtiq; missas sine eius iussu quisquam presbyterorum in sua parochia agat, non baptizet, nec quicquam absq; eius p missu faciat. Similiter & reliqui populi maiores, scilicet, ac minores, per eius licẽtiam, quicquid agendum est agant, nec sine eius permissu a parochia abscedãt, vel in ea aduentantes morari præsumant. Animæ vero eorum ei creditæ sunt. Ideo omnia eius consilio agere debent, & eo inconsulto nihil. Quicunq; enim obediunt Episcopis suis, videntur quidẽ aliquid gratiæ conferre deo. Qui aũt eis non obediunt, indubitanter rei, & reprobi existunt. Porro ipsi a deo donum summi muneris consequuntur, qui per iustitiæ & præceptorum eius semitas incedentes, doctoribus suis (qui recte Episcopi intelliguntur) libenter obediunt.

Haggæi. 2. b

Esaiæ. 65. a

Iohan. 8. d

Lucæ. 6. f.
Matth. 5. g

16. q. 1. Cũctis fidelibus

De qui-

Hęc beati Petri apłi verba habenť in libro recognitionum.

Matth. 5. b

D

De quibus & beatus Petrus, instructor & ordinator noster, & princeps apostolorum manifeste cunctos audientes instruebat, dicens, Videntur mihi, qui loquuntur verba veritatis, & qui illuminant animas hominũ, similes esse radijs solis. Qui vt processerint, & apparuerint mundo, cælari vltra aut occultari nullatenus possunt, dum non tam videntur ab hominibus, q̃ videre omnibus præstant. Vnde & bene ipsa per se veritas, ad veritatis præcones ait, Vos estis lux mundi. Et nõ potest ciuitas abscondi supra montem posita, neq; accendunt lucernam, & ponũt eam sub modio, sed supra candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt. Si quis ergo his obedierit, deo (vt dictum est) magnũ munus offert. Qui autem his restiterit, aut inobediens extiterit, non his, sed dño saluatori nostro, cuius legatione fungũtur, resistit. Propter quod primũ est omnium, iustitiam dei, regnumq; eius inquirere, & suis iussionibus obtemperare. Iustitiam quidem, vt recte agere doceamur, regnum vero, vt quæ sit merces posita laboris & patientiæ, nouerimus, in quo est bonis quidem æternorum bonorum remuneratio, his autem, qui contra voluntatem eius egerint, pro vniuscuiusq; gestis pœnarũ digna restitutio. Hic ergo, hoc est, in præsenti vita positos, oportet nos agnoscere voluntatẽ dei, vbi & agendi, & sacrificandi est locus. Quoniam in alijs locis sacrificare, & missas celebrare nõ licet, nisi in his, in quibus Episcopus proprius iusserit, aut ab Episcopo regulariter ordinato, tenente videlicet ciuitatẽ, consecratus fuerit. Aliter eñ non sunt hæc agenda, nec rite celebranda, docente nos nouo & veteri testamento. Hæc apostoli a dño acceperunt, & nobis tradiderunt, hæc nos docemus, vobisq; & omnibus, absq; reprehensione tenere, & docere, quibus agendũ est, mandamus. Vnaquæq; etenim res, tempus suũ habet & locũ. Operum hic locus est, tempus vero meritorum est seculum futurum. Ne ergo impediamur, ordinem locorum ac temporum permutantes, primo, quæ sit dei iustitia requiramus, & tanquã iter acturi, abundanti viatico bonis operibus repleamur, quo possimus, ad regnũ dei, tanquã ad vrbem maximã peruenire. Deus eñ his, qui recte sentiunt, per ipsa opera mundi, quæ fecit, manifestus est, ipsius creaturæ suæ vtens testimonio, & ideo, quũ de deo dubitatio esse non debeat, de sola nunc eius iustitia requiramus, & regno. Idcirco persuadeo primũ, iustitiam eius esse requirendam, vt per hanc iter agentes, & in via veritatis positi, verum prophetam inuenire possimus, non velocitate pedũ, sed bonorum operum velocitate currentes, vt ipso duce vsi, nullũ viæ huius patiamur errorẽ. Si eñ ipsum sequentes, ingredi meruerimus illã, quo peruenire cupimus, ciuitatẽ, omnia iam (de quibus quæritur) oculis videbimus, tanquã hæredes omniũ facti. Intelligite itaq;, viam esse hunc vitæ nostræ cursum, viatores eos, qui nos instruunt vel bona opera gerunt, portam vero prophetã, de quo dicimus, vrbem regnũ esse, in quo residet omnipotens pater, quẽ soli videre possunt hi, qui mundo sunt corde. Non ergo nobis difficilis videatur huius itineris labor, quia in fine eius requies erit. Nam & ipse verus propheta, ab initio mundi per seculũ currens, festinat ad requiem. Adest eñ nobis omnibus diebus, & si quãdo necesse est, apparet, & corrigit nos, vt obtemrantes sibi, ad vitam perducat æternam. De his autem, qui negligunt viam suæ salutis, & * adhuc non bene fideles, & præceptis eius, suorumq; pontificum iussionibus, inobedientes vel contumaces eis existunt. Dominus noster Iesus Christus, mittens discipulos suos, præcepit nobis, dicens, vt in quamcunq; ciuitatẽ aut domũ introierimus, dicamus, pax huic domui. Et si quidẽ (inquit) fuerit ibi filius pacis, veniet super eum pax vestra. Si vero non fuerit, pax vestra ad vos reuerteť. Euntes aũt de domo vel de ciuitate illa, etiam puluerẽ, qui adhæserit pedibus vestris, excutiatis super eos. Tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrheorum in die iudicij, q̃ illi ciuitati vel domui. Quod vtiq; ita demũ fieri pcepit, si prius in ciuitate vel domo, veritatis sermo pdiceť, ex quo vel recipiẽtes veritatis fidẽ filij pacis, & filij dei fiant, vel nõ recipiẽtes, arguanť, quasi inimici pacis & dei. Ita ergo & nos, magistri instituta sectantes, primo pacẽ proponimus auditoribus, vt absq; vlla perturbatione possit via salutis agnosci. Quod si quis pacis verba non suscipit, neq; acquiescit veritati, scimus aduersus eũ pugnã verbi mouere, & arguere acrius, cõfutando ignorantiã, & redarguẽdo peccata. Necessa

De cõs. dist. 1 Hic ergo, id est.

E

Matth. 5. a

F

aľs, ob hoc

Matth. 10. b & Luc. 10. b

A Necessario igitur pacem proponimus, vt si quis est filius pacis, pax nostra veniat super eum, ab eo autem, qui se alienum pacis effecerit, regredietur ad nos pax nostra. Et si iterum in mandatis habemus, vt venientes ad ciuitatem, discamus prius, quis in ea dignus sit, vt apud eum cibum sumamus, quāto magis conuenit noscere, quis, qualisve sit is, cui immortalitatis verba credēda sunt. Soliciti eñ, & valde soliciti esse debemus, ne margaritas nostras mittamus ante porcos. Sed & alias ob causas, vtile est viri huius habere notitiā. Si enim sciam, qa in his, de quibus nō potest dubitari, ꝙ bona sint, emendatus est, & inculpabilis, hoc est, si sobrius, si misericors, si iustus, si mitis, & humanus est, quæ vtiqꝫ bona esse, nullus ambigit, tunc consequens videbitur, vt ei, qui obtinet bona virtutum, etiā, quod deest fidei & scientiæ, conferatur, & in quibus maculari videtur eius vita, quæ est in reliquis probabilis, emendetur. Si vero in his, quæ palam sunt, peccatis inuolutus, permanet inquinatus, non me oportet aliquid de secretioribus & remotis diuinæ scientiæ proloqui, sed magis protestari, & conuenire eum, vt peccare desinat, & actus suos a vitijs emendet. Quod si ingesserit se, & prouocauerit nos dicere, quæ eum, minus recte agentem, non oporteat audire, prudenter eum debemus eludere. Nam nihil omnino respondere auditorum causa, vtile non videtur, ne forte existiment, nos responsionis penuria declinare certamen, & fides eorum lædatur, non intelligentia propositi nostri. Magna contumelia, & graue nobis erit peccatum, si ita desipiamus, vt videamus, eum, qui idola colit, esse sobrium, nos, qui deum

B colimus, sobrij esse recusemus. Non hoc fit inter nos, sed magnum habeamus studiū, vt si illi, qui errant, homicidium non faciunt, nos ne irascamur quidem. Et si illi adulterium non committunt, nos * nec concupiscamus quidem alienam mulierem. Si illi amant proximos suos, nos etiam diligamus inimicos nostros. Si illi mutuo dant his, qui habent, vnde reddant, nos etiam his demus, a quibus recipere non speramus. Et per omnia nos, qui æterni seculi hæreditatem speramus, debemus præcedere eos, qui præsens tantum seculum nouerunt, scientes, quia si opera illorum nostris operibus collata, in die iudicij similia inueniantur, ac paria, confusio nobis erit, ꝙ æquales inuenimur in operibus, his, qui propter ignorantiam condemnantur, & nullam spem futuri seculi habuerunt. Et vere digna confusio est, vbi nihil amplius gessimus ab his, quibus amplius intelleximus. Quod si confusio nobis erit, æquales his inueniri in operibus bonis, quid erit nobis, si inferiores nos, ac deteriores, examinatio futura reperiat? Audite ergo, quomodo de his nosipse verus propheta docuerit. Ad eos autem, qui negligunt audire verba sapientiæ, ita ait, Regina austri surget in iudicio cum generatione hac, & condemnabit eam, quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce plusquam Salomon hic, & non audiunt. Ad eos vero, qui de malis acti-

C bus gerere detrectabant pœnitentiam, ita ait, Viri Niniuitæ surgent in iudicio cū generatione hac, & condemnabunt eam, quia pœnitētiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce plusquam Iona hic. Videtis ergo, quomodo eos, qui erudiebantur ex lege, adductis ad exemplum illis, qui ex gentili ignorantia veniebant, & ostendens, eos nec æquales illis esse, qui in errore positi videbantur, ex ipsa tantum comparatione cōdemnat. Ex quibus omnibus, sermo, quem proposuimus, approbatur, vt castimonia, quæ aliquatenus etiam ab his, qui in errore sunt positi, custoditur, multo purius, & attentius, & per singulas quasqꝫ (sicut supra ostendimus) species a nobis, qui veritatem sequimur, teneatur, eo magis, quo apud nos obseruātiæ eius præmia æterna sunt posita. Aliter enim nemo saluus esse poterit, nisi his obseruationibus pro viribus operam dederit. Deus vos in sua voluntate vnumquemqꝫ in suo ordine semper custodiat, fratres, & sibi placere in omnibus concedat. Amen.

Matth. 7. a

* al's, ne

Matth. 12. d. Luc. 11. d

Matth. & Lucæ vbi supra

Episto-

EPISTOLA QVARTA

D

SANCTI CLEMENTIS PAPAE, SCRIPTA discipulis suis, Iulio & Iuliano, qui malorũ hominũ persuasionibus aliquatenus deuiarant, & gentibus, inter quas habitabant, directa.

CLEMENS Romanæ vrbis Episcopus, charissimis fratribus Iulio & Iuliano, ac reliquis consodalibus nostris, gentibusq́; quę circa vos sunt. Oportet, fratres, omnes doctores, qui ad salutem animarũ instituti sunt, & ad lucrandas animas Episcopi sunt consecrati, pro cunctis solicitudinẽ gerere, & errantes ad viam veritatis, & ad portũ salutis reducere. Et licet propter gentes, quæ circa vos sunt, in modico vos errasse contigerit, melius est tamen redire ad veritatis viam, q̃ diutius in ipso errore * perseuerare. Quoscunq; em̃ de his, qui vos errare fecerunt, vel de his, qui adhuc verbũ prædicationis non audierũt, potestis, vobiscũ assumite, & ad viã veritatis adducite, ne infructuosi, sed fructuosi, dñ̃o inueniamini. Et quoniãquidẽ, sicut a cultore neglecta terra, spinas & tribulos necessario producit, ita sensus vester longi tẽporis incuria, multas & noxias opiniones rerũ & intelligentias falsæ scientiæ germinauit, opus est nunc multa diligentia, ad excolendum rus mentis vestræ, vt hic sermo veritatis (qui est verus, & diligens cordis colonus) assiduis excolat disciplinis. Vestrum ergo est præbere obedientiam, & occupationes ac solicitudines superfluas amputare, ne bonũ verbi semen enecet noxiũ germen. Potest em̃ fieri, vt multi temporis negligentiam breuis & assidua reparet diligẽtia. Incertũ nanq; est vniuscuiusq; tempus vitæ. Et ideo festinandũ est ad salutem, ne forte cunctantem mors repẽtina præueniat. Et ob hoc acrius adnitendũ est, vt (dum est temporis spatiũ) collecta malæ consuetudinis vitia resecentur. Quod non aliter facere poteritis, nisi vt irascamini quodammodo aduersum vosmetipsos pro his, quæ inutiliter gessistis ac turpiter. Hæc em̃ est vtilis vita, & iusta, & necessaria iracundia, vt vnusquisq;, in quibus errauit, & perperã gessit, indignetur, & semetipsum accuset. Ex qua indignatione accenditur in nobis ignis quidã, qui velut agro sterili immissus, consumptis & excoctis radicibus pessimæ voluntatis, bono semini verbo dei fœcundiorem cordis p̃paret glebam. Puto aũt, ꝙ satis dignas habeatis causas iracundiæ, ex quibus iustissimus ignis iste coalescat, si consideretis, in quantos vos errores deduxerit ignorantiæ malũ, quantosq́; lapsus, & quanta præcipitia ad peccandũ dederit, a quantis vos bonis abstraxit, & in quæ præcipitauit mala, & quod est super omnia grauius, ꝙ vos in futuro seculo æternis pœnis obnoxios fecit. Nonne pro his omnibus, vbi vobis veritatis lumen effulsit, ignis iustissimæ indignationis accenditur, & iracundiæ deo placitæ intra vos consurgit incendium, quo consumatur, & radicitus intereat omne germen, si quod forte intra vos malæ cõscientiæ pullulauit? Vnde & ipse, qui misit nos, quũ venisset, & omnem mundũ vidisset ad malitiam declinasse, nõ cõtinuo ei pacem, in erroribus posito, dedit, ne eum confirmaret in malis, sed ignorantiæ eius ruinis scientiam veritatis opposuit, vt si qui forte resipiscerent, & lumen veritatis aspicerent, deceptos se, & in præcipitia erroris abstractos, merito dolerent, & iracundiæ salutaris ignem aduersus deceptricem suã conciperent ignorantiam. Ob hoc itaq; dicebat, Ignem veni mittere in terrã, quem volo, vt accendatur. Est ergo pugna quædam, quæ gerenda nobis est in hac vita. Sermo em̃ veritatis & scientiæ necessario separat homines ab errore & ignorantia, sicut sæpe videmus, putrefactas & emortuas carnes corporis, a connexione viuentiũ membrorũ, ferro secante, separari. Tale ergo aliquid est, quod agit veritatis ignoratio. Necesse est em̃, vt salutis causa filius (verbi gratia) qui sermonẽ receperit veritatis, a parentibus separetur incredulis, aut rursum

E

F

Marginalia: al's, pdurare. — Lucæ. 12. f

pater

A pater separetur a filio, aut filia a matre. Et hoc modo inter propinquos atq; consanguineos, credentes atq; incredulos, scientiæ atq; ignorantiæ, veritatisq; & erroris pugna * consistit. Et ob hoc iterum dicebat, qui nos misit, Non veni pacem mittere in terram, sed gladium. Quod si dicat aliquis, Et quomodo iustũ videtur, separari filios a parentibus? Audi quomodo, Quia cũ ipsis, si in errore permaneant, neq; illis proderunt, & ipsi cũ illis pariter interibunt. Iustum igitur, & valde iustum est, separari eum, qui saluari vult, ab eo qui non vult. Sed & illud aduerte, quia nõ ex illis, qui rectius intelligunt, venit ista separatio. Illi eñ volunt interesse, pariter & prodesse his, & docere meliora. Sed & istud propriũ est ignorantiæ vitium, vt confutantem se, veritatis lucẽ non ferat habere de proximo. Et ideo ex illis ista nascitur separatio. Nam qui scientiam veritatis accipiunt (quia bonitatis plena est) tanquã a bono deo datam, cupiunt eam (si fieri potest) cũ omnibus habere communẽ, etiam cũ his, qui oderunt eos, & persequuntur. Sciunt eñ, quia peccatũ ipsorum causa ignorantiæ est. Propterea deniq; ipse magister, quũ ab his, qui ignorabant eum, duceret ad crucem, orabat patrem pro interfectoribus suis, & dicebat, Pater, dimitte eis peccatum, quia nesciunt quid faciunt. Imitantes quoq; discipuli magistrum, etiam ipsi, quũ paterent, similiter pro interfectoribus suis orabant. Quod si disciplina nobis est, orare etiam pro interfectoribus & persequutoribus nostris, quomodo nõ etiam parentũ & propinquorũ persequu-

B tiones ferre, & pro conuersione eorũ orare credimur? Tum deinde etiam diligentius consideremus, quæ sit nobis causa parentes diligendi, pro eo (inquiunt) quia vitæ nostræ vident authores. Authores quidẽ vitæ nostræ parentes non sunt, sed ministri. Non eñ vitam pbent, sed ingrediendi nobis ad hanc vitã exhibent ministerium, author aũt vitæ vnus, & solus, est deus. Si aũt authorem vitæ diligere volumus, illũ nobis esse diligendũ sciamus. Sed illum (inquiunt) cognoscere nõ potuimus, istos aũt & nouimus, & in affectu habemus. Esto, nõ potuistis cognoscere, quis sit deus, *quid tamen non sit deus, perfacile scire potuistis. Nam quomodo latere potuit hominem, q lignũ, aut lapis, aut æs, vel alia huiusmodi materia deus non sit? Quod si in his, quæ facile deprehendere potuistis, animũ ad discutiendum noluistis intendere, certum est, quia & in agnitione dei impediti estis, nõ impossibilitatis, sed ignauiæ vitio. Nã si voluissetis, ex his ipsis inutilibus simulachris profecto accepissetis intelligentiæ viam. Certũ est, quia per ferrum facta sunt simulachra, ferrũ vero per ignem confectũ est, qui ignis aqua extinguitur, aqua aũt per spiritum mouetur, spiritus aũt a deo initium habet. Sic eñ dixit Moyses propheta, In principio fecit deus cœlum & terrã. Terra

C aũt erat inuisibilis & incomposita, & tenebrę erant super faciem abyssi, & spiritus dei erat super aquas. Qui spiritus, dei iussu, quasi ipsa manus conditoris lucem separauit a tenebris, & post illud inuisibile cœlum, istud visibile produxit, vt superiora quidem habitaculum faceret angelis, inferiora vero hominibus. Propter vos ergo, iussu dei, aqua, quæ erat super faciem terrę, secessit, vt terra vobis produceret fructus. Cui etiã humorũ venas latenter inseruit, vt vobis ex ea profluerent fontes & flumina. Propter vos producere iussa est animantia, & omnia, quæ vestro vsui voluntatiq; seruirent. An non propter vos venti spirant, vt ex ipsis concipiens, fructus vobis terra parturiat? Nonne propter vos imbres profluunt, & tempora vicissitudines mutant? Num propter vos sol oritur, & occidit, & mutationes luna perpetitur? Propter vos mare exhibet famulatũ suũ, ut uobis ingratis cuncta subiaceant. Nonne pro his omnibus iusta erit ultionis pœna, quia horũ omnium largitorem, quem ante omnia & agnoscere & uenerari debuistis, solum præ cæteris ignoratis? Sed & nunc per idem uos adhuc in intelligentiam eius duco. Videtis etenim, q omnia gignuntur ex aquis, aqua uero per unigenitum ex initio facta est, unigeniti uero omnipotens deus caput est, per quem tali ordine (ut supra diximus) peruenit ad patrem. Quum aũt perueneritis, agnoscite hanc esse uoluntatem eius, ut per aquas, quæ primæ creaturæ sunt, denuo renascamini. Qui eñ regeneratus fuerit per aquam, bonis operibus repletus, hæres efficitur eius, a quo in incorruptione regeneratus est. Propter quod, paratis animis accedite quasi filij ad patrem, ut peccata uestra diluant, & causa eorum sola ignoran-

E tia

als, consurgit
Matth. 10. d
Luc. 23. e
als, qui
Gene. 1. a

tia fuisse probetur apud deũ. Nam si post agnitionem hoꝝ permanetis in incredulitate, vobis iam perditionis vestræ causa, & non ignorantiæ reputabit. Nec putetis, ꝙ etiam si omnẽ pietatem colatis, omnemq́ꝫ iustitiam, baptismum vero non accipiatis, spem possitis habere apud deum, imo maiore pœna digni eritis, qui bona opera non bene operati estis. Confertur eñ meritum homini ex bonis gestis, sed si ita gerantur, sicut deus iubet. Deus aũt iussit, omnẽ colentem se, baptismo consignari. Quod si vos rennueritis, vt vestræ voluntati magis q̃ dei obtemperetis, contrarij sine dubio, & inimici estis voluntati eius. Sed dicitis fortasse, Quid confert aquæ baptismus ad dei cultum? Primo quidẽ, quia quod deo placuit, impletur. Secundo, quia regenerato ex aquis, & deo renato, fragilitas prioris natiuitatis, quæ vobis per hominẽ facta est, amputatur, & ita demũ peruenire poteritis ad salutem. Aliter impossibile est. Sic enim nobis cũ sacramento verus propheta testatus est, dicens, Amen dico vobis, nisi quis denuo renatus fuerit ex aqua viua, non introibit in regnũ cœlorum. Et ideo accelerate. Est eñ in aquis istis misericordia eius quædã, quæ ex initio ferebat super eas, & agnoscit eos, qui baptizant sub appellatione triplicis sacramenti, & eripit eos de supplicijs futuris, quasi donũ quoddam, offerens deo animas, per baptismũ consecratas. Confugite ergo ad aquas istas, solæ sunt eñ, quæ possint vim futuri ignis extinguere. Ad quas, qui morat accedere, constat, in eo adhuc infidelitatis idolũ permanere, & ab ipso prohiberi, ad aquas properare, quæ salutem conferunt. Siue eñ iustus, siue sit iniustus, baptismus ei ꝑ omnia necessarius est. Iusto quidẽ, vt adimpleat in eo perfectio, & regeneret deo, iniusto vero, vt peccatoꝝ, quæ gessit, remissio concedat. Omnibus ergo festinandũ est, sine mora renasci deo, & demũ cõsignari ab Episcopo, id est, septiformem grãm spũs sancti percipere, quia incertus est vniuscuiusq́ꝫ exitus vitæ. Quum aũt regeneratus fuerit per aquã, & postmodum septiformi spũs gratia ab Episcopo (vt memoratũ est) cõfirmatus, quia aliter perfectus esse Christianus nequaquã poterit, nec sedẽ habere inter perfectos, si nõ necessitate, sed incuria aut voluntate remanserit (vt a beato Petro accepimus, & cęteri sancti apostoli, ꝑcipiente dño, docuerunt) & demũ ex operibus bonis ostendat in se similitudinẽ eius, qui eum genuit, patris. Post hæc vero agnoscat, deũ honorare. Honor aũt eius est, vt ita viuat, sicut ipse vult. Vult eñ vnumquẽq́ꝫ ita viuere, vt homicidiũ & adulteriũ nesciat, odium & auaritiã fugiat, iram, superbiã, iactantiã respuat & execret, inuidiam quoq́ꝫ, & cætera his similia, penitus a se ducat aliena. Est sane propria quædã nostræ religionis obseruantia, quæ nõ tam imponitur hominibus, q̃ proprie ab vnoquoq́ꝫ deũ colente, causa puritatis expetit, de castimoniæ dico cautela, cuius spẽs multæ sunt. Sed primo, vt obseruet vnusquisq́ꝫ, ne menstruatę mulieri misceat, hoc eñ execrabile ducit lex dei. Quod etsi lex de his nõ admonuisset nos, vt * catuli libenter volueremur in stercore. Debemus aliquid amplius habere animalibus, vtpote rationales homines, & cœlestium sensuũ capaces, quibus summũ studiũ esse debet, ab omni inquinamẽto cordis cõscientiam custodire. Bonũ est aũt, & puritati conueniens, etiã corpus aqua diluere. Bonũ vero dico, nõ quasi principale illud, in quo mens purificat, sed ꝙ sequela sit illius boni hoc, in quo caro diluitur. Sic eñ & magister noster quosdã pharisæorũ & scribaꝝ, qui videbant esse cæteris meliores, & a vulgo separati, increpabat, dicens eos hypocritas, quia ea solummodo, quæ hominibus videbant, purificabant, corda vero quæ solus deus aspicit, inquinata relinquebant, & sordida. Ad quosdã ergo ex ipsis, nõ ad omnes dicebat, Væ vobis scribæ & pharisæi, hypocritæ, quia mundatis quod deforis est calicis & parapsidis, intus aũt plena sunt sordibus. Pharisæe cæce, munda prius, quod intus est, & quod deforis est, erit mundũ. Vere eñ, si mens mundet luce scientiæ, quũ ipsa fuerit munda ac splendida, tunc etiam eius, qui deforis est hominis, ipsa necessario curã gerit carnis suæ, vt & ipsa purificet. Vbi aũt ista, quæ deforis est, purificato carnis, negligit, certum est, neq́ꝫ de puritate mentis ac munditia cordis curam geri. Ita ergo fit, vt is, qui intrinsecus mundus est, mundet sine dubio & extrinsecus. Non semper aũt is, qui mundat extrinsecus, etiam intrinsecus mundus est, videlicet quũ agit hæc, vt hoĩbus placeat. Sed & illa spẽs castimoniæ obseruãda est, vti ne

passim

Iohan. 3.a & Mat. vlt. d

Iohan. 3.a

Leuit. 18. c

*al's, canthari des

Matth. 23. c

D

E

F

A passim, & libidinis solius causa, cũ fœminis coeat quis, sed posteritatis reparandæ gratia, quæ obseruãtia, quũ etiã in nõnullis pecudibus inueniat, pudoris est, si non ab hominibus rationabilibus & deũ colentibus obseruet. Ergo oẽs peccauerunt, & egent auxilio dei. Propter q̃d, charissimi, sectamini semper charitatẽ, & æmulamini meliora, & spũalia, & adiuuate vos inuicẽ, vt deo semper in omnibus placere valeatis. Amen.

1. Cor. 12. d & 14. a

EPISTOLA QVINTA

SANCTI CLEMENTIS PAPAE, DE COMMUNI VITA, & reliquis causis, suis discipulis scripta, Hierosolymisq; directa.

Dilectissimis fratribus, & condiscipulis Hierosolymis, cum charissimo fratre Iacobo coepiscopo habitantibus, Clemens Episcopus. Cõmunis vita, fratres, omnibus necessaria est, & maxime his, qui deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitam apostolorum, eorumq; discipulorum imitari volunt. B Communis em̃ vsus omnium, quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit, sed per iniquitatẽ, alius hoc suũ esse dixit, & alius * istud, & sic inter mortales facta diuisio est. Deniq; Græcorum quidã sapientissimus hæc ita sciens esse, ait, Communia debere esse amicorum omnia. In omnibus aũt sunt sine dubio & cõiuges. Et sicut non potest (inquit) diuidi aer, neq; splendor solis, ita nec aliqua, quæ communiter in hoc mundo omnibus data sunt ad habendũ, diuidi debere, sed habenda esse communia. Vnde & dñs per prophetã loquitur, dicens, Ecce q̃ bonum & quam iucundum, habitare fratres in vnum, & reliqua. Istius em̃ consuetudinis more retento, etiam Apostoli, eorumq; discipuli (vt p̄dictum est) vna nobiscũ & vobiscũ communem vitã duxere. Vnde (vt bene nostis) erat multitudinis eorum cor vnum, & anima vna, nec quisquã eorum aut nostrũ de his quæ possidebat, aliquid suũ esse dicebat, sed omnia illis & nobis erant cõmunia, nec quisquã egens erat inter nos. Omnes aũt, qui domos vel agros possidebant, vendebant eos, & pretia eorum, & reliquas res, quas habebant, afferebant, ponentes ante pedes apostolorum, sicut nobiscum quidã vestrũ cognouerunt & viderunt, & diuidebantur singulis, prout cuiq; opus erat. C Ananias autẽ vir austerus, & Saphira vxor eius, qui mentiti sunt apostolis de pretio agrorum suorũ, quos vendiderant, nobis p̄sentibus in conspectu omniũ circumastantiũ, a conspectu apostolorum, propter peccatũ eorum & mendacium quod fecerunt, mortui delati sunt ambo. Cæteraq;, quæ de talibus cognouimus & vidimus, nec recordatione, nec demonstratione digna sunt. Quapropter hæc vobis cauenda mandamus, & doctrinis & exemplis apostolorum obedire præcipimus, quia hi, qui mandata eorum postponunt, non solũ rei, sed extorres fiunt. Quæ non solũ vobis cauenda, sed & omnibus prædicanda sunt. Relatũ est etiam nobis, q̄ quidam in vestris partibus cõmorantes, aduersantur sanis doctrinis, & (prout eis videtur) non secundũ * traditionẽ patris, sed iuxta sensum suum docere vident. Multas em̃, quidam (vt audiuimus) vestrarum partium, secundũ ingenium hominũ, ex his, quæ legunt, verisimilitudines capiunt, & ideo diligenter obseruandũ est, vt lex dei, quũ legitur, non secundũ propriam * ingenij intelligentiam legat vel doceatur. Sunt em̃ multa verba in scripturis diuinis, quæ possunt trahi ad eum sensum, quẽ sibi vnusquisq; sponte p̄sumpsit, sed fieri non oportet. Nõ em̃ sensum, quẽ extrinsecus adulteretis, alienũ & extraneũ debetis quærere, aut quoquo modo ipsum ex scripturarum authoritate confirmare, sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere scripturarum, qui eam a maioribus, secundũ veritatem sibi traditam, seruauit, vt & ipse possit ea, quæ recte suscepit, competẽter asserere. Quum em̃ ex diuinis scripturis integram quis & firmã

12. q. 1. Dilectiss. fratrib.

al's, aliud

Pythagoras philosophus.

Psalm. 132

Acto. 4. g

Acto. 5. a. b

Dist. 37. Relatum est.

al's, traditiones patrum.

al's, ingenij virtutẽ, vel

regulam veritatis susceperit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione ac liberalibus studijs, quæ forte in pueritia attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat, ita tamen, vt vbi vera didicit, falsa & simulata declinet. Incertum est em̃ etiam iuuenibus vitæ tempus, senibus autem iam nec incertum est, non em̃ dubitatur, quod quantumcunq; est, quod putatur superesse, breue sit. Et ideo tam iuuenes q̃ senes oportet de conuersione & pœnitentia valde esse solicitos, & satagere, vt de reliquo ornent animam suam ornamentis dignissimis, id est, dogmatibus veritatis, decore pudicitiæ, splendore iustitiæ, candore pietatis, alijsq; omnibus, quibus comptam decet esse rationabilem mentem. Vnde, consilium dantes, vestram prudentiam hortamur, vt ab apostolicis regulis non recedatis, sed communem vitam ducentes, & scripturas sacras recte intelligentes, que domino vouistis, adimplere satagetis. Et quum, oratione assidua dei gratiam obtinere merueritis, tunc, sine suspitione mali * interitus, vota possint celebrari festiua. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.

12.q.1. Dilectiss. fratribus

als. interuos

D

Clemens Papa, ex decreto Gratiani.

Quando celebratur missa, presbyterium laicus ingredi non præsumat.

De cõs. dist. 2 Sacerdotum aliorumq;

¶ Sacerdotũ, aliorumq; clericorũ ecclesijs seruientium honores a laicorũ loco discrete apparere conuenit. Quamobrẽ nulli laicorũ liceat in eo loco, vbi sacerdotes & reliqui clerici consistunt (quod presbyterium nuncupat̃) quãdo missa celebrat̃, consistere, vt libere ac honorifice possint sacra officia *exercere.

als. celebrari

E

¶ Finis Decretorum Clementis Papæ primi.

INCIPIVNT DECRETA ANACLETI PAPAE.

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

ANacletus natione Græcus, ex patre Antiocho, sedit annis. ix. menses. ij. dies. x. Fuit aũt temporibus Domitiani, a consulatu Domitiani decimo, & Sabini, vsq; ad Domitianũ decimoseptimo, & Clementem Consules. Hic memoriã beati Petri cõstruxit & cõposuit, dum presbyter factus fuisset a beato Petro, seu alia loca, vbi Episcopi reconderent̃ sepulturæ. Vbi aũt & ipse sepultus est in pace, iuxta corpus beati Petri, tertio Idus Iulij. Hic fecit ordinationes *duas per mensem Decembrem, presbyteros quinq;, diacones tres, Episcopos per diuersa loca, numero sex. Et cessauit Episcopatus dies. xiij. Hæc ille. De ipso aũt scribit Eusebius ecclesiasticæ historiæ lib. iij. cap. xiiij. In vrbe Roma, duodecim Anacletus annis in episcopatu exactis, sacerdotij sedẽ Clementi tradidit. Huic etiã subnectere placuit, quæ Marianus Scotus, Neronis Imperatoris anno septimo, ad veritatẽ Euangelij, anno. xciij. sed secundũ Dionysii cyclum. lxxi. Domitiano octies & Saturnino Consulibus, scribit. Anacletũ vero omnino Eusebius prætermisit, quoniam Linus & Cletus, qui nõ fuerunt Papæ, & Clemens atq; Anacletus, a passione Petri, in vltimo anno Neronis vsq; ad Traianum, non possunt simul sub regibus stare. In loco enim annorum Clementis, quibus post Petrum cum Lino & Cleto (si simul post Petrum viui fuerunt) vel cum Cleto tantum Clemens cathedram tenuit, Linus & Cletus sunt positi, & in loco Anacleti Papæ, qui post Clementem decem annis successit, Clemens positus est. Hæc Marianus.

Secundũ Platinam, vnam

F

Incipiunt

A

INCIPIVNT DECRETA
ANACLETI PAPAE, DE OPPRESSIONE
Episcoporum, & de accusatione eorum, & ordinatione Archiepiscoporum, & cæterorum, & de Primatibus & de Patriarchis, eorumq́ ministerijs.

Epistola prima.

ANACLETVS seruus Christi Iesu, in sede apostolica domino seruiens, Episcopis omnibus, & cæteris cunctis fidelibus, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem, gratia vobis & pax atq; consolatio multiplicetur a domino in secula. Benedictus deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcessibilem, conseruatam in cœlis, in vobis, qui in virtute dei custodimini per fidem, in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo, in quo * exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus, vt probatio vestræ fidei multo pretiosior sit auro, quod per ignem probatur, si tamen in tribulationibus experti, probati inueniamini. Patientes estote, dilectissimi, quia patientia probationem operatur, probatio vero spem, spes autē non confundit. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & serotinum. Si agricolæ hæc patienter ferunt pro temporalibus fructibus, quanto magis vos pro æternis patientes esse debetis? Estote ergo patientes, & confirmate corda vestra, vt adueniente iudice Christo, læti & probati esse valeatis. Nolite ingemiscere in alterutrum, vt non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam assistit. Exemplū accipite, charissimi, laboris & patientiæ prophetas, qui loquuti in nomine domini sunt. En beatificamus, qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem domini vidistis, quoniam misericors & miserator dominus est. Tribulationes vestras audiuimus, fratres, tam per * nostros, q̄ & per aliorum apocrysarios, super quibus valde dolemus, vobisq́ compatimur, & auxilium ferre (prout ipse largitus fuerit, qui pro nobis non solum tribulatus, sed etiam passus est) parati sumus. Nolite mirari, charissimi, qui persequutiones patimini, quasi noui vobis aliquid contingat, sed communicantes Christi passionibus, gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis, exultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis, quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis dei, & qui est eius spiritus, super vos requiescit. Nemo autem vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Christianus, non erubescat. Glorificet autem deum in isto nomine, quoniam tempus est, vt incipiat iudicium a domo dei. Si autem a nobis primum, quis finis eorum, qui non credunt dei Euangelio? Et si vix iustus saluabitur, impius & peccator, vbi parebunt? Itaq; & hi, qui patiuntur secundum voluntatem dei, fideli creatori cō mendent animas suas in benefactis. Nam (vt ait beatus Clemens antecessor noster) similis est omnis ecclesiæ status naui magnæ, quæ per vndosum pelagus diuersis e locis & regionibus viros portat, ad vnam potentis regni vrbem propeterea cupientes. Sit ergo nauis author huius dominus ipse omnipotēs deus, gubernator vero sit Christus. Tum deinde proretæ officium Episcopus impleat, presbyteri nautarum, diaconi dispensatorum locum teneant, hi qui catechizant, nautologis conferantur. Epibatis autem totius fraternitatis multitudo sit similis. Ipsum quoq; mare hic mundus habeatur. Ventorum vero varietates, & turbinum, diuersis tentationibus conferantur, persequutiones, tribulationes, siue pericula, fluctibus exequentur. Terreni vero spūs,

[Marginal notes: 1.Petri.1. — al's, exultatis — Rom.5.a — Iacob.5.a — Iacobi.5.b — Ibidem. — al's, vestros — 1.Petri.4.d — In epl'a.1.ad Iacobum. — B — C]

qui vel de torrentibus, vel de conuallibus spirant, pseudoprophetarum, & seductorum, seu prauæ doctrinæ verba * doceantur. Promontoria vero & loca confragosa, hi, qui in potestatibus seculi sunt iudices, & qui pericula minantur, ac mortes. Bithalassa vero loca, qui duplicibus vndæ fallacis æstibus verberantur, dubijs mente, & de repromissionum veritate nutantibus, conferantur, atq; his, qui irrationabili fidem nostram ratione discutiunt. Hypocritę vero & dolosi, pyratis similes habeantur. Iam vero rapidus vortex, & tartarea charybdis, & saxis illisa naufragia, ac mortiferæ submersiones, quid aliud æstimanda sunt, q̃ peccata? Restat igitur, vt hæc nauis cursu prospero, tuta possit portum desideratæ vrbis intrare, & ita deo precem fundere, vt nauigantes mereantur audiri. Audiuimus, fratres, q̄ quidam detrahunt, & accusant sacerdotes dei, cupientes eos damnari, non intelligentes forsitan, q̄ iniuria sacerdotũ ad Christum pertinet, cuius vice funguntur. Nec hoc aspiciunt, quod beatus Petrus princeps apostolorum, instructor noster, ait: Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem. Et dominus per prophetam inquit: Qui vult vitam diligere, & videre dies bonos, coerceat linguam suam a malo, & labia eius, ne loquantur dolum, &c. Qui autem ista transgrediuntur, profecto transgressores legis dei, & contemptores, atq; inobedientes eius præceptis existunt. Vnde & beatus Iacobus apostolus ait: Si diligitis proximos sicut vosipsos, bene facitis. Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege, quasi transgressores, & cætera. Et beatus prædecessor noster Clemens, vir apostolicus, & spũ dei plenus, vna cum reliquis sanctis collegis suis statuit, dicens: Accusandi vel testificandi licentia denegetur his, qui Christianæ religionis & nominis dignitatẽ, & suæ legis, vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Transgressores enim sponte legis suæ, eiusq; violatores, & recedentes, apostatæ nominantur. Omnis enim apostata refutandus est ante reuersionem suam, non in accusatione recte agentium, aut testimonio suscipiendus, quia vir duplex animo, inconstans est in omnibus vijs suis. Quicunq; autem (vt ait apostolus Iacobus) totam legem seruauerit, offenderit autem in vno, factus est reus omnium. Qui enim dixit, non mœchaberis, dixit, & non occides. Quod si non mœchaberis, occidas aũt, factus es transgressor legis. Sic loquimini, & sic facite, sicut per legem libertatis incipientes iudicari. Iudicium eñ sine misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam. Superexaltat autem misericordia iudicio. Et dominus ait: Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Et multa talia, horumq; similia. Nemo enim (inquit Apostolus) nostrũ sibi viuit, & nemo sibi moritur. Siue ergo viuimus, siue morimur, domini sumus. In hoc eñ Christus mortuus est, & reuixit, vt & viuorum & mortuorũ dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum, aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes eñ stabimus ante tribunal dei. Scriptum est enim: Viuo ego dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur deo. Itaq; vnusquisq; nostrum pro se rationem reddet deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum. Scimus eñ, quia multum derogatio præualet, quando derogator creditur fide dignus. Ideo, fratres, varijs detractionibus & accusationibus non oportet labefactari iudices & primates ecclesiæ, sed magis apostolorum & doctorum regulis informari & roborari. Vnde iustum est, omnes in vniuerso Romanorum orbe doctores legis ea, quæ legis sunt, recte sapere, & operari, & non regulas nascentis ecclesiæ * confundi, aut fidem, aut doctrinam apostolorum, varijs maculare doctrinis, nec fratres infestare. Si autem omnia in hoc seculo * vindicata essent, locum diuina iudicia non haberent. Superuacuis eñ ad beneficia laborat impendijs, qui solẽ certat facibus adiuuare. Ideo si aliquis putat, se deo in hoc placere, q̄ seruos suos accusat, & vt meliores fiant, dicit se hoc agere, in vanũ laborat, & plus inuidiæ stimulis agitatur, q̃ charitatis, quoniam gratiæ plenitudo adiectione nõ indiget, nec vlla requirit commendationis augmenta. Erigunt ergo doctores conscientias suas, & si quãdo incertis temporũ flatibus opponunt, sustinẽt mala, quæ *secu-

Marginalia: al's, dicantur — I. Petri. 2. a — Psalm. 33 — Iaco. 2. b — In epist. sua. 1. ad Iacobum. sententia 1 r. 3 q. 4. Beatus prædecessor, Et in decre. suo. lib. 4 — Iaco. 1. d — Iaco. 2. b — Eze. 18. g. 33. c — Roma. 14. b — Iaco. 4. c — Esaiæ. 45. d — Philip. 2. b — al's, cõfundere 6. q. j. Si omnia in — al's, iudicata, — D — E — F

A *seculis magis sunt ascribenda, q̄ meritis. Datam enim scimus Satanæ potestatem, vt seruos Christi cribraret, vt quod de tritico inueniri posset, horreis ingereretur, & quod de paleis, ad ignium alimenta transiret. Ad vos specialiter dictum est: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Venit inter vos gladius perfidorum, vt marcida ecclesiæ membra resecaret, & ad cœlestem gloriam sana perduceret. Quos habeat Christus milites, certamen ostendit. Qui triumphum mereantur, per bella cognoscuntur. Scimus autem, multos ob id infestare doctores, vt eos perdant, & propriæ voluntatis placita adimpleant. Non propterea tamen doctores (inquantum vires suppetunt) a recta æmulatione, & bona *intentione recedere debent, scientes, quia beati, qui persequutionem patiuntur propter iustitiam. Nihil autem illo est pastore miserius, qui luporum laudibus gloriatur. Quibus si placere voluerit, atq; ab his amari delegerit, erit hinc ouibus magna pernicies. Nullus ergo pastorum placere lupis, & gregibus ouium potest. Perdit enim laboris memoriam mens, terrenis obligata carceribus. Sicut artium in suo quoq; opere inuenitur mater instantia, ita nouerca eruditionis est negligentia. Nullus ergo præiudicium alteri faciat, neq; quod sibi fieri non vult, exerceat. Nemo dictum de aliquo inueniat, quod in eius actibus non agnoscat. Ego autem labefactatam non solū quietem meā, sed & salutem inimicorum valetudine, & rumorum procellis agnosco. Potens est diuinitas immensa, tempestatis incerta bono serenitatis amouere. Et quid aliud, si Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius, &

B si apostoli passi sunt, sequentes eius exemplū, & reliqui patres, nisi vt sequamur tam doctrinam eorum, q̄ & exemplum, & patiamur aduersa pro Christo, & cum patribus, atq; cum fratribus crucem portemus, eorumq; tribulationibus compatiamur, vt Christi veri discipuli inueniamur, qui dixit: Qui vult post me venire, abneget semet ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me, & reliqua. Præsumptio est, si dominorum beneficia famuli non sequantur. Obsequium ergo æstimandum puto, quod pariturus impendo. Quid est enim, quod plus creditur filij vocabulum valere, q̄ obsequium, & non quæritur, quid in amoris lance promoueas, sed quale ad præiudicium æstimanti nomen apponas, quum apud prudentes frustra sobolem dicimus, nisi exhibeat, quod vocatur. Ego vero nolo, errore meo alienas culpas asserere, vt factum, quod doleo, admisisse conuincar. Odisti (inquit dominus per prophetam) omnes operantes iniquitatem, perdes, loquentes mendacium. Virum sanguinum, & dolosum *abominabitur dominus, ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam, adraboq; in templo sancto tuo in timore tuo. Domine deduc me in iustitia tua propter *incantatores meos, dirige ante faciem meam viam tuam. Non

C est enim in ore eorum rectum, interiora eorum insidiæ. Sepulchrum patens guttur eorum, linguam suam lenificant. Condemna eos, deus, decidant a consilijs suis, iuxta multitueinem scelerum eorum expelle eos, quoniam prouocauerunt te. Et lætentur omnes, qui sperant in te, in æternum laudabunt. Et proteges eos, & lætabuntur in te, qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices iusto. Domine, vt hasta placabilitatis coronabis eum. Deo enim sacrificantes perfecte, non debent vexari, sed portari, consolari, atq; ab omnibus venerari. Ipsi autem, quando domino sacrificant, non soli hoc agere debent, sed testes secum adhibeant, vt domino perfecte in sacratis deo sacrificare locis probentur. Ait nanque authoritas legis diuinæ: Vide, ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in loco, quem elegit dominus deus tuus. Episcopus deo sacrificans, testes (vt præfixū est) secū habeat, & plures, q̄ alius sacerdos. Sicut em̄ maioris honoris gradu fruitur, sic maioris testimonij *incremētatione indiget. In solēnioribus quippe diebus aut septē, aut quinq;, aut tres diacones, qui eius oculi dicuntur, & subdiaconos, atq; reliquos ministros, secū habeat, qui sacris induti vestimētis, in fronte, & a tergo, & presbyteri e regione dextra, leuaq; cōtrito corde, & humiliato spū, ac prono stent vultu, custodiētes eū a maliuolis hoībus & cōsensum eius pbeant sacrificio. Peracta aūt cōsecratione, omnes cōmunicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim & apostoli statuerunt, & sancta

Marginalia: als, ætatibus — Lucæ.22.c — Lucæ.12.d — Dist.43. Scimus aūt mul. — als, institutōe — Matth.5.a — Dist.83. Nihil illo. — Tobiæ.4.c — 1.Petri.2.d — Matth.16.d & Lucæ.9.c — Psal.5. — als, abominaberis deus — als, insidiatores — Deute.12.b De cōs. dist.1 Eps deo sacr. — als, incremento

Psalm. 2

Romana tenet ecclesia. Seruite (inquit dominus per prophetam Dauid) in timore, & exultate ei cum tremore. Adorate pure, ne forte irascatur, & pereatis de via. Ille enim non perit de via, qui recte graditur, & præcepta custodit maiorum. Doceri ergo omnes oportet, qui domini sacerdotio funguntur, vt & cæteros instruant, & sibi proficiant. Scriptum est autem, Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Et alibi, Populus autem sciens deum suum obtinebit, & faciet, & docti in populo docebunt plurimos. Ipsa enim veritas per se infert, & dicit, Beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Ille proculdubio scandalizatur in deum, qui recte non docet, & qui eius scandalizat Episcopum, vel sacerdotem. Impie nanque agentes sunt impij, neque intelligent omnes impij, porro docti intelligent. Omnes enim inuicem humilitatem insinuate, quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Nolite (inquit Iohannes apostolus) omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex deo sunt, quoniam pseudoprophetæ exierunt in mundum. Et idem ipse alibi ait, Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat. Si in vobis permanserit, quod ab initio audistis, & vos in filio & patre manebitis. Et hæc est repromissio, quam ipse pollicitus est * vobis, vitam æternam. Hæc scripsi vobis de his, qui seducunt vos. Et vnctio, quam accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis, vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium. Et sicut docuit vos, manete in eo. Et nunc, filioli, manete in eo, vt quum apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. Si scitis, quoniam iustus est, scitote, quoniã & omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est. Videte, qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij dei nominemur, & simus. Propter hoc mundus non nouit nos, quia non nouit eum. Charissimi, nunc filij dei sumus, & nondum apparuit, quid erimus. Scimus, quoniam quum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Et omnis, qui habet spem hanc in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas. Et scitis, quia ille apparuit, vt peccata tolleret, & peccatum in eo non est. Omnis, qui in eo manet, non peccat, & omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eum. Filioli, nemo vos seducat. Qui facit iustitiam, iustus est, sicut & ille iustus est. Qui facit peccatum, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius dei, vt dissoluat opera diaboli. Omnis qui natus est ex deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filij dei, & filij diaboli. Omnis, qui non est iustus, non est ex deo, & qui non diligit fratrem suum. Quoniam hæc est annuntiatio, quam audistis ab initio, vt diligamus alterutrum. Non sicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. Et propter hoc occidit eum, quoniam opera eius maligna erant, fratris autem iusta. Nolite mirari, fratres, si odit vos mundus. Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quia diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. In hoc cognouimus charitatem dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. In hoc cognoscimus, quoniam ex veritate sumus, & in conspectu eius suademus cordi nostro. Quoniam, si reprehenderit nos cor nostrum, maior est deus cordi nostro, & nouit omnia. Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad deum, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus, & ea, quæ sunt placita coram eo, facimus. Et hoc est mandatum eius, vt credamus in nomine filii eius Iesu CHRISTI, & diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis. Et qui seruat mandata eius, in illo manet, & ipse in eo. Et in hoc scimus, quoniam manet in nobis, de spiritu, quem dedit nobis.

Et si

Marginal notes: Danie. 12.b — Danie. 11.c — Matth. 11.a & Lucæ. 7.d — Dist. 93. Ille proculdubio — Iaco. 4.b. & 1. Petr. 5.b — 1. Iohan. 4.a — 1. Iohan. 2.d — * al's, nobis vita æterna. — 1. Iohan. 3.a — Esaiæ. 53.b — 1. petri. 2.d — Gene. 4.b

D E F

A Et sicut deus creator, qui hominem ad similitudinem suam creauit, est charitas, est bonus, iustus, patiens, atq; mitis, & misericors, & cætera sanctarũ virtutũ insignia, quę de eo legunt, ita homo creatus est, vt charitatẽ haberet, vt bonus esset & iustus, vt patiẽs, atq; mitis, mundus, & misericors foret. Quas virtutes, quanto plus quisq; in seipso habet, tanto propior est deo, & maior est, ac sui conditoris gerit similitudinem. Si vero (quod absit) aliquis per deuia vitiorum, & diuortia criminum, ab hac nobilissima sui conditoris similitudine deneger * oberret, tunc fiet de eo, quod scriptum est, Et homo quum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Quis maior honor potuit homini esse, q̃ vt ad similitudinem sui factoris conderetur, & eisdem virtutum vestimentis ornaretur, quibus & conditor? De quo legitur, Dominus regnauit, decorem indutus est, id est, omnium virtutum splendore, & totius bonitatis decore ornatus. Vel quod maius homini potest esse dedecus, aut infelicior miseria, q̃ vt hac similitudinis gloria sui conditoris amissa, ad informem & irrationabilem brutorum, iumẽtorumq; similitudinem delabatur? Quapropter, quisq; diligentius attendat primæ cõditionis suæ excellentiam, & venerandam sanctæ trinitatis in seipso imaginẽ agnoscat, honoremq; similitudinis diuinæ, ad quã creatus est, nobilitatẽ mo℞, exequutionẽ virtutũ, dignitatem merito℞ habere cõtendat, vt quando apparuerit qualis sit, tunc similis ei appareat, qui se mirabiliter ad similitudinẽ suam in primo Adã condidit, mirabiliusq; in secũdo reformauit. Omnis

B ergo homo, qui ad imaginẽ dei factus est, illũ debet imitari, cuius ad imaginem conditus est, illius debet sequi vestigia, qui eum ad imaginem sui condidit. Consiliarium vero, ac protectorem, meliorem reperire non poterit, q̃ illum, qui eum ad imaginẽ sui condidit, qui eum pretioso sanguine suo redemit, & propter eum homo fieri non est dedignatus. Quem proculdubio inueniet, si in eum totã spem suã, iuxta Psalmistæ vocem proiecerit, Ait nanq;, Proijce super dñm charitatem tuã, & ipse te enutriet, nec dabit in æternũ fluctuationẽ iusto. Omnis eñ homo in sua causa deficiens, & in suis hæsitans consilijs, quærit sibi amicũ fidelem, in cuius consilijs cõfidat, qui in suis diffidebat, & talem fiduciam habet in illo, vt omne secretum sui pectoris ei pandat, & aperiat. Quid dulcius est, q̃ vt habeas illum, cum quo omnia possis loqui vt tecum? Si ista cum hominibus fiunt, quanto magis cum deo hoc est agendum, qui omnes vult saluos fieri, & neminem perire? Nam, si veraciter deum credimus, eumq; diligimus, vt debemus, & proximos sicut nosmetipsos, in eum quoq; totam spem proiecerimus nostrã, ipse nos eripiet, & consolabitur. Et sicut per angelũ suum, Abacuc prophetam cum prandio in lacum leonũ ad Danielem vatẽ misit, & Philippũ, vnum de septem diaconibus ad eunuchum, ita dabit nobis consolationem & liberationem.

C Hæc sectamini, charissimi, & nulli vnquã nocete. Fratres estis, inuicem vos diligite, vt veri dñi discipuil effici mereamini. Nam, qui rancida corda * virorũ inficit, malitiã inter homines spargit, & qui detrahit fratri suo, homicida est. Et, qui abstulerit aliqd patri vel matri, dicitq; hoc peccatum non esse, homicidæ particeps est. Pater noster sine dubio deus est, qui nos creauit, mater vero nostra, ecclesia, quæ nos in baptismo spiritualiter regenerauit. Ergo, qui Christi pecunias, & ecclesiæ rapit, aufert, vel fraudat, homicida est, atq; homicida ante conspectum iusti iudicis esse deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatẽ operatur, qui autem pecuniam vel res ecclesię abstulerit, sacrilegium facit. Priuilegia eñ ecclesiarum, & sacerdotum, sancti apostoli iussu saluatoris intemerata, & inuiolata, omnibus decreuerũt manere temporibus. Leges ecclesiæ apostolica firmamus authoritate, & peregrina iudicia submouemus. Vnde & dñs mentionẽ faciens Loth, per Mosen loquit, dicens, Ingressus es quidẽ (inquiunt) vt aduena, nunquid vt iudices? Vnaquæq; prouincia tã iuxta ecclesias, q̃ iuxta seculi leges, suos debet iustos, & non iniquos * habere iudices, & non externos, nisi apostolicæ sedis huius decreuerit * authoritas, quatenus, quicũq; causam habuerit, apud suos iudices iudicet, & non ad alienos, causa vagandi, stimulante proteruia, suam despiciens patriam, transeat, sed ad duodecim eiusdem prouinciæ iudices, ad quorum iudicium omnes causæ ciuitatum referuntur, deferatur negotium.

Si aũt

Marginalia: Gene.1.c | al's, aberret. | Psalm.48. | Psalm.92. | Gene.1.d | Psalm.54 | Cicero de amicitia. | 1.Timo.2.a | Danie.14.f | Acto.8.c | al's, viuorum | 12.q.1. qui abstulerit. Et pa tim ibidẽ ca. Qui Chri pecunias. Et in dec. Lucij pp 17.q.4. Qui rapit. Et in decre. Lucij pp. 25.q.2. Priuilegia eccl'ia℞ & sacerd. Et 3 q.6. Leges eccles. 3.q.6. leges eccles. | Gene.19.b | al's, censura | 3.q.6. vnaq; q; prouincia

Si autem fuerit ecclesiasticum, apud Episcopos, (interueniente Primate) siquidem maior causa fuerit, si vero minor, Metropolitano, si vero fuerit seculare, apud eiusde ordinis viros, iudicio tamen Episcoporum, quum Apostolus priuatorum Christianorum causas magis ecclesijs deferri, & ibidem sacerdotali iudicio terminari voluit. Omnis enim oppressus, libere sacerdotum (si voluerit) appellet iudicium, & a nullo prohibeatur, sed ab his fulciatur, & liberetur. Si autem difficiles causæ, aut maiora negotia orta fuerint, ad maiorem sedem referantur. Et si illic facile discerni non poterint, aut iuste terminari, vbi fuerit summorum congregata congregatio, quæ per singulos annos bis fieri solet, & debet, iuste & deo placite coram Patriarcha aut Primate ecclesiastico, & coram Patricio secularia iudicentur negotia in commune. Quod si difficiliores ortæ fuerint quæstiones, aut Episcoporũ vel maiorum iudicia, aut maiores causæ fuerint, ad sedem apostolicam (si appellatum fuerit) referantur, quoniã apostoli hoc statuerunt iussione saluatoris, vt maiores & difficiliores quæstiones, semper ad sedem deferantur apostolicam, super quam Christus vniuersam construxit ecclesiam, dicente ipso ad beatum principem apostolorum Petrum, Tu es (inquit) Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & reliqua. Sit ergo, fratres, constantia vestra aduersus contentiones eorum, qui aduersa sapiunt, & non quæ dei sunt sapiunt, & erit fortior petra constantia vestra, sicut scriptum est, Ne timueritis ab his, neq; terreamini a facie eorum, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Quod autem in aure auditis, prædicate in lumine, illum timentes, qui potest animam & corpus occidere, & mittere in gehennam. Fratres mei, in carne ambulantes, non secundum carnem militamus. Arma enim militiæ nostræ non carnalia, sed potentia deo, ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem exaltationem extollentem se aduersus scientiam dei, & in captiuitatem redigentes omnem cogitationem, & in obsequium Christo perducentes. De cætero, fratres, confortamini in domino, & in potentia fortitudinis eius, vt pax vobis multa, & gratia a deo & domino nostro Iesu Christo ministretur. Amplectimur, & osculamur ac si presentes, charitatem vestram, in vnitate spiritus, in vinculo pacis & charitatis Christi. Propter quod, charissimi, expectantes satagite, immaculati & inuiolati inueniri in pace, & domini nostri longanimitatem salutem arbitramini, sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suam perditionem. Vos ergo, fratres, præscientes custodite, ne insipientium errore traducti, excidatis a propria firmitate. Crescite vero in gratia, & cognitione domini nostri Iesu Christi & saluatoris. Vos autem charissimi, memores estote verborum, quæ prædicta sunt ab apostolis domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in nouissimo tempore venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietate. Hi sunt, qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Vos autem charissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei, in spiritu sancto orantes, ipsos vos in dilectione dei seruate, expectantes misericordiam domini nostri Iesu Christi in vitam æternam. Et hos quidem arguite iudicatos, illos vero saluate, de igne rapientes. Alijs autem miseremini in timore, odientes eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam. Ei autem, qui potens est vos conseruare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione, soli deo saluatori nostro per Iesum Christum dominũ nostrum, gloria, magnificentia, & imperium, & potestas, ante omnia secula, nunc, & per omnia secula seculorum. Amen.

2.q.6. Omis oppressus.

Matth.16.c

Matth.10.c & Lucæ.12.a

2.Cor.10.a.b

Ephe.6.b

2.petri.3.d

In epist. Iudæ apostoli.f.

D E F

Epistola

A

EPISTOLA SECVNDA

ANACLETI PAPAE, DE ORDINATIONE Archiepiſcoporũ, & reliquorum Epiſcopoꝝ, atq; ſacerdotũ, & de fide, cæteriſq; cauſis, ad Epõs Italiæ ſcripta.

ANACLETVS Epiſcopus vniuerſis Epiſcopis in Italia cõſtitutis. Quoniam apoſtolicæ ſedis debitam reuerentiam erga me charitas veſtra diſtribuit, & quia plurimũ venerationis, chariſſimi filij, præbuiſtis (nam licet eccleſiæ, in qua ſanctus Apoſtolus reſidens docuit, quo nam modo nos gubernacula teneamus, tñ profitemur nos honore & ſanctitate minores eſſe, & propterea oĩno feſtinamus, vt ad gloriã eius beatitudinis peruenire poſſimus) igitur cõſultationibus veſtris plenius reſpondiſſemus, ſi licuiſſet, ſed infirmitatis, ac reliquarum oppreſſionum, onere preſſi, breuiter (prout dominus tribuit, & vt a beato Petro principe apoſtolorum ſumus inſtructi, a quo & preſbyter ſum ordinatus) ſcribere vobis (ſicut petiſtis) non denegauimus. Ordinationes Epiſcoporum, authoritate apoſtolica, ab omnibus, qui in eadẽ fuerint prouincia Epiſcopis, ſunt celebrandæ. Qui ſimul conuenientes, ſcrutinium diligenter agant, ieiuniumq; cum omnibus celebrent precibus, & manus cum ſanctis Euangelijs, quæ prædicaturi ſunt, imponentes, dominica die hora tertia orantes, ſacraq; vnctione exemplo prophetarum, & regum capita eorum (more apoſtolorum & Moyſi) vngentes, quia omnis ſanctificatio conſtat in ſpiritu ſancto, cuius virtus inuiſibilis, ſancto chriſmati eſt permixta, & hoc ritu ſolennem celebrent ordinationem. Quod ſi ſimul omnes conuenire minime poterunt, aſſenſum tamen ſuis precibus præbeant, vt ab ipſa ordinatione animo non deſint. Porro & Hieroſolymitarum primus Archiepiſcopus beatus Iacobus, qui Iuſtus dicebatur, & ſecundum carnem, domini nuncupatus eſt frater, a Petro, Iacobo, & Iohanne apoſtolis eſt ordinatus, ſucceſſoribus videlicet dantibus formã eorum, vt non minus q̃ a tribus Epiſcopis, reliquiſq; omnibus aſſenſum præbentibus, vllatenus epiſcopus ordinetur, & communi voto ordinatio celebretur. Reliqui vero ſacerdotes a proprio ordinentur Epiſcopo, ita vt ciues & alij ſacerdotes aſſenſum præbeant, & ieiunantes ordinationem celebrent, ſimiliter & diaconi ordinentur. Cæterorum autem graduum diſtributioni trium veracium teſtimonium, cum Epiſcopi ſcilicet approbatione, ſufficere poteſt. Accuſatio quoq; eorum, ſuper qua nos conſulere voluiſtis, non niſi ab idoneis & probatiſſimis viris, qui & ſuſpitionibus & ſceleribus careant, fieri debet, quia dominus ſacri ſui corporis tractatores a vilibus & reprobis, ac non idoneis perſonis infamari noluit, nec calumniari permiſit, ſed ipſe proprio flagello peccantes ſacerdotes a templo eiecit. Vnde liquet, ꝙ ſummi ſacerdotes, id eſt, Epiſcopi, a deo ſunt iudicandi, non ab humanis aut prauæ vitæ hominibus lacerandi, ſed potius ab omnibus fidelibus portandi, ipſo domino exemplum dante, quando per ſeipſum, & non per alium, vendentes & ementes eiecit de templo, & menſas nummulariorum & cathedras vendentium proprio euertit flagello, & eiecit de templo. Et ſicut alibi ait, Deus ſtetit in ſynagoga deoꝝ, in medio autem deos* decernit. Et alibi, Ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi omnes. Nullus enim (vt reor) inuenitur inter nos, qui velit ſuum ſeruum ab alio, q̃ a ſe iudicari. Quod ſi præſumptum fuerit, aut multa ipſe indignatione iraſcitur, aut potius vltionem quærit ſuper eum. Si vero hoc inter homines agitur, quid putatis faciet deus deorum & dominus dominantium, qui vltionem ſuoꝝ promiſit non differre ſeruorũ? Vnde & ipſe per prophetã loquit, dicens, Deus vltionũ dñs, deus vltionũ libere egit, & reliqua. Et Apoſtolus inquit, Tu quis es, q iudicas ſeruũ alienũ? Suo eñ dño ſtat aut cadit. Et ipſe, Nolite iudicare inuicem, ſed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel ſcãdalum.

Et do

Marginal notes:

B · C

Diſ. 64. Ordinatões epoꝝ
D. ſ. 75. Ordinatões epoꝝ
Et in decre. Iuo. lib. 3

Diſ. 64. Ordinatões epoꝝ
Et in decre. Iuo. lib. 3

Diſt. 66. Porro &. Et in decre Iuo. lib. 3

Diſt. 67. Reliq ſacerdotes

2. q. 7. Accuſatio q̃q;. Et In decre. Iuo. lib. 4

Iohan. 2. c

Matth. 21. b
Marci. 11. b
Iohan. 2. c
al's, diſcernit.
Pſal. 81. Ibid.
2. q. 7. Accuſatio quoq;

Pſal. 93
Rom. 14. a
2. q. 7. Accuſatio quoq;

Roma.14.c Zacha.2.c

Et dñs per prophetam inquit, Qui vos tãgit, tangit pupillam oculi mei. Nam si aliquis nũc in malũ oculos alicuius principis incipit tractare, manifeste reus maiestatis iudicatur, & infamis efficitur, aut potius capitali sententiæ subiacet. Hæc, fratres, valde cauenda sunt, & quod homines nolunt sibi fieri, deo deoꝝ non debent inferre, ne forte irascatur dominus, & faciat vindictam eoꝝ, etiam in eos, qui non peccauerunt, quia perit sæpissime iustus pro impio. Imitandus est etiam propheta, per quem dñs ait, Perambulabo in simplicitate cordis mei, in medio domus meæ. Non proponebã coram oculis meis verbum os Belial, Detrahentem in abscondito sodalem suũ, hunc interficiebam. Et hi cauendi sunt, de quibus Salomon ait, Sicut noxius est, qui mittit lanceas & sagittas in mortẽ, sic vir, qui fraudulenter nocet amico suo, & quum fuerit deprehensus, dicit, ludens feci. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitat rixas. Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad intima * ventris. Et si detractores quorũcunqꝫ grauiter iudicantur, & in perditionis laqueum cadunt, multo magis laceratores & detractores atqꝫ accusatores memoratoꝝ dei famuloꝝ, atqꝫ persequutores damnant, & in barathrum, nisi se correxerint, & per eorum satisfactionẽ condignam egerint pœnitentiam, indubitanter vadunt, & vindicibus flammis exuruntur. Quapropter oportet omnes ab his cauere, & nõ solum nõ facere, sed nec facientibus consentire, quia non solum, qui faciunt, damnantur, sed qui consentiunt facientibus. Da talibus, & his similibus, ipsa veritas ait, Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput suũ reclinet, id est, in talibus non habitat dñs, nec ipsi manent in eo. Et Salomon loquitur, dicens, Qui fodit foueam, incidet in eam, & qui voluit lapidem, reuertet ad eum. Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas. Graue est saxum, & onerosa harena, sed ira stulti vtroqꝫ grauior. Hominẽ, qui calumniat animæ sanguinem, si vsqꝫ ad lacũ fugerit, nemo sustinet. Qui se iactat, & dilatat, iurgia concitat. Qui sperat in domino, * sanabit. Qui cõfidit in corde suo, stultus est, qui autem graditur sapienter, ipse * saluabit. Qui fortiter præmit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum, qui vehementer emungit, elicit sanguinem, & qui prouocat iras, producit discordias. Hæc & alia periculosa considerantes Apostoli, statuerunt, ne facile cõmouerent, aut lacerarentur, vel accusarent columnæ sanctæ dei ecclesiæ, quæ Apostoli & successores eorum, non immerito dicunt. Sed si quis aduersus eos, vel ecclesias eoꝝ commotus fuerit, aut causas habuerit, prius ad eos recurrat charitatis studio, vt familiari colloquio commoniti, ea sanent, quæ sananda sunt, & charitatiue emendent, quæ iuste emendanda agnouerint. Si aũt aliqui eos, priusquã hoc egerint, lacerare, accusare, aut infestare p̃sumpserint, excommunicent, & minime absoluant, antequã per satisfactionẽ (vt iam dictum est) condignam egerint pœnitentiam, quoniam iniuria eoꝝ ad Christum pertinet, cuius legatione fungunt. Nec hoc mirum, quia si quisqꝫ nostrũ cuidã * seruorum legationẽ iniungeret, & a quoquã impediret, aut ab aliquo subditoꝝ suorũ despiceret, mox indignatus irasceret, aut talia (prout posset) vindicaret, & ad iniuriam, ac cõtumeliam suã, hoc factum reputaret, & talionem (si in p̃senti non posset) futuris temporibus redderet. Nam si in hominis causa hæc fiunt, quid putatis deus faciet de suis, qui nec capillum capitis eoꝝ perire dixerit? Vnde & dñs per Naum prophetam loquitur, dicens, Deus æmulator, & vlciscens dñs, & habens furorem, vlciscens dñs in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis, ante faciem indignationis eius quis stabit, & quis resistet in ira furoris eius? Indignatio eius effusa est sicut ignis, & petræ dissolutæ sunt ab eo. Bonus est dñs, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se, & reliqua. Quædam aũt ex his iam aliis fratribus scripsimus, quæ toties sunt replicanda, quoties fuerint necessaria. Electionem quoqꝫ (vt supra memoratum est) summoꝝ sacerdotum sibi dominus reseruauit, licet electionem eoꝝ bonis sacerdotibus, & sp̃ualibus populis concessisset. Electionem eñ illoꝝ taliter Apostolus fieri iubet, Si quis sine crimine est, vnius vxoris virum, filios habentem fideles, nõ in accusatione luxuriæ, aut non subditos, & reliqua. Si eñ sine crimine sacerdos eligi præcipit, nullatenus ab hominibus, criminibus irretitis, accusari, aut calumniari, permittitur,

Psalm.100 Prouer.26.c als.cordis 2.q.7.Accusatio quoqꝫ Roma.1.d Matth.8.c Lucæ.9.g Eccl.27.d Prouer.26.d Prouer.27.a Prou.28.c.d als, sal uabit. Prouer.30.d als, laudabit. 2.q.7.Accusatio quoqꝫ. Et in decre. Iuo.lib.4 als, suorum Lucæ.21.d Naum.1.a Ibidem.b Dist.80.Electionẽ vero, als, electionẽ summorum. Tit.1.d 7.q.1.Si sacerdos sine,

D E F

A mittitur, nec ab alijs quam ab his, q sine crimine sunt, & iuxta electionem, si necessitas fuerit, aut ipsi volendo domino seruire elegerint, sacerdotesq; sine crimine fieri, & ordinari possint, & tales per oĩa fuerint, quales eligi sacerdotes iubent. Porro & Moysi præcipitur, vt eligat presbyteros. Vnde & in Prouerbijs dicitur, Gloria senũ canities. Hæc vero canities sapientiam designat, de qua scriptũ est, Canities hominũ prudentia est. Cumq; nongentos & amplius annos ab Adam vsq; ad Abraham vixisse homines legerimus, nullus alius prius appellatus est presbyter, id ẽ, senior, nisi Abraham, q multo paucioribus vixisse annis conuincitur. Non ergo propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam presbyteri nominantur. Initium enim sacerdotij Aaron fuit, licet Melchisedec prior obtulerit sacrificium, & post hunc Abraham, Isaac & Iacob. Sed hi spontanea voluntate, non sacerdotali authoritate ista fecerunt. Cæterum Aaron primus in lege sacerdotale nomẽ accepit, primusq; pontificali stola indutus, victimas obtulit, iubente domino, ac loquente ad Moysen, accipe (inqt) Aaron & filios eius, & applicabis ad ostium tabernaculi testimonij. Cũq; laueris patrem cum filijs aqua, indues Aaron vestimentis suis, id est, lineam & tunicam, & superhumerale, & rationale, q̊d constringes baltheo, Et pones tyaram in capite eius, & laminam sanctam super tyarã, & oleum vnctionis fundes super caput eius, atq; hoc

B ritu consecrabitur. Filios q̃q; illius applicabis, & indues tunicis lineis, cingesq; baltheo Aaron & liberos eius, & impones mitras eis, eruntq; sacerdotes mihi religione perpetua. Quo loco cõtemplari oportet, Aaron summum sacerdotem, id est, episcopũ fuisse, porro filios eius presbyterorum demonstrasse figuram. Hoc enim fuit inter Aaron summum sacerdotem & filios eius, q sacerdotes erant, q̊d Aaron super tunicam accipiebat poderem, stolam sanctam & coronam auream, mitram, & zonam auream & superhumerale, & reliqua quę præfixa sunt. Filij autem Aaron super tunicas lineas cincti tantummodo, & tyarati assistebant sacrificio domini. In nouo autẽ testamẽto, post Christum dominum a Petro sacerdotalis cœpit ordo, qa ipsi primo pontificatus in ecclesia Christi datus est, dicẽte domino ad eum. Tu es (inqt) Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum. Hic ergo ligandi, atq; soluendi potestatem primus accepit a domino, primusq; ad fidem populum virtute suæ prædicationis adduxit. Cæteri vero Apostoli cum eodem pari consortio honorem & potestatem acceperunt, ipsumq; principem eorum esse voluerunt. Qui etiam, iubẽte domino, in toto orbe dispersi euangelium prædicauerunt, ipsis q̃q; decedentibus, in locum eorum successerũt episcopi, q̊rum ordinatio prætacto fieri debet ordine & mo

C do, quos, qui recipit, & verba eorum, deũ recipit. Qui autem eos spernit, eum, a quo missi sunt, & cuius funguntur legatione, spernit, & ipe indubitanter spernetur a dño. Videntes autem ipsi Apostoli messem esse multam, & operarios paucos, rogauerũt dominum messis, vt mitteret operarios in messem suã. Inde electi sunt ab eis* septuaginta discipuli, q̊rum typum gerunt presbyteri, atq; in eorum locum sunt constituti in ecclesia, de q̊rum ordinatione & reliquorum ministrorum, dixisse supra sufficiat. Porro q̊d episcopus non ab vno, sed a cunctis, consensu, aut præsentia comprouincialiũ est ordinandus, & nullatenus minus q̃ a tribus cæteris consentientibus cunctis, idcirco, instituente domino, fieri iubetur, ne aliquid cõtra fidem ecclesiæ vnius tyrannica authoritas moliretur, & regula, vel fides confunderetur credentium. Prouintiæ autẽ multo ante Christi aduentũ tempore diuisæ sunt maxima ex parte, & postea ab apostolis, & beato Clemente prædecessore nostro, ipsa diuisio est renouata. Et in capite prouintiarum, vbi dudum primates legis seculi erant, ac prima iudiciaria potestas, ad quos, q per reliquas ciuitates commorabantur, quando eis necesse erat, q ad aulã Imperatoris, vel regum confugere non poterant, vel q̃bus permissum non erat, cõfugiebant pro oppressionibus vel iniustitijs suis, ipsosq; appellabãt, quoties opus erat, sicut in lege eorum pręceptum erat, ipsis quoq; in ciuitatibus, vel locis nostris, patriarchas, vel primates, q vnam formam tenent, licet diuersa sint nomina, leges diuinæ & ecclesiasticæ poni, & esse iusserunt, ad quos episcopi (si necesse fuerit) confugerent, eosq;

F appella-

Dist. 84. Porro Moysi. Exodi. 29. a. Et Nume. 11. Prouer. 20. d Iob. 12. b Et Sapię 4. b
Abrahã primus appellatus p̃sbyter. Gene. 14. d
Aaron prim⁹ pont. ve. test. Exodi. 29. a.
21. dist. In nouo test. Et in dec. Iuo. li. 5. Matth. 16. c
Matth. 10. b Marci. vi. & Lucæ. 10. a Lucæ. 10. c
Matth. 9. d & Luc. 10. a als, lxxij.
Dist. 99. Prouintiæ multo Et in dec. Iuo lib. 4.

appellarent,& ipsi primatum nomine fruerentur, & non alij. Reliquæ vero Metropolitanæ ciuitates,quæ minores iudices habebant(licet maiores comitibus essent)haberent Metropolitanos suos,qui prædictis *iuste obedirent primatibus,sicut & in legibus seculi olim ordinatum erat,qui nõ primatum, sed aut Metropolitanorum,aut archiepiscopoꝝ nomine fruerentur. Et licet singulæ Metropoles ciuitates suas prouintias habeãt,& suos Metropolitanos iudices habere debeãt Episcopos,sicut prius Metropolitanos iudices habebãt seculares,primates tamẽ(vt præfixũ est)& tunc,& nunc,habere iussæ sunt,ad quos,post sedẽ apostolicã summa negotia cõueniant, vt ibidẽ,quibus necesse fuerit,releuẽtur,& iuste restituantur,& hi,qui iniuste opprimũtur,iuste reformẽtur,atq; fulcianẽ,Episcoporũq; causæ, & summoꝝ negotioꝝ iudicia(salua apostolicæ sedis authoritate)iustissime terminentur. Hæc ab antiquis, hæc ab apostolis,hæc a sanctis patribus accepimus,vobisq;(vt postulastis)rimãda,& futuris tenenda tẽporibus mittimus,& reliquis fratribus ꝑdicanda, ac cũctis fidelibus tradenda,mandamus,ne pastoꝝ imperitia,q sequũtur,deteriores fiant,dicente dño per prophetã:Ipsi pastores ignorauerũt intelligentiã. Quos rursus dñs detestatur, dicẽs: Et tenentes legem,nescierunt me. Nesciri ergo veritas se ab eis cõqueritur,& nescire se principatũ nescientium protestatur,qa profecto hi,qui ea,quæ sunt dñi,nesciũt, a dño nesciuntur,Paulo attestante,qui ait: Si quis ignorat,ignorabitur. Hinc & Psalmista,non optantis animo,sed prophetantis mysterio,denuntiat,dicens. Obscurentur oculi eoꝝ,ne videãt,& dorsum eoꝝ semper incurua. Obscuratis ergo oculis,dorsum flectitur,quoniam cum lumen scientiæ perdũt,qui præeunt,sine dubio, ad portanda peccatoꝝ onera inclinãtur sequentes. Hic ergo inter manus latronũ,& dentes furentium lupoꝝ,vtcunq; versamur. Ideo & docere alios,& nosipsos(prout dñs dederit)prouidere debemus. Sane percussor ille doctor dicitur,qui sermone inutili cõscientiam percutit infirmoꝝ. Ideo tenere vos,& omnes fideles,oportet, eum,qui secundum doctrinã est,fidelem sermonẽ,vt potens sit consolari in doctrina sancta,& contradicentes redarguere,& recte viuentes,atq; rectam fidẽ tenentes,consolidare. Illis ergo,qui dicunt,quod filius in eo minor est, quia propheta inquit, verbũ faciet dñs breuiatum vniuerso orbi,ita respondendum est diuinis testimonijs. Verbũ breuiatum quod dñs faciet super terram,non minutionẽ deitatis in filio dei significat,sed dispensationem susceptæ carnis annuntiat,in quali dispensatione,nõ solum patre,hominis filium,sed etiam angelis,legimus minoratũ. Paulo attestante Apostolo: Eum autem(inquit)modice minus ab angelis minoratũ,videmus Iesum propter passionẽ mortis gloria & honore coronatum. Et infra: Propter quam causam nõ confunditur fratres eos vocare,dicens: Annuntiabo nomen tuũ fratribus meis,in medio ecclesiæ laudabo te. Et propheta inquit: Minorasti eum paulominus ab angelis,gloria & honore coronasti eum. Et vt verbum dei patris,breuiatũ in filio nõ esse, doceamus, hanc Esaiæ prophetæ volumine approbamus sentẽtiã. Nunqd abbreuiatus factus est sermo meus,aut ita paruus est,vt nõ possim redimere, aut nõ est in me virtus ad liberãdũ,dicit dñs oĩpotẽs. Et iteꝝ: Hęc dicit dñs oĩpotẽs. Nunqd abbreuiata est manus mea,vt saluare nõ possit? Aut nõ põt viuificare cor humiliũ,& spm̃ contritoꝝ? Et vt brachium patris,quæ manus est,filium esse doceret,intulit, dicens: Parauit dominus brachium sanctum suum in oculis omniũ gentium,& videbunt omnes fines terræ salutare eius. Nã & in nouissimo tempore hic sensus non inaniter poterit coaptari,in quo tempore dominus ex cœlesti aula,ac empyreo domicilio,pessimi dæmonis iam ferre dedignans tyrannidem,in creaturas suas crudelissime seuientẽ,plasmati condolens,ac suæ immensæ charitatis thesaurum reserare volens,in castissimæ virginis purissimum vterum,omnis thori virilis nescium,inenarrabili mysterio, pro redemptione nostra carnẽ suscipiens,aduenit,vt & illum,qui habebat mortis imperium,sua morte destrueret,& eos,quos in tenebris,& vmbra mortis, captiuos subegerat,virtutis suæ potẽtia in ipso paruo & exigui temporis spacio,liberaret. De hoc etiam exiguo tẽpore discipulos instruebat, dum eos in lucem (cum adhuc tempus haberẽt)incedere pręmonebat. Pueri(inquit)nouissima hora est, Dum lucẽ habetis, ambula-

Marginalia: as, iure | Esaiæ.56.d. | Hiere.2.b. | 1.Coꝝ.14.f | Psal.68 | Dist.45. Sane ꝑcussor. | Esaiæ.10.f & ad Ro.9.e | Heb.2.d | Ibidẽ.c. | Psalm.21. | Psal.8 | Esaiæ.50.a. | Esaiæ.59.a. | Esa.52.c | Heb.2.d | Iohan.12.c | Iohan.12.c

Margin letters: D | E | F

A ambulate in lucem, ne vos tenebræ comprehendant. Et in canonicis Apoſtolorum legitur epiſtolis: Filioli, nouiſſima hora eſt, quia multi pſeudoprophetæ exierunt in hunc mundũ. Et Paulus Apoſtolus: Tempus em̃ breue eſt. Et iterũ: Præterit em̃ figura huius mũdi. Et iterũ: Omnia hæc ad *correctionem noſtram facta ſunt, in quos fines ſeculorum obuenerunt. Nam dominus in ipſa oratione dominica breuiauit nobis ſermonem, dum nos a multiloquio prohibens, pauca loqui docuerit, quæ pertinent ad ſalutem. Cum oratis (inquit) nolite multum loqui. Et infra: Vos autem, cum oratis, dicite. Pater noſter, qui es in cœlis, &c. Non em̃ propheta filium dei in hoc capitulo minoratum deſignauit in verbo, quoniam ipſe in prophetis retro tempore loquebatur, qui etiam nunc per apoſtolos, & apoſtolicos viros, nouiſſimo tempore loquitur. Ego (inquit) qui loquebar in ſeruos meos prophetas, ecce aſſum. Et alius propheta. Sicut eſt ab initio vſq; in ſeculum, neque adiectum eſt ei, neq; minuetur illi, q̃niam ipſe eſt dominus creaturæ ſuæ. Ecce quale verbum breuiatum fecit dominus in orbe terrarum. Non, quia (vt illi putant) inferiorem patri intimaret hominibus filium, ſed quia nouiſſimum eius annuntiaret aduentũ. Si ergo (vt prædictum eſt) Aaron filij preſbyterorum figuram geſtabant, & Aaron ſummi ſacerdotis, id eſt, epiſcopi, Moyſes indubitanter Chriſti tenebat formam, quoniam fuit ſimilitudo mediatoris dei, qui eſt inter deum, & hominem Ieſus Chriſtus, qui eſt verus dux populorum, & verus princeps ſacerdotum, & dominus pontificum, cui eſt honor, & gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

B

[Marginalia: 1. Iohan. 2. c. — 1. Cor. 7. e — Inidẽ. f — 1. Cor. 10. c — al's, correptionem. — Matth. 6. b — Eſa. 52. b. — Ecci. 42. d. — Ecci. 36. c — 1. Timot. 2. b]

EPISTOLA EIVSDEM

ANACLETI PAPAE TERTIA. DE PAtriarchis & primatibus ac reliquis Epiſcopis, & q̃d eccleſia Romana, cardo & caput omniũ eccleſiarũ ſit.

C ANACLETVS Seruus Chriſti Ieſu, in apoſtolica ſede a domino conſtitutus, & a ſancto Petro Apoſtolorũ principe preſbyter ordinatus, omnibus Epiſcopis, ac reliquis Chriſti ſacerdotibus, ſalutem. Benedictus deus, & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpũali in cœleſtibus in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati, in cõſpectu eius in charitate, p̃deſtinans nos in adoptionem filiorũ per Ieſum Chriſtum in ipſum, ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ in laudem gloriæ gratiæ ſuæ, in qua *gratificatus eſt nobis in dilecto filio ſuo, in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius, remiſſionem peccatorum ſecundum diuitias gratiæ eius, quæ abundauit in nobis in omni ſapientia & prudentia, vt notum nobis faceret ſacramentum voluntatis ſuæ, ſecundum beneplacitũ eius, quod propoſuit in eo, in diſpenſatione plenitudinis temporum, inſtaurare om̃ia in Chriſto, quæ in cœlis & quæ in terra ſunt in ipſo. In quo etiã ſorte vocati ſumus, prædeſtinati ſecundum propoſitum eius, qui omnia operatur ſecundum *conſilium voluntatis ſuæ, vt ſimus nos in laudem gloriæ eius, qui ante ſperauimus in Chriſto. De primatibus, chariſſimi, ſuper quibus me quidam veſtrum conſuluerunt, & apoſtolicæ authoritatis (qua, licet indigni, domino diſpenſante, fungimur) decretum poſtulauerunt, aut ſi eſſe deberent, aut non, quãtum hactenus de his, a beato Petro apoſtolo, & a reliquis apoſtolis, ac a beato Clemẽte noſtro ſancto prædeceſſore, & martyre nouimus ſtatutum, denegare vobis minime poſſumus. Et quis eſt, qui quærentibus fratribus denegare poſſit dubitationes, vel neceſſitates eorum? Sacerdotum, fratres, ordo bipartitus eſt, &, ſicut dominus illũ conſtituit, a nullo debet perturbari. Scitis autem, a domino apoſtolos eſſe electos, & cõſtitutos, & poſtea per diuerſas pro-

[Marginalia: Ephe. 1. a. b. c. — al's, gratificauit nos — al's propoſitũ]

uintias ad prædicandum dispersos. Cum vero messis cœpisset crescere, videns paucos esse operarios, ad eorum adiumentũ septuaginta eligi præcepit discipulos. Episcopi vero domini Apostolorum, presbyteri quoque septuaginta discipulorum, locum tenent. Episcopi autem non in castellis, aut modicis ciuitatibus, debent constitui, sed presbyteri per castella, & modicas ciuitates, atque villas, debent ab Episcopis ordinari, & poni, singuli tamen per singulos titulos suos. Et Episcopus non ab vno, sed a pluribus debet episcopis ordinari, & (vt dictum est) non ad modicam ciuitatem, ne vilescat nomen episcopi, sed ad honorabilem vrbem titulandus & denominandus est. Presbyter vero ad quemcumque locum, vel ecclesiam in eo constitutam est præficiendus, atq; in ea diebus vitæ suæ duraturus. Amplius, quam isti duo ordines sacerdotum, nec nobis a deo collati sunt, nec apostoli docuerunt.

Lucæ.10.a

Dist.80. Epi non in

D

Episcoporum vero ordo vnus est, licet sint primates illi, qui primas ciuitates tenẽt, qui & in quibusdam locis patriarchæ a nonnullis vocantur. Illi autem, qui in metropoli a beato Petro apostolo, ordinante domino, & a prædecessore nostro prædicto sancto Clemente, seu a nobis, constituti sunt, non omnes primates, vel patriarchæ esse possunt, sed ille vrbes, quę præfatis, & priscis temporibus primatum tenuere, episcoporum, patriarcharum, aut primatuũ nomine fruantur, reliquæ vero metropoles archiepiscoporum, aut metropolitanorum, & non patriarcharum, aut primatuũ, vtantur nominibus, quia hæc eadẽ & leges seculi in suis continent principibus, aliæ autem primæ ciuitates, quas vobis conscriptas, in quodam tomo mittimus, a sanctis apostolis, & a beato Clemente, siue a nobis primates prædicatores acceperunt. Hęc vero sacrosancta Romana & apostolica ecclesia, non ab apostolis, sed ab ipso domino saluatore nostro primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super vniuersas ecclesias, ac totum Christiani populi gregem assecuta est, sicut ipse beato Petro apostolo dixit: Tu es Petrus & super hãc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum. Et quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunq; solueris super terram, erunt soluta & in cœlo. Adhibita est etiam societas in eadem Romana vrbe beatissimi apostoli Pauli vasis electionis, qui vno die, vno quoque tempore, gloriosa morte cum Petro, sub principe Nerone agonizans, coronatus est & ambo sanctam Romanam ecclesiam consecrarũt, aliisq; omnibus vrbibus, in vniuerso mundo eam sua præsentia, atque venerando triumpho, prætulerunt. Et licet pro omnibus assidua apud deum omnium sanctorum effundatur oratio, his tamen verbis Paulus beatissimus apostolus Romanis proprio chyrographo pollicetur, dicens: Testis enim mihi est deus, cui seruio in spiritu meo, in euangelio filij eius, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis.

E

Dist.22. Sacrosancta Romana. Et in decre. Iuo. lib. 4

Matth.16.c

Passio beatorum Petri & Pauli vno tẽpore & vno die scribitur facta.

Roma.j.b

F

Prima ergo sedes est, cœlesti beneficio Romanæ ecclesiæ, quam (vt memoratũ est) Beatissimi Petrus & Paulus, suo martyrio consecrarunt.

Et in decret. Iuo lib. 4.

Secunda autem sedes apud Alexandriam, beati Petri nomine, a Marco eius discipulo, atque euangelista consecrata est, quia ipse & in Aegypto primum verbum veritatis, directus a Petro, prædicauit, & gloriosum suscepit martyrium. Cui venerabilis successit *Abilius.

al's, Anianus, & post hunc Abilius

Tertia autem sedes apud Antiochiam eiusdem, id est, beati Petri Apostoli nomine habetur honorabilis, quia illic, priusquam Romam veniret, habitauit, & *Ignatiũ Episcopum constituit, & illic primum nomen Christianorum nouellæ gentis exortum est. Reliquas vero (vt prædiximus) in quodam tomo, prolixitatem vitantes epistolæ, vobis conscriptas, direximus. Inde namq; & beati Apostoli inter se statuerunt, vt episcopi singularum scirent gentium, quis inter eos primus esset, quatenus ad eum potior eorũ solicitudo pertineret. Nam & inter beatos apostolos quædã fuit discretio. Et licet oẽs *essent apostoli, Petro tamen a domino est concessum, & ipsi inter se idipsum voluerũt, vt reliquis oĩbus præesset apostolis, & Cęphas. i. caput & prin-

al's, Zachæũ, postea Euodium, post quẽ Ignatium.

Dist.22. Sacrosãncta Ro.

al's. pares eẽnt

A & principium, teneret apostolatus. Qui & eãdẽ formam suis successoribus, & reliqui apostoli, episcopis tenendam tradiderunt. Et non solum hoc in nouo testamento est constitutum, sed etiã in veteri fuit. Vnde scriptum est. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, id est, primi inter eos fuerunt. Et quamuis ita ordinatũ fuerit, nemo tamen, q̃d suũ est, quærat, sed q̃d alterius, Vnde ait beatus apostolus Paulus: Vnusquisq; placeat proximo suo in bonũ ad ædificationẽ, Et sicut ipse saluator suis ait discipulis: Qui maior est vestrũ, erit minister vester. Et reliqua. Et licet super his aliqua dicta fuerint, repetẽtes tamẽ sæpius, admonemus, vt semper in om̃ibus, & ab omnibus vitentur elationes mentis & corporis. Et quãto maior vnusquisq; videtur esse, tanto sit humilior, sicut dominus saluator noster non venit ministrari, sed ministrare. Et si frater aliquis p̃occupatus fuerit in aliquo delicto, vos, qui sp̃uales estis, instruite eum in sp̃ũ lenitatis. Si quæ vero causæ difficiliores inter vos ortæ fuerint, ad huius sanctæ sedis apicem eas, quasi ad caput, referte, vt apostolico terminent iudicio, quia sic dñm velle, ab eoq; ita constitum esse, antedictis testimonijs declaratur. Hæc vero apostolica sedes cardo, & caput (vt p̃tactum est) omniũ ecclesiarũ a dño, & nõ ab alio est cõstituta. Et sicut cardine ostiũ regitur, sic huius sanctæ sedis authoritate, oẽs ecclesiæ, dño disponente, regunt. Accusatores aũt, & testes esse nõ possunt, q ante hesternũ diem, aut nudiustertius inimici fuerũt, ne irati, nocere cupiãt, vel læsi, se vlcisci velint. Inoffensus igitur accusatorũ, & testium affectus quærendus est, & non suspectus. Causam em̃ vestrã alieno nolite committere iudicio. Valde em̃ iniquum est, vt omissis suis, alij quilibet aliorũ se causis immisceant, qm̃ nullis in locis sp̃ualis cura deficit, sed se per omnia, quocunq; nomen dei prędicatur, extendit. Studẽdum est omnibus, ne (vt sunt) æmulationes malæ, sed piæ sint inter vos dilectiões, qa in hoc vos oẽs dñi discipulos esse veros noueritis, si dilectionẽ habueritis ad inuicem. Ex omni ergo genere plurimos deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarũ, transferat in regnũ filij charitatis suæ, & de vasis iræ faciat vasa misericordiæ. Vnde nobis summopere studendũ est, vt cooperatores simus gratiæ dei, qa ad hoc vocati sumus, eiusq; familiari colloquio sociati, & sacerdotes sacrati, vt fructuosos illi manipulos reportemus, cooperante gratia eius. Necesse est enim, vt rectores a subditis timeantur, ab ipsisq; corrigantur, vt humana formidine peccare metuant, qui diuina iudicia non formidant. Deteriores quippe sunt, qui doctorũ vitam, moresq; corrumpunt, his, qui substantias aliorum, prediaq; diripiunt. Ipsi autem ea, quæ extra nos, licet nostra sint, auferunt, nostri quoq; detractores, & morum corruptores nostrorũ, C siue qui aduersus nos armantur, propriæ nosipsos decerpunt. Et ideo iuste infames sunt, & merito ab ecclesia extorres fiunt. Pro meritis ergo plebis sæpe pastores deprauantur ecclesiæ, vt procliuius corruant qui sequuntur. Capite videlicet languescente, facilius reliqua membra corporis inficiuntur, vt scriptum est. Omne caput languidum, & omne cor merens. A planta pedis vsq; ad verticem capitis non est in eo sanitas. Quapropter manifestum est, diabolũ (qui, sicut leo rugiens, circuit, quærens, quem possit deuorare) cordibus plebium suadere, vt doctores, atq; pastores suos detractionibus accusent, vt (plebibus languescentibus, vel mala agentibus, non tenentibus pastoribus frena eorum) lasciuiant, atque in ima ruant. Multum vero distant damna morum a damnis rerum tẽporalium, cum ista extra nos sint, illa vero in nobis. Sententia quoq; Cham filij Noe damnantur, qui suorum doctorũ, vel præpositorũ culpam produnt, ceu Cham, qui patris pudenda non operuit, sed magis deridenda monstrauit, Doctor autem, vel pastor ecclesiæ, si fide exorbitauerit, erit a fidelibus corrigendus, sed pro reprobis moribus magis est tolerandus q̃ distringendus, qa rectores ecclesiæ a deo iudicãdi sunt, sicut ait propheta: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat. Vnde oportet, vnumquemq; fidelem, si viderit, aut cognouerit, plebes aduersus pastorem suum tumescere, aut contra clerum detractionibus vacare, hoc vitium pro viribus extirpare, prudẽterq; corrigere satagat. Nec eis in quibuscunq; negotijs misceri, si incorrigibiles apparuerint, antequam suo reconcilientur doctori, præsumat, quoniam tam sacerdotes, q̃ reliqui fideles, omnes

Psalm. 98

Roma. 15. a
Matth. 20. d
Marci. 10. g

Matth. 20. d
Galat. 6. a.
Dist. 22. Sacrosancta Romana.

3. q. 5. Accusatores & testes Et in de. Iuo. lib. 4

Iohan. 13. d

6. q. 1. Deteriores sunt

Esa. 1. b
1. petri. 5. c

2. q. 7. Sententia Cham
Gene. 9. c
In decre. Iuo. lib. 4

Psal. 81

24. q. 3. Tam sacerdotes

summam curam habere debent de his, qui pereunt, quatenus eorum redargutione, aut corrigantur a peccatis, aut, si incorrigibiles apparuerint, ab ecclesia separentur. Ait ergo beatus princeps Apostolorum Petrus de sancto prædecessore nostro Clemente, plebibus prædicando, quando docebat eas, qualiter ei obedire deberent, eumq; obseruare, inter cætera ait. Si inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, vt ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse, sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius absque *communicatione obsecundare, & auertere vos ab eo, cui ipsum sentitis aduersum, sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, vt vnusquisq;, qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus præest, vt per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis præsidentis. Si vero quis amicus fuerit his, quibus ipse amicus non est, & loquutus fuerit his, quibus ipse non loquitur, vnus est & ipse ex illis, qui exterminare dei ecclesiã volunt. Et reliqua. His, alijsq; quamplurimis documentis, facile vnusquisq; aduertere potest, qualiter obedire, & obtẽperare debet prępositis suis, & qualiter circa eos agendum sit, quibus ipsi aut amici sunt, aut inimici. Si quis enim hæc pcepta non obseruauerit, hostis est animæ suę, & non tantum infamis, sed & excommunicatus, atq; alienus ab ecclesia efficiatur, quoniam necesse est, ea vitia ferro abscindere, quæ alijs medicaminibus non sanantur. Parcat vnusquisq; a laceratione, vel detractione linguæ suæ, caueatq;, ne aut linguam, aut aures, habeat prurientes, id est, ne aut alijs deroget, detrahatq; quibuscunq;, aut alios audiat derogantes, vel detrahentes, custodiatq; quisq; sermones suos, & sciat, quia, quicunq; de alijs loquitur, sua sententia iudicabitur. Caueat etiam omnis fidelis, ne derogando, quod in domo cuiusquam agitur, alia domus per eum cognoscat, sed omnium Christianorum domos, quasi proprias amet. Nemo enim inuito auditori libenter refert, sitq; vniuscuiusque studium, non solum oculos castos seruare, sed & linguam. Vos autem, charissimi, q estis sub domini disciplina constituti, sic vos exhibete, vt veri ministri, & dispensatores mysteriorum eius, vt nõ vituperetur ministerium vestrum, ne fiat in vobis, sicut scriptum est. Et erit sicut populus, sic sacerdos. Sic enim vos, vestrosq; & cunctos corrigite, vt nemini noceatis, quatenus & ab hominibus bonam acquiratis famam, & a deo mercedis præmium in æterna beatitudine percipere mereamini. Et si quid aduersi de vnitate ecclesiæ acciderit, radicitus amputet, vt dei ecclesia, fructusq; seruorum eius maneant inconcussa. Propter quod charissimi, expectantes satagite, immaculati ei inueniri in pace, & domini nostri Iesu Christi longanimitatem salutem arbitramini. Estote ergo prudentes atque vigilate in orationibus, ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem sine murmuratione. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Si quis loquitur, sicut sermones dei, si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat deus, vt in omnibus honorificetur deus per Iesum Christũ, cui est gloria, & imperium in secula seculorum, Amen.

In ep̃la prima Clemẽtis Papæ ad Iacobũ. & dist. 93. Si inimicus. & in dec. Fab. Papæ. al's, cõione vel, cõmonitione.

1. Cor. 4. a Esaiæ. 24. a

2. Petri. 3. d 1. Petri. 4. b. c

D E F

Ex decretis Anacleti Papæ.

Quare laici in accusatione Episcoporum non audiantur.

2. q. 7. Laici in epõrum.

¶ Laici in accusatione episcoporum audiendi non sunt, quia oppido eis quidam infesti sunt. Et indignũ est, vt ab eis accusentur, qui eorum grauitatẽ nolunt imitari.

Item ex eisdem.

Singulis annis apostolorum limina visitent Episcopi, qui ordinationibus apostolicis subiacent.

93. dist. Iuxta sanctorũ prm

Iuxta sanctorũ patrum, & canonum instituta, omnes episcopi, qui huius apostolicæ sedis ordinationi subiacent, & qui propinqui sunt, annue circa idus Maij sancto-

rum

A rum principũ Petri, & Pauli liminibus præſentent, omni occaſiõe ſepoſita. Qui vero de longinquo ſunt, iuxta chyrographum ſuum impleant. Qui autem huiuſmodi cõſtitutionis contemptor extiterit, præterquam ſi ægritudine fuerit detentus, ſciat, ſe canonicis ſubiacere ſententijs.

Et in dec. Zachariæ papæ

Finis decretorum Anacleti.

DECRETA EVARISTI PAPAE.

Ex libro Pontificali Damaſi papæ.

EVariſtus natiõe Gręcus, ex patre Iudæo nomine Iuda, de ciuitate Bethleem, ſedit annos nouẽ, mẽſes decẽ, dies duos. Fuit aũt temporibus Domitiani, & Neruę Traiani, a cõſolatu Valentis, & Veteris, vſq; ad Gallũ, & Braduã cõſules. Martyrio coronat. Hic titulos in vrbe Roma diuiſit preſ byteris. Et ſeptem diacones ordinauit, q cuſtodirẽt epm prædicantẽ propter ſtilum veritatis. Hic fecit ordinatiões * tres per mẽſem Decẽbrẽ, pſbyteros * ſex, Diacones * duos, Epos per diuerſa loca * qnq;. Qui etiã ſepultus eſt iuxta corpus beati Petri in Vaticano ſexto Kalẽdas Nouẽbres. Et ceſſauit epiſcopatus dies. xviij. Hęc ille. Verũ quo ad an B nos Euariſti papæ aliqua eſt inter ſcriptores differẽtia. Platina em̃ partim conſentiẽs Damaſo, in margine tñ per annotatiõis modũ annos decẽ ſcribit, & mẽſes ſeptẽ. Euſebius autem eccleſiaſticæ hiſtoriæ, libro quarto, capite primo, ſecus illius annos proſequitur. Eadem (inquit) tempeſtate Alexander Romæ, quũ octauum annum Euariſtus ſacerdotalis adminiſtrationis impleſſet, qnta ſucceſſione poſt Petrum atq; Paulum, plebis gubernacula ſortitus eſt. Porro Marianus Scotus Domitiani Imperatoris anno. xv. ad veritatem vero euãgelij. ci. ſecundum aũt Dionyſii cyclum. lxxix. Senecione & Palma Conſulibus, de eodem ait: Euariſtus papa tertius ſedit annis decẽ, menſibus duobus. Et iteũ idem, anno. vij. Vlpij Criniti Traiani, ad veritatem euãgelij. cxi. ſecundum Dionyſii cyclum. lxxxix. Gallo ac Bradua Conſulibus, decretalis (inqt) epiſtola Euariſti papæ data eſt, ſub qbus & paſſus eſt, ſecundũ geſta pontificum. Hęc Marianus. Lectio quoq; Romano breuiario inſerta, habet annos duodecim, cui Euſebius in Chronicis ſuis, necnon & Caſſiodorus cum Gregorio Haloandro in conſulum, quem deſcribunt, Catalogo, conſulibus inter Valentis, Veteriſq; ad Galli vſq;, & Braduæ conſulatum intermedijs, ad minus annos duodecim complentibus, concordant. Quocirca veritatis ſcrutatores concordiæ dictorum diligentius inſiſtant.

alias, iiij. alias, xvij alias. ix. alias, xv

C

PRIMA EPISTOLA EIVSDEM AD OMNES EPISCOpos Aphricanos.

DILECTISSIMIS Fratribus vniuerſis Aphricæ regionis epiſcopis Euariſtus. Conſulentibus vobis, fratres chariſſimi, quid ſuper his, quæ in veſtris continebantur ſcriptis, viſum nobis eſſet, vel quid docilis ratio perſuaderet, aut quid a beatis Apoſtolis nobis traditum, aut cuſtoditum, remaneret optantes (vt retuliſtis) noſtris inſtitui documentis, hæc vobis reſcribimus. Siquidẽ dilectio veſtra normam ſequuta prudẽtiũ, ad ſedẽ apoſtolicã referre maluit, quaſi ad caput, qd deberet de rebus dubijs cuſtodire, potius q̃ vſurpatiõe pſumere.

93.dist.Diaconi q̃ q̃si oculi

Diaconi (qui quasi oculi videntur esse episcopi) in vnaquaq; ciuitate, iuxta apostolorum constituta septem debent esse, qui custodiant episcopum prædicantem, ne aut ipse ab insidiatoribus quoquo modo infestetur, aut lædatur a suis, aut verba diuina detrahendo, aut insidiando, polluantur, vel despiciantur, sed veritas spirituali redolcat feruore, & pax prædicata labijs, animi cum voluntate cōcordet. Similiter custoditum & traditum habemus, vt vxor legitime viro iungatur. Aliter em̃ legitimũ (vt a patribus accepimus, & a sanctis Apostolis, eorumq; successoribus traditũ inuenimus) non fit coniugium, nisi ab his, qui super ipsam fœminã dominationẽ videtur habere, & a quibus custoditur, vxor petatur, & a parentibus propinquioribus sponsetur, & legibus dotetur, & suo tẽpore sacerdotaliter (vt mos est) cũ precibus & oblationibus, a sacerdote benedicatur, & a paranymphis (vt cōsuetudo docet) custodita & cōsociata a proximis, tẽpore cōgruo petita, legibus dotetur, & solenniter accipiatur, & biduo vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant, vt bonæ soboles generentur, & dño in actibus suis placeant. Taliter enim & dño placebũt, & filios nõ spurios, sed legitimos atq; hæreditabiles generabunt. Quapropter filij charissimi & merito illustres, fide catholica suffragante, ita peracta, legitima scitote esse cōnubia. Aliter vero præsumpta, nõ coniugia, sed aut adulteria, aut cõtubernia, aut stupra, vel fornicationes, potius q̃ legitima cōiugia esse non dubitate, nisi voluntas propria suffragata fuerit, & vota succurrerint legitima. Nam fructus diuinus est, pcepta diuina custodire. Ea quoq; deserere, præsumptionem fieri, nulli dubium est. Cur ergo indignũ est vnitatẽ ecclesiæ custodire? idemq; om̃es pariter & sentiamus, & pronuntiemus. Si enim aliter præsumpta fuerint, perdunt profecto ipsi transgressores seipsos, qui semetipsos decipiũt. Hæc cuncta recitanda per omnes ecclesias Aphricanas, scripta dirigite, & istis connectite, quas adiũximus literas præfectorum, vt de his, quæ inique laudantur (si quid tale probari poterit) iudicium fiat, & inhibita coerceãtur, & præterita mala & illicita coniugia, si doceantur admissa, digna sæueritate corripiantur. De cætero vero caueantur talia per omnes ecclesias, ne ecclesiæ sanctitas, per nostram fatigata negligentiam perdat priuilegia, quæ est per viros venerabiles consecuta. De his vero, quibus ab insidiatoribus fatigamini, vnde & nos cōsulere, & a nobis edoceri, inter cætera voluistis, eo quod sint quidam, qui arbitrantur, de patre solo dictum esse, quia ipse solus habet immortalitatem & lucem habitat inaccessibilem, ita eos apostolicis percutite ferulis, & diuinis redarguite præceptis. Non em̃ solus pater sine filio lucem inaccessibilem habitat, qa vbi pater est, ibi etiam filium esse indubitabili fide credẽdum est. Nã si solus pater sine filio (quod dicere nefas est) lucem habitat inaccessibilẽ, necesse est, vt sequestratam pater a filio habeat mãsionem. Quod si ita est, quonam modo idem filius, ad dexteram patris adstãs, a beato martyre Stephano dicitur conspici, si pater secundum eos solus dicit sedibus lucis cõtineri. Absit hoc a sensu fidelium, Christo in vnitate fidei adhærẽtium. Quoniã sicut non obest filio, cum solus dicit pater lucẽ inaccessibilem habitare, ita nõ obest patri, cum sapiẽtia, quæ est filius, dicit, gyrum cœli sola circuire. Pater itaque cum sit inuisibilis, & ingenitus, in se in filio visus, Apostoli testimonio comprobat, & in filio a se inenarrabiliter genito, mansisse ac requieuisse, monstratur, ipso filio in propheta loquente. Qui me genuit, requieuit in tabernaculo meo. Et in Euãgelio: Pater in me manens, facit opera hæc. Et, deum nemo vidit vnq̃, nisi vnigenitus filius, q est in sinu patris. Si em̃ in sinu patris erat filius ab initio, & ex corde patris verbum bonum eructatus est, quomodo non corde paterno consistens, lucem cum eodem inaccessibilem habitasse, credendus est? Nunqd pater absque vlla luce in filio potuit commanere, aut in tabernaculo filij sine eadem potuit requiescere, cum idem filius cãdor sit æternæ lucis, & speculum sine macula deitatis, quam Salomon super salutem suam dilexisse se dicit, in cuius speciem semper delectari gestiuit, super salutem & speciem (inqt) dilexi illã, & pro luce proposui habere eã, qm̃ inextinguibile est lumen eius. Hanc ergo Dauid propheta lucẽ desiderãs, anxius proclamat, dicens: Emitte lucem tuã & veritatem tuã. Et iterum: In lumine tuo videbimus lumen. In huius igit luminis claritate filius seipm in monte tribus disci-

pulis

Marginal notes:
- 32.q.5. Aliter legitimũ nõ Et in dec. Iuo. li. 6. vtinam iste sanctissim⁹ canon renouaret & tollãtur clãdestina illa m̃rimonia, q̃ inuitis parẽtib⁹ veneris cã cõtrahuntur.
- 3.q.5. Aliter legit. §. Ita pacta
- 1. Cor. 1. b
- 1. Timo. 6. c
- Acto. 7. g.
- Ecci. 24. a; Col. 1. b
- Ecci. 24. a; Iohan. 14. b; Iohan. 1. b; Psalm. 44
- Sapiæ. 7. d
- Sapiẽ. 7. b; Psal. 42; Psal. 35.

Section letters: D, E, F

A pulis præostendit. Qui metu mortis perterriti, proſtratiq; in faciem, ſibi vitæ finem adeſſe ſenſerũt. Hanc(inquã)lucem in ſe fuiſſe demonſtrãs filius, proclamabat, & vt in eadem incederent, diſcipulos præmonebat, dum lucem habetis (inqt)ambulate in luce. Et iterũ: Ego ſum lux huius mundi. Qui ſequit̃ me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ æternæ. Et Euãgeliſta: Erat lux vera(ait)quę illuminat omnem hoĩem venientem in hunc mundũ. Si hæc lux, quę credẽtibus promittit̃, in filio eſſe probat̃, & cum æterno æterna eſſe dicit̃, quomodo a vobis inacceſſibili luce patris filius ſeparat̃? Si eñ filius deus verus, & vita ęterna eſt, ſine dubio, in hac luce ſimul cum patre habitare credendus eſt, quã nullus modo noſtrum, in hoc mortali corpore conſtitutus, poteſt aliquatenus contueri. Sed dum apparuerit, tunc vere illum videbit, ſicuti eſt, qui eius conſpectibus fuerit dignus coaptari. Et non ſicut Moyſes, cæteriq; prophetæ p ænigmata & figurã, ſed ipſam veraciter in filio ſecũdũ Apoſtolũ cõtuebitur deitatis imaginem. Nã ſi hunc, eundemq;, prophetæ ſub teſtimonio, ſubſequẽte ſereno mentis intuitu, inueſtigare volueris, inuenies filium nõ poſſe ab hac luce patris penitus ſeparari. Qm̃ cum ſolum filiũ dixerit in terra cum hoĩbus conuerſatũ, patrem ab illo, non eſt credendũ, fieri alienum. Si teſtimonium eñ hoĩm accipimus, teſtimoniũ dei maius eſt. Qm̃ hoc eſt teſtimoniũ dei, quod maius eſt, qa teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui credit in filium dei, habet teſtimonium dei in ſe. Qui non credit * in filium, mendacẽ facit eum, quia nõ credit in teſtimoniũ, quod teſtificatus eſt deus de

B filio ſuo. Et hoc eſt teſtimonium, qm̃ vitã æternã dedit nobis deus, & hæc vita eſt in filio eius. Qui habet filium, habet vitã: qui non habet filiũ dei, nõ habet vitã. Hæc ſcribo vobis, vt ſciatis, qm̃ vitã habetis æternã, qui creditis in nomine filij dei. Et hæc eſt fiducia, quam habemus ad eum, quia quodcunq; petierimus ſecundum voluntatem eius, audit nos. Et ſi ſcimus, quia audit nos, quicquid petierimus, ſcimus, quoniam habemus petitiones, quas poſtulamus ab eo. Qui ſcit fratrem ſuum peccare, peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita, peccanti non ad mortem. Eſt peccatum ad mortem, non pro illo, dico, vt roget qs. Omnis iniquitas peccatum eſt, & eſt peccatũ ad mortem. Scimus, quia oĩs, qui natus eſt ex deo, non peccat, ſed generatio dei cõſeruat eum, & malignus non tangit eum. Scimus, quoniam ex deo ſumus, & mundus totus in maligno poſitus eſt. Et ſcimus, quoniã filius dei venit, & dedit nobis ſenſum vt cognoſcamus verum deum, & ſimus in vero filio eius. Hic eſt verus deus, & vita æterna. Hæc fratres, prædicate, hæc omnibus nuntiate. Vos vero inuicem exhortamini, perfecti eſtote, ſemperq; gaudete, pacem autem ſectamini in omnes, & deus

C pacis & dilectionis erit vobiſcum, Deo autem, & patri noſtro gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Matt.17.a, Marci.9.a, Lucæ.9.d, Iohan.12.e, Iohan.8.b, Iohan.1.a, 1.Iohan.3.a, 1.Cor.13.d, 1.Iohan.5.b, alias, deo vel filio, 2.Cor.13.d

EPISTOLA SECVNDA

EVARISTI PAPAE, QVOD CHRISTVS ſit caput, & ſponſus eccleſiæ, & qualiter ſacerdotes eccleſias ſuas, & eccleſię eorũ debeãt eos diligere.

EVariſtus vrbis Romę eps, oĩbus p Aegyptũ cõglutinatis, fratribus i dño ſalutẽ. Vnũ nos, frẽs, ſentire oportet, & agere, vt (ſicut legimus)in nobis vnũ cor, & vna aĩa eẽ probet̃. Scimus nãq;(ſicut a pr̃ibus accepimus)Chr̃m eſſe caput, cuius & mẽbra ſumus. Ipſe eñ ẽ ſpõſus & eccleſia ſpõſa, cuius filij nos ſumus. Et ideo vnũ pr̃em habemus deũ i cęlis. Sacerdotes vero vice Chr̃i legatiõe fungũt̃ in eccleſia. Et ſicut ei ſua cõiũcta eſt ſpõſa, i. eccleſia, ſic epi iũgunt̃ eccleſię, vnicuiq; pro portione ſua. Et ſicut vir nõ debet negligere vxorẽ ſuã, ſed diligere & ca-

Actor.4.f, Ephes.4.d

& caste custodire, sic epus & multomagis custodire, & amare, atq; prudenter regere, debet ecclesiã. Et velut vxor, quæ sub manu est viri, obedire debet viro suo, eumq; diligere & amare, potius ecclesia etiã epo suo in oĩbus obedire, eumq; diligere, & amare, vt aĩam suã debet, qa illud fit carnaliter, istud spũaliter. Et sicut vir non debet adulterare vxorẽ suã, ita nec epus ecclesiã suã, id est, vt illam dimittat, ad quã sacratus est, absq; ineuitabibili necessitate, aut apostolica, vel regulari mutatione, nec alteri se ambitus causa coniungat. Et sicut vxori non licet dimittere virum suum, vt alteri se (viuẽte eo) matrimonio societ, aut eum adulteret, licet fornicatus sit vir eius, sed iuxta Apostolum aut viro suo reconciliari debet, aut manere innupta, ita ecclesiæ non licet, dimittere, aut ab ea segregare episcopum suum, vt alterum (viuente eo) accipiat, sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat, id est, ne alterum episcopum (suo viuẽte) accipiat, * vt fornicationis, aut adulterij crimẽ incurrat. Nam si adulterata fuerit, id est, si se alteri episcopo iunxerit, aut super se alterum episcopum adduxerit, aut esse fecerit, vel desiderauerit, per acerrimã pœnitentiã, aut suo reconciliet epo, aut innupta permaneat. Vnde & dñs loquitur in euãgelio, dicens, si quis viderit mulierem, ad concupiscendũ eam, iam mœchatus est eã in corde suo. Episcopum vero oportet opportune & importune atq; sine intermissione ecclesiã suã docere, eamq; prudenter regere, & amare, vt a vitijs se abstineat, & salutem consequi possit æternã. Et illa cum tanta reuerentia eius doctrinã debet suscipere, eumq; amare, & diligere, vt legatum dei, & preconem veritatis, quia (testãte veritate) quæcunq; ligauerit super terrã, erunt ligata & in cœlo, & quæcuuq; soluerit super terrã, erunt soluta & in cœlo. Nimis timenda est, fratres, hæc sententia, & præuidendum vobis, ne offendatis eos, qui tantã a dño habent potestatem. Et ideo potius obediendi, diligendi, & summopere verierãdi sunt, non detrahendi, vel lacerãdi, aut eijciendi, sed portãdi, & amãdi ipso dicente dño: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Ideo hæc vobis, & oĩbus fidelibus scribimus, fratres, vt ab his vos caueatis, & posteris vestris non malum, sed bonum exemplum relinquatis, qm̃ iniuria eporum ad Christum pertinet, cuius vice fungũtur. Audiuimus em̃, quosdam a vobis infamatos, & dilaceratos epos, ac e ciuitatibus proprijs pulsos, quia alibi epi constitui non possunt, nisi in ciuitatibus non minimis, & alios in eis, ipsis viuentibus, cõstitutos. Ideo hæc vobis scribimus, vt sciatis, hoc fieri nõ licere, sed proprios reuocari, & integerrime restitui debere. Illos vero, qui adulterina fœditate sponsas suas, quas & vxores eorum (prefixo tenore) esse intelligimus, tenẽt, eijci, & adulteros, atq; infames, fieri, eosq; ab ecclesiasticis honoribus arceri, iubemus. Si autem aduersus eos aliquã querelã habueritis, his peractis, inquirendum erit, & authoritate huius sanctæ sedis terminãdum. Et ne omnia nunc singillatim dicam, omne bonum ipsa per se (si in vobis fuerit) charitas facere vos docebit, sicut & econtrario eos, qui a salute alieni sunt, omne malum facere, odium docet. Vnde & vos, qui veri dei estis discipuli, abijcite a cordibus vestris ante oĩa discordias, & animorum dissensiones, ex quibus omne opus malum procedit, & benignitatem, ac simplicitatem, tota mente seruate. Veruntamen scitote cuncti, quod supra omnes vos laboret epus, qa vnusqsq; vestrum suum proprium fert laborem, ille vero & suum, & singulorum. Et ideo sicut ille pro vobis oĩbus, ita & vos omnes summopere laborare pro eo debetis, intãtum, vt (si etiã necesse fuerit) animas vestras pro eo ponatis, sicut & ipse animã suã pro vobis (si necesse fuerit) ponere debet, ipso dicente saluatore: Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Vos vero obedite eis, & vigilate pro eis, quia ipsi pro vobis vigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & nõ gemẽtes. Nõ est itaq; a plebe, aut vulgaribus hoĩbus arguẽdus, vel accusandus epus, licet sit inordinatus, quia pro meritis subditorum, disponit a deo vitare ctorum. Exemplo Dauid peccantis, ad comparationem principum, qui ex merito plebis præuaricantur. Sacerdotes enim exquirere debent peccata populorum, & sagaci solicitudine vnumquemque probare, iuxta testimonium domini ad Hieremiam loquentis, Probatorem (inquit) dedi te populo meo robustum, * vt scias, & probabis viã eorũ. Ideo ista dico, quia insidiator bona sæpissime solet cõuertere in malũ, & in

Marginal notes: 7.q.j. Sicut vir non. — 1.Cor.7.b — alias, ne. — Math.5.d. — 2.Timot.4 — 7.q.j. Sicut vir § Epm vero. Et ĩ epl'a.1. Clemẽtis ad Iacobum — Matt.16.c — Lucæ.10.c — 3.q.2. Audiuimus quosdã. Et in epl'a prima Clemẽtis ad Iacobum. — Iohan.10.b — 2.q.7. Nõ ẽ a Et in decre. Iuo.lib.4 — Hiere.6.g. als, & scies

D E F

A & in electis ponit maculã. Vnde si qui sunt vituperatores, aut accusatores, Episcoporum, vel reliquorum sacerdotum, nõ oportet eos a iudicibus ecclesiæ audiri, anteq̃ eorum discutiatur æstimationis suspitio, vel opinio, qua intẽtione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua cõscientia, quo ve merito, si pro deo, aut pro vana gloria, aut inimicitia, vel odio, aut cupiditate, ista sumpserint, nec ne. Hæc omnia fideliter sunt perscrutãda, & diligẽter pertractanda. Nam sunt nõnulli, q præpositos suos peruerse reprehendũt, si vel parum ipsis molesti extiterint. Idcirco recto oculo primatibus ecclesiarum præuidendũ est, ne quisquã eorum innocẽs vexetur, aut scandalizetur, intendẽtibus sententiæ dñi, qua ait: Si quis scandalizauerit vnũ de pusillis istis, melius est illi. vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundũ maris. Et reliqua. Deus aũt omnipotens, vt nos a præcipitatæ sentẽtiæ prolatione cõpesceret (cũ omnia nuda & aperta sint oculis eius) mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare, priusquã manifeste agnosceret, quæ dicebãtur, Vnde ipse ait: Descendam, & videbo, vtrum clamorẽ, qui venit ad me, opere cõpleuerint, an nõ est ita, vt sciam. Deus omnipotens (cui nihil absconditum est, sed omnia ei manifesta sunt, etiam antequã fiant) non ob aliud hæc, & alia multa (quæ hic, prolixitatem vitantes, nõ inseruimus) per se inquirere dignatus est, nisi vt nobis exemplũ daret, ne p̃cipites in discutiendis & iudicandis, negotiis essemus, & ne mala quorundã prius quisquam præsumat cre
B dere, q̃ probare. Cuius exẽplo monemur, ne ad proferendã sententiã vnq̃ præcipites simus, aut temere, indiligenterq́; indiscussa quæq́; quoquo modo iudicemus, dicente veritatis voce. Nolite iudicare, vt non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Et reliqua. Nã mala audita nullũ moueãt, nec passim dicta, absq; certa probatione, quisquã vnquã credat, sed ante audita diligenter inquirat, ne præcipitando, quicq̃ aliquis agat. Si em̃ dñs omniũ, Sodomorum mala, quorum clamor ad cœlũ vsq; peruenerat, omnia sciens, prius nec credere, nec iudicare voluit, quã ipse ea cũ fidelibus testibus diligenter inuestigans, quæ audierat, & opere veraciter cognosceret, multo magis nos humani & p̃ctõres hoĩes, quibus incognita sunt occulta iudicia dei, & hæc p̃cauere, & nullũ ante veram, iustãq; probationem iudicare, aut dãnare debemus, manifeste apostolo dicẽte Paulo, qui ait: Tu, quis es, qui iudicas seruum alienũ? Suo em̃ dño stat, aut cadit, Vnde & p prophetã Dauid dñs loquit, dicẽs: Nolite exaltare in excelsum cornu vestrũ, loquẽtes in ceruice veteri, qa neq; ab oriente, neq; occidente, neq; a solitudine montium, sed deus iudex hunc humiliabit, & hũc exaltabit, quia calix in manu dñi ex vino *meraco ad plenũ mixtus, & propinabit ex eo. Verũtamẽ fœces eius potabũt, bibẽtes oẽs impii terræ. Ego aũt annũ
C tiabo in sempiternũ, psallã deo Iacob. Et alibi idẽ ait propheta: Ab increpatione tua deus Iacob cõsopitus est & currus, & equus. Tu terribilis es, & quis stabit aduersum te? Ex tunc ira tua. De cœlo auditũ fecisti iudiciũ, terra timẽs, tacebit, cũ surrexerit ad iudicandũ deus, vt saluos faceret omnes mites terræ. Et Apostolus ait: Mihi vindictam, ego retribuam. Et alibi inqt idem Apostolus: Sufficit vnicuiq; obiurgatio, quę fit a pluribus, ita vt magis donetis, & cõsolemini, ne forte habundãtiori tristitia absorbeatur is, qui in angustia est. Propter quod obsecro vos, vt cõfirmetis in *illo charitatem. Et dñs in Euãgelio ait: Diliges dñm deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & proximũ tuũ sicut teipsum. Dilectio enim proximi malũ nõ operatur. Propter q̃d, iuxta apostolũ, inexcusabilis es, o homo omnis, qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipsum cõdemnas, eadem agens, quæ iudicas. Scimus enim, quoniam iudicium dei est secundũ veritatẽ in eos, qui talia agunt. Existimas autem hoc, o homo omnis, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras, quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit. Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi irã in die iræ, & reuelationis iusti iudicii dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius. His quidem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem, quærentibus vitam æternam. His autem, qui ex contentione, & qui non aquiescũt

2.q.7. Si qui sunt. Et in decre. luo.li.4.
2.q 7. Sũt nõ nulli qui
Matth 18.a
2.qst.1 Deus oĩpotens, vt Et in dec. luo lib.4.
Hebr. 4.d
Gene.18.c.
Matth.7.a.
30.q 5. Nullum ante
30.q.5. Nullum ante
Roma.14.a.
Psal.74.
als, meratio.
Psal.75
Roma.12.d.
2.Cor. 2.b
Matth.22 d.
Roma.13.c.
Roma. 2.a
Matth.16.d

acquiescunt veritati, credunt aũt iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & angustia, in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primũ & Græci. Gloria autem & honor, & pax omni operanti bonum. Et alibi idem ait apostolus, Causati eñ sumus, omnes sub peccato esse, sicut scriptum est, quia non est iustus quisquam, nõ est intelligens, non est requirens deum. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labijs eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerũt, & non est timor dei ante oculos eorum. Scimus autem, quoniam quæcũq; lex loquitur, his, q in lege sunt, loquitur, vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mũdus deo, q̃niam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legẽ eñ cognitio peccati. Nũc autem sine lege iustitia dei manifestata est, testificata a lege & prophetis. Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes, q credunt. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quẽ proposuit deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum, in sustentationem dei ad ostentionem iustitiæ eius in hoc tempore, vt sit ipẽ iustus, & iustificans eum, q ex fide est Iesu Christi. Item idẽ. Quis accusabit aduersus electos dei? Deus q iustificat, quis est, qui condemnet? Christus Iesus q mortuus est, imo qui & resurrexerit, q est ad dexteram dei, q etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit a charitate Christi, tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculũ, an gladius? Sicut scriptum est. Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. Certus sum enim, qa neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia poterit nos separare a charitate dei, quę est in Christo Iesu domino nostro. Debemus autem nos, vt ait idem apostolus, firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisq; * vestrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est. Improperia improperantium tibi ceciderunt sup me. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & deus totius consolationis, q consolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus, & ipsi consolari eos, q in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur ipi a deo. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat cõsolatio nostra. Siue autem tribulamur pro vestra exhortatione & salute, siue exhortamur pro vestra exhortatione, quæ operatur in vobis tolerantiam earundem passionum, quas & nos patimur, & spes nostra firma est pro vobis, scientes, q̃niam sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis. Fidelis autem deus, qui nõ patietur vos tentari super id, quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt possitis sustinere. Propter quod, charissimi, sectamini charitatem, & æmulamini meliora & spiritualia, & adiuuate vos inuicem, vt deo semper in omnibus placere valeatis. Deus autem pacis sit cũ omnibus vobis. Amẽ. Data Kaleñ. Nouembris, Gallo, & Bradua. Viris clarissimis consſ.

Roma. 3. b. c
Psal. 13.
Roma. 3. c
Roma. 8. f.
Psal. 43.
Roma. 15. a.
al's, nostrum.
Psal. 68
2. Cor. 1. a
1. Cor. 10. c
1. Cor. 14. a

D E F

Ex decretis Euaristi Papæ, secundũ codicem librorũ. v. libro. v. cap. viij.
Tamen secundũ dec. Gratiani est cõstitutio Igini Papæ.

Vt sine missa ecclesia dedicari nõ debeat.

¶ Omnes basilicæ cum missa semper debent consecrari, altaria vero placuit nõ solum vnctione chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictiõe sacrari. Si vero altaria nõ fuerint lapidea, ad celebranda diuina officia non consecrentur. Vbi etiam ecclesia est, de cuius

A de cuius ambigitur consecratione, a vicinis presbyteris, & parochianis fideliter requiratur. Hi ergo cum cæteris omnibus in synodali Concilio ab Episcopo pro suo sunt contestandi sacerdotio, si illorum temporibus, vel antecessorum suorum, sciant ecclesiæ illius dedicationẽ, die, vel officio vnquam fuisse celebrem. Quod si affirmando in hoc concordant, non fiat iniuria ecclesiæ legitimæ, vel suo defensori. Sinautem, in arbitrio sit Episcopi, claudere seu aperire eam.

Finis decretorum Euaristi Papæ.

INCIPIVNT DECRETA
ALEXANDRI PAPAE PRIMI.

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

ALexander natione Romanus, ex patre Alexandro, de regione Caput tauri, sedit annos. x. menses. vij. dies. ij. Fuit aũt temporibus Traiani, vsq; ad He* lianum & Veterem Consules. Hic passionẽ dñi miscuit in precatione sacerdotum, quando missæ celebrantur. Martyrio coronat̃, & cum eo Euentius presbyter & Theodolus diaconus. Hic constituit aquã aspersionis cũ sale benedici in habitaculis hominũ. Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, presbyteros sex, diacones duos, Episcopos per diuersa loca quinq;. Qui & sepultus est via Numentana, vbi decollatus est, ab vrbe Roma nõ longe, miliario. vij. quinto Nonas Maias. Et cessauit episcopatus dies. *xxv. Hæc Damasus. B De eodem autẽ Alexandro ita scribit Eusebius ecclesiast. hist. lib. iiij. cap. iiij. Tertio aũt eiusdẽ (scilicet Traiani) principatus anno, Alexander Eps Romanæ vbis sacerdotiũ, simul & vitã finiuit, decennio expleto. Hæc ibi. Et Marianus Scotus, anno Vlpij Criniti Traiani nono, & iuxta Euangelij veritatem. cxiij. secundũ vero cyclũ Dionysij. xci. Crispino secundo & Soleno Consulibus. Alexander Papa quartus post Petrũ, annis. x. mẽsibus. v. Et idem de eodem scribit, anno Vlpij Criniti Traiani. xix. & ad veritatem Euãgelij. cxxiij. secundũ cyclum Dionysij. ci. Adriano secundo & Rustico Consulibus. Alexandri Papæ passio, quinto Nonas Maij, Romæ via Numentana, ab vrbe miliario. vij. cũ Euentio & Theodolo presbyteris, sub Traiano Imperatore, iudice Aureliano decollat̃. Siquidem Hadrianus adhuc non imperabat. Et in martyrologio legitur: Alexander Papa constituit aquam aspersionis cum sale benedicto in habitaculis hominum spargi.

*al's. xxxv.

C

INCIPIT EPISTOLA
EIVSDEM DECRETALIS PRIMA, AD OMNES ORthodoxos, de sacerdotibus nõ vexandis, nec scriptis ab eis p metũ, aut aliquã fraudẽ exigendis, & de passione dñi in cõsecratione corporis Christi miscẽda, & de aqua cũ sale populis bñdicenda, & de fide sanctæ trinitatis.

ALEXANDER Episcopus, omnibus orthodoxis per diuersas prouincias Christo dño famulantibus. Cogitantibus nobis metũ diuini iudicij, fratres charissimi, & post vitam hanc vnũquemq;, prout gesserit, recepturũ, quid veniat in querelam, tacere non licuit, sed nobis, vobis loqui, necessitas imperauit, dicente propheta: Exalta vt tuba vocẽ tuã. Et cui omnium ecclesiarũ commissa est cura, si dissimulem, audiam, dño dicente, Reiecistis mandatũ dei, vt statuatis traditiones vestras. Quid enĩ aliud est reijcere mandatũ dei, q̃ priuato

Esaiæ. 58. a

Matth. 15. a & Marci. 7. b

priuato consilio, iudicio humano, nouis rebus constituendis liberius delectari. Vnde & alibi scriptũ est: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Terminos indubitanter transgreditur, qui statuta patrum postponit, atq; confundit. Peruenit nanq; ad conscientiã apostolicæ sedis, q͏ nõnulli sunt tã stolidi, qui dominica p̃cepta, & apostolorũ, eorũq; successorũ statuta minime obseruant, & eos, de quibus dñs ait, qui vos tangit, tangit pupillã oculi mei, non solũ tangere minime dubitãt, sed etiam persequi non formidant. Et licet nos persequanť, quia nec nos sine illis, nec illos sine nobis persequi possunt, qm̃ illius sumus discipuli, qui animas pro fratribus p̃cepit ponere, tamen eis pericula, & perditiones eorũ non sumus ausi cælare, ne prophetica (quod absit) damnemur sententia, quæ ait: Si annuntiaueris iniquo iniquitatẽ suam, animã tuam liberasti. Si aũt non annuntiaueris ei, sanguinẽ eius de manu tua requiram. Est etiam & hoc ad hanc sanctã sedem perlatũ (quod pudet dicere) & nõ solum sacerdotali, sed etiã omni Christiano nomini est inimicũ, id est, quod * nõnullos Epos vel sacerdotes, aut metu cõpellunt, aut vi extorquent, aut fraude decipiunt, aliquas confessionis suæ in alterã partem q̃ debeant, aut pro suarũ non requisitione * rerum, aut (quod deterius est) alieni erroris secta scripturas facere, & proprijs manibus roborare, & coram populis recitare, atq; confiteri. Aliquos dicunt carceribus & ergastulis recludi, vt saltem his territi insidijs, deuient dñi sacerdotes, & suis faueant * volũtatibus. Relatum insup est ad huius sanctæ & apostolicæ sedis apicem, cui summarũ dispositiones causarũ, & omnium negotia ecclesiarum ab ipso dño tradita sunt, quasi ad caput, ipso dicẽte principi apostolorum Petro: Tu es Petrus, & sup hanc petram ecclesiam meã ædificabo, q͞d quidã æmuli Christi, eiusq; sanctæ ecclesiæ insidiatores, sacerdotes dei ad iudices publicos accusare p̃sumant, quum magis Apostolus Christianorũ causas ad ecclesias deferri, & ibidem terminari p̃cipiat. Taliter p̃uaricantes, p̃uaricati sunt in deum suũ, & non obediunt p̃ceptis eius. De quibus dñs per prophetam Osee loquiť, dicens: Quasi vaccæ lasciuientes declinauerunt, & dilexerunt afferre ignominiã protectoribus suis. Et idem, Væ eis, qm̃ recesserunt a me, Vastabunť, quia p̃uaricati sunt in me. Et ego redemi eos, & ipsi loquuti sunt cõtra me mendacia. Et non clamauerunt ad me in corde suo, sed vlulabãt in cubilibus suis. Sup triticum, & vinum ruminabãt, & recesserunt a me. Et ego erudiui, & confortaui brachia eorum, & in me cogitauerunt malitiam. Reuersi sunt, vt essent absq; iugo, facti sunt quasi arcus dolosus. Abijciet eos dñs (ait idẽ propheta) q͞a non audierunt eũ, & erunt vagi in nationibus. De his em̃ clericis, vel laicis, qui Epos, vel reliquos sacerdotes, prius tã ad primates eorũ, q̃ ad reliquos accusant iudices, q̃ auribus eorũ, a quibus se læsos æstimant, inculcẽt, vt ab eis, aut ius suũ, aut iustã recipiant apologiã, Item p eundẽ ait dñs prophetã: Audi domus Israel, & domus regis ausculta, & attendite sacerdotes, quia vobis iudicium est, Quoniã laqueus facti estis speculationi, & rete expansum super Thabor. Victimasq; declinastis in profundum. Et ego eruditor oĩm vestrum. Et alibi, Omnes calefacti estis quasi clibanus, q͞a deuoratis iudices vestros. Ipsi autem declinant victimas dñi in profundum, qui eos deuorãt, vel iniuste lacerant, q͞a oculi dñi dicuntur. Nã si modo quisq̃ principis secularis oculos laceraret, aut amoueret, esset reus criminis maiestatis, an non? Profecto aut morti traderet̃, aut perpetua notaret̃ infamia. Si pro seculi potestatibus talia ab hoĩbus fiunt, quid pro his fieri putatis, de q͞bus dñs ait, Qui vos tangit, tangit pupillã oculi mei. Proculdubio hi, qui eos persequunť, & amouere nitunť iniuste contra apostolicã authoritatem, & si a morte prohibentur, dicente dño, Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat, perpetua tamen notantur infamia, & exilio digni iudicantur finitimo. De quibus a temporibus apostolorum, & infra, ista tenemus, atq; decreta habemus, eorum accusandi Episcopos, vel testificandi in eos, vocẽ obstruimus, quos non humanis, sed diuinis actibus, mortuos esse scimus. De quibus dñs loquitur per eundem prophetam, Calumniam patiens Ephraim fractus est iudicio, quoniam cœpit abire post sordẽ. Et ego quasi tinea Ephraim, & quasi putredo domui Iuda. Et vidit Ephraim languorem suum, & Iudas vinculum suum. Et abijt Ephraim ad Assur, & misit ad regem vltorẽ. Et ipse non

Marginalia: Prouer. 22. d & Deut. 19. c — Zacha. 2. c — Iohan. 15. d — Ezech. 3 c — 15. q. 6. Si qñ q̃ a sacer. — al's, nõnulli, — al's, causarũ — al's, voluptatibus — 11. q 1. Relatũ est — Matth. 16. c — 1. Corĩ. 6. a — Osee. 4. d — Osee. 7. d — Osee. 9. d — Osee. 5. a — Osee. 7. b — Zach. 2. c — Ibidem. — 3. q. 4. Hi qui episcopos — Ezech. 18. g — Osee. 5. c

D E F

A non poterit sanare vos, nec soluere poterit a vobis vinculum. Qui em̄ sacrilega persequunt̄ persuasione, & lacerare nitunt̄ Epos, vel eos, qui dn̄o recte sacrificāt, indubitanter eum persequunt̄, & dilaniant, cuius vice fungunt̄. Vnde ait dn̄s per Iohel prophetā: Nunquid vltionē reddidistis mihi? Et si vlciscimini vos contra me, cito velociter reddā vicissitudinē vobis sup caput vestrū. Et per Osee prophetam dn̄s inquit: Quis sapiens, & intelliget ista, intelligens, & sciet ea. Quia rectæ viæ dn̄i, & iusti ambulabunt in eis, p̄uaricatores vero corruent in eis. Et ipsa p se veritas ait: Qui vos audit, me audit, & q vos spernit, me spernit. His, & alijs fulti q̄ plurimis dominicis p̄ceptis, vitantes hominū perditiones, cum oībus huius sanctæ sedis, quam dn̄s caput totius ecclesiæ cōstituit, membris, talia fieri prohibemus, ne confundat̄ populus dn̄i in æternum. Nam & a p̄decessoribus nostris inhibitū legimus, vt nemo cōtristet doctores, neq; accusationē aduersus eos suscipiat. Ipse nanq; apostolo℞ princeps in ordinatione beati Clementis populum instruens, ait: Quicunq; contristauerit doctorem veritatis, peccat in Christum, & patrem omnium exacerbat deum, propter quod & vita carebit. Et doctor gentium inquit: Si p̄occupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos q spirituales estis, sustentate illum in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Has considerantes pietates, & pericula vitantes anima℞, vna cum omnibus dn̄i sacerdotibus, qui nobiscum in hanc sacram cōuenerunt vrbem, & cum omnibus huius capitis membris, sicut

B a beatis apostolis, & a reliquis sanctis patribus, & a successoribus eorum accepimus, statuentes, decernimus, omnes, qui sanctos patres persequunt̄, aut amouere, vel dilacerare manifeste nituntur, infames esse, & alienos a liminibus ecclesiæ vsq; ad satisfactionem fieri, quia sic odit deus eos, qui aduersus patres armant̄, vt patrum inuasores, vel destructores. Qui ideo infames efficiuntur, quia patres persequunt̄. Quod si nec loqui eis licet, quibus doctores summi (quos Epos vocamus) propter eorum scelera aduersantur, quanto magis eis, qui eos infestant, nec consentiendum est, nec loquendum, ne participes eorum inueniantur sceleribus, quia non solum qui faciunt, sed qui cōsentiunt facientibus, rei sunt. Vnde & beatus princeps apostolo℞ Petrus in ordinatione sancti p̄decessoris nostri Clementis instruens clerū & populū, ait: Si inimicus fuerit Clemens alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, vt ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse, sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius absq; * cōmunicatione obsecundare, & auertere vos ab eo, cui ipsum sentitis aduersum, sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, vt vnusquisq;, qui in culpa est, dum omnium vestrū cupit amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus præest, vt per hoc redeat ad salutem, quū obedire cœperit monitis p̄sidētis. Si vero quis

C amicus fuerit his, quibus ipse amicus non est, & loquutus fuerit his, quibus ipse non loquitur, vnus est & ipse ex illis, qui exterminare ecclesiam dei volunt. Et quū corpore vobiscum esse videatur, mente & animo contra vos est. Et est multo nequior hostis hic, q̄ illi, qui foris sunt, & euidenter inimici sunt. Hic em̄ per amicitia℞ speciē, quæ inimica sunt, gerit, & ecclesiam dispergit, ac vastat. Similiter si huiusmodi personis quædā scripturæ quoquo modo p metum, aut fraudē, aut p vim extortę fuerint, vel vt se liberare possint, quocunq; ab eis conscriptæ, vel roboratæ fuerint ingenio, ad nullū eis præiudiciū, aut nocumentū * peruenire censemus, neq; vllam eis infamiā vel calumniā, aut a suis sequestrationē bonis, vnquā authore deo, & sanctis apostolis, eorumq; successoribus sustinere permittimus. Confessio vero in talibus non cōpulsa, sed spontanea fieri debet, ipso attestante, qui ait: Ex corde em̄ procedunt homicidia, adulteria, fornicationes, blasphemiæ, & cætera, quæ sunt ad hęc pertinentia. Nec tantum attendenda sunt, q̄ fiunt, quantū, quo animo fiant, quo℞ exempla si om̄ia scribere cœperimus, ante dies, q̄ exempla deficient. Vnde & illud est, ꝙ dn̄s ad munera Abel respexit, & nō ad Cain, quia magis intendit ad offerentis animum, q̄ ad ea, quę offeruntur. Inde & dn̄s per prophetam inquit: Dn̄s scit cogitationes hominū. Et p Osee ait: In gutture tuo sit tuba, quasi aquila super domum dn̄i, & reliqua. Et dn̄s inquit in Euangelio: Tu aūt quum oraueris, intra cubiculum tuum, & clauso ostio ora

Iohelis. 3. a
Osee. 14. d
Lucæ. 10. c
Et habet̄ circa initiū ep̄læ Clementis ad Iacobum
Galat. 6. a
Roma. 1. d
In p̄ria ipsius Clemētis epistola, & i ep̄la Anacleti papę, & sił̄r Fabiani papæ,
alias, commonitione
15. q. 6. Si qn̄ ꝗ a sac. Et in dec. Iuo. lib. 4
al's, p̄uenire.
15. q. 6. Si qn̄ ꝗ a sa. in fine
Mat. 15. b
Gene. 4. a
Psal. 93
Osee. 8, a
Matth. 6, a

15 q 6 Si qñ cp a sacer. Roman.10.b.

patrem tuum. Omnis em̃ confessio, quæ fit ex necessitate, fides non est. Et Apostolus ait: Corde em̃ creditur ad iustitiam, ore autẽ confessio fit ad salutem. Amplius autem respicit deus ad cogitatiões, & spontaneas voluntates, q̃ ad actus, qui per simplicitatem, aut per necessitatẽ fiũt. Confessio ergo in talibus nõ extorqueri debet, sed potius spõte profiteri. Pessimũ est em̃ de suspitione, aut extorta confessione, quenq̃ iudicare, cũ magis inspector cordis sit dñs, q̃ operis, & potius requirit dñs cogitationes puras, & voluntates bonas, q̃ labia mẽdacia. Vnde & dñs per prophetã loquens, ait: Populus iste labijs me honorat, cor autẽ eorũ longe est a me. Peius malum fore nõ æstimo, q̃ Chrianos suis inuidere sacerdotibus. Nouit em̃ dñs, qui sunt eius. Non potest autem humano cõdemnari examine, quem deus suo reseruauit iudicio. Si oĩa nanq; in hoc seculo vindicata essent, locum diuina nõ haberent iudicia. Quod autẽ ad alios iudices prius nõ debeat, q̃ ad sacerdotes, vel * auditores ecclesiæ accusari, ita a tempore Apostolorũ, & infra obseruatum, & diffinitum inuenimus. Siquis ergo epm vel actores ecclesiæ, quamlibet querelã, aut actionem iuste se habere crediderit, ipse redemptoris sui (cuius actio nostra est institutio) viarũ nõ immemor, sed sectator egregius, qui cum malediceret nõ remaledicebat, sed tanq̃ ouis corã tondẽte se obmutuit, ac pro suis persecutoribus in cruce pendens, apud patrem intercessit, nõ prius primates, aut alios iudices adeat, q̃ ipsos, a quibus se læsum æstimat, cõueniat familiariter, & non semel, sed sæpissime, vt ab eis aut suã iustitiã accipiat, aut iustã excusationem. Boni nempe, & vere Christiani hoĩs est, rem ipsam oĩbus amicitiæ ac pacis legibus prius tentare, q̃ in iudicio (vbi frequenter amarissimus animæ rancor innascit) suum ius pertinaciter experiri. Si quis em̃ cum deo, qui pacis est author, habitare cupiat, ei necesse est, vt pacem inquirat. Si autẽ secus egerit, ab ipsis, & ab alijs, cõmunione priuet, tanq̃ Apostolorum, patrumq; aliorum, contemptor. De quibus ait propheta: Erunt quasi non sint, & peribunt viri, qui cõtradicunt vobis. In Sacramentorũ quoq; oblationibus, quæ inter missarũ solennia dño offerunt, passio dñi miscenda est, vt eius (cuius corpus, & sanguis conficit) passio celebret, ita, vt repulsis opinionibus superstitionum, panis tantum, & vinum aqua permixtum, in sacrificio offerant. Non debet em̃ (vt a patribus accepimus, & ipsa ratio docet) in calice dñi aut vinũ solũ, aut aqua sola offerri, sed vtrũq; permixtũ, quia vtrũq; ex latere eius in passiõe sua profluxisse legit. Ipsa vero veritas nos instruit, calicem, & panem, in sacramento offerre, quãdo ait: Accepit Iesus panem, & benedixit, deditq; discipulis suis, dicens: Accipite & mãducare, hoc est em̃ corpus meum, quod pro vobis tradet. Similiter, postq̃ cœnauit, accepit calicem, deditq; discipulis suis, dicens: Accipite, & bibite ex eo omnes, quia hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis fundet in remissionem peccatorũ. Crimina em̃, atq; peccata, oblatis his dño sacrificijs delent. Idcirco & passio eius in his commemorãda est, qua redempti sumus, & sæpius recitãda, atq; hæc dño offerenda. Talibus hostijs delectabit, & placabit dñs, & peccata dimittet ingentia. Nihil em̃ in sacrificijs maius esse potest, q̃ corpus, & sanguis Christi. Nec vlla oblatio hac potior est, sed hæc omnes præcellit. Quæ pura cõscĩa dño offerenda est, & pura mente sumenda, atq; ab omnibus veneranda. Et sicut potior est cæteris, ita potius excoli, & venerari debet. Aquã enim sale conspersam populis benedicimus, vt ea cuncti aspersi sanctificent, ac purificentur, quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulæ, aspersus sanguine, populum sanctificabat, atq; mundabat, multomagis aqua sale aspersa, diuinisq; precibus sacrata, populum sanctificat, atq; mundat. Et si sale asperso per Helisæum prophetã, sterilitas aquæ sanata est, quãto magis diuinis precibus sacratus, sterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinatos sanctificat, atq; mundat, & expurgat, & cætera bona multiplicat, & insidias diaboli auertit, & a fantasmatis versutijs hoĩes defendit. Nam si tactu fimbriæ vestimenti saluatoris saluatos infirmos esse non dubitamus, quãtomagis virtute sacrorum eius verborum diuinitus sacrant elementa, quibus sanitatem corporis, & animę humana percipit fragilitas. His ergo, & alijs instructi documentis, vota singulorum, domini sacerdotes respicite, & in virtute spũs sancti diuinis precibus per ministeriũ vobis diuinitus collatũ, perficere certate.

Ele-

Marginalia: Esaiæ.29.d & Matthæ.15.a & Marci.7.a — 15.q 6 Si qñ cp a sacer. Eccl.7.b — al's, actores — 2 q 7 Si quis erga Et i dec. epl'a Sixti.2. Et in dec. iulij papæ Et i decre. iu... lib.4 — I petri.2.d Esaiæ 53.b Lucæ.23.c — Esaiæ.41.c — De cõse. dist. 2. In sacramẽtorum — Matth.26.c — De cõse. dist. 2. Nihil i sacr. — De cõsec. dist. 2. Aquam sale consper. — 2.Reg.4.d — Matth.14.d — D — E — F

A Elementa quoq;,tam ea,quae pdiximus,q̃ cætera diuinis apta vsibus,& humanis necessaria infirmitatibus sacrate,infirmos curate,& cætera,quæ ad vos pertinent,diligẽter perficite. Ipse eñ saluator,tribuendo nobis exemplũ,discipulis suis ait: In nomine meo dæmonia eijcite,infirmos curate, ægros sanate, leprosos mundate, &c. Super infirmos etiam manus imponite,& bene habebunt. Fidẽ quoq; sanctæ trinitatis sic docendam a patribus accepimus,vobisq;, tradendam subditis,destinamus. Esaias nanq; propheta ait: Vidi dñm Sabaoth sedẽtem sup thronũ excelsum, & Seraphim stabant in circuitu eius,sex alæ vni,& sex alæ alteri. Duabus velabãt faciẽ eius,& duabus velabant pedes eius,duabus volabant,& clamabant ad alterutrũ, dicentes: Sanctus,sanctus,sanctus dñs deus Sabaoth. Si trinitas non est,quare tertio sanctus dixerunt,aut si vnitas non est,quare sub trina repetitione vnũ deum ac dñm intimauerũt? Si trinitas non est,cur in Geneseos libro dicitur: Dixit deus,fecit deus,& benedixit deus? Si vnitas non est,quare tertio dixit deus, & deos plurali numero nõ commendauit? Si trinitas nõ est,quare in Exodo dictũ est tertio,* Dñe,dñe miserator,& misericors? Si vnitas nõ est, quare dum tertio dñe diceret,postea singulariter miserator dixit,& non miseratores,vt plures ostenderet,intimauit? Si trinitas nõ est, cur Abrahã ad ilicem Mambre sedens,tribusq; occurrens,vni dñe dixit, & nõ(vt viderat)tribus salutationis obsequiũ reddidit? Si vnitas non est,cur quũ Moysi deus Abraham,& deus Isaac,& deus Iacob tertio diceret, vnitatẽ ostendens,hoc mihi nomen est,dixit, B & nõ,hæc sunt nomina nostra,designauit? Si trinitas nõ est,quare Dauid tertio dixit, Benedicat nos deus,deus noster,benedicat nos deus? Si vnitas nõ est,quare, quũ tertio deũ nominasset,benedicat,dixit,& non benedicant,adiunxit? Si trinitas nõ est,cur Esaias denuo dixit,*Dñs deus Sabaoth,deus Israel qui sedes sup Cherubim? Si vnitas nõ est,cur,qui sedes,dixit, & non, qui sedetis,astruxit? Si trinitas nõ est,cur in libro Regnorũ dicitur, Dñe deus omnipotens, deus Israel,sermones tui fideles sunt? Si vnitas nõ est, cur,tui,dicitur,& nõ,vestri,potius intimatur? Si trinitas nõ est,cur in psalmo.lviij. cantatur,Dñe deus virtutũ,deus Israel,intende ad visitandas oẽs gentes? Si vnitas non est,cur, intende,posuit,& non,intendite,vt pdicatus est, intimauit? Si trinitas non est,cur in Apocalypsi tertio dixit,*Sanctus dñs deus omnipotens,qui est,& qui erat,&c. Si vnitas nõ est,quare,qui est,& non,qui sunt pluraliter,designatur? Si trinitas non est, quare in Deuteronomio dictũ est, Dñs deus tuus misericors est,& audiet vocẽ tuam? Si vnitas nõ est,quare posuit,audiet,& nõ,audient, intimauit? Si trinitas non est,quare in Iesu Naue dicitur libro,Dñs deus deoꝝ est? Si vnitas nõ est,quare,est,dixit,& nõ,sunt, more loquutionis induxit? Si trinitas nõ est,quare C Helias loquendo in oratione, Dñe dñe deus Israel,ostende,quia tu es deus meus,dixit? Si vnitas nõ est,quare,ostẽde,posuit,& non,ostendite? Si trinitas nõ est,cur Mardochæus orando,Dñe dñe deus omnipotens, omnia in potestate tua sunt, dixit? Si vnitas non est,quare,in tua,posuit,& nõ,in vestra,signauit? Si trinitas nõ est, cur etiã Iudith orando dixit,Dñe dñe deus omnium virtutũ,respice in orationem meam? Si vnitas nõ est,quare,respice,& nõ,respicite,designauit? Si trinitas nõ est,quare in Hieremia dicitur,Dñs deus vester verax est? Si vnitas non est, quare,verax est, dixit,& nõ,veraces,potius intimauit? Si trinitas non est,quare in Apocal. scriptũ est, Dñs deus,& spũs prophetaꝝ,misit angelum suum,ostendere seruis suis, quæ oportet fieri cito. Si vnitas nõ est,cur quũ patrem & filium & spm̃ sanctum nominasset,misit,dixit, & nõ,miserunt,sub prætaxato trium personaꝝ & nominum numero introduxit. Si trinitas non est,quare in Deuteronomio dixit,Dominus deus vester hic est deus? Si vnitas non est,quare,hic est,dixit,& non, hi sunt,plurali numero,designauit? Si trinitas non est,quare in eodem dicitur libro,Dominus deus tuus,deus magnus,& potens est? Si vnitas non est,quare,magnus & potens,pluraliter non nominatur? Si trinitas non est,cur Tobias,quum filium suum in Rages ciuitatem cum Raphaele archãgelo mitteret, benedicens eos,ita dixisse,docetur, Deus Abraham,& deus Isaac,& deus Iacob,ipse impleat benedictionem suam in vobis? Si vnitas non est,quare,ipse impleat,dixit,& non,ipsi impleant,intimauit? Postremo,si trinitas non est,quare do-

G iij minus

Marci vlt.d
Esaiæ.6.a
Geñ.1.p totũ
Exo. 34 .a alias,Dñator dñe deus, misérator & clemẽs,vel,Dñs dñs deus miserator & cle. vl,Dñe,dñe, dñe mi. & cl.
Gene.18.a
Exodi.3.d
Psal.66
Esaiæ.37.c vbi.70. Dñe Sabaoth
2.Reg.7.d,& 3.re.8.p totũ
als, Sanctus, sctũs, sanctus
Deut.4.e
Iosu.2.c. vbi 70.Dñs deus vr̃ deus i cœlo supra,& in terra deorsũ. Et Deu.10.d in forma ponitur.
3.Reg.18.f
Hester.13.c
Iudith.9.d
Hiere.10.b
Apoca.1.a
Deute.10.d
Ibidẽ.d
Tobiæ.7.d
Matth.28.d

Roma.ii.d | 2.Cor.13.d | Iacobi.4.b | 1.Petri.5.b & Iaco.4.b | Iaco.5.a.b. | als, Condemnastis, & | Matth.5.a & Lucæ.6.d | Luc.6.d.& Matth.5.a | als, Iul. Affricano.

minus diſcipulos ſuos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, vniuerſas gentes miſit baptizare? Si vnitas non eſt, quare, in nomine, dixit, & non, in nominibus, præcipiendo perdocuit? Si trinitas nõ eſt, quare Paulus apoſtolus ait, Ex ipſo, & per ipſm, & in ipſo ſunt omnia? Si vnitas non eſt, quare, ex ipſo, poſuit, & nõ, ex ipſis, aſtruxit? Si eñ certo certius volueritis vnitatem trinitatis agnoſcere, a ſæpe dicto doctore gẽtium Apoſtolo poteſtis vniuerſa condiſcere, & ſequi catholicam fidem, & horum reſpuere prauitatem. Gratia dñi noſtri Ieſu Chriſti (inquit) & charitas dei, & cõmunicatio ſancti ſpiritus, ipſa eſt patris, & filij, & ſpiritus ſancti gratia, & ſic fidẽ ſanctæ trinitatis & intelligere, & docere, dño adiuuante, pleniter poteſtis. Idcirco igitur, chariſſimi, fidei regulas iuxta huius epiſtolæ finẽ poſuimus, vt in eius cõfeſſione fideliter perſeueremus, & dño auxiliante, bonã fidem habere mereamur. Quicunq; voluerit eſſe amicus ſeculi huius, inimicus dei conſtituitur. An putatis, quia inaniter ſcriptura dixit, Ad inuidiam concupiſcit ſpiritus, qui habitat in vobis? Maiorem autẽ dat grãm, Propter quod dicit: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus aũt dat gratiã. Subditi igitur eſtote deo, reſiſtite aũt diabolo, & fugiet a vobis. Appropinquate deo, & appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores, & purficate corda, duplices animo. Miſeri eſtote, & lugete, & plorate. Riſus veſter in luctũ conuertatur, & gaudium in mœrorẽ. Humiliamini in conſpectu dñi, & exaltabit vos. Nolite detrahere alterutrum, fratres, quia qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem ſuum, detrahit legi, & iudicat legem. Si aũt iudicas legem, non es factor legis, ſed iudex. Vnus eñ eſt legiſlator, & iudex, qui poteſt perdere & liberare. Tu aũt quis es, qui iudicas proximũ? Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miſerijs veſtris, quæ aduenient vobis. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta veſtra a tineis comeſta ſunt. Aurum & argentũ veſtrum eruginauit, & erugo eorum in teſtimonium vobis erit, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis. Theſaurizaſtis vobis irã in nouiſſimis diebus. Ecce merces operariorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt a vobis, clamat, vindictã poſcẽs retenti laboris, & clamor eoꝝ in aures dñi Sabaoth introiuit. Epulati eſtis ſup terrã, & in luxurijs enutriſtis corda veſtra in die occiſionis. * Addixiſtis, occidiſtis iuſtum, & non reſtitit vobis. Væ, fratres, his, qui tribulãt vos. Vos vero q̃to amplius tribulamini, tanto purgatiores atq; beatiores efficiemini, ſi tñ ipſa tribulatio patiẽter fuerit ſupportata. Vnde ipſa veritas p ſe dixit: Beati, qui perſequutionẽ patiunt propter iuſtitiã. Et alibi: Beati eritis, quũ vos oderint hoĩes, & perſequuti vos fuerint, & eiecerint nomẽ veſtrũ tanq̃ malũ. Gaudete in illa die, & exultate, qm̃ merces veſtra multa eſt in cœlo. Data. ix. Kaleñ. Auguſti, Traiano & * Heliano viris clariſſ. Conſulibus.

¶ Marianus Scotus, anno dñi. cxv. deſignat Conſules Traianum & Affricanum, ſed nuſquam ponit Traianum & Helianum.

EPISTOLA ALEXANDRI PAPAE SECVNDA, DE CAVSIS, ET grauaminibus ſacerdotum.

3.q.1. Nulli dubium | 1.Petri.5.b.c

DIlectiſſimis fratribus, omnibus Epiſcopis, per diuerſas conſtitutis regiones, Alexander Epiſcopus. Nulli, fratres, dubium eſt, quia boni a malis ſemper perſequuntur, & tribulãtur. Propter quod humiliemur ſub potenti manu dei, vt liberet nos in tempore tribulationis. Nam ſicut leo rugiens, circuit, quærens quem deuoret, ſic diabolus non ceſſat circuire, & quærere, quos ex fidelibus pdat, & maxime illos, quos ardentiores in ſeruitio ſaluatoris, eiq; familiares inuenerit, familiares dico eos, quos ſibi ſacrari, & in ordine apoſtolatus conſtitui

A constitui, voluit. Ipsi eñ pro populo interpellant, & populi peccata comedunt, quia precibus suis, & oblatiōibus, ea delent, atq; consumunt. Qui quāto digniores fuerint, tāto facilius pro necessitatibus, pro quibus clamāt, exaudiunt. Multum eñ (vt ait beatus Iacobus apostolus) valet deprecatio iusti assidua. Qui eñ vos persequitur, ipsum, cuius legatiōe fungimini, persequitur, quia sicut ipse filius dei mediator fuit dei, & hominum, ita & vos eius vice in ecclesia estis constituti, vt inter deum & hoīes, legatione fungamini. Si quis autē legationem vestrā impedit, non vnius, sed multorum, profectum euertit. Et sicut multis nocet, ita a multis arguendus est, & bonorum societate coercēdus. Et quia dei causam impedit, & statum conturbat ecclesiæ, ideoq; ab eius liminibus ecclesiæ arceatur. Ab oībus quoq; talis est cauendus, & non in cōmunione fidelium vsque ad satisfactionem recipiendus. Est enim statutum olim, vt qui statum conturbat ecclesiæ, ab eius liminibus arceatur, nec cum fidelibus communicet, qui eorum bona auertit. Vos ergo si dilectionē habueritis adinuicē, & vnanimes fueritis, facile tales superare poteritis. Si vero (qd absit) discordes fueritis, & canino dente vos derodere cœperitis, non solum eos non superabitis, sed & vobisipsis nocebitis, atque ab eis supabimini, & innocenter forte peribitis. Qui autē ex vestro collegio fuerit, & ab auxilio vestro se subtraxerit, magis schismaticus, &* non sacerdos esse probabit. Ecce (inqt propheta) q̄ bonum, & q̄ iocundum, habitare fratres in vnū. Illi vero in vnū non habitant, qui a fratrū solatio se subtrahunt, aut (quod deterius est) fratribus insidias præparāt, aut laqueos ponunt.

B De his eñ, & eorum similibus, dñs per Osee, prophetam loquitur, dicens: Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea in bestia agri, & in volucre cœli, sed & pisces maris congregabuntur. Veruntamē vnusquisq; non iudicet, & non arguatur vir. Populus enim tuus, sicut hi, qui contradicunt sacerdoti: Et corrues hodie, & corruet etiam propheta tecum. Nocte feci tacere matrem tuam. Conticuit populus meus, eo q non habuit scientiam. Quia tu sciētiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Et oblita es legis dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego. Secundum multitudinem eorum sic peccauerunt mihi, gloriam eorum ad ignominiam commutabo. Peccata populi mei comedēt, & ad iniquitatem eorum subleuabūt animas eorum. Et erit, sicut populus, sic sacerdos, Et visitabo super eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei. Et comedent, & non saturabuntur. Fornicati sunt, & non cessauerunt, quoniam dominum dereliquerunt in non custodiendo.

C Hæc cauete, fratres, & bona semper agere festinate, quia in hoc cognoscent omnes (dicit dominus) quoniam mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem. Bonum nanq; est proculdubio, & omnibus timentibus deum desiderabile, cohibere dissentiones & altercationes, fratribusq; subuenire, & inuicem non inuidere, sed adiuuare. Nos ergo, qui discipuli domini & dici, & esse cupimus, portare crucem Christi, & compati fratribus debemus, & non quascunque eis insidias, aut foueas præparare, quia talionem meretur, qui fratribus foueam præparat. Nolite errare, fratres, quia deus non irridetur. Huius rei gratia dominus vobis commisit ecclesiam suam, vt pro omnibus laboretis, & cunctis oppressis opem ferre non negligatis. Vnde & dominus per prophetam loquitur, dicens: Hęc dicit dominus: Iudicate mane iudicium, & eruite vi oppressum de manu calumniantis, ne forte egrediatur quasi ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit, qui extinguat. Vos ergo, qui in summa specula a domino constituti estis, attendere eos, & opprimere, oportet, qui in fratres seditiones, & scandala excitant, ne simul cum eis pereatis. Salutate omnes, qui recte laborant in Euangelio Christi, & iuste gubernant nauem eius, ne cohabitantes in ea, demergantur aut suffocentur. Salutat vos omnis apostolica ecclesia in domino, Amen. Data * septimo Kalendas Nouembris, Traiano, & * Heliano viris clarissimis consulibus.

[Margin: Osee.4.b / 1.q.1. Ipsi sacerdotes / Iacobi.5.d / Dist.94. Si qs aut legationē / 5.q.1. Nulli dubium / Psal.132 alias, q̄, / Osee.4.a / Iohan.13.d / Galat.6.b / Hiere.21.d &.22.a / alias, xvij. / als, Iul. Aphricano.]

¶ Consulum istorum annum consulatus secundum Marianum Scotum lector videat in priori Epistola.

EPISTOLA ALEXANDRI PAPAE TERTIA, VT VITENTVR detractiones, & iniustæ pulsationes.

ALEXANDER Episcopus, omnibus diuino sacerdotio fungentibus pax, & misericordia multiplicetur, & sapientia, atq; bona voluntas in omnibus augeatur, & fructificetur in domino. Gratia dei sumus, fratres charissimi, id, quod sumus. Idcirco nobis prouidendum est, & oppido decertandum, ne in ea vacui inueniamur, sed (eadem nobis cooperante gratia) fructum domino plurimum reportemus. Quod aliter fieri non potest, nisi sapientiam * sectando, eiusq; præcepta lectionibus & hymnis meditando, atq;, eo adminiculante, implendo, orando, vigilando, voluntatem eius (inquantum ipse largitus fuerit) perficere studeamus. Nec eandem negligendam gratiam nobis dominus dedit, sed fideliter exercendam tribuit. Dilectio enim sine simulatione in nobis esse, & apparere debet, quia omnis, qui odit fratrem suum, homicida est. Qui vero diligit eum, in deo manet, & deus in eo. Vnde & Apostolus ait: Nolite iudicare, fratres, inuicem, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum. Et dominus inquit: Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias. Et alibi: In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Et Salomon ait: Sacrificium salutare est, attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate. Summa enim iniquitas est, fratres detrahere, & accusare. Vnde scriptum est: Omnis, qui detrahit fratri suo, homicida est. Et omnis homicida non habet partem, aut hæreditatem in regno dei. Et alibi: Cauete vos, fratres charissimi, ne participes efficiamini (quod absit) malis eorum. Et non solum vos cauete a talibus, sed & cauere alios ab eis, & auertere docete. De his enim dominus ait per prophetam Michæam: Væ, qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris, In luce matutina faciunt illud, quoniam contra deum est manus eorum. Et concupierunt agros, & violenter tulerunt, & domos rapuerunt, & calumniabantur virum, & domum eius, virum, & hæreditatem eius. Idcirco dicit dominus hæc. Ecce ego cogito super familiam istam malum, Vnde non auferetis colla vestra, & non ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimum est. In die illa sumetur super vos parabola, & cantabitur canticum cum suauitate, dicentium: Depopulatione vastati sumus, pars populi mei commutata est. Quomodo recedis a me, quum reuertatur, qui regiones nostras diuidat. Propter quod, non erit tibi mittens funiculum sortis in cœtu domini. Ne loquamini, loquentes. Non stillabit super istos, non comprehendet confusio, dicit dominus, Iacob. Nunquid abbreuiatus est spiritus domini, aut tales sunt cogitationes eius? Nonne verba mea bona sunt cum eo, qui recte graditur? Et econtrario, populus meus in aduersarium consurrexit. Desuper tunicam pallium sustulistis, & eos, qui transibant simpliciter, conuertistis in bellum. Et econtra, De his, qui accusantur, vel tribulantur, per Naum prophetam confortans eos, sic loquitur dominus: Bonus dominus, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se. Et in diluuio prætereunte consummationem faciet loci eius, & inimicos eius persequentur tenebræ. Quid cogitatis contra dominum? Consummationem ipse faciet. Non consurget duplex tribulatio, quia sicut spinæ se inuicem complectuntur, sic conuiuium eorum pariter potantium * consumentur quasi stipula ariditate plena. Ex te exibit, cogitans contra dominum malitiam, mente pertractans præuaricationem. Hæc dicit dominus. Si perfecti fuerint, ita & plures sic quoq; attundent, & pertransibit. Afflixi te, & non affligam te vltra. Facile est, fratres, verbo fallere hominẽ, sed nõ deũ. Sapiens nõ est, q nocet, nec vir linguosus in malũ se diriget in terra. Nihil vero mali vult, q fidelis est. Malo em̃, & prauo ingenio, fides aliena est. Ait em̃ Apostolus de infideliũ ignorantia: Si em̃ cognouissent, nunq̃ dñm gloriæ crucifixissent. Cruci-

1. Cor. 1. b
al's, scrutãdo,
Roman. 12. b
1. Iohan. 3. c
Roman. 14. c
Matth. 7. b
& Tobiæ. 4. c
1. Iohan. 13. c
Eccl. 35. a
6. q. 1. Sũma iniquitas.
1. Iohan. 3. c
Ephe. 5. b
Mich. 2. a
Naum. 1. b
al's, cõsumẽt
1. Cor. 2. b

E
F

A Crucifigunt eñ dominum, qui eum in sacerdotibus suis persequuntur, quia crux a cruciatu dicitur. Magnum vero cruciatum sustinet, qui vim patitur. Sed tamen beati, qui persequutionem patiuntur propter iustitiam. Ecce ait Iudas apostolus, Veniet dominus in milibus suis facere iudicium, & perdere omnes impios, & arguere omnem carnem, de* omnibus impietatibus eorum. Hæc, fratres, valde timenda sunt, & perpendenda, ne veniens vnuusquisq; ad iudicium, pœnas cum impijs recipiat, sed cum iustis gloriam. Quod pius dominus præstare dignetur, qui viuit & regnat per secula cuncta. Data Kalend. Maij, Heliano & Vetere viris clariss. consulibus.

3.q.1. Nullū dubium. Mat. h. f. a In epist. sua. e

als, operibus impietatis

Marianus Scotus meminit, anno. cxix. Emilij & Veteris Consulum, Helianum autem & Veterem non ponit.

¶Ex Decretis Alexandri Papæ primi secundum Gratianum.

Vt nemo simul sit accusator, & testis.

Decretum Alexandri papæ primi ex Codice. v. lib. libro. ij. ca. c.

B Vt presbyter ab incæstuosis xenium non accipiat, vt eorum scelera reticeant.

Vt nullus presbyter xenium, vel quodcunq; emolimentum temporale, imo detrimentum spirituale, a quocunq; publico, vel incæstuoso accipiat, vt nobis, vel ministris nostris peccatum illius reticeat, nec profecto cuiuscunq; personæ, aut consanguinitatis, vel familiaritatis, alienis communicans peccatis, hoc nobis, vel ministris nostris innotescere detrectet, nec a quoquam pœnitentiæ gratiam, aut fauorem, vel munus suscipere præsumat, vt minus digne pœnitentem, ad reconciliationem adducat, & ei testimonium reconciliationis ferat, & quocunq; liuore alium quemlibet dignius pœnitentem a reconciliatione remoueat, quia hoc simoniacum, & deo, & bonis hominibus abominabile est.

Finis decretorum Alexandi papæ.

C

DECRETA SIXTI PAPAE PRIMI.

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

SIxtus natione Romanus, ex patre Pastore, de regione Via lata, sedit annos decem, menses tres, dies. xxi. Fuit autem temporibus Hadriani, vsq; ad Verum & Anniculum. Martyrio coronatur. Hic constituit, vt* ministeria sacrata nō tangerentur, nisi a ministris sacratis. Hic constituit, vt quicunq; Episcopus euocatus fuerit ad sedem Romanam apostolicam, rediens ad parochiam suam, non susciperetur, nisi cum formatis salutationis ad plebem a sede apostolica. Et constituit, vt missarum actionem sacerdote incipiente, populus hymnum decantaret, Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus Sabaoth, &c. Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, presbyteros vndecim, diacones tres, Episcopos per diuersa loca quatuor. Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano. viij. Idus Aprilis. Et cessauit episcopatus dies duos. Hæc Damasus.

als, vasa

Atde

At de hoc Xisto Papa primo aliter scribit Eusebius ecclesiast. hist. lib. iiij. cap. v. Romæ (ait) duodecimo anno memorati (hoc est, Elij Hadriani) principatus, Xisto duodecim annis ecclesiæ gubernaculis functo, Telesphorus septimus ab apostolis subrogatur. Verum idem in Chronicis suis assignat eidē annos. x. quos tamen in annorū prosequutione nō continuat. Xistū quidem scribit papatum duobus post Hadriani imperiū annis assumpsisse, quē (iuxta Gregorij Haloandri descriptionē) anno vno ante illius principatū Papam factū, satis liquet, ex Heliani ac Veteris cōsulatus anno, qui fuit Alexandri Papæ pdecessoris Xisti vltimus. Quid hor verius sit, haud parū ambiguum est, maxime, qd inter Cassiodor. & Gregoriū Haloandrū, quo ad consulum annos dissonantia occurrit. Præterea Marianus Scotus, anno Vlpij Criniti Traiani. xix. & ad veritatem Euāgelij. cxxiij. iuxta vero Dionysij cyclum. ci. Hadriano secundo & Rustico Consulibus. Xistus Papa quintus, annis. x. mensibus. xi. sedit. Qui constituit in decretis suis, vt sacra mysteria non tractentur, nisi a sacris ministris, & vt intra actionē missarum, Sanctus, sanctus, sanctus, cantaretur.

D

EIVSDEM EPISTOLA DECRETALIS PRIMA, AD OMNES CHRISTIFIDELES.

E

OMnibus in deo patre, & domino nostro Iesu Christo dilectis fratribus in charitate dñi nostri Iesu Christi, Sixtus Romanæ ecclesiæ Archiepiscopus salutem. Charissimi, fideliter agite in omnibus, vt fideles, & non infideles inueniamini. Nolite imitari malū, sed qd bonum est agite, quia qui ex deo est, bene facit, qui aūt male, non ex deo, sed ex diabolo est. Fidem em̄ rectā vos tenere oportet, vt dissentientes ab apostolica non sitis doctrina. Vnum em̄ ver deum patrem & filium a prophetis & apostolis ostendimus pdicatū, a quibus etiam spiritum sanctum credimus, non esse discretum, Esaia propheta dicente: Ego sum deus, & non est alius præter me. Et per meipsum iuro, quia exiuit ex ore meo veritas, & sermo meus non * auertitur, quia mihi inclinabit omne genu, & omnis lingua * confitebitur per dominum, dicens: Iustitia & gloria ad eum veniet. Et vt in hoc testimonio, patrem & filium simul fuisse cognoscatis, Paulū apostolum audite dicētem: Vt in nomine (inquit) Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dñs Iesus Christus in gloria est dei patris omnipotentis. Quod si (secūdum aliquos) filius est minor patre suo, ergo minorata est & gloria patris in filio. Et vbi est, quod in Salomone scriptura loquitur, dicēs: Sicut em̄ in conspectu eorum (inquit) magnificatus est in nobis, ita in conspectu nostro magnificaberis in illis, vt cognoscant te, sicut & nos cognouimus, quoniam non est deus præter te, domine. Diligenter attende, & agnosce filium esse, qui magnificabitur in iudicio, dum venerit viuos & mortuos iudicare. Item Esaias: Audite domus Iacob, & residui domus Israel, qui egredimini ex vtero, & erudimini a puero vsq; ad senectutem. Ab initio ego sum, & quousq; senescatis, ego sum. Ego vos feci, & ego sustineo. Ego remittam, ego suscipiam, dicit dominus. Et iterum: Ego sum dominus deus, præter me nō est alius deus, annuntians nouissima, priusquā fiant, & statim consummata sunt. Item alibi: Audi me Iacob & Israel, quoniā ego feci. Ego sum dñs deus tuus, & nō est alius præter me. Item ibi: Ego sum dñs deus tuus primus, & ego nouissimus, & in ea, quæ superuentura sunt in nouissimis, ego sum. Ego sum deus, qui te creaui, q te audiui, & cōmuniui dextera mea. Et vnitatē patris & filij assignās loquit, dicens: Ego testis vester, dicit dominus deus, & puer meus tu, quē ego elegi, vt sciatis, & credatis, quia ego sum, & ante me non fuit alius deus, & post me non erit.

F

Esa. 45. d

al's, reuertet
al's, iurabit

Philip. 2. b

Ecci. 36. a

Esaiæ. 46. a

Ibidē. c.

Es. 44. 45. a b intermixtim
Esaiæ. 41. b. c

Esaiæ. 43. b

A Vnde hi, qui nõ sane sapiunt, eligant ex duobus, Aut fateant patrẽ & filium deum vnũ, aut si solũ patrem deũ esse cõtendunt, ergo illis dñs noster Iesus Christus *dei filius nõ erit deus, quia scriptũ est: Ante me nõ fuit alius deus, & post me nõ erit. Si secundũ tales ita est, cur Apostolus talia pdicat, & eundẽ filium deũ sup omnia benedictum insinuat. Quorũ patres (inquit) ex quibus Christus secundũ carnẽ, qui est sup omnia deus benedictus in secula. Item Esaias ait: Dñs deus Israel, qui liberauit eũ de Aegypto. Ego sum primus, & ego post hæc, & pter me nõ est deus, sicut ego sum, q stet, & vocet, & pparet mihi, ex quo hominẽ feci in seculo. Itẽ alibi: In te est deus, & nesciebamus, & non est alius deus pter te. Tu es em̃ deus, & nesciebamus, deus Israel saluator. Vnus deus nõ sunt pater, & filius. Quis est hic deus, in quo esse dicit deus pater, quẽ alium deũ non esse, propheta sæpenumero protestat. Et Hieremias: Hic deus noster (ait) & nõ applicabitur alter ad eũ, qui inuenit omnẽ viam scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & inter hoĩes conuersatus est. Et in Salomone habet: Miserere nobis, deus omnium, & ostende nobis lumen miserationis, & immitte timorem tuũ sup gentes, quæ non exquisierunt te, vt cognoscant, quia non est alius deus, nisi tu. Item ibi, Dñe deus Israel nõ est tibi similis in cœlo sursum, neq; in terra deorsum. Et in psalmo. xvij. Quoniam quis deus pter dñm, aut quis deus pter deum nostrũ. Et in Geneseos: Et pluit dñs a dño ignem, & sulphur sup Sodomã & Gomorrham, & euertit ciuitates illas. Si solus pater deus est, quis pluit ignẽ, & sulphur a dño supra pdictas ciuitates, vt eas euerte B ret? quæso, responde. Et in Deuteronomio, Dñs solus deducebat eos, & nõ fuit cũ illis deus alienus. Et Paulus apostolus, Vnus deus, qui iustificat circuncisionẽ ex fide, & pputium per fidẽ. Et ad Corinth. Deus erat in Christo, mundũ reconcilians sibi. Et iterũ, Non est deus, nisi vnus. Et ad Galatas, Mediator aũt vnius non est, deus aũt vnus est. Et vnitatẽ patris, & filij, & spũs sancti demonstrans, Ephesijs scribẽs, ita confirmat, Sufferentes inuicem in charitate, soliciti seruate vnitatẽ spũs in vinculo pacis. Vnũ corpus & vnus spũs, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus dñs, vna fides, vnũ baptisma, vnus deus. Si non sane sapientes, vnitatẽ fidei voluerint simplici corde recipere, ex hoc itaq; testimonio, in vno spũ poterunt simul patris, & filij vnitatẽ condiscere. Patrem igitur (vt superius cõprehensum est) in diuinis literis, genitũ, proprie positũ, nec legere possunt penitus, nec probare. Sed quia idipsum fides exigit Christiana, absq; vlla dubitatione ingenitus creditur, qui tamen secundum seriem scripturarũ, in filio a se genito, visus esse monstrat. De cætero placuit, propter malorũ hominũ infestationes, vt in accusatione dñi ministrorũ primo persona, fides, vita, & conuersatio blasphemantiũ, enucleatim perscrutet. Nam fides, omnes actus ho C minis pcedere debet, quia dubius in fide, infidelis est. Nec eis omnino est credendũ, qui veritatis fidem ignorant, nec recte conuersationis vitam ducunt. Quoniam tales facile, & indifferenter lacerant, & criminantur recte, & pie viuentes. Idcirco suspitio eorum discutienua est primũ, & corrigenda, neq; accusatoribus suspectis, vel de inimicorum domo prodeuntibus est credendum. Erant em̃ quidam, qui prius videbãtur esse ex nobis, sed non erant ex nobis. Si vero fuissent ex nobis, mansissent vtiq; nobiscũ, & non cõturbassent fratres. Exacuerunt em̃ (vt ait propheta) linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labijs eorum. Quapropter hi respuendi sunt, si incorrigibiles apparuerint, & vitandi, ne domino famulantes decipiant. State ergo, dilectissimi, super vias, aspicientes & interrogantes de semitis domini antiquis, & videte, quæ est via domini bona, & recta, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus vestris. Data. xvi. Kalend. Maij, sub Hadriano & Vero.

Esaiæ. 54. b
al's, deus
Esaiæ. 45. a
Esaiæ. 45. c
Baruch. 3. b
Eccl. 36. a
& Deut. 4. c
3. Regũ. 8. c
Cap. 19. c
Deute. 2. b
Roma. 3. d
2. Cor. 5. d
1. Corũ. 8. a
Galat. 3. d
Ephe. 4. a
Sup. in epist. Euaristi pp.
Idem infra in epist. Iulij pp.
1. Iohan. 2. c
Psal. 139
Matth. 11. d

¶ Duo isti Consules non recensentur a Mariano Scoto in catalogo Consulum circa hoc tempus, sed anno. cxxxvij. designat Consules Sergium & Verum. Et anno cxxx. Verum & Ambiguum.

Epist.

EPISTOLA SIXTI PAPAE, SECVNDA.

De cõſ.diſt.1. In ſctã apſ'ica Idem infra in decre.Stephani.1.cuius initiũ eſt,Quanquã ſperem

SIXTVS vniuerſalis apoſtolicæ eccleſiæ Epiſcopus,omnibus Epiſcopis in dño ſalutem. Cognoſcat veſtra ſapiẽtia, chariſſimi fratres,quia in hac ſancta ſede apoſtolica a nobis, & reliquis Epiſcopis,cæteriſq; dñi ſacerdotibus ſtatutũ eſt, vt ſacra vaſa nõ ab alijs,q̃ a ſacratis,dñoq; dicatis contrectent hoibus.Indignum em̃ valde eſt,vt ſacra dñi vaſa,quæcunq; ſint,humanis vſibus ſeruiant,aut ab alijs,q̃ a dño famulantibus,eiq; dicatis tractent viris,ne pro talibus p̃ſumptionibus iratus dñs,*plagam imponat populo ſuo,& hi etiam, qui nõ peccauerunt,mala patiant,aut pereant,quia perit iuſtus ſæpiſſime pro impio. Attendite,fratres,ne talia veſtris in eccleſijs permittatis deinceps fieri,ne grex pretioſo Chriſti ſanguine redemptus,in p̃cipitium(quod abſit)ruat.Propter quod aſſumite armaturam dei,vt poſſitis reſiſtere his,qui cõtradicunt veritati, & induite vos loricã iuſtitiæ, calciati pedes in p̃paratione Euangelij pacis.Si quis vero veſtrũ pulſatus fuerit in aliqua aduerſitate,licenter hanc ſanctã & apoſtolicã appellet ſedem,& ad eã, quaſi ad caput,* ſuffugium habeat,ne innocẽs damnet,aut eccleſia ſua detrimentũ patiatur. Si aũt ei neceſſe* fuerit,eamq; appellare minime auſus fuerit, & vocatus tamen ab hac ſancta ſede fuerit,non rennuat venire,ſed cõfeſtim,vt ei nuntiatum fuerit, venire feſtinet,& cauſas,pro quibus vocatus eſt, prudẽter diſponat,atq;,ſi neceſſe aliquid corrigere fuerit,cũ his,quos hic primos inuenerit,corrigat.Ad eccleſiam tamen ſuã nõ prius reuertat,q̃ literis apoſtolicis vel formatis pleniter inſtructus atq; purgatus ſit,ſi fuerit vnde,vt poſtq̃ domũ reuerſus fuerit,cognoſcant vicini ſui,qualiter hic *ſua, aliarumq; cauſa diſcuſſa fuerit,quatenus eã abſq; aliqua ambiguitate nuntiare,& p̃dicare omnibus poſſit.Ab hac em̃ ſancta ſede,a ſanctis apoſtolis tueri,defendi,& liberari,Epiſcopi iuſſi ſunt,vt ſicut eorũ diſpoſitione(ordinante dño)primitus ſunt cõſtituti,ſic huius ſanctæ ſedis(cuius diſpoſitioni eorũ cauſas & iudicia ſeruauerũt) protectione,futuris temporibus ſint ab omnibus peruerſitatibus ſemp liberi.Vnde culpantur hi,qui aliter circa fratres egerint,q̃ huius ſedis rectoribus placere cognouerint. His taliter conſideratis,atq; cũ reliquorũ Epiſcoporũ decretis,tanq̃ omnium curã gerentes,propter ſedis propriæ apicẽ decernimus,vt nemo pontificũ, aliquem ſuis rebus expoliatum Ep̃m,aut a ſede pulſum,excommunicare, aut iudicare p̃ſumat,quia nõ eſt priuilegiũ,quo expoliari poſſit iam nudatus. Si quis aũt aliter agere p̃ſumpſerit,ſciat cenſurã huius ſedis cũ omnibus membris ſuis ſibi *venturã.Et ſicut egerit,ita recipiet.Si bene,bene,ſi graue,graue,ſi peſſime,peſſime,qm̃ dignus eſt operarius mercede ſua.Nos,fratres,nullum perdere volumus,ſed ipſe ſe perdit,qui pie cõſiderata auertit,& qui apoſtolorũ,& huius ſanctæ ſedis decreta libenter violat. Sed nunc,fratres,cõmendamus vos omnes dño,& verbo gratiæ eius,qui poteſt perficere,& dare hæreditatẽ vobis cũ omnibus ſanctis.Ipſe aũt deus pacis,& conſolationis,det vobis idipſum ſapere in alterutrũ,vt vobis inuicẽ ſuccurratis,& nõ ſitis diuiſi,vt vnanimes, vno ore,& vno corde honorificemus eũ,in cõcordia & cõſolatione fratrũ, q potens eſt,confirmare ſecundũ Euangeliũ eius,iuxta reuelationẽ myſterij æterni, temporibus ſcilicet perpetuis,quibus vobis munera futurorũ gaudiorũ largienda ſunt.Data ix.Kalend.Aprilis,Hadriano & Vero,viris clariſſ.Conſulibus.

Marginalia: aſs, plagas — Ephe.5.d — 2.q.6.Si quis veſtrum — aſs,refugium vel,ſuffragiũ — aſs,euenerit — 8 q.5. Quilibet fratrum, — aſs,ſuã,aliorũq; cauſam finierit — Et ſnialiter in decre.Sixti.2 & in decr.Iulij papæ — Idẽ habet infra in dec.Sixti.ij.cui⁹ initium,Magno munñ.& in decr.pp.Iulij cõtra oriẽtales. — aſs,non defuturam — Lucæ.10.b — Roma.15.d — Quid de his cõſſ. ſecundũ Marianũ ſit, videat in priori epiſtola

¶ Decretũ Sixti ex Codice.xvi.librorum,lib.iiij.ca.v.dubium tamen, an primi,ſecundi,vel tertij.

De preſbyteris,p̃ quorũ negligentiã ſine baptiſmate aliquis mortuus fuerit.

¶ Perpendant preſbyteri,quanti diſcriminis ſit,animas innocentũ per eorũ negligentiam

A tiam a regno dei excludi. Si em̃ gaudium est in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quid putas, quanta ira & indignatio super illum erit, qui per suã neglig ẽtiam ianuam paradisi innocentibus claudit? Et ideo presbyteri summa diligentia caueant, ne animæ, pro quibus sanguis Christi effusus est, per suam incuriam a cœlesti beatitudine separentur. Sed si (quod absit) euenerit, graui pœnitentiæ luctui se submittant, per cuius neglectum euenerit.

Finis decretorum Sixti papæ primi.

DECRETA THELES-PHORI PAPAE.

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

THelesphorus, natione Græcus, ex Anachorita, sedit annos. xi. menses. iij. dies. xxi. Fuit aũt temporibus Antonini & Marci, Martyrio coronat. Hic constituit, vt septem hebdomadas ante pascha ieiunnium celebraretur. Hic fecit, vt in natali dñi nostri Iesu Christi noctu missæ celebrarentur, cũ omni B alio tempore ante horæ tertiæ cursum nullus p̃sumeret missas celebrare, quia ea hora dñs noster ascendit in crucem, & vt ante sacrificium, hymnus diceretur angelicus, hoc est, Gloria in excelsis deo. Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrem, presbyteros. xij. diacones. viij. Episcopos per diuersa loca. xiij. Qui etiã sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano Nonis Ianuarij. Et cessauit episcopatus dies septem. Hæc Damasus. Huic præterea numero annoꝝ a Damaso conscripto cõcordat Eusebius ecclesiast. hist. lib. iiij. ca. x. dicens: Huius (videlicet Antonini Pij Imperatoris) anno primo, Thelesphorus annis vndecim sacerdotio in vrbe Roma administrato, vita decessit. Hæc ille. Hirenæus quoq; Lugduneñ. ep̃s refert Thelesphorum martyrio vitam p̃sentem exoluisse. At Marianus Scotus Thelesphori papæ meminit, anno Hadriani Imperatoris. xij. secundũ Euangelij veritatem. cxxxvi. iuxta Dionysij cyclum. cxiiij. Tiberio & Silano consulibus. Thelesphorus Papa sextus post Petrum, annis. xi. Hic constituit in septẽ hebdomadibus plenis ante pascha, vt omnes clerici a carne ieiunent, & vt in nocte natalis domini missæ celebrẽtur, & vt ad missam, Gloria in excelsis deo, &c. cantaretur. Idem etiam scribit, Thelesphorum papam passum Nonis Ianuarij.

C

EIVSDEM THELESPHORI PAPAE EPISTOLA DECRETALIS, AD OMNES

vniuersaliter de ieiunio septem hebdomadaꝝ ante pascha, & de missaꝝ celebratione in nocte sancta natalis domini, & quo tempore aliis diebus missæ celebrentur, & de Episcoporum defensione.

CHarissimis fratribus, & dilectissimis Episcopis, Thelesphorus Romanæ vrbis archiepiscopus salutem in dño. Credimus, sanctam fidem vestram in apostolorum eruditione fundatam, hanc tenere, & hanc populis vniuersis exponere, quæ videlicet, a constitutis apostolorum, eorumq; successoꝝ, nulla ratione dissentit, per quos iustum est cæteros erudiri. Quapropter cognoscite, a nobis, & a cunctis Episcopis in hac sancta & apostolica sede congregatis, statutum esse, vt septem hebdomadas plenas ante sanctum pascha, omnes clerici in sortem

Dis. 4. Statuimus vt septẽ Et in decreto Iuo, lib. 2

sortem dñi vocati, a carne ieiunent, quia sicut discreta esse debet vita clericorũ a laicorũ cõuersatione, ita & in ieiunio debet fieri discretio. Et sicut laici, & seculares hoĩes nolunt eos recipere in accusationibus, & infamationibus suis, ita nec clerici debent eos recipere in impulsationibus suis, qm̃ in oĩbus discreta debet semp esse, & segregata vita, & cõuersatio clericorũ, ac secularium laicorum. Et sicut hi amplius sunt applicati diuinis cultibus, & familiares dñi dicuntur saluatoris, ita moribus & conuersatione atq; sanctitate debent esse distincti. Has ergo septẽ hebdomadas omnes clerici a carne & delitijs ieiunent, & hymnis & vigilijs atq; orationibus, dño inhærere die noctuq; studeant. Nocte vero sancta natiuitatis domini saluatoris missas celebrent, & hymnũ angelicum in eis solenniter decantent, quoniam & eadem nocte ab angelo pastoribus nuntiatus est, sicut ipsa veritas testatur, dicens: Pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis supra gregẽ suum. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, & timuerunt timore magno, & dixit illis angelus: Nolite timere. Ecce enim, euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum. Inuenietis infantem, pannis inuolutum, & positum in præsepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium deum, & dicentium: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Reliquis eñ temporibus, missarum celebrationes ante horam diei tertiam minime sunt celebrandæ, quia & eadem hora dominus crucifixus est, & super apostolos spũs sanctus descendisse legitur. Ab episcopis autem idem angelicus hymnus pro tempore & loco in missarũ solennijs celebrandus est, atq; solenniter recitandus. Ipsi eñ, qui proprio ore corpus domini conficiunt, ab omnibus sunt audiendi, obediendi, atq; timendi, & non dilacerandi, aut detrahendi, quia, a quibus se domini populos benedici, saluari, & instrui cupit, nullatenus debet eos arguere, nec vulgus in eorum accusatione suscipi. Populus enim ab eis docendus est, & corripiendus, non ipsi ab eo, quia non est discipulus sup magistrum. Nullo modo igitur domini pontifices, & reliqui sacerdotes, quibus domini commissa est plebs, rite populum possunt corrigere, si deceptionis se cognouerint laqueo infestari. Vnde iustum est, oẽs in vniuerso orbe doctores legis, ea, quæ legis sunt, sapere, & nõ sacerdotes dñi labijs suis aut quibuslibet machinationibus maculare. Dum ipsos disponunt, aut cupiunt maculare, potius seipsos maculãt & vulnerant. Dei ergo accusat ordinationẽ, qui eos, qui ab eo constituunt, sacerdotes accusat, vel damnari cupit. A quibus se omnes fideles cauere debent, quia nõ solum, qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, rei sunt. Christus eñ dei filius dñs noster humano generi salutẽ condonans plenam, de nobis ait: Qui vos recipit, me recipit: & qui vos spernit, me spernit. Si ergo dominus in eis recipitur, & rejicitur, proculdubio ipsius sunt, qui in eis rejicitur, vel suscipitur. Et tu quis es, qui iudicas seruum alienum? Proculdubio transgressor es legis dei, & apostolorum, atq; prophetarum, & non solum harum, sed etiam legum humanarum. Omnes eñ leges, tam diuinæ q̃ & humanæ, alienum seruum iudicare prohibent. Quid putas erit de te, quum transgressores & cõculcatores legis dei damnabunt? Profecto, & tu damnaberis, quia postposuisti mãdatũ dei, & tuã adimplesti voluntatẽ. Quoniã sicut digni sunt, q mandatum dei adimplẽt atq; custodiunt, ita rei, & perdigni sunt morte, q ea postponunt, & in vanũ ducunt. Est eñ in apostolicis scriptũ institutis, Alterius vitã nemo laceret, & de malo alieno os suũ non coinquinet. Accusatores vero, & accusationes, quas leges seculi nõ admittunt, & nos submouemus. Et acusatori omnino nõ credi, decernimus, qui, absente aduersario, causam suggerit ante vtriusq; partis iustã discussionem. Nec hi, qui nõ sunt idonei, suscipiant ad accusationẽ, & oẽs, qui aduersus patres armãtur, infames esse censemus. Patres eñ oẽs venerãdi sunt, nõ respuendi, aut * insidiãdi. Hi vero qui cũ inimicis morant, aut qui suspecti habent, minime recipiant, quia eorũ æmulatio lacerat etiã innocentes. Hunc murũ firmissimum statuerunt patres nostri, & nos cum eis contra persequutores nostros, vt hoc remedio eorũ pellant machinamenta, & vos securiores, & sanctiores famulari mereamini vestro saluatori.

Dist. 4. Statuimus vt septẽ. Et in decreto Iuonis lib. 2. De cõs. dist. 1. Nocte sancta. Lucæ. 2. b. De cõs. dist. 1. Nocte sanct. Et in dec. Iuonis lib. 2. vbi addit, Excepta nocte nati. Marci. 15. c & Acto. 2. c 6. q. 1. Sacerdotes qui. Lucæ. 6. f 6. q. 5. Sacerdotes qui. Roma. 1. d Lucæ. 10. c Roma. 14. a Roma. 5. d 2. Cor. 12. d Iacobi. 4. c & 1. Petri. 2. a 3. q. 5. Accusatores. Et in decr. Stepha. papæ ac Iuonis, Insidiandi 3. q. 9. Accusatori oĩno.

Cæterũ

A Cæterum, considerat impius iustum, & quærit, vt occidat eum. Dominus non derelinquet eum in manus eius, & non condemnabit eum, quum iudicabitur illi. Expecta dominum, & custodi viam eius, & exaltabit te, vt possideas terram, quum interibunt impij, videbis. Vidi impium robustum, & fortissimum, sicut indigenam virentem. Et transiui, & ecce non erat, & quæsiui eum, & non est inuentus. Custodi simplicitatem, & vide rectum, quia erit in extremum viro pax.* Præuaricatores autem interibunt pariter, & nouissimum impiorum peribit. Salus autem iustorum a domino, fortitudo eorum in tempore tribulationis. Et auxiliabitur eis dominus, & liberabit eos, & eripiet eos ab impijs, & saluabit eos, quia sperauerunt in eo. Et alibi: Quid gloriaris, in malitia potens? Misericordia dei tota est die. Insidias cogitauit lingua tua, quasi nouacula acuta faciens dolum. Dilexisti malitiam magis q̃ bonum, mendacium magis q̃ loqui iustitiam. Dilexisti omnia verba ad deuorandum lingua dolosa. Sed deus destruet te in sempiternum, terrebit te & euellet te de tabernaculo tuo, & eradicabit te de terra viuentium. Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt. Ecce vir, qui non posuit fortitudinem suam deum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, confortatus est in insidijs suis. Ego autem sicut oliua virens in domo dei, speraui in misericordia dei in seculum,* & in æternum. Confitebor tibi in seculum, quoniam fecisti, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum in conspectu sanctorum tuorum. De talibus enim insidiatoribus, & accusatoribus seruorum suorum loquitur dominus per prophetam, dicens: Os tuum dimisisti ad malitiam, & lingua tua concinnauit dolum. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & in filium matris tuæ fabricabaris opprobrium. Hæc fecisti, & tacui. Existimasti similem tui me futurum? arguam te, & proponam te ante oculos tuos. Intelligite hęc, qui obliuiscimini deum, ne forte * rapiat, & non sit, qui liberet. Languentes autem in isto conamine notandi sunt, & a talibus repellendi. Tales enim membra sunt diaboli, qui sursum atq; deorsum peruolans, quærit, quos possit occidere, quos possit separare, quos possit deuorare. Propter quam rem vigilandum est, & armis cœlestibus sumus muniendi, ne in eius compedes incidamus, aut eius foueis illaquiemur. Decet enim, in talibus causis hoc maxime prouideri, vt sine strepitu concertationum, & charitas custodiatur, & veritas defendatur, atq; innocentes, & domini ministri illæsi liberentur. De bonis ergo, & legem domini custodientibus, fratribusq; adiuuantibus, & non nocentibus, sed supportantibus, ait per prophetam dominus: C Non sedi cum viris vanitatis, & cum superbis non ingrediar. Odiui ecclesiam pessimorum, & cum impijs non sedebo. Lauabo in innocentia * palmas meas, & circuibo altare tuum domine, vt clara voce prædicem laudem, & narrem omnia mirabilia tua. Domine dilexi habitaculum domus tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ. Ne *ponas cum peccatoribus animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam. In quorum manibus scelus est, & dextera eorum repleta est muneribus. Ego autem in simplicitate mea gradiar, redime me, & miserere mei. Pes meus stetit in * via recta, in ecclesijs benedicam dominum. Concordent igitur cum omnibus dei sacerdotibus hæ charitatis sententiæ, in quibus vos fixos & firmos existere iudicamus. Deus vos incolumes custodiat, filij charissimi. Data. xv. Kalendas Martij, Antonio & Marco viris clarissimis Consulibus.

Psal. 36 | als, Iniqui autē delebunt | Psal. 51 | als, sempiternum | Psalm. 49 | als, capiat | 1. Petri. 5. c | Psal. 25 | als, manus | als, auferas | als, recto

¶ Notandum, q̄ Marianus Scotus circa hæc tempora, istorum duorum Consulum non meminit, attamen anno. cxlij. & cxliij. scribit Antonium ac Præsentem consulatus gessisse officium.

Finis decretorum Thelesphori papæ.

DECRETA IGINI PAPAE.

D

Ex libro pontificali Damasi Papæ.

IGinus natione Græcus, ex philosopho de Athenis, cuius genealogiam non inueni, sedit annos quatuor, menses tres, dies quatuor. Fuit aũt temporibus Veri & Marci, a consulatu Magni & Camerini, vsq; ad Orphitum & Priscum. Hic clerum composuit, & distribuit gradus. Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembrem, presbyteros. xv. diacones quinq;, episcopos per diuersa loca sex, Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano tertio Idus Ianuarij, Et cessauit episcopatus dies tres. Hæc ille.

Circa annos Igini papæ p̃cipue adnotandum, ꝙ Damasus tam in exemplari sancti Bauonis, q̃ Vvintonień. vetustissimis, similiter & Platina, scribunt illum dumtaxat annis quatuor, &c. præsedisse. In Breuiarijs autem Romani ritus legitur præfuisse decem annis, Similiter & Eusebius, sicut in ecclesiastica historia, vt videbitur, sic & in suis Chronicis, annis quatuor. Quocirca aduertendum, ꝙ in Cassiodori, simul & Gregorij Haloandri catalogo de consulibus, vbi a Nigro (loco cuius putatur alibi haberi Magno) & Camerino, vsq; ad Orphitum & Priscum, quibus consulibus, Iginus dictus est præsedisse, anni decem, imo vndecim numerantur, tot consulibus intermedijs existentibus. Ex his diligenter pensatis, eligat lector, quod sibi videtur conuenientius. Ad hæc tamen pro pleniori instructione, de tempore Higini papæ ita scribit Eusebius ecclesiasticæ historiæ libro quarto cap. vndecimo: Valentinus venit Romã sub Higino, q erat in vrbe Roma ab Apostolo nonus episcopus. Et post alia: Quarto autem episcopatus sui anno, quum discessisset Higinus, Romanæ ecclesiæ sacerdotium Pius suscepit. Hæc Eusebius. Porro, Marianus Scotus Higini papæ mentionem facit, anno Hadriani Imperatoris. xxi. iuxta Euangelij veritatẽ. cxlv. secundum Dionysij cyclum. cxxiij. Rufino ac Torquato consulibus. Higinus papa septimus post Petrum, annis quatuor. Hic constituit clerum, & distribuit ecclesiasticos gradus. Hæc ille.

E

EIVSDEM EPISTOLA

DECRETALIS PRIMA, AD OMNES CHRIstifideles, de fide, & alijs causis.

F

IGINVS in Christi nomine almæ vrbis Romæ Episcopus, cunctis in apostolica fide & doctrina degentibus salutẽ. Charissimi, deus filium suum misit in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustitia legis impleretur. Filius, non secundum deitatem solam, a patre missus est, sed secundum carnem, quam clementer & pie pro nobis assumere non dedignatus est. Nam quod semetipsum (exinanita maiestatis suæ potentia) idem se filius miserit, Apostolus contestatur, & dicit: Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiẽs, & humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Et Esaias: Non legatus, neq; angelus, sed deus ipse veniet & saluabit nos. Item ibi: Palam apparui non quærentibus me, Et Hieremias: Dereliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, Veni, & factus sum illis in opprobrium, Et in Michæa: Ecce dominus veniet, & commouebuntur sub eo montes, Et in

Roma. 8. a

Philip. 2. a

Esaiæ. 35. d &. 35. b

Esaiæ. 65. a

Hiere. 12. b

Psal. 108

Mich. 1. a

A Zacharia: Gaude & exulta filia Sion, quia ecce ego venio, & commorabor in medio tui, dicit dominus. Et Apostolus ad Timotheum: Humanus sermo, & omni acceptione dignus, quoniam Iesus Christus venit in hunc mundum, peccatores saluos facere. Et Malachias: Ecce subito veniet in templo suo dominus, quem vos quæritis, & angelus testamenti, quem vos vultis. In Euangelio: Non veni vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam. Item ibi: Quid nobis, & quid tibi, Iesu fili dei, venisti ante tempus perdere nos? Venit filius hominis saluare, & quærere, quod perierat. Item ibi: Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. Item ibi: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis, qui est in cœlo. Nunquid in his tantis, ac talibus testimonijs, quibus se filius dei a semetipso venisse testatus est, poterit quis dicere, ab alio, & non a semetipso venisse? dum manifestum est, *q qui carnem nostram dignanter assumpsit, voluntarie, & non ab alio missus, venerit. Nam qui, in patre manens, vbiq; potentia sua consistat, vbi quo a patre mitteretur, omni modo non habuit, quoniam nulla pars cœlorum ac terræ, a conspectu patris excipitur, vbi secũdum vos a patre filius mitteretur. Et Paulus: Renouamini (inquit) spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et ad Hebræos: In eo em̃, in quo passus est * ipse, & tentatus est, potens est & eis, qui tentantur, auxiliari. Vnde, fratres sancti, vocationis semper

B cœlestis participes, considerate apostolum & pontificem confessionis nostræ, Iesum, fidelem existentem ei, qui vocauit eum. Et ad Colossenses: Nunc autem deponite & vos vniuersa, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpiaq; verba ex ore vestro non procedant. Nolite mentiri inuicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induite nouum eum, qui renouatur in agnitionem secundũ imaginem eius, qui creauit eum. Nunquid is, qui vniuersam creaturam, visibilia & inuisibilia propriæ potestatis virtute procreauit ac fecit, seipsum antea, aut postmodũ (quod dicere nefas est) creauit, vel facere potuit? Et dominus in Euangelio ait: Ego & pater vnum sumus. Et iterum: Qui me videt, videt & patrem. Et iterum: Qui odit me, & patrem meum odit. Et iterum, Vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Et iterum: Vt sint in nobis vnum, sicut & nos vnum sumus. Tu in me, & ego in eis. Et iterum: Omnia mea tua sunt. Et iterum: Ego in patre, & pater in me. Et iterum: Pater, in me manens, facit opera hæc. Et Iohannes Euãgelista ait: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Et iterum ipse ad Parthos: Tres sunt (inquit) qui testimonium perhibent in terra, aqua, sanguis & caro, & tres in nobis sunt. Et tres sunt, qui testimonium perhibent in cœlo, pater, ver-

C bum & spiritus, & hi tres vnum sunt. Nos itaq; in natura diuinitatis (quia vnum sunt pater & filius & spũs sanctus) nec patrem aliquo tempore credimus præcessisse, vt maior sit filio, nec filium postea natum esse, vt diuinitate patris minoretur. Cæterum, fratres, saluo in omnibus Romanæ ecclesiæ priuilegio, nullus Metropolitanus, absq; cæterorum omnium comprouincialium episcoporum instantia, aliquorũ audiat causas eorum, quia irritæ erunt, aliter actæ, q̃ in conspectu eorum omnium ventilatæ, & ipse si fecerit, coerceatur * a fratribus. Criminationes maiorum natu per alios non fiant, nisi per ipsos, qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint, & actis publicis docuerint, omni se suspitione carere, & inimicitia, atq; irreprehensibilem fidem habere, ac conuersationem ducere. Necnon & peregrina negotia & iudicia prohibemus, qa indignum est, vt ab externis iudicentur, qui * prouinciales, & a se electos debent habere iudices. Nos quidem, ex omni parte carpendo, occasiones abscindimus. Nos, supernæ memores disciplinæ, quibuscunq; cadentibus dexteram porrigimus, & a ruinæ præcipitio, quos possumus, releuamus, & defensionis adminiculum totis viribus præbere cupimus. Certe si vel mens sit recti conscia, vindicta dignus est, q alijs existit causa periculi. Qui vero innocentem, vel fratrem, quocũq; ingenio persequitur, ipse in se iugulũ mortis impingit, vt ait diuinus & beatus præco: Noli detrahere, ne eradiceris, noli accusare, ne accuseris, noli iudicare, ne iudiceris, quia in quo iudicio iudicaueris, iudicabitur de te. Nemo creditur nos odisse, quorum

Zacha. 2. c
1. Timoth. 1. c
Malach. 3. a
Lucæ. 5. f
Matth. 8. d
Iohan. 10. b
Lucæ. 18. b
Iohan. 3. b
al's, eum
Ephe. 4. f
Heb. 2. d
al's, ille
Coloss. 3. b
Iohan. 10. f
Iohan. 14. b
Iohan. 15. d
Iohan. 5. d
Iohan. 17. c
Iohan. 17. b
Iohan 14. b
Iohan. 1. a
1. Iohan. 5. b
Hãc epistolã scriptã Parthis a beato Ioh. docet in hoc passu.
9. q. 3. Saluo in omnibus.
al's, in oĩbus.
2. q. 7. Crimi nat. Et i decr. Lucij & Iulij.
3. q. 6. Peregrina iu. Et in dec. Feli. 1. Et Iulij & Sixti. 3
al's, comprouinciales
Lucæ. 6. f & Matth. 7. a & Roma. 2. a

Matth.12.b Marc.3.c. Lucae.11.c.

relatione non læditur. Dicit enim dominus: Omne regnum in se diuisum, nō stabit, & omnis scientia aut regula aduersum se diuisa, non stabit. Ideoq́ necesse est, vt concorditer salubres suscipiatis hortatus, nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium deuotionis vnanimes, diuinis & apostolicis constitutionibus pareatis. Data xvij. Kalendas Octobris, Magno & Camerino consulibus.

¶ Aduertendum circa annum horum consulum, Marianum Scotum annotare Camerinum & Nigrū, anno.cxli. sed Magnū nusquā citat.

EPISTOLA IGINI PAPAE SECVNDA AD ATHENIENSES.

IGINVS Papa Atheniensibus salutem. Multa mihi fiducia est apud vos, fratres, & multa gloriatio pro vobis. Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione vestra. Tribulor enim, quando de vobis audio, quod non oportet. Consolor vero, quoties ea inter vos fieri cognouero, quæ bonos Christianos decet implere. Nolite, fratres, iugum ducere cum infidelibus. Vnde doctor gentium loquitur, dicens: Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Quis autem consensus templo dei cum idolis? Vos enim estis templum dei viui, sicut dicit dominus. Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum deus, & ipsi erunt mihi populus. Si enim deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit, in iudicium cruciandos reseruari, & originali mundo non pepercit, sed octauum Noe iustitiæ præconem custodiuit, diluuium mundo impiorum inducens, & ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens, euersione damnauit, exemplū eorum, qui impie acturi sunt, ponens, quid putatis, iniquis & impijs perseuerantibus in nequitia eorum erit? Iustum vero Loth oppressum, a nefandorum iniuria & * cōuersatione eruit, aspectu enī & auditu iustus erat, habitans apud eos, qui de die in diē animam iustam iniquis operibus cruciabant. Nouit dominus pios de tentatione eripere, iniquos vero in diem iudicij cruciandos reseruare, magis autem eos, qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationemq́ contemnunt, audaces, sibi placentes, sectas non metuunt facere, blasphemantes. Vnde alieni erroris *socium a sui propositi tramite recedentem, aut apostolicæ sedis iussionibus inobedientem, suscipere non possumus, nec * impetere recte credentes, vel sanctorum patrum iussionibus obtemperantes permittimur, quia inter fideles & infideles magna debet esse discretio. Si deus, fratres, iustis non pepercit, quid de nobis peccatoribus fieri putatis? Custodite vos ab omni inquinamento carnis & corporis, vt salui sitis in die aduentus domini. Vnum autem hoc non lateat vos (vt ait Apostolus) charissimi, quia vnus dies apud dominum, sicut mille anni, & mille anni, sicut vnus dies. Nō tardat dn̄s promissis, sed patienter expectat propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Adueniet aūt dies dn̄i vt fur, in quo cœli magno impetu transient, elementa vero calore soluentur. Quum hæc ergo omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentū diei dei, per quē cœli ardentes soluentur, & elemēta ignis calore tabescent. Nos vero cœlos nouos, & terram nouam, & promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia inhabitat. Deus aūt omnis gratiæ, qui vocauit vos in æternā suam gloriam in Christo Iesu modicum passos, ipse perficiet, confirmabit & solidabit. Ipsi gloria & imperiū, in secula seculoꝝ. Amen. Data. x. Kalen̄. Martij, Magno & Camerino consulibus.

¶ De anno hoꝝ consulum videatur prior epistola.

2.Cor.6.d · Leuit.26.g · 2.Petri.2.a.b & Iob.4.d · Gene.7.a · Gene.19.c.e · al's, luxuriosa cōuersatione · 3.q.4. Alieni err. Et in dec. Diony.pp. & in decre. Iulij · al's, societatē sectātes, vel · al's, impedire · 2.Petri.3.b.c · 1.Thess.5.a · Apoc.21.a · 1.Petri.5.c

A

Ex Decretis Igini papæ, Secundum Gratianum.

Soboles ex secundis nuptijs genita consanguineis prioris viri copulari non debet.

Si qua mulier transiens ad secundas nuptias, & ex eis prolem habuerit, non ipsa proles potest se copulare cognationi prioris viri vsque ad quartam generationem.

35.q.10. Si q̃ mulier

Ex eisdem Decretis.

Ecclesiarum consecratio absque missa fieri non debet.

Oẽs Basilicæ cum missa debẽt semper consecrari, & ecclesiæ destructæ. Vbi aũt plures sunt, q̃ necesse sit, aut maioris magnitudinis, q̃ ex rebus ad eas pertinentibus restaurari possint, episcopi prouidentia modus inueniatur, qualiter consistere possint, aut restaurari.

De consf. dist. 1 Omnes Basilicę, Et in dec. Iuo. lib. 2

Ex eisdem.

Quę ecclesia est iterum consecranda, & salibus tantum exorcizanda.

Si motum fuerit altare, denuo consecretur ecclesia. Si tantum parietes mutantur, & non altare, salibus tantum exorcizetur. Si homicidio vel adulterio ecclesia violata fuerit, diligentissime * expurgetur.

De consf. dist 1 Si motũ. Et in dec. Iuo. lib. 2 al's, expurgetũ & denuo consecretur

Ex eisdem.

In vsus laicorum non licet conuerti ligna ecclesię dedicatę.

Ligna ecclesiæ dedicatæ non debent ad aliud corpus iungi, nisi ad aliã ecclesiam, vel igni sunt comburenda, vel ad profectum in monasterio fratribus. In laicorum vero opera non debent admitti.

B

De consf. dist. 1 Ligna ecc'iæ

Ex eisdem.

Necessitate cogente in cathecismo, & confirmatione idem compater esse potest.

In cathecismo & in baptismo, & in confirmatione vnus patrinus fieri potest, si necessitas cogat. Non est tamen consuetudo Romana, sed per singulos singuli suscipiunt.

De consf. dist. 4. In cathecismo. Et in decre. Iuo. li. 1

Finis Decretorum Igini papæ.

DECRETA PII PAPAE PRIMI.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

C

PIus natione Italus, ex patre Rufino, frater Pastoris, de ciuitate Aquileia, sedit annos nouẽdecim, menses quatuor, dies tres. Fuit autem temporibus Anthonini Pij, a consulatu Clari & Seueri. Sub huius episcopatu frater ipsius Hermes librum scripsit, in quo mandatum continetur, quod ei præcepit angelus domini, cum veniret ad eum in habitu pastoris, vt sanctum pascha die dominica celebraretur. Hic constituit, hæreticum venientem ex Iudæorum hæresi suscipi, & baptizari. Et constitutum de ecclesia fecit. Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros octodecim, diacones viginti vnum, episcopos per diuersa loca duodecim. Qui etiam sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano, quinto idus Iulij. Et cessauit episcopatus dies quatuordecim. Hæc Damasus. Multa certe veniunt hic consideranda, quæ inter se dissonare videntur. In Damaso enim secundum vtrunq; exemplar asscribuntur Pio anni nouẽdecim, qui vtiq; difficulter poterunt reperiri, si singulis videlicet, Igino, Aniceto, & Pio, debiti anni asscribi debeant, Eusebius autem ecclesiasticæ historiæ libro quarto, capite vndecimo, minorem assignat numerum, sic scribens: Pius vero in vrbe Roma. xv. annis in sacerdotio expletis, Aniceto post se tradidit sedẽ. In chronicis quoq; eiusdẽ, si Igino iungãtur anni quatuor, decẽ dũtaxat Pio relinquunt, vsq; ad annos cõsulũ, a qbus Anicetus scribitur, incepisse. Porro Platina in margine & Romani ritus breuiaria. xi. annos ponũt.

Deniq; q consules, a quorũ consulatu idem secũdum Damasum scribitur incepisse, non inueniũtur in Cassiodori cõsulum catalogo, sed in Gregorij Haloandri solum, reddit materiã ambiguã satis, atq; suspectã, similiter quoq; q fere toties numerus annorum ipsius Pij diuersificat, quoties nouus accedit scriptor. Præterea, Anicetus huius successor secundum communiorem opinionem sedisse legitur, a consulatu Gallicani, ac Veteris, vt postea patebit, quorum consulatus immediate sequitur, Orphyti, & Prisci consulatum, qui fuit annus vltimus Igini, & hic Anicetus inuenitur præsedisse vsq; ad Præsentem, & Rufinum, a quorum Præsentis, & Rufini consulatu, vsq; ad Rusticum, & Aquilinum, consules, a quibus Sother legitur incepisse, nemo pontificum dicitur præsedisse, cum tamen consulum intermediorum anni ad nouenarium vsque se extendant. Dubium itaq; est, nisi Pio idem anni aptent, quis papatũ illo tẽpore, & in illis annis, occupauerit. Sed & si hunc ordinem, prǽponendo Anicetum Pio, prosequamur, omnibus scriptoribus, aut certe maiori parti, obuiamus, excepto exemplari vetustissimo Vuintonieñ. monasterij in Anglia, in quo ordo iste potificum mutatus est, vt videlicet Anicetus Pium præcedat. Quocirca etiam Platina in suo de pontificibus opere, titulo Anicetus parum alludit huic positioni dicens variari hoc loco tempora, cum alij Pium, alij Anicetum, præponant. Variantur & historiæ. Vtcunq; sit in tam remota historia, tantáq; maiorum negligentia, satius erit res ipsas pauloante, vel post gestas, aliqua ex parte attingere, q̃ eas omnino prætermittere. Hæc ille. Veruntamen pro communiori opinione non parum credulitatis afferre potest Hyrenæi Lugduneñ. episcopi testimonium, quo libro tertio, capite tertio & quarto, contra quinq; hæreses scribit Pium Aniceto priorem, qui quidem Hyrenæus circa eadem tempora floruit, id est, Eleutherij papæ tempore, quem etiã Eusebius libro ecclesiasticæ historiæ. v. cap. vi. recitat pro hac eadem causa. Cęterum vbi Pio præponeretur Anicetus, duntaxat veniunt illi anni octo asscribendi, qui (vt p̃missum est) inter vltimũ Aniceti annũ, qui est consulatus, Rufini, & Præsentis, & primum Sotheris, qui est annus consulatus Rustici, & Aquilini, decurrunt. Et certe, vtcunq; fiat, si Aniceto, & Pio, tot anni assignentur, quot diuersa exemplaria illis adiungunt, totus annorum pontificum trium subsequentium ordo, scilicet Sotheris, Eleutherij, & Victoris, quorum anni secundum descriptionem satis quadrant, confundetur. Verum Marianus Scotus huius Pij meminit anno Anthonini pij Imperatoris quarto iuxta euangelij veritatem. c. xlix. scdm vero Dionysii cyclum. . xxvij. Grato, & Seleuco consulibus. Iginus papa obijt quarto idus Ianuarij, Pius papa octauus post Petrum annis quindecim. Et idem anno sequenti ait sub Pio papa Hermes scripsit librum, qui dicitur Pastor, vt pascha die dominico celebretur.

D E F

EIVSDEM EPISTOLA

DECRETALIS PRIMA AD VNIVERSOS CHRISTIFIDELES.

OMNIBVS Ecclesiis in eadem, qua sumus fide, , & doctrina, manentibus Pius apostolicæ sedis archiepiscopus. Gratias agimus, fratres, deo, quoniam crescit fides vestra, & abundat charitas vniuscuiusq; omnium vestrum in inuicem, ita vt nosipsi in vobis gloriemur in ecclesiis dei. Videte, fratres, videte, vt nemo vos seducat, volens in humilitate, & religione angelorũ, quę non vidit, ambulans frustra, inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput, ex quo totũ copus per nexus, & cõiunctiões, subministratũ, & cõstructũ crescit in augmentũ dei, sed induite vos sicut electi dei, sancti, & dilecti viscera misericordiæ, benigni-

Cor. 2. d,

Coloss. 3. b

A nignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelã. Et sicut Christus donauit vobis, ita & vos. Cæterũ nosse vos volumus, quod pascha dñi die dñica annuis * solennitatibus sit celebrãdum. Istis ergo temporibus Hermes doctor fidei, & scripturarum, effulsit inter nos. Et licet nos idem pascha prædicta die celebremus, qa tñ quidã inde dubitarunt, ad corroborãdas animas eorum, eidem Hermę angelus dñi in habitu pastoris apparuit, & præcepit ei, vt * pascha die dñico ab omnibus celebraretur. Vnde & * vos apostolica authoritate instruimus omes eadem seruare debere, quia & nos eadẽ seruamus, nec debetis a capite quoquo modo dissidere. Cauete diligẽter oẽs, ne quis vos decipiat per aliquã astrologiã, vel philosophiã, & inanẽ fallaciã, secundũ traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum, & traditionem rectam. (In Christo em̃ habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter) vt sitis in illo repleti, qui est caput oĩs principatus, & potestatis, qui & hanc sanctã sedem apostolicã omnium ecclesiarũ caput esse præcepit, ipso dicente principi apostolorum Petro: Tu es Petrus, & super hãc petrã ædificabo ecclesiã meã, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcũqꝫ ligaueris super terrã, erit ligatum & in cœlo, & quodcunqꝫ solueris super terram, erit solutum & in cœlo. Sine dubio qui contra mãdata dei agit, peccat, & qui consensum præstat errãti. Quid em̃ prodest illi, suo errore non pollui, qui consensum præstat erranti? Oues em̃ pastorem suum non reprehendant, plebs vero epm̃ non accuset, nec vulgus eum arguat, qm̃ non est discipulus super magistrum, neqꝫ seruus supra dñm.

De cõse. dist. 3. Nosse vos volumus
alias, tpibus,
alias, pascha domini.
alias, nos
Col. 2. b
Matth. 16. c
83. disti. Quid em̃ prodest,
6. q. 1. Oues pastorẽ. Et in dec. suo. lib. 4.

B Episcopi autẽ a deo sunt iudicãdi, qui eos sibi oculos elegit. Nam a subditis, aut prauæ vitæ hoĩbus non sunt arguendi, vel accusandi, aut lacerãdi, ipso dño exemplum dante, quãdo per seipm̃, & non per aliũ, vendentes sacerdotes, & ementes, eiecit de tẽplo, & mensas nummulariorum proprio euertit flagello, & eiecit de templo. Et sicut alibi per prophetã loquitur, dicens: Deus stetit in synagoga deorum, in medio aũt deos discernit. Si quis vero a suo proposito retrorsum exorbitauerit, & iussum apostolicæ sedis libenter trãsgressus fuerit, infamis efficitur. Reprobari ergo oportet eorum redargutiones, qui in recta fide suspecti sunt. Fides aũt, & conuersatio, primũ scrutãda est, & denuo, qui irreprehensibiles apparuerint, sunt recipiendi, & nõ prius, qa bonus homo (testãte veritatis voce) ex bono thesauro cordis sui profert bona, & malus homo ex malo thesauro cordis sui profert mala. Ex abundãtia em̃ cordis os loquitur. Ideo persona & opinio, ac vita, vniuscuiusqꝫ in initio rimãda est, quia boni semper infestant a malis. Boni em̃ cũ malis, licet mixti sint in ecclesia, vix cõcordare inueniunt, qm̃ dissimilis est eorum cogitatio, voluntas, & actus. Nihil em̃ prodest homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate reuocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur. Vnde ait propheta: Cohibe linguã tuã a malo, & labia tua ne

Matth. 10. c
Lucæ. 6. f.
Psal. 81
3. q. 4. Si quis vero a.
Matth. 12. c
Lucæ. 6. g
De pœn. dis. 3 Nihil prodest Et de cõs. dis. 5. Nihil enim prodest,

C loquãtur dolũ. Diuerte a malo & fac bonũ. Nemo em̃ bonum faciens, alteri verbo, aut facto nocere vult, quãtominus in suspitionẽ debet venire fidelis homo, vt dicat, aut faciat ea, quæ pati nõ vult. Quia oĩs suspitio potius repellenda est, q̃ approbãda, vel recipienda. Charitas em̃ non quærit, quæ sua sunt, sed quæ aliorum, quia vnius causa, multorum non est præferenda. Sectamini charitatẽ, æmulamini spũalia. Charitas em̃ patiens est, benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperã, non inflatur, nõ est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malũ, non gaudet super iniquitate, congaudet aũt veritati. Omnia suffert, oĩa credit, oĩa sperat, oĩa sustinet. Charitas nunquã excidit. Semper rogo vos, vt deteriora reijciatis, & meliora perficiatis, quia nos non spm̃ mundi accepimus, sed spm̃, qui ex deo est, vt sciamus, quæ a deo donata sunt nobis, & ea sectamini indifferenter. Data septimo idus Aprilis, Claro, & Seuero, viris clarissimis consulibus.

Psalm. 33
6. q. 1. Oues pastorem.
1. Corin. 13. b
1. Corin. 14. a
1. Corin. 13. b
1. Corin. 2. c

Circa hæc tempora non meminit Marianus Scotus istorum consulum, sed tẽpore Victoris papæ assignat eis nõ simul, sed disiũctim cõsulatus gessisse officiũ, Claro anno ad euangelij veritatem. cc. ij. Seuero, anno. cc. iij. & cc. ix. ac. cc. xi.

Epistola

EPISTOLA PII PAPAE SECVNDA ITALICIS DIRECTA.

PIVS Romanæ vrbis archiepiscopus, Italicis fratribus salutẽ in domino. Scitis, fratres, quia dei agricultura sumus, ideo eius adiutores esse debemus secundum gratiam, quam ipse dedit nobis. Si autem hoc esse neglexerimus, nulli dubium est, quod damnabimur. Si vero in eius seruitio pro viribus laborauerimus, veriq; eius adiutores fuerimus, eiusq; voluntatem implere studuerimus, profecto ab illo ditabimur, quia vniuscuiusq; opus quale sit (vt ait Apostolus) dies domini declarabit, & ignis probabit. Ad sedem autẽ apostolicã perlatũ est, quod sint inter vos contentiones & æmulatiões. Et prędia, diuinis vsibus tradita, quidam humanis applicant vsibus, & domino deo (cui tradita sunt) ea subtrahunt, vt suis vsibus inseruiant. Quapropter ab omnibus illius vsurpationis contumelia depellẽda est, ne prædia vsibus secretorum cœlestium dicata, a quibusdã irruentibus vexentur. Quod si quisquam præsumpserit, sacrilegus habeatur, & sicut sacrilegus iudicetur. Ipsos autem, qui hoc agunt, cleros, & domini sacerdotes persequi, eosq; infamare audiuimus, vt malum super malum addant, & deteriores fiant, non intelligentes, quod ecclesia domini in sacerdotibus consistit & crescit in templum dei. Et sicut, qui ecclesiam dei vastat, & eius prædia, & donaria expoliat, & inuadit, fit sacrilegus, sic & ille, qui eius sacerdotes insequitur, sacrilegij reus existit, & sacrilegus iudicatur. Aemulamini, fratres, charismata meliora, & nolite talia agere, nec eis commisceri, aut consentire, qui talia agunt, quoniam non solum, qui talia agunt, sunt huius criminis rei, sed qui facientibus consentiunt. Non ergo grauius peccatum est fornicatio, q̃ sacrilegium, sed sicut maius est peccatum, quod in deum committitur, q̃ quod in hominem, sic grauius est sacrilegium agere, q̃ fornicari. De talibus enim ait Apostolus: Et vos inflati estis, & nõ magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui, vt præsens eum, qui sic operatus est in nomine domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis, & meo spiritu, in virtute domini nostri Iesu Christi, huiusmodi tradere Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Non est bona gloriatio vestra. Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate (inquit Apostolus) vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaq; epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis synceritatis, & veritatis. Scripsi vobis in epistola (ait idem ipse Apostolus) ne commisceamini fornicarijs, non vtique fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus. Alioquin debueratis de hoc mũdo * exisse. Nunc autem scripsi vobis, non commisceri. Si quis autem frater nominatus est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibũ sumere. Quid ẽm mihi de his, qui foris sunt, iudicare? Nõne de his, q intus sunt, vos iudicatis? Nam eos, q foris sunt, deus iudicabit. Auferte malum ex vobisipsis. Audet aliquis vestrũ, habens negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? An nescitis, quoniam sancti dei de mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis quidem, vt de minimis iudicetis. Nescitis, quoniã angelos iudicabimus, quãto magis secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandũ. Ad verecundiã vestrã dico: Si non est inter vos sapiens quisquã, qui possit iudicare frẽm suũ, sed frater cũ fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles. Iã qdẽ omino delictũ est in vobis, quod iudicia habetis inter vos.

Quare

1. Cor. 3. c
12. q. 2. Prædia diuinis.
Lutheranorũ iniqua facta.
17. q. 4. Sicut qui ecclesiam
1. Cor. 12. d
Roma. 1. d
1. Cor. 5. a. b
1. Cor. 5. c
1. Cor. 5. c. d
alias, exijsse.
1. Cor. 6. a

D E F

A Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. An nescitis, quia iniqui regnum dei non possidebunt? Nolite errare. Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neq; masculorũ concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnum dei possidebunt. Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. De cætero (salua in omnibus apostolica authoritate) quæcunq; sunt ad religionis obseruantiam pertinentia, locis suis, & a suæ diocœseos synodis, audiantur. Et si quis sacerdotum, vel reliquorum clericorum suo episcopo inobediens fuerit, aut insidias ei parauerit, aut contumeliam, aut calumniam, & conuinci potuerit, mox curiæ tradatur. Qui autem facit iniuriam, recipiat hoc, quod inique gessit: Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala. Euigilate iusti, & nolite peccare. Data idus Martij, Claro & Seuero viris clarissimis consulibus.

11.q.1. Si qs sacerdotum

1.Cor.15.e De his cõsulibus videat in epla priori

Ex decretis Pij papæ.

Ante vicesimumquintum annum virgines non consecrentur.

21.q.1. Virgines nõ ve. Et in dec. Iuo. li. 3

Virgines non velentur ante vigintiquinque annos ætatis, nisi forte necessitate periclitantes pudicitiæ virginalis. Et non sunt consecrandæ, nisi in epiphania, & in albis B Paschæ, & in Apostolorum natalitijs, nisi causa mortis vrgente.

Ex Eisdem.

De illis qui per caput dei vel capillum iurant, vel blasphemia contra deum vtuntur.

22.q.1. Si quis per ca.

Si quis per capillum dei, vel caput, iurauerit, vel alio modo blasphemia contra deum vsus fuerit, si in Ecclesiastico ordine est, deponatur, si laicus, anathematizetur. Et si quis per creaturas iurauerit, acerrime castigetur, & iuxta hoc, quod synodus iudicauerit, pœniteat. Si quis autem talem hominem non manifestauerit, non est dubium, quin diuina condemnatione similiter coerceatur. Et si episcopus ista emendare neglexerit, acerrime corripiatur.

Ex Eisdem.

De illis, qui iubentibus dominis suis periurium fecerint.

22.q.5. Qui compulsus. alias, sex

Qui, compulsus a domino, sciens, peierat, vtrique sunt periuri & dominus, & miles. Dominus, quia præcepit. Miles, quia plus dominum, q̃ animam suam dilexit. Si liber est, quadraginta dies in pane & aqua pœniteat, & * septem sequentes annos. Si C seruus est, tres quadragesimas, & legitimas ferias pœniteat.

Ex Eisdem.

22.q.5. Qui peierat.

Qui peierat se in manu episcopi, aut in cruce consecrata, tres annos pœniteat. Si vero in cruce non consecrata, annum vnũ pœniteat. Qui autem coactus fuerit, & ignorans, se peierauerit, & post cognoscit, tres quadragesimas pœniteat.

Ex Eisdem.

De illo qui vxorem legitimam sine iudicio interfecerit.

33.q.2. Quicũq; propriam. al's ordinatio

Quicunq; propriam vxorẽ absque lege, vel sine causa, & certa probatione, interfecerit, aliamq; duxerit vxorem, armis depositis, publicã agat pœnitentiam. * Et si contumax fuerit, & episcopo suo inobediens extiterit, anathematizetur, quousque consentiat. Eadem lex erit illi, qui suum seniorem interfecerit.

Ex Eisdem.

Pœnitentia eius cuius negligentia de sanguine domini aliquid stillat.

De cõs. dist. 2 Si p negligentiã. Et in dec. Iuonis, li. 1

Si per negligentiam aliquid de sanguine stillauerit in terram, lingua lambatur, tabula radatur. Si non fuerit tabula, vt non conculcetur locus corrodatur, & igne consumatur, & cinis intra altare recondatur, & sacerdos quadraginta diebus pœniteat. Si super altare stillauerit calix, sorbeat minister stillam, & tribus diebus pœniteat. Si super lintheum altaris, & ad aliud stilla peruenerit, quatuor diebus pœniteat. Si vsque ad tertium, nouem diebus pœniteat. Si vsque ad quartum, * viginti diebus pœniteat, & lintheamina, quę tetigerit stilla, tribus vicibus minister abluat, calice subterposito & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recondatur.

alias 5.xi.

Ex de

Alias, ex Augustino Dist. 11. Consuetudinē lauda. Et in dec. Iuo, lib. 2

Ex decre. eiusdem ad Casulanum.

Laudabilis est cōsuetudo, qua nihil fidei contrarium agitur.

Consuetudinem laudamus, quæ tamen contra fidem catholicam nil vsurpare dinoscitur.

Ex eiusdem decretis.

Vt arreptitij sanctis altaribus non ministrent.

33. dist. Communiter diffinimus vt nullus &c.

Communiter diffinimus, vt nullus de his, qui aut in terra arrepti a dæmonibus, eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeant ministrare altaribus, vel indiscusse se ingerant sacramentis diuinis, exceptis illis, qui corporum incommoditati dediti, sine huiusmodi passionibus in terra probantur elisi, qui tamen & ipsi tam diu erunt ab officij sui ordine, & loco suspensi, quousque vnius anni spacio, per discretionem episcopi, inueniantur ab incursu dæmonum liberati.

Eiusdem decretum ex codice. v. librorum, libro. ij. capite. cxvij.

De oblationibus populorum.

Vt de oblationibus, quæ offeruntur a populo, & consecrationibus, quæ supersunt, vel de panibus, quos deferunt fideles ad ecclesiam, vel certe de suis presbyter conuenienter partes incisas habeat in vase nitido, & conuenienti, vt post missarum solennia, qui communicare non fuerint parati, eulogias omni die dominico, & in diebus festis, exinde accipiant, quæ cum benedictione prius faciat.

Eiusdem decretum ex codice. xvi. librorum, libro tertio, capite decimonono.

De consuetudine seruanda, quæ non est contra fidem.

Petistis per Hilarium chartularium nostrum a beatæ memoriæ decessore nostro, vt omnes vobis retro temporum consuetudines seruarentur, quæ a Petri Apostolorum principis ordinationum initijs hactenus vetustas longa seruauit. Et nos quidem iuxta seriem relationis vestræ consuetudinem laudamus, quæ tamen contra fidem catholicam nihil vsurpare dinoscitur.

Finis decretorum Pij papæ.

DECRETA ANICETI PAPAE.

Ex libro Pontificali Damasi papæ.

alias, Amiza. alias, Seueri

ANicetus natione Syrus, ex patre Iohanne de vico *Humisia, sedit annis vndecim, menses quatuor, dies tres. Fuit autem temporibus* Veri, & Marci, a consulatu Gallicani, & Veteris, vsq; ad Præsentem, & Rufinum. Hic constituit, vt clericus comam non nutriret, secundum præceptum Apostoli. Hic fecit ordintiones. v. per mensem Decembrem, presbyteros. xvij. diacones. iiij. episcopos per diuersa loca. ix. Qui etiam obijt martyr, & sepultus est in cemyterio Calixti via Appia. xv. Kalendas Maias. Et cessauit episcopatus dies. xvij. Hæc ille.

Circa Aniceti papæ annos, præter ea, quæ in adnotationibus Pij commemorata sunt, etiam alia veniunt, merito adnotanda. Damasi enim vtrunq; exemplar assignat illi vndecim annos, similiter & Platina. Idem tamen in margine, aliorum ponens opinionem, adnotat illi nouem, quibus etiam concordant plura breuiaria Romani ordinis. Anni autem consulum a Gallicano, & Vetere, a quibus scribitur incepisse, & perdurasse vsque ad Præsentem, & Rufinum, reddunt duntaxat ternarium. Verum iste intermediorum consulum ternarius numerus stare non potest cum eo, quod Damasus testatur illum mense Decembrio ordinatiões quinq; celebrasse. Quocirca Eusebius ecclesiasticæ historiæ, libro quarto, capi. xix. sic ait. Igitur octauo anno supradicti, id est, Marci Aurelij Veri, principis, Aniceto. vndecimo anno episcopatus sui defuncto, successit Sother. Hæc Eusebius, qui tamen in suis Chronicis assignat illi annos decem. In prosecutione vero Chronicorum & annaliū prosequitur annos. xvi.

Non

A Non est aut̄ diu istis immorandū, ꝙ plura superius memorata in adnotationibus circa Pium, etiam hunc papam respiciunt. Prudens lector acceptis his scriptorꝝ diuersitatibus, pro illorꝝ concordia, vbi, & quantum possibile fuerit, operam adhibeat. Praeter iam dicta occurrit dissonantia quaedam, quoad Consules, quos recenset Damasus, designans tempus residentiae papatus Anicaeti, maxime ꝙ Gallicanus ac Vetus, Praesens &* Rufus secundū Marianum Scotum, anno ad veritatem Euangelij. cliiij. & clvij. non occurrunt tempore Anicaeti, sed Pij papae. Idem quoqꝫ Aniceti tempus designans, anno Antonini Pij. xix. iuxta Euangelij veritatem. clxiij, secundum Dionysij cyclum. cxlij. Vero ac Bradua Cōsulibus, ita scribit: Pius papa obijt quinto Idus Iulij. Anicetus papa nonus post Petrū, annis. xi. mensibus. iiij. Hic constituit, ne clerici comam nutriant, iuxta praeceptum Apostoli. Haec ille.

*al's, Rufinus

EIVSDEM DECRETALIS EPISTOLA, AD GALLIAE EPISCOPOS, DE ordinatiōe Archiepiscoporum, &c. & de appellationibus minorum ad maiorum sedes, & ad Romanam ecclesiam.

B ANICETVS vniuersis ecclesijs per Galliae prouincias constitutis, in dn̄o salutem. Bonorꝝ operꝝ, & spūalium studiorum, deum authorem esse non dubiū est, qui bonorꝝ hominum incitat mentes, & adiuuat actiones. Quod nobis euidenter apparuit, quū inter longinqua spatia regionū, vnum corda vestra senserunt consilium, & quae desiderabatis responsa, non vnius, sed plurimorꝝ epistolae intimarunt. De ordinationibus vero Epōrꝝ, super quibus nos consulere voluistis, olim in sancti p̄decessoris nostri Anacleti ordinationibus quaedā iam decreta reperimus. Scimus em̄ beatissimū Iacobū, qui dicebat Iustus, qui etiam secundū carnē, frater dn̄i nuncupatus est, a Petro, Iacobo, & Iohanne apostolis, Hierosolymorꝝ Episcopū esse ordinatū. Si aūt non minus, q̄ a tribus apostolis, tantus vir fuit ordinatus Episcopus, patet profecto, eos formā, instituente dn̄o, tradidisse, non a minus q̄ a tribus Episcopis, Episcopū ordinari debere. Sed crescente numero Episcoporū, nisi necessitas interuenerit, debēt etiam plures augeri, id est, si Archiepiscopus diem obierit, & alter ordinandus Archiepiscopus electus fuerit, om̄es C eiusdē prouinciae Epi ad sedem Metropoleos conueniant, vt ab oībus ipse ordinet. Oportet aūt, vt ipse, qui illis omnibus p̄esse debet, ab oībus illis eligatur, & ordinetur. Reliqui vero comprouinciales Episcopi, si necesse fuerit, caeteris cōsentientibus, a tribus, iussu Archiepiscopi, consecrari possunt Episcopi. Sed melius est, si ipse cū omnibus, eum, qui dignus est, elegerit, & cūcti pariter sacrauerint pontificem. Et licet istud necessitate cogente, concessum sit, illud tamen q̄d de Archiepiscopi consecratione p̄dictum est, atqꝫ p̄ceptum, id est, vt omnes Suffraganei eum ordinent, nullatenus immutari licet, quia, qui illis praeest, ab oībus Epis, quibus praeest, debet cōstitui. Sin aliter p̄sumptum fuerit, viribus carere nō dubiū est, quia irrita erit eius secus acta ordinatio. Ipse aūt Archiepiscopus, nihil de eorū causis, aut de alijs* cōmunibus, iuxta statuta apostolorū, absqꝫ cunctorꝝ illorū agat consilio, nec illi, nisi quantū ad proprias parochias pertinet, sine suo, qm̄ tali gaudet cōcordia altissimus, & gloriat in membris suis. Nulli Archiepiscopi Primates vocent, nisi illi, qui primas tenent ciuitates, quarū Episcopos apostoli, & successores apostolorū, regulariter patriarchas & primates esse cōstituerunt, nisi aliqua gens deinceps ad fidē conuertatur, cui necesse fit, propter multitudinem eorū Primatem constitui. Reliqui vero, qui alias metropolitanas sedes adepti sunt, non Primates, sed Metropolitani nominent. Si aūt aliquis Metropolitanorꝝ inflatus fuerit, & sine omniū cōprouincialiū p̄sentia, vel cōsilio Epōrū, aut eorū, aut

Sup. in. 2. Anacleti epist.

66. dist Archieps ab oībus Et in decreto Iuo. lib. 3

Ibidem.

9. q. 3. Archieps nihil

*al's, omnibus

99. dist. Nulli archiepi. Et in decre. Stephani. 1. Et in dec. Iuo. li. 4

9. q. 3. Si aūt aliq. Et in decre. Iuo. lib. 4

alias causas, nisi eas tantũ, quæ ad propriam suam parochiam pertinẽt, agere, aut eos grauare voluerit ab omnibus districte corrigat, ne talia deinceps p̄sumere audeat. Si vero incorrigibilis, eisq; inobediẽs apparuerit, ad hanc apostolicã sedẽ (cui omnia episcopoꝝ iudicia terminare p̄cepta sunt) eius contumacia referat, vt vindicta de eo fiat, & cæteri timorem habeãt. Si aũt propter nimiã longinquitatẽ, aut tẽporis incõmoditatem, vel itineris asperitatẽ, graue ad hanc sedẽ eius causam deferre fuerit, tũc ad eius primatẽ causa deferat, & penes ip̄m huius sanctæ sedis authoritate iudicet. Similiter si aliquis ep̄orum propriũ Metropolitanũ suspectũ habuerit, apud primatem diocæseos, aut apud hãc apostolicã sedem audiat. Qui maior est vestrũ, secundum dñicam iussionẽ, sit vester minister, & quanto maior es in om̃ibus, humilia teipsum. Charissimi, nolite inter vos cõtendere, nec quærat aliquis maior eẽ, sed iuxta apostolũ: Diligite vos inuicẽ, qa charitas ex deo est, & omnis, q diligit fratrẽ, ex deo natus est, & cognoscit deũ. Qui non diligit, nõ nouit deũ, qm̃ deus charitas est. Pascite (inqt princeps apostoloꝝ) qui in vobis est gregem dei, prouidentes non coacte sed spontanee, secundũ deũ, neq; turpis lucri gratia, sed voluntariæ, neq; vt dominãtes in cleris, sed forma facti gregi ex animo. Et cum apparuerit princeps pastoꝝ, percipietis immarcessibilẽ gloriæ coronã. Et iuxta aliũ apostolum, fratres, memores estote verboꝝ, quæ p̄dicta sunt ab apostolis dñi nostri Iesu Christi, q dicebãt vobis, qm̃ in nouissimo tp̄e venient illusores, secundum desideria ambulãtes impietatũ. Hi sunt, q segregãt semetipsos, animales, spiritum nõ habentes. Vos autem, charissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissime vestræ fidei, in spiritu sancto orantes, ipsos vos in dilectione dei seruate, expectantes misericordiã dñi nostri Iesu Christi in vitam æternam. Et hos quidem arguite iudicatos, illos vero saluate, de igne rapientes. Aliĳs autem miseremini in timore odientes & eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam. Prohibete, fratres, per vniuersas regionum vestraꝝ ecclesias, vt clerici, q laicis, & simplicibus, virtutis, honestatis, pudicitiæ & grauitatis, exemplar esse debent, ac seipsos, tanquam signum purioris vitæ, rudioribus ad imitationem prudenter exhibere, iuxta apostolum, comam nõ nutriant, sed desuper caput in modum sphæræ radant, qa sicut discreti debent esse in conuersatione, ita & in tonsura, & omni habitu, discreti debẽt apparere. Hæc vobis, fratres, vt petistis, custodiẽda mittimus, & custodire p̄cepimus, vt in noĩe Iesu omne genu flectatur cœlestiũ, terrestriũ & infernoꝝ, & om̃is lingua cõfiteatur, qa dñs Iesus Christus in gloria est dei patris, cui honor & imperium, per æterna secula. Data octauo Kaleñ. Iunĳ, Gallicano & Ruffino, viris clarissimis Consulibus.

Matth.20.d & Marc.10.g Ecci.3.c 1.Iohan.4.b

1.Petr.5.a

Dist.25.Prohibete frẽs.

1.Coꝛ.11.c

Philip.2.b

D E F

Horum Consulum Gregorius Haloandrus meminit, non quidẽ sub anno vno, sed diuersis. Nã consulatũ Gallicani designat anno Christi.cli.. Rufini vero consulatum anno.cliĳ. Marianus vero Scotus meminit consulatus Rufini sub nomine Rufi, anno ad veritatem euangelĳ.clvĳ. Iuxta Dionysii cyclum, anno. cxxxv. Gallicani vero consulatus annum non assignat.

Finis decreti Aniceti papæ.

DECRETA SOTHERIS PAPAE.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

SOther natione Campanus, ex patre Cõcordio, de ciuitate Fundis, sedit annos.ix. mẽses* vĳ. dies.xxi. Fuit aũt tẽporibus Veri & Marci, a consulatu Rustici, & Aquilini, vsq; ad Cethegũ, & Clarũ. Hic cõstituit, vt nulla monacha pallam sacratã contingeret, nec incensum poneret in sancta ecclesia. Hic fecit ordi-

alias sex.

A ordinationes*tres per mensem Decembrẽ, presbyteros.*xviij.diacones.ix.ẽpos per diuersa loca.xi. Qui sepultus est in cœmiterio Calixti via Appia.x.Kaleñ.Maias, Et cessauit episcopatus dies.xi. Hæc ille. De Sothero papa dicit Eusebius ecclesi.hist. lib.v.ca.i. Sothero ẽpo octo annis in vrbe Roma sacerdotio ministrato, duodecimus ab apostolis succedit, Eleutherius.xvij.anno Imperij Antonini Veri. Hæc ille. Ipsius quoq; meminit Hirenæus Lugduneñ.ẽps, contra quinq; hæreses, lib.iij.ca.iij Et Marianus Scotus, Marci Antonini Veri, anno octauo, iuxta Euangelij veritatẽ, clxxvi.secundũ Dionysij cyclum.cliiij, Aproniano Pauloq; consulibus, inquiens: Anicetus papa passus est, xvi. Kaleñ.Maij, Sother papa decimus post Petrum annis octo, qui constituit, vt nulla monacha pallam sacratam in ecclesia contingat, neq; incensum ponat.

als,v.vi.vij.
als,xxi.

SOTHERIS PAPAE

EPISTOLA DECRETALIS PRIMA, AD Campaniæ Archiepiscopos, de fide.

B SOTHER Apostolicæ sedis Archiepiscopus, Campanis omnibus salutẽ in dño. Gaudere vos oportet, fratres, qđ, diuina largiente gratia, familiares dñi vocamini, eiusq; sacerdotij dignitate fungimini. Nunc autẽ rogo vos, vt circa plebes vobis cõmissas laborare dignemini, & fructuosos manipulos dño reportare nitamini. Paulus eñi apostolus de fide ita loquitur, dicẽs: Quod ante promiserat, per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine Dauid secundũ carnẽ. Itẽ ipse ad Galatas: Postq̃ aũt venit plenitudo temporis, misit deus filiũ suũ, ex muliere factũ, & factũ sub lege. Et ad Philippenses: In similitudinẽ hominũ factus, & habitu inuẽtus vt homo. Et in psalmo.xxx Infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea conturbata* sunt, & sup inimicos meos factus sum opprobrium. Item ibi: Obliuioni datus sum, tanq̃ mortuus a corde. Factus sum tanq̃ vas perditũ. Et in septuagesimo: Tanq̃ prodigiũ factus sum multis, & tu adiutor fortis. Et in.lxxij. Vt iumentũ factus sum apud te, & ego semp tecũ. Et in.lxxxvi. Mater Sion dicet homo, & homo* natus est in ea, & ipse fundauit eã altissimus. Et in.lxxvij. Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Et

Roma.i.a
Galat.4.a.
Philip.2.a
als,sunt, Sup
Psalm.30.
als,factus

C in centesimooctauo: Et ego factus sum illis opprobriũ, viderũt me, & mouerunt capita sua. Et in centesimoprimo: Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Et in Euãgelio: Verbũ caro factũ, & habitauit in nobis. Filius igitur secundũ carnẽ dicitur factus. Nam secundũ diuinitatẽ, a patre nusquã* dicitur factus, sed genitus. Dum eñi pater loquit, filius loquitur, Et quũ filius loquitur, patrẽ in illo esse loquentẽ, documentis cœlestibus comprobatur, Paulo apostolo attestãte, q ait: Multifarie, multisq; modis, olim deus loquutus est patribus in prophetis, nouissime aũt loquutus est nobis in filio, Et vt eundẽ filiũ, excepto patris pcepto, doceã fuisse loquutũ, ex Esaiæ prophetæ volumine proferimus documentũ: Hæc dicit dñs, In illa die sciet populus meus, qm̃ ego sum ipse, q loquebar in seruis meis prophetis, euangelizans auditũ pacis, & ecce adsum. Itẽ ibi: Ego sum dñs, q loquor iustitiã, & annuntio veritatẽ. Itẽ ibi: Cogitaui & loquutus sum, & adduxi, & creaui, & feci. Et Apostolus: An experimẽtũ quæritis eius, q in me loquit,* Christus? Et in psal.cxviij. Loquebar *de testimonijs tuis in cõspectu regũ, & nõ cõfundebar. Et ipse dñs in Euãgelio cæco a se illuminato dicit: Et vidisti eũ, & q loquit tecũ, ipse est. Et Samaritanæ mulieri ait: Ego sum, q loquor tecũ. Et ad discipulos: Verba, q̃ ego loquutus sum vobis, spũs & vita sunt. Et ad patrẽ: Ego ad te venio, & hæc loquor in mũdo. Et iter; Iudæis dixit: Loquor vobis, & nõ auditis. Si aũt uenerit alius, illũ audietis. Et iter; Hæc loquu

Iohan.1.b
als,legitur
Heb.1.a
Esaie.52.b
Esaiæ.45.d
Esaiæ.46.d
2.Cor.13.a
als,Christi.
als,in
Iohan.6.g
Iohan.17.c
Iohan.5.g
Iohan.8.c

tus est dñs in gazophylacio, docens in templo. Et nemo apprehendit eum, qa nondum venerat hora eius. Ecce in his omnibus, quæ superius dicta sunt, nõ docetur filius præcepto patris fuisse loquutus, sed magis proprium exercuisse in loquendo sermonem. Esaias quoq; propheta ait, Hæc dicit dñs: Ego feci terram sensu meo, & hominem super eam, Ego solidaui cœlum manu mea, ego omnibus syderibus mãdaui, vt lucerent in cœlo. Item ibi: Ego omne consilium meum statui, & oĩa quæcunq; cogitaui, ego feci. Item ibi: Sic dicit dñs, Qui cõstituit cœlum & terram, & fecit eam, &*fundauit eam. Item ibi: Ego primus, & ego in æternum manus mea fundauit terram. Dextera mea solidauit cœlum. Et in Hieremia: Ego feci terram in fortitudine mea magna, & in brachio meo excelso. Item ibi: Dñs fecit terram in virtute sua magna, & erexit orbem terræ in sapientia, & prudentia sua extendit cœlum, & posuit sonum aquæ in cœlo. Defendite, charissimi, rogo vos, cõtra maliuolos hoïes inconcussum ecclesię statum, vt vos Christi dextera defendat in æuum. Data nonas Maij, Rustico & Aquilino viris clarissimis Consulibus.

Esaię.45.b Esaię.45.c Esaię.46.d Esaię.48.b als, diuisit, vel finiuit. Hiere.27.a Hiere.51.b

D

Ad veritatem euãgelij, anno. clxx. iuxta Dionysii cyclum, anno. cxlviij. designat hos fuisse consules Marianus Scotus. Veruntamen secundum eundem, Hic annus consulatus non fuit sub tempore Sotheris papæ, sed Aniceti prædecessoris sui. Gregorius autem Haloandrus scribit eorũ consulatum fuisse anno Christi. clxiij.

E

EPISTOLA SOTHERIS
PAPAE SECVNDA AD EPIScopos Italiæ.

DILECTISSIMIS fratribus per Italiæ prouincias, sanctis, constitutis episcopis, Sother papa. Diuinis præceptis, & apostolicis monitis informamur, vt pro omnium ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu. At si quid vsquam reprehensioni inuenitur obnoxium, celeri solicitudine ab ignorantiæ imperitia, & præsumptionis vsurpatione reuocemus. Sacratas deo fœminas, vel monachas sacra vasa, vel sacratas pallas, penes vos contingere, & incensum circa altaria deferre, platum est ad apostolicam sedem, quæ omnia reprehensione & vituperatione plena esse, nulli recte sapientium dubiũ est. Quapropter, huius sanctæ sedis authoritate, hæc oĩa vobis resecare funditus, quanto citius poteritis, censemus, & ne pestis hęc latius diuulgetur per oẽs prouincias, abstergi citissime mandamus. Ait enim apostolus: Despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. Illa est enĩ virgo ecclesia, sponsa vnius viri Christi, quæ nullo se patitur errore, vel inhonesta reprehensione vitiari, vt per totum mundũ vna sit nobis vnius castæ cõmunionis integritas. Vnde consurgite, charissimi, cum deo, & assistite ei, induentes arma spũs, aduersus malignantes cõtra fidem eius, & probetur spiritus *sapientiæ, id est, verba illorum, si ex deo sunt. Scriptum est enim in Hieremia: Probatorem dedi te in populo meo robustum, & scies, & probabis viam illorũ. Multum nãq; nobis necessaria est vigilantia tanti sacramenti sapientiæ discretionis, quæ occulta tenebrarum reuelat, ad requisitionem huiusmodi rei, & scrutationẽ, qm latet quodanmodo, & absconditur, vixq; comprehenditur dolosa existens malitia, pro eo, quod sibi pietatem callide blandiatur, vt valeat scrutãtium mentẽ latere. Quod vtiq; sciẽs beatus apostolus, ait: Nam huiusmodi pseudoapostoli, operarij subdoli, transfigurant se in apostolos Christi. Sed non mirũ, quando ipse satanas transfigurat se in angelũ lucis, si ministri eius transfigurẽtur velut ministri iustitiæ, quorum finis secundũ

23. dist. Sacratas deo fe. 2. Cor. 11. a. als, sapienter Hiere. 6. g 2. Cor. 11. c.

F

A dum opera eorum. Sed & dñs in hoc præmuniens nos, ait: Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. A fructibus eorũ cognoscetis eos. Ergo in idipsum ex toto corde vr̃o referetis ante oĩa super tali quæstione deprecationẽ, & dicetis cum Dauid: Reuela oculos meos, & cõsiderabo mirabilia de lege tua. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Quoniam, vt ait beatus Daniel propheta: Sapientia & fortitudo eius sunt. Dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinã. Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cũ eo est. Quia sapientiam & fortitudinem, dedisti mihi, & ostendisti mihi, quæ rogaui te. Data. *x. Kalẽ. Iunij. Cethego & Claro, viris clarissimis Consulibus.

Matth. 7. b. — Psal. 118. — Danie. 2. e — als, kalendas

Confirmat Marianus Scotus huius decretalis datam anno. clxxxviij.

Decreta Sotheris papæ secundũ Gratianũ, quæ non habentur in prioribus Decretalibus epistolis.

Iuramentum malum quod incaute promittitur, non est seruandum.

B Si aliquid forte incautius nos iurasse contigerit, quod obseruatũ, in peiorem vergat exitum, illud salubri consilio mutandũ nouerimus, & magis instante necessitate periurandum nobis, q̃ pro facto iuramento, in aliud crimen maius diuertẽdum.

22. q. 4 Si aliqd. Et in dec. Iuo. lib. 8

Aliud eiusdem ex Gratiano.

Quisq; sacrificans sacerdotem habeat, qui cępta sacramenta expleat, si necessitas ingruerit.

Vt illud diuini oraculi monentis singuli præcaueant, quo scribitur, Væ soli, quia, cum ceciderit, non habet subleuantem, summopere verendum est nobis atq; cauendum, ne horis illis atq; temporibus, quibus deo psallitur, vel sacrificatur, vnicuiq; diuinis singulariter officijs insistenti, pernitiosa passio, vel quælibet corporis inualitudo occurrat, quæ, aut corpus subito subrui faciat, aut mentẽ alienatione, vel terrore confundat. Pro huiusmodi ergo casibus præcauentes, necessariũ duximus instituere, vt vbi temporis, vel loci, siue cleri copia suffragatur, habeat, quisquis ille canẽs deo, atq; sacrificans, post se vicini solaminis adiutorem, vt si aliquo casu ille, qui officia impleturus, accedit, turbatus fuerit, vel ad terrã elisus, a tergo semper habeat, qui eius vicẽ exequatur intrepidus, & officium incertũ adimpleat. Censuimus ergo cõuenire vt cum a sacerdotibus missarum tempore sacra mysteria consecrantur, si ægritudinis accidat quilibet euentus, quo cœptum nequeat expleri mysterium, sit liberum episcopo, vel presbytero, vel alij, vt cõsecrationem expleat officij cœpti. Non enim aliud ad supplementum iniciatis mysterijs competit, quam aut incipientis, aut subsequentis, explenda benedictio sacerdotis, quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur. Cum enim vnum sumus omnes in Christo, nihil contrarium diuersitas format, vbi efficaciã prosperitatis vnitas fidei repręsentat. Quod etiã consultum cuncti ordinis clerici *inditum, vel indultum esse sibi non ambigant, sed (vt præmissum est) in præcedentibus, statim alij pro complemento succedãt. Ne tamen quod naturæ languoris causa consulitur, in præsumptionis pernitiem conuertatur, nullus post cibũ, potũq;, siue quodlibet minimũ sumptũ missas facere, nullusq; absq; patentis molestiæ prouentu minister, vel sacerdos, cũ cœperit, imperfecta officia præsumat omnino relinquere. Si quis hæc temerariæ præsumpserit, excommunicationis sententiam sustinebit.

C

Eccles. 4. c — De cõs. dist. 1. Vt illud di. & 7. q. 1. Illud diuini — als, indictũ

Eiusdem decretum similiter ex Gratiano.

Vt presbyter missam non cantet, nisi duobus præsentibus secum

Hoc quoq; statutum est, vt nullus presbyterorum missarum solennia celebrare præsumat, nisi duobus præsentibus, sibiq; respondentibus & ipse tertius habeatur, qa cum pluraliter ab eo dicitur. Dominus vobiscum, & illud. Orate pro me, aptissime conuenit, vt & ipsius respondeat salutationi.

De cõ. dist. 1. Hoc qq; stat. Et in decret. Iuo. lib. 1

Eiusdem aliud iuxta Gratianum.

Etiam in cœna dñi sacram communionem debemus accipere.

D

In cœna domini a quibusdam perceptio eucharistiæ negligitur, quæ quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus (exceptis his, quibus pro grauibus criminibus inhibitum est) percipienda sit, ecclesiasticus vsus demonstrat, cum etiam pœnitentes eadem die ad percipienda corporis & sanguinis dominici sacramenta reconcilietur.

De cõ. dist. 2. In cœna dñi.

Finis decretorum Sotheris papæ.

DECRETA ELEVTHERII PAPAE.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

E

ELeutherius natione Græcus, ex patre Abundio, de oppido Nicopoli, sedit annos. xv. menses. iij. dies duos. Fuit aũt temporibus Antonini Commodi, vsq; ad Paternum, & Braduam. Hic accepit epistolam a Lucio Britãnico rege, vt Christianus efficeretur per eius mandatum. Et hic constituit, vt nulla esca vsualis, quæ tamen rationabilis, & humana est, quam deus creauit, a Christianis maxime fidelibus repudiaretur. Hic fecit ordinationes tres per mẽsem Decembrem, presbyteros. xij. Diacones. viij. Episcopos per diuersa loca. xv. Qui etiã sepultus est iuxta corpus beati Petri, septimo Kalendas Iunij. Et cessauit episcopatus dies. v. Hæc Damasus. Huius q̃q; meminit, Eusebius ecclesiasticæ historiæ lib. v. ca. xxij. dicẽs. Sub eiusdem Commodi principatu Eleutherio. xiij. annis sacerdotio functo, Victor succedit. Hæc ibidem Eusebius. Sed & Marianus Scotus Eleutherij papæ annos, quibus præsedit, designans. Anno (inquit) decimoquinto Marci Antonini Veri, iuxta veritatem euangelij. clxxxiij. secundum Dionysii cyclum clxi. Pisone & Iuliano consulibus breuiter de eodem scribit: Eleutherius papa vndecimus post Petrum, annis quindecim, mense vno. Et de eodem ita ait: anno sequẽti. Lucius Britanniæ rex ab Eleutherio papa per epistolam Christianum se fieri impetrat. Hæc ille. Præterea Eusebius Cæsarieñ. in Chronicis suis communi scriptorum opinioni concors assignat Eleutherio annos. xv.

F

EPISTOLA ELEVTHERII PAPAE DECRETALIS ad Galliæ prouintias.

ELeutherius Episcopus vniuersis ecclesiis, per Galliæ prouintias domino militãtibus, in domino salutem. Magno munere misericordiæ dei, totius ecclesiæ catholicæ multiplicata sunt gaudia, cum multos populos ad domini seruitium festinare cognouimus. Qua de re, necessarium iudicauimus, vos instruere, vt escas, quas vitare vos audiuimus irrationabiliter, non respuatis. Scitis, fratres, legislatorem docuisse, omnia quæ creauit deus, erant valde bona. Et ipsa per se veritas ait: Non, quod intrat in os, coinquinat hominem, sed quod exit de ore. Vnde constat, non debere refutari escas communes, quas deus ad cibos tribuit

Gene. 1. d

Matth. 15. b

A tribuit fidelibus suis. Et in Actibus apostolorum de mundis escis legitur ita: Postera autem die iter tribus facientibus domesticis cum Petro, & appropinquantibus ciuitati, ascendit Petrus in superiora, vt oraret circa horam sextam. Et quum esuriret, voluit gustare. Parantibus autem eis, cecidit super eum mentis excessus, Et vidit cœlum apertum, & descendens vas quoddam velut lintheum magnum, quatuor initiis submitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentia terræ, & volatilia cœli. Et facta est vox ad eum: Surge Petre, occide, & manduca. Ait autem Petrus: Absit, domine, quia nunquam manducaui omne commune, & immundum. Et vox iterum secundo ad eum: Quæ deus purificauit, tu commune ne dixeris. Hoc autem factum est per ter. Et statim vas receptum est in cœlum.

Acto. 10. b

De accusationibus ergo clericorum, super quibus consulti sumus, quia omnes eorum accusationes difficile est ad sedem apostolicam deferre, finitiua episcoporũ tantum iudicia huc deferantur, vt huius sanctæ sedis authoritate finiantur, sicut ab apostolis, eorumq́ue successoribus, multorum consensu episcoporum iam definitum est. Nec in eorum ecclesiis alii aut præponantur, aut ordinentur, antequam hic eorum *iuste terminentur negotia. Quoniam quamuis liceat apud prouinciales & metropolitanos, atque primates, eorum ventilare accusationes, vel criminationes, non tamen licet diffinire secus, q̃ prædictum est. Reliquorum vero clericorum causas apud Prouinciales & Metropolitanos ac Primates, & ventilare, & iuste finire licet. Iudicantẽ tamen oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, interrogandi, ac proponendi, adiiciendiq́ue, præbita patientia ab eo, vt ibi actio ambarum partium limitata sit pleniter. Nec litigantibus iudex prius sua velit sententia obuiare, nisi quando ipsi iam, peractis omnibus, nihil habeant in quæstione, quod proponant. Et tam diu actio ventiletur, quousque * rei veritas inueniatur. Frequenter interrogare oportet, ne aliquid prætermissum forte remaneat, quod annecti conueniat. Induciæ enim non modicæ ad inquirendum dandæ sunt, ne aliquid præpropere agi a quacunque parte videatur, quia per surreptionem multa proueniunt. Nihil tamen absque legitimo & idoneo accusatore fiat. Nam & dominus noster Iesus Christus Iudam furem esse sciebat, sed quia non est accusatus, ideo non est eiectus. Et quicquid inter apostolos egit, pro dignitate ministerii ratum mansit. Nam si leges seculi accusatores requirunt, quanto magis ecclesiasticæ regulæ. Docent enim terrestria & humana, quæ sint ecclesiastica atque cœlestia. De accusationibus vero comprouincialibus ita legitur esse statutum. Si quis super quibuslibet criminibus quemlibet clericum pulsandum crediderit, in prouincia, in qua consistit ille, qui pulsatur, suas exerceat actiones, nec æstimet eum alibi, aut longius ad iudicium protrahendum. Illi vero qui pulsatus fuerit, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare. Caueant etiam iudices ecclesiæ, ne absente eo, cuius causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit, imo etiam & causam in synodo pro facto dabunt. Proditoris vero nec calumnia nec vox audiatur. Nemo enim debitorem amplius potest cognoscere, q̃ ille, qui iniuriam, eiusq́ue sustinuit nequitiam. Oppressis nanque ab omnibus, in cunctis subueniatur causis. Hæc omnia summopere sunt attendenda. Nec criminatio minorum, quanto magis episcoporum, facile est recipienda, dicente domino: Non sequeris turbas ad faciendum malum. Et alibi: Non suscipias vocem mendacii. Et in Paralipomenon legitur: Omnia corda scrutatur dominus, & omnẽ cogitationem nouit. Homo vero videt in facie, deus autem in corde. Et alibi scriptum est: Non potest humano condemnari examine, quem deus suo reseruauit iudicio. Igitur omne pondus, & circunstantia, aduersariorum nocumenta, per patientiam, fratres, comprimere satagite, scientes, quia subuersi sub huiusmodi, & delinquunt, proprio ore damnati. Quia qui fratres accusant, vel infestant, non eos diligunt, sed magis negligunt, & peccant, dicẽte Apostolo: Dilectio proximi malũ non operat. Et alibi: Qui non diligit fratrẽ suũ, quẽ videt, deũ quẽ non videt, quomodo potest diligere? Nos enĩ humiles corde, ad ea, quæ recta sunt, adiutore dño, sapiẽter vinculo charitatis vobiscũ sumus cõstricti & religionẽ catholicã in oĩbus fortiter defensantes, improbis probe resistere

B

C

als, iusta
3. q. 6. Quamuis liceat

30. q. 5. Iudicantem oportet. Et in decr. Iulii papæ
In decr. Iuonis, lib. 4

als, ad rei veritatem perueniatur

3. q. 3. Induciæ nõ mo. Et in dec. Iuo. li. 4

2. q. 1. nihil cõtra, Et in decre. Iuo. lib. 4

3. q. 6. Si quis cler. Et in decr. Iulii ca. 25 Et i dec. Fel. 1.

3. q. 9. Caueant iud. Et in dec. Feli. 1. Et in cõc. Carth iiii. ca. 30
In decr. Iuonis, lib. 4. & in dec. Fel. 1.

Exodi. 23. a
1. Para. 28. b
1. Reg. 16. b
Eccles. 7. b

Roma. 13. c

1. Iohan. 4. d

alias, perturbare, alias, fauere

Prouer. 18. c

alias, Materno

non negligimus. Vnde dictum est: Negligere enim cum possis* deturbare peruersos, nihil aliud est, q̃ * fouere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Huius rei gratia vniuersalis vobis a Christo Iesu commissa est ecclesia, vt pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis. Frater autẽ fratrem adiuuans exaltabitur, & allidens dissipabitur. Quapropter releuate semper oppressos, corripite inquietos, vt zizania dominicam messem non possit suffocare. Data. v. idus Iulij, * Paterno, & Bradua viris clarissimis consulibus. D

Nam iuxta Marianum Scotũ anno ad euangelij veritatem. c. xciij. sed iuxta Dionysii cyclum anno. c. lxxi. hi duo scribuntur gessisse temporibus huius papæ consulatus officium, secundum vero Gregorium Haloandrum anno Christi. c. lxxxvi.

Finis Decretorum Eleutherij papæ.

DECRETA VICTORIS PAPAE.

Ex pontificali libro Damasi papæ.

alias, Eleuther.

VIctor natione Afer, ex patre Felice, sedit annos. x. mẽses duos, dies. x. Fuit autem temporibus Helij Pertinacis, & Seueri, a consulatu Commodi. v. & Glabrionis, vsque ad Lateranum, & Rufinum. Hic constituit, vt sanctũ pascha die dñico celebraretur, sicut *Pius. Hic fecit sequentes cleros. Martyrio coronatur. Et constituit, vt necessitate faciente, vbicũq; inuentus fuisset, quicũq; hominũ ex gentibus veniens, siue in flumine, siue in mari, siue in fonte, siue in stagno, baptizaretur, tantum Christianæ credulitatis confessione declarata, integer efficeret Christianus. Et fecit concilium. Et collatione facta cum presbyteris, ac diaconibus, accersitoq; Theophylo Alexandriæ episcopo constituit, vt a decimatertia luna primi mensis vsq; ad. xxi. die dominica custodiatur sanctũ pascha. Hic fecit ordinatiões duas per mensem Decembrem, presbyteros quatuor, diaconos septem, ep̃os per diuersa loca numero duodecim. Qui sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano. v. Kaẽl. Augusti. Et cessauit episcopatus dies. xi. Hæc ille. At Eusebius ecclesiastice historiæ lib. v. ca. xxviij. Victoris in papatu annos describit sub his verbis. Sed de Victore hæc cõmemorasse sufficiat, cui decẽ annis episcopatu functo, Zepherinus sacerdotij successor extitit, nono principatus Seueri anno. Hęc ille. Verũ Marianus Scotus anno Cõmodi Imperatoris. xij. & ad euangelij veritatem. c. xcix. secundum Dionysii cyclum. c. lxxvij. Aproniano, ac Bradua consulibus, de Victore papa ait. Eleutherius papa obijt. vij. Kalendas Iunij. Victor duodecimus papa annis decem, mẽsibus tredecim. Et eiusdem Imperatoris anno sequẽti idem Marianus memorat. Victor Romanæ, ac vniuersalis ecclesię archiepiscopus Theophylo episcopo, & cũctis fratribus Alexãdriæ Christo famulantibus in domino salutem. Et reliqua. Hæc epistola data est. xiij. Kalendas Augusti Commodo, & Grauio consulibus. Idem quoque Flacco, ac Claro consulibus anno Helij Pertinacis primo, de Victore quoque scribit. Victor papa datis late libellis, constituit, vt pascha die dominico, sicut & p̃cessor eius Eleutherius, a decimaquarta luna primi mensis, vsque in vicesimam primã celebraretur. Cuius decreta Theophylus Cæsarię Palæstinæ episcopus adiuuit. Et anno Seueri Imperatoris quarto, adhuc illius meminit. Decretalis epistola Victoris papæ, data est Laterano, & Rufino, viris clarissimis consulibus.

E F

EPISTOLA PRIMA

DECRETALIS VICTORIS PAPAE ad Theophylum Alexandriæ Episcopum.

Victor

A VICTOR Romanæ ac vniuersalis ecclesiæ Archiepisco- pus, Theophilo episcopo & cũctis fratribus in Alexandria dño famulantibus, in dño salutẽ. Multa mihi gratulatio est, dilectissimi fratres, ꝙ manifestato (sicut optamus) per grãm dei lumine euangelicæ claritatis, & ab ecclesia iam magna ex parte pernitiosi erroris nocte depulsa, creditæ nobis dispensationis fructus crescit, & augmentatur in dño. Celebritatem sancti Paschæ die dominica agi debere, & prædecessores nostri iam statuerunt, & nos illud vobis eadem die celebrari solenniter mandamus, quia non decet, vt membra a capite discrepent, nec contraria gerãt. A quartadecima vero luna primi mensis, vsq; ad vicesimumprimum eiusdem mensis diem, eadem celebretur festiuitas. Eodem vero tempore baptismus celebrandus est catholicus. Sed tamen, si necesse fuerit, aut mortis periculum ingruerit, gentiles ad fidem venientes quocunq; loco vel momento, vbicunq; euenerit, siue in flumine, siue in mari, siue in fontibus, tantum Christianæ confessione credulitatis * clarificata, baptizentur. Ipsis quoq;, ꝙ in baptismo polliciti sunt, summopere est attẽdendũ, ne infideles, sed fideles inueniantur. Ipsi vero, qui infidelitatis nota asperguntur, infames efficiuntur, atq; inter fideles minime reputantur. Hæc vero statuta nulla debent improbitate cõuelli, nulla nouitate mutari, quia alia ratio est causarũ secularium, alia diuinarũ.

De cõs. dist. 3 Celebritatẽ sancti paschę

al's, clarificati

B Audiuimus namq;, apud vos, vestrosq; diuersa iudicia fieri, & incerta iudicari. Incerta, charissimi, nullatenus iudicemus, quoadusq; veniat dñs, qui latentia producet in lucẽ & illuminabit abscondita tenebrarũ, & manifestabit cõsilia cordium. Quia quãuis vera sint, nõ tamen credẽda sunt, nisi quæ manifestis indicijs cõprobant, nisi quæ manifesto iudicio conuincunt, nisi quę iudiciario ordine publicant. Similiter, ea vos iudicare, ad apostolicã delatũ est sedẽ, quæ ꝑter nostrã vobis definire non licet authoritatẽ, id est, epõrum causas. Vnde ita cõstitutũ liquet a tempore apostolorũ, & deinceps placuit, vt accusatus, vel iudicatus, a cõprouincialibus in aliqua causa epũs, licenter appellet, & adeat apostolicæ sedis pontificem, qui aut per se, aut ꝑ vicarios suos, eius retractari negotium procuret. Et dũ, iterato iudicio, pontifex causam suã agit, nullus alius in eius loco ponatur, aut ordinetur epũs, quoniã quanq̃ a cõprouincialibus episcopis, accusati causam pontificis scrutari liceat, non tñ diffiniri, inconsulto Romano pontifice, permissum est, cum beato Petro apostolo, non ab alio q̃ ab ipso dictũ sit domino: Quæcunq; ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlo: &, quæcunq; solueris

In decr. Iuonis, lib. 4
1. Corĩ. 4. a

3 q. 6. Accusatus vel iud. Et in dec. Sixti. ij. Et in decre. Iulij. Et in dec. Iuo. li. 4

Matthæ. 16. c

C super terram, erũt soluta & in cœlo. Et alibi in institutis legitur apostolicis: Si quis putauerit se a proprio Metropolitano grauari, apud Patriarcham, vel Primatem diœceseos, aut penes vniuersalis apostolicæ ecclesiæ iudicetur sedẽ. Nihil aliud est, fratres, talis ꝓsumptio, nisi apostolorũ, suorumq; successorum terminos trãsgredi, eorumq; decreta violare. Culpantur enĩ (vt scriptum est) fratres, qui aliter circa episcopos iudicare ꝓsumunt, q̃ apostolicæ sedis papam fieri placuerit. Et quis est, qui iudicat eũ, quẽ dominus sibi, & huic sanctæ sedi reseruari voluit iudicandum? Ait nanq; dominus per prophetã Esaiam: Domine deus auxiliator meus, ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam vt petram durissimã, & scio, quia non confundar. Iuxta est, qui iustificat me, Quis contradicit mihi? Stemus simul, Quis est aduersarius meus? Accedat ad me, Ecce dominus deus meus, auxiliator meus. Quis est, qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos. Quis ex vobis timens dñm, audiẽs vocẽ serui sui? Quis ambulauit in tenebris, & nõ est lumen ei? Speret in nomine dñi, & innitatur super deum suũ, Ecce vos omnes accẽdentes ignẽ, ac cincti flãmis, ambulate in lumine ignis vestri, & flammis, quas succendistis. De manu mea factum est hoc vobis, In doloribus dormietis. Audite me, qui sequimini, quod iustum est, & quæritis dominum, Accedite ad petram, vnde excisi estis, & ad cauernam laci, de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit vos, quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum. Consolabitur ergo dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius, Et ponet desertum eius quasi delitias, & solitudinem eius quasi hortum domini, Gaudium & lætitia inue-

In epist. 1. Clementis.
2. q. 6. Si quis pu. Et in dec. Sixti. ij. infra, Et simr inf. in decr. Iulij. Et in decr. Iuonis, lib. 4
Esaiæ. 50. c. d

Esa. 51. a

inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. Attẽdite ad me, populus meus, & tribus mea, me audite. Quia lex a me exiet, & iudiciũ meum in lucẽ populoꝝ requiescet, Prope est iustus meus, egressus est saluator meus, & brachiũ meũ populos iudicabit. Me insulæ expectabunt, & brachiũ meum sustinebunt. Leuate in cœlum oculos vestros, & videte sub terra deorsum, qa cœli sicut fumus liquescent, & terra sicut vestimentũ atteret, & habitatores eius sicut hæc interibunt. Salus aũt mea in sempiternum erit, & iustitia mea nõ deficiet. Audite me, q scitis iustũ, populus lex mea in corde eoꝝ. Nolite timere opprobriũ hoĩm, & blasphemias eoꝝ ne metuatis. Sicut ẽm vestimentũ, sic comedet eos vermis, & sicut lanã, sic deuorabit eos tinea. Salus autem mea in sempiternũ erit, & iustitia mea in generatiõe generationũ, Multis mundi huius illecebris, multis vanitatibus resistendũ est, vt vere charitatis, & cõtinentiæ, obtineatur integritas. Dñs ẽm nullum vult perire, sed oẽs saluos fieri. Certus aũt sum, vos ad hęc emendanda, vel defendenda, dño auxiliante, proficere. Data. xiij. Kalẽn. Augusti, Commodo &* Grauione viris clarissimis Consulibus.

1. Timot. 2. b

*al's, Glabrione.

Marianus Scotus meminit hoꝝ cum ea differentia, vt ponat Cõmodum, & Gabrionẽ, anno. cxciij. Cõmodũ vero, & Grauium, anno. cc. Ambigit tamen si forte sit error huius differentiæ ex scriptore cõmissus. Veruntamen dicit hãc decretalem scriptam tempore Commodi & Grauij. Gregorius vero Haloandrus assignat annum consulatus Commodi & Glabrionis, anno Christi. clxxxvij.

EPISTOLA EIVSDEM SECVNDA AD AFROS, DE CAVSIS superioribus.

VICTOR ecclesiæ Romanæ vrbis Archiepiscopus vniuersis episcopis per Aphricam cõstitutis in dño salutẽ. Semper ẽm in æterno consilio dei mansit humani generis incommutabiliter præordinata reparatio, sed ordo rerum per dñm nostrum Iesum Christum temporaliter gerendaꝝ, dispositione verbi diuini sumpsit exordium. Quapropter, oportet, vos fratres, vnanimes esse, & adminiculũ vicissim ferre. In recta ergo fide, & in sacramentis diuinis nõ discrepare, sed cõcordes esse, qa licet pauci sitis maloꝝ cõparatione, si tamẽ cõcordes fueritis, facile, auxiliante dño, vestros insidiatores superabitis. Si vero discordes (q̃d absit) fueritis, nõ superabitis, sed superabimini. Perlatum est ẽm ad sedẽ apostolicã, aliquos vestrũ, nocere fratres velle, &, vt cadant, decertare. Similiter in sacramẽtis discrepare, & ob id contentiones, & æmulationes, inter vos fieri, a quibus dissentionibus vos auertere, & in his oĩbus cõcordare, & opem ferre vicissim, mãdamus. Nã si hoc agere cito neglexeritis, & vicissim reconciliari nõ studueritis, ab apostolicæ sedis, & totius ecclesiæ cõmunione vos pelli nõ dubitetis. Nec attẽditis, charissimi, qualiter dñs per Esaiã prophetã talibus cõminatus est, dicens: Dñs ẽm locutus est verbũ hoc, Luxit, & defluxit terra, & infirmata est, Defluxit orbis, infirmata est altitudo populi terrę. Et terra interfecta est ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt *leges, mutauerũt ius, dissipauerũt fœdus sempiternũ, Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius. Ideoq; insanient cultores eius, & relinquentur homines pauci. Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes, q lætabantur corde, Cessauit gaudiũ tympanoꝝ, quieuit sonitus lætantiũ, cõticuit dulcedo citharę. Cũ cantico nõ bibent vinum, amara erit potio bibẽtibus illam. Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus, nullo introeunte. Clamor erit sup vino in plateis, deserta est oĩs lætitia, translatũ est gaudiũ terræ, relicta est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet portas, qa hæc erunt in medio terræ, in medio populoꝝ, quo-

In decre. dist. 90, Perlatũ c.

Esaiæ. 24. a

*alias legem.

A quomodo si paucæ oliuæ, quæ remanserunt, excutiantur ex olea, & racemi cũ fuerit finita vindemia, hi leuabunt vocem suam, atq; laudabunt, cum glorificatus fuerit dominus, hinnient de mari. Propter hoc in doctrinis glorificate dominum, in insulis maris nomen domini dei Israel. Et dominus in oratione, quam discipulos suos docuit orare, ait: Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. In bonis, & iustis hominibus sanctificatur nomen domini, & in malis blasphematur. Et ipsa per se veritas ait: Si offers munus tuum ad altare,* & recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & postea offeres munus tuum. Nulli vero liceat doctrinam euangelicam deserere, & sacerdotali honore gaudere. Data Kalendas Septembris, Laterano, & Rufino viris clarissimis consulibus.

Matt.6. b

Math.5. c, alias, & ibi

Circa hos consules aduertendum Marianum Scotum hãc decretalem dicere horum tempore datam anno, scilicet.ccvi.secundum euãgelij veritatem, iuxta autẽ Dionysii cyclum, anno.clxxxiiij. Gregorius vero Haloandrus describit annum consulatus illorum. c. xcviij.

Eusebius ecclesiasticæ historiæ, libro quinto, capite vicesimosecundo, de Victoriæ papa scribit in hunc modum.

B

IGitur sub eiusdem Commodi principatu, Eleuthero in vrbe Roma tredecim annos sacerdotio functo. Victor succedit, ea tempestate, in prouincijs Asiæ quęstio non minima exoritur, velut ex antiqua eorũ obseruatione descendẽs, quod quartadecima luna putarent omnimodo genere pascha obseruandum, quando scilicet Iudæis agnus præcipitur immolari, veluti necessario confirmantes, quacunq; die septimanæ quartadecima luna venisset, solui debere ieiunium, cum talis consuetudo in nullis prorsus alijs vnquam obseruata fuisset ecclesijs. Ob quam causam conuentus episcoporum, & Concilia per singulas quasq; prouincias conuocantur, prorogatisq; ad seinuicem epistolis, de singulis quibusq; locis vnum omnes ecclesiasticum dogma confirmant, ne liceat aliquando, nisi in die dominica, in qua dominus resurrexit a mortuis, dominicum paschæ celebrare mysterium, & in hac sola soluendum esse paschæ ieiunium. Extat denique vsque in hodiernum Concilij apud Cæsaream Palestinę habiti, decretum, in quo primus est Theophylus ipsius Cæsareæ episcopus, & Narcissus Hierosolymorum sacerdos. Habetur & in vrbis Romę Concilio simile aliud decretum, cui præfuisse Victor episcopus indicatur, & Ponti prouinciæ Palmeas, Gallorum quoque sacerdotalis conuentus extat, Irenæum præsulem scribens, Achaiæ vero Bacchyllum Corinthiorum ecclesiæ episcopum. Qui omnes diuersis e locis vnam, eandemq; iudicij sui sententiam protulere. Sed episcopi regionis Asianæ seruandam magis a veteribus sibi traditam consuetudinem confirmabant. In quibus Polycrates, qui in eis primatum agere videbatur, ad Victorem episcopum Romanæ ecclesiæ scribens, morem traditionis antiquæ ad se vsque delatum, per hæc verba designat. Nos ergo (inquit) intemeratum paschæ colimus diem, neque addentes, neque auferentes aliquid. Etenim magna quædam luminaria apud Asiam dormierunt, summi, & electi viri, quos dominus suscitabit in aduentu suo, cũ veniet de cœlis in gloria, & requiret omẽs sanctos suos, in quibus est Philippus Euãgelista, qui dormiuit apud Hierapolim, sed & duæ filiæ eius, quæ virgines senuerũt, & alia eius filia spiritu sancto repleta, quę apud Ephesum dormiuit, necnon & Iohannes, qui supra pectus domini recubuit, qui fuit summus sacerdos, & pontificale petalum gessit, martyr, & doctor ecclesiæ, qui & ipse apud Ephesum dormiuit, Polycarpus quoque apud Smyrnam & episcopus, & martyr, similiter & Thraseas episcopus apud Eumeniam, sed apud Smyrnam martyrio consummatus. Quid autem dicã etiã Sagaren nihilominus sacerdotem, & martyrem, qui apud Laodiciam, requiescit in pace: sed & Papyrium, & Macarium, & Melitonem propter regnum dei, & eunuchũ

Idẽ cap.23

Concil. 5. Cæsareum, Palæstine, Romanum, Galliarum

C

Idem ca.24

& spũ

& spiritu sancto repletum, qui iacet in ciuitate Sardensium, expectans aduentũ domini de cœlis, vt resurgat a mortuis. Isti ergo omnes diem paschæ in quartadecima die mensis obseruauerunt, secundum euangelium, nihil omnino extrinsecus agẽtes, sed fidei regulam per omnia conseruantes. Sed & ego omnium vestrum minimus Polycrates, secundum traditionem parentum meorum obseruo, eorum dũtaxat, quos ab initio sequutus sum. Septem namq; ex parentibus meis per ordinem fuerunt episcopi, ego octauus, qui omnes ita obseruauerunt hunc diem, vt conueniret cum illo, quo fermentum Iudæorum populus aufert. Vnde, fratres charissimi, sexaginta & quinq; annos ætatis gerens in nomine domini, multorum quoque orbis terræ episcoporum notitiam plenissime habens, & sanctis scripturis intendens, non perturbabor ex his, quæ ad terrorem proferuntur, quia & maiores mei dixerunt. Obtemperare oportet deo magis, q̃ hominibus. Et post pauca de his, qui secum aderant episcopis, ita subiungit. Poteram autem etiam præsentium episcoporum facere mentionem, quos ipsi petistis, vt euocarem, sicut & feci. Quorum nomina si scribam, nimia multitudo est, qui omnes, scientes paruitatem meam, consensu suo confirmant, quæ scribimus, certi, quod non inaniter canos attulimus, sed in disciplina Christi semper conuersati sumus. Sed ad hæc Victor Romanæ ecclesiæ episcopus, pertinatius agens, passim totius Asiæ, ac vicinarum prouintiarum ecclesias a communionis societate abscindere nititur, tanq̃ in hæresim declinantes, & literas mittit, quibus omnes simul absq; discretione, ab ecclesiastico fœdere segregaret. Sed hoc non omnibus placebat episcopis, quin potius econtrario scribentes ei, iubebãt, vt magis, quæ pacis sunt, ageret, & concordiæ, atq; vnanimitati, studeret. Deniq; extant etiam episcoporum literæ, quibus asperius obiurgant Victorem, velut inutiliter ecclesiæ commodis consulentem, Nam & Ireneus, cũ cæteris, quibus præerat, Galliarum episcopis scribens, confirmat quidem, vt in dominica die resurrectionis domini mysteriũ celebretur, Victorẽ tamen arguit, quod non recte fecerit, abscindere a corporis vnitate tot, & tãtas ecclesias dei, quæ morem sibi antiquitus traditum custodirent. Sed & de multis aliis commonet per hæc verba. Non solum (inquit) de die Paschæ agitur controuersia, sed & de ipsa specie ieiuniorum. Quidam enim putant, vno tantum die obseruari debere ieiuniũ alii duobus, alii vero pluribus, nonnulli etiam quadraginta, ita vt horas diurnas, nocturnasq; computantes diem statuant. Quæ varietas obseruantiæ nõ tunc primum, neq; nostris temporibus cœpit, sed multo ante nos, ex illis (vt opinor) qui non simpliciter, quod ab initio traditum est, tenentes, in alium modum vel per negligentiam, vel per imperitiam, postmodum decidere. Et tamẽ nihilominus om̃es isti, etiã cũ in obseruantia variarent, inter semetipsos, & pacifici fuerunt semper nobiscum, & sunt, nec dissonantia ieiunii fidei consonãtiam rupit. Post hæc inserit etiam historiã quãdam, quæ pro sui opportunitate, nec a nobis debet omitti. Deniq; ait, Et illi oẽs ante Soteren presbyteri, qui ecclesiæ, cui tu nunc præes, sacerdotium tenuerũt, Anicetũ dico & Pium, Hyginumq;, & Telesphorum, & Sixtum, neq; ipsi ita tenuerũt, neq; hi, qui cum ipsis erant, & tamen cum ipsi ita non obseruarent, pacem semper habuerunt cum illis ecclesiis, quæ hunc obseruantiæ morem tenebãt, cum vtiq; & ipsis cõtrarium videretur, quod non etiã cæteri similiter obseruarent. Nunq̃ tamen ob hoc repulsi sunt ab ecclesiæ societate, aut venientes ab illis partibus nõ sunt suscepti, imo potius & omnes presbyteri, qui fuerunt ante te, omnibus semper, qui non ita obseruabant, presbyteris ecclesiarum Eucharistiam solẽniter transmittebant. Beatus autẽ Polycarpus cum ad vrbem Romam venisset sub Aniceto, cumq; de aliis nonnullis parum quid habuissent inter se, statim tamen coissent in pace, de hac quæstione ita egerunt, vt non vnusquisq; sententiam suã obstinata contentione defenderet. Neq; enim aut Anicetus Polycarpo suadere poterat, vt non obseruaret ea, quæ nouerat Iohannem discipulum domini nostri, vel cæteros apostolos, cum quibus semper fuerat, obseruasse, neq; rursum Polycarpus Anicetum persuasit ea deserere, quæ ille dicebat a se maiorum more seruari. Cumq; hæc ita inter se habuissent, communicarunt sibi inuicem ita, vt concederet Anicetus Polycarpo, etiam sacerdotali ministerio, honoris

Acto. 5. D E F

A noris dumtaxat contemplatione perfungi, & ita ab inuicem plena fide, pace integra, & firma charitate discedunt, vt omnes ecclesiæ, siue, quæ ita de pascha, siue, quæ nõ ita obseruarent, inter se tamen concordiam custodirent. Hæc Irenæus, agens nominis sui opus, pacem videlicet dei ecclesijs concilians, scribit. Et non solum Victori, sed & diuersis ecclesiarum rectoribus, similiter per epistolas asserit, quod nulla pro hac quæstione in ecclesijs dei dissensio debeat oboriri. Apud Palæstinam quoque conuenientes in vnum sacerdotes dei, Narcissus Hierosolymorum & Theophilus, de quibus iam supra diximus, sed & cum ipsis Cassius, Tyrus, & Clarus de Ptolomaide & cæteri permulti pariter congregati, quum de hac quæstione ageretur, quid etiam apud ipsos apostolica traditio contineret, circa finem decreti, quod in Concilio eorum statutum est, hoc modo indicãt: Epistolæ (aiunt) nostræ exemplaria per omnes ecclesias transmittantur, vti ne rei efficiamur animarum, quæ diuersis erroribus immerguntur. Designamus igitur vobis, quia & apud Alexandriam eadem, qua apud nos, die, paschæ solennitas geritur, quare & ipsorum nobis literæ deferuntur, & ipsi nostra scripta suscipiunt, vt pariter & consonanter diem festum celebremus. Hactenus de supradicta quæstione, ex his, quæ in veterum scriptis haberi reperimus.

Et post alia adhuc de Victore papa addit. Hæc hæresis purum hominem, id est, absque deo fuisse saluatorem confirmat, idque antiquitus ab ipsis etiam apostolis traditũ esse mentitur, (loquitur de quodam hæretico) aduersum quos vnus ex his, quos supra memorauimus, ecclesiasticus scriptor ita respondit: Aiunt (inquit) etiam ipsos apostolos ita vel suscepisse, vel cæteris tradidisse, sicut nunc ipsi asserunt, & hanc veritatem prædicationis esse seruatam, vsque ad Victoris tempora. Et quomodo successores eorum scribentes aduersum gentiles, vel aduersum hæreticos, id est, Iustinus, & Miltiades, & Tatianus, & Clemens, & alij quàm plurimi, de deitate Christi apertissime disserunt? Irenæi vero, & Melitonis, cæterorumque, qui per idem tempus fuerunt volumina, quis ignorat, quibus deum & hominem simul prædicant Christum? Sed & psalmi, vel cantica, quæ a fidelibns ab initio scripta sunt, verbum dei esse Christum & deum, tota hymnorũ suorum laude cõcelebrant. Quomodo ergo tot seculis fidẽ prædicatam isti asserunt, quod a Victoris temporibus exordium sumpserit? Quomodo autem Victori de hoc calumniam faciunt, qui sciant Victorem, Theodotum coriarium, qui princeps & pater extiterat impietatis ipsorum, e communione ecclesiæ reppulisse, qui primus Romę ausus est dicere, purum hominem fuisse Christum. Si enim Victor (vt dicunt) ita credebat, quomodo eijciebat de ecclesia Theodotũ blasphemiæ istius inuentorem? Sed de Victore hæc commemorasse sufficiat, cui decem annis episcopatu functo, Zepherinus sacerdotij successor extitit, nono principatus Seueri anno.

Idem cap. 28

B

C

Finis decretorum Victoris papæ.

DECRETA ZEPHERINI PAPAE.

Ex libro Pontificali Damasi papæ.

ZEpherinus natione Romanus, ex patre Habundio, sedit annis octo, menses septem, dies decem. Fuit autem temporibus Antonini & Seueri, a cõsulatu Saturnini & Gallicani, vsque ad Præsentem & Strigatum consules. Hic constituit, vt præsentibus clericis, & laicis fidelibus, siue clericus, siue leuita, siue sacerdos, ordinetur. Et fecit constitutum de ecclesia, vt patenas vitreas ministri ante sacerdotes portarẽt, dũ Episcopus missam celebraret, & vt sacerdotes oẽs astarent, dum sic missæ celebrarent. Hic fecit ordinationes quatuor per mensem Decembrẽ, presbyteros. xiij. diacones. vij. Episcopos per loca. xiij. Qui sepultus est in

cœmiterio suo, non longe a cœmiterio Calixti via Appia, septimo Kalendas Septẽbres. Et cessauit episcopatus dies sex. Hæc ille. Porro, anni istius pontificis Zepherini, non videtur absurdum, si paulisper morosius latiusq; tractentur. Damasus eñ annos octo, menses septem, &c. asserit illum sedisse, nisi forte scriptorum incuria secus exemplaria ipsius habeant, q̃ ipse primo instituerit, quod & circa plerosq; alios pontifices summos similiter accipiendum est. Absit sane, vt quis in illum tam egregium, & sanctum virum, quicquam attẽtet, quo illius dicta, aut scripta, vel in minimo vitiaret, nisi quantum per illi succedentes scriptores errores commissi, æstimari possint. Attamen, quia tam iste, quam alij multi, Platinam scriptorem neotoricum sequacem habent, atq; exemplaria vetustissima similes omnino annos continent, quid de veritate sit definiendum, putatur committendum prudentioribus. Præsentis operis erit, qa diuersitas notabilis occurrit, quatenus debita, seu diligenti discussione facta, si fieri potest, quæ discordant, concordentur. Itaq; Damasus & Platina annos octo, menses septem ponunt, quanq̃ Platina adiecerit, & dixerit, alias. ix. Verum Eusebius Cæsarieñ. lib. ecclesiast. hist. vi. ca. xvi. sic scribit: Cuius (scilicet Antonini, q successit Macrino) primo imperij anno, episcopus vrbis Romæ Zepherinus diem obijt. xviij. sacerdotali functus officio. Hæc ille. In Chronicis autem assignat illi annos. xix. quos etiam ibidem prosequitur. Porro Cassiodorus ad Theodoricum regem, & Gregorius Haloandrus in catalogo consulum, computatis per singulos annos consulibus, ad minus annos. xix. illi asscribunt. Præterea Marianus Scotus, anno Seueri Imperatoris octauo, & ad Euangelij veritatem. ccx. secũdum Dionysij cyclum. clxxxviij Fabiano Mucianoq; consulibus, de Zepherino ita scribit: Victor papa obijt Kaleñ. Augusti. Zepherinus papa tertiusdecimus post Petrũ sedit annis. ix. qui constituit, vt præsentibus omnibus fidelibus, clericis, laicis, siue sacerdos, siue diaconus ordinetur, & vt astantibus sacerdotibus missæ celebrent. Recitatæ sunt opiniones, recensita dicta scriptorum, amplectatur diligens lector, quod, pensatis singulis, rationi, veritatiq; magis appropinquat.

EPISTOLA ZEPHERINI PAPAE PRIMA, AD EPISCOPOS OMNES SICILIEÑ.

ROmanæ vrbis archiepiscopus Zepherinus, omnibus per Siciliam constitutis episcopis in domino salutem. Diuinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, quæ nos per dignationis suæ misericordiam, ob hoc ad fastigium sacerdotale prouexit, vt mandatis ipsius inhærentes, & in quadam sacerdotũ eius speculatione constituti, prohibeamus illicita, & sequenda doceamus. Sicut stellas cœli non extinguit nox, sic mentes fidelium, firmamento inhærentes sanctæ scripturæ, non *obscurat mundana inquitas. Idcirco meditari vos oportet, & scripturas & præcepta diuina, quæ in scripturis continentur, diligenter attendere, ne transgressores legis dei, sed impletores appareatis. Patriarchæ vero, vel primates, accusatum discutientes episcopum, non ante sententiã proferant finitiuam, q̃ apostolica fulti authoritate, aut reum seipsum confiteatur, aut per innocentes, & regulariter examinatos, conuincatur testes. Qui minori non sint numero, q̃ illi discipuli fuerunt, quos dominus ad adiumentum apostolorum eligi præcepit, id est, septuagintaduo. Detractores quoq;, qui diuina authoritate eradicandi sunt, & authores inimicorum, ab episcopali submouemus accusatione, vel testimonio, nec summorum quispiam minorum accusationibus impetatur, aut dispereat. Neq; in re dubia certa iudicetur sententia, nec vllum iudicium, nisi ordinabiliter habitum, teneatur. Absens vero ne

Dist. 38. Sicut stellas cœli

al's, obfuscat,

2. q. 1. Primates accusa. Et in decre. Felicis. 1. Et in decre. Iuo. li. 4

3 q 4. Detractores quoq;

3. q. 9 Absens vero,

A ro nemo iudicetur, quia & diuinæ & humanæ hoc prohibent leges. Accusatores autem eorum omni careant suspitione, quia columnas suas dominus firmiter stare voluit, non a quibuslibet agitari. Nullum nanque eorum sententia, a non suo iudice dicta constringat, quia & leges seculi idipsum fieri præcipiunt. Duodecim enim iudices, quilibet episcopus accusatus, si necesse fuerit, eligat, a quibus eius causa iuste iudicetur. Nec prius audiatur, aut excommunicetur, vel iudicetur, quam ipsi per se eligantur, & regulariter vocatus ad suorum primo conuentum episcoporum, per eos eius causa iuste audiatur, & rationabiliter discernatur. Finis vero eius causæ ad sedem apostolicam deferatur, vt ibidem terminetur. Nec antea finiatur (sicut ab apostolis, vel successoribus eorum olim statutum est) quam eius authoritate fulciatur. Ad eam quoque ab omnibus (maxime tamen ab oppressis) appellandum est, & concurrendum quasi ad matrem, vt eius vberibus nutriantur, authoritate defendantur, & a suis oppressionibus releuentur, quia non potest, nec debet mater obliuisci filium suum.

5. q. 4. Duodecim iudic.

2. q. 6. Ad Romanā eccl.

Iudicia enim episcoporum, maioresque ecclesiæ causæ, a sede apostolica, & non ab alia (sicut apostoli & sancti successores eorum statuerunt) cum aliis episcopis sunt terminandæ, quia licet in alios transferātur episcopos, beato tamen apostolo Petro B dictum est: Quecunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cœlis, & reliqua priuilegia, quæ soli huic sanctæ sedi concessa sunt, & in constitutis apostolorum, eorumque successorum, aliisque quamplurimis cum eis * concinnentibus, habentur inserta.

als, concinentibus.

* Septuaginta enim apostoli sententias * præfixerunt, cum aliis quamplurimis episcopis, & seruandas censuerunt. De occultis enim alieni cordis temere iudicare, peccatum est, & eum, cuius non videntur opera nisi bona, iniquum est ex suspitione reprehendere, quum eorum, quæ hominibus sunt incognita, solus deus iudex sit. Ipse vero nouit abscondita cordis, & non alius. Iniusta enim iudicia ab omnibus cauenda sunt, maxime tamen a seruis dei. Seruum autem dei non oportet litigare, nec quenquam damnare. Episcopi nanque a plebibus & clero, & domini a seruis ferendi sunt, vt sub exercitatione tolerantiæ sustineantur temporalia, sperentur æterna. Auget enim merita virtutis, quod propositum non violat religionis. Satagendum est vobis, ne aliquis fratrum vestrorum grauiter laceretur, vel pereat. Succurrere ergo vos oportet oppressis, & liberare eos de manu persequentium, vt cum beato Iob dicatis: C Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum. Iustitia indutus sum, & vestiui me vestimento, & diademate iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & causam, quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. Et reliqua. Vos ergo, qui in specula a domino estis positi, comprimere, & repellere eos summopere debetis, qui fratribus insidias præparant, aut in eos seditiones & scandala excitant. Facile est enim verbo fallere hominem, non tamen deum. Ideo hos repellere, & ab his vos cauere oportet, quatenus extincta funditus huiusmodi caligine, lucifer eis resplendeat, & lætitia oriatur sanctissimi fratres. Data. xij. Kalendas Octobris, Saturnino & * Gallicano viris clarissimis consulibus.

als, Sexagīta

als, pscripserunt.

Dist. 16. Sexaginta apli. Et in de. luo. li. 2

Psalm. 43

Iob. 29. c.

als, Gallo

¶ Nullius istorum duorum consulum meminit circa hæc tempora Marianus Scotus. Veruntamen circa tempora Victoris papæ, anno videlicet ad veritatem euangelij. ccvij. scribit fuisse consules Scoturninum & Gallum, quos vocat Gregorius Haloander, Saturninum & Gallum. At vero in Cassiodori catalogo censentur circa prænotatos annos Scoturninus & Gallus (alias, Saturninus & Gallicanus).

EPISTOLA EIVSDEM ZEPHERINI PAPAE SECVNDA, AD Aegypti prouinciæ episcopos.

CHarissimis fratribus per Aegyptum domino militantibus, Zepherinus Romanæ vrbis archiepiscopus. Tantam a domino huius sanctæ sedis, & apostolicæ ecclesiæ fundatore, & beato Petro principe apostolorum accepimus fiduciam, vt pro vniuersali, Christi sanguine redempta ecclesia, impigro laboremus affectu, & omnibus domino famulantibus succurramus, & cunctis pie viuentibus apostolica authoritate opem feramus. Omnes, qui in Christo volũt pie viuere, necesse est, vt ab impijs & dissimilibus patiantur opprobria, & despiciantur tanq̃ stulti & insani, vt meliores & purgatiores efficiantur, qui bona temporalia perdunt, vt percipiant æterna. Eorum vero despectio & irrisio in ipsos retorquebitur, qui eos affligunt, & contumelijs afficiunt, quũ & abundantia eorum in egestatem, & superbia transierit in confusionem. Nuntiatum est enim sedi apostolicæ per Apocrysarios vestros, quosdã fratrum nostrorum, episcoporũ videlicet, ab ecclesijs, & sedibus proprijs pelli, suaq́ꝫ eis auferri suppellectilia, & sic nudos & expoliatos ad iudicia vocari, quod omni ratione caret, quũ constituta apostolorum, eorumq́ꝫ successorum, & præcepta Imperatorum, ac constitutiones legum idipsum prohibeãt, & apostolicæ sedis authoritas idipsum fieri vetet. Præceptum est ergo in antiquis statutis, episcopos eiectos, atqꝫ suis rebus expoliatos,* in ecclesijs proprijs recipi, & primo sua omnia eis reddi, & demum, si quis eos iuste accusare voluerit, æquo periculo facere, iudices esse decernentes, episcopos recta sapientes, & in ecclesia conuenientes, vbi testes essent singulorum, qui oppressi videbantur. Nec prius eos respondere debere, q̃ omnia sua eis & ecclesijs eorum, legibus integerrime restituãtur. Nec mirum, fratres, si vos persequuntur, quũ caput vestrum Christũ dñm nostrum vsqꝫ ad mortem sint persequuti. Ipse tamen persequutiones patienter portandæ sunt, vt eius discipuli esse cognoscamini, pro quo & patimini. Vnde & ipse ait: Beati, qui persequutionẽ patiuntur propter iustitiã. His fulti suffragijs, nõ multũ debemus timere opprobriũ hominũ, neqꝫ eorũ exprobrationibus vinci, qm̃ hoc nobis dñs iubet per Esaiã prophetã, dicens: Audite me qui scitis iudicium, populus meus in quorum cordibus lex mea est. Nolite timere opprobrium hominũ, & blasphemias eorum ne timeatis, considerantes quod in psalmo scriptum est: Nonne deus requiret ista, ipse em̃ nouit abscõdita cordis, & cogitationes talium hominũ, quoniam vanæ sunt. Vana aũt loquuti sunt vnusquisqꝫ ad proximũ suũ, labia dolosa in corde, & corde loquuti sunt mala. Sed disperdat dñs vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam. Qui dixerunt, labia nostra a nobis sunt, quis noster dñs est? Nam si hæc in memoria retinerẽt, minime ad tantam prosilirent iniquitatẽ. Non em̃ probabili & paterna doctrina hoc faciunt, sed vt suam exerceant in seruos dei vindictam. Scriptum nanqꝫ est: Via stulti recta in oculis eius. Et sunt viæ, quæ videntur homini iustæ, nouissima aũt earũ deducunt ad mortem. Nos em̃, qui hęc patimur, iudicio dei hæc reseruare debemus, qui reddet vnicuiqꝫ secundum opera eius. Qui etiam per ministros suos intonuit, dicens: Mihi vindictam, ego retribuam. Vos em̃ in recta fide, & opere, ac bona voluntate succurrite vicissim, nec aliquis a supplemento fratris subtrahat manũ, quoniam in hoc (ait dominus) cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Vnde & ipse per prophetam loquitur, dicens: Ecce q̃ bonum, & q̃ iucundum, habitare fratres in vnum. Spiritali dico habitaculo, & concordia, quæ in deo est, & vnitate fidei huius delectabilis secundum veritatem *habitaculi, quę videlicet in Aaron magis decorabatur, atqꝫ * sacerdotibus induentibus dignitatem, sicut vnguen

2.Timo.3.c
In decre Iuonis lib.4
2.q.2.Præceptũ est. Et in decr.Iuo li.4 al's, eccl'ias ꝓprias recipe.
In decre Iuonis lib.4
Iohan.15.c
Matth.5.a
Esaiæ.51.c
Psalm.43
Psalm.93
Psalm.11.
Prouerb.12.c
Prouer.14.b
Psal.61. Hiere.25.d. Osee 12.a. Matt 16 d. Roma.2.a Ibidẽ.12 d. & Deut.32.e Iohan.13.d Psalm 132
al's, inhabitaculi, quod
al'. sacerdotalẽ

A vnguentum super caput principalem intellectũ irrigans, & vsq; ad ipsam extremam scientiam deducẽs. In hoc eñ habitaculo, benedictionẽ & æternã vitã promisit dñs. Huius igitur propheticæ vaticinationis meritũ amplectentes, p̃sentem fraternã sylla bam exposuimus, nostra propter charitatẽ minime quærentes, aut quæsituri. Nõ eñ detrahẽtibus bonũ est detrahere, aut palo (secundũ vulgarẽ fabulã) excutere palum. Absit, Non sunt ista nostra. Hæc eñ auertat diuinitas. Iusto iudicio dei datur plerun q; peccatoribus potestas, qua sanctos ipsius persequãtur, vt qui spiritu dei iuuantur, & aguntur, fiant per laborũ exercitia clariores. Ipsis tamen, qui eos persequuntur, & exprobrant, atq; detrahunt, erit proculdubio væ. Væ, væ illis, qui detrahunt seruis dei, quia detractio eorũ ad eum pertinet, cuius ministerium agunt, & vice fungũtur. Oramus aũt, ostium circumstantiæ, qui neminem perire, aut labiis suis pollui volu- mus, eorũ oribus imponi, & verbum minime nociuum concipere, aut ore proferre. Vnde & dñs per prophetã loquitur, dicens: Dixi, custodiam vias meas, vt nõ delin quam in lingua mea. Dñs omnipotẽs, & eius vnigenitus filius, & saluator noster Ie sus Christus, hoc vobis tribuat incitamentũ, vt omnibus fratribus, quibuscunq; tribu lationũ molestiis laborantibus, viribus, quibus potestis, succurratis, & eorũ (vt dignũ est) iniurias vestras æstimetis, maximũ adminiculũ eis verbis & factis p̃beatis, vt eius discipuli inueniamini veri, qui fratres vt se omnibus diligere p̃cepit. Ordinationes ve B ro presbyterorũ & leuitarũ tempore congruo, & multis corã astantibus solenniter agite, & probabiles, & doctos viros, ad hoc opus * prouehite, vt de eorũ societate, & adiumento plurimũ gaudeatis. Ponite indesinẽter corda vestra in virtute dei, & enar rate hæc, & cætera diuina verba, in progenies alteras, qm̃ hic est deus deus noster in æternũ, & ipse reget nos in secula. Data. vii. Idus Nouembris, Saturnino & * Galli- cano viris clarissimis consulibus.

Psalm. 38

Dist. 23. Ordi natiões pres. ars, cõstituite

Psalm. 47

ars, Gallo

¶ De his consulibus videantur notata in epistola priori.

Finis decretorum Zepherini papæ.

DECRETA CALIXTI PAPAE PRIMI.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

B ſoluit. Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus ſuis. Qui reſpicit illã, non habebit requiẽ, nec *habitabit cũ requie. Flagelli plaga liuorẽ facit, plaga aũt linguę cõminuet oſſa. Multi ceciderũt in ore gladij, ſed nõ ſic, qũo q interierũt p linguã ſuã. Beatus, q tectus eſt a lingua nequã, qui in iracundiã illius nõ trãſiuit, & q nõ attraxit iugũ eius, & vinculis eius nõ eſt ligatus. Iugũ em̃ illius iugũ ferreũ eſt, & vinculũ illius vinculũ æreũ eſt. Mors illius mors nequiſſima, & vtilis potius infernus, quã illa, Perſeuerãtia illius nõ pmanebit, ſed obtinebit vias iniuſtorũ, *& flamma ſua nõ cõburet iuſtos. Qui derelinquũt dñm, incidẽt in illã, & exardeſcet ĩ illis, & nõ extinguet, & ĩmittet ĩ illos quaſi leo, & q̃ſi pardus lędet eos. Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguã nequã, & ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus tuis. Aurũ tuũ & argẽtũ tuũ cõfla, & verbis tuis facito ſtaterã, & frenos ori tuo rectos. Et attẽde, ne forte labaris in lingua tua, & cadas in cõſpectu inimicorũ inſidiãtiũ tibi, & ſit caſus tuus inſanabilis ad mortẽ. Ne tardes cõuerti ad dñm, & ne differas de die in diẽ. Subito em̃ veniet ira illius, & in tpe vindictæ diſpdet te. Noli anxius eẽ in diuitijs iniuſtis, nihil
C em̃ proderũt tibi in die obductionis, & vindictæ. Nõ vẽtils te in oẽm ventũ, & nõ eas in om̃i via. Sic em̃ pctõr probat in duplici lingua. Eſto firmus in via dñi, & in veritate ſenſus tui, & ſciẽtia, & proſequat te verbũ pacis & iuſtitiæ. Eſto manſuetus ad audiendũ verbũ, vt intelligas, & cũ ſapiẽtia fer reſpõſum verũ. Si eſt tibi intellectus, reſpõde proximo, ſin aũt ſit manus tua ſup os tuũ, ne capiaris in verbo indiſciplinato, & confundaris. Honor & gloria in ſermone ſenſati, lingua imprudẽtis ſubuerſio ipſius. Nõ appelleris ſuſurro, & in lingua tua ne capiaris & cõfundaris. Sup furẽ em̃ eſt confuſio, & pœnitẽtia, & denotatio peſſima ſup bilinguẽ. Suſurratori aũt odiũ, & inimicitia, & cõtumelia. Iuſtifica puſillũ & magnũ ſimiliter. Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperiũ em̃, & cõtumeliã, malus hæreditabit, & oĩs pctõr inuidus & bilinguis. Nõ te extollas in cogitatiõe aĩæ tuæ velut taurus, ne forte elidatur virtus tua ſup ſtultitiã, & folia tua comedet, & fructus tuos perdet, & relinqueris velut lignũ aridũ in æremo. Anima em̃ nequã diſperdet, q ſe habet, & in gaudiũ *inimici dat illũ, & deducet in ſortẽ impiorũ. Chariſſimi, oppreſſos erigere ſtudete, & neceſſe habẽtes ſemper adiuuate, qm̃ qui fratrẽ afflictũ releuat, apprehẽſum eripit, mętentẽ cõſolatur, ab illo ſibi retribui, cui totũ impendit, non dubitet, qui ait: Quod vni ex minimis meis feciſti, mihi feciſtis. Taliter em̃ bona indeſinẽter agere ſtudete, vt fructũ boni operis, & hic conſequamini, & in futuro gratia dei perfruamini, quatenus cœleſtis regni aulam introire, poſtea mereamini. Data *quarto Kalẽ. Maij, Seuero & Quintiano, viris clariſſimis conſulibus.

Finis decretorum Pontiani papæ.

Eccl. 28. a

Nuſquã ĩ Biblijs reperitur altiſſimum, imo nec in greca interpretatione.

al's, mandatis eius.

al's, feſtinans.

al's, muratas.

al's, habebit amicũ, ĩ quo requieſcat

alias in

Eccl. 5. c

Eccl. 6. a

al's, inimicis

Matth. 25. d.

al's, tertio

Cõſulatus annũ iſtorũ prior ep'la explicat.

D

DECRETA ANTHERI PAPAE.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

ANtherus natione Græcus ex patre Romulo, sedit annos. xij. mẽsem vnũ, dies. xij. Martyrio coronat tẽporibus Maximini & Aphricani cõsulum. Hic gesta martyrũ diligenter a notarijs exquisiuit, & in ecclesia recondidit. Propter q̃d a quodã Maximo pfecto martyr effectus est. Hic fecit ordinationẽ vnã p mẽsem Decembrem, & vnũ epm ordinauit in ciuitate Fundis Cãpaniæ. Qui sepultus est in cœmiterio Calixti via Appia tertio nonas Ianuarij. Et cessauit episcopatus dies. xiij. Hæc ille. Nota circa annos huius papæ inexplicabilẽ fere scriptorũ differẽtiã. Nã Platina, Damasum vtcũq; sequẽs, scribit Antherũ sedisse annos xi. quanq̃ in margine secũdũ opinionẽ aliorũ assignet illi dũtaxat annos tres. Eusebius vero Cæsarieñ. in ecclesiasticæ historiæ lib. vi. cap. xx. vbi de successore Pontiani mentionẽ facit, scribit. Pontiano vero sex annis episcopatu vrbis Romæ functo, succedit Antherus. Qui cũ mẽsem vnũ, nõ amplius ministrasset, Fabiano sacerdotium dereliquit. Hæc Eusebius. Cui cõcors legitur Marianus Scotus anno Maximini Imperatoris primo, ac iuxta euãgelij veritatẽ. ccxlvi. secundũ vero Dionysii cyclũ. ccxxiiij. Maximino, Aphricanoq; cõsulibus. Nã scribit in hæc verba. Antherus papa. xvij. mẽse vno sedit. Decretalis eius epistola data ẽ Kaleñ. Iulij sub pdictis consulibus, q passus est. iij. nonas Ianuarij, & in cœmiterio Calixti via Appia sepultus. Nõ caret (vt videt) calũnia, q Kaleñ. Iulij decretalẽ scripserit, q passus in Ianuario Mariano teste fuerit, & q dũtaxat vno mẽse sederit iuxta plurimorũ sententiam, cũ inter menses Ianuariũ, ac Iuliũ, alij quinq; intermedij menses occurrerint. Argumentũ tamẽ euidẽs breuis administrationis huius pontificis esse potest, q secundũ Damasum & Platinam, sub vna dũtaxat ordinatione vnum solum episcopum ordinauit. Verisimile enim est, q si plures annos in papatu habuisset, per plures ordinationes celebratas, plures quoque & episcopos, & presbyteros, diaconesq; creasset. Ex annis quoq; consulum, quorũ tempore decretales epistolas suas Pontianus scripsit, & eorũ, sub qbus iste, Damaso authore, martyrizatus est, similiter quoq; quibus Fabianus ipsius successor, teste etiam Damaso, initium papatus sumpsisse designat, claret luce clarius, Antherum non sedisse diutius. Non obstante dicto Antonini in prima parte, titulo. vij. cap. vi. paragrapho. ij. vbi dicit, sed nõ probat, Antherus natione fuit Græcus, & cathedrã tenuit annis. xij. & martyrio coronatus est.

E

F

ANTHERI PAPAE

DECRETALIS EPISTOLA AD EPIScopos prouintiarum Beticæ & Toletanæ.

CHarissimis fratribus per Beticæ, atq; Toletanæ prouintias episcopis cõstitutis, Antherus episcopus in dño salutẽ. Optarẽ, fratres charissimi, semper dilectionis, & pacis vestræ synceritatis gaudia audire, ita vt vicissim, discurrentibus literis, sospitatis inditia iuuarent, si quietos nos ab incursione sua vacare hostis antiquus sineret. Qui ab initio mendax, inimicus veritatis, æmulus hominis, quẽ vt deciperet, se ante decepit, pudicitiæ aduersarius, luxuriæ magister, crudelitatibus pascitur, abstinentia punitur, odit ieiunia, ministris suis pdicantibus, dum dicit esse superflua, spem non habẽs de futuris, apostoli sententia repercussus, dicentis: Manducemus & bibamus, cras enĩ moriemur. O infelix audacia, o desperatæ mentis astutia. Ipse enim hortatur odia, & fugat concordiam

Iohan. 8. F.

1. Corĩ. 15. d

A cordiam. Et quia facile ad deteriorem partem mens humana transducitur, volēs magis per speciosam viam ambulare, q̄ arte viæ iter cum labore transire. Qua de re, fratres dilectissimi, sectamini meliora, & semper relinquite deteriora. Bona agite, mala vitate, vt vere discipuli domini esse inueniamini. De mutatione ergo episcoporum, vnde sanctam sedem apostolicam consulere voluistis, scitote, eam communi vtilitate atq; necessitate fieri licere, sed non libitu cuiusquam, aut dominatione. Petrus sanctus magister noster, & princeps apostolorum, de Antiochia vtilitatis causa translatus est Romam, vt ibidem potius proficere posset. Eusebius quoq; de quadam parua ciuitate, apostolica authoritate, mutatus est Alexandriam. Similiter Felix de ciuitate, qua ordinatus erat, electione ciuium, propter doctrinam & bonam vitam quā habebat, communi episcoporum, & reliquorum sacerdotum ac populorum consilio translatus est Ephesum. Non em̄ transit de ciuitate ad ciuitatem, qui non suo libitu, aut ambitu hoc facit, sed vtilitate quadam, aut necessitate, aliorum hortatu & consilio potiorum transfertur. Nec transfertur de minori ciuitate ad maiorem, qui hoc non ambitu, nec propria voluntate facit, sed aut vi a propria sede pulsus, aut necessitate coactus, aut vtilitate loci, aut populi, non superbe, sed * cum humilitate ab aliis translatus, & intronizatus est, quia homo videt in facie, deus aūt in corde. Et dominus per prophetam loquitur, dicens: Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Non ergo mutat sedem, qui non mutat mentem, Nec mutat ciuitatem, qui non

B sua sponte, sed consilio & electione aliorum mutatur. Non ergo migrat de ciuitate ad ciuitatē, qui non auaritiæ causa, nec sponte dimittit suā, sed (vt iam dictum est) aut pulsus a sede sua, aut necessitate coactus, aut electione, & exhortatione sacerdotum, & populorum translatus est ad alterā ciuitatem. Nam sicut episcopi habent potestatem ordinare regulariter episcopos & reliquos sacerdotes, sic quoties vtilitas aut necessitas exposcerit, supradicto modo & mutare, & intronizare potestatem habent. Hæc, vt petistis, licet vobis ignota non sint, tenenda mandamus, ne ignorantia quorundā, meliora & vtiliora vitentur, & inutiliora sumātur, sicut in sancto legit̄ euangelio: Væ vobis hypocritæ, quia decimatis mentā & anetum & cuminū, & reliquistis, q̄ grauiora sunt legis, iudiciū & misericordiā & fidē. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci excolantes culicē, camelū aūt glutientes. Quod licet, nō licet: & quod nō licet, licet. Quemadmodū Iamnes & Mambres restiterūt veritati, sic & illi, mēte reprobi, amātes voluptatē magis q̄ deū, quod licet, docent, nō licere, id est, episcopos migrare de ciuitate ad ciuitatē, p̄taxato modo, & quod nō licet, docent, li-

C cere, id est, misericordiā non agere circa patientes necessitatē, hoc est, eis, qui episcopū nō habent, & sacro episcopali indigent ministerio, episcopū de alia ciuitate causa vtilitatis vel necessitatis tribui. Et episcopis persequutionē aut necessitatem patientibus, aliam cathedrā dari negant. Contradicunt etiam sacræ scripturæ, quæ testatur, malle deum misericordiā, q̄ iudicium. Quæ, precor, maior charitas, aut quod efficacius pietatis patrocinium potest a quoq̄ alicui impēdi, q̄ si ignorantiæ tenebras & imperitiæ caliginē ab eo repellat? Demū veræ fidei doctrinæ pabulo, non ad quæstū, nō ad ambitionē, sed eruditionē & ædificationē reficere. Tanquā em̄ mutilo fit manus, claudo pes, oculus cæco, q ignorātiæ tenebris obuoluto sapiētiæ & scientiæ thesaurū reserat, & cādorē lucis, viasq; dn̄i benigniter aperit. Vtrisq; aūt, id est, & famē verbi dei patientibus, & episcopis necessitatem, quādo intronizantur propter cōmunem vtilitatem in aliis ciuitatibus, non modica exhibet̄ misericordia. Negantes aūt hæc, licet speciem habeant pietatis, virtutē tamen eius abnegāt. Nā in tali negotio prosapiam non agnosco, si quis tamē sapientiū, quos insipiētibus tēpestatis huius procella aliis sociauit authoribus, facinorū participatione maculat̄, splendor sapiētis, & si cōmunionē criminū incurrit, nescit tamē ducē se p̄bere peccātibus. Alia q̄q; est causa vtilitatis & necessitatis, & alia auaritiæ & p̄sumptionis, aut propriæ voluntatis. Auaritiæ q̄q; causa, vel p̄sumptionis, aut propriæ volūtatis, nō sunt ep̄i mutādi de ciuitate ad ciuitatē, sed vtilitatis & necessitatis. Quod nemo negat, nisi hi, de quibus dictū est: Errauerunt in ebrietate, nescierunt videntē, ignorauerunt iudiciū. Nā si enarrando cogerer aperire

7.q.1. Mutationes ep̄orū. Et in dec. Iuonis lib. 3

al's, humiliter
1. Reg. 16. b
Psalm. 93

7.q.1. Mutationes ep̄orū.

Matth. 23 c

2. Timot. 3. b
& Exo. 7

Matth. 9. b
& 12. a. & Osee. 6. c

7.q.1. Mutationes ep̄orū. Et in dec. Iuonis lib. 3

Esaiæ. 28. b

transacta ostenderem vobis, nullum euenire solatium de comparatione factorum. D Cæterum state, charissimi, super vias, aspicientes, & interrogantes de semitis dñi antiquis, & videte, quæ est via bona, & recta, & ambulate in ea, & inuenietis requiē animabus vestris. Et vt iuxta Sapīæ vocē dicamus, diligite iustitiā, q iudicatis terrā. Sentite de dño in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illū. Qm̄ inuenit ab his, q non tentant illū, apparet aūt eis, q fidem habēt in illū. Peruersæ em̄ cogitatiões separāt a deo, probata aūt virtus corripit insipientes. Qm̄ in maliuolā aīam non introibit sapīa, nec habitabit in copore subdito peccatis. Spūs em̄ sanctus disciplinæ effugiet fictū, & auferet se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corripiet a supueniente iniqtate. Benignus est em̄ spūs sapiētiæ, & non liberabit maledictū a labijs suis, qm̄ renum illius testis est deus, & cordis eius scrutator est verus, & linguæ illius auditor. Qm̄ spūs dñi repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet oīa, sciam habet vocis. Propter hoc, qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiēs iudicium. In cogitationibus em̄ impij interrogatio erit. Sermonū aūt illius auditio ad dñm veniet, & ad correptionē iniquitatū illius, qm̄ auris zeli audit oīa, & tumultus murmurationum non abscondetur. Custodite ergo vos a murmuratione, quæ nihil prodest. Et a detractione parcite linguæ, qm̄ sermo obscurus inuacuum non ibit. Os quod mentit, occidit animā. Nolite zelare mortē in errore vitæ vestræ, neq; acquiratis perditionē in operibus manuum vestrarum, qm̄ deus mortē non fecit, nec lætat in perditione viuorum. E Creauit em̄, vt essent omnia, & sanabiles esse voluit nationes orbis terrarum. Non est in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra viuentium. Iustitia perpetua est, & immortalis, iniustitia autem mortis est acquisitio. Impij autem manibus, & verbis accersierunt illam, & æstimantes eam amicam, defluxerunt, & sponsiones posuerunt ad illam, quoniam * digni sunt, qui sunt ex parte illius. Dixerunt em̄, apud se cogitantes non recte. Exiguum est, & cum tędio, tempus vitæ nostræ, & nō est refrigerium in fine hominis, & non est, qui agnitus sit, reuersus ab inferis. Quoniam ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus, tanquam si non fuerimus. Quoniam fumus afflatus est in naribus nostris, & sermo scintillæ ad commouendum cor nostrū qua extincta, cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur tāquam mollis aer. Et transibit vita nostra tanquam vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est a radijs solis, & a calore illius aggrauata. Et nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum. Vmbræ enim transitus est tempus nostrum & non est reuersio finis nostri, quoniam consignata est, & nemo reuertetur. Propterea, vnicuiq; præuidendum est, vt summopere se custodiat, & vtiliter se præuideat, vt cum dies extrema, finisq; vitæ aduenerit, non transeat ad perpetuam mortem, sed ad vitam æternam. Facta enim subditorum iudicantur a nobis, nostra vero iudicat deus. Et merito vero plebis nonnunquam episcopi deprauantur, quatenus procliuius cadant, qui sequuntur. Capite languescente, cætera corporis membra inficiuntur. Deteriores sunt, qui vitam, moresq; bonorum corrumpūt, his, qui substantias aliorum, prædiaq; diripiunt. Caueat vnusquisque, ne aut linguam, aut aures habeat prurientes, id est, ne aut ipse alijs detrahat, aut alios audiat detrahentes. Sedens (inquit) aduersus fratrem tuum loquebaris, detrahendo, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Et cætera. Parcant singuli detractioni linguæ, custodiantq; sermones suos, & sciant, quia cuncta, quæ de alijs loquuntur, sua sententia iudicabuntur. Nemo inuito auditori libenter refert. Officij singulorum sit, dilectissimi, non solum oculos castos seruare, sed & linguam. Nec, quid in cuiusquam domo agatur, alia domus per vos vnquam nouerit. Habeant omnes simplicitatem columbæ, ne cuiq; machinent dolos, & serpentis astutiam, ne aliorum supplantentur insidijs. Non est humilitatis meæ, neq; mensuræ, iudicare de cæteris, & de ministris ecclesiarum sinistrum quippiam dicere: Absit, vt quicquam sinistrum de his loquar, qui Apostolico gradui succedentes Christi corpus sacro ore conficiūt, p quos nos etiam Chrīani sumus, q claues regni cœlorum habentes, ante iudicij diē iudicāt. Veteri quidem lege habet, quicūq; sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra F

posi

Sapīę.1.a

Alia trāslatio habet, morte digni

Sapiæ.2.a

9.q.3. Facta subditorum.

9.q.3. Facta subditorum.

Psalm̄.49.

11.q.3. Absit, vt quicquam

Deute.17.c

A positus, lapidabatur a populo, aut gladio ceruice subiecta, contemptũ expiabat cruore. Nunc vero inobediens spũali animaduersione truncatur, & eiectus ab ecclesia, rabido dæmonũ ore decerpitur. Oportet eñ, vt qui deum hæreditate possident, absq; vllo impedimẽto seculi deo seruiant, vt dicere possint: Dñs pars hæreditatis meæ. O q̃ bonus & suauis est spũs tuus, dñe, in omnibus. Parcis aũt omnibus, qm̃ tua sunt, dñe, qui animas amas. Ideoq; hos, qui exerrant partibus, corripis, & de quibus peccant, admones, & alloqueris, vt relicta malitia, credant in te, dñe. Tu aũt deus noster suauis & verus es, patiens, & in misericordia disponens omnia. Etenim, si peccauerimus, tui sumus, scientes magnitudinẽ tuã. Et si nõ peccauerimus, scimus, qm̃ apud te sumus cõputati. Spũs timentium dñm quæretur ab eo, & in respectu illius benedicẽtur. Quapropter, fratres charissimi, omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus est ad ædificationẽ opportunitatis, vt det gratiã audientibus, & nolite contristare spm̃ sanctũ dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a vobis, cũ omni malitia. Estote aũt inuicẽ benigni, misericordes, donantes inuicẽ, sicut & deus in Christo donauit vobis. Estote ergo imitatores dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam deo in odorẽ suauitatis. Fornicatio aũt, & omnis immũditia, aut auaritia nõ nominet in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquiũ, aut scurrilitas, quæ

B ad rem nõ pertinet, sed magis gratiaꝝ actio. Hoc eñ scitote, intelligentes, ꝙ omnis fornicator, aut immũdus, aut auarus, quod est idoloꝝ seruitus, nõ habet hæreditatẽ in regno Christi, & dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propter hæc eñ venit ira dei in filios diffidẽtiæ. Nolite ergo effici participes eoꝝ. Eratis eñ aliquãdo tenebræ, nunc aũt lux in dño, vt filij lucis ambulate. Fructus eñ lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate, probantes quid sit beneplacitũ deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebraꝝ, magis aũt redarguite. Quæ eñ in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere. Omnia aũt, quæ arguunt, a lumine manifestant. Omne eñ, quod manifestat, lumen est. Propter quod dicit: Surge, qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Videte itaq;, fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, qm̃ dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudẽtes, sed intelligentes, quæ sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed impleamini spũ sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis, & canticis spũalibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris, dño gratias agentes semper, pro omnibus in nomine dñi nostri Iesu Christi deo & patri. Subiecti inuicẽ in timore Chr̃i. State itaq;, fratres, & tenete traditiões apostoloꝝ, & apostolicæ sedis, vt dñs noster Iesus Chr̃s, & pater noster, q dilexit nos, & dedit cõsolationẽ

C æternã, & spem bonã in gratia, exhortet corda vestra, & cõfirmet in omni opere, & in sermone bono. De cætero, fratres, orate pro nobis, vt sermo dñi currat, & clarificetur sicut & apud vos, & vt liberemur ab importunis & malis hoĩbus. Non eñ omnium est fides. Fidelis aũt deus est, qui cõfirmabit vos, & custodiet a malo. Quapropter ponite indefinẽter corda vestra in virtute dei, & resistite semp malis, & enarrate hæc, iuxta vocẽ prophetæ, in progenies alteras, qm̃ hic est deus deus noster in æternũ, & ipse reget nos in secula. Vnde vos, q in specula a dño estis cõstituti, comprimere, & repellere eos summopere debetis, q fratribus insidias ꝑparant, aut in eos seditiones & scandala excitant, facile est eñ hominẽ verbo fallere, sed nõ dñm. Ideo hos reprehendere, & ab his vos auertere, oportet, quatenus extincta funditus hmõi caligine, lucifer eis resplẽdeat, & lætitia oriatur in cordibus eoꝝ. Confidimus aũt de vobis, fratres, in dño, qm̃, quæ præcepimus, & facitis, & facietis. Quanto eñ beneficia vestra his amplius exhibetis, tanto maiorẽ vicissitudinẽ ab omnipotẽti deo, cui *seruiunt, ex pectatis. Omnipotẽs deus sua vos protectione custodiat, honoremq; & ꝑceptũ seruare concedat, & gloria, honorq; deo patri omnipotẽti, eiusq; vnigenito filio, saluatori nostro, cũ spiritu sancto sit in secula seculorum. Amen.

Finis decretorum Antheri papæ.

Psalm. 15
Sapiæ. 12. a
Sapiæ. 15. a.
Philip. 4. f
Ephe. 5. a. b. c
2. Thessa. 2. d
2. Thessa. 3. a
Psalm. 47.
2. Petri. 1. d
2. Thess. 3. a
al's, seruitis

Decreta

DECRETA FABIANI PAPAE.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

alias.xi.

alias, Quadratum.

FAbianus natione Romanus, ex patre Fabio sedit annos quatuordecim, mensem* vnum, dies vndecim, martyrio coronatur decimoquarto Kalendas Februarias. Fuit autem temporibus Maximini, & Aphricani, vsque ad Decium, secundo, &* Gratum. Hic regiones diuisit diaconibus. Et fecit septē subdiacones, qui septem notarijs imminerent, vt gesta martyrum in integrum colligerent. Et multas fabricas per cœmiteria fieri præcepit. Post passionem vero eius Moyses, & Maximus presbyteri, & Nicostratus diaconus, comprehensi sunt, & in carcerem missi. Eodem tempore superuenit Nouatus ex Aphrica, & separauit Nouatianum de ecclesia, & quosdam confessores, postquam Moyses in carcere defunctus est, qui fuit ibi menses vndecim. Et sic multi Christiani fugerunt. Hic fecit ordinationes quinque per mensem Decembrem, presbyteros vigintiduos, diacones septem, episcopos per loca vndecim. Qui sepultus est in cœmiterio Calixti, via Appia, decimotertio Kalendas Februarij, Et cessauit episcopatus dies sex. Hæc ille.

De Fabiani papæ ad pontificatum electione, ita scribit Eusebius ecclesiasticæ historiæ libro sexto, capite vicesimoprimo. Tradunt autem Fabianum Anthero defuncto, cum de agro reuerteretur vna cum amicis suis, & vniuersus ecclesiæ populus pro episcopo deligendo in vnum coisset, atq; alius de alio (vt fieri solet in talibus) conclamaret, nec tamen vulgi sententia certi aliquid obtineret, astitisse etiam ipsum inter cæteros, scire cupientem, qui rei exitus foret. Et subito per dei prouidentiam columbam cęlitus lapsam, figuram ferentem illius, quæ in sancti spiritus imagine super Iesum descenderat apud Iordanem, super caput adstitisse Fabiani. Ad quod spectaculum cunctorum ora, oculosq; conuersos, & omnes velut vno spiritu commotos, hunc esse episcopatu dignum per dei iudicium decreuisse, eumq; continuo cathedræ impositum, & legitimo sacerdotio confirmatum. Quod alij super huius, alij super Zepherini nomine gestum tradunt. Hæc Eusebius. Idem de eodem, capite vicesimonono prętacti libri, Philippo, inquit, sex annis principatu administrato, Decius succedit, qui pro eo, quod infestus esset Philippo, persecutionem ecclesijs suscitat, in qua Fabianus in vrbe Roma martyrio coronatus, sedem sui episcopatus Cornelio dereliquit. Et Platina de illo scribit. Inuenitur quoque ante pontificatum habuisse vxorem Darfosam nomine, quæ etiam martyrizata fuit. Hæc ille. Præterea, Marianus Scotus anno Maximini Imperatoris primo, & ad euangelij veritatem .cc.xlvi. secundum cyclum Dionysij.cc.xxiiij. Maximino, & Aphricano consulibus, epistolæ decretalis eiusdem Vrbani papę meminit, dilectissimis (inquiēs) vbiq; catholicæ ecclesiæ cōministris &c. Data Kalen. Iulij, Maximino, Aphricanoq; cōsulibus. Et idē addit ibidē. Fabianus papa.xviij. post Petrū, sedit annis. xiiij. Ad hæc quoq; anno Philipporū Imperatorum septimo, ac ad euangelij veritatem.cc.lxi. Secundum vero Dionysij cyclum.cc.xxxix. Decio, & Rustico consulibus, de Fabiano papa aliorum scripta commemorans, ita prosequitur. In martyrologio, Romæ natale Fabiani papæ decimoquarto Kalendas Februarij. Qui cum quatuordecim annis, mensibus vndecim, diebus duodecim ecclesiæ præfuisset, passus est sub Decio in principio sui Imperij, & in cęmiterio Calixti sepultus est. Beda ita ait: Decius, cum Philippos, patrē & filium interfecisset, ob odium eorum in Christianos persecutionem mouet, in qua Fabianus in vrbe Roma martyrio coronatus, sedē sui episcopatus Cornelio dereliqt.

Matth.3.d Marci 1.b Lucæ.3.d. & Io.1.d

EPISTOLA EIVSDEM FABIANI PAPAE PRIMA.

Dilec-

Dilectissimis vbiq; catholicæ ecclesiæ comministris, Fabianus salutem in domino. Diuinis præceptis, & apostolicis monemur institutis, vt pro cunctarum ecclesiarum statu, impigro vigilemus affectu. Vnde consequens est, debere vos scire, quæ apud Romanam in sacro aguntur ritu ecclesiam, vt eius sequentes exempla, eius veri filij inueniamini, quæ vestra est mater vocata. Septem ergo diaconos in vrbe Roma per septem regiones ciuitatis, sicut a patribus accepimus, habemus, qui per singulas hebdomadas & dominicos dies, atq; festiuitatum solennia, cum subdiaconibus, & acolythis, ac sequacium ordinum ministris, iniuncta sibi obseruant ministeria, & parati omni hora sunt ad diuinum officium, & quicquid eis iniungitur, peragendũ. Similiter & vobis, prout opportunũ fuerit, per singulas ciuitates est faciendum, vt diuinum absq; vlla mora & negligentia studiose ac solenniter agatur officium. Deniq; septem similiter * subdiacones ordinauimus, qui septem notarijs imminerent, & gesta martyrum veraciter in integro colligerent, nobisq; rimanda manifestarẽt. Quod etiam vos omnes agere monemus, ne in posterum aliqua ex his dubitatio fiat, quæstioq; oriatur, qm̃ omnia, quę scripta sunt, ad nostram doctrinã scripta sunt. Et quæ nostris temporibus veraciter scribuntur, ad futurorum doctrinã diriguntur. Et ideo fidelissimis hæc negotia cõmitti p̃cipimus, ne aliqua in eis illusio inueniatur, ex qua fidelibus scandalũ (q̃d absit) oriat. Vnde & charitatem vestrã paterna dulcedine petimus, vt in cunctis affectũ vestræ charitatis sancta modo ecclesia inueniat, & fauoris vestri solatijs, quocũq; necesse fuerit, potiat. Et sicut bonitas studij vestri de se nobis certitudinẽ p̃bet, vt in nullo diffidere debeamus de ea, sed magis, vt sapientibus filijs ecclesiæ nostræ, hæc fiducialiter cõmendamus, ita, postpositis opportunitatis occasionibus, vestra efficacia elaborare enixius debet, atq; modis, qbus possibile fuerit, oĩ studio abigere cõtumelias. Hortamur etiã vos, iuxta dictum Apostoli, stabiles esse & immobiles, abundãtes in opere dñi, semp scientes, q labor vester non est inanis in dño. Et alibi: Vigilate, & orate, & state in fide. Viriliter agite, & cõfortamini. Omnia vestra in charitate fiant. Insup & illud vos scire desideramus, qa nostris tẽporibus, p̃pedientibus quidẽ nostris peccatis, suadẽte antiquo hoste, q semp vt leo rugiens circuit, quęrẽs, quẽ deuoret, superuenit Nouatus ex Aphrica, & separauit de ecclesia Chr̃i Nouatianũ, & quosdã alios Chr̃i confessores, & cõuertit in prauã doctrinã. A qbus vos, fratres, auertite, & cauete ab oĩbus, q alterã fidẽ & doctrinã tenent, q̃ apostoli, & successores eoꝝ tenuerũt, & docuerunt, ne (q̃d absit) post eũ abeuntes, in laqueũ Satanæ cadatis, & cõpedibus eius detineamini. Vnde fraternitatis vestræ charitatẽ intimis obsecramus p̃cibus, vt nostræ paruitatis in vestris sacris orationibus memores esse dignemini, orãtes ac dep̃cantes dñm cœli, vt tã nos, q̃ sancta mater ecclesia, Chr̃i pretioso sanguine redẽpta, a laqueis venãtis Satanæ, & ab importunis & malis hominibus liberemur, & sermo dei currat, & clarificetur, & praua eoꝝ, & omniũ peruersa docentiũ corruat doctrina, atq; deficiat. Precamur etiam, vt pietatis vestræ p̃cibus impetrare studeatis, vt deus & dñs noster Iesus Christus, qui vult omnes hoĩes saluos fieri, & neminẽ perire, sua ingenti omnipotentia, reuerti faciat corda eoꝝ ad sanam doctrinã, & catholicã fidẽ, quatenus resipiscant a diaboli laqueis, quibus capti tenentur, & aggregent filijs matris ecclesiæ. Reminiscentes quoq; fratrũ vestroꝝ, miseremini illoꝝ, quibus potestis, bonis studijs vestris, ne perdantur, sed vt precibus, & alijs bonitatis vestræ studijs, * dño saluent. Ita ergo in his agite, vt obediẽtes filij, & fideles sanctæ dei ecclesiæ appareatis, & vt mercedis p̃mia percipiatis. Hi, & omnes, qui rectã non docẽt doctrinã, vel rectã non tenent fidẽ, accusatores, neminẽ recte credentiũ accusare possunt, qa infamia sunt notati, & a sinu sanctæ matris ecclesiæ, apostolico mucrone, vsq; ad rectã conuersationẽ, & reuersionẽ eoꝝ abscisi. Vnde apostolica authoritate, cũ oĩbus eiusdẽ apostolicę, atq; vniuersalis ecclesiæ filijs statuẽtes sancimus, vt oẽs, q in catholica fide suspecti sunt, in accusatione recte credentiũ non suscipiant, quia suspitiones semp sunt amouẽdæ.

Meri-

[Marginal notes: al's, diaconos secundũ Marianũ Scotũ. — Roma. 15. a — 1. Cor. 15. g — 1. Cor. 16. c — 1. Petri. 5. c — 2. Thess. 3. a — 1. Timo. 2. b — al's, omnino]

[Section letters in margin: A, B, C]

dentes luporũ furentiũ, vtcunq; versamur, & contumaces sunt subditi, atq; oues. Nã latratu canũ, baculoq; pastoris luporũ rabies deterrenda est. Illa vero, q̃ fomentis nõ sanant vulnera, ferro abscindi necesse est. Nec silere possumus, vt quũ hic ab illicitis reuocemus aliquos, officij nostri prouocamur instinctu, in speculis a dño constituti, vt vigilantiæ nostræ diligentiã cõprobantes, & q̃ coercenda sunt, resecemus, & quę obseruanda sunt,* censeamus. Consulere etiã nos (vt in p̃dictis literis vestris inuenimus) super accusatione sacerdotũ voluistis, q̃ oppido apud vos (vt in eisdẽ apicibus reperimus) crebrescit. Significastis insup, plerosq; attendere, multos in ipsis honoribus ecclesiasticis nõ congruenter viuere sermonibus, & sacramẽtis, q̃ per eos populis ministrant. O miseros hoĩes, qui hos intuendo, Christũ obliuiscunt, qui & multo ante p̃dixit, vt legi dei potius obtemperet, q̃ imitandi videantur illi, qui ea, q̃ dicunt, non faciunt, & traditorẽ suũ tolerans, vsq; in finẽ etiam ad euangelizandũ cum cæteris misit. Nã apostoli talem consuetudinẽ non habuerũt, nec habendã docuerunt, similiter & successores eorũ, quanq̃ multa de talibus, p̃uidentes spiritu dei futura, statuerunt. Porro (vt legitis in actibus apostolorũ) erat eo tempore inter fideles cor vnũ & anima vna, neq; aliquis eorũ aliquid suum proprium dicebat, sed erant illis omnia cõmunia. Nulla em̃ inter eos accusatio, nisi familiaris erat, nec vnquã inter imitatores eorũ aut fideles fieri debet, dicente dño: Quod tibi non vis fieri, alteri non facias. Et idem: Diliges proximũ tuũ sicut teipsum. Et, dilectio proximi malũ non operat. Ipsi ergo apostoli & successores eorũ olim statuerunt, eos ad accusationẽ non recipi, qui sunt suspecti, vel qui heri, aut nudiustertius, vel dudũ fuerunt inimici, qm̃ suspecti facti sunt, & qui non sunt bonæ conuersationis, vel quorũ vita est accusabilis, aut dubij in recta fide. Similiter quorũ fides, vita, & libertas nescitur, vel qui infamiæ maculis sunt aspersi, aut sceleribus irretiti. Neq; eos sacerdotes debere, vel posse, aut clericos accusare, qui rite sacerdotes fieri nõ possunt, nec sui sunt ordinis. Quoniam sicut sacerdotes vel reliqui clerici, a secularium laicorum excludunt accusatione, ita illi ab istorum sunt excludendi & alienandi criminatione. Et sicut isti ab illis, ita & illi ab istis nõ recipiantur, qm̃ sicut dñi sacerdotum segregata debet esse conuersatio ab eorum, ita & litigatio, quia seruũ dei non oportet litigare. Tales, charissimi fratres, accusationes, & iniustas aut nociuas æmulationes pro viribus prohibete, quia contentio summopere est vitanda. Septies em̃ cadet iustus in die, & resurget, impij aũt corruẽt in malum. Quum ceciderit inimicus tuus (ait Salomon) ne gaudeas, & in ruina eius non * exaltabitur cor tuũ, ne forte videat dñs, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam. Non contendas cũ pessimis, nec æmuleris impios, qm̃ non habẽt futurorũ spem mali, & lucerna impiorũ extinguetur. Nec æmuleris viros malos, nec desideres esse cũ eis, quia rapinã meditatur mens eorũ, & fraudes labia eorũ loquuntur. Hæc cauete charissimi. Hæc meditamini, & fratribus in oĩbus solatium p̃state, quia in hoc cognoscent omnes (vt ipsa per se veritas ait) qm̃ mei estis discipuli, si dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. Si em̃ in rebus secularibus suum cuiusq; ius, & proprius ordo seruãdus est, quanto magis in ecclesiasticis disputationibus nulla debet induci cõfusio? Quod ista obseruatione obseruabit, si nihil potestati, sed totũ æquitati retribuit. Vnde constat, epis locorũ singulorũ, omnium qui sub eorũ degunt moderamine, curã habere solicitã, & causas, vtilitatesq; eorũ cũ dei timore disponere. Valde ergo iniquum est, vt alij quilibet, omissis suis, se illorũ causis admisceant. Sed illi eorũ vitam & iudicium cõpetenti regulariq; debeant moderamine disponere, qui eos in sacerdotium ordinant, & a quibus iam ordinati sunt. Quoniam, vt lex loquit, maledictus omis est, qui transfert terminos proximi sui. Et dixit omnis populus, Amen. Deus ergo, fratres, ad hoc præordinauit vos, vt omnes, qui summo sacerdotio funguntur, iniustitias remoueatis, & p̃sumptiones abscindatis, & in sacerdotio laborantibus succurratis, & opprobrijs & calamitatibus eorum locum non p̃beatis, sed ei, qui calumniam & opprobrium patitur, adiutorium feratis. Illum vero, qui calumniam vel opprobrium facit, abscindatis, & dño in suis sacerdotibus opem feratis. Sacerdotes quoq; dñs sibi elegit, vt sacrificent ei, & offerant oblationes dño. Leuitas quoq; sub eis esse iussit in ministerijs

Marginal notes: al's, seruem⁹. | 1.q.1. Significastis insuper | Actorũ.4.f | Matth.7.b. Lucæ.6.c Tobiæ.4.c Matth.22.d Marci.12.c Lucæ.10.e Roma 13.c | 3.q.5. Suspectos ãt inimi. Et in dec. Iuonis lib.4. Et 2.q.7. Quærendum est. 2.q.7. Sicut sacerdotes Et in decre. Iuonis lib.4 | Prou.24.a.b al's, exultet | Iohan.13.d | Deut.27.c 3.q.1. Deus ergo frẽs. | D E F

A steriis eorum. Vnde ad Mosen loquitur, dicens: Princeps aūt principum leuitarum Eleazar, filius Aaron sacerdotis erit sup excubitores ecclesiæ sanctuarii. De his em̄ loquutus est dn̄s ad Moysen: Tolle leuitas pro primogenitis filiorū Israel, & pecora leuitarū pro pecoribus eorū, eruntq; leuitæ mei. Ego dn̄s. Si leuitas suos esse dn̄s voluit, quanto magis sacerdotes sibi asciuit? De quibus ait: Si quis externorū accesserit, morietur. Omnia vero, quæ dn̄i sunt, caute tractanda sunt, & non leuiter p̄cipitanda. Quoniam & inter homines pro fidelibus habentur, qui dominorū suorū causas bene custodiunt, & fideliter tractant, atq; p̄cepta dominorū suorū bene custodiunt, & non transgrediuntur. Pro infidelibus vero reputantur hi, qui dominorū suorum causas incaute & negligenter tractant, & p̄cepta eorū despiciunt, & non, vt debent, custodiunt. Ideo hæc p̄misimus, vt cognoscatur ab his, quibus incognitū est, q̄ & sacerdotes (quos sibi dn̄s de omnibus asciuit, & suos esse voluit) non sunt leuiter tractandi, nec lacerandi, nec temere accusandi, aut reprehēdēdi, nisi a magistris suis, qm̄ eorū causas sibi dn̄s reseruare voluit, & suo iudicio vindicari. Nam in his, & in aliis p̄ceptis dn̄i, & fideles cognoscuntur, & infideles reprobantur. Tolerandi em̄ hi sunt potius a fidelibus, q̄ exprobrādi, veluti palea cū tritico, vsq; ad vltimū ventilabrum, sicut pisces mali cū bonis, vsq; ad segregationem, quæ futura est in littore, hoc est, in fine seculi. B Nullatenus ergo potest cōdemnari humano examine, quē deus suo iudicio reseruauit, vt propositū dei, quod decreuit saluare, quod perierat, fiat immobile. Et ideo, quia voluntas eius non immutat̄, nullus p̄sumat ea, quę sibi nō sunt concessa. Vnde est illud, q̄d Apostolus loquitur, dicens: Iam quidē omnino delictū est, quia iudicia habetis vobiscū. Quare nō magis iniquitatē patimini? Quare nō potius fraudamini? Ad illud redeatur, quod dn̄s ait: Si quis voluerit tunicam tuā tollere, & in iudicio tecū contendere, dimitte ei & pallium. Et alio loco: Qui aufert, quæ tua sunt, ne repetas. Sunt aūt quædā, quæ leuissima putarentur, nisi in scripturis demonstrarētur opinione grauiora. Quis vnquā, dicenti fratri suo fatue, reum gehennæ putaret, nisi ipsa veritas diceret? Illi vero, qui illa peccata perpetrant, e quibus Apostolus ait, Quoniam, qui talia agunt, regnū dei non consequentur, valde cauendi sunt, & ad emendationē, si voluntarie noluerint, cōpellendi, quia infamiæ maculis sunt aspersi, & in barathrum delabuntur, nisi eis sacerdotali authoritate subuentū fuerit. Similiter & illi, de quibus ipse ait, Cum huiuscemodi hominibus nec cibum sumere, quia infamia sunt notati, antequam sacerdotali authoritate sanant̄, & in gremio sanctæ matris ecclesiæ reintegrent̄, quia qui extra nos sunt, nobiscū cōmunicare non possunt. Manifestū est em̄, q̄ hi extra nos sunt, & a nobis discreti esse debent, cū quibus nos nec edere, nec cibum sumere licet. Similiter & omnes personæ, quibuslibet turpitudinibus ac scurrilitatibus subiectæ, C infames sunt effectæ, & omnes, qui aduersus patres armantur, infames efficiuntur. Harenā vero & salem & massam ferri facilius est portare, q̄ hominē imprudentē & fatuum atq; impium. Quoniā qui minorat̄ corde, cogitat inania, & vir imprudens & errans cogitat stulta. Multos em̄ supplantauit suspitio illorꝝ, & in vanitate detinuit sensus illorū. Cor durum male habebit in nouissimo, & qui amat periculum, in ipso peribit. Cor ingrediens duas vias, non habebit requiem, & praui cordis in illis scandalizabitur. Cor nequā grauabitur in doloribus, & peccator adiiciet ad peccādum. Talia cogitantes sancti apostoli, eorumq; successores, spiritu dei repleti, malos homines præuidentes, & simplices considerantes, difficilem, aut nunquam voluerūt esse accusationē sacerdotum, ne a malis potuissent euerti, aut submoueri, quia si hoc facile cōcederet̄ secularibus & malis hominibus, aut nullus, aut vix perpauci remanerent, qm̄ semper fuit, & est, & (quod peius est) nimis viget, vt mali bonos persequantur, & carnales sp̄uales infestent. Idcirco (vt p̄dictum est) statuerunt, ne accusarentur, aut si aliter fieri non possit, perdifficilis eorꝝ fieret accusatio, & a quibus (vt supra dictum est) non p̄sumeret̄, * neq; a propriis sedibus, aut ecclesiis episcopi eiicerentur. Quod si quo modo p̄sumptum fuerit, antequam & proprius locus, & sua omnia eis, legibus redintegraret̄, nullatenus a quoquā accusaret̄, aut criminaret̄, & nisi spōte elegerint, cuiquam pro talibus non responderent. Sed postquam (vt præfixum

M ii est)

Nume. 3. e
Ibidem. g.
Nume. 1. g
Matth. 13. f
Eccles. 7. b
1. Corꝝ. 6. b
Matth. 5. f
Lucæ. 6. e
Matth. 5. c
6. q. 1. Illi qui.
Galat. 5. d
1. Corꝝ. 5. d
Eccl. 22. b
Eccl. 16. d
Eccl. 3. c. d
Idem infra in dec. Steph. 1.
al's, ne
3. q. 1. Epi si a propriis sed.

est) restituti fuerint, & sua omnia eis, legibus reintegrata, dispositis, ordinatisq; suis magnum spatium, tractandi causa, eis concederetur. Et postea, si necesse fuerit, regulariter vocati, venirent ad causam, & si iustum visum fuerit, accusantium propositionibus sustentatione fratrum responderent. Nulla em̄ permittit ratio, dum ad tempus eorum bona, vel ecclesiæ, atq; res ab æmulis, aut a quibuscunq; detinentur, vt aliquid illis obijci debeat. Nec quicquam potest eis quoquo modo quilibet maiorum vel minorum obijcere, dum ecclesiis, rebus, aut potestatibus carent suis. Similiter statutum est, & nos eadem statuta firmantes, statuimus, vt si aliquis clericorum suis episcopis infestus, aut insidiator fuerit, eosq; criminari voluerit, aut conspirator fuerit, vt mox, ante examinatum iudicium submotus, a clero curiæ tradatur, cui diebus vitæ suæ deseruiat, & infamis absq; vlla restitutionis spe permaneat. Nec vllus vnquam præsumat accusator simul esse, & iudex, vel testis, quoniam in omni iudicio quatuor personas, necesse est, semper adesse, id est, iudices electos, & * accusatores ac defensores, atq; testes. Similiter statuẽtes, apostolica authoritate iubemus, ne pastorem suum oues, quæ ei commissæ fuerant (nisi in fide errauerit) reprehendere audeant, quia facta p̄positorum oris gladio ferienda nõ sunt, neque potest esse discipulus sup magistrum, dicente veritatis voce: Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. Odibilis autem coram deo & hominibus est superbia, & execrabilis omnis iniquitas. Perdidit deus memoriam superbo℞, & reliquit memoriam humilium sensu. Semen hominum honorabitur hoc, quod timet deum. Semen autem hoc exhonorabitur, quod præterit mandata domini. In medio fratrum rector illorum in honore, & qui timent dominum, erunt in oculis eius. Fili (ait Salomon) in mansuetudine serua animã tuam, & da illi honorem, cui honor competit. Priusq̃ interroges, ne vituperes quemquam, & quum interrogaueris, corripe iuste. Priusquã audias, ne respondeas verbũ, & in medio senio℞ ne adijcias loqui.] Exemplo Cham filij Noe damnantur, qui patrum suo℞ culpas in publicum produnt, aut eos accusare vel detrahere p̄sumunt. Veluti Cham, qui patris sui Noe pudenda non operuit, sed deridenda monstrauit. Similiter & illi exemplo Sem & Iaphet iustificantur, qui reuerenter operiunt, & non produnt ea, quæ patres suos excessisse cognoscunt. Si enim a fide deuiauerit episcopus, erit corrigendus prius secrete a subditis suis. Quod si incorrigibilis (quod absit) apparuerit, tunc erit accusandus ad primates suos, aut ad sedẽ apostolicã. Pro alijs vero actibus suis magis est tolerãdus ab ouibus, & subditis suis, q̃ accusandus, aut publice derogandus, quia quum in eis a subditis delinquitur, eius ordinationi obuiatur, qui eos eis prætulit, dicente Apostolo: Dei ordinationi resistit, qui potestati resistit. Qui vero omnipotentem deum metuit, nec contra euangelium, nec contra apostolos, nec contra prophetas, vel sanctorum patrum instituta, aliquid vllo modo agere consentit. Sacerdotes ergo honorandi sunt, non lacerandi, vel exprobrandi sunt. Legitur in Ecclesiastico: In tota anima tua time deum, & sacerdotes illius sanctifica. In omni virtute tua dilige eum, qui te fecit, & ministros eius non derelinquas. Honora deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotem, & propurga te cum brachijs. Da illi partem, sicut mandatum est tibi, primitiarum, & purgationis, & de negligentia purga te cum paucis. Datum brachiorum tuorum, & sacrificium sanctificationis offeres domino, & initia sanctorum, & pauperi porrige manũ tuam, & perficiatur propitiatio & benedictio tua. Hæc non tantummodo vobis, sed omnibus fratribus, per vos nota fieri volumus, vt vnanimes, vnum sentientes, permaneamus in Christo. Nihil per contentionẽ nobis, neque per inanem gloriam vindicantes, non hominibus, sed deo saluatori nostro placentes. Cui est honor, & gloria, in seculorum secula. Amen.

[Marginal notes: 3.q.1. Epi si a proprijs. — 11.q.1 Statuimus, vt si qs clericorũ. — ☞ — In de. Iuo. l. 4 — Matth. 10 c — Lucæ. 6. f — Ecci. 10. a. c — Ecci. 10. d — Ecci. 11. a. — Gene. 9. c. d — Sup. habetur idẽ in epi. Anacleti vlt. & sniã r. 2. q 7. Snia Cham — In de. Iuo. l. 4 — Roma. 13. a. — 11 q. 3. Qui omnipot. — Ecci. 7. d — Philip. 2. a]

[Margin letters: D — E — F]

☞ In decre. Iuonis lib. 4. * al's, accusatores idoneos, defensores congruos, atq; testes legitimos. Iudices autem debent vti æquitate, testes veritate, accusatores intentione ad amplificandam causam, defensores extenuatione ad minuendam causam.

Epistola

A

EPISTOLA FABIANI PAPAE TERTIA, AD HILArium episcopum.

DIlectissimo fratri Hilario episcopo, Fabianus. Diuinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, qui nos per dignationis suæ misericordiam, ob hoc ad fastigium sacerdotale prouexit, vt mandatis ipsius inhærentes, & in quadam sacerdotum eius specula constituti, prohibeamus illicita, & sequenda doceamus. In tantum enim, in occiduis partibus, quibus moraris, audiuimus, astutiam diaboli seuire in populũ Christianum, atq; in multiplici deceptione prorumpere, vt nõ solum laicos seculares, sed ipsos quoq; domini sacerdotes premat, atq; vexet. Vnde, in grandi mœrore positi, dissimulare non possumus, quod corrigere atrociter debemus. Quapropter competens adhibenda est talibus medela vulneribus, ne immatura curandi facilitas mortifera capitis peste nihil possit, sed segnius tracta pernities, reatu non legitimæ curationis, inuoluat pariter sauciatos & medentes. Ob id ergo statuentes, decernimus, vt hi, qui non sunt bonæ conuersationis, aut quorũ vita est accusabilis, aut quorũ fides, vita, & libertas nescitur, non possint domini sacerdotes accusare,* ne viles personæ ad accusationẽ eorum admittantur. Similiter hi, qui in aliquibus criminibus irretiti sunt, vel qui sunt suspitiosi, vocem aduersum maiores natu nõ habeant accusandi, quia suspitiosa vox & inimica veritatem solet opprimere. Peregrina vero iudicia, salua in omnibus apostolica authoritate, generali sanctione prohibemus, quia indignũ est, ab externis vt iudicetur, qui prouinciales, & a se electos debet habere iudices, nisi fuerit appellatũ. Vnde oportet, si aliquis episcoporũ super certis accusetur criminibus, vt ab omnibus audiatur, qui sunt in prouincia episcopis, quia non oportet, accusatum alicubi, q̃ in foro suo audiri. Si quis vero iudicem aduersum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat. Appellantem autẽ non debet afflictio vlla, aut detentionis iniuriare custodia, sed liceat appellatori, vitiatam causam appellationis remedio subleuare. Liceat etiam in causis criminalibus appellare. Nec vox appellandi denegetur ei, quem supplicio sentẽtia destinarit. Pulsatus ante suum iudicem causam dicat, & ante non suũ iudicem pulsatus, si voluerit, taceat, & vt pulsatis, quoties appellauerint, induciæ dentur. Si quis ergo iratus, crimen aliquod cuilibet temere obiecerit, conuitium non est pro accusatione habendũ, sed, permisso tractandi spatio, id, quod iratus dixit, per scripturam se probaturũ esse fateatur, vt, si fortasse resipiscens, quæ pro iracundia dixit, iterare, aut scribere noluerit, nõ vt reus criminis teneatur. Omnis ergo, qui crimen obijcit, scribat se probaturũ. Reuera semper ibi causa agatur, vbi crimen admittitur. Et qui non probauerit, quod obiecit, pœnam quã intulerit, ipse patiatur. Placuit etiam, vt si episcopus accusatus, appellauerit ad apostolicam sedẽ, id statuendum, quod eiusdem sedis pontifex censuerit. Hæc tamen omnino in sacerdotũ causa forma seruetur, ne quemquã sententia, non a suo iudice dicta, constringat. Occurrere quoq; quisq; fideliũ ruinis debet oppressorum & miserorũ, *subsidio, quo valeant, ex releuatione alienæ vindictę, a se dei remouere vindictam. Libat eñ dño prospera, qui ab afflictis pellit aduersa. Vnde scriptũ est: Frater fratrẽ adiuuans, exaltabit. Ecclesia eñ dei sine macula & ruga debet existere, & ideo nõ oportet eam a quibusdã conculcari, aut maculari, quia scriptũ est: Vna est columba mea, perfecta mea. Hinc iterũ dñs ad Moysen ait: Est locus penes me, & stabis sup petram. Quis est locus, qui nõ sit dñi, dum cuncta in ipso, p quem creata sunt, continent? Est tamen locus apud deũ, videlicet sanctæ ecclesiæ vnitas, in qua supra petrã statur, dũ confessionis soliditas humiliter tenet. Te frater, & omnes fratres nostros, ecclesiam Christi sanguine redemptã regentes, monemus, vt omnes a præci

Margin notes:
- B
- Hæc ad finẽ vsq; eplæ habent etiam in dec. Sixti. iij.
- als, nec
- 3. q. 6. Si quis episcoporũ.
- 2. q. 6. Si quis iudicem. Et in dec. Iuonis lib. 4
- C
- 3. q. 6. Pulsatus ante. Et in dec. Iuo. li. 4
- 2. q. 3. Si quis iratus. Et in dec. Iuo. li. 4
- 3 q. 6 Qui crimen. Et in decre. Iuo. lib. 4
- In de. Iuo. l. 4
- als, consilio
- Prou. 18. c
- Cant. 6. c
- Exod. 33. d.

 pitio,

De cõſ.diſt.1. Etſi nõ. Et in dec.Iuo.lib.1

Et ſi non frequentius,ſaltem in anno ter,homines communicẽt,niſi forte qs maioribus quibuſlibet criminibus impediatur,in paſcha,videlicet & pẽtecoſte,& natali dñi. D

Eiuſdem ex Gratiano.

Ante annos triginta preſbyter non ordinetur.

Diſt.78.Si qs xxx.Et in decre.Iuo.lib.3.

Si quis triginta ætatis ſuæ non impleuerit annos, nullo modo preſbyter ordinetur,etiam ſi valde ſit dignus,quia & ipſe dominus triginta annorum baptizatus eſt,& ſic cœpit docere. Non oportet ergo,qui ordinandus eſt,vſque ad hanc ætatem legitimam conſecrari.

Eiuſdem decreta ex codice decretorum ſedecim librorum, libro quinto, capite ſeptimo.

Vt oblatio altaris ſingulis diebus dominicis fiat.

Decernimus, vt in omnibus dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris, & mulieribus fiat, tam panis, q̃ vini, vt per has immolationes a peccatorum ſuorum faſcibus liberentur.

Eiuſdem decreta ex eodem capite nono.

Vt preſbyter illiteratus miſſam celebrare non audeat.

Sacrificium non eſt accipiendum de manu ſacerdotis,qui orationes,vel actiones, & reliquas obſeruationes in miſſa ſecundum ritum implere non poteſt. E

Finis decretorum eiuſdem papæ.

EPISTOLA PRESBYTERORVM, AC DIACONORVM ROMAE

conſiſtentium,ad Cyprianum epiſcopum Carthagineñ.

SEQVENS EPISTOLA HOC IN LOCO INSERTA eſt, quod ipſa forſan conferre poſſet,pro concordia differentiæ annorum, quibus Cornelius papa præſediſſe ſcribitur,& ſimiliter Lucius illius ſucceſſor. Videtur quippe ex eadem epiſtola vacationem ſedis diuturniorem fuiſſe, quam ſex dierum,quibus poſt Fabiani exceſſum vacaſſe papatus ſcribitur in libro pontificali Damaſi.

CYPRIANO PAPAE PRESBYTERI, ET Diaconi,Romæ conſiſtentes, ſalutem. Quanquam bene ſibi conſcius animus,& euangelicæ diſciplinæ vigore ſubnixus, & verus ſibi in decretis cœleſtibus teſtis effectus,ſoleat ſe ſolo deo iudice eſſe contentus, nec alterius aut laudes petere, aut accuſationes pertimeſcere, tamen geminata ſunt laude condigni,qui cum conſcientiã ſciant deo ſoli debere ſe iudicari,actus tamen ſuos deſiderant,& ab ipſis ſuis fratribus comprobari. Quod te, frater Cypriane, facere non mirum eſt, q pro tua verecundia, & ingenita induſtria cõſilioꝝ tuoꝝ nos nõ tam iudices voluiſti, q̃ participes inueniri, vt in tuis rebus geſtis laudem tecum,dum illas probamus,inueniremus, & tuorum conſiliorum cohæredes, quia & affirmatores eſſe poſſemus. Idem enim omnes crederemur operati,in quo deprehenderemur eadem omnes cenſuræ,& diſciplinæ conſenſione ſociati. Quid enim magis,aut in pace tam aptum,aut in bellis perſecutionis tam neceſſarium, quam debitam ſeueritatem diuini vigoris tenere? Quam, qui remiſerit, inſtabili rerum curſu erret, neceſſe eſt, & huc atque illuc varijs, & incertis negotiorum tempeſtatibus diſſipetur, & quaſi extorto de manibus conſiliorum gubernaculo, nauem eccleſiaſticæ ſalutis illidunt in ſcopulos, vt appareat non aliter ſaluti eccleſiaſticæ conſuli poſſe, niſi ſi qui & contra ipſam faciunt, quaſi quidam aduerſi fluctus repellantur, & diſciplinæ ipſius F

ſemp

A semper custodita ratio, quasi salutare aliquod gubernaculum in tempestate seruetur. Nec hoc nobis nunc nuper consilium cogitatum est, nec hæc apud nos aduersus improbos modo superuenerunt repentina subsidia, sed antiqua fides disciplina legitur antiqua, quoniam nec tantas de nobis laudes Apostolus protulisset, dicendo, quia fides vestra prædicatur in toto mundo, nisi iam exinde vigor iste radices fidei de tẽporibus illis mutuatus fuisset, quarum laudum, & gloriæ degenerem fuisse, maximum crimen est. Minus est enim dedecoris, nunquam ad præconium laudis accessisse, q̃ de fastigio laudis ruisse. Minus est criminis, honoratum bono testimonio nõn fuisse, q̃ honorem bonorum testimoniorum perdidisse. Minus est, sine prædicatione virtutum ignobilem sine laude iacuisse, quam exhæredem fidei factum, laudes proprias perdidisse. Ea enim, quæ in alicuius gloriam proferuntur, nisi anxio, & solicito labore seruentur, in inuidiam maximi criminis intumescunt. Hoc nos non falso dicere, superiores nostræ literæ probauerunt, in quibus vobis sententiam nostram dilucida expositione protulimus, & aduersus eos, qui seipsos infideles illicita nefariorum librorum professone prodiderunt, quasi hoc euasuri, irretientes illos diaboli laqueos viderentur, quo non minus, q̃ si ad nefarias aras accessissent, hoc ipso, quod ipsum contestati fuerant, tenerentur, sed etiam aduersus illos, qui acta fecissent, licet præsentes, cum fierent, non affuissent, cum præsentiam suam vtique, vt sic scriberentur, mandando, fecissent. (Non est enim immunis scelere, qui, vt faceret, imB petrauit, nec alienus a crimine, cuius consensu, licet non a se admissum, crimen tamen publice legitur. Et cum totum fidei sacramentum in confessione Christi nominis intelligatur esse digestum, qui fallaces in excusatione præstigias quæri negauit, & qui vult videri paruisse, negasse voluit.) Necnon etiam contra illos quoque, qui illicitis sacrificijs manus suas, atque ora pollurant, pollutis ante mentibus proprijs, vnde etiam sunt ipse manus, atque ora polluta, fidem nostram, consensumq; monstrauimus. Abiit enim ab ecclesia Romana, vigorem suum tam prophana facilitate dimittere, & nisi vos seueritatis, euersa fidei maiestate, dissoluere, vt cum adhuc non tantum iaceant, sed & cadant euersorum fratrum ruinæ, properata nimis remedia communicationum vtique non profutura testentur, & noua per misericordiam falsam vulnera, veteribus transgressionis vulneribus imprimantur, vt miseris ad euersionem maiorem eripiatur & pœnitentia. Vbi enim indulgentiæ poterit medicina proficere, si etiam ipse medicus inter præcepta pœnitentiæ indulget periculis, si tantummodo perit vulnus, nec sinit necessaria temporis remedia conducere cicatricem? Hoc non est curare, sed si dicere verum volumus, occidere. Quanquam confessorum quoque, quos hic adhuc in carcerem dignitas suæ confessionis inclusit, & ad certamen euangelicum sua fides in confessione iam gloriosa semel coronauit, liteC ras habeas, conspirantes cum literis nostris, quibus seueritatem euangelicæ disciplinæ protulerunt, & illicitas petitiones ab ecclesiæ pudore reuocarunt. Nisi hoc fecissent, disciplinæ euangelicæ ruina non facile sarciretur. Præsertim, cum nulli magis tam congruens esset tenorem euangelici vigoris illibatum, dignitatemq; seruare, q̃ qui se excruciandos, & excarnificandos, pro Euangelio furentibus tradidissent, ne martyrij honorem merito perdidissent, si in occasione martyrij præuaricatores euangelij esse voluissent. Nam qui, quod habet, non custodit, in eo, ex quo illud possidet, dum id, ex quo possidet, violat, amittit illud, quod possidebat. In quo loco maximas tibi, atque vberes gratias referre debemus, & reddimus, quod illorum carceris tenebras literis tuis illuminasti, quod ad illos venisti, quomodo introire potuisti, quod illorum animos sua fide, & confessione robustos, tuis allocutionibus, literisq; recreasti, quod felicitates eorum condignis laudibus prosecutus, accendisti ad multo ardentiorem cœlestis gloriæ cupiditatem, quod pronos impulisti, quod vt credimus, & optamus, victores futuros viribus tui sermonis animasti, quanquam hoc totum de fide confitentium, & de diuina indulgentia venire videatur, tamen in martyrio suo tibi ex aliquo debitores facti esse videantur. Sed vt ad id, vnde digressus sermo videbatur esse, rursus reuertatur, quales literas in Sicilia qu oque miserimus, subiectas habebis.

Roma. I. a.

Quanq

Quanquam nobis differentiæ huius rei necessitas maior incumbat, quibus (post excessum nobilissimæ memoriæ viri Fabiani) nondum est episcopus propter rerum, & temporum difficultates constitutus, qui omnia ista moderetur, & eorum, qui lapsi sunt, possit cum authoritate, & cum consilio habere rationem. Quanquam nobis in tam ingenti negotio placeat, quod & tu ipse tractasti prius, ecclesiæ pacem sustinendam, deinde sic collatione consiliorum cum episcopis, presbyteris, diaconibus, confessoribus, pariter astantibus laicis, facta, lapsorum tractare rationem. Perquam enim nobis & inuidiosum, & onerosum videtur, non per multos examinare, quod per multos commissum videatur fuisse, & vnam sententiam dicere, cum tā grande crimen per multos diffusum notetur exisse, quoniam nec firmum decretum potest esse, quod non plurimorum videbitur habuisse consensum. Aspice totum orbem pene vastatum, & vbique iacere deiectorum reliquias, & idcirco tam grande expeti concilium, q̃ late propagatum videtur esse malum. Non sit minor medicina, q̃ vulnus est, non sint minora remedia, q̃ funera, vt quomodo, qui ruerunt, ob hoc ruerunt, quod cæca temeritate nimis incauti fuerunt, ita qui hoc disponere nituntur, omni consiliorum moderamine vtantur, ne, quod non oportet, factum tanquam irritum ab omnibus iudicetur. Vno igitur, eodemq́; consilio, ĳsdem precibus, & fletibus tam nos, qui vsque adhuc videntur temporis istius ruinas subterfugisse, quam illi, qui in has temporis videtur clades incidisse, diuinam maiestatem deprecantes, pacem ecclesiastico nomine postulemus. Mutuis votis nos inuicem foueamus, custodiamus, armemus, oremus pro lapsis, vt erigantur, oremus pro stantibus, vt non ad ruinas vsque tententur. Oremus, vt qui cecidisse referuntur, delicti sui magnitudinem agnoscentes, intelligant, non momentaneam, neque præproperam desiderare medicinam. Oremus, vt effectus indulgentiæ lapsorum subsequatur pœnitentiam, vt intellecto suo crimine, velint nobis interim præstare patientiam, ne adhuc fluctuantem turbare ęcclesiæ statum, ne interiorem nobis persecutionem ipsi incēdisse videant, & accedat ad criminū cumulū, quod etiā inquieti fuerunt. Maxime enim illis congruit verecundia, quorum in delictis damnatur mens inuerecunda. Pulsent sane fores, sed non vtiq; confringant. Adeant ad limen ecclesiæ, sed non vtiq; vt transiliant. Castrorum cœlestium excubent portis, sed armati modestia, qua intelligant, se desertores fuisse. Resumant precum suarum tubam, sed qua non bellicum clangant. Arment se quidem modestiæ tęlis, & quem, negando mortis metu, fidei dimiserant clypeum, resumant, sed & contra hostem diabolum, vel nunc armati, nō contra ecclesiam, quæ illorum dolet casus, armatos esse se credant. Multum illis proficiet petitio modesta, postulatio verecunda, humilitas necessaria, patiētia non otiosa. Mittant legatos pro suis doloribus lachrymas. Aduocatione fungantur, & intimo pectore prolati gemitus, dolorem probantes commissi criminis, & pudorem. Immo si dedecoris admissi magnitudinem perhorrescunt, si pectoris, & conscientiæ suæ læthalem plagam, & sinuosi vulneris altos recessus vere medica manu tractant, erubescant, & petere, nisi quia maioris est rursum & periculi, & pudoris, auxilium pacis non petisse. Sed hoc totum in sacramento, sed in ipsius postulationis lege temporis facto temperamento, sed postulatione demissa, sed prece subdita, quoniam & qui petitur, flecti debet, non incitari. Et sicut respici debet diuina clementia, sic respici debet, & diuina censura. Et sicut scriptum est: Donaui tibi omne debitum, quia me rogasti, sic scriptum est: Qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, & coram angelis eius. Deus enim, vt est indulgens, ita est præceptorum suorum exactor, & quidem diligens. Et sicut ad conuiuia vocat, sic habitum nuptiarum non habentem, ligatis manibus, & pedibus extra sanctorum cetum foras iactat. Parauit cœlum, sed parauit & tartarum. Parauit refrigeria, sed parauit etiam æterna supplicia. Parauit inaccessibilem lucem, sed parauit etiam perpetuæ noctis vastam, æternamq́; caliginem. Cuius temperamenti moderamen nos hic quærentes tenere diu, & quidem multi, & quidem cum quibusdam episcopis vicinis nobis, & appropinquantibus, & quos, ex aliĳs prouincĳs longe positis, persecutionis

Matt. 18. d
Matth. 10. d
Matth. 22. b

A nis istius ardor eiecerat, ante constitutionem episcopi, nihil innouandum putauimus. Sed lapsorum curam mediocriter temperãdam esse credidimus, vt interim dum episcopus dari a deo nobis sustinet, in suspẽdio eorum, q foris possunt dilatiõe sustineri, causa teneatur. Eorum autem, quorum vitæ suæ fine vrgens exitus dilationem non potest ferre, acta pœnitentia, & professa frequenter, suorum detestatione, si lachrymis, si gemitibus, si fletibus dolentis, ac vere pœnitentis animi signa prodiderint, cum spes viuendi secundum hominem nulla substiterit, ita demum caute, & solicite subueniri, deo ipso sciente, quid de talibus faciat, qualiter iudicij sui examinet pondera, nobis tamen anxiæ curantibus, vt nec pronam nostram improbi homines laudent facilitatem, nec vere pœnitentes accusant nostram, quasi duram, crudelitatem. Optamus te, beatissime, ac gloriosissime papa, semper in domino bene valere.

DECRETA CORNELII PAPAE.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

B

Cornelius natione Romanus ex patre Castino, sedit annos *duos, *mẽses duos, dies tres, Martyrio coronatur. Sub huius episcopatu Nouatus Nouatianum extra ecclesiam ordinauit, & in Aphrica Nicostratum. Hoc facto, confessores, qui se separauerant a Cornelio cum Maximo presbytero, qui cum Moyse fuit, ad ecclesiam sunt reuersi, & facti sunt cõfessores fideles. Post hoc Cornelius episcopus Centumcellis pulsus est, & ibi scriptam epistolam de sua confirmatione, missam a Cypriano, (quam Cyprianus in carcere subscripsit, & dedit Celerino lectori) suscepit. Hic temporibus suis rogatus a quadam matrona Lucina, corpora Apostorum beatorum Petri, & Pauli e Catacumbis leuauit noctu. Primũ quidem corpus beati Pauli beata Lucina posuit in prædio suo, via Ostieñ. ad latus, alias iuxta locum, vbi decollatus est. Beati vero Petri corpus accepit beatus Cornelius episcopus, & posuit iuxta locum, vbi crucifixus est, inter corpora sanctorum episcoporum in templo Apollinis in Vaticano palacij Neroniani, in monte aureo, tertio Kalendas Iulij. Post hoc Cornelius ambulauit Centumcellis. Eodem tempore audiuit Decius, quod epistolam accepisset a beato Cypriano Carthaginensi episcopo. Qui misit Centũcellas, & adduxit beatum Cornelium. Quem iussit sibi cum præfecto vrbis in tellude noctu præsentari. Cui ita dixit. Sic definisti, vt nec deos consideres, nec præcepta principum ac maiorum, nec nostras minas timeas, vt cõtra rempublicam literas accipias, & dirigas. Cornelius episcopus respondit, dicens: Ego de corona domini mei literas accepi, non contra rempublicam, sed magis spirituale consilium ad animas redimendas. Tunc Decius, iracundia plenus, iussit os beati Cornelij cum plumbatis cędi, & præcepit eum duci ante templum Martis, vt adoraret. Quod si non fecerit, dicens, capite trũcetur. Post hoc, id est, tertio nonas Martij antequam passus est, omnia bona ecclesiæ tradidit Stephano Archidiacono. Hoc factum est. Qui cum adorare non vellet, decollatus est in loco supradicto. Cuius corpus nocte collegit beata Lucina cum clericis, & sepeliuit in crypta iuxta cœmiterium Calixti in prædio suo via Appia, decimooctauo Kalendas Octobris. Et cessauit episcopatus dies * trigintaquinque. Hæc Damasus. Facit quoq; mentionem Cornelij papæ. Eusebius ecclesiasticæ historiæ libro septimo, capite secundo, dicens: In vrbe Roma Cornelio episcopatum gerente, & apud Carthaginem Cypriano, ambobus fide, virtute, pietate præstantibus, quæstio exorta est in Aphricæ magis partibus si oportet hæreticos rebaptizari. Cumq; id a Cypriano & cæteris pene omnibus per Aphricam sacerdotibus oportere fieri decerneretur Cornelius, & cæteri omnes p Italiã sacerdotes huiusmodi decretũ, manẽte sacerdotali cõcordia, refutarũt, statuẽtes antiq

C

Margin notes: alias, iij. — alias, non habet menses — alias, lxvi

antiquitus a patribus super hoc traditam regulam debere seruari, quæ continebat. D
Post abiectionem praui in confessionem recti dogmatis sola eos manus impositione purgandos. Et infra capite tertio. Sed post Cornelij consummationem, quibus tribus circiter annis sacerdotio functus est, episcopatus sedem Lucius suscepit. Sed & Marianus Scotus, quo ad annos quibus Cornelius præsedit, scribit in hunc modum. Anno Philippi Imperatoris septimo, cum filio Philippo imperantis, & ad Euangelij veritatem. cc. lxi. Secundum autem cyclum Dionysij. cc. xxxix. Decio, ac Rustico consulibus, allegans Bedam dicentem: Decius, cum Philippos, patrem & filiũ interfecisset, ob odium eorum in Christianos persecutionem mouet, in qua Fabianus in vrbe Roma martyrio coronatus, sedem sui episcopatus Cornelio reliquit, qui & ipse passus est, & sedit in episcopatu, annis duobus, mensibus septem, minus quinq; diebus. Decretalis quoq; epistola Cornelij papæ data est septimo Idus Septembris, Decio, & Maximo viris clarissimis consulibus. Idem quoq; Marianus verba martyrologij de Cornelio papa loquentis sub dicto anno ita scribit. Fabianus papa decimotertio Kalendas Februarij passus est, anno Decij primo. Sed & Cornelius papa postquam annis duobus, mensibus octo sederat, decimooctauo Kalendas Octobris anno Decij tertio passus est. Veruntamen idem Marianus aliter eiusdem Cornelij annos assignans anno Decij primo, & ad veritatem Euangelij. cc. lxij. ac iuxta Dionysij E cyclum. cc. xl. Gallo, Volusianoq; consulibus, ait: Cornelius papa post Petrum, decimusnonus, annis tribus, mensibus quinque sedit. Attendis lector scriptorum discordantiam, quos concorda, si potes.

EPISTOLA CORNELII

PAPAE PRIMA, DE TRANSLAtione corporum Apostolorum Petri & Pauli. Et de quibusdam hæreticis.

CHARISSIMIS atq; dilectissimis fratribus, sanctæ dei Ecclesiæ filijs, & omnibus, domino recta fide famulantibus. Cornelius episcopus. Videns charitatis vestræ beneuolentiam, quia Apostolorum amatores estis, eorumq; fidem, & F doctrinam tenetis, decreui vobis scribere (domino authore) quædam ex his, quæ nunc temporis necessaria sunt sciri, & quæ apud nos in ecclesia Romana (auxliante domino) meritis Apostolorum nuper acta sunt, siue geruntur, quoniam patrocinante charitate, credo, vos paterna gratia scripta sedis Apostolicæ libenter suscipere, & mandata eius peragere, atque de eius profectibus gratulari, quia quisquis se in radice charitatis inserit, nec a viriditate deficit, nec a fructibus inanescit, nec amore fœcunditatis opus efficax amittit. Ipsa enim charitas exercet corda fidelium, sensus corroborat, vt nihil graue, nihil difficile, sed fiat totum dulce, quod agitur, dum eius proprium sit, nutrire concordiam, seruare mandata, atque dissociata coniungere, praua diligere, & cæteras virtutes perfectionis suæ munimine solidare. Quapropter (rogo vos) nobis congratulari, quia rogatu cuiusdam deuotæ fœminæ, atque nobilissimæ matronæ Lucinæ, leuata sunt corpora Apostolorum Petri & Pauli, ac de Catacũbis. Et primo quidem beati Pauli corpus, leuatũ silentio, * positum est in prædio prædictæ matronæ, via Ostien. ad latus vbi decollatus est. Postea vero beati Apostolorum principis Petri, accepimus corpus, & decenter posuimus illud iuxta locum, vbi crucifixus ē, inter corpora sanctorum episcoporum in templo Apollinis, in monte aureo, in vaticano pallacij Neroniani tertio Kalẽdaꝶ Iuliaꝶ die orãtes deũ, & dñm nrm Iesum Chrm, vt intercedẽtibus suis sanctis

alias, depositum.

Apo-

A apostolis, maculas vestrorum purget peccatorum, & in sua vos conseruet volũtate diebus vitae vestrae, & in fructu boni operis vos perseuerabiles reddat. Vos vero his congaudete, quia & ipsi sancti apostoli de vestro cõgratulant gaudio. Vos semper deum laudate, vt ipse glorificetur in vobis. Scriptum est em̃: Quid retribuã dño, pro omnibus quae retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomẽ domini inuocabo. Tantum enim a nobis exigitur, quantũ possumus famulatus nostri obsequio commendare. Vnde quidem tanto nos, necesse est, importunis praedicationibus insistere, quanto nobis perfectae negotiationis creditur duplicata talentorum assignatio, atq; dominicae vocis, ad suscipiẽdam eius requiem, suadet assertio. Haec inuidẽs antiquus hostis, suscitauit nobis aduersarium Nouatum, rectae fidei, & sanctae doctrinae aemulum, qui extra ecclesiam ordinauit Nouatianum, & in Aphrica Nicostratum, vtrosq; haereticos, sicut ille erat. Hi vero conatibus, quibus potuerunt, multos a recta, & catholica fide suadẽtes, recedere fecerũt, & post se in peruersam, & deo odibilem doctrinam corruere persuaserunt. Sed sicut istoꝶ tergiuersationibus nimis sumus contristati, & de eorum perditione contriti, sic de aliorum cõuersatione, domino auxiliante, sumus laetificati. Deus autem omnipotens, qui tristibus miscet laeta, oppido nos laetificauit, quod quidam confessores, qui dudum fuerant fideles, a nobis, & a recta fide, diabolo instigante, se separantes, cum Maximo presbytero ad ecclesiam catholicam, & fidem rectam sunt reuersi, & denuo, sicut prius, facti sunt cõfessores fideles. Quapropter, charissimi, hortamur vos, & deprecamur per dominũ nostrum Iesum Christum, vt & praedictos haereticos, & omnes, quos a recta fide & doctrina apostatare cognoueritis, ex hortationibus, & bonis studijs vestris, ad catholicã fidem, & rectam doctrinam conuertere contendite, & in dei voluntate persistere suadete. Et non solum hos, sed omnes, qui nondum fidem rectam perceperunt, ad catholicam fidem perducere festinate. Quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neque principatus, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundũ, neq; creatura alia (magistro gentium docente) poterit nos separare a charitate domini nostri Iesu Christi, &, quae in ipso est, recta fide. Nolite itaq; amittere confidentiam vestram, quae magnam habet remunerationem. Patientia enim nobis necessaria est ad colluctationes aduersariorum, quatenus fidem intemeratam vsq; in finem conseruantes, repromissionem percipiamus, quam repromisit his, qui legitime certare properant. Adhuc enim modicum aliquantulũ, qui venturus est veniet, & non tardabit. Ecce enim iudex ante ianuam assistit, coronas hilariter promittens his, qui pro eo passionibus submittunt. Quod si subtraxerit se quis, nõ placebit animae meae, sed cadet de promissione propter negationem. Nos autem non sumus subtractionis filij in perditionem, sed fidei in acquisitionem animae. Propter quod assumite armaturam dei, vt possitis resistere in die malo, aduersus omnes inimicos sanctae ecclesiae, & vestros, & induite vos loricam iustitiae, & calciati pedes in praeparatione euangelij pacis, in omnibus assumentes scutum fidei, in quo possitis omnia iacula nequissimi ignita extinguere. Et galeam salutis assumite, & gladium spũs, quod est verbum dei per omnem orationem & obsecrationem, radicati & fundati in solatio fratrum pro Christo Iesu domino nostro. Sed & nunc fratres, commendamus vos domino & omnes verbo gratiae eius, qui potest perficere, & dare haereditatem nobis cũ omnibus sanctis. Ipse autem deus pacis & consolationis, det vobis idipsum sapere in alterutrum, vt vobis inuicem succurratis, & non sitis diuisi, vt vnanimes, vno ore, & vno corde honorificetis eum in concordiam, & consolationem fratrum. Qui potest confirmare vos secundum euangelium eius, iuxta reuelationem aeterni mysterij, tẽporibus scilicet perpetuis, quibus vobis futurorum gaudiorum largienda sunt munera. Summopere considerare etiam debetis, quod illi, qui fratribus inuident, eosq; damnare, atq; perdere cupiunt, per se sua dogmata destruunt. Dicit enim dominus: Omne regnum in se diuisum, non stabit, & omnis scientia, & lex, aduersum se diuisa non stabit. Ideoq; necesse est, vt concorditer salubres suscipiatis hortatus, nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium deuotionis vnanimes, diuinis & apostolicis

(Margin: B, C; Psal. 115; Roma. 8. g; Hebr. 10. g; Iacobi. 5. b; Apoca. 2. c; Hebr. 10. g; Ephe. 6. b. c; Roma. 15. b.; Matth. 12. b.; Marci. 3. c.; Luce. 11. c; Philip. 2. a)

alias octauo.

ſtolicis conſtitutionibus pareatis. Data *ſeptimo Idus Septembris, Decio & Maximo, viris clariſſimis conſulibus. D

Conſules iſti aſſignantur a Mariano Scoto, anno ad veritatem euangelij .cclxiiij. iuxta vero Dionyſii cyclum .ccxlij. Gregorius vero Haloander in deſignatione cõſulum circa hos annos variat.

EPISTOLA CORNELII PAPAE SECVNDA *RVFO coepiſcopo Orientali directa, ne ſacerdotes dñi iurare præſumãt, vel cõpellãtur.

aľs, Ruſtico.

aľs, Ruſtico.
aľs, conſultis.
aľs, nõ habet ea.
aľs committimus.

Cornelius Epiſcopus *Rufo coepiſcopo in domino ſalutem. Exigit dilectio tua, frater chariſſime, vt ex authoritate ſedis apoſtolicæ tuis deberemus *conſultibus reſpondere. Quod licet non prolixe, ſed ſuccincte agere feſtinaremus, propter quaſdam importunitates, quæ noſtris præpedientibus peccatis in nos ſuperuenere, tuis tamen per reliqua ſanctorũ patrum inſtituta, ſtudijs* ea pquirere latius, & inueſtigare *pmittimus. Non enim poteſt mens attrita, & oneribus atque importunitatibus grauata, tantum boni peragere, quantum delectata & oppreſſionibus ſoluta. Nõ ergo iſta ob id ptulimus, vt hæc & alia, quæ neceſſaria fore cognouerimus, tuæ ſanctitati velimus denegare, ſed, quod hic minus inuenitur, latius perquirat. Sacramẽtum autem hactenus a ſummis ſacerdotibus, vel dei miniſtris exigi, niſi pro fide recta, minime cognouimus, nec *ſpontaneos iuraſſe reperimus. Summopere ergo ſanctus Iacobus apoſtolus prohibens ſacramentum, loquitur, dicens: Ante omnia, fratres mei, nolite iurare, neq; per cœlum, neq; p terram, neq; aliud quodcunq; iuramentum. Sit autem ſermo veſter eſt eſt, non non, vt non ſub iudicium decidatis. Et dominus in Euangelio ait: Audiſtis, quia dictum eſt antiquis. Non peierabis, reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, non iurare omnino, neq; per cœlum, quia thronus dei eſt, neq; per terram, qa ſcabellum eſt pedum eius, neq; per Hieroſolymam, quia ciuitas magni regis eſt, neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. Sit autem ſermo veſter eſt eſt, non non. Quod autem his abundãtius eſt, a malo eſt, id eſt, ab exigente & a iurante. Hæc, frater chariſſime, ipſe dominus prohibet, id eſt, non debere iurare. Hæc apoſtoli maxime omnes, hæc ſancti viri prædeceſſores noſtri, qui huic ſanctæ vniuerſali apoſtolicæ eccleſiæ prefuerũt ante nos, hæc, prophetæ & reliqui ſancti doctores, per vniuerſum mundum diſperſi ad prædicandum, iuramenta fieri vetant. Quorum nos exempla, ſi cœperimus, enumerare, aut in ſchedula hac inſerere, ante deficiet hora diei, quã eorũ *exẽpla de hac cauſa prohibita. Quę nos ſanctorũ ſequentes apoſtolorũ, eorumq; ſucceſſorũ iura firmamus, & ſacramenta incauta fieri prohibemus. Vnde & ipſe dñs in tabulis lapideis, quas Moyſi dedit, ppria manu ſcripſit, dicens: Vide ne aſſumas nomen domini dei tui inuanum. Et reliqua. Nos autem (vt paulo ſuperius prælibauimus) ſacramentum epiſcopis neſcimus oblatum, nec vnquam fieri debet, quoniam (vt ſupra memoratum eſt) præceptum eſt a domino non iurandum, neq; per cœlũ, quia thronus dei eſt, neq; p terram, quia ſcabellum eſt pedum eius, neq; per caput ſuum, qa nullus poteſt vnum capillũ creare. Vnuſquiſq; enim ſicut ante altare ſtans, dei timorem habet prę oculis, & propriã conſcientiã mundã ſeruat deo, quod in memoriã retinet, nullatenus habet intermittere, qm̃ os quod mentitur, occidit animam. Et apoſtolus ait: Loquimini veritatem vnuſquiſq; cum proximo ſuo, quoniã ſumus inuicem mẽbra. Et alibi: Nolite mẽtiri inuicem.

2.q.4. Sacramentũ hactenus
aľs, ſpõte eos.
Iacobi.5.c
Matth.5.f.
2.q.4. Nos ſanctorũ ſeq.
aľs, exẽplorũ.
2.q̃ſt.4. Nos ſacr̃m ab.
Exod. 20.b.
Iacobi.5.c
Sap.1.c.
Ephe.4.b.
Et Zacha.8.c

E F

A inuicem. Hæc sunt præcepta saluatoris, hæc prophetarum, hæc sanctorum patrum instituta. Quæ si quis inuanum duxerit, hostis est animæ suæ, quia nemo cõtra prophetas, nemo contra apostolum, nemo contra euangelium facit aliquid absq; periculo. Et summopere præuidendum est, ne pastorem suum oues, quæ ei commissæ fuerant, reprehendere (nisi a fide exorbitauerit) neq; accusare præsumant, quoniã tales accusationes vim non habent, neq; eis nocere possunt. Vnum vero charissimi, vt ait beatus apostolus Petrus, non lateat vos, quia vnus dies apud dominũ sicut mille anni, & mille anni sicut vnus dies. Non tardat dominus promissis, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Adueniet autem dies domini vt fur, in qua cœli magno impetu transient, elementa vero calore soluentur. Cum hæc igitur omnia dissoluenda sunt, ex his potestis considerare, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentum diei dei, per quem cœli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent. Vos autem charissimi, dixit Iudas apostolus, memores estote verborum, quæ prædicta sunt ab apostolis domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in nouissimo tempore venient illusores, secundum sua desideria ambulantes impietatum. Hi sunt, qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes. Vos aũt, charissimi, superædificãtes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei, in spũ sancto orantes, ipsos vos in dilectione dei seruate, expectantes misericordiam domini nostri Iesu Christi in vitã æternam. Et hos quidem arguite iudicatos, illos vero saluate, de igne rapientes. Alijs autem miseremini in timore, odientes & eã, quæ carnalis est, maculatam tunicam. Nullus enim sacerdotum causam suam alieno committat iudicio, nisi ad sedem apostolicam fuerit appellatum. Sed vnusquisq; cõprouintiales iudices & notos habeat, nisi aliquam vim temerariæ multitudinis illic timuerit, aut infestos, aut suspectos, inibi iudices habuerit, pro quibus causis, ad maioris authoritatis iudices, & ad alias prouintias appellare, & venire concessum est. Oĩa ergo, quæ aduersus absentes in omni negotio, aut loco aguntur aut iudicantur, omnino euacuentur, quoniam absentem nullus addicit, nec vlla lex damnat. Facile ergo homo hominẽ fallere potest, non tamen deũ, cuius oculis omnia nuda sunt & aperta. Vnde ait propheta: Dominus nouit cogitationes hominũ, quoniam vanæ sunt. Sapiens ergo non est, qui nocet. Nec quicquam mali vult, qui fidelis est, aut cuiquã insidias machinatur. Hortamur frater, & monemus tuam dilectionẽ, vt omnes semper, prout melius potueris, adiuues, confortes & consoleris. Et sacramenta, sup quibus hanc sanctam Romanam, ac vniuersalem ecclesiam, consulere voluisti, fieri prohibeas, & neminẽ vnquam infestes aut noceas. Hæc, frater, ad reliquorum fratrum notitiam tua faciat sanctitas peruenire, vt omnes hæc mala caueant. Et sicut generaliter tam ab ipso domino, q̃ a sanctis & reliquis apostolicis viris, & cæteris patribus, sunt prohibita, ita generaliter ab omnibus custodiantur. Bene valere beatitudinem tuam semp optamus, & sacris virtutibus proficere te desideramus, frater charissime atq; amantissime. Data vndecimo Kalendas Iunij, Maximo & Decio, viris clarissimis consulibus.

[Margin: 2. Petri. 3. b — In epl'a sua canonica. fg. — In decre. Iuo. lib. 4 — 3. q. 9. Oĩa quæ aduer. — Hebr. 4. d — Psal. 93 — 6. q. 1. Sapiẽs nõ est, allegatũ ibi sub nomie Lucij papæ successoris Cornelij, vbi etiam habetur. — B — C]

¶ Circa hos consules vide notata in priori epistola.

Eusebius ecclesiasticæ historiæ libro sexto, cap. xxxiij. meminit huius Cornelij papæ scribens ita.

NOuatus Romanæ ecclesiæ presbyter, elatione quadam tumidus, spem penitus lapsis salutis ademerat, etiam si digne pœnituissent. Ex quo & princeps hæreseos extitit Nouatianorum, qui ab ecclesia separati, superbo nomine semetipsos Catharos, id est, mundos appellarunt. Ob quam rem concilium sacerdotale in vrbe Roma congregatum est, episcoporum quidem sexaginta numero, presbyterorum quoq; totidem, cũ diaconis plurimis. Præterea etiam p singulas quasq; prouintias de hac re, magna deliberatiõe habita, decretis significatur, quid

facto opus sit. Statuitur ergo Nouatum quidē cū his, qui eum mentis elatione tumidum sequerent, quiq; ad inhumanam istam, & nihil fraternæ charitatis seruātem, sententiam declinarent, alienum esse ab ecclesia, eos vero, qui lapsi in certamine fuerint, fraterna miseratione curandos, & fomentis pœnitētiæ medicandos. Scribit de hac re & Cornelius vrbis Romæ episcopus ad ecclesiam Antiochenam, indicās Fabiano eius episcopo, quid statuerit in vrbe Roma concilium congregatum, quid etiā Italis, Afris, cæterisq; Occidentalibus visum sit. Cyprianus vero de his librum magnificentissime scriptum ædidit, in quo & lapsos ad pœnitentiam cohortandos, & contradicentes, alienos esse a Christi visceribus statuit. Extat autem & alia epistola Cornelij, ad Fabianum Antiochiæ episcopū scripta, edocens singula quæq; de Nouato, quis, qualis fuerit, vel vita, vel moribus, & quomodo ab ecclesia dei declinauerit. In qua refert, quod episcopatus cupiditate, quam intra se latenter gerebat, in hæc omnia deciderit. Ex eo autem maxime elatus sit, quod quosdam de confessoribus viros optimos inter ipsa initia sibi socios assumpserit, in quibus fuit Maximus quidā presbyter Romanæ ecclesiæ, & Vrbanus, qui secundo confessores extiterant, sed & Sidonius & Celerinus, qui valde clari in confessoribus habebantur, eo quod omnia tormentorū genera superauerant. Sed isti, inquit, cum diligentius perspexissent, agere eum cuncta fraudibus, & dolis, mendacijs atq; periurijs, & quia bonitatem ad hoc solum simularet, vt deciperet ignorantes, relicto eo, vel potius execrato, ad ecclesiam cum magna satisfactione reuertunt, & præsentibus episcopis, ac presbyteris, sed & laicis viris, primo quidem errorem suum, tum deinde illius fraudes ac fallacias confitentur. Addit præterea etiam hæc in epistola, quod cum semper fratribus iurare solitus sit, episcopatum se omnino non cupere, subito & improuiso, velut nouū plasma episcopus apparuit, scilicet qui disciplinam, & statuta ecclesiastica vendicabat, etiam episcopatum, quem non a deo acceperat, præsumebat. Tribus nāq; episcopis, simplicissimis hominibus, & omnium ignaris, de remota Italiæ parte adhibitis, imo potius subtili ab eo circūuentione deceptis, imaginariam magis q̄ legitimam, ab his extorquet manus impositionem. Ex quibus tamen vnus continuo ad ecclesiam redijt, cōfessus peccatum suum, & in communionem laicam, populo etiam pro hoc interueniente, susceptus est. In locum vero reliquorū duorū, qui Nouato manus imposuerant, ordinati sunt alij episcopi & missi. Is ergo, qui euangelium vendicabat, nesciebat, in ecclesia catholica vnum episcopum esse debere, vbi videbat esse presbyteros quadraginta & sex, diacones septem, subdiacones septem, acolythos quadraginta & duos, exorcistas & lectores, cū ostiarijs, quinquaginta & duos, viduas, cū indigentibus, mille quingentas, quos omnes deus alit in ecclesia sua. Addit autem etiā hoc, quod idem ipse Nouatus spiritu immūdo in iuuentute vexatus sit. Et cum tempus aliquantulum consumpsisset apud exorcistas, ægritudinem incurrerit grauem, ita vt desperaretur. Et quod iacens in lecto, pro necessitate perfusus sit, nec reliqua in eo, quæ baptismum subsequi solent, solenniter adimpleta sint, nec signaculo chrismatis consummatus sit, vnde nec spiritum sanctum vnquam potuerit promereri. Deniq;, inquit, cum priuata quadam gratia, diligeret ab episcopo, & vellet eū ordinare presbyterum, clerus vero omnis, & quam plurimi ex laicis, prohiberent, dicentes, non licere clericum fieri eum, qui in necessitate positus in lecto gratiā consecutus sit, episcopum ab omnibus specialem gratiam poposcisse, vt sibi de hoc isto vno concederetur. Scribit etiam de ipso, quod persecutionis tempore, cum in cellula quadam lateret, & a diaconis, vt moris est, subuenire in exitu catechumenis rogaret, timēs procedere, denegauit se esse presbyterum, & quod sacramēta diuidens populis, accipiētium manus teneret, nec prius permitteret sumere, q̄ sibi per ea, quæ vnusquisq; tenebat in manibus, iuraret, ꝙ nunquam se relicto, ad Cornelium remearet. Hæc & multa alia hmōi Cornelius de vita & moribus, ac prophanis eius actibus scribit.

Idē vbi supra cap. 34 Diony. Alexādrin⁹ eps.

Scribit etiam ipsi Nouato Dionysius epistolam, ad Cornelium quoq; vrbis Romæ episcopum plurima scribit, in quibus etiam hoc indicat, inuitatum se a multis episcopis, id est, ab Heleno Tarso Ciliciæ, & Firmiliano Cappadociæ, & Theotecno Pale-

A Palestinæ, vt ad synodum Antiochiam pergat, quod ibi Nouati dogmata quidam serere conarentur.

Ex decretis Cornelij papæ, quæ non habentur in prioribus ex Gratiano desumpta.

Conuitia perditorum a via rectitudinis nos mouere non debent.

Quod ad nos attinet, conscientiæ nostræ conuenit, semper dare operam, ne quis culpa nostra pereat. Si quis autem vltro, & crimine suo perierit, & pœnitentiã agere, atq; ad ecclesiam redire noluerit, nos in die iudicij inculpatos futuros credimus, q eorum consuluimus sanitati, & illos solos in pœnis remãsuros, q noluerint consilij nostri salubritate sanari. Nec mouere nos debent conuitia perditorum, quo minus a via recta, & a certa regula non recedamus, quam apostolus instituit, dicens: Si hominibus placerem, Christi seruus non essem.

Dist. cap. 47. Quod ad nos attinet.

Galat. 1. b.

Item eiusdem aliud decretum ex Gratiano.

Ante. xiiij. annos, nullus iurare cogatur, & vt a ieiunis iuramenta præstentur.

Honestum etiam videtur, vt qui in sanctis audet iurare, hoc ieiunus faciat, cũ om B ni honestate & timore dei.

Ibidem q̃q; quoad annos, quibus conceditur alicui iurare, subditur.

Et vt pueri ante annos. xiiij. non cogantur iurare.

22. q. 5. honestũ etiã videt̃ Et in dec. luq nis lib. 8

¶ Cypriani Carthagineñ. episcopi sanctissimi scilicet atq; doctissimi epistolæ. xiiij. ad diuersos scriptæ atque transmissæ congrue hic insertæ sunt, quod earum aliquæ conciliorum faciant mentionem.

AD CORNELIVM PAPAM CYPRIANI CARTHAGInẽsis epistola prima.

C Cyprianus Cornelio fratri salutem. Cognouimus, frater charissime, fidei, ac virtutis vestræ testimonia gloriosa, & confessionis vestræ honorem sic exultanter accepimus, vt in meritis, ac laudibus vestris nos quoq; participes, ac socios computemus. Nam cum nobis & ecclesia vna sit, & mens iuncta, & indiuidua concordia, quis non sacerdos in cõsacerdotis sui laudibus, tanq̃ in suis proprijs gratuletur? Aut quæ fraternitas in fratrum gaudio non vbiq; lætetur? Exprimi satis non potest, quanta ista exultatio fuerit, & quanta lætitia, cum de vobis prospera, & fortia comperissemus, ducem te illic confessionis fratribus extitisse, sed & confessionem ducis de fratrum *consensiõe creuisse, vt dum præcedis ad gloriam, multos feceris gloriæ comites, & confessorẽ populis suaseris fieri, dum primus paratus es pro omnibus confiteri, vt non inueniamus, quid prius prædicare in vobis debeamus, vtrum ne tuam promptam, & stabilẽ fidem, an inseparabilem fratrum charitatem. Virtus illic episcopi præcedentis publice comprobata est, adunatio sequentis fraternitatis ostẽsa est, dum apud vos vnus animus, & vna vox est, ecclesia omnis Romana confessa est. Claruit, fratres charissimi, fides, quam de vobis beatus apostolus prædicauit. Hanc laudem virtutis, & roboris firmitatem iam tunc in spiritu præuidebat, & præconio futurorum merita vestra contestans, dum parentes laudat, filios prouocat, dum sic vnanimes, dum sic fortes estis, magna & cæteris fratribus vnanimitatis, & fortitudinis exempla tribuistis. Do-

als, cõfessiõe

Roma. 1. a.

cuistis granditer deum timere, Christo firmiter adhærere, plebem sacerdotibus in periculo iungi, in persecutione fratres a fratribus non separari, concordiam simul iunctam vinci omnino non posse, quicquid simul petitur a cunctis, deum pacis pacificis exhibere. Prosilierat aduersarius terrore violento Christi castra turbare, sed quo impetu venerat, eodem impetu pulsus est, & quantum formidinis, & terroris attulit, tantum fortitudinis inuenit & roboris. Supplantare se iterum crediderat posse dei seruos, & velut tyrones & rudes, quasi minus paratos, & minus cautos, solito suo more concutere. Vnum primo aggressus, vt lupus ouem secernere a grege, vt accipiter columbam ab agmine volantium separare tentauerat. Nã cui non est aduersus omnes satis virium, circumuenire quærit solitudinem singulorum. Sed retusus adunati exercitus fide, pariter & vigore, intellexit milites Christi vigilare, iam sobrios & armatos ad prælium stare, vinci non posse, mori posse, & hoc ipso inuictos esse, quia nec mori timent, nec repugnare contra impugnantes, cum occidere innocentibus, nec nocentem liceat, sed prompte & animas, & sanguinem tradere, vt cum tanta in seculo malitia grassetur, a malis, & sæuis velocius recedatur. Quale illud fuit sub oculis dei spectaculum gloriosum, quale illud Christi & eius ecclesiæ gaudiũ? Ad pugnam, quam tentauerat hostis inferre, nõ singulos milites, sed semel tota castra prodiisse. Omnes enim constat venturos fuisse, si audire potuissent, cum accurrerit properanter, & venerit, quisquis audiuit. Quot illic lapsi, gloriosa confessione sunt restituti? Steterunt fortes, & ipso dolore pœnitentiæ facti ad prælium fortiores, vt appareat *subitatos esse, & nouę, atque insuetæ rei pauore trepidasse. Rediisse ad se postmodum, fidem veram, & vires suas de dei timore collectas, ad omnem patientiam cõstanter, & firmiter roborasse, nec iam stare ad criminis veniam, sed ad passionis coronam. Quid ad hæc Nouatianus, frater? Vtrum ne iam deponit errorem, an vero (qui dementium mos est) ipsis bonis, & prosperis nostris plus adactus est ad furorem, de quo magis, ac magis dilectionis, ac fidei crescit hic gloria, illic dissensionis, & zeli crudescit insania? Nec vulnus suum miser curat, sed adhuc grauius & se, & suos vulnerat, in pernitiem fratrum lingua sua perstrepens, & facũdiæ venenatæ iacula contorquens, magis durus secularis philosophiæ prauitate, q̃ philosophiæ dominicæ lenitate pacificus, desertor ecclesiæ, misericordiæ hostis, interfector pœnitentiæ, doctor superbiæ, veritatis corruptor, perditor charitatis? Neque enim quærit illos, quos iam subegit, aut gestit euertere, quos iam suos fecit. Inimicus, & hostis ecclesiæ, quos alienauit ab ecclesia, & foras duxit, vt captiuos, & victos contemnit, & præterit, eos pergit lacessere, in quibus Christum cernit habitare. Quanquam & si aliquis ex talibus fuerit apprehensus, non est, quod sibi, quasi in confessione nominis blandiatur, cum constet, si occisi huiusmodi extra ecclesiam fuerint, fidei coronam non esse, sed pœnam potius esse perfidiæ, nec in domo dei inter vnanimes habitaturos esse, quos videmus de pacifica, & diuina domo furore discordiæ recessisse. Hortamur plane quantum possumus, pro charitate mutua, qua nobis inuicem cohæremus, vt (quoniam prouidentia domini monentis instruimur, & diuinæ misericordię cõsiliis salubribus admonemur, appropinquare iam certaminis, & agonis nostri diẽ) ieiuniis, vigiliis, orationibus insistere, cum omni plebe nõ desinamus. Incumbamus gemitibus assiduis, & deprecationibus crebris. Hæc sunt enim nobis arma cœlestia, quæ stare, & perseuerare fortiter faciunt. Hæc sunt munimenta spiritalia, & tela diuina, quæ protegunt. Memores nostri inuicem simus, concordes atque vnanimes, vtrobique semper pro nobis oremus, pressuras & angustias mutua charitate releuemus. Et si quis hinc nostrum prior diuinæ dignationis celeritate præcesserit, apud deũ nostra dilectio, pro fratribus, & sororibus nostris apud misericordiam patris non cesset oratio. Opto, te, frater charissime, semper bene valere.

1. Petri. 5. b

forte, dubitasse.

Roma. 13. d. Iudith. 4. d

D E F

Cypriani

A Cypriani episcopi Carthaginen. epistola secunda.

CYprianus, Liberalis, Calydonius, Nicomedes, Cecilius, Iunius, Marutius, Felix, Successus, Faustinus, Fortunatus, Victor, Saturninus, alius Saturninus, Rogatianus, Satius, Secundinus, alius Saturninus, Euthyces, alius Saturninus, Aurelius, Priscus, Herculanus, Victoricus, Quintus, Honoratus, Manthaneus, Hortensianus, Gerianus, Iambus, Donatus, Pomponius, Polymarcus, Demetrius, alius Donatus, Priuatianus, Fortunatus, Rogatus, Mummillus, Cornelio fratri salutem. Statueramus quidem iampridem, frater charissime, participato inuicem nobiscum consilio, vt qui in persequutionis infestatione supplantati ab aduersario, & lapsi fuissent, ac sacrificijs se illicitis maculassent, agerent diu pœnitẽtiam plenam, & si periculum infirmitatis vrgeret, pacem sub ictu mortis acciperent. Nec enim fas erat, aut permittebat paterna pietas, & diuina clementia, ecclesiam pulsantibus claudi, & dolentibus, & deprecantibus spei salutaris subsidium denegari, vt de seculo recedentes, sine communicatione, aut pace domini dimitterentur, quũ per miserit ipse, qui legem dedit, vt ligata in terris, etiam in cœlis ligata essent, solui autem possent illic, quæ hic prius in ecclesia soluerentur. Sed quum videamus diem rursus alterius infestationis appropinquare cœpisse, & crebris atq; assiduis ostensionibus ad moneamur, vt ad certamen, quod nobis hostis indicit, armati, & parati simus, plebem etiam nobis dignatione commissam exhortationibus nostris præparemus, & omnes omnino milites Christi, qui arma desiderant, & prælium flagitant, intra castra domini colligamus. Necessitate cogente cẽsuimus, eis, qui de ecclesia domini recesserunt, sed pœnitentiam agere, & lamentari, ac dominum deprecari, a primo lapsus sui die non destiterunt, pacem dandam esse, & eos ad prælium (quod imminet) armari, & instrui oportere. Obtemperantis est nanq; ostensionibus atq; admonitionibus iustis, vt a pastoribus oues in periculo non deserantur, sed grex omnis in vnum congregetur, & exercitus dñi ad certamen militiæ cœlestis armetur. Merito eñ trahebatur dolentium pœnitentia tempore longiore, vt infirmis, si qui essent, in exitu subueniretur, quãdiu quies & tranquillitas aderat, quæ differre diu plangentium lachrymas, & subuenire sero morientibus in infirmitate pateret. At vero nunc non infirmis, sed fortibus pax necessaria est, nec morientibus, sed viuentibus communicatio a nobis danda est, vt quos excitamus, & exhortamur ad p̄lium, non inermes & nudos relinquamus, sed protectione sanguinis & corporis Christi muniamus, & quum ad hoc fiat eucharistia, vt possit accipientibus esse tutela, quos tutos esse contra aduersarium volumus, munimẽto dominicæ saturitatis armemus. Nã quomodo docemus, aut prouocamus eos, in confessione nominis sanguinẽ suum fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegamus? Aut quomodo ad martyrij poculũ idoneos facimus, si non eos ad bibendum prius in ecclesia poculũ dñi iure cõmunicationis admittimus? Interesse debet, frater charissime, inter eos, vel qui apostatauerunt, & ad seculum, cui renuntiauerant, reuersi, gentiliter viuunt, vel ad hæreticos transfugæ facti, contra ecclesiam parricidalia quotidie arma suscipiunt, & inter eos, qui ab ecclesiæ limine non recedentes, & implorantes iugiter diuina, & paterna solatia, nunc se ad pugnã paratos esse, & pro dñi sui nomine, ac pro sua salute stare fortiter, & pugnare profitent. Hoc in tempore pacem nos nõ dormientibus, sed vigilantibus damus, pacẽ nõ delitijs, sed armis damus, pacẽ nõ ad quietẽ, sed ad aciem damus. Si secundũ q̃d eos audimus, fortiter steterint, & aduersarium nobiscũ in cõgressione prostrauerint, nõ pœnitet pacẽ cõcessisse tã fortibus, imo episcopatus nostri honor grãdis, & gloria est, pacẽ dedisse, martyribus, vt sacerdotes, q sacrificia dei q̃tidie celebramus, hostias deo & victimas p̄paremus. Si aũt (q̃d dñs auertat) a fratribus nostris aliquis lapsorũ fefellerit, vt pacem subdole petat, & impẽdentis p̄lij tẽpore cõmunicationẽ nõ p̄liaturus accipiat, seip̄m fallit & decipit, q aliud corde occultat, & aliud voce denũtiat. Nos inquantũ nobis & videre & iudicare cõcedit, faciẽ singulorũ videmus, cor scrutari, & mẽtẽ p̄spicere nõ possumus. De his iudicat occultorũ scrutator, & cognitor, cito vẽturus & de arcanis

Matth.16.d & 18.c

1.Reg.16.b

B

C

cordis, atque abditis iudicaturus. Obesse autem mali bonis non debent, sed magis mali a bonis adiuuari. Nec ideo martyrium facturis pax neganda est, quia sunt quidam negaturi, cum propter hoc pax sit danda omnibus militaturis, ne per ignorantiam nostram ille incipiat præteriri, qui habet in prælio coronari. Nec quisquam dicat, qui martyrium tulit, sanguine suo baptizatur, nec pax illi ab episcopo necessaria est, habituro gloriæ suæ pacem, & accepturo maiorem de domini dignatione mercedem. Primo idoneus esse nõ potest ad martyrium, qui ab ecclesia nõ armat ad prælium, & mens deficit, quam non recepta eucharistia erigit & accendit. Dominus enim in euangelio suo ait: Cum autem vos tradiderint, nolite cogitare, quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Cum autem dicat in traditis, atque in confessione nominis constitutis, loqui spiritum patris, quomodo potest ad confessionem paratus aut idoneus inueniri, qui non prius, pace accepta, receperit spiritum patris, qui corroborans seruos suos, ipse loquitur, & confitetur in nobis? Tunc deinde si relictis omnibus rebus suis, fugerit, & in latebris, atque in solitudine constitutus, in latrones forte incurrerit, aut in febribus, & in languore decesserit, nonne nobis imputabitur, q̃d tã bonus miles, qui omnia sua dereliquit, & contempta domo, ac parentibus, & liberis, sequi dominum suum maluit, sine pace, & sine communicatione decessit? Nonne nobis vel negligentia segnis, vel duritia crudelis asscribetur in die iudicij, quod pastores, creditas, & commissas nobis oues, nec curare in pace, nec in acie voluerimus armare? Nonne nobis ingeretur a domino, quod per prophetam suũ clamat, & dicit: Ecce lac cõsumitis, & lanis vos tegitis, & quod crassum est, interficitis, & oues meas non pascitis, quod infirmatum est, non confortastis, & quod male habuit, non corroborastis, & quod contribulatum est, non consolati estis, & quod errabat, non reuocastis, & quod perijt, non inquisistis, & quod forte fuit, confecistis labore, & dispersæ sunt oues meæ, eo quod non sunt pastores, & factæ sunt in comesturam omnibus bestijs agri, & non fuit, qui inquireret, neque qui reuocaret. Propterea hæc dicit dominus: Ecce ego super pastores, & inquiram oues meas de manibus eorum, & auertam eos, ne pascant oues meas, & iam non pascent eas, & extraham oues meas de ore eorum, & pascam eas cum iudicio. Ne igitur, quod ore nostro pacem negamus, quod duritiam magis humanæ crudelitatis, quam diuinæ, & paternæ pietatis apponimus dulcedinem, oues nobis commissæ a domino reposcantur, placuit nobis sancto spiritu suggerente, & domino per visiones multas, & manifestas admonente (quia hostis nobis imminere prænuntiatur, & ostenditur) colligere intra castra milites Christi, & examinatis singulorum causis, pacem lapsis dare, immo pugnaturis arma suggerere, quod credimus vobis quoque paternæ misericordiæ contemplatione placiturum. Quod si de collegis aliquis extiterit, qui vrgente certamine, pacem fratribus, & sororibus non putat dandam, reddet ille rationem in die iudicij domino, vel importune censuræ, vel inhumanæ duritiæ suæ. Nos quod fidei, & charitati, & solicitudini congruebat, quæ erant in conscientia nostra protulimus, diem certaminis appropinquasse hostem violentum cito contra nos exurgere, pugnam non talem, qualis fuit, sed grauiorem multo, & acriorem venire, hoc nobis diuinitus frequenter ostendatur, de hoc nos prouidentia, & misericordia domini, sæpius admonere dignatur, de cuius ope, & pietate, qui in eum confidimus, possumus esse securi, quia qui in pace militibus suis futuram prænuntiat pugnam, dabit militantibus in congressione victoriam.

Matth. 10. b. c

Matth. 10. c

Ezechie. 34. a b. c.

D

E

F

Ad eundem

A

Ad eundem epistola eiusdem tertia.

CYprianus Cornelio fratri salutem. Legi literas tuas, frater charissime, quas per Saturum fratrem nostrum acolythum misisti, & dilectionis fraternæ & ecclesiasticæ disciplinæ, & sacerdotalis censuræ satis plenas, quibus signi ficasti, Felicissimũ hostem Christi, nõ nouum, sed iam pridem ob crimina sua plurima & grauissima ostensum, & non tantũ mea, sed & plurimorũ coepiscoporum sententia condemnatum, & reiectum, & a te illic esse ab ecclesia prohibitum, & quũ venisset, stipatus * caterua, & factione desperatorũ, vigore pleno (quo episcopũ agere oportet) pulsum de ecclesia esse, de qua iam pridem cũ sui similibus, dei maiestate, & Christi domini iudicis nostri seueritate depulsus est, ne schismatis & dissidij author, ne pecuniæ cõmissæ fraudator, ne stuprator virginũ, ne matrimoniorũ multorum depopulator atq; corruptor, vltra adhuc sponsam Christi incorruptam, sanctã, pudicam præsentiæ suæ dedecore, & impudica, atq; incæsta cõtagione violaret. Sed em̃ lecta alia tua epistola, frater, quam primis literis subiunxisti, satis miratus sum, quum animaduertissem, te minis atq; terroribus eorum, qui venerant, aliquantũ esse commotum, quũ te (secundum quod scripsisti) aggressi essent cũ summa desperatione, comminantes, q̃ si literas, quas attulerant, non accepisses, publice eas recitarent, & multa turpia ac probrosa, & ore suo digna proferrent. Quod si ita res est, frater, vt nequissimorum timeatur audacia, vt quod mali iure, atq; æquitate non possunt, temeritate atq; desperatione perficiant, actum est de episcopatus vigore, & de ecclesiæ gubernandæ sublimi ac diuina potestate, nec Christiani vltra aut durare, aut esse possumus, si ad hoc ventum est, vt perditorum minas atq; insidias pertimescamus. Nam & Gentiles & Iudæi minantur, & hæretici, atq; omnes, quorum pectora & mentes diabolus obsidet, venenatã rabiem suam quotidie furiosa voce testantur, non tñ idcirco cedendum est, quia minantur, aut ideo aduersarius & inimicus maior est Christo, q̃a tantum sibi vendicat & assumit in seculo. Manere debet apud nos, frater, fidei robur immobile, & stabilis atque inconcussa virtus, contra omnes incursus atque impetus oblatrantium fluctuum, velut petræ obiacentis fortitudine & mole debet obsistere. Nec interest, vnde episcopo aut terror, aut periculum veniat, qui terroribus & periculis viuit obnoxius, & tamen fit de ipsis terroribus & periculis gloriosus. Neq; em̃ solas Gentilium vel Iudæorum minas cogitare, & spectare debemus, quum videamus ipsum dominum a fratribus esse detentum, & ab eo, quem inter apostolos ipse delegerat proditum. Inter initia quoq; mundi Abel iustum non nisi frater occiderit, Iacob fugientem persequutus sit frater infestus, & Ioseph puer venierit vendentibus fratribus. In euangelio etiam legimus esse prædictum, magis domesticos inimicos futuros, & qui prius copulati sacramento vnanimitatis fuerunt, ipsos inuicem traditurus. Nihil interest, quos tradat, aut seuiat, quũ deus tradi permittat, quos disponit coronari. Neq; nobis ignominia est, pati a fratribus, quod passus est Christus, nec illis gloria est, facere, q̃d fecerit Iudas. Quæ aũt sui elatio est, quæ cõminantiũ tumens & inflata ac vana iactatio, illic absenti minari, quũ hic me habeant in potestate p̃sentem? Conuitia eorũ, quibus se, & vitam suam quotidie lacerant, non timemus, fustes & lapides & gladios, quos verbis parricidalibus iactitãt, nõ p̃horrescimus. Quod in illis est, homicidæ sunt apud deũ tales, necare tamẽ non possunt, nisi eis dñs permiserit. Et quũ nobis semel moriendũ sit, illi tamen & odio, & verbis, & delictis suis quotidie perimunt. Sed non idcirco, frater, relinquenda est nobis ecclesiastica disciplina, aut sacerdotalis soluenda censura, quoniam conuitijs infestamur, aut terroribus quatimur, quũ occurrat & scriptura diuina, dicens: Ille vero, qui præsumit, & contumax est, vir sui iactans, nihil omnino proficiet, qui dilatauit tanquam inferus animam suam. Et iterum: Verba viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius in stercora erit, & in vermes. Hodie extollitur, & cras non inuenietur, quoniam conuersus est in terram suam, & cogitatio eius peribit. Et iterũ: Vidi impium exaltatum, & extolli sup cedros Lybani, & transiui, & quæsiui eum, & nõ est inuẽtus locus eius. Exaltatio & inflatio, & arrogãs ac superba iactitatio, nõ de Chr̃i magisterio, qui humilitatẽ docet, sed

B

C

* als. acerba

Nota.

Marci.3.c.
Math.26.b.
Marci.14.e
& Iohan.18.a
Gene.4.b
Ibidem.32.b
Ibidem.37.f
Matth.10.d
Ibidem.c

Esaiæ.5.d. & Abacuc.2.a. secundũ. lxx
1.Mach.2.g
Psalm̃.36

Matt.11. d
Esaię.14.d
Ibidem
Esaiæ.2.c
Matth.3.b
Lucæ.3.b
Matth.12.c
Lucę. 6.g
Lucæ.16.c.f
Matth. 5.c
Deute.17.b.c
1.Reg.8.b
Lucæ.10.c
Matth.8.a
Iohan.18.d
Acto.23.a
Exo.22. d
Contra eos q summo pontifici detrahunt, & contra hæreticos recentes & nouos
Matth.10.d

sed de Antichristi spiritu nascitur, cui exprobrat per prophetam dominus, & dicit: D
Tu aũt dixisti in animo tuo, in cœlum ascendam, super stellas dei ponam sedẽ meã, Sedebo in monte alto, super montes altos in aquilonem, ascendam super nubes, & similis ero altissimo. Et addit, dicens: Tu vero ad inferos descendes in fundamenta terræ, & qui videbunt te, super te mirabuntur. Vnde & parem talibus pœnam scriptura loco alio comminatur, & dicit: Dies enim domini Sabaoth super omnem iniuriosum, & superbum, & super omnem elatum, & excelsum. De ore itaque, & de verbis suis vnusquisque statim proditur, & vtrum Christum in corde suo, an vero Antichristum habeat, loquendo detegitur, secundum quod dominus in Euangelio suo ait: Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis nequam, De abundantia enim cordis os emittit. Bonus homo de bono thesauro emittit bonum, & nequam homo de nequam thesauro emittit nequam. Vnde & diues ille peccator, qui de Lazaro in sinu Abrahæ posito, atque in refrigerio constituto, implorat auxilium, cum in tormentis cruciabundus flammæ cremantis ardoribus aduratur, inter omnes corporis partes magis os eius, & lingua dat pœnas, quia plus, scilicet, lingua sua, & ore peccauerat. Nam cũ scriptum sit, neque maledici regnum dei consequentur. Et iterum in Euangelio suo dominus dicit: Qui dixerit fratri suo fatue, qui dixerit Racha, reus erit gehennæ ignis, quomodo possunt censuram dei vltoris euadere, qui talia ingerunt, non solum fratribus, sed & sacerdotibus, quibus honor tantus de dei dignatione conceditur, vt quisquis sacerdoti eius, & ad tempus hic iudicanti non obtemperaret, statim necaretur? In Deuteronomio dominus deus loquitur, dicens: Et homo, quæcunque fecerit in superbia, vt non exaudiat sacerdotem, aut iudicem, quicunque fuerit in diebus illis, morietur homo ille, & omnis populus, cum audierit, timebit, & non agent impie etiam nunc. Item, ad Samuelem, cum a Iudæis sperneretur, deus dicit: Non te spreuerunt, sed me spreuerunt. Et dominus quoque in Euangelio: Qui audit (inquit) vos, me audit, & eum, qui me misit. Et qui reijcit vos, me reijcit, & qui me reijcit, reijcit eum, qui me misit. Et cũ leprosum mundasset. Vade (inquit) & demonstra te sacerdoti. Et cum postea tempore passionis alapam accepisset a seruo sacerdotis, cumq́ꝫ ei dixisset, sic respondes pontifici? aduersus pontificem dominus contumeliose nihil dixit, nec quicquam de sacerdotis honore detraxit, sed innocentiam suam magis asserens, & ostendens, si male (inquit) locutus sum, exprobra de malo, si autem bene, quid me cædis? Item, in Actibus Apostolorum, postmodum beatus Paulus, cum ei dictum esset, sic insimulas in sacerdotem dei maledicendo? quamuis domino iam crucifixo sacrilegi, & impij, & cruenti illi esse cœpissent, nec iam quicquam de sacerdotali honore, & authoritate retinerent, tamen ipsum, quamuis inane nomen, & vmbram quandam sacerdotis cogitans, expauit, nesciebam, fratres, inquit, quia pontifex est. Scriptum est enim: Principi plebis tuæ non maledices. Cum hæc tanta, ac talia, & multa alia exempla præcedant, quibus sacerdotalis authoritas & potestas diuina dignatione firmatur, quales putas esse eos, qui sacerdotum hostes, & contra ecclesiam catholicam rebelles, nec præmonentis domini comminatione, nec futuri iudicij vltione terrentur? Neque enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quam inde quod sacerdoti dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur, cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersum sacerdotum collegium quicquam moueret, nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, post coepiscoporum consensum, iudicem se non iam episcopi, sed dei faceret. Nemo dissidio vnitatis Christi ecclesiam scinderet, nemo sibi placens, ac tumens, seorsum foris nouam hæresim conderet, nisi, si ita est aliquis sacrilegæ temeritatis, ac perditæ mentis, vt putet, sine dei iudicio fieri sacerdotem, cum dominus in Euangelio suo dicat: Nonne duo passeres asse væneunt, & neuter eorum cadit in terram, sine patris vestri voluntate? Cum ille nec minima fieri sine voluntate DEI dicat, existimat aliquis, summa, & magna, aut non sciente, aut non permittente DEO, in Ecclesia DEI fieri?

E

F

A & sacerdotes, id est, dispensatores eius non de eius sententia ordinari? Hoc est, fidem non habere, qua viuimus, hoc est, deo honorem non dare, cuius nutu & arbitrio regi, & gubernari omnia scimus, & credimus. Plane episcopi non de voluntate dei fiunt, qui extra ecclesiam fiunt, sed contra dispositionem & traditionem euangelij fiunt, sicut ipse dominus in duodecim prophetis ponit, & dicit: Sibimetipsi regem cōstituerunt, & non per me. Et iterum: Sacrificia eorum tanquam panis luctus, omnes, qui manducant ea, contaminabuntur. Et per Esaiam quoq; spiritus sanctus clamat, & dicit: Veh vobis, filij desertores, Hæc dicit dominus: Habuistis consilium, & non per me, & fecistis conuentionem, & non per spiritum meum, adijcere peccata super peccata. Cæterum dico, dico enim prouocatus, dico dolens, dico compulsus, quando episcopus in locum defuncti substituitur, quando populi vniuersi suffragio in pace deligitur, quando dei auxilio in persequutione protegitur, collegis omnibus fideliter iunctis, plebi suæ in episcopatu quadriennio iam probatus, in quiete seruiens disciplinæ, in tēpestate proscriptus, applicato & adiuncto episcopatus sui nomine, toties ad leonem petitus, in circo, in amphiteatro dominicæ dignationis testimonio honoratus, is ipsis etiam diebus, quibus has ad te literas feci, ob sacrificia, quæ de edicto proposito celebrare populus iubebatur, clamore popularium ad leonem denuo postulatus in circo, quum talis frater a quibusdam desperatis & perditis, & extra ecclesiam constitutis impugnari videtur, apparet, quis impugnet, non, scilicet Christus,

B qui sacerdotes aut constituit, aut protegit, sed ille, qui Christi aduersarius, & ecclesiæ eius inimicus, ob hoc ecclesiæ præpositum sua infestatione persequitur, vt gubernatore sublato, atrocius atq; violentius circa ecclesiæ naufragia grassetur. Nec quenquam fidelem, & euangelij memorem, atq; apostoli præmonentis mandata retinentem, mouere debet, frater, si quidam in extremis temporibus superbi, & contumaces, & sacerdotum dei hostes, aut de ecclesia dei recedunt, aut contra ecclesiam faciunt, quando tales nunc futuros, & dominus, & apostoli eius ante prædixerunt. Nec præpositum seruum deseri a quibusdam, miretur aliquis, quando ipsum dominum magnalia & mirabilia summa facientem, & virtutes factorum suorum dei patris testimonio comprobantem discipuli sui reliquerunt, & tamen ille non increpuit recedentes, aut grauiter comminatus est, sed magis conuersus ad discipulos suos, dixit: Nunquid & vos vultis ire? seruans scilicet legem, qua homo libertati suæ relictus, & in arbitrio proprio constitutus, sibimetipsi vel mortem appetit, vel salutem. Petrus tamen, super quem ædificata ab eodem domino fuerat ecclesia, vnus pro omnibus loquens, & ecclesiæ voce respondens, ait: Domine, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Et nos credimus, & cognouimus, quoniam tu es filius dei

C viui. Significans scilicet, & ostendens eos, qui a Christo recesserint, culpa sua perire, ecclesiam tamen, quæ in Christum credat, & quæ semel id, quod cognouerit, teneat, nunquam ab eo discedere, & eos esse ecclesiam, qui in domo dei permaneant. Plantationem vero, plantatam a deo patre, non esse videmus, non frumenti stabilitate solidari, sed tanquam paleas dissipantis inimici spiritu ventilari. De quibus & Iohannes in epistola sua dicit: Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum. Item Paulus monet nos, quum mali de ecclesia pereunt, non moueri, nec recedentibus perfidis fidem minui. Quid enim (inquit) si exciderunt a fide quidam eorum, nunquid infidelitas illorum fidem dei euacuauit? Absit. Est enim deus verax, omnis autem homo mendax. Quod ad nos attinet, conscientiæ nostræ conuenit, frater, dare operam, ne quis culpa nostra de ecclesia pereat. Si autem quis vltro, & crimine suo perierit, & pœnitentiam agere, atq; ad ecclesiam redire noluerit, nos in die iudicij inculpatos futuros, qui consulimus sanitati, illos solos in pœnis remansuros, qui noluerint consilij nostri salubritate sanari. Nec mouere nos debent cōuitia perditorum, quo minus a via recta, & a certa regula nō recedamus, quādo & Apostolus instruit, dicens: Si hoībus placerē, Christi seruus nō essem. Interest, vtrū quis hoīes promereri, an deū cupiat. Si ho-

Osee.8.a
Ibidem.9.a
Esaiæ.30.a
Matth.26.f
Ibidem.17.a
&.3.d
Iohan.6.g
Matth.16.c
Iohan.6.g
Matth.15.b
1.Iohan.2.c
Roma.3.a
Psalm.115
Gala.1.b

Christi? Viderint laici hoc, quū curēt. Sacerdotibus maior labor incumbit in asserēda, propinanda, & procurāda dei maiestate, ne quid videamur in hac parte negligere, quū admoneat dn̄s, & dicat: Et nunc p̄ceptū hoc ad vos est, o sacerdotes, si nō audieritis, & si non posueritis in corde vestro, vt detis honorē nomini meo, dicit dn̄s, immittā in vos maledictionē, & maledicā benedictionem vestrā. Honor ergo datur deo, quando sic dei maiestas & censura cōtemnitur, vt quū indignari se ille, & irasci sacrificantibus, dicat, & quū pœnas æternas & supplicia perpetua cōminet, proponit sacrilegis, atq; dicitur, ne ira cogitet dei, ne timeatur iudiciū dn̄i, ne pulsetur ad ecclesiā Christi, sed sublata pœnitētia, nec vlla exhomologesi criminis facta, despectis episcopis, atq; calcatis, pax non a veris presbyteris verbis fallacibus p̄dicetur, & ne lapsi surgant, aut foris ad ecclesiā redeant, cōmunicatio non cōmunicantibus offerat. Quibus etiam non satis fuit, ab euangelio recessisse, spem lapsis satisfactionis & pœnitētiæ sustulisse, fraudibus inuolutos, vel adulterijs cōmaculatos, vel sacrificiorum funesta contagione pollutos, ne deū rogarent, ne in ecclesia exhomologesin criminū facerēt, ab omni sensu & fructu pœnitētiæ remouisse, foris sibi extra ecclesiā, & contra ecclesiā constituisse conuenticulū perditæ factionis, quū male sibi consciorum, & deum rogare ac satisfacere nolentiū caterua conflueret. Post ista adhuc insuper pseudoepiscopo sibi ab hæreticis constituto, nauigare audēt, & ad Petri cathedrā atq; ecclesiam principalē, vnde vnitas sacerdotalis exorta est, a schismaticis & prophanis literas ferre, nec cogitare, eos esse Romanos, quorum fides (Apostolo p̄dicāte) laudata est, ad quos perfidia habere non possit accessum. Quæ aūt causa veniendi, & pseudoepiscopū cōtra episcopos factū nuntiandi? Aut em̄ placet illis, quod fecerunt, & in suo scelere perseuerant, aut si displicet, & recedunt, sciunt, quo reuertantur. Nam quū statutū sit omnibus nobis, & æquū sit, pariter & iustū, vt vniuscuiusq; causa illic audiatur, vbi est crimen admissum, & singulis pastoribus portio gregis sit ascripta, quam regat vnusquisq;, & gubernet, rationē sui actus dn̄o redditurus, oportet vtiq; eos, quibus præsumus, nō circumcursare, nec episcoporum concordiā cohærētē, sua subdola & fallaci temeritate collidere, sed agere illic causam suā, vbi & accusatores habere, & testes sui criminis possint, nisi paucis desperatis & perditis, minor videtur esse authoritas episcoporum in Aphrica constitutorum, qui iam de illis iudicauerunt, & eorum conscientiam multis delictorum laqueis * vinctā iudicij sui nuper grauitate damnarunt. Iam causa eorum cognita est, iam de eis dicta sententia est, nec censuræ congruit sacerdotū mobilis, atq; inconstantis animi leuitate reprehēdi, quū dn̄s dicat: Sit sermo vester, est, est, non, non. Si eorum, qui de illis priore anno iudicauerunt, numerus cum presbyteris & diaconibus cōputetur, plures tunc adfuerunt in iudicio, & cognitione, q̄ sunt ijdem isti, qui cū Fortunato videntur nunc cōiuncti. Scire em̄ debes, frater charissime, eum, posteaq̄ pseudoepiscopus ab hæreticis factus est, iam pene ab oībus esse desertum. Nanq; hi, quibus in p̄teritum p̄stigia obtendebantur, & verba fallacia, quod simul ad ecclesiam regressuri dicerentur, posteaq̄ viderunt illic pseudoepiscopū factū, frustratos & deceptos se esse didicerunt, & remeant quotidie, & ecclesiā pulsant, nobis tn̄, a quibus ratio dn̄o reddenda est, anxie ponderantibus, & solicite examinantibus, q recipi & admitti ad ecclesiā debeant. Quibusdā em̄ ita aut crimina sua obsistunt, aut fratres obstinate & firmiter renituntur, vt recipi omnino non possint sine scandalo, atq; periculo plurimorum. Neq; em̄ sic putamina quædam colligenda sunt, vt quæ integra & sana sunt, vulnerentur, nec vtilis atq; consultus est pastor, qui ita morbidas, & contactas oues gregi admiscet, vt gregē totum mali cohærentis afflictione contaminet. Nō attendas numerum illorum. Melior est em̄ vnus timēs deū, q̄ mille filij impij, sicut loquutus est dn̄s per prophetam, dicēs: Fili, ne iucunderis in filijs impijs, si multiplicentur tibi, quū non fuerit timor dei in ipsis. O si posses, frater charissime, isthic interesse nobiscū, quū praui isti & peruersi de schismate reuertunt, videres, quis mihi labor sit, persuadere patientiam fratribus nostris, vt animi dolore sopito, recipiendis malis, curandisq; cōsentiant. Nanq; vt gaudent, & lætantur, quū tolerabiles & minus culpabiles redeunt, ita cōtra fremunt & reluctantur, quoties inemendabiles, & prote-

Malach. 2. a

Roma. 1. b

al's, inuolutā

Matth. 5. f

Eccl. 16. a

D E F

A proterui, & vel adulterijs, vel sacrificijs contaminati, & post hoc adhuc & superbi, sic ad ecclesiam remeant, vt bona intus ingenia corrumpant. Vix plebi persuadeo, imo extorqueo, vt tales patiantur admitti, & iustior factus est fraternitatis dolor, ex eo quod vnus atque alius, obnitente plebe & contradicente, mea tamen facilitate suscepti, peiores extiterunt, quam prius fuerant, nec fidem pœnitentiæ seruare potuerũt, quia nec cum vera pœnitentia venerant. De istis vero quid dicam, qui nunc ad te cũ Felicissimo omnium criminum reo nauigauerunt legati, a Fortunato pseudoepiscopo missi, tam falsas ad te literas adferentes, quam est & ipse (cuius literas ferunt) falsus, quam est & eius peccatorum multiplex conscientia, quam execrabilis vita, quam turpis, vt & si in ecclesia essent, eijci tales de ecclesia debuissent? Denique, quia conscientiam suam norunt, nec nos audent adire, aut ad ecclesiæ limen accedere, sed foris per prouinciam circumueniendis fratribus, & spoliandis pererrant, & omnibus iam satis noti, atque vndique pro suis facinoribus exclusi, illuc etiam ad vos nauigant. Neque enim potest illis esse frons ad nos accedendi, aut apud nos consistendi, quum sint acerbissima & grauissima crimina, quæ eis a fratribus ingerantur. Si iudicium nostrum volunt experiri, veniant. Denique si qua illis excusatio & defensio potest esse, videamus, quem habeant satisfactionis suæ sensum, quem afferant pœnitentiæ fructum. Nec ecclesia isthic alicui clauditur, nec episcopus alicui denegatur, patientia, & facilitas, & humanitas nostra venientibus præsto est. Opto omnes in ecclesiam ingredi, opto vniuersos commilitones nostros in-

B tra Christi castra, & dei patris domicilia concludi. Remitto omnia, multa dissimulo, studio & voto colligendæ fraternitatis, etiam quæ in deum commissa sunt, non pleno iudicio religionis examino, delictis, plusquam oportet, remittendis pœnæ ipse delinquo. Amplector prompta & plena dilectione cum pœnitentia reuertẽtes, peccatum suum satisfactione humili & simplici confitentes. Si qui autem sunt, qui putant se ad ecclesiam non precibus, sed minis regredi posse, aut existimant aditum sibi non lamentationibus, sed terroribus facere, pro certo habeant, cõtra tales stare ecclesiam domini, nec castra Christi inuicta & fortia, & dño tuente munita, minis cedere. Sacerdos dei euãgelium tenens, & Christi præcepta custodiens, occidi potest, vinci nõ potest. Suggerit, & subministrat nobis exempla virtutis, ac fidei, Zacharias antistes dñi, qui quũ terreri minis & lapidatione non posset, in templo dei occisus est, clamãs & identidem dicens, quod nos quoque contra hæreticos clamamus & dicimus: Hæc dicit dñs: Dereliquistis vias dñi, & dñs derelinquet vos. Neque eñ quia pauci temerarij & improbi, cœlestes, & salutares vias domini derelinqunt, & sancta non agen-

Matth. 23. d.

2. Para. 15. a

C tes, a sancto spiritu deseruntur, ideo & nos diuine traditionis nõ immemores esse debemus, vt maiora esse furentium scelera, quam sacerdotum iudicia censeamus, aut plus existimemus ad impugnandũ posse humana conamina, quam quod ad protegendum præualet diuina tutela. An ad hoc, frater charissime, deponenda est ecclesiæ catholicæ dignitas, & plebis intus positæ fidelis atque incorrupta maiestas, & sacerdotalis quoque authoritas ac potestas, vt iudicare velle se dicant de ecclesiæ præposito extra ecclesiam constituti, de Christiano hæretici, de sano saucij, de integro vulnerati, de stante lapsi, de iudice rei, de sacerdote sacrilegi? Quid superest, nisi vt ecclesia Capitolio cedat, & recedentibus sacerdotibus, ac de altari se remouentibus, in cleri nostri sacrum venerandumque consessum, simulachra, atque idola, cum aris suis transeant, & Nouatiano declamandi aduersum nos, atque increpandi largior & plenior materia præstetur, si mihi, qui sacrificauerunt, & Christum publice negauerunt, non tantum & sine acta pœnitentia admitti, sed adhuc insuper cœperunt terroris sui potestate dominari. Si pacem postulant, arma deponant? Si satisfaciunt, quid minantur? Aut si comminantur, sciant, quia a sacerdotibus dei non timentur. Neque eñ & Antichristus, quum venire cœperit, & introibit in ecclesiam, quia minaturus est, aut armis eius, aut violentiæ cedetur, quia resistentes peremptorum se esse profitebitur. Armant nos hæretici, dũ nos putant sua cõminatione terreri, nec in pace nos deijciunt, sed magis erigunt atque accendũt, dum ipsam pacem persequutione peiorem fratribus faciunt. Et optamus quidẽ, ne quod loquunt furore, impleat crimine, ne qui verbis perfidis & crudelibus

peccant, factis quoq; delinquant. Oramus ac deprecamur deũ (quem prouocare illi, & exacerbare nõ desinunt) vt eorũ corda mitescant, vt furore deposito, ad sanitatem mentis redeant, vt peccatores a delictorũ tenebris pœnitentiã agnoscãt, & magis pe tant fundi pro se preces atq; orationes antistitis, q̃ ipsi fundant sanguinẽ sacerdotis. Si aũt in suo furore permanserint, atq; in istis insidijs, & minis suis parricidalibus cru deliter perseuerauerint, nullus dei sacerdos sic infirmus, & sic iacens, & abiectus sit, imbecillitate humanæ mediocritatis ita inualidus, qui non cõtra hostes & impugna tores dei diuinitus erigatur, cuius non humilitas, & infirmitas vigore & robore dñi protegentis animetur. Nostra nihil interest, aut a quo, aut quãdo perimamur, mortis & sanguinis præmiũ recepturi. Illorũ flenda & lamentanda conditio est, quos sic dia bolus excæcat, & æterna gehennæ supplicia non cogitãtes, Antichristi iam propin quantis aduentũ conentur imitari. Et quanquã sciam, frater charissime, pro mutua di lectione, quã debemus, & exhibemus inuicem nobis, florentissimo illic clero tecum præcedenti, & sanctissimæ atq; amplissimæ plebi legere te semper literas nostras, ta men nunc admoneo, & peto, vt quod alias spõte atq; honorifice facis, etiam petente me, facias, vt hac epistola mea lecta, si quod illi contagiũ venenati sermonis, & pe stiferæ * seminationis irrepserat, id omne de fratrũ auribus & pectoribus exuatur, & bonorũ integra ac syncera dilectio ab omnibus hæreticæ detractionis sordibus repur getur. Declinent aũt de cætero fortiter, & euitent dilectissimi fratres nostri verba, & colloquia eorũ, quorũ sermo vt cancer serpit. Sicut Apostolus ait: Corrumpũt inge nia bona, confabulationes pessimæ. Et iterũ: Hæreticũ hominẽ post vnã & secũdam correptionẽ euita, sciens, quia peruersus est huiusmodi, & peccat, & est a semetipso damnatus. Et per Salomonẽ spũs sanctus loquitur: Peruersus (inquit) in ore suo por tat perditionẽ, & in labijs suis ignẽ condit. Item denuo monet dicẽs: Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguã nequam. Et iterũ: Malus obaudit linguæ iniquorũ, iustus aũt nõ intendit labijs mẽdacibus. Quanq̃ sciam illic fraternitatẽ nostrã, vestra scilicet prouidẽtia munitã, sed & sua vigilãtia satis cautã, nec capi hæreticorũ venenis posse, nec decipi, tantumq; apud illos ꝓualere & magisteria & ꝓcepta diuina, quantus illis in deum timor est, tamen ex abundantia, vel solicitudo nostra, vel charitas scribere ad vos ista persuasit, vt nulla cũ talibus commertia copulentur, nulla cũ malis conuiuia, vel colloquia misceantur, simusq; ab eis tam separati, q̃ sint illi de ecclesia profugi, qa scriptũ est: Si aũt & ecclesiã cõtẽpserit, sit tibi tanq̃ ethnicus & publicanus. Et beatus Apostolus nõ monet tantũ, sed iubet, a talibus vt recedat: Pręcipimus (inquit) vobis in noĩe dñi nostri Iesu Chri, vt recedatis ab oĩbus fratribus, ambulãtibus inordinate, & nõ secundũ traditionẽ, quã acceperũt a nobis. Nulla societas fidei & perfidiæ po test esse. Qui cũ Chro nõ est, aduersarius Chri est. Qui vnitati & paci eius inimicus est, nobiscũ nõ potest cohærere. Si cũ ꝓcibus & satisfactionibus veniunt, audiant. Si maledicta & minas ingerũt, respuant. Oportet te, frater, semper bene valere.

ars, contami nationis

1. Corĩ. 15. c
Tit. 3. c
Prou. 16. d
Ecci. 28. d
Prouer. 17. a

Matth. 18 b
2. Thessa. 3. b

2. Corĩ. 6. c
Lucæ. 11. c

¶ Epistola eiusdem Cypriani & aliorũ ad alios certos episcopos quarta, in qua meminit cuiusdam concilij tempore illo celebrati, & ob hanc cau sam, quoad illius saltem initium, apte satis hoc loco adnotatur. Est au tem vltima epistolarum lib. i. operum Cypriani.

CYprianus, Liberalis, Calydonius, Iunius, Primus, Cecilius, Polycarpus, Ni comedes, Felix, Marutius, Successus, Lucianus, Honoratus, Fortunatus, Victor, Donatus, Lucius, Herculanus, Põponius, Demetrius, Quĩtus, Sa turninus, Ianuarius, Marcus, alius Saturninus, alius Donatus, Rogatianus, Sedatus, Tertullus, Hortensianus, item alius Saturninus, Satius, Ianuario, Saturnino, Maximo, Victori, alio Victori, Cassio, Proculo, Modiano, Cirino, Gargilio, Euty ciano, alio Gargilio, alio Saturnino, Nemesiano, Nampulo, Antoniano, Rogatiano, Honorato, fratribus salutem. Quum simul in Concilio essemus, fratres charis simi, legimus literas vestras, quas ad nos fecistis, de his, qui apud hæreticos & schismaticos baptizati videntur, an ad ecclesiam catholicam (quæ vna est) venien tes, baptizari debeant, &c.

Eiusdẽ

A ¶ Eiusdẽ alia iterũ epistola, & aliorũ ad Stephanũ episcopũ quinta, quæ similiter ob pfatã causam priori epistolæ adiungit. Et est prima epistolarũ Cypriani lib. ij. cui tale argumentum præmittit Erasmus Roterodamus.

Ad Stephanum epistola de Concilio, quod habitum est super his, qui apud hæreticos baptizabantur, ac de presbyteris, qui non debent amplius sacerdotio admitti, si semel ad sacrilega sacrificia accesserunt.

CYprianus, & cæteri, Stephano fratri salutem. Ad quædam disponenda, ac communis concilij * examinationem limanda, necesse habuimus, frater charissime, conuenientibus in vnum pluribus sacerdotibus, cogere, & celebrare Concilium, in quo quidem multa prolata atq; translata sunt, &c.

als, examinatione.

¶ Eiusdem epistola ad Cornelium papam sexta, De Nouatiano & Nouato schismaticis, vbi illorum probra commemorat.

CYprianus Cornelio fratri salutem. Et cũ diligentia, & dilectione fecisti, frater charissime, festinato ad nos mittendo Niceforũ acolythũ, quibus nobis & de confessoribus regressis gloriosam notitiã nuntiaret, & aduersus Nouatiani & Nouati nouas & pernitiosas, ad impugnandũ Christi ecclesiam machinas plenissime instrueret. Nam quũ pridie isthuc venisset hæreticæ prauitatis nocens factio, ipsa iam perdita, & alios, qui sibi cõsenserint, perditura, postero die Niceforus cũ vestris literis superuenit, quibus & didicimus, & docere, atq; instruere cæteros cœpimus, B Euaristum de episcopo iam nec laicũ remansisse cathedræ, & plebis extorrem, & de ecclesia Chri exulẽ, per alias longe prouincias oberrare, & ipsum veritatis ac fidei naufragũ factũ, circa quosdã sui similes paria naufragia cõcitare, Nicostratũ vero diaconio sanctæ administrationis amisso, ecclesiasticis pecunijs sacrilega fraude subtractis, & viduarũ ac * populorũ depositis denegatis, nõ tam in Aphricam venire voluisse, q̃ conscientia rapinarũ, & criminũ nefandorũ illinc ab vrbe fugisse, & nunc ecclesiæ desertor ac profugus, quasi mutasset hominẽ, mutare religionẽ, Confessorem se vltro iactat & pdicat, quũ Christi confessor nec dici, nec esse iam possit, qui ecclesiam Christi negauit. Nam quũ Paulus apostolus dicat: Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ, & erunt duo in vnã carnẽ, Sacramentũ istud magnũ est, ego aũt dico in Christũ & in ecclesiam. Quũ hoc, inquã Apostolus dicat, & Christũ pariter atq; ecclesiæ vnitatẽ indiuiduis nexibus cohẽrentẽ, sancta sua voce testet, qũo potest esse cũ Christo, qui cũ sponsa Christi, atq; in eius ecclesia nõ est? Aut quomodo assumit sibi regendæ aut gubernãdæ ecclesiæ curã, qui spoliauit, & fraudauit ecsiam Christi? Nã de Nouato nihil inde ad nos fuerat nuntiandũ, quũ magis per nos vobis debeat Nouatus ostendi, rerũ nouarũ semper cupidus, auaritiæ inexplebilis, rapacitate C furibundus, arrogãtia, & stupore tumoris inflatus, semp isthic episcopis male cognitus, quasi hæreticus semp & perfidus, omniũ sacerdotũ voce damnatus, curiosus semp, vt prodat, ad hoc adulat, vt fallat, nunq̃ fidelis, vt diligat, fax & ignis ad cõflanda seditionis incendia, turbo & tẽpestas, ad fidei facienda naufragia, tranquillitatis aduersarius, pacis inimicus. Deniq; Nouato illinc a nobis recedente, procella & turbine recedente, ex parte illic quies facta est, & gloriosi ac boni confessores, qui de ecclesia, illo incitante, discesserant, posteaquã ab vrbe ille discessit, ad ecclesiam reuerterunt. Idem est Nouatus, qui apud nos primum discordiæ, & schismatis incendium seminauit, qui quosdam isthic ex fratribus ab episcopo segregauit, qui in ipsa persequutione ad auertendas fratrũ mentes, alia quædã persequutio fratribus nostris fuit. Ipse est qui Felicissimũ satellitem suum, diaconũ nec permittente me, nec sciente, sua factione constituit, & cum sua potestate Romæ quoq; ad euertendam ecclesiam nauigans, similia illic, & paria molitus est, a clero portionem plebis auellens, fraternitatis bene sibi cohærentis, & se inuicem diligentis concordiam scindens. Plane quoniam pro magnitudine sua debeat Carthaginem Roma præcedere, illic maiora & grauiora commisit. Qui isthic aduersus ecclesiam diaconem fecerat, illic episcopum fecit. Nec hoc quisquam miretur in talibus. Feruntur semper mali, suo furore demẽtes, & posteaquam scelera fecerint, conscientia ipsa sceleratæ mentis agitantur. Nec

als, pupillorũ,

Ephe. 5. g & Gene. 2. d

remanere in ecclesia dei possunt, qui deificã & ecclesiasticã disciplinã nec actus sui cõuersatione, nec morũ pace tenuerunt. Spoliati ab illo pupilli, fraudatæ viduæ, pecuniæ quoq; ecclesiæ denegatæ, has de illo exigunt pœnas, quas in eius furore conspicimus. Pater etiã eius in vico fame mortuus, & ab eo in morte postmodũ non sepultus. Vterus vxoris calce percussus, & partione properante in parricidiũ partus expressus, & damnare nũc audet sacrificantiũ manus, quum sit ipse nocentior pedibus, quibus filius, qui nascebat, occisus est. Hanc cõscientiã criminũ iã pridẽ timebat, propter hoc se de presbyterio * excitari tantũ, sed & cõmunicatione prohiberi, pro certo tenebat. Et vrgentibus fratribus imminebat cognitionis dies, quo apud nos causa eius ageret, nisi psequutio ante venisset, q̃ iste voto quodã euadẽdæ & lucrãdæ damnationis excipiẽs, hæc oĩa cõmisit & miscuit, vt q ej̃ci de ecclesia & excludi habebat, iudiciũ sacerdotũ volũtaria discessione pcederet, q̃si euasisse sit pœnã, pueniſſe sentẽtiã. Circa cæteros aũt fratres elaboramus, q̃s ab eo circũuentos dolemus, vt veteratoris pernitiosum latus fugiãt, vt lethales laqueos solicitantis euadãt, vt, de qua ille pelli diuinitus meruit, ecclesiã repetãt. Quos quidẽ, dño adiuuãte, per eius misericordiam regredi posse cõfidimus. Neq; em̃ potest perire, nisi quẽ cõstat esse perituꝝ, quũ dñs in euangelio suo dicat: Omnis plantatio, quã non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Qui plantatus nõ est pceptis dei patris & monitis, solus poterit de ecclesia ille decedere, solus, episcopis derelictis, cum schismaticis & hæreticis in furore manere. Cæteros vero nobiscũ adunabit dei patris misericordia, & Christi dñi nostri indulgẽtia & nostra patientia. Opto te, frater charissime, semper bene valere.

ãrs, non excitari

Matth. 15. b

D E

¶ Eiusdem ad eundem epistola septima.

CYprianus Cornelio fratri salutẽ. Et religiosum nobis, & necessariũ existimaui frater charissime, ad cõfessores, q illic sunt, & Nouatiani & Nouati obstinatione & prauitate seducti, de ecclesia recesserunt, lr̃as breues facere, qbus eos pro affectione mutua cõuenirẽ, vt ad matrẽ. i. ecclesiã catholicã reuertant, quas lr̃as tibi ab Ethippo diacono legi prius mandaui, ne quis aliud me scripsisse fingeret, q̃ quod meis literis continet. Mandaui tamẽ eidẽ Ethippo a me ad vos misso, vt de tuo arbitrio rem gerat, & si easdẽ literas confessoribus putaueris esse credendas, vt eas tradat. Opto te, frater charissime, semper bene valere.

¶ Eiusdem ad eundem epistola octaua.

Argumentum epistolæ sequentis Erasmi Roterodami.

Eiusdem ad eundem epistola, in qua, quum nequierit Christianæ charitatis vinculo vagantes copulare, ait eos neglexisse, & nihil temere a maledicis audire, ac ordinationem suam per se & collegas stabilire.

F

CYprianus Cornelio fratri salutem. Quod seruis dei, & maxime sacerdotibus iustis, & pacificis congruebat frater charissime, miseramus nuper collegas nostros Calydonium & Fortunatum, vt non tantum persuasione literarum nostrarum, sed p̃sentia sua, & consilio omnium vestrum eniterẽtur, quantũ possent, & elaborarẽt, vt ad ecclesiæ catholicæ vnitatẽ scissi corporis mẽbra cõponerent, & Christianæ charitatis vinculo copularẽt. Sed qm̃ diuersæ partis obstinata & inflexibilis pertinacia non tantũ radicis, & matris sinũ atq; complexum recusauit, sed etiam gliscente, & in peius recrudescẽte discordia, episcopũ sibi constituit, & contra sacramentũ semel traditũ diuinæ dispositiõis, & catholicæ vnitatis adulteꝝ & contrariũ caput extra ecclesiã fecit, acceptis literis tã tuis, q̃ collegaꝝ nostroꝝ, item aduentãtibus bonis viris, & nobis charissimis collegis nostris Pompeio & Stephano, a qbus hæc oĩa nobis cũ lætitia cõmuni asseuerata sunt firmiter, & probata, secundũ quod diuinę traditionis & ecclesiasticæ institutionis sanctitas ac pariter veritas exigebat, literas nostras ad te direximus. Sed & p prouinciã nostrã hæc eadẽ collegis nostris singulis in notitiã perferentes, ab his quoq; fratres nostros cum literis dirigẽdos esse mandauimus, quanq̃ mens nostra & propositũ iam tunc fratribus & plebi isthic vniuersæ manifestum fuisset, quando literis nuper ab vtraq; parte susceptis, tuas literas legimus, & episcopatus tui ordinationem singulorum auribus intimauimus.

Hono

A Honoris etiã cõis memores, & grauitatis sacerdotalis, ac sctitatis respectũ tenẽtes, ea, quæ ex diuerso in librũ missum cõgesta fuerãt, aceruatiõibus criminosis respuimus, cõsiderãtes pariter & põderãtes, qd in tãto fratrũ religioso cętu, cõsidẽtibus dei sacerdotibus, & altari posito, nec legi debeãt, nec audiri. Neq; eñ facile promẽda sunt, & icaute, & temere publicãda, *cetu discordioso stilo audiẽtibus scãdalũ moueãt & frẽs lõge positos, ac trãs mare cõstitutos, incerta opiniõe cõfundãt. Viderin t, q vel furori suo, vel libidini seruiẽtes, & diuinæ legis, ac sanctitatis immemores, iactitare interim gestiũt, quæ probare nõ pñt. Et cũ innocẽtiã destruere, atq; expugnare nõ valeãt, satis habent fama mẽdacij, & falsorũ ore macula inspergere. Certe quod præpositis, & sacerdotibus cõgruit, dãda opa est, vt talia cũ a qbusdã scribunt, p nos respuant. Vbi eñ erit, quod discimus, ac docemus, scriptum esse. Cõtine linguã tuã a malo, & labia tua ne loquant insidiose. Itẽ alibi: Os tuũ abundauit malitia, & lingua tua cõplectebat malitias. Sedens aduersus frẽm tuũ detrahebas, & aduersus filiũ matris tuæ ponebas scãdalũ. Itẽ, quod Apostolus dicit: Oñis sermo malus de ore vestro non procedat, sed bonus ad ædificationem fidei, vt det grãm audientibus. Porro hæc fieri debere oñdimus, si qñ talia quorundã calũniosa temeritate conscripta sunt, *vt legi apud nos nõ patimur. Et idcirco (frater charissime) cũ ad me talia aduersum te, & cõpresbyteros tecũ cõsidẽtes scripta venissent, clero & plebi legi pcepi, quæ religiosam simplicitatẽ sonabãt, nec vllis maledicorũ, & cõuitiorũ latratibus pstrepebãt. Quod aũt scripta B collegarũ nostrorũ, q illic ordinationi tuę affuerãt, desiderauimus, nõ veteres mores obliti, nouũ aliqd quærebamus. Nã satis erat, vt tuæ te epm, factis lrĩs, nũtiares, nisi esset ex diuerso discrepãs factio, quæ criminosis, & calũniosis cõmẽtis suis collegarũ pariter ac fratrũ pluriorũ turbaret mẽtes, & corda cõfunderet. Cui rei sopiẽdę, necessariũ duximus, vt scribentiũ nobis inde collegarũ nrorũ firma, & solida authoritas pateret, qui moribus, ac vitæ, & disciplinæ tuæ condigna literarũ suarũ testimonia prædicantes, æmulis quoq; & rerũ vel nouitate, vel prauitate gaudẽtibus, omnẽ ambigẽdi, & discrepãdi scrupulum sustulerũt, & secundũ consiliũ nostrũ salubri ratione liberatas in hoc fluctu æstuantium fratrum mẽtes, syncere, ac firmiter tuum sacerdotiũ probauerunt. Hoc eñ vel maxime, frater, laboramus, & laborare debemus, vt vnitatem a dño, & per Apostolos nobis successoribus traditã, quantũ possumus, obtinere curemus, & quod in nobis est palabundas, & errãtes oues, quas quorundã peruicax factio, & hæretica tentatio a matre secernit, in ecclesiã colligamus, illis solis foris remanentibus, qui in obstinatione sua, vel furore perseuerarunt, & ad nos redire noluerunt, C discretionis, ac separationis a se factæ, & ecclesiæ derelictæ, ipsi rationem reddituri. Quantum vero hic ad presbyterium quorũdam, & Felicissimi causam pertinet, quid hic actũ sit, vt scire posses, literas ad te collegę nostri, manu sua subscriptas miserunt. Qui, auditis eis, quid senserint, & quid pronuntiauerint, ex eorum literis disces. Melius autem, frater, facies, si etiam exemplaria literarum, quæ ad te legenda pro dilectione communi, per Calydonium, & Fortunatum collegas nostros proxime miseram, quæ de eodem Felicissimo & de presbyterio eiusdem ad *clerum istic, non ad plebẽ scripseram, legi istic fratribus iubeas, quæ & ordinationẽ, & rationẽ rei gestæ loquant, vt tam istic, q̃ illic circa omnia per nos fraternitas instruat. Exemplaria autem eadem nunc quoq; per Messium Hipodiaconum, a me missum, & Nicephorum acolythum transmisi. Opto, te frater semper bene valere.

alies, quæ.

Psalm. 33

Psalm. 49

Ephe. 4. f

alias, ecclesiã uostram &c.

¶ Eiusdem ad eundem epistola nona,

Erasmi Roterodami argumentum sequentis epistolæ

Ad eundem epistola, de supradictis hæreticis, qui Cornelium male papam creatum asserebant, volentes alium constituere.

CYprianus Cornelio fratri salutem. Venerũt ad nos, frater charissime, missi a Nouatiano Maximus presbyter, & Augendus diaconus. & Mecheus qdam, & Longinus. Sed eñ cum ex literis, quas secũ ferebãt, & ex eorũ sermone atq; asseueratione Nouatianum epm factum comperissemus illicite & contra ecclesiã catholicã factæ ordinationis prauitate cõmoti, a cõicatione eos no

stra statim cohibēdos esse cēsuimus, refutatis interim, ac retrusis, quę obstinate ac pti naciter asserere tētabāt (nā ego & collegæ mei plurimi, q ad me cōuenerāt, expectauimus aduētum collegarū nostrorū Calydonij & Fortunati, quos ad te nup & coepos nr̄os, q ordinationi tuæ affuerāt, legatos miseramus, vt eis aduentātibus, & rei gestæ veritatē reportātibus, maiore authoritate, & elucidata p eos probatione partis aduersæ improbitas frāgeret, supuenerūt vero Pompeius & Stephanus collegæ nostri, q & ipsi quoq; ad instruēdos istic nos, manifesta secundū grauitatē, ac fidē suā indicia, ac testimonia protulerunt, vt nec necesse fuerit, audiri vltra eos, q a Nouatiano venerant missi, q cum statione inuidiosis quoq; cōuitijs, & clamoribus turbulentis proruerent, & flagi arēt, vt crimina, quæ se afferre, ac probare dicebāt, publice a nobis, & a plebe cognoscerent, grauitati nostræ negauimus cōuenire, vt collegæ nostri iam delecti & ordinati, & laudabili multorū sciētia cōprobati, vētilari vltra famā ore maledico, & æmulantiū voce pateremur, & q a quibus refutati, & cōpressi sunt, & illicitis conatibus hęresim fecisse nudati sunt, in epistolā cōgerere longū fuit, ex Primitiuo cōpresbytero nr̄o plenissime singula, cū ad vos venerit, audietis. Ac ne eorū furens audacia vnq̄ desisteret, hic quoq; in schismatis partes Chr̄i mēbra distrahere, & catholicæ ecclesiæ corpus vnū scindere, ac laniare nitunt, vt * hostiatim p multorū domos, vel oppidatim p quasdā ciuitates discurrētes, obstinatiōis suæ, & erroris scissi sibi quærāt comites. Quibus semel rn̄sum dedimus, nec mādare desistimus vt pniciosa dissensiōe & cōcertatiōe deposita, impietatē eē sciāt matrē deserere, & agnoscāt atq; intelligāt, ep̄o semel facto, & collegarū, ac plebis testimonio, & iudicio cōprobato, aliū cōstitui, nullo mō posse, proinde pacifice sibi ac fideliter consuluisse, vt si se assertores euāgelij, & Chr̄i esse confitent, prius ad ecclesiā reuertant. Opto, te, frater, semp bene valere.

alias, ostiatim

Eiusdem ad eundem epistola decima.

Erasmi Roterodami argumentum sequentis epistolæ.

Ad eundem epistola in qua congratulatur de quibusdam, ad ecclesiæ vnitatem reuersis, qui a schismaticis deprauati fuerant,

CYprianus Cornelio fratri salutē. Et egisse nos, & agere, frater charissime maximas gr̄as sine cessatiōe profitemur deo pr̄i oīpotēti, & Chr̄o eius, dn̄o, & deo nr̄o salutari, q̄d sic ecclesia diuinitus protegat, vt vnitas eius, & sanctitas nō iugiter, nec in totū pfidiæ, & hæreticæ prauitatis obstinatiōe vitiet. Legimus eī lr̄as vr̄as, & voti cōis amplissimū gaudiū exultāter excepimus. Maximū p̄sbyterorū & Vrbanū cōfessores cū Sidonio & Machario ad ecclesiā catholicā regressos eē .i. errore deposito & schismatico, īmo hęretico furore deserto, vnitatis & veritatis domiciliū fidei sanitate recepisse, vt vn̄ ad gloriā processerāt, illuc gloriosi redirēt, ne q Chr̄m cōfessi essent, Chr̄i postmodū castra desererēt, nec tētarēt charitatis, atq; vnitatis fidē, q victi robore & virtute nō fuerāt. Ecce incolumis, & immaculata laudis integritas, ecce incorrupta, & solida cōfitentiū dignitas, a desertoribus, & profugis recessisse, proditores fidei, & ecclesiæ catholicæ impugnatores reliqsse. Merito illos reuertētes summo (vt scribitis) gaudio & clerus, & plebs fraternitas oīs excepit, qm̄ in cōfessoribus gloriā suā cōseruātibus, & ad vnitatē reuertētibus, nemo nō sociū se, & participē eorū gloriæ cōputat. Huius rei lætitiā de nr̄is possumus sensibus æstimare. Nā cū istic ad lr̄as vr̄as, q̄s de eorū cōfessiōe misistis, lætus sit om̄is fratrū numerus, & summa alacritate hūc nuntiū cōis gratulatiōis exceperit, q d illic, vbi res ipsa, & p̄sens lætitia sub oculis oīm gerebat? Cū em̄ dn̄s in euāgelio suo dicat eē, summū gaudiū in cœlo sup pctōre pœniam agēte, quāto magis ē gaudiū & in terris, pariter & in cœlo sup cōfessoribus ad ecclesiā dei cum gloria sua, & cū laude redeūtibus, & redeūdi viā cæteris exemplo sui fide, & probatiōe faciētibus? Hic em̄ quosdā fr̄es nr̄os error induxerat, quod sibi cōicationem confessorū sequi viderentur. Quo errore sublato, lux omnium pectoribus infusa est, & ecclesia catholica vna esse, nec scindi, nec diuidi posse, monstrata est. Nec quisquam iam facile poterit schismatici furentis verbis loquacibus decipi, cum probatum sit, bonos & gloriosos Christi milites non potuisse diu aliena fallacia, & perfidia extra ecclesiam detineri.

Lucæ.15.b

Episto

A

¶ Epistola Maximi, Vrbani, Sidonij, Macarij ad Cyprianum episcopũ vndecima, quam idcirco inserere placuit, quia Cornelium papam præcipue concernit.

CYpriano fratri Maximus, Vrbanus, Sidonius & Macarius salutem. Certi sumus, frater charissime, te quoq; nobiscum pari voto congaudere, quod nos habito * consilio vtilitatibus ecclesiæ, & paci magis consulentes, omnibus rebus prætermissis, & iudicio dei seruatis, cum Cornelio episcopo nostro, pariter & cum vniuerso clero, pacem fecisse, cum gaudio etiam vniuersæ ecclesiæ, prona etiam omnium charitate hoc factum, his literis nostris scire certissime debuisti. Oramus, te frater charissime, multis annis bene valere.

alias, concilio

¶ Cypriani & aliorum epistola ad Fidum presbyterum, de infantibus baptizandis, præmissis annexa, quod mẽtionem facit concilij cuiusdam celebrati illo tempore super baptismo infantium. Nec tota epistola ponitur, sed eius initium duntaxat adnotatur.

CYprianus & cæteri collegæ, qui in Concilio affuerunt numero sexagintasex Fido fratri salutem. Legimus lr̃as tuas, frater charissime, quibus significasti de Victore quodam presbytero, quod ei antequam pœnitentiam plenam egisset, & domino deo. Et cætera.

¶ Eiusdem ad Corneliũ papã epistola. XII. de nonullis qui schismaticorum astutia circumuenti, ad ecclesiæ pacem redierunt.

B

CYprianus Cornelio fratri salutem. Quantã solicitudinem, & anxietatẽ sustinuimus de his confessoribus, qui dolo & malitia hominis callidi, & veteratoris fuerant circumuenti, & pene decepti, & ab ecclesia alienati, tantam lætitiam adepti sumus, & deo omnipotenti, & Christo dño nostro grãs agimus, cũ eos, cognito suo errore, intelligamus hominis maligni velut serpẽtis astutia venenata derelicta, ad ecclesiã, vnde exierant, sicut ipsi ex suo corde profitent̃, simplici voluntate venisse. Et primo quidem fratres nostri probatæ fidei, amantes pacẽ, vnitatem optantes, tumorem illorum, horum mollitiem nuntiabant. Fides tamẽ non idonea vt facile nobis crederet̃, illos penitus eẽ mutatos. Postea vero q̃ Vrbanus & Sidonius confessores ad presbyteros nostros venerunt, affirmantes Maximum confessorem, & presbyterum secum pariter cupere in ecclesiam redire, sed quoniam multa præcesserant, ab eis designata, quæ tu quoq; episcopoꝵ nostroꝵ, & meis literis cognouisti, ne temere eis fides haberet̃, ex ipsoꝵ ore, & confessione ista, quæ per legationẽ mandauerant, placuit audiri. Qui cum venissent, & a presbyteris, *q gesserãt, exigerentur, nouissime quod per omnes ecclesias literæ calumnijs, & maledictis plenæ, eorum nomine frequẽter missæ fuissent, & pene omnes ecclesias pturbassent, circumuentos se esse, affirmauerunt, neq; in istis literis, quid inesset, scisse, tantummodo circũductos, se commisisse quoq; schismata, & hæresis authores fuisse, vt paterentur & * manus quasi episcopatum imponi, qui cum & cæteris fuissent, exprobarentur, aut abolerentur, & de memoria tollerentur, deprecati sunt. Omni actu ad me perlato, placuit contrahi presbyterium, affuerunt etiam episcopi quinque, qui & hodie præsentes fuerunt, vt firmato consilio, quid circa personas eorum obseruari deberet, consensu omniũ statueretur. Et vt * motũ oĩm, & consilium singulorum dinosceres, etiam sententias nostras, placuit in notitias vestras pferri, quas & subiectas leges. His ita gestis, in presbyterium venerunt Maximus, Vrbanus & Sidonius, & pleriq; fratres, qui eis se adiunxerunt, summis precibus desiderantes, vt ea quæ ante fuerant gesta, in obliuionẽ cęderent, nullaq; eoꝵ mẽtio haberet̃, pinde atq; si nihil esset vel commissum, vel dictum inuicem, omnibus remissis, cor mundum, & purum, sequẽtes euãgelicam vocẽ, beatos esse puros corde, quod iam * sperẽt dñm. Quod erat cõsequẽs, omnis hic actus populo fuerat insinuãdus, vt & ipsos viderẽt in ecclesia constitutos, quos errãtes, & palabũdos iam viderãt, & dolebãt, quoꝵ voluntate cognita, magnus fraternitatis cõcursus factus est. Vna vox erat oĩm, grãs deo agẽtium, gaudiũ pectoris lachrymis exprimẽtes, cõplectẽtes eos, quasi hodie pœna carceris fuissent liberati.

alias, quæ.

C

alias, manu

alias, votum.

Matth. 5.a

alias, vident, vel videbunt

Et vt

Commendatio sedis Romanæ & Apostolicæ

Et vt ipsorũ propria verba designem, nos(inquiũt)Cornelium episcopum sanctissimæ catholicæ ecclesiæ, erectum a deo omnipotente, & Christo dño nostro, scimus. Nos errorem nostrũ confitemur. Circũuenti sumus perfidiæ loquacitate, & factione amentes. Videbamur quasi quãdam cõicationem cum schismatico homine habuisse. Syncera tamẽ mens nostra semper in ecclesia fuit. Nec ignoramus vnum deum esse, & vnum Christum eẽ dñm, quem confessi sumus, vnum spm̃ sanctũ, vnũ episcopũ in catholica ecclesia esse debere. Ista eorũ professione non moueremur, vt quod apud potestatem seculi erant confessi, in ecclesia constituti, comprobarent. Quapropter Maximũ presbyterum locum suum agnoscere iussimus. Cæteros cũ ingẽti populi suffragio recepimus. Omnia aũt remisimus deo omnipotenti, in cuius potestate sunt oĩa reseruata. Hæc igit, frater, eadẽ hora, eodẽ momento ad te perscripta trãsmisimus, & Nicephorum acolythũ, descẽdere ad nauigãdum festinãtem ad vos, statim dimisi, vt nulla procrastinatione habita, velut præsens in isto clero, & in isto populi cętu, deo oĩpotenti, & Christo dño nostro grãs ageres. Credimus aũt fore, quinimmo iam pro certo confidimns, cæteros quoq; qui in hoc errore sunt constituti, in ecclesiã breui reuersuros, cũ authores suos viderint nobiscũ agere. Has literas, puto, te debere, frater, & ad cæteras ecclesias mittere, vt oẽs sciant schismatici huius, & hæretici dolum, & præuaricationem de die in diem euacuari.

Eiusdem ad eundem epistola. XIII. De quibusdam schismaticis.

CYprianus Cornelio fratri salutẽ. Ne quid minus ad pœnam huius scelerati hominis deesset, prostratus virtutibus dei(cũ Maximus, & Longinus, & Machæus, inde fuissent expulsi)denuo resurrexit, & sicut prioribus literis tibi, quas p Augendũ cõfessorẽ misi, significauerã, Nicostratũ, & Nouatũ, & Euaristũ, & Primũ, & Dionysiũ, illo peruenisse. Inuigilet ergo, vt oĩbus epis nr̃is, & fratribus ĩnotescat, Nicostratũ multorũ criminũ reũ, & nõ solũ patrone suæ carnali, cuius rationes gessit, fraudes, & rapinas fecisse, verumetiã quod est illi ad ppetuã pœnam reseruatum, ecclesiæ deposita non modica abstulisse, Euaristum vero authorẽ schismatis fuisse, & successorem plebi, cui antea præfuerat, in locum eius episcopum esse constitutum. Maiora vera & grauiora hic designauit malitia, & inexplebili prauitate sua, q̃ quæ illic apud suos semper exercuit, vt scias, quales duces, & protectores schismaticus, & hæreticus lateri suo semper iunctos habeat.

Eiusdem ad eundem epistola decimaquarta.

CYprianus Cornelio fratri salutẽ. Legi literas tuas, frater charissime, quas per Primitiuũ compresbyterũ nostrũ misisti, in quibus te cõperi motum, quod cũ de Adrumetina colonia Polycarpi noĩe ad te literæ dirigerent, posteaq̃ nos, ego & Liberalis in eundem locum venissemus, cœpissent illuc ad presbyteros & diaconos literæ dirigi. Quod scire te volumus, & pro certo credere, nulla leuitate, aut cõtumelia factũ. Sed cum statuissemus q̃ plures, qui in vnũ cõuenerãmus, vt legatis ad vos coep̃is nostris Calydonio, & Fortunato missis, oĩa interim integra suspẽderent, donec ad nos ĩdẽ collegæ nostri rebus illic aut ad pacẽ redactis aut pro veritate cõpertis, redirẽt. Preshyteri & diaconi in Adrumetina consistentes, Polycarpo coep̃o nostro absente, ignorabãt, quid nobis in cõe placuisset. At vbi nos in p̃senti venimus, cõperto cõsilio nostro, ipsi q̃q; id, quod & cæteri obseruare cœperũt, vt in nullo ecclesiarũ istic cõsistentiũ cõsensio discreparet. Quidã tñ mẽtes nonnunquã & animos sermonibus suis turbãt, dum aliter quædam, q̃ se habet veritas, nuntiãt. Nos em̃ singulis nauigãtibus, ne cũ scãdalo vllo nauigarẽt, rationẽ reddidisse nos scimus, & hortatos esse, vt ecclesię catholicę matricẽ, & radicẽ agnoscerent, & tenerẽt. Sed qm̃ latius fusa est nostra prouincia, habet etiã Numidiã, & Mauritaniã sibi cohærẽtes, ne in vrbe schisma factũ absentiũ animos incerta opiniõe cõfunderet, placuit, vt p ep̃os, retẽta a nobis rei veritate, ad cõprobandã ordinationẽ tuã, facta authoritate maiore, tũ demũ scrupulo oĩ de singulorũ pectoribus excusso, p oẽs oĩno in prouincia ista positos, lr̃æ fierẽt, sicut fiũt, vt te vniuersi collegæ nostri & cõicationem tuã. i. catholicę ecclesię vnitatẽ, pariter & charitatẽ probarẽt firmiter ac tenerẽt.

Quod

A Quod diuinitus euenisse, & * concilium nostrũ prouidenter processisse gaudemus. Sic enim nunc episcopatus tui & veritas, pariter & dignitas apertissima luce, & manifestissima & firmissima est confirmatione fundata, vt ex rescriptis collegarum nostrorum, qui ad nos literas inde fecerunt, & ex relatione, ac testimonijs coepiscoporum Pompeij, Calidonij, ac Fortunati ordinationis tuæ & origo necessaria, & ratio iusta, & gloriosa quoq; innocẽtia ab om̃ibus nosceretur. Quod vt simul cum cæteris quoq; collegis nostris stabiliter, ac firmiter administremus, atq; vt catholicæ ecclesiæ concorditer vnanimitatem teneamus, perficiat diuina protectio, vt dominus, qui sacerdotes sibi in ecclesia sua eligere, & constituere dignatur, electos quoque & constitutos, sua voluntate, atq; opitulatione tueatur, gubernãter inspirãs, ac subministrãs, & ad improborum contumaciam frenãdam, vigorem, & ad lapsorum fouendam pœnitentiã lenitatem. Opto, te (frater charissime) semper bene valere.

alias, consiliũ

CONCILIVM CARTHAGINENSE SVB CORNELIO PAPA.

B ¶ Sententiæ episcoporum de hæreticis baptizandis.

CVM In vnum Carthagini conuenissent Calendis Septembris episcopi plurimi ex prouincia Aphricana, Numidia, Mauritania, cũ presbyteris & diaconis, præsente etiã plebis maxima parte, & lectæ essent literæ Iubaiani ad Cyprianum factæ, item Cypriani ad Iubaianum rescriptæ, de hæreticis baptizandis, quidq; postmodum Cypriano Iubaianus idem rescripserit.

¶ Cyprianus dixit.

Audistis, collegæ dilectissimi, quid mihi Iubaianus coeps noster scripserit, cõsulens mediocritatẽ nostrã de illicito & prophano hæreticorum baptismo, & quid ego ei rescripserim, censens. s. quod semel, atq; iterum censuimus, hæreticos, ad ecclesiã veniẽtes, ecclesiæ baptismo baptizari & sanctificari oportere. Item, lectæ sunt vobis & aliæ literæ Iubaiani, quibus pro sua syncera, & religiosa deuotione ad epistolã nostrã rescribens, non tm̃ consensit, sed & instructũ se esse grãs egit. Superest, vt de hac ipsa re C quid singuli sentiamus, proferamus, neminẽ iudicãtes, aut a iure communiõis aliquẽ, si diuersum senserit, amouẽtes. Neq; em̃ quisquã nostrum ep̃m se esse ep̃orum constituit, vt tyrãnico terrore ad obsequẽdi necessitatem collegas suos adegit, qñ habeat om̃is episcopus pro licentia libertatis, & potestatis suæ arbitrium proprium, tanq̃ iudicari ab alio non possit, cum nec ipse possit alterum iudicare. Sed expectemus vniuersi iudicium domini nostri Iesu Christi, qui vnus & solus habet potestatem, & præponendi nos in ecclesiæ suæ gubernatione, & de actu nostro iudicandi.

¶ Cecilius a Bilta, alias Bidil scd̃m Antoninũ, alias Bida scd̃m Nebriss. dixit.

Ego vnum baptisma in ecclesia sola scio, & extra ecclesiã nullum. Hoc erit vnum vbi spes vera est, & fides certa. Sic enim scriptum est: Vna fides, vna spes, vnum baptisma. Non apud hæreticos, vbi spes nulla est, & fides falsa, vbi omnia per mendacium aguntur, vbi exorcizat dæmoniacus, sacramẽtum interrogat, cuius os & verba cancer emittunt. Fidem dat infidelis, veniã delictorum tribuit sceleratus, & in nomine Christi tangit Antichristus. Benedicit, a deo maledictus, vitam pollicetur mortuus, pacem dat impacificus, deum inuocat blasphemus, sacerdotium administrat prophanus, ponit altare sacrilegus. Ad hæc oĩa accedit & illud malum, vt antistes diaboli audeat eucharistiã facere, aut qui illis assistunt, dicant, hæc omnia falsa esse de hæreticis. Ecce ad qualia ecclesia consentire cogit, & sine baptismo, ac venia delictorum cõicare compellit. Quã rem (fratres) fugere, ac vitare debemus, & a tãto scelere nos separare, & vnum baptisma tenere, quod soli ecclesiæ a deo concessum est

Ephe. 4. a

Primus

¶ Primus Felix a Migirpa dixit. D

Censeo omnem hominem ab hæresi venientem baptizandum. Frustra enim illic putat se esse baptizatum, cum non sit baptismum, nisi in ecclesia vnum & verum, quia & dominus vnus, & fides vna est, in qua stat vnum baptisma, & sanctitas. Et cætera. Nam quæ foris exercentur nullum habent salutis effectum.

Ephe.4.a.

¶ Polycarpus ab Adrumeto dixit.

Qui hæreticorum baptisma probant, hæreticis communicant.

¶ Nouatus a Thamugade, alias Thamugadi dixit.

Licet sciamus omnē scripturam testimoniū reddere de salutari baptismo, debemus tamen fidem nostrā exprimere. Hæreticos & schismaticos ad ecclesiam venientes, q pseudobaptizati vident, debere eos in fonte phenni* baptizare. Et ideo secundum testimonium scripturarum, & secundum decretum collegarum nostroꝝ sanctissimoꝝ virorum, omnes schismaticos & hæreticos, qui ad ecclesiam conuersi sunt, baptizari, sed & quicunq; ordinati videbantur, inter laicos recipi.

a*s, baptizari

¶ Nemesianus a Tubunis, alias Thubinis, alias Thubunis dixit.

Baptisma, quod dant hęretici & schismatici, non esse veꝝ, vbiq; in scripturis sanctis declaratum est, quoniam ipsi præpositi eoꝝ falsi Christi sunt, & falsi prophetæ, dicēte dn̄o per Salomonem: Qui fidens est in falsis, hic pascit ventos, idem autem ipse sequit aues volantes. Derelinquit autem vias vineæ suæ, & a semitis agri sui errauit. Ingredit autem per auia loca, atq; arida, & terram distinet a messe, colligit autem manibus sterilitatem. Et iteꝝ: Ab aqua aliena abstine te, & de fonte alieno ne biberis, vt longum viuas tempus, adijciant, etiam tibi anni vitę. Et in euangelio sua voce dn̄s noster Iesus Chr̄us locutus est, dicēs: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest introire in regnum dei. Hic est spiritus, qui ab initio ferebat super aquam. Neq; enim spiritus sine aqua operari potest, neq; aqua sine spiritu. Male ergo sibi q̄dam interpretant, vt dicant, quod p manus impositionē sp̄m sanctum accipiant, & sic recipiant, cum manifestū sit, vtroq; sacramēto debere eos renasci in ecclesia catholica. Tunc quippe poterūt filij dei esse, dicente Apostolo, curantes seruare vnitatem sp̄us in coniūctione pacis, vnū corpus, & vnus sp̄us, sicut vocati estis in vna spe vocatiōis vestræ. Vnus dn̄s, vna fides, vnum baptisma, vnus deus. Et hæc om̄ia ecclesia catholica loquit. Et iteꝝ in euangelio dicit: Quod natum de carne, caro est, & quod natum est de spiritu, spiritus est, quoniam sp̄us deus est, & de deo natus est. Ergo om̄es hæretici & schismatici om̄ia, quæcunq; faciunt, carnalia sunt, dicente Apostolo: Manifesta em̄ sunt opera carnis, quę sunt fornicationes, immūditiæ, incęstus, idololatrię, veneficia, inimicitiæ, certamina, zelus, ira, diuisiones, hæreses, & his similia. De quibus prædixi vobis, sicut prædico, quoniā quicunq; hæc faciunt, regnum dei nō hæreditabunt. Condemnat æque Apostolus cum omnibus malis, & eos qui diuisionē faciūt, hoc est, schismaticos & hæreticos. Nisi ergo acceperint baptisma salutare in ecclesia catholica, quæ vna est, salui eē nō p̄nt, sed cū carnalibus in iudicio dn̄i Chr̄i cōdemnabuntur. E F

Prouer.10.a

Prouer.5.b.c

Iohan.3.a

Gene.1.a

Ephe.4.a

Iohan.3.a

Galat.5.d.

¶ Ianuarius a Lambese, alias Lambesa dixit.

Secundum scripturarum sanctarum authoritatem decerno, hæreticos omnes baptizandos, & sic in ecclesiam sanctam admittendos.

¶ Lucius a Castra Calba, alias Case Galbenti, alias Castra Germanoꝝ dixit.

Cum dn̄s in euangelio suo dixerit: Vos estis sal terræ. Si aūt sal infatuatū fuerit, id, quod saliet ex eo, ad nihilum valebit, nisi vt proijciat foras, & conculcet ab hominibus. Et iterum, post resurrectionem suam, mittens apostolos suos, mādauerit, dicēs: Data est mihi om̄is potestas in cœlo, & in terra. Ite ergo, & docete om̄es gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & sp̄us sancti. Cum ergo manifestū sit, hæreticos, id est, hostes non integram sacramenti confessionē habere, item schismaticos nō posse condire sapientia spirituali, cum ipsi ab ecclesia, quæ vna est, recedendo, infatuati, contrarij facti sint, fiat sicut scriptum est: Domus contrariorum legis debent emūdationem, & consequens sit, eos, qui a contrarijs baptizati, inquinati sunt, primo purgari, & tum demum baptizari.

Matth.5.b

Matt.28.d

Crescēs

A ¶Crescēs a Cirta dixit.

In tanto cœtu sanctissimorum consacerdotū, lectis literis Cypriani dilectissimi nostri ad Iubaianum, itemq́ ad Stephanū, quæ tantum in se testimoniorum descendentiū ex scripturis deificis cōtinēt, vt merito oēs p dei gratiā adunati cōsentire debeamus, censeo oēs hæreticos, siue schismaticos, q ad catholicā ecclesiā voluerint venire, non ante ingredi, nisi exorcizati & baptizati fuerint, exceptis his sane, q in ecclesia catholica fuerint ante baptizati, ita tamen vt per manus impositionem in pœnitentiam ecclesiæ reconcilientur.

¶Nicomedes a Segermis, alias Seggera, alias Semero, vel Suriga dixit

Mea sententia hæc est, vt hæretici ad ecclesiam venientes, baptizentur, eo, quod nullam foris apud peccatores remissionem peccatorum consequantur.

¶Mommillus a Girpa, alias Girba dixit

Ecclesiæ catholicæ matris nostræ veritas semp apud nos fratres & mansit, & manet, & vel maxime in baptismatis trinitate, dño nostro dicēte: Ite baptizate gētes in nomine patris, & filij, & spūs sancti. Cum ergo manifeste sciamus, hæreticos nō habere, nec patrem, nec filiū, nec spiritum sanctū, debent venientes ad ecclesiam matrē nostram vere renasci, & baptizari, vt cancer, quod habebant, & damnationis ira, & B erroris offensa per sanctum, & cœleste lauachrum sanctificetur.

Matth. 28. d

¶Secūdinus a Chezas, alias Chusis, alias Cuiza, dixit.

Cum dominus noster Christus dicat: Qui non est mecum, aduersus me est. Et Iohannes apostolus hos, qui ab ecclesia exeunt, Antichristos dicat, indubitāter hostes Christi quiq́ Antichristi nominati sunt, gratiam baptismi salutaris ministrare non possunt. Et ideo censeo, eos, qui de insidijs hæreticorum confugiunt ad ecclesiam, baptizandos esse a nobis, qui amici appellati sumus dei, eius dignatione.

Matth. 12. c. I. Iohan. 2. c.

¶Felix a Bigai, alias Vagae, alias Vagal dixit

Sicut cæcus cæcum ducens, ambo in foueam cadunt, ita hæreticus hæreticū baptizans simul in mortem cadunt. Et ideo baptizandus, & viuificandus est, ne nos viui mortuis communicemus.

Matth. 15. b. Et Lucæ. 6. f.

¶Theogenes ab Hippone regio dixit

Secundum sacramētum gratiæ cœlestis, quod accepimus, vnum baptisma, quod est in ecclesia sancta, credimus.

¶Pollianus a Mileo, alias Milleo dixit

C Censeo hæreticum baptizari in ecclesia sancta.

¶Datiuus a Badis, alias Badrin, alias Baradim dixit.

Nos, quantum in nobis est, hæreticis non communicamus, nisi baptizati in ecclesia fuerint, & remissionem peccatorum acceperint.

¶Successus a Birgermanitiana dixit.

Hæreticis, aut nihil licet, aut totum licet. Si baptizare possunt, & spiritū sanctum dare possunt. Si autem spiritum sanctum dare non possunt, quia non habent spiritū sanctum datum, nec baptizare spiritualiter possunt, propterea censuimus hæreticos baptizandos esse.

¶Fortunatus a Thuccabori, alias Tucca Terbentina dixit.

Iesus Christus dominus, & deus natus dei patris, & creatoris filius, super petram ædificauit ecclesiam suam, non super hæresim, & potestatem baptizandi apostolis habere dedit, non hæreticis. Quare, qui extra ecclesiam sunt, & contra Christū stantes, oues eius, & greges spargunt, baptizari foris nō possunt.

Matth. 7. d & 16. c Matth. 28. d.

¶Sedatus a Tuborbo, alias Tuburbo dixit.

Inquantum aqua, sacerdotis prœce in ecclesia sanctificata, abluit delicta, in tātum hæreticus sermone velut cancer infecta cumulat peccata. Quare omnibus quidem pacificis viris nitendum est, ne quis hæretico errore infectus, & tinctus, singulare, & verum ecclesiæ baptismū detractet accipere, quo, quisquis non fuerit baptizatus, a regno cœlorum fit alienus.

¶Priuatianus a Suficula, alias Sufecula dixit.

Qui hæreticos potestatem baptizandi habere dicit, dicat prius, quis hæresim condiderit. Si enim hæresis a deo est, habere & indulgentiam diuinam potest. Si vero a deo non est, quomodo gratiam dei aut habere, aut conferre alicui potest?

¶ Priuatus a Sufibus dixit.

Qui hæreticorum baptisma probat, quid aliud q̃ hæreticis communicat?

¶ Hortensianus a Laribus dixit

Quot sint baptismi, viderint præsumptores, aut fautores hæreticorum. Nos vnũ baptisma, quod nõ nisi in ecclesia nouimus, ecclesiæ vendicamus. Aut quõ possunt in nomine Christi aliquem baptizare, quos ipse Christus dicit aduersarios suos esse?

Matth. 12. c

¶ Cassius a Macomadibus dixit.

Cum baptismata duo esse non possint, qui hæreticis baptisma concedit, sibi tollit. Censeo itaq; flebiles, & tabidos hæreticos baptizandos esse, cum ad ecclesiã venire cœperint, & sacra, & diuina lauatione lotos, & lumine vitæ illuminatos, non hostes, sed pacificos, nõ alienos, sed fidei domesticos, non adulteros, sed dei filios, non erroris, sed salutis effectos, in ecclesiam recipi, absq; eis, qui de ecclesia fideles supplantati, ad hæresis tenebras transierunt, sed eos per manus impositionẽ restituendos.

¶ Alius Ianuarius a Vico Cæsaris, alias Vico Augusti dixit.

Si non obtemperat error veritati, multomagis veritas nõ consentit errori. Et ideo nos ecclesiæ assistimus, in qua præsidemus, vt baptismum eius illi soli vendicantes, eos, quos ecclesia non baptizauit, baptizemus. E

¶ Alius Secundinus a Carpis, alias Carpo dixit.

Hæretici Christiani sunt, an non? Si Christiani sunt, cur in ecclesia dei non sunt? Si Christiani non sunt, quomodo christianos faciũt? Aut quo pertinebit sermo dñi dicentis? Qui nõ est mecũ, aduersus me est, &, qui mecũ non colligit, spargit. Vnde constat, sup filios alienos, & soboles Antichristi spiritũ sanctũ p manus impositionẽ tantũmodo nõ posse descẽdere, cũ manifestum sit, hæreticos baptisma non habere.

Matth. 12. c.

¶ Victoricus a Thabraca dixit.

Si licet hæreticis baptizare, & remissam peccatorum dare, quid illos infamamus, & hæreticos appellamus?

¶ Alius Felix ab Vtina dixit.

Nemini dubium est, sanctissimi consacerdotes, nõ tantũ posse humanã præsumptionem, quantũ dñi nostri Iesu Christi adorandã, & venerabilẽ maiestatẽ. Memores ergo periculi, hoc quoq; non tantũ obseruare, verũetiã ab omnibus vobis cõfirmare debemus, vt oẽs, qui ad sinum matris ecclesiæ accurrũt, baptizẽtur, vt mẽs hæretica, q̃ diuturna tabe polluta ẽ, sanctificatiõe lauacri purgata, in melius reformetur. F

¶ Quietus a Buruc, alias Subur, alias Burco, alias Rusuccuro dixit.

Qui fide viuimus, obsequi ĳs, quæ instruendis nobis ante p̃dicta sunt, sedula obseruatione debemus. Nam scriptum est apud Salomonẽ: Qui baptizatur a mortuo, & iterũ tãgit mortuũ, quid proficit lauatio eius? Quod vtiq; de his, qui ab hæreticis tinguntur, & de tingentibus loquitur. Si enim, qui apud illos baptizantur, per remissionem peccatorũ vitã æternã cõsequuntur, cur ad ecclesiam veniũt? Si vero a mortuis nihil salutis accipitur, ac propterea agnito errore pristino, ad veritatẽ cũ pœnitẽtia reuertunt, vno vitali baptismate, q̃d est in ecclesia catholica, sanctificari debebũt.

Eccl. 34

¶ Castus a Sicca dixit.

Qui contempta veritate, præsumit consuetudinem sequi, aut circa fratres inuidus est, & malignus, quibus veritas reuelatur, aut circa deum ingratus est, cuius inspiratione ecclesiæ eius instruuntur.

¶ Eucratius a Thenis, alias Tenis dixit.

Fidem nostram, & baptismatis gratiam, & legis ecclesiastici regulam, dominus, & deus noster Iesus Christus suo ore apostolos docens, impleuit, dicens: Ite & docete omnes gentes, baptizãtes eas in nomine patris, & filĳ, & spiritus sancti. Falsum ergo hæreticorum baptisma, & iniquum, a nobis pellendum est, & omni refutatione detestandum, de quorum baptismate non vita, nec gratia cœlestis, sed blasphemia

Matth. 28. d

A mia trinitatis exprimitur. Et ideo venientes ad ecclesiam hæreticos, integro, & catholico baptismate baptizari debere, manifestū est, vt a blasphemiæ suæ præsumptione purificati, possint spiritus sancti gratia reformari.

¶ Libosus ab Agra, alias Agiria, alias Agri dixit.

In euāgelio dominus: Ego sum, inqt veritas, nō dixit, ego sum consuetudo. Itaq; veritate manifestata, cedat consuetudo veritati, vt & si in preteritum quis hæreticus non baptizauit, nec nunc baptizare incipiat. Iohan.14.a

¶ Leucius a Thabeste, alias Tebeste, alias Teneste dixit.

Hæreticos blasphemos, atq; iniquos verbis varijs decerpentes sancta, & adorabilia scripturarū verba, execrandos censeo, & ideo exorcizandos, & baptizādos esse.

¶ Item alius Felix ab Accura, alias Acra, alias Achola, alias Aras dixit.

Et ipse, secutus diuinarum scripturarum authoritatem, baptizandos esse hæreticos censeo, sed & eos, qui apud schismaticos baptizatos se esse contendunt. Si autē secundum cantum Christi priuatus fons noster est, intelligāt cuncti ecclesiæ nostrę aduersarij, qui alieni sunt, nobiscū esse non possunt. Nec duobus populis salutarem aquam tribuere potest [illegible], qui vnius gregis pastor est. Et ideo manifestum est, nec B hæreticos, nec schisma[illegible]cos aliquid cœleste posse suscipere, qui a peccatoribus hominibus, & ab ecclesia extraneis audeant accipere. Quādo dandi locus non est, vtiq; nec accipienti prodest.

¶ Item alius Ianuarius Muzuleñ. alias Musilanus, alias Musti, alias Muslubij dixit

Miror, quod cum omnes confiteantur, vnum esse baptisma, non omnes intelligant eiusdem baptismatis vnitatem. Ecclesia em̄, & hæresis, duę, & diuersæ res sunt. Si hæretici habent baptisma, nos non habemus. Si autem nos habemus, hæretici habere non possunt. Dubium autem non est, ecclesiā solam baptismum Christi possidere, quæ sola possideat & gratiam Christi, & veritatem.

¶ Adelphus a Thasbalte, alias Thabalta dixit.

Sine causa quidam falso, & inuidioso verbo impugnant veritatem, vt rebaptizare nos dicant, quando ab ecclesia hæreticus non rebaptizetur, sed baptizetur.

¶ Demetrius Aleptuninus, alias a Lepte minori, alias Septimiana, alias Septiminicia dixit.

C Vnum baptisma nos custodimus, quia ecclesiæ catholicæ soli rem suam vendicamus. Qui autem dicūt, quia hæretici vere, & legitime baptizare possunt, ipsi sunt, qui non vnum, sed multa baptismata faciunt. Nam cum hæreses multæ sint, pro earū numero & baptismata computabuntur.

¶ Vincētius a Thibari, alias Thobros, alias Thorbos, alias Tibule dixit

Hæreticos scimus esse peiores, q̄ æthnicos. Si ergo conuersi ad deum venire voluerint, habemus vtiq; regulam veritatis, quam dominus præcepto diuino mādauit apostolis, dicens: Ite, in nomine meo manum imponite, dæmonia expellite. Et alio loco: Ite, & docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Ergo primo per manus impositionem ad Christi pollicitationem venire, alias autem fieri secundo per baptismi regenerationem censeo non debere Marci.16.d Matth.28.d

¶ Marcus a Mactari, alias Macri, alias Mazari, alias Machines, alias Mecira dixit.

Mirandum non est, si hæretici, hostes, atq; impugnatores veritatis, rem sibi vendicent potestatis, & dignationis alienæ, sed illud mirandum est, quod quidam nostri præuaricatores veritatis hæreticis suffragantur, & Christianis aduersantur. Propterea decernimus hæreticos baptizandos.

¶ Satius a Sicilippa, alias Sicilibra dixit.

Si hæreticis in baptismo sua peccata donantur, sine causa ad ecclesiam veniunt. Nam cum in die iudicij peccata sunt, quæ puniantur, nihil est, quod timere possint hæretici de iudicio Christi, si sunt remissionem peccatoram consecuti.

¶ Victor a Gor, alias Garra, alias Gerre dixit. D

Cum peccata non nisi in ecclesiæ baptismo remittantur, qui hæreticum ad communicationem sine baptismo admittit, vtrunque contra rationem facit, nec hæreticos purgat, & Christianos inquinat.

¶ Aurelius ab Vtica dixit.

1. Timo. 4. Cum dicat apostolus, non communicandum peccatis alienis, quid aliud quam peccatis alienis cõmunicat, qui hæreticis sine ecclesiæ baptismo communicat? Et ideo censeo baptizãdos esse hæreticos, vt accipiant remissam peccatorum, & sic illis cõmunicet.

¶ Confessor Iambus a Germanitiana, alias Germiana dixit

Qui hæreticorum baptisma probant, nostrum improbant, vt extra ecclesiam non dicam lotos, sed sordidatos negent in ecclesia baptizari oportere.

¶ Lucianus a Rucũma, alias Rũgonia, alias Ruscuriũ, alias Robõda dixit

Gene. 1. a Scriptum est: Et vidit deus lucẽ, quia bona est, & diuisit inter lucem, & tenebras. Si potest luci, & tenebris conuenire, potest nobis, & hæreticis aliquid esse cõmune. Propterea censeo, hæreticos baptizandos esse.

¶ Pelagianus a Lupertiana, alias Lipari dixit.

3. Reg. 18. d Scriptum est: Aut enim deus deus est, aut Baal deus est. Ita & nunc. Aut ecclesia, ecclesia est, aut hæresis ecclesia est. Porro, si hæresis ecclesia nõ est, quomodo eẽ apud hæreticos baptisma ecclesiæ potest? E

¶ Confessor, & martyr, Iader a Midila, alias Myrtili, alias Mileta dixit.

Scimus, non esse nisi vnum baptisma in ecclesia catholica, & ideo non debemus admittere hæreticum, nisi baptizatus apud nos fuerit, ne se putet extra ecclesiam catholicam baptizatum esse.

¶ Item alius Felix a Mazrazana, alias Marazana dixit.

Ephe. 4. a. Vna fides, vnum baptisma, sed ecclesiæ catholicæ, cui soli licet baptizare.

¶ Confessor Paulus ab Obba, alias Baba, alias Coba dixit.

Roma. 3. a. Psal. 115 Me non mouet, si aliquis fidem, & veritatem non vendicat, quando apostolus dicat: Quid enim si exciderunt a fide quidam illorum? Nunquid infidelitas eorum fidem dei euacuauit? Absit. Est enim deus verax, est autem omnis homo mendax. Si autem deus verax est, quomodo esse apud hæreticos baptismi veritas potest, apud quos deus non est?

¶ Cõfessor Pomponius a Iosiniana, alias Iõnio, alias Ionio dixit.

Matth. 18. c & 16. c Manifestum est, hæreticos non posse baptizare, & remissionem peccatorum dare, qui potestatem non habent, vt aut soluere, aut ligare aliquid in terris possint.

¶ Confessor Venantius a Tinisa, alias Tenissa, alias Thynissa dixit. F

Si maritus peregre proficiscens, amico suo commendet vxorem suam custodiendam, commendatã sibi ille, quanta posset diligentia, conseruaret, ne ab aliquo sanctitas & castitas adulteraretur. Christus dominus, & deus noster, ad patrẽ proficiscens, sponsam suam nobis commendauit, vtrum ne eam incorruptam & inuiolatam custodiemus, an integritatẽ eius, & castitatẽ mœchis, & corruptoribus prodemus? Qui enim baptisma ecclesiæ cõmune cũ hæreticis facit, sponsam Christi adulteris prodit.

¶ Aymnius ab Ausuagiga, alias Anziqua, alias Auzugia alias Auza dixit.

Ephe. 4. a. Nos vnũ baptismum accepimus, & ipsum tenemus & exercemus. Qui autem dicit, quia & hæreticis licet baptizare, ipse duo baptismata facit.

¶ Saturninus a Victoriana, alias Victoria dixit

Matth. 12. c. 1. Iohan. 2. c Si licet hæreticis baptizare, excusati sunt & defensi illicita faciẽtes, nec video, quare eos aut Chrũs aduersarios suos, aut apostolus Antichristos appellauerit.

¶ Cõfessor Saturninus a Tucca dixit. Hæc Tucca est in Numidia, Et est alia ab illa, quę dicta est prius Tucca Terebentina, similiter quæ adhuc postmodũ ponẽda est. Sunt tamẽ omnes, & singulæ in Aphrica.

Gentiles, quamuis idola colant, tamen summũ deum, patrem creatorem cognoscunt,

A cunt & confitentur. In hunc Martionitę blaſphemant, & quidam non erubeſcunt Martionis baptiſmum probare, quomodo tales ſacerdotes ſacerdorium dei aut ſeruant aut vendicant, qui hoſtes dei non baptizāt, & ſic illis cōmunicant?

¶ Marcellus a Zama dixit.

Cum peccata non niſi in eccleſiæ baptiſmo remittantur, qui hæreticum non baptizat, peccatori communicat.

¶ Confeſſor Hireneus ab Vlulis, alias Vſula, alias Vſillla, alias Vlizibura dixit.

Si ideo eccleſia hæreticū nō baptizat, q̄d dicatur iā baptizatus eē, hęreſis maior ē.

¶ Donatus a Cibaliana, alias Cibilita, alias Ceciliana dixit.

Ego vnam eccleſiam, & vnum baptiſma noui. Si eſt, qui dicat, apud hæreticos eſſe baptiſmi gratiam, ante eſt, vt oſtendat & probet, eſſe illic eccleſiam

¶ Zoſimus a Tharaſſa, alias Taratia, alias Thanabaſtra, alias Taſarte, alias Tharaphilū, alias Tharuda, alias Taſacora, alias Tarrhon dixit.

Reuelatione facta veritatis, cedat error veritati, quia & Petrus, qui prius circumcidebat, ceſſit Paulo veritatem prædicanti. Galat. 2. c.

¶ Iulianus a Telepte dixit.

B Scriptum eſt: Nemo poteſt aliquid accipere, niſi datum illi fuerit de cœlo. Si hæreſis de cœlo eſt, poteſt & baptiſma dare. Iohan. 3. d.

¶ Cōfeſſor Fauſtus a Timida regia, alias Timici, alias Thumiſda dixit.

Non ſibi blandiantur, qui hæreticis patrocinantur. Qui pro hæreticis eccleſiaſtico baptiſmati intercedit, illos Chriſtianos, & nos hæreticos facit.

¶ Geminus a Furnis dixit.

Quidam de collegis hæreticos p̄ponere ſibi poſſunt, nobis non poſſunt. Et ideo quod ſemel decreuimus, tenemus, vt ab hæreticis veniētes, baptizemus.

¶ Rogatianus a Noua, alias Onoua, alias Noua ſparſa, alias Nouiſaquillianis dixit.

Eccleſiam Chriſtus inſtituit, hæreſim diabolus. Quomodo poteſt habere baptiſmum Chriſti ſynagoga Satanæ?

¶ Confeſſor Terapius a Bulla, alias Bulla regia dixit.

Qui hæreticis eccleſiæ baptiſma concedit & prodit quid aliud ſponſæ Chriſti, q̄ C Iudas exiſtit.

¶ Confeſſor itē alius Lucius a Mēbreſſa, alias Membraſſa dixit.

Scriptum eſt: Deus peccatorem non audit. Hæreticus, qui peccator eſt, quomodo audiri in baptiſmo poteſt? Iohan. 9. f

¶ Item alius Felix a Buſlaccenis, alias Baſilica, alias Tubuſuptus dixit.

In hęreticis ſine baptiſmo eccleſiæ admittendis, nemo conſuetudinem rationi, & veritati præponat, quoniam conſuetudinem ratio, & veritas ſemper excludit.

¶ Alius Saturninus ab Itimis, alias Inneiza, alias Itica, alias Iſcina, alias Simitum dixit.

Si poteſt Antichriſtus dare alicui gratiam Chriſti, poſſunt & hæretici baptizare, qui appellati ſunt Antichriſti. I. Iohan. 2. e

¶ Quintus ab Agguia, alias Aeguia dixit.

Ille poteſt dare aliquid, qui aliquid habuerit. Hæretici autem quid poſſunt dare, quos conſtat nihil habere?

¶ Alius Iulianus a Marcellina, alias Maſclianis dixit.

Si poteſt homo duobus dominis ſeruire, deo & mammonæ, poteſt & baptiſma duobus ſeruire, Chriſtiano & hæretico. Matth. 6. c.

¶ Tenax ab Horreis Celiæ dixit.

Baptiſma vnum eſt, ſed eccleſiæ. Vbi eccleſia non eſt, baptiſma illic eſſe non poteſt. Ephe. 4. a.

¶ Confeſſor alius Victor ab Aſſuris dixit.

Ephe. 4. a. Scriptũ est: Quia deus vnus est, & spiritus vnus est, & ecclesia vna, & baptismum vnum. Quomodo ergo illic baptizari aliquis potest, vbi deus, & Christus, & ecclesia vna non est?

¶ Donatulus a Capse, alias Capsa dixit.

Et ego semper hoc sensi, vt hæretici, qui nihil foris consequi possunt, quando ad ecclesiam conuertuntur, baptizentur.

¶ Martyr de schismaticis Verulus a Ruficcade dixit.

Homo hæreticus dare non potest, quod non habet, multo magis schismaticus, quicquid habuit, amisit.

¶ Pudentianus a Cuiculi, alias Culuca, alias Ciuiculi dixit.

Nouitas episcopatus effecit, fratres charissimi, vt sust[in]erem, quid maiores iudicarent. Nam hæreses nihil habere, nec posse, manifest[um] est, atq; ita, si qui ex ijs venerint, baptizari, æquissime statutum est.

¶ Martyr Petrus ab Hipponezari[to] dixit.

Cum baptismum vnum sit in ecclesia catholica, manifestum sit, extra ecclesiã non posse baptizari. Et ideo in hæresi tinctos, siue in schismate venientes ad ecclesiã, censeo baptizari oportere.

¶ Item alius Lucius ab A[u]asafa, alias Ausufes dixit.

Ephe. 4. a. Secundum autem motum animi mei, & spiritus sancti, cum sit vnus deus, pater domini nostri Iesu Christi, & spiritus sanctus, & vna spes, & vna ecclesia, vnum debet & esse baptisma. Et ideo dico, si quid ab hæreticis motum, aut factum fuerit, rescindi debere, & eos, qui inde veniunt, baptizandos esse.

¶ Item alius Felix a Gurgitibus, alias Giglui, alias Gumigij, alias Gumicus, alias Gumirũ insula, alias Gertati dixit.

Ego censeo, vt secũdũ sanctarũ scripturarũ p̃cepta, baptizatus ab hæreticis extra ecclesiã illicite, cũ cõfugere voluerit ad ecclesiã, gratiã baptismi, vbi licet ei dari, cõsequatur.

¶ Pusillus a Lamasba dixit.

Ego credo, baptisma salutare non esse, nisi in ecclesia catholica. Quicquid absque catholica fuerit, simulatio est.

¶ Martyr Saluianus a Gauzafula, alias Gausaphna dixit.

Hæreticos nihil habere constat. Et ideo ad nos veniũt, vt possint accipere, quod non habent.

¶ Honoratus a Tucca alia a priori, quæ est in Numidia. Ista aũt ciuitas est mediterranea, inter Tabracã ciuitatẽ, & Bragadã amnem.

Iohan. 14. a Cum Christus veritas sit, magis veritatem, q̃ consuetudinem sequi debemus, vt hæreticos, qui ideo ad nos veniunt, quia foris nihil accipere potuerunt, ecclesiæ baptismo sanctificemus.

¶ Victor ab octauo, alias Othoca dixit

Quod & ipsi sitis, non olim sum episcopus constitutus, & ideo expectabam prædecessorum concilium. Hoc itaq; existimo, vt quicunq; ex hæresi venerint, sine dubio baptizentur.

¶ Confessor Clarus a Mascula dixit.

Matth. 10. b Matth. 28. d. Manifesta est sentẽtia dñi nostri Iesu Christi, apostolos suos mittẽtis, & ipsis solis potestatẽ, a patre sibi datam permittentis, quibus nos successimus, eadẽ potestate ecclesiã dñi gubernantes, & credentiũ fidẽ baptizãtes. Et ideo hæretici, q nec potestatẽ foris, nec ecclesiam Christi habent, neminem baptizare baptismo eius possunt.

¶ Martyr Secundianus, alias Secundinus a Tabeis, alias Thyeba dixit.

Nõ debemus hæreticos nostra præsumptione decipere, vt in ecclesia dñi nostri Iesu Christi nõ baptizati, ac p hoc remissionẽ pc̃torum nõ consecuti, cũ iudicij venerit dies nobis imputent, quod per nos non sint baptizati, & indulgentiam diuinæ

Ephe. 4. a gratiæ consecuti. Propter quod, cum sit vna ecclesia, & vnum baptisma, quando ad nos conuertuntur, simul cum ecclesia & ecclesiæ baptismum consequantur.

¶ Item

A ¶ Item alius Aurelius a Cillani, alias, Cilio, alias, Cellis, dixit.

Iohannes apostolus in epistola sua posuit, dicens: Si quis ad nos venit, & doctrinã Christi nõ habet, nolite eũ admittere in domũ vestrã, & aue illi ne dixeritis. Qui eñ illi dixerit, aue, communicat factis eius malis. Quomodo admitti tales possunt, qui in domũ nostram priuatam admitti prohibētur? Aut quomodo cũ eis sine ecclesiæ baptismo cõicare possumus, qbus si aue tantum dixerimus, factis eorũ malis cõicamus.

In. 2. Iohan. epist. c

¶ Confessor Licteus, alias Litteus, alias Lipteus a Gemellis dixit.

Cæcus cæcum si ducat, ambo in foueam cadunt. Quum ergo hæreticos, constet, non posse illuminare quemquam, vtpote cæcos, baptisma eorum non valet.

Matth. 15. b.

¶ Natalis a Boea, alias Boreo, alias Boin dixit.

Tam ego præsens, q̃ Pompeius Sabrateñ. q̃ etiam Dioga Leptimagneñ. qui mihi mandauerunt, corpore quidem absentes, spiritu præsentes, censemus, quod & collegæ nostri, q̄ hæretici communicationem habere nobiscum non possunt, nisi ecclesiastico baptismo baptizati fuerint.

¶ Iunius a Neapoli dixit.

Ab eo, quod semel censuimus, non recedo, vt hæreticos, venientes ad ecclesiam, baptizemus.

¶ Confessor, & martyr Cyprianus a Carthagine dixit.

Meam sententiam plenissime expressit epistola, quæ ad Iubaianum collegam nostrum scripta est, secundum euangelicam & apostolicam cõtestationem aduersarios Christi, & Antichristos appellatos, quando ad ecclesiam venerint, vnico ecclesiæ baptismo baptizandos esse, vt possint fieri de aduersarijs amici, & de Antichristis Christiani.

B

Matth. 12. c 1. Iohan. 2 c

Finis Concilij Carthagineñ. atq; aliorũ scriptorũ ad Cornelium papam.

DECRETA LVCII PAPAE.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

C LVcius natione Romanus ex patre Porphyrio, sedit annos tres, menses tres, dies tres, Martyrio coronatur. Fuit autem temporibus Galli & Volusiani, vsq; ad Valerianum secundo, & Gallienum. Hic in exilio fuit relegatus, postea nutu dei, incolumis ad ecclesiam reuersus est. Hic p̄cepit, vt duo presbyteri, & tres diacones in omni loco episcopum non desereret, propter testimonium ecclesiasticum. Qui etiam a Valeriano capite truncatus est, quarto Nonas Martij. Hic omnem potestatem ecclesiæ dedit archidiacono suo Stephano, dum ad passionem pergeret. Hic fecit ordinationes * duas per mensem Decembrem, presbyteros quatuor, diaconos quatuor, episcopos per loca septem. Qui etiam sepultus est in cœmiterio Calixti via Appia, & cessauit episcopatus dies. xxxv. Hæc ille:

al's, tres

Huius papæ Lucij meminit Eusebius ecclesiasticæ historiæ libro septimo capite tertio. Sed ait, Post Cornelij consummationem, qui tribus circiter annis sacerdotio functus est, episcopatus sedem Lucius suscepit. Cui octo solis mensibus sacerdotio administrato, Stephanus succedit. Hæc Eusebius.

Porro, Marianus Scotus, anno Philipporum Imperatorum septimo, & ad euangelij veritatem. cclxi. secundum Dionysii cyclum. ccxxxix. Decio & Rustico consulibus, dicit. Postea vero quàm passus est Cornelius, Lucius papa in tertio anno Decij incipiens, sedit mensibus quinque, vsque quarto Nonas Martij, in initio quarti anni Decij, sub Valeriano præfecto. Et infra post alia scribit ita, Quamdiu vero secundum martyrologium sederit, dicendum est.

bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltabit caput eius, & mirati sunt in illo multi, & honorauerunt deum. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas a deo sunt. Datio dei permanet iustis, & profectus illius successus habebit in æternū. Est qui locupletatur, parce agendo, & hæc pars mercedis illius in eo, quod dicit, inueni requiem mihi, & non manducabo de bonis meis solus, & nescit, quod tempus prætereat illum, & relinquet omnia alijs, & morietur. Sta in testamento tuo, & in illo colloquere, & in * opera mandatorum tuorum veterasce. Ne manseris in operibus peccatorū. Confide autem in deo, & mane in loco tuo. Facile est enim in oculis dei, subito * honestari pauperem. Benedictio dei in mercedem iusti festinat, & in honore veloci processus illius * iustificat. Ne dicas, quid est mihi opus, & quæ erunt mihi ex hoc bona? Ne dicas, sufficiens mihi sum, & quid ex hoc pessimabor? In die bonorum, ne immemor sis malorum, & in die malorum, ne immemor sis bonorū, quoniam facile est coram deo, in die obitus, retribuere vnicuiq; secundum vias suas. Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ, & in fine hominis denudatio operum illius. Ante mortem ne laudes hominem quenquam, quoniam in filijs suis agnoscitur vir. Non omnem hominem inducas in domum tuam, multæ enim insidiæ sunt dolosi. Sicut enim eructant præcordia * fœtantium, & sicut perdix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueum, sic & cor superborū & sicut prospector videns casum proximi sui. Bona in * malum conuertit insidiator, & in electis ponet maculā. A scintilla vna augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis. Homo vero peccator sanguini insidiatur. Attende tibi a pestifero, fabricat enim mala, ne forte inducat super te subsannationem in perpetuum. Admitte ad te alienigenam, & subuertet te in turbine, & abalienabit te a * tuis proprijs. Tales (charissimi) valde sunt cauendi, vsque dum aut conuertātur, aut abscindant verbo diuino. Beatus autē est ille, qui non est lapsus in verbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti. Felix, qui non habet animi sui tristitiam, & non * abscedit a spe sua. Scriptum est enim: Melior est vnus timens deum, q̃ mille impij. Sapiēs vero non est, omnis, qui nocet. Res quoq; ecclesiarum vestrarum, & oblationem fidelium, quas significastis a quibusdam irruentibus vexari, vobisq; & ecclesijs vestris auferri, indubitāter maximum est peccatum, testāte ipsa scriptura, quæ ait: Qui abstulerit aliquid * patri, vel matri, & dicit hoc non esse peccatū, homicidæ particeps est: Pater ergo noster sine dubio deus est, qui nos creauit, & mater nostra ecclesia, quæ nos in baptismo spiritualiter generauit. Et ideo qui Christi pecunias & ecclesiæ aufert, fraudat & rapit, homicida in conspectu iusti iudicis esse deputabitur. Vnde scriptum est: Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem facit, qui autem pecunias, vel res ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit. Vnde & Iudas qui pecuniam fraudauit, quæ vsibus ecclesiæ, id est, pauperibus, quos ecclesia pascere debet, distribuebat, iussu saluatoris (cuius vicē ep̄i tenent) non solum fur, sed fur & sacrilegus factus est. De talibus enim, id est, qui facultates ecclesiæ rapiunt, fraudant, vel auferunt, dominus comminans omnibus, per prophetam loquitur, dicens: Deus, ne taceas tibi, ne sileas, & non quiescas, deus. Quia ecce inimici tui tumultuati sunt, & qui oderunt te, leuauerunt caput. Contra populum tuum nequiter tractauerunt, & inierunt consilium aduersus arcanum tuum. Dixerunt: Venite, & conteramus eos de gente, & non sit memoria nominis Israel vltra. Quoniam tacuerunt corde pariter, contra te fœdus pepigerunt tabernacula Idumeæ, & Ismaelitarū, Moab & Agareni, Gebal & Amon & Amalech, Palestina cū habitatoribus Tyri. Sed & Assur iūxit se cū eis, facti sunt brachiū filiorū Lot. Fac illis sicut Madiā, sicut Sisare, sicut Iabin in torrente * Cison. Contriti sunt in Endor, fuerunt quasi sterquiliniū terræ. Pone duces eorum sicut Oreb & Zeb, sicut Zebeæ & Salmana. Omnes principes eorū, qui dixerūt, possideamus nobis pulchritudinē dei. Deus meus, pone illos vt rotā, quasi stipulā ante faciē vēti. Qūo ignis comburit syluā, & sicut flāma deuorat mōtes, sic psequeris eos in tēpestate tua, & in tuo turbine turbabis eos. Imple facies eorū ignominia, & quærēt nomē tuū, dn̄e. Cōfundant & cōturbent vsq; in æternū, & erubescāt, & pereant. Et sciant, quia nomē tuum dn̄s solus, tu excelsus super oēm terrā.

Hæc

alias, opere
al's, honestare
al's fructificat
al's, fœtentium
al's, mala conuertēs īsidiat
Sed'm græcā interpretationē ponatur tuis, non vijs
Ecci.14.a
al's, excidit, cecidit
Ecci.16.a
6.q.1. Sapiēs nō ē. Et supra in dec. Corn.
Prouer.28.d
12.q.1. Qui abstulerit. Et supra in dec. Anacleti
17.q.4. Qui rapit. Et sup. in decre. Anacleti.
Psalm. 82
alias, Cisson.

A Hæc fieri prophetæ, hæc apostoli, hæc successores eorum, & omnium catholicorum patrum vetant decreta, & tales præsumptores sacrilegium esse diiudicant. Quorum nos sequentes exempla, omnes tales præsumptores, & ecclesiæ raptores, atque suarum facultatum alienatores, vna nobiscum a liminibus sanctæ matris ecclesiæ, anathematizatos, apostolica authoritate pellimus, & damnamus, atque sacrilegos esse iudicamus. Et non solum eos, sed omnes consentientes eis, quia non solum, qui faciunt, rei iudicantur, sed etiam qui consentiunt facientibus. Par enim pœna & agentes & consentientes comprehendit. Vos ergo, fratres, vigilate & orate, Viriliter agite & confortamini in domino, & omnia vestra (iuxta Apostolum) in charitate fiant. A recta ergo fide & apostolico tramite propter vllam persequutionem nolite recedere, scientes, quia (iuxta saluatoris sententiam) beati sunt, qui persequutionem patiuntur propter iustitiam. Hæc est apostolorum viua traditio, hæc vera charitas, quæ prædicanda est, & præcipue diligenda ac fouenda, atque fiducialiter ab omnibus tenenda. Hæc sancta, & apostolica mater omnium ecclesiarum, Christi ecclesia, quæ per dei omnipotentis gratiam, a tramite apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticis nouitatibus * deprauanda succubuit, sed, vt in exordio normam fidei apostolicæ percepit, ab authoribus suis apostolorum Christi principibus, illibata finetenus manet, secundum ipsius domini saluatoris diuinam pollicitationem, qui discipulorum suorum principi in suis fatus est euangelijs: Petre (inquiens) ecce Satanas expetiuit, vt cribraret vos, sicut qui cribrat triticum. B Ego autem pro te rogaui, vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Consideret itaque vestra excellens prudentia, quam bonum sit, persistere in dispensatione vobis credita, & in fide recta, atque hæreticis, & æmulis Christi repugnare, & nunquam a veritatis tramite declinare, quoniam dominus, & saluator omnium, cuius fides est, (qui pro nobis mori non dubitauit, & proprio nos suo redemit sanguine) fidem beati Petri non defecturam promisit, & confirmare eum fratres suos admonuit, quod apostolicos pontifices, meæ exiguitatis prædecessores, confidenter fecisse semper cunctis est cognitum. Quorum & pusillitas mea, licet impar, & minima, pro suscepto tamen, diuina dignatione, ministerio, pedissequa cupit existere. Væ enim erit nobis, qui huius ministerij onus susceptum habemus, si veritatem saluatoris nostri Iesu Christi, quam apostoli prædicauerunt, prædicare neglexerimus. Væ erit nobis, si silentio veritatem oppresserimus, quam erogare nummularijs iubemur, id est, Christianos populos imbuere & docere. Quid in ipsius Christi futuro dicturi sumus examine, si sermonum eius veritatem confundimur prædicare? Quid erit de nobis, quum de commissis nobis animabus, & de officio suscepto, rationem iustus iudex Christus dominus noster districtam exegerit? Ideo, fratres, hortor, C dilectionem vestram obtestor, & moneo, vt qua debetis & potestis solicitudine, vigiletis, ad inuestigandos hæreticos, & inimicos sanctæ dei ecclesiæ, & a sanis mentibus, ne pestis hæc latius diuulgetur, seueritate, qua potestis, pro viribus extirpetis, quoniam, vt habebit a deo dignæ remunerationis præmium, qui diligentius, quod ad salutem commissæ sibi plebis proficiat, fuerit exequutus, ita ante tribunal domini de reatu negligentiæ se non poterit excusare, quicunque plebem suam contra sacrilegæ persuasionis authores noluerit custodire. Data Kalendis Aprilis, Gallo & Volusiano viris clarissimis consulibus.

[Marginalia: 17.q.4. Omnes raptores. — Roma 1.d. — 1.Cor.16.c — Matth.5.a — 24.q.1. A recta erg. Et in decr. Feli. papæ .ij. — al', deprauata — Lucæ.22.c. — Matth.25.e — Lucæ.16.a]

¶Horum consulum annus ex Mariano Scoto ante præsentem epistolam assignatus est.

¶Ex decretis Lucij papæ, ex Gratiano desumptis.

Officio & beneficio priuetur episcopus, presbyter, vel diaconus, vxorem suscipiens, vel susceptam retinens.

Ministri

D

Dist. 81. Mini stri altaris.

Ministri altaris presbyteri, siue diaconi ad dominica tales eligantur officia, qui continentiam seruent. Si vero post ordinationem suam ministros cõtigerit propriæ vxoris inuadere cubile, sacrarĳ non intrent limina, neq; sacrarĳ portitores fiant, neq; altare contingant, neq; ab offerentibus holocausti oblationem suscipiant, neq; ad dominici corporis portionem accedant, neq; propinquent, neq; sine maioris natu authoritate, maiora gerant officia, vrceum sane ad altare, vel calicem, non suggerant.

Ex eisdem.

Clericus matronarum domicilia frequentans deponatur.

Dist. 81. Clericus solus ad.

Clericus solus ad fœminæ tabernaculum non accedat, neq; frequenter properet, sine maioris natu sacerdotis iussione. Nec solus presbyter cum sola fœmina fabulas misceat. Nec archidiaconus sub prætextu humilitatis, aut officĳ, frequenter intret domicilia matronarum, aut forte per clericos, aut domesticos matronę mandent aliquid secrete. Si quid agnitum fuerit, & ille deponatur, & illa a liminibus ecclesiæ arceatur.

Ex eisdem.

De eodem titulo.

Dist. 81. Sed si forte

Sed si forte aliqua intercessio fuerit, episcopo suggeratur. Et si talis est, ad quam ire debent, ipse per interuentum pergat. Sin autem de latere suo dirigat, cum duobus, aut tribus testibus. Nemo tamen cum extranea habitet fœmina, nisi soror, aut proxima fuerit, & cum magna solicitudine fiat. Non enim ignoro malitias Satanæ.

E

AD LVCIVM PAPAM

CYPRIANI EPISCOPI CARTHAGInensis epistola prima.

2. Cor. 2. c

CYPRIANVS cum collegis Lucio fratri salutem. Et nuper quidem tibi, frater charissime, gratulati sumus, cum te honore geminato in ecclesiæ suę administratione confessorem pariter & sacerdotem constituit diuina dignatio, sed & tunc non minus tibi, & comitibus tuis, atq; vniuersæ fraternitati gratulamur, quod cum eadem gloria, & laudibus vestris reduces vos denuo ad suos fecerit benigna dñi, & larga protectio, vt pascendo gregi pastor, & gubernandæ naui gubernator, & plebi regendæ rector redderetur, vt appareret relegationem vestram sic diuinitus esse dispositam, vt non episcopus relegatus, & pulsus ecclesiæ deesset, sed vt ad ecclesiam maior rediret. Neq; enim in tribus pueris minor fuit martyrĳ dignitas, quia morte frustrata, de camino ignis incolumes exierunt, aut non *consumatus Daniel extitit, in suis laudibus, quia qui leonibus missus fuerat ad prædam, protectus a domino, vixit ad gloriã. In confessionibus Christi dilata martyria non meritum confessionis minuunt, sed magnalia diuinæ protectionis ostendunt. Repræsentatum in vobis videmus, quod apud regem fortes, atq; illustres pueri prædicauerunt. Ipsos quidem paratos ardere flammis, ne dĳs eius seruirẽt, aut imaginem, quam fecerat, adorarent, deum tamen quem colebant, quemq; & nos colimus, potentem esse, vt eos de camino ignis eximeret, & de regis manibus, ac de pœnis præsentibus liberaret. Quod inuenimus in confessionis vestræ fide, & in domini circa vos protectione nunc gestum, vt cum vos parati fueritis, & prompti, omne subire supplicium, dominus tamen vos pœnæ subtraheret, & ecclesię reseruaret. Regredientibus vobis, breuiata non est in episcopo confessionis suæ dignitas, sed magis creuit sacerdotalis authoritas, vt altari dei assistat antistes, qui ad confessionis arma sumenda, & facienda martyria, non verbis plebem, sed factis cohortetur, & imminente Antichristo, paret ad prælium milites, non solum sermonis, & vocis incitamento, sed fidei & virtutis exemplo. Intelligimus, frater charissime, & tota cordis nostri luce perspicimus diuinæ maiestatis salutaria, & sancta consilia, vnde illic repentina persecutio

F

Danie. 3. b
Danie. 14. g
alias, consummatus
alias, consumptus.

A tio nuper exorta sit, inde contra ecclesiam Christi & episcopoꝝ, Corneliũ beatũ martyrem, vosq; omnes secularis potestas subito proruperit, vt ad confundendos hæreticos, & retundẽdos ostenderet dñs, quæ esset ecclesia, quis episcopus eius vnus, diuina ordinatione delectus, qui cũ episcopo presbytero sacerdotali honore coniuncti, quis adunatus, & verus Christi populus, dominici gregis charitate connexus, qui essent, quos inimicus lacesseret, qui econtra, quibus diabolus, vt suis, parceret. Neq; em̃ persequitur, & impugnat Christi aduersarius nisi castra, & milites Christi, hæreticos prostratos semel, & suos factos, cõtemnit & pterit. Eos quærit deijcere, quos videt stare. Atq; vtinã nunc facultas daret, frater charissime, vt interesse illic, vobis regredientibus possemus, q vos mutua charitate diligimus, vt aduẽtus vestri lætissimũ fructũ, psentes cũ cæteris, ipsi quoq; caperemus. Quæ illic exultatio omniũ fratrum, qui cõcursus atq; cõplexus occurrentiũ singuloꝝ: Vix oculis adhærentiũ potest satisfieri, vix vultus ipsi atq; oculi plebis possunt videndo satiari de aduentus vestri gaudio. Cognoscere illic fraternitas cœpit, qualis & quanta sit sequutura, Christo veniente lætitia, cuius, quia cito appropinquabit aduentus, imago iam quædam præcessit in vobis, vt quomodo Iohannes præcursor eius, & præuius veniens, prædicauit Christum venisse, sic nunc episcopo, confessori domini, & sacerdote redeunte, appareat & dñm iam redire. Vicarias vero pro vobis ego, & collegæ, & fraternitas omnis has ad vos literas mittimus, frater charissime, & representantes vobis per epistolam gaudium nostrũ, fida obsequia charitatis exprimimus. Hic quoq; in sacrificijs, B atq; in orationibus nostris non cessantes deo patri, & Christo filio eius dño nostro gratias agere, & orare, pariter ac petere, vt qui perfectus est, atq; perficiens, custodiat & perficiat in vobis confessionis vestræ gloriosam coronã. Qui & ad hoc vos fortasse reuocauit, ne gloria esset occulta, si foris essent confessionis vestræ cõsummata martyria. Nam victima, quæ fraternitati præbet exemplum virtutis, & fidei, præsentibus debet fratribus immolari. Optamus te, frater charissime, semper bene valere.

¶ Ad eundem, & ad alios cum illo existentes, eiusdem epistola secũda.

CYprianus fratri & collegæ Lucio, & qui cum eo sunt, in deo salutem. Exultantibus nobis, & lætantibus in deo, quod nos in congressione armauerit, & in prælio victores, sua dignatione fecerit, superuenerunt literæ tuæ, frater charissime, quas per Herennianum hypodiaconum, & Lucanum, & Maximum, & Amantium acolythos misisti nobis, quibus lectis, recepimus in vinculis laxamentum, in pressura solatium, & in necessitate presidium, & excitati sumus & robustius animati, adde, si quid amplius fuerit, pœnaꝝ. Nam ante passionem a te sumus ad gloriam prouocati, qui prior nobis ducatũ ad confessionẽ nominis Christi præbuisti. Nos vero sequuti vestigia confessionis tuæ, parem gratiã tecum speramus. Nam qui prior est in cursu, prior est & ad præmium, & qui prior occupasti, de C quo cœpisti, inde hoc nobis cõmunicasti, demonstrationẽ scilicet & charitatem indiuiduã, qua semper nos dilexisti, vt quibus vnus fuit spũs in coniunctione pacis, esset precum tuaꝝ gratia in vna corona confessionis. Accessit aũt tibi, frater charissime, ad cõfessionis coronã retributio opeꝝ abundans mensura, quã accipies a dño in die remunerationis, qui te nobis literis tuis representasti, vt pectus illud tuum candidum, & beatum, quod semper nouimus, manifestares, & secundũ latitudinem eius nobiscum laudes deo diceres, non quantũ nos meremur audire, sed quantum tu potes dicere. Tuis em̃ vocibus, & quæ minus in nobis instructa erant, & ornasti, & confirmasti & ad sustentationem earundem passionũ, quas patienter ferimus, securi de pmio cœlesti, & de corona martyrij, & de regno dei ad prophetiam, quam literis tuis, spũ sancto plenus, spopondisti. Hoc totũ fiet, dilectissime, si nos orationibus tuis in mente habueris. Quod & te facere confido, sicut & nos vtiq; facimus. Accepimus itaq;, frater desiderantissime, id, & quod a Quirino, & a teipso misisti, sacrificiũ ex omni opere mundo, sicut & Noe obtulit deo, & delectatus est deus in odorem suauitatis, & respexit in sacrificium eius. Ita & in vestrum respiciat, & delectetur reddere vobis huius tam boni operis mercedem. Peto aũt, vt literas, quas ad Quirinum fecimus,

Gene. 8. d

transmitti præcipias. Opto te, frater chãrissime ac desideratissime, semper bene vale-re, & nostri meminisse. Saluta omnes'qui tecum sunt. D

¶ Eiusdem epistola ad clerum Romæ existentem tertia.

Hanc sequentem epistolam huic epistolæ subnectere curauimus, quod ad clerum Romanum, vel post mortem Cornelij papæ, aut certe post successoris illius, Lucij, vel forte post Fabiani papæ excessum scripta est. Quod quia lucide non patet, placuit potius epistolis ad Lucium directis eam connectere, q̃ epistolis datis ad Cornelium.

CYprianus, presbyteris & diaconis Romæ consistentibus fratribus salutem. Quum de excessu boni viri collegæ mei rumor apud nos incertus esset, fratres charissimi, & opinio dubia nutaret, accepi a vobis literas ad me missas per Clementem hypodiaconum, quibus plenissime de glorioso eius exitu instruerer. Et exultaui satis, ꝙ pro integritate administrationis eius consummatio quoq; honesta processerit. In quo vobis quoq; plurimum gratulor, ꝙ eius memoriam tam celebri & illustri testimonio prosequamini, vt per vos innotesceret nobis, quod & vobis esset circa præpositi memoriam, gloriosum, & nobis quoq; fidei ac virtutis præberet exemplum. Nam quantum pernitiosa est ad sequẽtium lapsum ruina præpositi, in tantum contra vtile est & salutare, quũ episcopus se per firmamẽtum fidei fratribus præbet imitandũ. Legi etiam alias literas, in quibus, nec quis scripserit, nec ad quos scriptũ sit, significanter expressum est. Et qm̃ me in ijsdẽ literis, & scriptura, & sensus, & chartæ ipsæ quoq; mouerunt, ne quid ex vero vel subtractum sit, vel immutatũ, eandem ad vos epistolã authenticã remisi, vt recognoscatis, an ipsa sit, quam Clementi hypodiacono perferendam dedistis, perquam etenim graue est, si epistolæ clericæ veritas mẽdacio aliquo, & fraude corrupta est. Hoc igitur, vt scire possimus, & scripturã & superstitionẽ, an vestra sit, recognoscite, & nobis, quid sit in vero, rescribite. Opto vos, fratres charissimi, semper bene valere. E

Finis eorum, quæ concernunt Lucium papam.

DECRETA STEPHANI PAPAE PRIMI. F

Ex libro pontificali Damasi papæ.

STephanus natione Romanus, ex patre Iulio, sedit annos. vij. menses quinque, dies duos, Martyrio coronat. Fuit temporibus Valeriani & Gallicani & Maximi, vsq; ad Valerianũ quarto, & Gallicanũ tertio. Hic cõstituit, sacerdotes & leuitas vestibus sacratis in vsu quotidiano non vti, & nisi in ecclesia tantũ. Hic fecit ordinatiões duas per mẽsem Decẽbrem, presbyteros sex, diacones. v. epos per diuersa loca tres. Sepultus est in cœmiterio Calixti via Appia, quarto Nonas Augusti. Et cessauit episcopatus dies. xxij. Hæc Damasus. Non erit vtiq; impertinens, vel parum tractare annos, quibus iste papa p̃sedit, qa scriptores diuersa de his sentiunt. Damasus quidẽ ponit annos. vij. quem etsi Platina sequatur, in margine tamen iuxta alioꝝ opinionẽ, annotat annos quatuor. Eusebius aũt Cæsarieñ. ecclesiasticæ hist. lib. vij. ca. iiij. ita ait: Stephano vero duobus annis impleto sacerdotio Romæ, Sixtus succedit. Hæc ille. Veruntamen idẽ in Chronicis suis ascribit illi annos tres, quos & prosequitur, vnà cum tempore, quo Lucius, eiusdem prædecessor papatum occupauit. Et certe in catalogo consulũ, quem cõscribunt Cassiodorus & Gregorius, non amplius q̃ duo vel tres anni videntur illi posse assignari, modo consules numerent. Diuersitas tamen in memorato catalogo reperit, ꝙ Valerianus tertio consul & quarto a p̃memoratis authoribus diuersimode assignat. Preterea qui in Damaso constanter appellat Gallicanus, iuxta diuersa exẽplaria, a p̃dictis authoribus

catalo-

A catalogi, Gallienus nominatur. Aduertat diligens lector, videatq; quid eligendũ sit. Sed & Marianus Scotus, anno Philipporum Imperatorum. vij. & ad veritatẽ euangelij cclxi. secundũ vero Dionysii cyclũ. ccxxxix. Decio Rusticoq; cõsulibus, ita scribit. Inde Stephanus papa sedit annis. iij. mẽsibus quinq;, vsq;. iiij. Nonas Augusti, q̃ passus est sub Valeriano p̃fecto in anno sexto Decij. Decretales eius epistolæ datę sunt Valeriano & Gallieno viris clariss. cõss. Et sequit̃ ibidẽ, Ex martyrologio, Romæ in cœmiterio Calixti, &c. Sedit Stephanus papa annis. vij. mensibus quinq;, passus sub Valeriano p̃fecto. iiij. Nonas Augusti, anno. xiiij. Decij. Hæc secundũ martyrologiũ. Et idẽ Marianus de eodẽ scribit, anno Valeriani Imperatoris secũdo, & ad veritatẽ euangelij. cclxviij. secundũ aũt Dionysii cyclũ. ccxlvi. Maximo & Gabrione consulibus. Stephanus papa. xxi. post Petrum, annis tribus, mensibus quinq; sedit. Aduertat diligens lector, videatq;, qui eligendum, quidve respuendum sit.

EPISTOLA DECRETALIS PRIMA EIUSDEM STEPHANI papæ, ad Hilarium episcopum.

B

Dilectissimo fratri, atq; familiari amico Hilario, Stephanus episcopus intimæ charitatis salutẽ. Quanq̃ sperem, dilectionẽ tuã ad omne opus bonũ esse deuotam, tamen pro familiaritate, qua nobis cõiunctus esse cognosceris, vt tua efficacior fiat industria, congruũ nobis visum est, has fraternitatis literas tuæ dilectiõi debere dirigere. Monemus te charissime, semper in bonis manere, & a malis cauere, cũ bonis & rectæ fidei ac sanctę cõuersationis hominibus assidue esse, & a peruersis, ac fratrum insidiatoribus (nisi vt eos cõuertas, & ad concordiam reducas) separari, quoniã (vt ait Apostolus) corrumpunt bonos mores colloquia mala. Et ipsa per se veritas dicit: Si oculus tuus scãdalizauerit te, erue eũ, & proijce abs te. Et si manus tua scandalizauerit te, abscinde eam, & proijce abs te. Similiter & de pede agendũ est, quia melius est tibi, luscũ aut claudũ intrare in regnũ cœlorum, q̃ duos oculos, aut duas manus, aut duos pedes habentẽ, mitti in gehennam ignis. Et in Ecclesiastico inuenitur libro: In bonis viri inimici illius, in tristitia vero & in malitia illius amicus agnitus est. In labijs suis indulcat inimicus, & in corde suo insidiat̃, vt subuertat te in foueam. Et qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Et qui cõmunicauerit superbo, * induetur superbia. Pondus super se tollit, qui honestiori se cõmunicat. Ditiori te ne fueris socius. Quid cõmunicabit cacabus ad ollam? Quãdo se colliserint, confringet̃. Diues iniuste * aget, & * fremet, pauper aũt læsus tacebit. Si largitus fueris, assumet te, & si non habueris, derelinquet te. Si habes, conuiuet tecũ, & euacuabit te, & ipse non dolebit super te. Si necessarius illi fueris, supplantabit te, & subridens spem dabit, narrans tibi bona, & dicet: Quid opus est tibi? Et cõfundet te in cibis suis, donec te exinaniat bis & ter, & in nouissimo deridebit te. Postea, videns, derelinquet te, & caput suũ mouebit ad te. Humiliare deo, & expecta manus eius. Attende, ne seductus in stultitia, humilieris. Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus, in stultitiam seducaris. Aduocatus a potentiore, discede, ex hoc ẽm magis te aduocabit. Ne improbus sis, ne impingaris, & ne longe sis ab eo, * & eas in obliuionẽ. Ne retineas ex æquo loqui cũ illo, & ne credas multis verbis illius. Ex multa ẽm loquela tentabit, & subridens interrogabit te de absconditis tuis. Immitis animus illius conseruabit verba tua, & non parcet de malitia, & de vinculis. Caue tibi, & attende diligenter auditui tuo, q̃m cum subuersione tua ambulas. Audiens vero illa quasi in somnis, vide, & vigilabis. Omni vita tua dilige deũ, & inuoca illũ in salute tua. Omne animal diligit simile sibi, sic & omnis homo proximũ sibi. Omnis caro ad similẽ sibi * coniungitur, & omnis homo sibi * sociatur. * Si communicabit lupus agno aliquãdo, sic peccator iusto. Quæ communicatio sancto homini ad canẽ?

C

1. Corin. 15. c
Matth. 18. b
& Marci. 9. g

Eccl. 12. b. d

Eccl. 13. a. b. c

als, induet superbiam
als, egit
als, fremebit, secundũ antiquos, a fremo es.

als, ne

als, cõiunget
als, sociabit
als, Sicut

aut quæ pax bona diuiti ad pauperẽ? Venatio leonis, onager in eremo, sic pascua diuitũ sunt pauperes. Et sicut abominatio est superbo humilitas, sic execratio diuiti pauper. Diues cõmotus, cõfirmaẽ ab amicis, humilis aũt quũ ceciderit, expelleẽ & a notis. Diuiti decepto multi recuperatores, loquutus est superba, & iustificauerũt illum, humilis deceptus est, insuper & arguiẽ. Loquutus est sensate, & nõ est datus ei locus. Diues loquutus est, & oẽs tacuerũt, & verbũ illius vsq; ad nubes perducent. Pauper loquutus est, & dicũt: Quis est hic? Et si offenderit, subuertent illũ. Bona est substantia, cui nõ est peccatũ in cõscientia, & nequissima paupertas in ore impij. Cor hominis immutat faciẽ illius, siue in bona, siue in mala. Vestigiũ boni cordis, & faciẽ bonã difficile inuenies, & cũ labore. Hæc, frater, caue tibi, & post cõcupiscentias tuas non vadas. Quod vero cõsuluisti sedẽ apostolicã, q sunt infames, aut q ad gradus ecclesiasticos nõ sunt admittẽdi, & nosse te credimus, & pro authoritate sedis apostolicæ te informare nõ denegamus. Infames aũt esse eas psonas dicimus, q̃ pro aliqua culpa notanẽ infamia, i. omnes, qui Christianæ legis normã abijciunt, & statuta ecclesiastica cõtemnunt. Similiter fures, sacrilegos, & oẽs capitalibus criminibus irretitos. Sepulchroꝝ quoq; violatores, & apostoloꝝ, atq; successoꝝ eoꝝ, reliquorũq; patrũ statuta libenter violãtes, & oẽs, qui aduersus patres armanẽ, qui in omni mũdo infamia notanẽ. Similiter & incæstuosos, homicidas, periuros, raptores, maleficos, veneficos, adulteros, de bellis fugiẽtes, & q indigna sibi petunt loca tenere aut facultates ecclesiæ abstrahũt iniuste, & q fratres calumnianẽ, aut accusant, & nõ probãt, vel qui cõtra innocentes principũ animos ad iracundiã prouocant, & oẽs anathematizatos, vel pro suis sceleribus ab ecclesia pulsos, & oẽs, quos ecclesiasticæ vel seculi leges infames pronuntiãt, hos vero nõ ad sacros ordines licet promouere, nec seruos añ legitimã libertatẽ, nec pœnitẽtes, nec bigamos, nec eos, q curiæ deseruiunt, vel qui nõ sunt integri corpore, aut sanã nõ habent mentẽ vel intellectũ, aut inobedientes sanctoꝝ decretis existunt, aut furiosi manifestanẽ, hi oẽs nec ad sacros gradus debent prouehi, nec isti, nec liberti, neq; suspecti, nec, rectã fidẽ, vel dignã conuersationẽ nõ habẽtes, summos sacerdotes possunt accusare. Sed & qualiter obedientia vel reuerẽtia sit p̃positis exhibẽda, ex tuis quoq; subiectis ipse nõ ambigis. In qua re, valde est vtile, si id, q̃d disciplinæ vigor imponit, nullo cogẽte, humilitas laudãda seruauerit. Omnipotens deus, in cuius manu sunt oĩa, de quo scriptũ est, Non est sapiẽtia, nõ est prudẽtia, nõ est consiliũ cõtra dñm, ipse te, tuosq;, & diuina & apostolicæ sedis instituta illibata seruare, & nos atq; oẽs fideles ad potiora semp conscendere, & de die in diẽ deteriora cauere, & meliora, ac deo placita sectari, atq; perficere cõcedat. Vestimẽta vero ecclesiastica, quibus dño ministraẽ, cultusq; diuinus omni cũ honorificẽtia & honestate, a sacerdotibus, reliquisq; ecclesiæ ministris celebraẽ, & sacrata debẽt esse & honesta. Quibus alijs in vsibus (quum deo, eiusq; seruitio cõsecrata & dedicata sint) nemo debet frui, q̃ ecclesiasticis & deo dignis officijs. Quæ nec ab alijs debẽt contingi, aut ferri, nisi a sacratis hoĩbus, ne vltio, quæ Balthasar regẽ percussit, sup hæc transgredientes & talia p̃sumentes, veniat diuina, & corruere eos faciat diuinæ vltionis iustũ flagellũ ad ima. Hæc illis partibus qbus moraris, & in oĩbus qbus potueris, cũctis nota facito, & obseruari apostolica mãdate authoritate, qa & nostri, nobisq; cõmissi, in sancta apostolica & vniuersali ecclesia, oẽs hæc obseruare, nunc & futuris tẽporibus professi sunt. His breuiter tuis, frater magnifice, respondi literis, Quibus tua dilectio ita socieẽ, vt nihil in his, q̃ ad vniuersalis ecclesiæ statũ pertinẽt, aut dubie agaẽ aut segniter. Et cũ tali moderatione aganẽ cũcta, vt nec negligẽtiæ partes, nec iustitiæ negliganẽ, sed absq; personaꝝ acceptione diuinũ in oĩbus iudiciũ cogiteẽ. Quod vt recta obseruantia valeat custodiri, catholicæ primitus seruẽẽ fidei integritas. Et quia p oĩa angusta & arta via est, q̃ ducit ad vitã, neq; in sinistram, neq; in dextrã, ab eius tramite deuietur. Data quinto Nonas Maij, Valeriano & Gallieno viris clariss. conss.

Ecci. 18. d

6. q. 1. Infames esse eas, Et in dec. Iuonis lib. 4

Prou. 21. d

De cõs. dist. 1. Vestimenta. Idẽ habeẽ supra in dec. Sixti pp. 1.

¶ Marianus Scotus notat hos cõsules fuisse anno. cclxvi. & itẽ anno. cclxvij. necnõ anno. cclxx. iuxta aũt Dionysii cyclum. ccxliij. atq;. ccxlv. sed & anno. ccxlvij.

Epist.

A

EPISTOLA STEPHANI PAPAE .I. SECVNDA, DE accusationibus sacerdotum.

STEPHANVS sanctæ apostolicæ & vniuersalis Romanæ ecclesiæ episcopus, omnibus per diuersas prouincias constitutis episcopis in domino salutem. Plurimum gaudemus in domino, & in dono gratiæ ipsius gloriamur, quod fides vestra per bona opera crescit magnifice, & dilatatur amplissime. Sed nimis affligimur, & tribulamur de vestra oppressione, super qua crebrior commeantium vsque ad nos fratrum sermo perlatus est. Non oportuerat quidem, ab illis, a quibus sustentari & portari, atque honorari debueratis, tantis vos oppressionibus concuti. Quapropter necessariũ est, vt remotis talium tergiuersationibus, quibus venenosa malitia reuelari atque obscurari, bonitas & veritas solet, adminiculum non modicũ vobis a fidelibus impendatur, atque ab hac apostolica sede

B suffragetur, quos per diuinam gratiam Christi auxilio dignum est adiuuari, ne in totius ecclesiæ perturbationem imprudens procedat intentio, & ea, quæ a sanctis prędecessoribus nostris, & reliquis sanctis patribus, dudum fuerãt prohibita, denuo reuiuiscant. Loci nãque nostri consideratione cõpellimur, ea, quæ ad notitiam nostram emendanda peruenerũt, propter dñm non derelinquere, sed digna emẽdatione corrigere. Et si secularibus officijs ordo suus, & tradita a maioribus disciplina seruanda est, quis ferat, ecclesiasticos ordines temeraria præsumptione confundi, audita negligere, & emendanda, non opem ferendo, postponere? Audiuimus eñ, vos a quibusdam accusari, non tã pro vestra culpa, q̃ pro eorum libitu, vt vestra rapere possint, & ideo vos nimis affligi, & concuti intantũ, vt etiam a sedibus proprijs pellamini, & tali occasione, ecclesiæ facultates, vestræque vastent ac deprædent. Ista, charissimi, non oportet fieri, nec denuo replicari. Tamen necesse est, quæ toties vsurpant, sæpius replicent, & prohibeant. Nam quicquid in sacratis deo rebus, & episcopis, iniuste agitur, pro sacrilegio reputabitur, quia sacra sunt, & violari a quoquã non debent. Nul-

2.q.2 Nullus episcoporum.

C lus eñ episcoporum, dum suis fuerit rebus expoliatus, aut a sede propria qualibet occasione pulsus, debet accusari, aut a quoquã ei potest crimen obijci, priusq̃ integerrime restaurent, & omnia, quæ illi ablata quocunque ingenio fuerant, legibus reintegrent, & ipse propriæ sedi & pristino statui regulariter reddant, ita vt om̃es possessiones, & cuncta sibi iniuste ablata, atque fructus oẽs, ante cæptã accusationẽ primates & synodus, episcopo, de quo agitur, funditus restituant, quia hoc non solũ ecclesiasticæ, sed etiã seculi leges fieri prohibẽt. Neque aliquis eorum, aut ecclesiarum auctorum vel defensorum, *ad aliquos prius accusari debet, q̃ ipsi charitatiue bis aut ter ab eis, qui se læsos æstimãt, vel eos pro aliquibus erratibus corripere cupiunt, conueniant, vt ab eis, aut familiarẽ emendationẽ, aut iustã percipiant excusationẽ. Quod qui p̃sumpserit, liminibus arceatur ecclesiæ vsque ad condignã satisfactionem. Accusatores vero & accusationes, quas seculi leges non recipiunt, & antecessores nostri prohibuerũt, & nos submouemus. Nullus eñ alienigena, aut accusator eorum fiat, aut iudex. Vnde & de Loth scriptum est: Ingressus es vt aduena, nunquid vt iudices? Accusator aũt vestrorum nullus sit seruus, aut libertus, nullaque suspecta persona, aut infamis. Repellant etiã cohabitantes inimicis, & omnes laici, quia infestationẽ blasphemiæ affectio amicitiæ incitare solet. Nec illi in vestra sunt suscipiendi accusatione, qui vos in sua volunt recipere infamatione. Nullus eñ *anathema suscipiat, nec a quoquam credant, quæ ab eis vel dicunt, vel cõscribunt. Eos quoque dico anathematizatos esse, quos epi suis scriptis anathematizauerũt, aut eorum statuta anathematizãt. Per scripta eñ nullius * accusatio

alias, aliquis.

3.q.5 Accusatores, Et sup. in dec. Thelesphori, & Iulij

Gene.19.b

al's, anathematizatorum

3.q.4 Nullus anathe.

2.q.8.p scrip.

 suscipiat

alias, accusatio, accusatore, & eo qui accusatur absentibus,

suscipiatur, sed propria voce, si legitima & cõdigna accusatoris persona fuerit, p̃sente videlicet eo, quẽ accusare desiderat, quia nullus absens aut accusari potest, aut accusare. Nullus tamen p̃fati ordinis vir accusari potest, aut respõdere suis accusatoribus debet, priusq̃ regulariter a suo primate vocatus sit, locũq; defendẽdi, & * inquirẽdi accipiat ad abluenda crimina. Nulli em̃ metropolitani, aut alij episcopi appellent primates, nisi qui primas sedes tenent, & quorum ciuitates antiqui primates esse censuerũt. Reliqui vero, qui cæteras mtropolitanas ciuitates adepti sunt, non primates, sed aut archiepiscopi, aut metropolitani vocent. Vrbes em̃ & loca, quibus primates p̃sidere debent, non a modernis, sed etiã multis ante aduentũ Christi sunt statutæ tẽporibus, quarum primates etiã gentiles pro maioribus etiã negotijs appellabãt. In ipsis vero vrbibus post Christi aduentũ apostoli, & successores eorum, patriarchas, vel primates posuerunt, ad quos episcoporum negotia, salua in omnibus apostolica anthoritate, & maiores causæ, post apostolicã sedẽ sunt referendæ. Et licet (Apostolo prohibẽte) inter Christianos nõ debeãt accusationes exerceri, sed si prohiberi nõ poterit, accusatiões episcoporum, ad memoratos primates debent ab accusatoribus deferri, studendũ est tamen episcopis, vt dissidẽtes fratres magis ad pacẽ, q̃ ad iudiciũ coerceant. Episcopus aũt aliter nõ debet audiri aut iudicari, nisi in p̃sentia omniũ cõprouincialiũ, & ab omnibus comprouincialibus episcopis, quia ipsis absentibus, nec debet, nec potest. Quæ vero personæ ad accusationẽ eorum non sunt admittendæ, & superius ex parte iam dictũ est, & latius, tam hi, q̃ & infames personę, in epistola, quã dudũ Hilario misimus, sunt annumeratæ. Vltra prouinciæ vero terminos accusandi licentia non progrediatur, sed omnis accusatio intra prouinciam audiatur, & a comprouincialibus terminetur, nisi ad apostolicã sedem fuerit tantũ appellatũ. Et neganda est accusatis licentia criminandi, priusq̃ se crimine, quo p̃muntur, exuerint. Quia non est credendũ contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicati sunt, nisi se prius probauerint innocentes, quoniã periculosa est, & admitti non debet rei aduersus quemcũq; professio. Familiares vero, & sponte confessi, atq; sceleribus irretiti, non debent admitti, nec hi, qui hesterna die, aut * pridie, aut ante fuerunt inimici. Clericus ergo, qui episcopum suum accusauerit, aut ei insidiator extiterit, non est recipiendus, quia infamis effectus est, & a gradu debet recedere, aut curiæ tradi seruiturus. Laicis quoq;, quamuis religiosi sint, nulli tamen de ecclesiasticis facultatibus aliquid respondẽdi, legitur vnquã attributa facultas. Scimus, dilectissimi, quia semper carnales, sp̃uales solent persequi, & maliuoli beniuolos infamare & lacerare. Ideoq; apostoli & successores eorum, ac reliqui sancti patres noluerunt fieri facilẽ episcoporum accusationẽ, quoniam si facilis esset, aut nullus, aut vix aliquis modo inueniretur. Throni em̃ dei vocantur, ideo non debent moueri, aut affligi, vel perturbari. De ipsis ergo ait propheta: Cœli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Hi vero, qui nõ sunt bonæ conuersatiõis, & quorum vita est accusabilis, aut quorum fides, vita & libertas nescitur, non possunt eos accusare. Primo semper accusatorum personæ, fides, vita, & conuersatio est enucleatim inquirenda, & postea, quæ obijciunt, fideliter sunt pertractanda, quia nihil prius fieri debet, q̃ impetitorum personæ, fidesq;, vita, & conuersatio diligenter discutiantur, ne alicuius inuidia, aut inimicitia, vel intentione mala quisquam vexetur. Criminationes aduersus doctorem nemo suscipiat, quia magis sunt doctores portandi, q̃ ledendi, aut infamandi. Vnde ait Apostolus: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Charitas aũt non est ambitiosa, nõ æmulatur, non inflatur, non quærit quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi. Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Et qui in deo manet, nulli vult nocere, sed omnes desiderat adiuuare & sustentare, sicut ipse dominus omnes venit saluare, & animã suã dare in redemptionem pro nobis. Eorum autem accusandi sacerdotes, vel testificandi in eos vocẽ obstruimus, q̊s humanis & diuinis vocibus dãnatos, vel mortuos esse agnoscimus. Prȩuidere ergo summopere debent omnes, qui sacerdotes domini persequuntur, tam occulte, q̃ manifeste, ne subiectis domini damnentur præceptis. Per Hieremiam autem prophetam, talibus comminando dominus, loquitur dicens: Iniqui-

Marginal notes: D; als, abluendi. Idẽ sup. i dec. Aniceti pp.; Dist. 80. Vrbes, sed sub noĩe Lucij, nõ Stephani.; E; 3. q. 6. Vltra prouin. Et in dec. Iuo. li. 4; 3. q. 11. Neganda est, Et in dec. Iuo. li. 4; als, perendie, 2. q. 4. Clericus qui epm.; F; Idem in epist. Fabiani papæ; Psalm. 18.; 2. q. 7. Quærendũ est; 2. q. 8. Accusatorum p̃sonæ Et in dec. Calixti papæ; Galat. 6. a; 1. Cor. 13. b; 1. Iohan. 4. c; Matth. 20. d.; Hier. 5. f

A Iniquitates nostræ declinauerunt * omnia, & peccata nostra amouerunt bona a nobis, quia inuenti sunt in populo meo impij, & loquentes vana, statuerũt ad disperdendos viros, & cõphenderunt, vt laqueus venantis plenus volatilibus, sic domus eorũ plene dolo. Et per Dauid ait: Qui cogitauerũt malitias in corde, tota die versati sunt in prælijs. Exacuerunt linguas suas sicut serpẽtes, venenũ aspidum sub labijs eorũ. Et paulopost. Cadẽt sup eos carbones in igne, dejcies eos in foueas, vt non consurgãt. Vir linguosus non diriget in terra, virũ iniustũ mala capient in interitu. Scio, quia faciet dñs causam inopis, iudicia paupeꝝ. Item, idem: Muta fiant labia dolosa. Et iteꝝ per Michæam inquit: Omnes in sanguine iudicantur, vnusquisq; proximũ suum tribulat, omnes in malum manus suas præparant. Hos dominus præuidens, apostolis præcepit, ne facile serui sui lacerarentur, ne forte perderentur, aut in talem tentationẽ inciderent, quam ferre minime possent. Idcirco sancti apostoli, & successores eorũ, decretorum normas statuerunt, ne talium vox (quæ magis perdere nititur innocentes & simplices, q̃ saluare) facile reciperetur, sed ipsi his iaculis pellerentur procul, & domini discipulos iuxta voluntates, & versutias eorum minime perdere possent. Vnde & ipse dominus ait: Excutite puluerem de pedibus vestris in testimonium illis. Et alibi ipsa per se veritas de talibus dicit: Melius est illi, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris, quam scandalizet vnum de pusillis istis. Et Iacobus apostolus inquit: Iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fe-

B cerit misericordiam. Qua enim fronte, quis peccatorum suorum veniam sperat a deo se impetraturum, qui delinquenti fratri, nihil per pietatis, & clementiæ officium vult condonare? Profecto necesse est, vt æstimet se talem in iudicio deum experturum, (cum ante iusti iudicis tribunal fuerit constitutus,) qualem se fratri suo exhibuerit. Nam qua mensura mensi fuerimus, eadem remetietur nobis. Et Iohannes apostolus & euangelista ait: Qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quia omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.

¶ Vos tñ (filij charissimi) hortamur, vt patiẽter mala vobis illata, dñi adminiculo portetis, & his apostolicis pceptis, tales procul pellite, ne more canino vos lacerare, aut mordere valeãt. Memẽtote etiã, quia iuxta psalmographi vocẽ, homo sicut fœnum dies eius, & vt flos agri, ita florebit. Et apostolus ait: Totus mũdus in maligno positus est. Vnde precamur, ne tales multũ timeatis, qa infames sunt, & nõ multũ vobis nocere possunt, qa eoꝝ vox extincta est, qm̃ sic odit deus eos, q aduersus patres armãt, vt patrũ inuasores, q in omni mũdo infamia sunt notati. Armamini ergo his apostoli-

C cis adminiculis contra eos, & spũ principali roborate corda vestra, vt deus, q vos pastores in populo suo vocari voluit, non negligẽtes, aut tepidos, lupis supuenientibus, fugiẽtes, inueniat, sed exemplo boni pastoris, agnos pariter cũ matribus, & filijs, ac filiabus, viriliter defensantes, atq; ad sanctã matrẽ ecclesiã fideliter reportãtes semp inueniat. Et quanq̃ dies mali sint, vos tñ nolite esse imprudentes, sed intelligẽtes, quæ sit voluntas dei. Quamobrẽ confortamini, & state in fide, viriliter agẽtes, ac oĩa vr̃a in charitate fiant, & secundũ sanctũ euangeliũ: In patiẽtia vestra possidebitis animas vestras. Recordamini quoq; sanctoꝝ apostoloꝝ, & prophetaꝝ, & quia multũ laborauerunt in dño, ideo adepti sunt pmia sempiterna. Scitote etiã, qm̃ iuxta psalmistę vocẽ: Multæ tribulatiões iustoꝝ, & de oĩbus his liberabit eos dñs. Quapropter, filij charissimi, hortamur vos & depcamur, vt crebris orõnũ vestraꝝ pcibus deũ exoretis, vt liberemur nos & vos, iuxta dictũ apostoli, ab importunis & malis hoĩbus, qa nõ oĩm est fides. Flagitate etiã vt deus & dñs noster, q est refugiũ paupeꝝ, & spes humilium, sanctã suam ecclesiã, ptioso videlicet sanguine suo redemptã, & nos, q eandẽ sanctã ecclesiam docere, regere, portare & tueri debemus, de prædictis oppressionibus, & tentationibus huius seculi nequam, atq; de omnibus necessitatibus nostris, misericorditer eruat, vt sermo dei currat, & glorificetur gloriosum euangelium dñi nostri Iesu Christi, & grã eius in nobis vacua nõ fiat, ne sine fructu euangelij (q̃d absit) steriles in cõspectu dei appareamus, & vacui filioꝝ filiarumq; numero reuertamur, nec de abs-

alias, hæc

Psalm. 139

Psalmo. 30

Mic. 7. a

Psalm. 33 pro ut in fisi sensu hunc psalmũ adducit Euthycian pp. i ij. epl'a decre.

Marci. 6. b

Matth. 18. a

& Lucæ. 17. a

Iaco. 2. c

Matth. 7. a

1. Iohan. 3. c

Psal. 102

1. Iohan. 5. d

Ephe. 5. d

1. Cor. 16. c

Lucæ. 21. d

Psal. 33

2. Thess. 3. a

ſcondito talento, dño veniente, rei eſſe iudicemur. Iſta eñ ſemper inuidet Satan. Et idcirco tales aduerſum nos ſuſcitat, qui nos premant & ſuffocent, vt dñi oues abſq; nobis rapiat, & in ima, non exiſtentibus paſtoribus, qui eos cuſtodiant, & defendãt, ruere faciat. Vos igiť pro viribus laborate, & orate, atq; vigilate, ne hæc fiant, ſcientes, nos ſemper paratos eſſe in omnibus, quibuſcunq; dominus poſſe dederit modis vobis opem ferre, licet nos ab ipſis æmulis ſanctæ dei eccleſiæ, & noſtris, non ſimus excepti, & tribulationes cordis noſtri, pro noſtra & veſtra tribulatione, ſiue ouiũ nobis commiſſaꝝ, admodum ſint dilatatæ. Vos quoq; obſecramus, vt iniunctũ vobis a dño famulatũ non negligatis, & oẽs oppreſſos, & cũctos dei ſeruos atq; generaliter omnes Chriſtianos, prout dñs poſſe dederit, adiuuare ſtudeatis, vt ante tribunal Chriſti mercedem habeatis ꝑpetuam. Et ſcitote, quod memoria veſtra corã deo eſt aſſidue. Nam queãdmodũ dolentes cognoſcimus, vos ab iniquis, & ſceleſtis hominibus obturbari, ita continuo vobis compatimur, deũ orantes pro liberatione, ac ſubleuatione veſtræ afflictionis, quæ vobis (vnde grauiter angimur) ab iniquis indies irrogať. Et ante corpora apoſtoloꝝ pro vobis ꝑces fiunt q̃tidie, vt & vos liberemini ab importunis, & malis hoĩbus, dñi auxilio, & oues vobis cõmiſſæ, ad paſcua æternę vitæ vna vobiſcum ꝑueniant ſempiternã. Vnitatẽ & cõmunionẽ, dilectionis veſtræ valentem, atq; proficientẽ in ſalutem omniũ populoꝝ, creator omnium deus omnipotens memorem noſtri æternaliter cuſtodiat, Amen. Data nonas Aprilis, Valeriano & Galieno viris clariſſimis conſulibus.

De his conſulibus videantur notata in priori epiſtola.

¶ Ex decretis Stephani, iuxta Gratianum, veruntamẽ neſciť an primi, vel ſecundi, vel tertij.

Occidentalis non orientalis eccleſia caſtitatis votum obtulit.

Diſt. 31. Aliter ſe oriẽt. Et in dec. Iuo. lib. 4

Aliter ſe oriẽtaliũ traditio habet eccleſiaꝝ, aliter huius ſanctæ Romanæ eccleſiæ. Nam illarum ſacerdotes, diaconi, aut ſubdiaconi, matrimonio copulantur, iſtius autem eccleſiæ nullus ſacerdotum a ſubdiacono vſque ad epiſcopum, licentiam habet coniugium ſortiendi.

Ex eiſdem.

In apoſtolatus culmen nullus niſi ex cardinalibus promoueatur.

79. diſt. Oportebat vt hæc,

Oportebat, vt hæc ſacroſancta domina noſtra Romana eccleſia, iuxta quod a beato Petro, & eius ſucceſſoribus, inſtitutum eſt, rite ordinaretur, & in apoſtolatus culmen vnus de cardinalibus preſbyteris, aut diaconibus conſecraretur.

¶ Finis decretoꝝ Stephani.

DECRETA SIXTI PAPAE SECVNDI.

Damaſus Papa.

aľs, Eodẽ tꝑe hic cõphẽſus eſt a Valeriano & duct⁹ vt ſacrificaret dęmonijs. Quia cõtẽpſit ꝑcepta Valeriani capite trũcatus ẽ, et cũ eo ſex diacones, &c.

SIxtus natione Græcus, ex philoſopho de Athenis, ſedit annum vnũ, menſes decẽ, dies xxiiij. martyrio coronatur. Fuit tpibus Valeriani & Decij.* Truncati ſunt capite cum beato Sixto ſex diacones, Feliciſſimus, Agapitus, Ianuarius, Magnus, Vincẽtius, & Stephanus. viij. idus Auguſti. Et pbr̃i præfuerũt a conſulatu Maximi, & Glabrionis vſq; ad cõſulatũ Tuſci, & Baſſi. xiij. Kaleñ. Auguſti. Quo tpe fuit magna ꝑſecutio ſub Decio. Et poſt paſſionẽ beati Sixti die tertio. paſſi ſunt Laurẽtius eius archidiaconus, & ſubdiaconus Claudius, Seuerus ꝑſbyter, & Romanus oſtiarius, & Creſcẽtius lector. Hic fecit ordinatiões duas ꝑ mẽſem Decembrem, preſbyteros. iiij. diacones. vij. ẽpos per loca duos. Sepultus eſt in cœmiterio Calixti via Appia, & ſex diaconi eius in cœmiterio Prætextati, via Appia, octauo idus Auguſti. Beatus vero Laurẽtius ſepultus eſt via Tiburtina in crypta, in agro Verano, quarto idus Auguſti. Et ceſſauit epiſcopatus dies. xxxv. Hæc Damaſus.

Atve

A At vero Eusebius libro .vij. capite vicesimotertio ecclesiasticæ historię de hoc sanctissimo papa ita prosequit. Sed Sixto Romanæ ecclesiæ p annos vndecim sacerdotio procurato succedit Dionysius. Et Demetriano apud Antiochiã defuncto, Paulus de Samosata sacerdotiũ suscepit, qui Paulus abiecta satis, & indigna, de Christo sentiens, traditionem doctrinæ ecclesiasticæ corrũpebat, dicens, eum communis naturæ hominem tantũ fuisse. Hæc Eusebius. Verũ computationi vndecim annorũ Sixti, quibus sacerdotiũ administrasse scribit, anni consulũ contrariant, a quorũ tẽpore sedit, & rursum ad q̃s vsq; puenit, si numerent secundũ Cassiodori ad Theodericũ regẽ, & alterius Gregorij in consulũ catalogo descriptionẽ. Et similiter annus cõsulũ a quibus iterũ successor huius Dionysius videlicet exordiũ sumpsisse memorat, qui certe dũtaxat ad binariũ, & ternariũ se extendũt, nisi forte ad latiorem numerũ aliquẽ dierũ. Præterea, non parũ mouet ea annorũ cum prius dictis differentia, q̃ in suis chronicis idem recenset Eusebius, qui cum alibi ponat annos vndecim, in eis dũtaxat dicit octo, quos & in sequentibus prosequit. Hac dissonantia considerata, sagax lector sui intellectus acumine vtat, quo discrepantiam ad concordiam reducat. Sed & Marianus Scotus de eodem Sixto memorat, anno Philipporum Imperatorũ septimo & ad veritatem euangelij .cc.lxi. Secundũ etiam Dionysii cyclum .cc.xxxix. Decio & Rustico consulibus, dicens. Post Stephanum Sixtus papa successit, seditq; annis duobus. Et addit ibidem. Decretalis epistola Sixti papæ, data est Kalendis Septembris, Valeriano & Decio, viris clarissimis consulibus. Alia autem decretalis data est Kalendis Augusti eisdẽ consulibus. Et infra post alia subdit: Sixtus papa annis duobus sedẽs, passus est .viij. idus Augusti, in anno .xvi. Decij, Laurentius quoq; & Agapitus, Felicissimus & Hypolitus passi sunt sub Decio, si ecclesia non fallit. Damnũ igit annorũ .xviij. in chronicis Eusebij & Bedæ ab anno .xv. Tyberij, in anno .x. magni cycli, iuxta historiam sacri euangelij ad cyclũ Dionysii implent isti anni sedecim Decij, & duo anni Galerij, teste Isidoro episcopo quod duobus annis regnauit. Quod si aliqd his rationibus obsistit, ecce aliter resurrectionem dñi iuxta historiã inquirimus. Hæc ibi. Idem anno .iiij. Valeriani cũ filio Galieno, ad veritatem euãgelij .cc.lxxi. Secundum vero Dionysii cyclũ .cc.xlviij. Tusco & Basso cõsulibus, dicit de Sixto, Sixtus papa passus est. Verum anno Imperatoris memorati septimo addit. Passus est octauo idus Augusti Galieno & Gentiano consulibus.

B

EPISTOLA SIXTI PAPAE PRIMA AD GRATVM QVENDAM EPISCOPUM.

C

EPISCOPVS Sixtus Grato coepo salutẽ. Lętari & gaudere me plurimũ in Christo Iesu dño nostro, dilectionis tuæ scripta fecerũt, qbus euidenter ostendit, quantũ catholicã diligis fidẽ, & quantũ prauorũ hominũ detestaris errorẽ. Om̃is em̃ hæresis nimis ẽ impia, & euãgelicę* veritatis inimica, quę non portionẽ aliquã lædere, sed ipsa Chrianæ religionis conat fundamẽta cõuellere. Memor em̃ sum me sub illius noĩe ecclesiæ p̃sidere, cuius a dño Iesu Chro est glorificata cõfessio, & cuius fides nullũ vnq̃ fallit, sed oẽs quidẽ hæreses destruit. Intelligo aũt mihi aliter nõ licere q̃ vt oẽs conatus meos ei causę, in qua vniuersalis ecclesiæ salus infestat, impendã. Agnosce (fili charissime) nõ ex tpe, neq; post tpa filiũ dei natũ, sed ante oĩa tpa de paterno vtero inenarrabiliter generatũ, ipso deo p̃re per prophetã, dicẽte: In splẽdoribus sanctorũ ex vtero ante luciferũ genui te. Quã sententiã & Esaias propheta dubijs, atque incredulis, euidenter expressit, dum non aliũde filium, q̃ de patre natũ ineffabiliter oñdit. In humilitate (inq t) iudiciũ eius sublatũ est. Natiuitatem eius quis enarrabit? Et in libro Iob: Sapientiã dei (ait) vnde inuenies?

* alias, veritati.

24. q. 1. Memor sum, me

Psalm. 109

Esaiæ. 53. c

Iob. 28. c

Latet

Latet enim ab oculis hominũ, & a volucribus cœli absconsa est. Expergiscere paululum, & si lumen scientiæ in teipsum aliquantum habes, inuenies, neq; cuius natiuitas a propheta non potuit enarrari ex tẽpore, vel vt astruere ipse conaris, non potuit generari. In principio (inquit Iohannes Euangelista) erat verbum, & verbũ erat apud deum, & deus erat verbum: hoc erat in principio apud deũ. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipo factum est nihil. Et iterũ: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In isto igitur, quod dicitur, erat, si tempus quęrere volueris, non inuenies, quoniam ex quo pater, ex illo & filius, & quod pater ẽ, id ẽ etiam filius, Salomone dicente: Ego ex ore altissimi prodij, primogenita ante omnẽ creaturam. Ego feci, vt in cœlo oriretur lumen indeficiens & sicut nebula texi omnẽ terram. Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis. Gyrum cœli circuiui sola, & profundum abyssi penetraui. In omnẽ terram steti, & in populo primatum habui. Item ibi: Cum præpararet cœlum, aderam illi, & cum sedẽ suam secerneret. Quando super ventos fortes faciebat in summo nubes, & cũ certos ponebat fontes sub cœlo, cum fortia faciebat fundamenta terræ, ego eram cum illo componens, & ego eram, cui adgaudebat, cũ lætaret, orbe perfecto. Et in psalmo cẽtesimoprimo: Tu domine in principio terram fundasti, & opera manuum tuarũ sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & sicut opertoriũ mutabis eos, & mutabunt, tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Non enim erat ętas, aut aliquod tempus, antequam de patre filius nasceret, quoniam, qui tempora vniuersa propria potestate constituit, ex tempore, vel post tempora, nasci non potuit. His paucis sententijs breuiter consultis tuis respondi, frater charissime. De cætero tuam moneo dilectionẽ, vt cunctos, quos errare cognoueris, ad catholicã fidem, & ad vnitatem recte credentiũ, conuertere studeas, & tu nunquam ab apostolico tramite recedas. Si autem te non audierint, & errantes (quod absit) permanserint, nobis eos manifestare, q̃ citius poteris, non tardes, vt apostolica authoritate, aut cito ad ecclesiam conuertantur, aut ab ecclesia separentur. Audiuimus etiam, quod quidam erronei, & consentientes eis, te & reliquos infestent episcopos, & episcopos aliquos comprouinciales, ad vestram infamationem, atq; damnationem secum trahant. Quapropter, in hac sancta sede dudum a multis episcopis constitutum erat, & modo ad vestrum, & cæterorum fratrum auxilium est denuo roboratum, vt omnes episcopi, qui in quibusdam grauioribus pulsant, vel criminant causis, quotiẽs necesse fuerit, libere apostolicã appellent sedẽ, atq; ad eam, quasi ad matrẽ confugiant, vt ab ea (sicut semper fuit) pie fulciant, defendantur, & liberent. Cuius dispositioni omnes maiores ecclesiasticas causas, & episcoporũ iudicia, antiqua apostolorum, eorumq; successorum atq; canonum authoritas reseruauit, quoniã culpant episcopi, qui alitet erga fratres egerint, q̃ eiusdem sedis papæ fieri placuerit. Vnde placuit, vt accusatus, vel iudicatus, a comprouincialibus in aliqua causa, episcopus, licenter appellet, & adeat apostolicæ sedis pontificem. Qui aut per se, aut per vicarios suos eiusdẽ retractari negotium procuret. Et dum iterato iudicio pontifex causam suam agit, nullus alius in eius loco ponatur, aut ordinetur episcopus, quoniam quanquam a comprouincialibus episcopis accusati causam pontificis scrutari liceat, non tamen diffiniri, inconsulto Romano pontifice, permissum est, cum beato Petro apostolo non ab alio, quam ab ipso dictum sit domino: Quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlo. Et quæcunq; solueris super terram, erunt soluta & in cœlo. Et si quis putauerit, se a proprio metropolitano grauari, apud primatem diocœseos, aut penes vniuersalis apostolicæ ecclesiæ papam iudicetur. Ait enim Iacobus apostolus: Iudicium sine misericordia illi fiet, qui non fecit misericordiam. Superextollit autem misericordiam iudicio. In omnibus ergo, fili dilectissime, cor custodi, sicut scriptum est: Omni custodia custodi cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Hæc breuiter pro commemoratione rescripsi, sed peto, vt pro me orare debeas, quatenus omnipotens deus & a malignis me spiritibus, & a peruersis hominibus custodire dignetur, quia in hac vitæ meæ peregrinatione mala me, simul & multa circundant, ita vt cum psalmista iure dicam. In me transierunt iræ tuæ, & terrores tui contur-

Marginalia: Iohan. 1. a — Eccl. 24. a — Prouer. 8. c — Psalm. 101. — 2. q. 6. sub nomine Gregorij papę, cap. Oẽs epi q in. Et i dec. Iulij Et in decretis Iuo. lib. 4 — 3. q. 6. Accusatus vl iudicatus Et sup i dec. Victoris pp. Et ifra i decr. Iulij, & i decr. Iuo. libr. 4 — Matth. 16. c — 2. q. 6. Si quis putauerit. Et i dec. Victor. pp. supr. Et infra i dec. Iulij Et i decr. Iuo. lib. 4 — Iaco. 2. c — Prouer. 4 d

Side letters: D — E — F

A cõturbauerũt me. Circundederunt me sicut aqua tota die, circundederunt me simul. Cœlestis gratia & nos in vrbibus, & vos vbiq; protegat, quia antiquus hostis terrarum locis a tentatione non excluditur, quia si in paradiso hominem strauit, quis locus extra paradisum esse potest, in quo mentes hominum penetrare non valeat. Antiqui enim hostis (cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum) sunt semper oculi vigiles, ad animas hominum illaqueandum. Multosq; sua prauitate secũ in perditionem trahere cupit, qui suapte malitia a gloria lapsus est in miseriam. In sola ergo creatoris nostri protectione fidendum est, cui ex intimo corde clamemus: Esto mihi in deum protectorem, & in locum munitum, vt saluum me facias. Data Kalend. Septembris, Valeriano & Decio, viris clarissimis consulibus.

Psalm. 87 · *Sapiæ. 2. d* · *Psal. 30. & 70*

De his consulibus videantur scripta in epistola sequenti.

EPISTOLA SECVNDA SIXTI PAPAE.

B DILECTISSIMIS Fratribus per Hispaniarum prouincias constitutis, Sixtus episcopus in domino salutem. Magno munere misericordiæ dei, totius ecclesiæ catholicę multiplicata sunt gaudia, cũ ecclesiarum status eo viget ordine, quo Apostoli, eorumq; successores, illũ statuerũt. Et cũ antiq hostis astutia eum turbari cognoscimus, non modico contristamur mœrore. Quam ob causam, fratres hortamur vos, monemus, & flagitamus, vt a tramite Apostolicæ institutionis nequaquã recedamus recedatis, nec a capite dissideatis, sed fidẽ & ordinem, quam Apostoli & apostolici viri statuerunt, absq; hæsitatione teneatis. Nam si columnæ alicuius magnæ domus corruerint, ipsa postea domus minime stabit. Sic & vos, qui columnæ ecclesiæ estis, si labefactari cœperitis, sancta ecclesia (quę per vos regitur) tabescet, & labetur. Hæc (fratres) quæ dico, valde timenda sunt, & summo moderamine pensanda, atq; ne fiant, cauenda. Ipsa enim veritas per se dixit: Vos estis sal terræ. Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Et cętera. Ideo vos, charissimi, moneo, quia vobis debitor sum, & valde vos diligo Et quando bona audio de vobis, congratulor satis, & econtra, quando aduersa, nimis conturbor. C Ego vero quamuis vobis per longa terrarum interualla disiunctus sim, sum tamen omnino vobiscum corde coniunctus. Ideoq; de vestra beatitudine erga me modis omnibus confido, quia cum me vicissim diligitis, a me longe non estis. Vnde magis gratias referimus illi grano sinapis, quod ex modici, despicabilisq; seminis specie ita ramis ex eadẽ radice surgentibus, atq; se distendentibus, vsquequaq; diffusum est, vt in eis volatilia cœli cuncta nidificent. Gratiaq; sit fermento illi, quod tribus farinæ satis, totius humani generis massam in vnitate conspersit, atque paruo lapidi qui abscissus de mõte sine manibus, occupauit vniuersam faciem orbis terræ. Qui ad hoc naturã nostræ carnis, & status seruilis formã assumẽs, humiliter se vsquequaq; distendit, vt omni humano genere in vnitatẽ redacto, totius corpus vnitũ perficeret ecclesiæ, atq; ita, ad totius compaginis pertineret commodũ, membrorum partialis ista distinctio. Vnde nos quoq; a vobis longe non sumus, quia in illo, qui vbiq; est, vnũ sumus. Agamus ergo ei gratias, qui solutis inimicitijs in carne sua, fecit, vt in omni orbe terrarum vnus esset grex, & vnum ouile, sub vno pastore, semper memores, quod vos veritatis prdicatorę admoneat, dicens: Solliciti * seruate vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vinculum enim pacis nemo seruat, dum aliũ infestat, aut verbis, aut factis persequit. Ideo, frẽs, sta ptulimus, quia audiuimus inter vos accusatiões exerceri, & pulsos a sedibus episcopos, aut suis rebus expoliatos, iudicari. Quapropter statutũ est, vt si quis contra episcopum,

Matth. 5. b · *Matth. 13. d* · *Marc. 14. c, & Lucæ. 13. d* · *Matth. 13. e & Lucæ. 13. d* · *Daniel. 2. e* · *alias, seruare*

vel acto

2.q.7.Si quis contra epm. Idem supra in dec. Alexādri papæ. Et i decre. Iuo. lib. 4 Et infra i decre. Iulij papę Supra in dec. Sixti primi & fīr in decr. Iulij papæ

9 q.3. Fratres quos timore

vel actores ecclesiæ, se propriū crediderit habere negotiū, nō prius adeat iudices quā ad eos recurrat charitatis studio, vt familiari colloqo cōmoniti, ea sanare debeāt, quę in querimoniam deducuntur. Quod si aliter egerit, communione priuetur. Nemo pontificum deinceps aliquem episcopum suis expoliatum rebus, aut a sede pulsum, excommunicare, aut iudicare præsumat, quia non est priuilegium, quo expoliari possit iam nudatus. Nullus episcopus alterius parochianum præsumat retinere, aut ordinare absq; eius voluntate, vel iudicare, qa sicut irrita eius erit ordinatio, ita & dijudicatio, quoniam censemus, nullum alterius iudicis (nisi sui) sententia teneri. Nam qui eum ordinare non potuit, nec iudicare vllatenus poterit. Ista enim vobis deinceps tenenda, & fratres vicissim adiuuare, mandamus. Fratres vero, quos timore terreno iniuste damnastis, scitote a nobis iuste esse restitutos. Quibus ex sancti Petri & apostolica authoritate, omnia quæ eis ablata sunt, integerrime reddi præcipimus, si non vultis vos, & principes vestri, a collegio nostro, & membris ecclesiæ separari. Iusto enim iudicio dei, datur plerunq; peccatoribus potestas, qua sanctos ipsius persequantur, vt qui spiritu dei iuuantur, & aguntur, fiant per laborum exercitia clariores. Illi tamen, qui hoc agunt, nullatenus euadent pœnam, quia vt ait dominus: Væ illi, per quem scandalum venit. Et quanquam iuxta saluatoris sententiam, necesse sit, venire scandala, væ tamen, per quem veniunt. De occultis enim cordis alieni temere iudicare, peccatum est, & eum, cuius non videntur opera nisi bona, iniquum est, ex suspitione reprehēdere, cum eorum, quæ homini sunt incognita, solus deus iudex sit iustus, qui inspector est verus. Vnde scriptum est: Incerta non iudicemus, quo ad vsq; veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordiū. Et quamuis vera sint, non tamen credenda sunt, nisi certis indicijs comprobent, nisi quæ manifesto iudicio conuincuntur, nisi quæ iudiciario ordine publicantur. Nullus ergo potest humano condemnari examine, quem deus suo iudicio reseruauit. Hæc omnia summopere sunt præcauenda, ne præsumptores esse videamur. Et accusatio episcoporum non est facile recipienda, dicente domino: Non suscipies vocem mendacij. Et Apostolus (inquit) aduersus presbyterum inscriptionem non recipiendam absq; duobus vel tribus idoneis testibus. Si hæc de presbyteris, vel cæteris fidelibus, sunt præcauenda, quanto magis de episcopis? Quibus cognitis, magis vos dominari velle, manifestum est, q̄ consulere fratribus, aut sustentare eos, quia honor inflat superbiam, & quod prouisum est ad concordiam, tendit ad noxam. Decuerat nanq; iuxta præfatas regulas, vt si aliquid egissent contra suum ordinem, mandare nobis, & expectare, quid ad vestra consulta rescriberemus, in tantum, vt si etiam quicquam graue, intolerandumq;, committerēt, nostra præstolaretur censura, vt nihil prius, aut aliquid aliud decerneretis, q̄ quod nobis placere cognoueritis, & a regulis p̄stitutis, nulla aut negligētia, aut p̄sumptione, recederetis. Cesset huiusmodi pressa nostra authoritate, p̄sumptio, vitētur huiusmodi nocumēta, quia nequaq̄ talia patiēter ferre possumus machinamēta, quoniam conuenit nobis, paternarū sanctionum diligētes esse custodes. Merito nanq; causa nos respicit, si silentio faueamus errori. Est insup a sanctis prædecessoribus nostris plerūq; iam statutū, vt nemo anathema in nostra suscipiat accusatione, nec illi, q nos in sua nolunt recipere querela vel accusatiōe, cū nos sup illos sciamus a dn̄o constitutos, non illos sup nos. Et sicut maior non p̄t a minore iudicari, ita nec colligari, qa rarū est oīe, quod magnū est. Portemus onera oīm qui grauant, quinimmo hæc portat in nobis beatus apostolus Petrus, cuius vice fungimur legatione, & cuius regula informamur, quatenus eius fulti auxilio, ab omnibus nunc, & in perpetuū tueamur aduersis. Data. * xvij. Kalen̄. Augusti, Valeriano & Decio viris clarissimis consulibus.

Matth. 18. a

1. Cor. 4. a In dec. Iuo. li 4. Et in decr. Iulij papæ.

Eccl's. 7. b. 2. q. 7. Accusatio epor. Exod. 23. a 1. Timot. 5. c

* Alias, secundum Marianum Scotum Kalendis Augusti. Verum consules simul hic allegatos nusquam memorat. Sed Valerianum, & Gallienum consules designat, anno. cc. lxvi. Item. cc. lxvij. Item. cc. lxix. Iuxta autem Dionysii cyclum, anno. cc. xliij. & cc. xlv. ac. cc. xlvij.

Ex de

A

¶Ex decretis Sixti secundi, vt putatur, ex Gratiano prioribus non inserta.

Qui grauatur a proprio metropolitano, ad primates, aut vniuersalem ecclesiæ sedem appellet.

Quotiens epi se a suis cõprouincialibus, vel a metropolitano, putauerint prægrauari, aut eos suspectos habuerint, mox ad Romanã appellent sedẽ, ad quã eis libere ire liceat. Et dũ ad pdictã Romanam ecclesiã appellauerint, aut ab ea se audiri poposcerint, nullus eos aut excommunicare, aut eorũ sedes subripere, aut res eorũ auferre, aut aliquam eis vim inferre, præsumat, antequam amborum causa Romani pontificis authoritate terminetur.

2.q.6. Quotiens epi se

¶Ex eodem vt supra.

Sup appellatione alterius prouintiæ, iudices audire non oportet

Si quis clericus super quibuslibet criminibus accusatus fuerit, in prouintia, in qua cõsistit ille, qui pulsatur, suas exerceat actiões, nec existimet eum accusator suus alibi, aut longius, ad iudicium protrahendum.

3.q.6. Si quis clericus

¶Eusebius ecclesiasticæ historiæ lib. vij. cap. iiij. huius Sixti meminit in hunc modum.

B

STephano vero duobus annis impleto sacerdotio Sixtus succedit. Ad quem scribit nihilominus Dionysius de baptismate, cõmemorans, ꝙ Stephanus quidem decessor suus, scribẽs ad Firmilianũ, & Helenũ, cæterosq; illarũ partium episcopos, statuerit, nõ cõmunicandum esse his, qui rebaptizant eos, qui ab ecclesia ad hæreticos transeunt, sed debere cõsiderare magnitudinem rei, qa non quicũq;, sed permagni, & nobiles, in episcopis viri sunt, qbus hoc visum sit. Dicit etiã, ꝙ sup hoc scripserit plenius ad Dionysiũ, & Philemonẽ, psbyteros vrbis Romæ. Indicauit aũt pariter etiã de Sabellici hæresi, q̃ tpibus ipsius exorta est, scribens hæc.

Euseb. ecclesiasticæ hist. li. 7. cap. 4

¶Idem capite quinto.

Quid autem dicam de ea doctrina, quæ apud Ptolemaida Pentapoleos ciuitatem nuper exorta est, plena blasphemijs in deũ patrem, & dñm nostrũ Iesum Christũ, negans esse vere eũ filiũ patris, nec primogenitũ oĩs creaturæ, simul & sancti spiritus auferens intellectum. Pro quibus cum vtræq; partes ad me venissent, & præsentibus fratribus, quæ commota fuerant, discussissent, etiam literis, prout deus dedit paruitati meæ, prosecutus sum, & scripsi singula, quæq; omnia diligenter exponens, quorum tibi exemplaria transmisi.

C

¶Idem capite sexto.

In quinto vero libro ad Sixtũ vrbis Romæ episcopũ scribẽs, & aduersum supradictã hæresim quædã differens, etiã tale aliquid accidisse, cõmemorat his verbis. Vere aũt, frater, consilium peto, & requiro sententiã, quid tibi videatur in ea causa, quæ in ecclesia nostra exorta est. Vereor enim, ne forte fallar in aliquo.

¶Idem capite septimo.

Erat apud nos frater quidam fidelis antiquitus, ante etiam quam ego episcopus ordinarer, imo & antequam Decessor meus Heraclas. Is cum interesset his, qui baptizantur, & audiret, vel quid interrogentur, vel quid respondeant, flens accessit ad me. Et procidens ad pedes meos, cõfiteri cœpit, se baptisma ab hæreticis aliter suscepisse, quod tamen secundum ea, quæ nunc videret a nobis ministrari, nec baptisma duceret, eo q̃d esset repleta blasphemijs omnis illa confessio. Simul & hoc addebat, se in tantum pro hoc errore stimulari, vt ne oculos quidem ad deum auderet erigere. Propter quod exorabat, se mundari, & purificari ecclesiastico baptismate, vt & gratiam posset consequi spiritus sancti. Quod ego facere ausus non fui, sed dixi, posse ei sufficere tam multi temporis communionem, quam in ecclesia consecutus est, per hoc, quod a nobis eucharistiæ suscipiens donum, responderet, amen, ex quo & per singula potuisset ipsa sacramentorum virtute purgari. Cohortabatur igitur, eum debere confidere fidei suæ, & conscientiæ iam purgate, & ante oĩa, quod

tam diu in sacramētis nobis iam particeps fuerit. Sed ille neq; a luctu cessat, & lachrymis, neq; vltra ad mensam dominicam audet accedere, ita vt vix a nobis cohortatus & compulsus, orationi audeat interesse.

¶Idem capite vicesimoseptimo.

Idem cap.17. Per idem tēpus cum Romano adhuc sacerdotio Sixtus præesset, & apud Antiochiam Demetrianus, Firmilianusq; adhuc Cæsareæ Cappadociæ superesset, Ponti ecclesias Gregorius, q prius Theodorus dictus ē, ex Origenis discipulis cum fratre Anthenodoro suscepit gubernādas, apud Cæsareā vero Palestinæ post Theoctistū Donnus, episcopatū sortitus est, & breui defunctus, Theotecno nr̄æ memoriæ viro sedem tradidit, qui & ipse Origenis auditor fuisse dicebat. In Hierosolymis vero post Mazabbenem sacerdotium suscepit Hymeneus. Et hi omnes in pace ecclesias gubernabant.

DECRETA DIONYSII PAPAE.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

Dionysius ex monacho, cuius generationem reperire nō potuimus, sedit annos. vi. menses. ij. dies. iiij. Fuit temporibus Galieni, ex die. xi. Kalendarū Augusti *Emiliano & Basso, consulibus, vsq; in diem septimū Kalendarū Ianuarij, consulatus Claudij & Paterni. Hic presbyteris ecclesias diuisit, & cœmiteria, parochiasq;, & diocœses constituit. Hic fecit ordinationes duas p mēsem Decembrem, presbyteros. xij. diacones. vi. episcopos per diuersa loca numero septē. Qui etiam sepultus est in cœmiterio Calixti via Appia. *iij. Kalendas Ianuarij. Et cessauit episcopatus dies quinq;. Hæc ille. Circa annorum Dionysii papæ assignationem non modica scriptorum differentia inuenitur. Damasus quippe assignat ei annos sex, similiter & Platina, licet in margine aliorū recitans opinionē scribat duos. Eusebius autē Cæsarieñ. in Chronicis suis dicit. Dionysius episcopus Romanæ ecclesiæ constituitur annis. ix. Simili modo idē in historia ecclesiastica lib. vij. cap. xxvij. ita scribit. Sed paulo antequam hic, id est, Diocletianus imperium sumeret, in vrbe Roma defuncto Dionysio post. ix. annos sacerdotij, Felix suscepit sedē. Hæc ille. Idem tamen Eusebius in præmemoratis Chronicis annos prosequendo, priusquam veniat ad successorem Felicem, ponit annos duodecim vel ad minus vndecim. A quo etiam numero parum admodum dissiliunt consulum anni, si secundum Cassiodorum, & alium Gregoriū, in consulum cathalogo ab eis descripto cōputentur ab Aureliano & Basso, vel secundum aliud exemplar, ab Emyliano & Basso, vsq; ad Claudium, & Paternum, prout superius refert Damasus. Porro Marianus Scotus anno Valeriani Impatoris quinto, & ad veritatē euāgelij. cclxxij. secūdū vero Dionysii cyclū. cclxix. ait. Emyliano & Basso consulibus, Dionysius papa successit secundum gesta pontificum. Et idem Marianus anno Valeriani septimo, Gallieno & Gentiano consulibus, Dionysi papæ annos assignans dicit. Dionysius vicesimus tertius papa sedit annis sex, mensibus quinq;. Hic ecclesias presbyteris & parochias, atq; diocœses dedit atq; constituit. Idem quoq; anno. xiij. Valeriani, Paterno & Archisilao, diem obitus Dionysii designans. Donysius (inquit) papa, obijt sexto Kalendas Ianuarij.

*alr̄s, Aureliano.
*alias. sex.

EPISTOLA DECRETALIS DIONYSII PAPAE PRIMA ad Vrbanum præfectum.

Diony-

A DIONYSIVS Episcopus Vrbano præfecto salutẽ. Sũmum bonũ est, amare amantes se. Et econtra, peius malum non est, quam vt ciues ciuibus inuideant. Gratias siquidem agimus tuæ charitati, quod fideles sancti Petri bene suscipis, & adiuuas. Vnde scias, te & a nobis, nostrisq; diligi, & tui, tuorumq; non modicũ curam habere. Quapropter tuã hortamur dilectionem, vt bonum, quod cœpisti, semper implere non differas, quia non laudatur initium, sed finis. Sapientiam etiam te hortamur diligere & scrutari, vt rationabiliter & sapienter disponas, & iudices ea, quæ tibi cõmissa sunt, dicente dño per prophetã: Erudimini, qui iudicatis terram. Time ergo deũ, & mandata eius serua. Et dilige eum totis *visceribus, & proximũ tuum sicut teipsum. Deus altissimus creauit sapiẽtiam in spũ sancto. Et vidit, & dinumerauit, & mensus est. Et effudit illam super omia opera sua, & super omnẽ *carnem. Secundũ datum suum pbuit illam diligentibus se. Timor dñi gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Timor dñi delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium in longitudine dierũ. Timenti deũ bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. Dilectio dei honorabilis sapiẽtia. Quibus aũt apparuerit in visu, diligunt *eum in visione, & in agnitione magnalium suorũ. Initium sapientiæ timor dñi. Et cũ fidelibus in vulua cõcreatus est, & cũ electis fœminis graditur, & cũ *iustis fidelibus agnoscitur. Timor dñi scientiæ religiositas. Religiositas custodiet, & iustificabit cor, iucunditatem atq; gaudium dabit. Timenti deũ bene erit, & in diebus *consummationis illius benedicetur. Plenitudo sapientiæ est timere deũ, & plenitudo a fructibus illius. Omnẽ domũ illius impleuit a generationibus, & receptacula a thesauris illius. Corona sapientiæ timor dñi, replens pacẽ, & salutis fructum, & vidit, & dinumerauit eã. Vtraq; aũt sunt dona dei *sciẽtia, & intellectus, Sapiẽtia cõpartietur prudentiæ, & gloriã tenentium se exaltat. Radix sapientiæ est timere deum, rami enim illius longæui. In thesauris sapientiæ intellectus, & scientiæ religiositas, execratio autem pctõribus sapientia. Timor dñi repellit pctm̃, nam qui sine timore est, nõ poterit iustificari, Iracundia em̃ animositatis illius, subuersio illius est. Vsq; in tempus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis. Bonus sensus vsq; ad tempus abscondet verba illius, & labia multorũ enarrabunt sensum illius. In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ, execratio autẽ pctõri cultura dei. Fili concupiscens sapientiã, conserua iustitiam, & deus pbebit illam tibi. Sapientia em̃ & disciplina timor dñi, & q̃d beneplacitũ est illi fides, & mansuetudo, & adimplebit thesauros eius. Contumax non sis, & incredibilis, timori domini, & ne accesseris ad eum duplici corde. Ne fueris hypocrita in conspectu hominũ, & non scandalizeris labijs tuis. Attende in illis, ne forte cadas, & ponas scandalum animæ tuæ, & adducas inhonorationem tibi, & reuelet deus absconsa tua. Pro fide frater, & iustitia, ac pro salute animæ tuæ, certa semper, & pro adiutorio fratrum viriliter age, vt a dño recipias remunerationem. Scriptũ est em̃. Fili conserua tempus, & deuita a malo. Pro aĩa tua nõ cõfundaris dicere verũ. Est em̃ cõfusio adducẽs pctm̃, & est cõfusio adducens gloriã & gratiã. Ne accipias faciẽ aduersus faciẽ tuã, nec aduersus animã tuã mendacium. Non verearis proximum tuũ in casu suo, nec retineas verbum in tempore salutis. Non abscondas sapientiam tuam in decore eius. In lingua em̃ agnoscitur sapientia, & sensus, & scientia, & doctrina, in *verbis veritatis, & firmamentum in operibus iustitiæ. Non contradicas veritati vllo modo, & de mẽdacio ineruditionis tuæ confundere. Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subijcias te homini pro peccato. Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluuij. Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsq; ad mortem certa pro iustitia, & deus expugnabit pro te inimicos tuos, & eos euertet viriliter. Noli citatus esse in lingua tua, & inutilis, & remissus in operibus tuis. Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi. Nõ sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. His fultus scripturarũ authoritatibus,

B

C

Psalm̃. 2
Eccles. 12. d
als, viribus
Matth. 22. d.
Marci. 12. c
Et Luc. 10 c.
Ecci. 1. b. c. d
als, carnẽ secũdum datũ suũ, & pbet alias eam.
Psal. 110
& Prouer. 1. a
& 9. b
als, iustis & fidelibus.
als, consolationis
als, Sciẽtiam & intellectũ prudentiæ sapiẽtia cõpartietur.
Ecci. 4. e. d
als, verbo sensati.

tatibus,

catibus, semper sta rectus, & a via veritatis ne auertaris, vt gratiam dei semper acquiras, & bonorum hominum amicitia semper fruaris, tantoque tua facilius ab amore huius seculi mens exeat, quanto & impellitur, dum vocatur. Nã vos & præsentes videre cupimus, & absentibus colloqui, saltem per epistolã desideramus. Vnde optamus, vt vos beatus Petrus apostolorum princeps ad sua limina feliciter perducat, quatenus in omnipotentis gratia perfrui vestra præsentia mereamur. Data. iiij. Nonas Februarij, Aureliano & Basso, viris clarissimis consulibus.

Marianus Scotus sub anno. cclxx. ponit Tuscũ, & Bassum cõsules, anno. cclxxi. Emilianũ & Bassum, anno tandẽ. cclxxxiij. Valerianũ & Bassum. Porro Aureliani & Bassi nõ meminit. Idẽ tamen anno. cclxxix. dicit Dionysium obijsse cõsulibus Paterno, & Archisilao, loco cuius Archisilai, Damasus ponit Claudium.

EPISTOLA DIONYSII PAPAE SECVNDA, AD SEVErum episcopum.

Dionysius episcopus Seuero episcopo salutem. Olim, & ab initio, tantam pcepimus a beato Petro apostolorum principe fiduciam, vt habeamus authoritatem vniuersali ecclesiæ, auxiliante dño, subuenire, & quicqd nociuum est, authoritate apostolica, corrigere & emendare. Ad hoc em̃ diuinæ dispensationis prouisio gradus, & diuersos constituit ordines esse distinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberẽt, & potiores minoribus dilectionẽ impenderent, vna concordiæ fieret ex diuersitate contextio, & recte officiorum generaretur administratio singulorum. Neque enim vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differẽtiæ ordo seruaret. Quia vero creatura in vna, eademque æqualitate gubernari, vel viuere non potest, cœlestium militiarum exemplar nos instruit, qa dum sint angeli, sint archangeli, liquet, qa non æquales sunt, sed in potestate, & ordine, sicut nosti, differt alter ab altero. Si ergo inter eos, qui sine peccato sunt, ista constat esse distinctio, quis hominum abnuat, huic se libenter dispositioni submittere? Hinc etenim pax & charitas, mutua se vice cõplectunt, & manet firma concordiæ in alterna, & deo placita dilectione sinceritas. Quia vnumquodque tũc salubriter complet officium, cũ fuerit vnus, ad quem possit recurrere præpositus. De ecclesiis ergo *parochianis, vnde apostolicam sedem cõsulere voluisti, qualiter sint custodiendæ p Cordubensem prouintiã, ac diuidendæ sacerdotibus, nihil tuæ charitati melius nobis videtur intimare, quam vt sequaris, q̃d nos in Romana ecclesia nuper egisse cognoscit. Ecclesias vero singulas singulis presbyteris dedimus, parochias & cœmiteria, eis diuisimus, & vnicuique ius proprium habere statuimus, ita videlicet, vt nullus alterius parochiæ terras, terminos, aut ius inuadat, sed vnusquisque suis terminis sit contentus, & taliter ecclesiã, & plebẽ sibi cõmissam custodiat, vt ante tribunal æterni iudicis, ex oĩbus sibi cõmissis, rationẽ reddat, & nõ iudiciũ, sed gloriam pro suis actibus accipiat. Hanc q̃que normã charissime, te, & oẽs episcopos sequi cõuenit, & q̃d tibi scribit, omnibus quibuscũque potueris, notũ facias, vt nõ specialis, sed generalis fiat ista pceptio. Crimina vero, q̃ episcopis impingere dicis, p alios nõ sinas vllo modo fieri, nisi p ipsos, q crimina intendũt. Si tamen ipsi digni, & irreprehensibiles apparuerint, & actis docuerint publicis, om̃i se carere suspitione, & inimicitia, & irreprehensibilem fidẽ, cõuersationemque ducere. Nemini enim de se confesso credi põt sup crimen alienum, qm̃ om̃is eiusque rei *confessio periculosa est, & admitti non debet. Similiter alieni erroris sociũ, vel a sui voluntarie propositi tramite recedentẽ, aut sa-

alias parochialibus.

13. q. 1. Ecclesias singulas singulis

15. q. 3. Nemini ptergq. Et infra in decr. Iulij papae ars, professio. 3. q. 4. Alieni

A aut sacris patrum regulis, & cõstitutionibus inobedientẽ, suscipere non possumus, nec debemus, nec impetere recte credentes, vel sanctorum patrum sanctionibus obtemperãtes permittimus. qa infames omnes esse censemus, qui suam, aut christianã præuaricãtur legem, aut apostolicam, vel regularem libenter postponunt authoritatem. Hæc itaq;, frater charissime, quę pro affectu sacerdotalis nominis, & honoris impẽdimus, tibi, tuisq; subditis, & omnibus tenenda, & alijs nuntianda, atq; prædicanda mãdamus, quibus & pietas ad vtilitatẽ, & fit ad fructum dilectio. Vnde obiurgando, hortãdo, suadendo, blandiendo, consolando, prodesse, quibus possumus, festinemus. Lingua nostra bonis fomentum fit, prauis aculeus. Timidos retundat, iratos mitiget, pigros exacuat, desides hortando succẽdat, refugientibus suadeat, asperis blandiat, desperatos consoletur, vt qa doctores dicimur, viam salutis gradiẽtibus ostendamus. Simus in custodia vigilantes, aditum contra hostis insidias, soliciti muniamus. Et si quando perditam ouem de commissis gregibus error abduxerit, toto illam annisu ad caulas dominicas reuocare contendamus, vt de pastoris nomine, quod habemus, non supplicium, sed præmium consequamur. Quia ergo in his omnibus diuinæ gratiæ adiutorium opus est, omnipotentis dei assiduis precibus clementiam exoremus, qua- B tenus ad hæc nobis operanda, & velle tribuat, & posse concedat, atq; in ea nos via, cum fructu boni operis, quam se pastor pastorum esse testatus est, dirigat, vt sine quo nihil agere possumus, per ipsum implere omnia valeamus. Data quinto Idus Septẽbris, Claudio & Paterno, viris clarissimis consulibus.

Anno ad veritatẽ euãgelij. cclxxxi. Iuxta vero Dionysii cyclũ, anno. cclix. designat hos fuisse consules Marianus, sed quõ cõgruãt hi anni Dionysio papæ, ac Felici papæ, qui postea sequit, videt ambiguũ propter tpis breuitatẽ quã pfuisse legunt.

¶ Notandũ quod consilium episcoporum, quod infra statim ex Eusebij Cæsarieñ. testimonio scribit fuisse in Antiochia tempore huius papæ Dionysii, nõ est illud, quod infra annotatur seruatũ tpe Iulij papæ. Vnde lib. vij. cap. xxiij. & aliquot sequentibus capitulis subiecta prosequit. Sixto Romanæ ecclesiæ per annos. xi. sacerdotio procurato, succedit Dionysius. Et Demetriano apud Antiochiam defuncto, Paulus de Samosate sacerdotiũ suscepit. Qui Paulus abiecta satis, & indigna, de Christo sentiens, traditionẽ doctrinæ ecclesiasticæ corrũpebat, dicẽs, eũ cõmunis naturæ hominem tantũ fuisse. Tunc Dionysius (non qdem papa supradictus, sed Alexandrinus C archieps, q anno tertio imperij Philippi vna cũ Philippo filio, Eracla archiepiscopo defuncto, locũ sacerdotij suscepit) de Alexãdria rogatus venire ad cõciliũ, & senectutis impedimẽto, & incõmoditate corpis inhibet. Per epistolã tamẽ præsentem se reddit, & qd fidei ac veneratiõis, erga Christũ teneret, exposuit. Cæteri vero ecclesiarum pastores diuersis e locis, & vrbibus, velut aduersum latronẽ quẽdã, Chri gregibus insidiantẽ, cõueniũt Antiochiã. In qbus insignes, & cæteris pcellẽtes, erant, Firmilianus a Cæsarea Cappadociæ, Gregorius & Athenodorus fratres, Ponti prouintiæ sacerdotes, Helenus Sardeñ. ecclesiæ eps, & Nicomas ab Iconio, & Hierosolymorum pcipuus sacerdos Hymeneus, & vicinæ huic vrbi Cæsareæ Theotegnus, sed & Maximus Bostreñ. eps. dignus eorum cõsortio cohærebat. Multi vero & alij, quos longũ est enarrare per singulos. Sed & pbri quamplurimi, & diaconi, ad supradictã vrbẽ causa cõpescẽdi, imo delẽdi, noui huius dogmatis cõuenerãt. Hi igit oẽs sæpius in vnũ coeuntes, Paulũq; Samosatenũ statuẽtes in medio, atq; eius hæresim, quã ille nũc occultare, nũc etiã dissimulare conabat, frequẽti tractatu, & assiduis disputationibus denudãtes, arguere blasphemias, & publicare nitebant, nec tñ vno id, aut secũdo tantũ cõcilio, ad finẽ pducere potuerũt. Sed & cõuentũ sæpe est, & absq; ope ptio discessum. Et infra. Quibus ita gestis, cõmuni cõsilio vniuersi pariter sacerdotes scribũt epistolã ad psonã Dionysii epi vrbis Romæ, & Maximi Alexãdriæ epi, quã per oẽs mitteret ecclesias, per quã cũctis & suã diligentiã cõprobarẽt, & Pauli hæresim cõfutatã eẽ, atq; deiectã in vniuersorum notitiã puocarẽt. Simul etiã, quæ cũ eo qstiones habitæ sunt, indicãt. Sed & vitã ipsius intemperatam pariter, moresq; describũt. Ex quibus pauca aliqua inserere huic operi nostro, dignum iudicauimus.

Euse. lib. 7. ca 23. historiæ ecclesiasticæ

Ibidẽ cap. 24

Ibidẽ cap. 25

D

EIVSDEM FELICIS

PAPAE PRIMI, EPISTOLA PRIMA, decretalis ad Paternum epiſcopum.

CHARISSIMO atque dilectiſſimo Paterno coepiſcopo Felix epiſcopus in domino ſalutem. Gaudere me plurimum, & exultare in domino, dilectionis tuæ ſcripta fecerũt, quibus euidenter oſtenditur, quantum catholicam diligis fidem, & quantum hæreticum deteſtaris errorem. Hæreſis quippe eſt nimis impia, & euangelicæ veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, ſed ipſa Chriſtianæ religionis conatur fundaměta conuellere. Quoſcunq; enim rapit ad ſe, non ſolum in hoc vitium, ſed in multa alia vitia, ruere facit, & ipſo ſuadente antiquo hoſte, non ſolum perſecutores eccleſię, ſed etiam ſacerdotum eius, fiunt. Vna igitur mente corrigere curemus, & inſequamur tales, & ab hoſte ſuo eccleſiam, eiusq; fideles, & ſacerdotes domini, nitamur liberare. Præſtabit vires omnipotens redemptor noſter charitati, atq; iuſtitiæ, præſtabit nobis, longe a ſe poſitis, vnitatem ſpiritus ſui, ipſe cuius artificio, quaſi in arcę modum, quatuor mundi conſtructa lateribus, atque imputribilium lignorum compage, & bitumine charitatis aſtricta eſt eccleſia, vt nullius aduerſitate ſpiritus, nullius viuentis extrinſecus tumore fluctus perturbetur. Sed quemadmodum, illius gubernante gratia, petendum eſt, vt nulla nos ſuperueniens exterius vnda conturbet, ita ex totis orandum eſt viſceribus, frater chariſſime, vt ſuæ prouidentiæ dextera cumulum ſentinæ nobis interioris exhauriat. Aduerſarius quippe diabolus, qui contra humiles ſęuiens, ſicut leo rugiens, circuit, quærens, quem deuoret, non iam, vt cernimus, caulas circuiuit, ſed ita valide in quibuſdam eccleſiæ neceſſarijs membris dentem figit, vt nulli ſit dubium, quia niſi vnanimiter, faciente domino, cunctorum prouida paſtorum turba concurrat, omne (quod abſit) citius ouile dilaniet. Quapropter detractores, qui diuina authoritate eradicandi ſunt, & fautores inimicorum ab epiſcopali ſubmouemus accuſatione. Similiter ne ſummorum quiſpiam minorum accuſationibus impetatur, aut diſpereat. Neq; in re dubia certa iudicetur ſententia, nec vllum iudicium, niſi ordinabiliter habitum teneatur. Si quis ſuper quibuſlibet criminibus clericum pulſandum crediderit, in prouincia, in qua conſiſtit ille, qui pulſatur, ſuas exerceat actiones, nec æſtimet eum accuſator alibi, aut longius pertrahẽdum ad iudicium. Illi vero, qui pulſatus fuerit, ſi iudices ſuſpectos habuerit, liceat appellare primates. Primates quoque accuſatum diſcutientes epiſcopum, non ante ſententiam proferant damnationis, quam apoſtolica freti authoritate, aut reum ſeipſe confiteatur, aut per innocentes & canonice examinatos regulariter teſtes conuincatur. Aliter irritam eſſe cenſemus, & iniuſtam epiſcoporum damnationem, & idcirco a ſynodo retractandam, ita vt oppreſſis ab omnibus in cunctis ſubueniatur cauſis. Caueant iudices eccleſiæ, ne abſente eo, cuius cauſa ventilatur, ſententiam proferant, quia irrita erit, qui etiam rationem pro actione fratrum in præſentia dabunt. Proditoris vero nec * calumnia, nec vox audiatur. Nemo enim debitorem amplius poteſt cognoſcere, q̃ ille, qui iniuriam, eiusq; ſuſtinuit negotiam. Omnes ergo, qui in Chriſto volunt pie viuere, neceſſe eſt, vt ab impijs & diſſimilibus, patiantur opprobria, & deſpiciantur, tanq̃ ſtulti & inſani, qui præſentia bona perdunt, vt inuiſibilia & futura acquirant. Deſpectio tamen & irriſio taliũ, in ipſos retorquebitur, qui ipſos infeſtant, quia & abundantia eorum in egeſtatem, & ſuperbia tranſibit in confuſionem. Et quicquid iuſtis aduerſitatum vel malorum ir, rogatur, non eſt pœna criminis, ſed virtutis examen. Et ſicut aurum, quanto plus excoquitur, tanto melius efficitur, ſic iuſtus, quanto plus tribulatur, (ſi ipſam tribulationẽ patiẽter portauerit) multo purior, & clarior deo redditur. Vnde ipſa per ſe veritas dicit.

E

F

1. Petr. 5. c

3. q. 4. Detractores q̊q; q. & ſupra i dec. Zephe. papæ 2. q. 7. Maiorum quiſpiam, Et idẽ ſup. i decre. Eleuthe. papæ, Et. 3. q. 6. Si qs cleri. Et i dec. Iulij papę cap. 15 2. q. 1. Priates accuſatũ diſ. Et i dec. Iuo. lib. 4. Et ſup. i decr. Zepherini papę

* als, calũniatoris vox vnq̃

11. q. 3. Irritã eẽ epoꝝ. Et ſu pr. i dec. Eleu pp. Et i cõcil. Cart. 4. ca. 28

1. Timot. 5. c

A Beati qui persequutionẽ patiuntur propter iustitiã, qm̃ ipsorũ est regnũ cœlorũ. De talibus dñs per Esaiam loquitur, dicens: Audite verbũ dñi, qui tremitis ad verbum eius. Dixerunt fratres vestri, odientes vos, & abijcientes propter nomen meũ. Glorificetur dñs, & videbimus in lætitia vestra, ipsi aũt confundent. Vox populi de ciuitate, vox de templo, vox dñi reddentis retributionẽ inimicis suis. Anteq̃ parturiret, peperit: anteq̃ veniret partus eius, peperit masculũ. Quis audiuit vnq̃ tale, & quis vidit huic simile? Nunquid parturiet terra in die vna, aut * parturiet gens simul, qa parturiuit, & peperit Sion filios suos? Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse nõ pariã, dicit dñs? Si ego, qui generationẽ cæteris tribuo, sterilis ero, ait dñs deus tuus. Lætamini cũ Hierusalẽ, & exultate in ea oẽs, qui diligitis eã. Gaudete cũ ea vniuersi gaudio, qui lugetis sup eã, vt sugatis, & repleamini ab vbere cõsolationis eius, vt mulgeatis, & delicijs affluatis ab omnimoda gloria eius, qa hæc dicit dñs. Ecce ego declinabo sup eam quasi fluuiũ pacis, & quasi torrentẽ inundantẽ gloriã gentiũ, * quã sugetis. Ad vbera portabimini, & sup genua blandient vobis. Qũo si cui mater blandiat, ita ego cõsolabor vos, & in Hierusalẽ consolabimini. Videbitis, & gaudebit cor vestrũ, & ossa vestra sicut herba germinabũt. Et cognoscet manus dñi seruis eius, & indignabit inimicis suis. Quia ecce dñs in igne veniet, & quasi turbo quadriga eius, reddere in indignatione furorẽ suũ, & increpationẽ suã in flãma ignis. Quia in igne dñs *dijudicat, & in gladio suo ad omnem carnẽ, & multiplicabunt interfecti a dño. Qui

B sanctificabant, & mundos se putabãt in hortis post ianuã intrinsecus, qui comedebãt carnẽ suillã, & abominationẽ, & murẽ, simul consument, dicit dñs. Ego aũt opera eorũ, & cognationes eorũ, venio, vt congregẽ cũ oĩbus gentibus, & linguis, & venient, & videbũt gloriam meã, & ponã in eis signũ. Et mittam ex eis, qui saluati fuerint, ad gentes, in mari, in Aphrica, in * Lydia, tenentes sagittã in Italiã & Græciã, ad insulas longe, ad eos, qui non audierũt de me, & non viderunt gloriã meã. Et annuntiabunt gloriã meã gentibus, & adducẽt omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum dño, in equis & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad montem sanctum meũ Hierusalẽ, dicit dñs, quomodo si inferãt filij Israel munus in vase mũdo in domo dñi. Et assumam ex eis in sacerdotes, & in leuitas, dicit dñs. Quia sicut cœli noui, & terra noua, quæ ego facio stare coram me, dicit dñs, sic stabit semen vestrum & nomen vestrũ. Et erit mensis ex mense, & sabbatũ ex sabbato, & veniet omnis caro, vt adoret coram facie mea, dicit dñs. Et egredientur, & videbunt cadauera virorũ, qui præuaricati sunt in me. Vermis eorũ non morietur, & ignis eorũ non extinguetur, & erunt vsq; ad sacietatem visionis omni carni. Quid aliud detrahentes faciunt, nisi in puluerem flant, atq; in oculos suos terram excitant? Et vnde plus detractionis

C perflant, inde magis nihil veritatis vident? Tales tamen, frater charissime, portandi sunt, & corrigendi, quia cæci sunt, & duces cæcorum. His, charissime, respondi breuiter consultis tuis, quę te, & omnes episcopos regulariter tenere mandamus. Tuam tamen, frater, monemus prudentiam, vt pro statu eccesiæ, & sacerdotũ eius, pro viribus elaborare studeas, & ordinẽ sanctæ Romanæ & apostolicæ ecclesiæ, per omnia teneas, & violari sanctorũ decreta non permittas, sed omnes quoscunq; potueris, instruas, vt fructuosos manipulos domino representes. Vale. Data *Nonis Iunij, Claudio &* Aureliano viris clarissimis conss.

Matth. 5. a

Esa. 66. b. c. d

al's, parietur,

al's, sugetis

alias, dijudicabit

alias, Lybia

Matth. 15. b

alias, nono kalend.

alias, Mariniano.

¶ Istos consules non ponit Marianus Scotus. Ponit aũt anno ad veritatẽ euangelij, cclxxx. Paternum & Marinum, Anno aũt. cclxxxi. designat Claudium & Paternũ, vbi liquet, alterum designatum anno. cclxxx. & alterum anno. cclxxxi. Verum Aureliani fit mentio, anno. cclxxxvi. & .cclxxxvij.

EPISTOLA FELICIS PAPAE PRIMI, SECVNDA.

Felix

D

FELIX Episcopus vniuersis episcopis per Galliæ prouinciás constitutis, in domino salutem. Bonorum operũ, & spiritualium studiorum deum authorem esse non dubium est, qui eorum incitat mentes, & adiuuat actiones. Vnde lætari me fecerunt scripta vestra, ex bono studio, & ex integritate fidei deuotionis vestræ, sed ex afflictione, & contritiõe vestra magna, ex parte tristauere. Tristis enĩ tristes legi literas vestras, & scripta mœsta mœrore debito percurri, quia sicut nos ecclesiarum pax, sacerdotũq; eius, cõcordia, & tranquillitas plebis, * audire facit gaudium, ita nos affligit, & deijcit fraterna afflictio. Vos tamen nolite multum tristari, qa sicut ipsa per se veritas ait: Si de hoc mũdo fuissetis, mũdus qđ suũ erat, diligeret, sed quia de hoc mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus, id est, mundi amatores. Quicquid tamen hi loquant, aut aduersum vos agant, vos tamen semp integram seruate fidẽ, & puram habetote conscientiam, vt integer spiritus, & anima, seruet in die domini. Nos vero ad supplementum vestrum fratres, & coepiscopos nostros, vocauimus amplius quam septuaginta, cũ quibus hæc, quæ subter habentur inserta, regulariter tractando, decreuimus. Vestris enim epistolis in omnium audientia perlectis, quæ multas (vt nostis) querimonias & oppressiones, in se cõtinebant vestras, decretisq;, quæ sunt de accusationibus episcoporum, sancta synodus dixit: Hæc sunt, quæ deinceps propter malorum hominum insidias, qui in ecclesiam & in ecclesiasticos sæuiunt viros indifferenter, conseruare firmissime volumus in secula. Si quis episcopus ab illis accusatoribus, qui recipiendi sunt, fuerit accusatus, postquam ipse ab eis charitatiue conuetus fuerit, vt ipsam causam emendare debeat, & eam corrigere noluerit, non olim, sed tunc ad summos primates causas eius canonice deferatur, qui in congruo loco infra ipsam prouinciam, tempore congruo, id est, autumnali, vel æstiuo, concilium regulariter conuocare debebunt, ita vt ab omnibus eiusdem prouinciæ episcopis inibi audiatur. Quo & ipse regulariter conuocatus, si eum aut infirmitas, aut alia grauis necessitas, non detinuerit, adesse debebit, quia vltra prouinciæ terminos accusandi ante licentia non est, quam audientia rogetur. Nam si suis fuerit, aut ecclesiæ sibi commissæ rebus, expoliatus, aut (quod absit) quod alienum ab omnibus esse debet fidelibus, a sede propria eiectus aut in detẽtione aliqua a suis ouibus fuerit sequestratus, tunc canonice * antequam in pristino restituatur cum omni priuilegio * suo honore, & sua omnia, quæ insidijs inimicorum suorum ei ablata fuerunt, legibus reintegrentur. Nec conuocari, nec iudicari poterit, nisi ipse pro sua necessitate (minime tamen iudicandus) aduenire sponte elegerit. Nullatenus ergo a quoquam * respondere roget, antequam integerrime omnia, quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat, potestati eius ab honorabili concilio legali ordine redintegrentur, Præsul vero cum omni honore statui pristino reddatur, & ipse dispositis, ordinatisq;, libere, atq; secure, diu suis, tunc regulariter infra quatuor vel quinq;, aut * septem menses, iuxta quod possibilitas ei fuerit, & non ante conuocatus, ad tempus concilio in legitimo, & canonico, veniat ad causam, & si ita iuste videtur, accusantium propositionibus respondeat. Nam hoc summopere prouidendum est, ne antequam hæc omnia fiant, coactus respondeat, quia contentio semper vitanda est. Adimi nanq; episcopo episcopatũ, anteq̃ causæ eius exitus appareat, nulli Christiano videri iure potest, quia talis præsumptio sacrilegiũ est, & author taliũ sacrilegus. Quod si ægrotans fuerit episcopus, aut aliqua eũ grauis necessitas detinuerit, pro se legatũ ad synodũ mittat. Nec a communione suspendat, cui crimen intẽdnit, nisi ad causam suam dicendam electorum iudicũ die statuta literis euocatus, minime occurrerit, hoc est, nisi * alia præoccupatione necessitatis, infra spacium prædictorum mensium, & eo amplius, prout causa dictauerit. Quod si ex vtraq; parte ad causam dicendam venerint, quia vnus absq; altero audiri non debet. quærendum est in iudicio, cuius sint conuersationis & fidei, atq; suspitionis, accusatores, aut qua intentione hoc faciant, qa ad hoc admitti nõ debẽt, nisi bonę cõuersatiõis, & recte

E

F

[Margin notes:]
alias, adire
Iohan. 15. c
1. Thess. 5. d
3. q. 2. Si epũs suis fuerit, & i dec. Iuo. lib. 4
als, i pristino statu,
alias, sui honoris
als, cogatur, Et i dec. Iuo. lib. 4. tñ i alio capl̃o
als, vi, als, vi, aut vij,
5. q. 3. Si egrotãs, & in dec. Iuo. li. 4
als, eũ aliq̃ p̃occupauerit necessitas
als aliena poc cupa. necessi.
alias, alia poc cupa. necessi.

A & rectæ fidei viri, hi videlicet, qui omni suspitione careāt, & bona vita clareant, neq; infames existāt. Quod si accusatorum personæ in iudicio epōrum culpabiles apparuerint, ad arguendū non admittanī, nisi proprias causas asserere (non tñ criminales) vel ecclesiasticas voluerint. Infamis em̄ persona nec procurator potest esse, nec cognitor. Absente vero aduersario, nō audiaī accusator, nec sentētia, absente parte alia, a iudice dicta, vllā obtinebit firmitatē, neq; absens per aliū accusari, aut accusare potest, nec affinis testis admittaī. Neminem ergo exhiberi de prouincia ad prouinciam, vel ad comitatum oportet, nisi ad relationē iudicis, ad quem fuerit appellatū, id est, vt actor, semper rei forum sequaī. Si quis aūt iudicem aduersum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat, quam nulli oportet negari. Peregrina vero iudicia, generali sanctione prohibemus, quia indignū est, vt ab externis iudicetur, qui cōprouinciales & a se electos debet habere iudices. Hæc, fratres, ad vestram, & omnium coepiscoporum opem & defensionē, in synodo vnanimiter sunt decreta, vt si forte aliqui stultorum vos accusare (q diabolicæ deceptionis errore decepti sunt) voluerint, dū ista legerint, vel audierint, resipiscant, & ad vnitatis concordiā reuertanī, & quod prius erat in vltionē, transibit in gloriam. Nā proculdubio multi sunt, qui (secundū Apostoli vocem) prurientes auribus, a veritate auditū auertunt, ad fabulas aūt conuertunī, & ad nocumenta bonorum transeunt. Ait aūt idem Apostolns de infidelium ignorantia: Si cognouissent, nunquā dominū gloriæ crucifixissent. Similiter, si hi dominum perfecte B agnouissent, & amassent, nunquā seruos eius perturbassent, nec verbis, aut factis persequuti essent. Quod vero idem Apostolus dicit: Si em̄ quū inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius, cur insequimur fratres, cur perturbamus statum ecclesiæ dei, & eos, qui ei seruire debent, affligimus? Martyres em̄ passi sunt, nō tamen animæ eorum occisæ sunt in corporis passione, ore veritatis attestante: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animā aūt non possunt occidere. Vbi agnosci oportet, q si aniæ martyrum, corpore perempto, supplicijs extingui nō possunt, nec animæ p̄dicatorum & doctorum persequi debuissent, aut perturbari, & a dei famulatu auerti, quia cum corporibus non deficiunt. Tales aūt perturbatores ecclesiæ non solum p̄dicta agunt mala, sed & memorias martyrum execranī. Quapropter in p̄fata constituimus synodo, vobisq; & oībus ecclesiis tenendum & agendum mandamus, vt super memorias martyrum missæ celebrentur, ne memoriæ eorum a talibus extingui, aut veneratio possit prohiberi. Vos vero, fratres, nolite multum turbari, nolite vexari, sed confortamini in domino, & in potentia claritatis eius. Habitote interim ista ad suffragium C vestrum, apostolica authoritate decreta, & scitote, nos semper paratos habere etiam (si necesse fuerit) vsq; ad mortem, ad quæcūq; vobis necessaria fuerint (domino opē ferente) perficienda. Illi tamen, authore deo, peribunt, & vos stabitis, si tamen labor vester non fuerit inanis, sed plenus fide & charitate. Væ (inquit propheta) qui potū dat amico suo, mittens fel suum. Et iterum sapientissimus Salomon ait: Qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens iudicium. In cogitationibus ergo impij interrogatio erit. Sermonum autem illius auditio ad dominū perueniet, & ad correptionem iniquitatum illius. Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abscondetur. Hæc enim si amplecti voluissent, proprio & sano sensu, ad reprobum sensum minime laberentur, sed per dei timorem sermonum suorum præcauentes custodiam, piam sanctorum patrum diffinitionem, sine quadā nocumenti præsumptione vtiq; conseruassent. Quoniam dicit sacrum eloquium: Consilium bonum conseruabit te, & mens bona custodiet te. Non enim de fontibus salutiferis spiritualiter ad acquisitionem æternæ vitæ procedunt tales accusationes & detractiones, atq; ideo competenter nos beatus Paulus apostolus præmuniens ait, non debere plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, in definitione pietatis perdurātes. Qui em̄ hanc prætereunt, non tantū læsi sunt, decidentes a corroboratione sua, sed insipientiæ suæ dereliquerunt domibus memoriam, vt in his, in quibus peccauerunt, minime latere potuissent. Gloria em̄ & contumelia in loquela, & in loquela linguæ hominis casus illius est. Ideoq; cōueniens est, hanc

3.q.10. Si accusatorum pso. 3.q.7. Infamis persona. 3.q.9. Absente aduersario Et in dec. Iuonis lib. 4 3.q.9 Absens per alium. 3.q.6. Peregrina iudicia Et habeī sub noīe Sixt. pp. Et in dec. Iginii pp. & Iulij pp. atq; Sixti papæ. iij. 2. Timo. 4. b 1. Corin. 2. b Roma. 5. b Matth. 10. c Ephe. 6. b 1. Corin. 15. g Abacuc. 2. c Sap. 1. c Prouer. 2. c Roma. 12. a Eccl. 5. c

hanc quidem ostensionem reprehensionum illorum nostris actibus inseri, ne vlterius iam talia patiamini, seminantibus eis zizania & scandala, sed lætari in officijs & dogmatibus vestris, mereamini. Igitur erubescant, ac talia & huiusmodi blasphemiam subtrahere festinent, si noluerint a sacerdotali nostro collegio segregari, & a totius Christiani populi societate diuelli. Licet nanq; de his plura, & pernecessaria, quæ in decretis sedis apostolicæ, & ab Apostolis, eorumq; successoribus, nostris videlicet prædecessoribus, statuta inueniuntur, dicere & conscribere potuissemus, tamen melius nobis visum est, vt epistolam oratione claudamus. Deus omnipotens & huius vnigenitus filius, & saluator noster Christus Iesus, hoc vobis tribuat incitamentum, vt omnibus fratribus, & coepiscopis nostris, quibuscunq; tribulationibus laborantibus, totis succurratis viribus, & cum eis compatientes, crucem eiusdem domini saluatoris portetis, vt veri ipsius discipuli coram omnibus appareatis, vt & vos, & qui vobiscum sunt, hic & in futuro, meliora possideatis, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se. Per dominũ nostrum Iesum Christum, per quem, & cum quo, omnipotenti deo gloria in secula seculorum, Amen. Valere vos opto, charissimi fratres. Data quinto idus Augusti, Claudio & Paterno viris clarissimis consulibus.

1.Cor. .b
& Esaię.64.b

D

Secundum Marianum Scotum fuerunt hi consules, anno. cc. lxxxi. ad veritatem videlicet euangelij.

E

EPISTOLA FELICIS PAPAE PRIMI TERTIA AD BENIGNUM EPISCOPUM.

DILECTISSIMO fratri Benigno episcopo, Felix episcopus in domino salutem. Suscipientes fraternitatis tuæ epistolas, qbus me requisisti super fidei documẽtis, quę ab alijs habebantur aliter, q̃ rectę fidei contineant sacramenta, prout dominus dedit, pro fraternitatis amore respondere non resultauimus. Semper enim dubia, & maiora negotia terminum ab hac sancta sede, a tempore Apostolorum, qui eam suis documentis instruxerunt, accipere consueuerunt. Et ideo tu recte fecisti, quod huius sanctæ sedis consultis te, cæterosq; firmari & instrui voluisti. Continebant enim literæ tuæ, fratrumq; tuorum, quod quidam dicunt, filium non posse proprie videre patrem, quia scriptum est: Deum enim nemo vidit vnquam. Et alij fingunt: Ideo minor est patre filius, quoniam pater illi perhibet testimonium. Quidam autem garriunt, quod ideo patre minor est, quia inuisibilis ipse dicitur, filius vero visibilis comprobatur. Hi enim ignorantes diuinarũ scripturarum, & Apostolorum iura, ex proprio, aut adulterino sensu, talia fabricant, & seducere corda fidelium quærunt. Nos vero ad ipsius fontis originem redeamus, ex quo filiũ patrẽ semp videre potuisse, vel posse, euidentioribus testimonijs de veteris & noui instrumenti, literis doceamus, Salomone dicente: Est tecum sapientia, quæ nouit opera tua, quæ affuit tibi, cum faceres orbem terrarum, & ipsa nouit, quid sit placitum coram oculis tuis. Et dominus in euangelio: Nemo nouit filium, nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et iterum: Nemo deum vidit vnquam, nisi vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse narrauit. Et iterum Iudęis dixit: Vos non nostis eum, ego autem noui eum. Quod si dixero, quia non noui eũ, ero similis vobis mendax. Item ibi: Qui ex deo est, hic nouit eum. Et iterum: Ego noui eum, quia ab ipso sum. Ecce docuimus, quia videt semper filius patrem. Quomodo astruunt, eum patrem non posse videre, in cuius sinu noscitur permanere. Si sereno sen

F

Iohan.1.b
Matth.17.a
& Mar.9.a
& Lucæ.9.d
1.Cor. 4,a
Coloss.1.b
1.Timo.1.d

Sapię.9.b

Matth.11.d
& Luce.10.d
Iohan.1.b
Iohan.8.g
Iohan.7.d

A reno sensu diuinas recenseas scripturas, inuenies, non solũ patrem filio testimonium perhibentẽ, sed totam simul inseparabilẽ trinitatem, ipso dño protestãte, qui ait: Ego sum, qui testimonium perhibeo de meipso, & testimoniũ perhibet de me, qui misit me pater. Et iteꝝ: Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum verum est, quia scio vnde venio, & quo vado. Et de spũ sancto: Quũ venerit paracletus spũs veritatis, ille testimoniũ perhibebit de me. Intende, quæso, intende, quoniam in quibus vna testificationis virtus ostenditur, nullus ab alio neq; potior, neq; inferior iudicatur. Sæpius ista iam diximus, quia secundũ hominis formã filius visibilis dicitur, secundũ vero deitatis substantiam, inuisibilis ꝑdicatur, Paulo attestante apostolo: O altitudo (inquit) diuitiaꝝ sapientiæ & scientiæ dei, q̃ incõprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Et in Esaia: Cui similẽ æstimatis eum, quũ sit ipse inuisibilis? Et item Apostolus: Mihi aũt minimo omniũ sanctoꝝ data est gratia hęc in gentibus, euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare oẽs, quæ sit dispositio sacramẽti absconditi a seculis, in quibus omnia creauit. Item ipse: Qui est (ait) imago dei inuisibilis. Et ad Coloss. Ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus meis pro vobis, & suppleo, q̃ desunt tribulationũ Christi in carne mea pro corpore eius, q̃d est ecclesia, cuius factus sum ego minister secundũ dispensationẽ dei, in ministeriũ Christi, q̃d absconditũ fuit a seculis, & a generationibus. Itẽ ibi: Vt conso B lentur corda eoꝝ in charitate, in oẽs diuitias adimpletionis intellectus, in agnitionem mysterij, quod est Chrs, in quo sunt oẽs thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Et in psalmo. lxxvi. In mari est via tua, & semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscenẽ. Et in Salomone: Sapientiã dei ꝓcedentẽ omnia, quis inuestigabit? Item ibi: Radix sapientiæ cui reuelata est, & astutias illius quis agnouit? Itẽ ibi: Disciplina sapientiæ cui manifestata est, & multiplicationẽ ingressus illius quis intellexit? Item ibi: Quoniã mirabilia sunt opera dñi solius, & gloriosa, & abscõsa, & opera illius inuisa hominibus. Ecce sicut pater inuisibilis est, ita etiã & filius inuenitur. Quomodo ergo ab illis, qui hoc dicunt, quod mandastis, in eo, ꝙ nobis carnaliter se videri dignatus est, patre inferior iudicaẽ? Talibus nolite credere vos, & alios ab eoꝝ sensu auertere docete. Vos ergo seruite dño in timore, & exultate ei cũ tremore. Apprehendite disciplinã, ne pereatis de via iusta. Hæc vero apostoloꝝ est viua traditio, hæc vera charitas, quæ ꝑdicanda est, ac veraciter diligenda, ac fouenda, atq; fiducialiter ab omnibus tenenda. Hæc sancta & apostolica mater omnium ecclesiaꝝ, Christi ecclesia, quæ ꝑ dei omnipotentis gratiam, a tramite apostolicæ traditionis nunq̃ errasse pro C batur, nec ab hæreticis nouitatibus deprauanda succubuit, sed vt in exordio normã fidei Chrianæ percepit ab authoribus suis, apostoloꝝ Christi principibus, illibata finetenus manet, secundũ ipsius dñi saluatoris diuinã pollicitationẽ, qui suoꝝ discipulorum principi in suis fatus est euangelijs: Petre (inquiens) ecce Satanas expetiuit, vt cribraret vos, sicut qui cribrat triticũ. Ego aũt pro te rogaui, vt non deficiat fides tua, & tu aliquãdo cõuersus, cõfirma fratres tuos. Consideret itaq; vestra excellens prudentia, q̃ bonũ sit, persistere in dispensatione vobis credita, & in fide recta, atq; hæreticis, & æmulis Christi repugnare, & nunq̃ a veritatis tramite declinare. Quoniã dominus & saluator omniũ, cuius fides est, qui pro nobis mori nõ dubitauit, & proprio nos suo redemit sanguine, fidẽ beati Petri non defecturã promisit, & cõfirmare eum fratres suos admonuit, quod apostolicos pontifices, meæ exiguitatis ꝑdecessores, cõfidenter fecisse, sem̃p cunctis est cognitũ. Quoꝝ & pusillitas mea, licet impar & minima, pro suscepto tamẽ diuina dignatione ministerio, pedissequa cupit existere. Væ em̃ nobis erit, qui huius ministerij onus susceptũ habemus, si veritatẽ saluatoris nostri Iesu Chri, quã apostoli ꝑdicauerunt, ꝑdicare neglexerimus. Væ erit nobis, si silẽtio veritatẽ oppresserimus, quam erogare nummularijs iubemur, id est, Christianos populos imbuere & docere. Quid in ipsius futuro Christi dicturi sumus examine, si sermonũ eius veritatem cõfundimur ꝑdicare? Quid erit de nobis, quũ de cõmissis nobis animabus, & de officio suscepto, rationẽ iustus iudex Christus deus noster districtã exegerit? Ideo, fratres, hortor, dilectionẽ vestrã, obtestor & moneo, vt qua pote

Iohan. 8. c
Ibidem. b
Iohan. 15. d
Roma. 11. d
Esaiæ. 40. c
Ephe. 3. b
Coloss. 1. b
Coloss. 1. d
Coloss. 2. a.
Eccl. 1. a
Ibidem.
Ibidem.
Eccl. 11. a
Psal. 2
24 q. 1. A recta ergo fide. & supra i decre. Lucij pp.
Lucæ. 22. c

stis,& debetis,solicitudine vigiletis,ad inuestigandos hæreticos,& inimicos sanctæ dei ecclesiæ,& a sanis mentibus,ne pestis hęc latius diuulget, seueritate,qua potestis, pro viribus extirpetis. Quoniã vt habebit a deo dignæ remunerationis pmium, qui diligentius,quod ad salutẽ cõmissæ sibi plebis proficiat,fuerit exequutus,ita ante tribunal dñi de reatu negligentiæ se non poterit excusare,quicunq; plebem suam contra sacrilegæ persuasionis authores noluerit custodire. Data Nonis Februarij, Claudio & Paterno viris clarissimis conss.

¶ Annum consulatus lector colligat ex epistolæ prioris finali dicto.

Finis decretorum Felicis papæ primi.

DECRETA EVTICHIANI PAPAE.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

EVtichianus natione Tuscus, ex patre Marino, de ciuitate Luneñ. sedit anno vno, mẽse vno, die vno. Fuit tpibus Aureliani, a cõsulatu Aureliani tertio, & Marcellini, vsq; in diẽ Iduũ Decẽbris, Caro secũdo & Carino cõsulibus. Hic constituit fruges fabæ & vuæ super altario benedici. Hic temporibus suis per loca diuersa. cccxlij. martyres manibus suis sepeliuit. Qui hoc constituit, vt quicunq; fidelium martyrẽ sepeliret, sine Dalmatica, aut collobio purpurato nullatenus sepeliret, dum tamen huius constitutionis ad illum peruenisset notitia. Hic fecit ordinationes quinq; per mensem Decembrem, presbyteros. xiiij. diacones quinq;, episcopos per loca nouem. Et martyrio coronatur. Qui etiam sepultus est in cœmiterio Calixti via Appia. viij. Kalendas Augusti. Et cessauit episcopatus, dies nouem. Hæc Damasus. Huic quo ad numerum temporis, quibus Eutichianũ sedisse scribit, cõcordat in parte Eusebius ecclesiasticæ hist. lib. vij. ca. xxvij. vbi dicit: Is (videlicet Eutichianus) decem mensibus solis transactis, Gaio episcopatũ tradit. Hæc Eusebius. Verũ Platina Damasum sequitur, quãuis quorundã opinionem adnotans, dicit illũ octo sedisse annis, addit tñ, Sed ego multo magis Damaso credo, qui primæ sentẽtię author est. Hæc Platina. Si aũt secundũ Damasum, Eutichianũ sedisse dicamus a consulatu Aureliani tertio, & Marcellini, vsq; ad Carum secundo & Carinũ, annosq; computemus consulatuum, quibus Tacitus vno cũ Emyliano, Probus cũ Paulino & cæteris, tribus, Messala ac Gratus vno, Probus quoq; cũ Tyberiano & Victorino iterum duobus annis gessere consulatus officium, secundũ Cassiodori ad Theodoricum regẽ & alterius Gregorij Haloandri descriptionem, quasi necessario idem octo annis, vel circiter inuenitur sedisse. Præterea dictus Damasus pmittit, Eutichianum ordinationes quinq; per mensem Decembrem habuisse, quod difficulter stare putatur cũ veritate, si anno vno, aut mensibus decem dumtaxat sederit. Commemorat q̊q; Damasus. ccc. & . xlij. martyres eũ suis manibus sepulturæ tradidisse, quo certo argumento prolixius tempus sessionis illius conijcitur decem mensium. Sed & Marianus Scotus prioribus in assignatione annorũ concors, anno Quintilij fratris Claudij, quo imperauit dumtaxat. xvij. diebus, ad euangelij veritatem. cclxxxiij. & secundũ Dionysij cyclum. cclxi. Valeriano Bassoq; consulibus, ait, Eutichianus papa. xxv, sedit annis sex. Hæc ille. Verum variationem scriptorum circa Eutichiani annos non omittit. Anno enim Aureliani Imperatoris quarto, ad euangelij veritatem. cclxxxvij. ac iuxta Dionysii cyclum. cclxv. Aureliano simul cum Marcello cõsulibus. His (inquit) consulibus, successit Eutichianus papa secundum gesta pontificum. Anno vero sequenti, Probo videlicet atq; Paulino consulibus, de ipsius morte scribit

A scribit ita, Eutichianus papa passus est. vi. Idus Decembris, & sepultus in cœmiterio Calixti. Alibi tamen, id est, anno Probi Imperatoris quarto, ad veritatem euangelij. ccxciiij. ac iuxta Dionysii cyclum. cclxxij. illius obitum describens: Caro (ait) & Carino consulibus, Eutichianus papa passus est, secundum gesta ponficum. viij. Kalendas Augusti, cui successit Gaius. Et ibidem addit post pauca, Decretalis epistola Eutichiani papæ data est. xiij. Kalend. Octobris, Caro & Carino viris clariss. conss.

EPISTOLA DECRETALIS EVTICHIANI PAPAE PRIMA, AD Iohannem & ad omnes episcopos Beticæ prouinciæ.

CHarissimis fratribus Iohanni & omnibus per Beticam prouinciam constitutis episcopis, Eutichianus episcopus in domino salutem. Hortatur nos æquitas postulationis, desiderio fraternitatis tuæ gratanter annuere, & consultis tuis breuiter respondere. Et quãuis dilectionem tuam, sciam ad omne opus bonum esse deuotam, vt tamen efficacior fiat ad illos, qui sane non sapiunt, qualiter eos de incarnatione B saluatoris nostri informare debeas, mãdamus. Vnum igitur hoc immobile fundamẽtum, vna hæc felix fidei petra, Petri ore confessa: Tu es (inquit) Christus filius dei viui, tanta in se argumenta sustinens veritatis, quantæ peruersitatis quæstiones, & infidelitatis calumniæ mouebuntur. Iam in cæteris dispensatio voluntatis paternæ sit. Ergo partus & corpus, postq; crux, mors inferni salus nostra est. Humani eñ generis causa dei filius natus ex virgine est, & spiritu sancto, ipso sibi in hac operatione famulante, & sua (dei videlicet) inumbrante virtute, corporis sibi initia cõseuit, & exordia carnis * instituit, vt homo factus ex virgine, naturam in se carnis acciperet, per quã huius admixtionis societatem, sanctificatum in eo vniuersi humani generis corpus existeret. Et quemadmodũ omnes in ipso, per id, quod corporeum se esse voluit, cõderentur, ita rursum in omnes ipse, per id, quod eius est inuisibile, referretur. Dei igitur imago inuisibilis pudorẽ humani exordij non recusauit, & per conceptionem partũ, vagitũ, & cunas, omnesq; no C stræ naturæ contumelias transcurrit. Quid tandem dignũ a nobis tantæ dignationis *affectu rependetur? Inenarrabilis ergo a deo originis, vnus vnigenitus deus, in corporis humani formã sanctæ virginis vtero insertus accrescit, qui omnia continet, intra quẽ, & per quem cuncta sunt, humani partus lege profertur. Ad cuius vocem archangeli atq; angeli tremunt, cœlum & terra, & omnia huius mundi resoluuntur elementa, vagitus infantiæ auditur. Qui inuisibilis & incomprehensibilis est, non visu, sensu, tactuq; moderandus, cunis est obuolutus, hæc si quis indigna deo recolit, tanto se maioris beneficij obnoxium confitetur, quanto minus hæc dei cõuenerũt maiestati. Non ille eguit homo effici, per quẽ homo factus est, sed nos eguimus, vt deus caro fieret, & habitaret in nobis, id est, assumptione carnis vnus interna vniuersæ carnis incoleret. Humilitas eius, nostra nobilitas est. Contumelia eius, honor noster est. Quod ille deus in carne cõsistens, hoc nos vicissim in deum ex carne renouati. *Plane vitam suã nescit, qui Christũ Iesum vt verũ deum, ita & verũ ignorat hominẽ. Et eiusdẽ periculi res est, Iesum Christũ, vel spiritũ sanctũ, deum nõ credere, vel carnẽ nostri corporis in Chro denegare. Omnis ergo (ait) qui confitebiť me corã hominibus, cõfitebor & ego eũ coram patre meo, q in cœlis est. Qui aũt negauerit me corã hoĩbus, negabo & ego eum corã patre meo, qui est in cœlis. Hæc verbũ caro factũ loquebať, & homo Iesus Christus, dñs maiestatis docebat, mediator ipse in se ad salutem ecclesiæ constitutus, & ipso illo inter deũ & hoĩes mediatoris sacramẽto, vtrinq; vnus existens, dũ ipse ex vnitis in idipsum naturis, naturæ vtriusq; res eadẽ est, ita tñ,

Matth. 16. c

al's, instruxit.

al's, affectus

al's, Nam sic plane

Matth. 10 d.
Iohan. 1. b

vt neutro careret in vtroq;, ne forte deus esse homo, nascẽdo, desineret, & homo rursum, deus manẽdo, non esset. Hæc itaq; humanæ beatitudinis fides vera est, deũ & hominẽ pdicare, verbũ & carnẽ confiteri, neq; deũ nescire, q homo sit, neq; carnem ignorare, q verbũ sit. Natus igitur vnigenitus deus ex virgine homo, & secundum plenitudinẽ tempoꝝ in semetipso profuturus in deũ hominẽ, hunc p oĩa euangelici sermonis modũ tenuit, vt se dei filiũ credi doceret, & hominis filiũ pdicaret, & admoneret, loquens & gerens homo vniuersa, q̃ dei sunt, loquens & gerens deinde deus vniuersa, q̃ hominis sunt, ita tñ, vt in ipso illo vtriusq; generis sermone, nunq̃ nisi cũ significatione hoĩs loquutus sit & dei. Hæc itaq; fallendi simplices atq; ignorãtes, hæreticis occasio est, vt q̃ ab eo secundũ hominẽ dicta sunt, dicta esse secundũ diuinæ naturæ infirmitatẽ mentiant. Et quia vnus atq; idẽ est, loquẽs omnia, q̃ loquitur de semetipso, om̃ia eũ de diuinitate loquutũ esse cõtendant. Nec sane negamus, totũ illũ, qui ei manet, naturæ suæ esse sermonẽ. Sed si Iesus Chr̃s & homo, & deus, & neque quũ homo sit, tũ primũ deus, neq; tũ quũ & homo sit & deus, tũ non etiã & deus, neq; post hominẽ in deo nõ totus homo totus deus, vnũ atq; idẽ necesse est, dicat eius esse secramentũ quod generis. Et quũ in eo secundũ tẽpus discernis hominẽ a deo, dei tunc atq; hoĩs discerne sermonem. Et quũ deũ atq; hominẽ in tẽpore confiteris, dei tunc atq; hoĩs in tẽpore dicta diiudica. Quũ vero ex hoĩe & deo, rursum totius hominis, totius iã dei tẽpus intelligis, siquidẽ illud ad demonstrationẽ tẽporis dictũ est, tẽpori coaptato, q̃ dicta sunt, vt quũ aliud sit ante hominẽ deus, aliud sit homo & deus, aliud sit post hominẽ & deũ, totus homo & totus deus, nõ cõfundas tẽporibus & generibus dispẽsationis sacramentũ, quũ pro qualitate geneꝝ ac naturaꝝ, aliũ cũ sacramẽto hominis necesse est sermonẽ fuisse nõ nato, alium adhuc morituro, alium etiã æterno. Nostri igit causa hæc oĩa Iesus Chr̃s gerẽs, & corporis nostri homo natus, secundũ consuetudinẽ naturæ nostræ loquutus est, non tñ omittens naturæ suæ esse, q̃d deus est. Nã tametsi in partu, & passione, & morte, naturæ nostræ rem peregerit, res tñ ipsas oẽs virtute naturæ suæ gessit. Videsne, ita deũ & hominẽ pdicari, vt mors homini, deo vero carnis excitatio deputet, non tñ vt alius sit, qui mortuus est, & alius sit, p quem mortuus resurgit. Spoliata em̃ carne, Christus est mortuus, & rursum, Christũ a mortuis excitans, idẽ Christus est, carne se expolians. Naturã dei in virtute resurrectiõis intellige, dispensationẽ hominis in morte agnosce. Et quũ sint vtraq; suis gesta naturis, vnũ tamen Christũ Iesum eũ memento esse, qui vtrũq; est. Hæc igitur demonstranda a me paucis fuerunt, vt vtriusq; naturæ formã tractari in dño nostro Iesu Christo meminissemus, quia qui manens in forma dei, formam serui suscepit, ipse diuinitatẽ nequaq̃ amisit. Cæteꝝ fratres, hortamur vos, vt moneatis eos cõuerti ad deũ. Vnde scriptũ est: Fili, ne tardes cõuerti ad dñm, & ne differas de die in diem. Subito em̃ veniet ira illius, & in tẽpore vindictæ disperdet te. Noli anxius esse in diuitiis iniustis, nihil proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. Nõ ventiles te in omnẽ ventũ, & non eas in omni via. Sic em̃ peccator probatur duplici lingua. Esto firmus in via dñi, & in veritate sensus tui, & scientia, & prosequat te verbum pacis & iustitiæ. Esto mansuetus ad audiendũ verbum dei, vt intelligas, & cũ sapientia fer responsum. Si est tibi intellectus, responde proximo, sinautem, sit manus tua sup os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, & cõfundaris. Honor & gloria in sermone sensati, lingua vero imprudentis subuersio illius. Non appelleris susurro, & lingua tua ne capiaris, & cõfundaris. Super furẽ em̃ est cõfusio & pœnitentia, & denotatio pessima sup bilinguem, susurratori aũt odium, & inimicitia, & contumelia. Iustifica pusillum, & magnũ similiter. Noli fieri pro amico inimicus proximo. Improperium em̃ & cõtumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator inuidus & bilinguis. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, ne forte elidatur virtus tua p stultitiam, & folia tua comedet, & fructus tuos perdet, & relinqueris velut lignum aridum in eremo. Anima em̃ nequam disperdit, qui se habet, & in gaudium inimici dat illum, & deducit in sortem impiorum. Talibus vos exhortationibus, fratres, vicissim monetote, & bona semper sectamini, malaq; vitate. Magnis em̃ studiis secundũ

Margin: D; E; F; Ecci.5.b.c.d.; Ecci.6.a; 1.Timot.6.a

A (secundum beatũ Apostolum) p̄cauendum est, ne fides & disciplina dñi blasphemetur. Et si illa nonnunquã sinenda sunt, quæ (si cæteroꝝ constet integritas) sola nocere non valeant, illa tamen sunt magnopere præcauenda, quæ recipi sine manifesta decoloratione non possunt. At si ea ipsa, quæ nullo detrimento aliquoties indulgenda credentur, vel rerum, temporumq́ꝫ cogit intuitus, vel acceleratæ prouisionis respectus excusat, quanto magis illa sunt nullatenus mutilanda, quæ nec vlla necessitas, nec ecclesiastica prorsus extorquet vtilitas? Idcirco, fratres, ista p̄tulimus, vt hæ species, quas non licet offerri super altare, iuxta constitutionem apostoloꝝ, eorumq́ꝫ successoꝝ, ad domũ sacerdotum deferantur, & a sacerdotibus benedicantur, & per simplicem benedictionẽ benedicta, demum a populis sumantur, fabæ tantũ & vuæ, & cætera, quæ apostoli constituerunt, super altare offerantur. Optamus igitur, fratres charissimi, & totis omnipotentem dñm precibus exoramus, vt dilectionem vestram in amoris sui constantiam faciat magis magisq́ꝫ feruescere, atq́ꝫ in pace ecclesiæ in vna vos concedat manere cõcordia. Admonemus etiam fraternitatẽ vestrã, vt in cõmissis vobis animabus solerter inuigiletis, animarumq́ꝫ magis lucris, q̃ commodis vitæ p̄sentis intendatis. In continendis vero ac disponendis rebus ecclesiasticis diliB gentes custodes existatis, vt ex omni parte, susceptũ vos condigne gessisse pastoris officium, venturus iudex, quũ ad iudicandũ venerit, debeat approbare. Omnipotẽs aũt deus sua vos protectione custodiat, honoremq́ꝫ a deo vobis collatũ moribus seruare cõcedat, atq́ꝫ cũ multiplici fructu animas vobis cõmissas ad pascua æterna adducere, sibiq́ꝫ cõdigne repræsentare, adiuuet, vosq́ꝫ inter sanctos & electos suos collocare dignet. Data. ij. Idus Aprilis, Aureliano & * Marcello viris clariss. consſ.

* al's, Marcellino

¶ Isti secundum Marianum Scotum fuerunt consules anno. cclxxxvij. ad veritatẽ euangelij, ac iuxta Dionysij cyclum. cclxv.

EPISTOLA EVTICHIANI PAPAE SECVNDA, VNIVERSIS episcopis per Siciliam constitutis directa.

C

Dilectissimis fratribus vniuersis episcopis per Siciliam cõstitutis, Eutichianus. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Chr̃o, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate, prædestinans nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositũ voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in quã gratificatus est nobis in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatoꝝ, secundum diuitias gratiæ eius, quæ abundauit in nobis in omni sapientia & prudentia, vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundũ beneplacitũ eius, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis tempoꝝ, instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis & quæ in terra sunt in ipso. In quo etiam sorte vocati sumus, prædestinati secũdum propositum eius, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ, vt simus nos in laudẽ & gloriam eius, qui ante sperauimus in Christo, in quo & vos, quum audissetis verbum veritatis, euangelium salutis vestræ, in quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostrę, in redemptionem acquisitionis in laudem gloriæ ipsius. Propterea & ego, audiens fidem vestrã in domino Iesu Christo, & dilectionem in omnes sanctos, non cesso, gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, vt deus dñi nostri Iesu Christi, pater gloriæ det

Ephe. 1. a. b. c

vobis spiritũ sapientiæ & reuelationis in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis, quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis, & quæ sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credidimus secundum operationem potentiæ virtutis eius, quã operatus est in Chr̃o, suscitans illũ a mortuis, & constituens ad dexterã suam in cœlestibus super omnẽ principatũ, & potestatẽ, & virtutẽ, & dominationẽ, & omne nomen, quod nominatur non solũ in hoc seculo, sed & in futuro. Et oĩa subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnẽ ecclesiam, quæ est corpus eius, & plenitudo eius, qui omnia in oĩbus ad implet. Et vos quũ essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundũ seculũ mundi huius, secundũ principẽ potestatis aeris huius, spiritus, qui nunc operatur in filijs diffidentiæ, in quibus & nos aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes voluntatẽ carnis, & cogitationũ, & eramus natura filij iræ, sicut & cæteri. Modo, fratres, quia ex filijs iræ sua gratia & gratuita miseratiõe, fecit nos deus filios suos, & nos, qui digni serui nõ eramus, nullis meritis p̃cedentibus, sed sua (vt diximus) gratia facti sumus filij eius, in quo clamamus, abba pater, sequẽtes eius exempla, simus filij misericordiæ, & iustitię, atq; dilectionis, vt veri filij dei, & dici, & esse, ipso auxiliante, valeamus. Deponentes igit̃ (iuxta Petrũ apostolũ) omnẽ malitiã, & omnẽ dolũ, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, &c. Hi vero, qui talia agunt, nõ filij dei, sed potius filij nequã esse cõprobantur, sicut Paulus ait apostolus. Manifesta sunt opa carnis, q̃ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolo℞ seruitus, veneficia, inimicitiæ, cõtentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ p̃dico vobis, sicut prædixi, qm̃, qui talia agunt, regnũ dei nõ consequent̃. Graue, fratres, verbũ & horrendũ nimis (quod ait) qm̃, qui talia agunt, regnũ dei nõ cõsequentur. Et ipsa p se veritas dicit: Quid prodest homini, vniuersum mundũ lucrari, animę vero suæ detrimentũ pati? Grauia sunt nimis, quæ prætulimus, & perualde cauenda. Quibus em̃ regnũ dei excluditur, proculdubio & ecclesia denegatur. De quibus dñs in euangelio, potestatem apostolo℞, eorumq; successo℞ annuntians, ait: Quorũ dimiseritis peccata, dimittunt̃ eis, & quo℞ alligaueritis, alligata erunt, id est, quibus ecclesiam interdixeritis, nisi reconciliati p satisfactionẽ fuerint, ipsis & ianua regni cœlestis clausa erit. Vnde ista p̃cauentes, & stulto℞ animos præuidentes, cura pastorali cum omnibus episcopis, & sanctæ Romanæ, atq; vniuersalis ecclesiæ, vtriusq; ordinis fidelibus statuimus, non ita in ecclesiasticis agendũ esse negotijs, sicut in secularibus. Nã in secularibus legibus, postq̃ vocatus quis venerit, & in foro decertare cœperit, nõ licet ei ante peractã causam recedere. In ecclesiasticis vero, dicta causa, recedere licet, si necesse fuerit, aut si se prægrauari viderit. Accusationis vero ordinem talem* & didicimus, & seruari iubemus, id est, si quis clerico℞ in crimine impetitur, non statim reus existimetur, qui accusari potuit, ne suspectã innocentiam faciamus. Sed quisquis ille est, qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripiat, custodiat similitudinẽ, habita tamen dignitatis æstimatione* potiatur, Nec forte sibi nouerit licentiã mentiendi, quũ calumniantes ad vindictã poscat similitudo supplicij. Hæretici em̃ omnes, & suspecti, & excõmunicati, homicidæ quoq;, atq; malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptũ fecerint, vel falsum testimoniũ dixerint, seu qui ad sortilegos, magosq; cõcurrerint, nullatenus ad accusationẽ sunt admittendi. Nulli infami vnquã, atq; sacrilego, de quocunq; negotio liceat aduersus religiosum Christianũ, quamuis humilis, seruilisq; persona sit, testimoniũ dicere, nec de qualibet re actione vel inscriptione Christianũ impetere. Omnibus quoq; similiter accusandi vel testificandi licentia denegetur, qui Christianæ religionis, & nominis dignitatẽ, & suæ legis, vel sui præpositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Similiter prohibemus, vt nullæ causæ a iudicibus ecclesiasticis audiant̃, quæ legibus nõ continent̃, vel quæ prohibitæ esse noscuntur. Hæc nõ solũ ecclesiasticæ, sed & seculi leges obseruari p̃cipiunt. Nõ em̃ passim vageq; sacerdotũ accusatio debet fieri. Nã si facile admitteret̃, perpauci nimis inuenirentur,

Margin notes: Ephe. 2.a — Roma. 8.c — 1. Petri. 2.a — Galat. 5.d — Matth. 16.d — Matth. 18.c & Iohã. 20.c — 2.q.6. Nõ ita in ecclesiast. Et in dec. Iuonis lib. 4 aĩs, esse — 2.q.8. Quisq̃s ille est. Et in dec. Iuo. li. 4 aĩs, patiatur, ne forte — 3.q.4. Nulli vnquã infa. Et in dec. Iuonis lib. 4

Margin letters: D, E, F

A nirenť, quia oēs, qui pie volunt viuere in Chro, persecutionē patiunť. Beati tñ qui p secutionē patiunť propter iustitiā. Vnde & ipsa p se veritas ait: Pater, manifestaui no men tuū hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonē tuū seruauerūt. Nunc cognouerūt, qa oīa quæ dedisti mihi, abs te sunt, qa verba quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognouerunt vere, quia a te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro eis, quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serua eos ī nomine tuo, quos dedisti mihi, vt vnum sint, sicut & nos. Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi custo diui, & nemo ex his periīt, nisi filius pditionis, vt scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in se-metipsis. Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus odio habuit eos, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo, vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos a malo. De mundo non sunt, sicut ego non sum de mundo. Sanctifi-

C ca eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mūdum, & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in ve-ritate. Non pro eis rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorū in me, vt oēs vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint, & mundus credat, quia tu me misisti. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, de-di eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Ego in eis, & tu in me, vt sint consum mati in vnum, vt cognoscat mundus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo, vt vbi ego sum, & illi sint mecum, vt vide-ant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionē mun-di. Pater, iuste mundus te non cognouit, ego autem te cognoui, & hi cognouerunt, quia tu me misisti. Et notum feci eis nomē tuum, & notum faciam, vt dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis. Et idem Iohannes Apostolus, & Euangeli-sta, in prima epistola sua loquitur, dicens: Charissimi, diligamus inuicem, quia chari-tas ex deo est, & omnis, qui diligit, ex deo natus est, & cognoscit deum. Qui non di ligit, non nouit deum, quia deus charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis,

C quoniam filium suum vnigenitum misit deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Charissimi, si sic deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicem, deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. In hoc intelligi-mus, quoniam in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit no-bis. Et nos vidimus, & testificamur, quoniam pater misit filium suum saluatorē mū-di. Quisquis confessus fuerit, quoniam Iesus est filius dei, deus in eo manet, & ipse in deo. Et nos cognouimus & credidimus charitati, quā habet deus in nobis. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. In hoc perfecta est charitas nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij, quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet, nō est perfectus in cha-ritate. Nos ergo diligamus deum, quoniam deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui autem non diligit fratrem suum, quem videt, deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus a deo, vt qui diligit deum, diligat & fratrem suum. Om-nis, qui credit, quoniam Iesus est Christus, ex deo natus est. Et omnis, qui diligit eum, qui genuit, diligit & eum, qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus, quoniam diligimus natos dei, cum deum diligamus, & mandata eius faciamus. Hæc est e-nim charitas dei, vt mandata eius custodiamus, & mandata eius grauia non sunt.

Et per prophetam dominus, monendo, ne lædantur discipuli sui, eorumq; suc-cessores, inquit: Circundat angelus domini in gyro timentes eum, & eruet eos.

2. Timo. 3. c
Matth. 5. a
Iohan. 17. a. b
Psalm. 40.
Item. 108
1. Iohā. 4. b. c
1. Iohan. 5. a.
Psal. 33.

Gustate, & videte, quoniam bonus est dominus. Beatus vir, qui sperat in eo. Timete dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum. Leones indiguerunt, & esurierunt, quærentibus dominum, non deerit omne bonũ. Ambulate filij, audite me, timorem domini docebo vos. Quis est vir, qui velit vitã, diligit dies videre bonos? Custodi linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Recede a malo, & fac bonum, quære pacem, & persequere eam. Oculi domini super iustos, & aures eius ad clamorem eorum. Vultus autẽ domini in facientes malum, vt perdat de terra memoriam eorum. Clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Iuxta est dñs contritis corde & confractos spiritu saluabit. Multa mala iusto, & ex omnibus illis liberabit eum dominus Custodit dominus om̃ia ossa eius, vnum ex his non cõfringet. Interficiet impiũ malitia & odientes iustum culpabuntur. Redimet dominus animas seruorum suorum & liberabit eos. Vos ergo fratres super dñm ponite corda vestra, & ipse enutriet vos, quia nõ dabit in æternum fluctuationem iustis. Deus autem dñs noster deducet inimicos nostros, iuxta prophetę vocem, in puteum interitus, quoniam viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Vos autem semper sperate in domino, & fiduciam habetote in eo, quia ipse liberabit nos. Ipse est enim benedictus a seculo vsq; in seculum, & regni eius non erit finis. Data decimotertio Kalen̄. Octobris Caro secundo, & Carino, viris clarissimis consulibus.

D | E

Psalm. 54

¶DECRETA EVTICHIANI PAPAE PRIMI, QVAE non habentur in prioribus, desumpta ex Gratiano & Iuone & alijs. Dubitatur nihilominus, quæ sint Eutichiani primi, & quæ secundi. Et sunt numero vndecim.

¶PRIMVM.

Non est obediendum episcopo, qui pro hæreticis missam canere iubet.

11.q.3. Si quis episcopus

Si quis episcopus, aut abbas, presbytero aut monacho suo, iusserit missas pro hęreticis cantare, non licet. Non enim expedit eis obedire.

¶SECVNDVM.

Abbatissa præsumens velare virginem, vel viduam, excommunicetur.

In decre. Iuo. lib. 3.

Nihilominus etiam in quibusdam locis inolitum inuenimus vsum stultitiæ plenũ & ecclesiasticæ authoritati contrarium, eo q; videlicet nonnullæ abbatissæ, & aliquæ ex sanctimonialibus, viduis, & puellis virginibus, contra fas velum imponere præsumant, & ideo nonnullæ iniustæ velate, putant, se liberius suis carnalibus desiderijs posse seruire, & suas voluntates explere, quapropter &c.

F

¶TERTIVM. DE EODEM TITVLO.

20.q.2. Statuimus, vt si abbatissa

Statuimus, vt si abbatissa, aut quælibet sanctimonialis, post hanc diffinitionẽ, in tantam audaciam proruperit, vt viduam, aut puellam virginem velare præsumat, iudicio canonico vsque ad satisfactionem subdatur.

¶QVARTVM.

Fidelium consortio careat, qui pœnitentiam periurij agere noluerit.

22.q.1. Prædicandũ est etiã Leuit. 6. a, Iosue. 9. d, Malachiæ. 3. b, & Matt. 5. c.

Prædicandum est etiam, vt periurium fideles caueant, & ab hoc summopere abstineant, scientes, hoc grãde scelus esse, & in lege, & in prophetis, & in euangelio prohibitum. Audiuimus autem quosdam paruipendere hoc scelus, & leuem quodammodo periurijs pœnitentiæ modum imponere. Qui etiam nosse debent, talem de piurio pœnitentiam imponi debere, qualem & de adulterio, & de fornicatione, & de homicidio sponte commisso, & de cæteris criminalibus vitijs. Si quis vero perpetrato periurio, aut quolibet criminali peccato, timens pœnitentiam longam, ad confessionem venire noluerit, ab ecclesia repellendus est, siue a communione, & consortio fidelium, vt nullus cum eo comedat, neque bibat, neque oret, neque in domo sua eum recipiat.

¶ Quintum

A

¶QVINTVM.

Membra detruncans, domos incendẽs, absq; iudiciali authoritate excõicet.

Si quis membrorum truncationes, & domorum incendia fecerit, siue fieri iusserit, aut faciendi consenserit, quousq; de his vnicuiq; legaliter, & amicabiliter coram epõ ciuitatis, alijsq; ciuibus, non emendauerit, ab ecclesia se priuatum cognoscat. Si vero post secundam, & tertiam conuentionem cuncta, in quibus arguit, non emendauerit, tanquam æthnicus & publicanus, ab omni Christianorum collegio separetur.

23.q.8. Si quis membrorum

¶SEXTVM.

In potestate fidelis sit, post baptismũ recipere vxorem quam ante dimiserat.

Si quis gentilis gentilem vxorem dimiserit ante baptismum, post baptismum in potestate eius erit, eam habere, vel non habere.

28.q.1. Si quis gẽtilis. Et i decre. Iuo. lib. 6

¶SEPTIMVM.

Fidelis infidelem discedentem sequi non cogitur.

Simili modo, si vnus ex coniugatis baptizatus est, & alter gentilis, & sequi non vult, sicut dicit apostolus: Infidelis, si discedit, discedat.

Ibidẽ vbi sup. Et sistr in Iuonis lib. 6

1. Corin. 7. c

¶OCTAVVM.

Synodale iuramentum.

Episcopus in synodo resides, post congruam allocutionem. vij. ex plebe * eius parochiæ, vel eo amplius, prout viderit expedire, maturiores, honestiores, atq; veraciores viros, in medium debet aduocare, & * illatis sanctorum pignoribus, vnumquenq; illorum tali sacramento constringere, vt ammodo in * ante quicquid nosti, aut audisti, aut postmodum inquisiturus es, quod contra voluntatem dei, & rectam Christianitatem in ista parochia factum sit, aut futurum erit, si in diebus tuis euenerit tantũ vt ad tuã cognitionem quocunq; modo perueniat, si scis, aut indicatum fuerit tibi, synodalem causam esse, & ad ministerium episcopi pertinere, quod tu nec propter amorẽ nec propter timorem, nec propter premium, nec propter parentelam, vllatenus cæles episcopo, aut eius misso, cui hoc inquirere iusserit, quandocunq; ex hoc te interrogauerit, sic te deus adiuuet, & istæ sanctorum reliquiæ & illud sacramẽtnm, quod * iuste iurauit de synodali causa, q tu illud ex te ita obseruabis, inquantum sapis, aut audisti, aut ab hac die in antea inquisiturus es, sic te deus adiuuet.

alias, ipsius

35.q.6. Epus in synodo res.

B

als, allatis

alias, antea

alias, iste

¶NONVM, EX DECRETO,

quod ẽ librorum sedecim, libro decimoquarto, ca. secundo.

Vt malum ebrietatis omnino vitetur.

Magnum malum ebrietatis, vnde omnia vitia pullulant, Christianis modis omnibus cauere præcipimus. Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum esse decreuimus, vsque ad congruam emendationem.

C

¶DECIMVM, EX EODEM Cap. III.

Quod episcopi, & dei ministri, ebrietate non debeant grauari.

Episcopi & dei ministri, non debent cõmessationibus, & vinolentijs nimijs incumbere, sed considerent sententiam domini dicentis: Attendite, ne graueutur corda vestra in crapula & ebrietate. Moderate enim cibum, & necessarium sumptum sumant, vt iuxta apostolum sobrij sint, & parati ad seruitium dei.

Lucæ. 21 g

1. Thess. 5. b, &

1. Petri. 1. c, & 5. b

¶VNDECIMVM, EX EODEM Ca. X.

Qualescũq; personæ sacerdotum epulis interesse debeant.

Obseruandum est nobis, vt & vos ab ebrietate abstineatis, & vt plebes subditæ abstineant, prædicetis. Et neque per tabernas eatis bibendo, aut comedendo, neq; domos, aut vicos, curiositate qualibet peragretis, neq; cum fẽminis, aut cum quibuslibet personis impuris conuiuia exerceatis, nisi forte paterfamilias quilibet vos inuitauerit ad domum suam, & cum coniuge sua, & cum plebe velit vobiscum spirituali gaudio lætari, & verborum vestrorum refectionem accipere, & vobis refectionem carnalẽ charitatis officio exhibere. Oportet enim, vt si quando quilibet fidelium carnalibus vos reficit epulis, a vobis reficiatur spiritualibus epulis.

¶Finis decretorum Eutichiani papæ ptimi.

Decret.

DECRETA GAII PAPAE. EX LIBRO PONTIFICALI Damasi Papæ.

GAius natione Dalmata, ex genere Diocletiani Imperatoris, ex patre Gaio sedit annis vndecim, menses quatuor, dies duodecim. Fuit autem temporibus Cari secundo, & Carini, ex die decimosexto Kalēdarum Ianuarij, vsq; in diem. x. Kalendarum Maij, sub Diocletiano sexto, & Constantio secundo. Hic constituit, vt omnes ordines in ecclesia sic ascenderent. Si quis episcopus fieri mereret, vt esset ostiarius, lector, exorcista, acolythus, sequens subdiaconus, diaconus, presbyter, & exinde episcopus ordinaret. Hic fugiens persecutionem Diocletiani, in cryptis habitans, confessor quieuit, martyrio coronatus post annos octo. Hic fecit ordinatiōes. iiij. p mensem Decembrē, psbyteros. xxv. diacones. vij. episcopos p loca. v. Qui post annos. xi. cū Gabino fratre suo, propter filiā Gabini psbyteri, noīe Susannā martyrio coronat. Sepultus ē in cœmierio Calixti via Appia. x. Kalē. Maij Et vacauit episcopatus dies. xi. Hæc Damasus. Circa annos huius papæ non erit impertinens aliquātulum immorari. Scribit em̄ secundū Damasum, & illius sequacē Platinam annis. xi. sedisse dūtaxat. Verum Eusebius libro. vij. ca. xxvij. ecclesiasticæ historiæ, de eodem scribit in hæc verba. Qui videlicet Gaius, nostris iam tpibus. xv. annis sacerdotio pfunctus Marcellinum successorē reliquit. Hæc ille. Idem tn̄ Eusebius assignat ei in suis Chronicis, annumerādo tēpus octo mensium Eutychiani, annos. xv. sed prosequit tm̄ tredecim. Porro ex consulum catalogo Gregorij Haloandri numerus annorum. xv. refricat, cum ipse aperte recenseat Carum secundo & Carinum, ac post annos. xv. Diocletianum sexto, & Constātium secūdo. Cassiodori vero catalogus differentem ab isto ordinem seruat. Nam ponit Carum secundo cū Numeriano, & Diocletianum quinto, cum Constātio secūdo intermedijs annis. xij. vel Diocletianum sexto, cum Maximiano sexto, qua posteriori descriptione stante habentur a Caro secundo, cum Numeriano, vsque ad Diocletianum sexto, cum Maximiano sexto, anni quindecim. Liquet itaq; q̄ differentia, quæ est in catalogo consulum, quoad Cassiodorum, atque Gregorium, ad prædictorum annorum Gaij varietatem plurimum conferret, si alterius illorum veritas constaret. Cæterum sententiæ Damasi de annis vndecim satis quadrat, quod idem refert, Gaium post annos vndecim cum Gabino fratre martyrium subijsse, forsan mense quarto, quem idem addit vndecim illis annis, profundius pręmissa scrutanti iudicium eorum relinquatur. Veruntamen subiungit prioribus nec incongrue, quod Marinus Scotus de eodem scripsisse reperit anno Probi Imperatoris quarto, ad veritatem euangelij. cc. xciiij. & secundum Dionysii cyclum. cc. lxxij. Caro & Carino cōsulibus, dicens Eutichiano successit Gaius papa. xvi. Kaleñ. Ianuarij. Et iterum, anno Diocletiani Imperatoris nono, & ad euangelij veritatē. ccc. vij. necnon secūdum Dionysii cyclum. cc. lxxxv ait. Decretalis epistola Gaij papæ. Dilectissimo fratri Felici episcopo Gaius salutem & reliqua, data est Kaleñ. Martij, Diocletiano & Constantio viris clarissimis consulibus. In hac epistola constituit, vt per omnes gradus ecclesiasticos, id est, acolythus, ostiarius, lector, exorcista, subdiaconus, diaconus, presbyter primum ascendat, si quis episcopus fieri deberet. Sequitur quoque ibidem Gaius papa passus est decimo Kaleñ. Maij, & sepultus in cœmiterio Calixti.

EPISTOLA DECRETALIS EIVSDEM AD FELICEM EPISCOPVM.

Dilectissimo

A DILECTISSIMO Fratri Felici episcopo Gaius. Directas ad nos tuæ charitatis epistolas, plenas catholicæ inquisitionis sollicitudine, gratanter accepimus, benedicentes domini nostri clementiam, quia tales ab extremis mundi partibus dignat suis ouibus prouidere pastores, p quos & pascuis valeant salutaribus abundare, & ab iniqui lupi rapacitate seruari, vt insidias nequeant eius subreptionis incurrere. Vnde certum est, quia promissæ vos beatitudinis gr̃a subsequat, quãdo a vobis cœlestium pfectio doctrinaꝝ, tam votiua sciscitatione perquirit. Scriptũ est em: Beati qui perscrutant testimonia eius, & in toto corde exquirunt eum. Hoc ergo (frater charissime) propositum tuæ consultationis tota mente tractãtes, de te quoq; prouenire confidimus, qui regulã catholicæ fidei ijsdẽ stude tenere vestigijs, quibus eam in apostolica sede cognoscis esse fundatam. Et quãuis sonus eorum toto orbe diffusus, & vsque ad fines orbis terræ verba eoꝝ distensas, dilectionis tuę corda Christo probauerunt esse fidelia, tamen si qd ex his in ecclesia, quæ tuæ gubernationi (domino auxiliante) commissa est, necdum plena luce B claruerit, ad eundem fontem, de quo illa salutaris manarat lympha, recurritis, id est, quod debita charitate sumus amplexi, quia fiducialiter de his, vnde apud eos obseruantiam esse dixistis ambiguam, nostra voluistis responsione firmari. Quapropter dilectionem tuam in domino salutantes, de singulis, quid iuxta catholicam disciplinã teneat apostolicæ sedis authoritas, subiectis aliqbus etiam sanctarum capitulis regularum, te credimus instruendum. Primo quidẽ scias, paganos, & hæreticos, non posse Christianos accusare, aut vocem eis infamationis inferre. Dende, nemo vnquam episcopum apud iudices seculares, aut * alios clericos, accusare præsumat. Et si quis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quilibet clerici, apud episcopos (quia alibi non oportet a qualibet persona, quæ rite recipienda est) fuerint accusati, quicunque fuerit, siue ille sit sublimis vir honoris, siue vllius alterius dignitatis, q hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, nouerit, probationis documenta se debere inferre. Si qs ergo circa huiusmodi personas non probanda detulerit, authoritate huius sanctionis C intelligat se iacturam infamiæ sustinere, vt damno pudoris, æstimationis dispendio discat sibi, alienæ verecundię impune insidiari, saltem de cætero non licere. Nam qualiter ad concilium veniatur, aut qualiter de suis rebus expoliati, vel eiecti a sedibus proprijs, aut qui accusatores sunt recipiendi, quive non sint, aut qualiter eiectis & expoliatis, sint omnia legibus reintegranda, quæ eis ablata sunt, & quia priusquã hoc factum fuerit, nullum crimen eis obijci poterit, & qualiter illis induciæ post integram restaurationem anniuersariæ, vel sex mensium, indulgendæ sint, & qualiter sua om̃ia licenter, & pacifice, absque vllius graui impedimento disponere, & suorum amicorum, & ecclesiasticorum patrum concilijs vti debeant, sufficienter ab apostolis, eorumq; successoribus, ac nostris prædecessoribus statutum esse putamus. Super his autem non reor amplius nunc fore disputandum, nisi si surrexerint talia, quæ adhuc nõ sunt manifesta. Si eorum autem statuta non habueritis, mittite fidelissimos scriptores, qui hæc coram fidelibus testibus excipere, vobisq; reportare, sub stipulatione valeant. Cæteꝝ, vt satisfaciã consultis tuis de verbo incarnatiõis, & veritatis, *quicũq; illi sunt, ita obcæcati, & a lumine veritatis alieni, vt verbi dei a tpe incarnationis denegent veritatem, ostendant, in quo sibi Christianum nomen vsurpent, & cum euangelio veritatis, qua ratione concordent, si per virginis partum, aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut enim negari nõ potest (euangelista dicente) quod verbum caro factum est, & habitauit in nobis, ita negari non potest, (beato apostolo Paulo prædicante) quod deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Quæ autem reconciliatio posset esse, qua humano generi repropitiaretur deus, si hominis causam mediator dei, hominumq; non susciperet? Qua vero ratione veritatem medi-

Psalm. 118
Psalm. 18
2. q. 7. pagani & hæretci. Et i dec. Iuo. li. 4
alias, reliquos
3. q. 1. epis suis rebus expoliatis.
Iohan. 1. b
2. Cor. 5. d

*Ab hoc loco, quicunq; illi sunt vsq; ad finem huius decretalis, vbi dicit, quoniã sicut ait beatus apl̃us. Magnũ est, habet in ep̃la Leonis papę primi ad Leonẽ Augustũ vltio loco sita.

meditatoris impleret, nisi q in forma dei æqualis est patri, in forma serui particeps eet, & nostri, vt mortis *vinculū vnius p̄uaricatiōe * cōtractū vnius morte (q solus morti nihil debuit) solueret? Effusio eñ iusti sanguinis Chr̄i tā fuit diues ad p̄tium, vt si vniuersitas captiuoꝝ in redemptorem suum crederet, nullum diaboli vincula retineret, qm̄ sicut apostolus ait: Vbi abundauit pc̄m̄, sup̄abundauit & gr̄a. Et cum sub peccati p̄iudicio nati, potestatē acceperint ad iustitiā renascēdi, validius factū est donum libertatis, q̄ debitū seruitutis. Quā itaq; sibi in huius sacramēti p̄sidio spem relinquunt, qui in saluatore nostro negāt humani corporis veritatē. Dicāt, quo sacrificio recōciliati, dicāt, quo sanguine sint redempti. Quis est, vt ait apostolus, q tradidit semetip̄m pro nobis oblationē, & hostiā deo in odorē suauitatis? Aut quod vnq̄ sacrificiū sacratius fuit, q̄ quod verus & æternus pontifex altari crucis p immolationem suæ carnis imposuit? Licet in cōspectu dñi p̄tiosa iustoꝝ mors fuit, nullius tñ insontis occisio redēptio fuit mundi. Acceperūt iusti, nō dederūt coronas. De fortitudine fideliū exempla nata sunt patiētiæ, nō dona iustitiæ. Singulares q ppe in singulis mortes fuerūt, nec alterius qsq̄ debitū suo fine p̄soluit, cū filius hoīs, vnus solus dñs nr̄ Iesus christus, q vere erat agnus immaculatus, extiterit, in quo oēs crucifixi, oēs mortui, oēs sepulti, oēs etiā sunt suscitati. De qbus ipse dicebat: Cū exaltatus fuero a terra, oīa trahā ad meip̄m. Fides etem̄ iustificās impios, & creās iustos, ad humanitatis retracta p̄ticipiū, in illo acqrit salutē, in quo * solus hō se inuenit innocentē, liberꝝ habēs, p gr̄am dei de eius potētia gloriari, q cōtra hostē humani gn̄is in carnis nr̄æ hūilitate cōgressus, his victoriā suā tribuit, in quoꝝ corpe triūphauit. Licet ergo in vno dño nr̄o Iesu Chr̄o vero dei, atq; hoīs filio, verbi & carnis vna p̄sona sit, quę inseparabiliter, atq; indiuise cōes habeat actiōes, intelligēdæ tñ sunt ipsoꝝ opeꝝ qualitates. *Et sic verę fi dei contēplatiōe cernēdū est, ad quæ proueha humilitas carnis, & ad quæ inclinet altitudo deitatis, q d sit, q̄d caro sine verbo nō agit, & qd sit, q̄d verbū sine carne nō efficit. Sine verbi eñ potētia nec cōciperet virgo, nec pareret, & sine veritate carnis obuoluta pānis infantia nō iaceret. Sine verbi eñ potētia nō adorarēt Magi pueꝝ, stella indice declaratū, sine veritate carnis nō iuberet trāsferri in Aegyptū puer, & ab Herodis p̄secutione subduci. Sine verbi potētia nō diceret vox p̄ris, missa de cœlo, hic ē filius meus dilectus, in quo mihi cōplacui, ip̄m audite, & sine veritate carnis nō protestaret Iohānes, ecce agnus dei, ecce q tollit pc̄ā mūdi. Sine verbi potentia non fieret reintegratio debiliū, & viuificatio mortuoꝝ, & sine veritate carnis, nec cibus ieiuno, nec somnus eēt necessarius fatigato. Postremo, sine verbi potētia non se dñs p̄ri profiteret æqualē, & sine veritate carnis nō idem diceret, p̄rem esse maiorē, cū catholica fides vtrūq; suscipiat, vtrūq; defendat, quæ scd̄m cōfessionē beati Petri apostoli, vnū Chr̄m dei filiū & hoīem credit & verbū. Quāuis itaq; in illo, ex quo in vtero virginis verbū caro factū ē, nihil vnq̄ in vtraq; forma diuisiōis aliqd extiterit & p oīa incremēta corporea vnius p̄sonæ fuerint totius *corporis actiōes, ea ipsa tñ (vt ita dicā) quæ inseparabiliter facta sunt, nulla cōmixtione cōfundimus, sed qd cuiusq; formæ sit, ex opeꝝ qualitate * sentimus. Dicāt ergo isti hypocritæ, q cæcis mentibus lumē nolunt recipere veritatis, in qua forma crucis ligno dñs maiestatis Chr̄us affixus sit, qd iacuerit in sepulchro, & reuoluto lapide monumēti, quæ tertia die caro resurrexit? & qui post resurrectionem suā non credentes quosdā discipulos arguebat, & hæsitationē cunctātium confutabat, cum diceret, palpate & videte, q a sp̄ūs carnem & ossa nō habet, sicut me videtis habere, & apostolo Thomæ: Infer manum tuā in latus meum, & vide manus meas & pedes, & noli esse incredulus, sed fidelis, qua vtique manifestatione corporis sui iam hæreticoꝝ mendacia destruebat, vt vniuersa ecclesia Chr̄i innouāda doctrinis, hoc non sibi dubitaret credēdum, quod apostoli susceperāt p̄dicādum. At si in tāta luce veritatis tenebras suas hæretica obturatio non relinqt, ostēdant, vñ sibi spem vitæ polliceant æternæ, ad quā nisi p mediatorē dei, & hoīm hoīem Iesum Chr̄m non p̄t p̄ueniri. Sicut eñ ait beatus Petrus apostolus, nō est aliud nomen datū hoībus sub cœlo, in q̄ oporteat nos saluos fieri, nec ē redēptio captiuitatis humanæ, nisi in sanguine eius, q dedit semetip̄m redemptionē pro oībus, & q sicut p̄dicat apo

Marginal notes: Philip. 2. a | al's, aculeus | al's, cōtractus | Roman. 5. d | Ephe. 5. a. | Psal. 115. | Iohan. 12. e | alias solo | al's, & syncere | Lucæ. 1. c. | Lucæ. 2. a. | Matth. 2. b | Matth. 2. d | Matth. 3. d | & Marci. 1. b. | Iohan. 1. d | Matth. 4. a | Iohan. 11. f | Marci. 4. d | Iohan. 14. d | Matth. 16. c | al's, tēporis | al's, sententiamus | Iohā. 19. d. g | Matth. 28. a | Luc. 24 d | Luc. vlt. f | Iohan. 20. g | Acto. 4. c | 1. Timo. 2. b

D E F

A dicat apostolus, cũ in forma dei esset, non rapinã arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formã serui accipiẽs, in similitudinẽ hominũ factus, & habitu inuẽtus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediẽs patri vsq; ad mortẽ, mortem aũt crucis, propter quod & deus exaltauit illum, & donauit illi nomẽ, q̃d est sup oẽ nomẽ, vt in noĩe Iesu oẽ genu flectat̃ cœlestiũ, terrestriũ & infernoꝝ & oẽs lingua confiteatur, qa dñs Iesus Chrs in gloria est dei patris. Cũ ergo vnus sit dñs Iesus Chrũs, & verę deitatis, verę́q; humanitatis in ipso vna prorsus, eademq; persona sit, exaltationẽ tñ, q̃ illũ (sicut doctor gentiũ dixit) exaltauit deus, & donauit illi nomẽ, q̃d est super oẽ nomẽ, ad eã intelligimus ptinere formã, quæ ditãda erat tantæ glorificationis augmẽto. In forma quippe dei æqualis erat filius patri, & inter genitorẽ, atq; vnigenitũ nulla erat in essentia discretio, nulla in maiestate diuersitas, nec p incarnationis mysteriũ aliqd decesserat verbo, q̃d ei patris munere redderetur. Forma aũt serui, p quam impassibilis deitas sacramẽtũ magnæ pietatis impleuit, humana humilitas est, q̃ in gloria diuinæ potestatis euecta, est in tãta vnitate, ab ipso cõceptu virginis, deitatis & humanitatis cõserta, vt nec sine hoĩe diuina, nec sine deo agerent̃ humana. Propter q̃d, sicut dñs maiestatis dicit̃ crucifixus, ita, q ex sempiternitate æqualis est deo, dicit̃ exaltatus, qa inseparabiliter (manẽte vnitate psonæ) vnus, atq; idẽ est & totus hominis filius propter carnẽ, & totus dei filius, propter vnã cũ patre deitatẽ. B Quicqd em̃ in tẽpore accepit Chrũs, secundũ hoĩem accepit, cui, quæ nõ habuit, cõferrent̃. Nã secundũ potentiã diuinitatis, indifferẽter oĩa, quæ habet pater, etiã habet filius, & q̃ in forma serui a patre accepit, eadẽ in forma dei etiã ipse donauit. Secundũ dei em̃ formã ipse & pater vnũ sunt. Secũdũ formã dei, sicut pater habet vitã in semetipso, sic dedit & filio, vitã habere in semetipso. Secũdũ formã serui, nõ venit facere volũtatẽ suã, sed volũtatẽ eius, q misit eũ, Secũdũ formã serui, tristis ẽ aĩa eius vsq; ad mortẽ. Et idẽ ip̃e, sicut apostolus p̃dicat, est diues & pauper. Diues, qa euãgelista dicẽte, In principio erat verbũ, & verbũ erat apud deũ, & deus erat verbũ, hoc erat in principio apud deũ. Omnia p ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Pauper vero, qa propter nos verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. Quæ autẽ est exinanitio eius, quæue paupertas, nisi formæ seruilis acceptio, per quam, verbi maiestate velata, dispẽsatio humanæ redẽptionis impleta est? Nam qa captiuitatis nostræ resolui originalia vincula nõ poterant, nisi existeret homo nostri generis, nostræq; naturæ, quẽ peccati p̃iudicia non teneret̃, & q immaculato sanguine suo chyrographum læthale dilueret, sicut ab initio erat diuinitus p̃ordinatũ, ita est in plenitudine tpis pfectum, vt multis modis significata promissio, in diu expectatũ veniret effectũ, nec posset eẽ ambiguũ, q̃d cõtinuis testificatiõibus semp fuerat nuntiatũ. C In magno aũt sacrilegio se versari hæreticoꝝ manifestat impietas, *cũ sub specie diuinitatis honorãdæ humanæ carnis in Christo denegãt veritatẽ, & religiose existimãt credi, si dicat̃, in saluatore nostro veꝝ nõ eẽ, q̃d saluat, cũ ita secũdũ promissionẽ oĩa secula pcurrentem, mũdus sit deo reconciliatus in Christo, vt nisi verbũ dignaret̃ caro fieri, nulla posset caro saluari. Oẽ em̃ sacramẽtum Christianæ fidei magno (vt hæretici volũt) decoloratur obscuro, si lux veritatis sub mẽdacio putat̃ latuisse phantasmatis. Nõ ergo quisquam sibi erubescẽdũ existimet Christianus de nostri in Chro corpis veritate, qa oẽs apostoli, apostolorumq; discipuli, & p̃clari ecclesiaꝝ quiq; doctores, q ad marytrij coronã, vel ad cõfessionis meruerũt gloriã puenire, in huius fidei lumine splenduerũt, consonis vbiq; sentẽtijs intonantes, q̃d in dño Iesu Christo deitatis, & carnis vna sit cõfitenda psona. Qua aũt rationis similitudine, qua diuinoꝝ voluminum portione hæretica impietas se existimat adiuuari, q̃ veritatẽ negat corpis Christi, cum hãc nõ lex testificari, nõ propheta præcinere, nõ euãgelia docere, nõ ipse destiterit Chrũs ostẽdere? Quærãt p omnẽ seriem scripturaꝝ, q̃ tenebras fugiant, non q̃ veꝝ lumen obscurent, & p oẽia secula ita veritatẽ inueniẽt coruscantẽ, vt magnũ hoc & mirabile sacramentũ ab initio videant creditũ, q̃d est in fine cõpletum. De q̃ cũ sanctaꝝ literaꝝ nulla pars sileat, sufficit quædã cõsona veritatis signa posuisse, qbus diligẽtia fidei in splẽdidissimã latitudinem di-

T

Philip. 2. a. b.
Philip. 2.
Iohan. 10. f
Iohan. 5. d
Iohan. 10. f
Iohan. 4. e
& Iohan. 5. e
Matth. 26. d
2. Cor. 8. b.
Iohan. 1. a
Iohan. 1. b
Coloss. 2. b.
al's, cũ speciẽ deitatis honorando.
2. Cor. 5. d

aſs, pſpiciat
t. Timot. 3. d.

episcopus vrbis Romæ voce clara clamans, dicebat: Peccaui coram vobis, & non possum in ordine sacerdotum esse, quoniam auarus me corrupit auro. Subscripserunt autem in eius damnationem, & damnauerũt eum extra ciuitatem. Sacerdos nomine Helchiadis subscripsit primus in eius damnationẽ, nõ tantum tempore quod exigebat ordo, sed etiam & futuri tẽporis, quod etiã & ipse voce clara dicebat. Iuste ore tuo cõdemnatus es, & ore suo anathematus, accepit maranatha, quoniã ore suo condemnatus est. Nemo enim vnquam iudicauit põtificem, nec præsul sacerdotem suum, quoniam prima sedes nõ iudicabitur a quoquam. Hoc audito, Diocletianus dum esset in bello Persarum, audiuit ꝙ trecenti episcopi & triginta presbyteri, & tres diacones in eius dãnationẽ conuenirent, dũ subscripsissent omnes, ipse omniũ primus manu sua propria Marcellinus conclusit in sua anathemathe, anathemathe subscripse runt. Iratus autem Diocletianus, in eandem ciuitatẽ misit, & multos episcopos ad martyrij coronam traxit. Factum est autem nihil aliud, dum primo dãnati fuissent tres presbyteri & duo diaconi damnati. Damnatus autem & Marcellinus episcopus suo iudicio. x. Kalendas Septembris, Diocletiano. viij. & Maximiano. vij.

cellinus episcopus vrbis Romę, voce clara clamãs, dicebat: Peccaui coram vobis, & non possum in ordine esse sacerdotum, quoniam auarus corrupit (alias corrupi) me auro. Subscripserunt igitur in eius damnationẽ, & damnauerunt eum extra ciuitatem. Sacerdos, nomine Helchiades episcopus, subscripsit primus in eius damnationẽ, non tãtum pro hoc tempore (quod exigebat ordo) sed etiã in exemplũ futuri temporis, q̃m & ipse voce clara dicebat. Iuste ore suo cõdemnatus est, & ore suo anathema suscepit, Maranatha, quoniam ore suo condemnatus est. Nemo enim vnquam iudicauit pontificem, nec præsul sacerdotem suum, quoniam prima sedes nõ iudicabitur a quoquam. Hoc autem facto, Diocletianus, quũ esset in bello Persarum, audiuit, ꝙ trecenti episcopi, & triginta presbyteri, & tres diacones in eandem damnationem conuenissent, ꝙq; dũ subscriberent omnes, ipse omnium primus Marcellinus manu sua propria concluserat in suum anathema, anathemati subscribens, Et iratus Diocletianus in eandem ciuitatẽ misit, & multos episcopos ad martyrij coronam traxit. Factum est autem nihil aliud, nisi ꝙ dum primo damnati fuissent tres presbyteri & duo diacones, damnatus est & Marcellinus episcopus suo iudicio. x. Kalendas Septẽbris, Diocletiano. viij. & Maximiano. vij. clariss. Conss.

vrbis, voce clamans, dicebat: Peccaui coram vobis, & non possum in ordine esse sacerdotum, quoniam auarus me corrupit auro. Subscripserunt autem in eius damnationem, & damnauerunt eum extra ciuitatem, sacerdos nomine Helchiadis subscripsit primus in eius dãnationem, non tantum tempore, quod exigebat ordo, sed etiã & futuri temporis, quod etiam & ipse voce clara dicebat. Iuste ore suo cõdemnatus est, & ore suo anathema suscepit, Maranatha, quoniam ore suo condemnatus est. Nemo enim vnquam iudicauit pontificem, nec præsul sacerdotem suum, quoniam prima sedes non iudicabitur a quoquam. Hoc autem audito Diocletianus, cum esset in bello Persarum, audiuit ꝙ trecenti episcopi, & triginta presbyteri, & tres diacones in eãdem damnationem conuenirent, dũ scripsissent omnes, ipse omniũ primus manu sua propria Marcellinus conclusit in suum anathema, anathemati subscribens. Iratus autem Diocletianus, in eandem ciuitatem misit, & multos episcopos ad martyrij coronã traxit. Factum est autem nihil aliud, dum primo damnati fuissent tres presbyteri & duo diacones damnati, damnatus autẽ & Marcellinus episcopus suo iudicio. x. Kalendas Septembris, Diocletiano. viij. & Maximiano.

Ancyra

A

ANCYRANVM CONCILIVM NON LONGE POST tempora Marcellini papæ celebratum.

¶ Testimonia Ancyranæ ciuitatis, ex certis authoribus succincte collecta.

HVius Ancyræ ciuitatis Ptolomæus meminit lib. v. cap. iiij. tit. Galatia, vel Galatiæ situs, dicens: Post quos Tectosagæ sunt, in quibus ciuitas Ancyra metropolis. Et Plinius lib. v. cap. xxxij. tit. Hellespontus, Mysia, Phrygia, Galatia, &c. dicens: Oppida Tectosagum, Ancyra. Et Antoninus Pius Imperator in itinerario, tit. Iter a Constantinopoli vsq; Antiochiam dicens. Item Libo &c. Dablis &c. Ancyra &c. Antiochia.

Ad lectorem breuis adnotatio.

VArie scribitur vocabulum huius Concilij. Gratianus quippe in decretis vocat Anchiritanũ Concilium, nostri codices, freti antiquitate, habent nunc Ancyranum, nunc Anquyranũ, Vtcunq; aũt habent vocabulum, vrbs ipsa sita est in Galatia prima, vt patet ex subscriptione Chalcedoneñ. Concilij, dicta antiquitus Anquyra, seu Ancyra, sicut in vetustis libris freque͂ter qu pro c scribi solet, Verbi gratia, Quiriacus pro Cyriacus, Quyle pro Cęle. Quod aũt hoc Concilium non diu ante Nicænum fuerit, ex subscriptionibus facile colligitur. Reperiuntur em̃ ijdem episcopi vtriq; Concilio alicubi subscripsisse, Exempli gratia, Nunechius Laodiceñ. & Marcellus Ancyranus, quem Arriani post Nicænum Concilium plurimũ vexauerunt, vt ex historijs & varijs epistolis liquet. Author aũt horum canonum maxime Vitalis Antiochænus, qui in subscriptione primum locum tenet, fuisse perhibetur. Et putatur fuisse celebratum circa annos domini. CCCVIII.

B

Tituli canonum Ancyrani Concilij.

C

AEDITIO PRIMA.

AEDITIO II.

REGVLAE, SIVE CAPITVLA SINGVLOrum titulorꝝ, secundũ diuersa exemplaria & translationes.

¶ Istæ regulæ priores quidẽ sunt Nicænis, sed ideo Nicænæ in aliquibus exemplaribus prius scriptæ sunt, propter authoritatem eiusdem magni, sanctiq; Concilij, congregati apud Nicæam.

CAP. I.

Dist. 50. Presbyteros qui.

PResbyteros immolãtes, & iterꝝ luctamen adeuntes, si hoc nõ per illusionẽ aliquam, sed ex veritate fecerint, vt iterum teneri viderentur, aut tormentis subijci, quo facinus pati viderentur inuiti, hos ergo, placuit, honorem quidem sedis retinere, offerre autem, illis, & sermonem ad populum facere, aut aliquibus sacerdotalibus officijs fungi, non liceat.

CAP. I.

PResbyteros, q immolauerũt, & postea certamẽ iterꝝ inierũt, si hoc sit in ex fide, & nõ aliq̃ argumẽto, sibimet ꝑparãtes, egerũt, vt iterꝝ teneri viderẽtur, aut tormẽtis subijci putent, tanq̃ inuiti, si ex fide ergo luctati sunt, & nõ ex cõpacto, ad ostẽtationẽ, vt caperent, ipsi fecerunt, hos placuit, honorẽ quidẽ sedis propriæ retinere, offerre aũt illis, & sermonẽ ad populũ facere, aut aliquibus sacerdotalibus officijs fungi, non liceat.

CAP. II.

Dist. 50 Presbyteros q immola.

Diaconi similiter, qui immolauerunt, honorem quidem habeant, cessare vero ab omni sacro ministerio, siue a pane, siue a calice offerendo, vel prædicãdo. Quod si quidam episcoporum conscij sunt laboris eorum, & humilitatis, & mansuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, penes ipsos erit potestas.

CAP. II.

Diacones similiter, q immolauerũt, postea aũt iterꝝ reluctati sunt, illũ quidẽ honorẽ habere oportet, cessare vero debere ab omni sacro ministerio, ita, vt nec panẽ, nec calicẽ offerãt, nec pronuntiẽt, nisi forte aliqui epõrꝝ cõscij sint laboris eorꝝ, & humilitatis, & mãsuetudinis, & voluerint eis aliqd amplius tribuere, vel adimere. Penes ipsos ergo erit de his potestas.

CAP. III.

Qui fugientes cõprehẽsi sunt, vel a domesticis traditi, vel ademptis facultatibus susti-

CAP. III.

Qui fugientes timore persequutionis cõphensi sunt, vel a familiaribus, seu a dome-

A AEDITIO .I.

ſuſtinere tormẽta, aut in cuſtodiam truſi, proclamauerũt ſe Chřianos eẽ, & eo vſq; aſtricti ſunt, vt manus eorꝝ cõphẽdentes, violẽter attraherent, & funeſtis ſacrificijs admouerẽt, aut aliqd polluti cibi ꝑ neceſſitatẽ ſumere cogerent, confitẽtes iugiter ſe Chřianos eẽ, & luctũ rei, quæ cõtigit, inceſſabiliter oñdentes oĩni deiectiõe, & habitu, & humilitate vitæ, hos, velut extra delictũ cõſtitutos, a cõionis grã nõ vetamus. Si vero prohibiti ſunt ab aliqbus, propter ampliorẽ cautelã, vel propter q̃rundã ignorãtiã, ſtatim recipiant. Hoc ãt ſimiliter & de clericis, & de laicis cæteris, obſeruari cõueniet. Perquiſitũ ẽ aũt & illud, ſi pñt etiã laici, q̃ in has neceſſitatis anguſtias inciderunt, ad clericatus ordinem B promoueri, placuit ergo, & hos, tanq̃ qui nihil peccauerunt, ſi & præcedens eorum vita probabilis ſit, ad hoc officium prouehi.

CAP. IIII.

De his, qui ſacrificare coacti ſunt, inſuper & cœnauerunt in idolio, quicunq; eorum, cum ducerentur, lætiore habitu fuerunt, & veſtimentis pretioſioribus vſi ſunt, & præparatæ cœnæ indifferenter participes extiterunt, placuit, eos inter audientes vno anno conſtitui, ſuccumbere vero tribus annis, in oratione autem communicare biennio, & tunc ad perfectio- C nis gratiam peruenite. Quotq̃t aũt aſcenderunt templa veſte lugubri, & recumbentes per omne tempus fleuere diſcubitus, ſi compleuerunt pœnitentiam triennij temporis, ſine oblatione ſuſcipiantur. Si autem non manducauerunt, biennio ſubiecti pœnitentiæ, tertio anno ſine oblatione communicent, vt perfectionem quadriennio conſequãtur. Penes autem epiſcopos erit poteſtas, modum conuerſationis eorum probantes, vel humanius erga eos agere, vel amplius tempus adijcere. Ante omnia vero præcedens eorũ vita, & poſterior inquiratur, & ita eis impertiatur humanitas.

AEDITIO II.

meſticis traditi, & vel bona propria amiſerũt, vel ſuſtinuerĩt tormẽta, vel etiã carceribus ĩcluſi ſũt, & tñ proclamauerĩt ſe eẽ chřianos, qn etiã, pſeuerãte violẽtia, ad id vſq; pducti ſunt, vt manus eorꝝ apphẽſas & violẽter attractas, ſup ſacrificia imponerẽt, illis licet pſeuerãtibus in fide, & Chřianos ſe eẽ vociferãtibus. Hoc ergo, q̃d eis inuitis, & alijs cogẽtibus, cõtigit, ſi luctu, & mœrore anĩ, acerbe ſe ferre demõſtrẽt, ipſiq; humili ꝑ bonã cõuerſationẽ habitu incedentes, dolere ſe, q̃d inuiti coacti ſunt, doceãt, hos tanq̃ inculpatos a cõione nõ vetari. Si aũt iã prohibiti ſunt ab aliqbus a cõione, maioris diligẽtię, & inqſitiõis cã aut ꝑ aliq̃rũ ignorãtiã, ſtatim recipi oportet. Hoc aũt obſeruari * oportet, & de clericis, & de laicis oĩbus. Laicos ſane, q in ſimiles neceſſitatis cauſas incideruũt, tanq̃ ſi nihil peccauerint, maxime ſi eos probabilis vita commẽdet, ad ordinationẽ, recipi placuit.

alias, cõuenit

CAP. IIII.

De his, q ſacrificare coacti ſunt, ĩſup in tẽplis idolorꝝ cęnauerũt, ſi q eorꝝ cũ habitu cultiore ad tẽpla producti ſunt, atq; ibi, ꝑtioſiori veſte adhuc mutata cęnę participes facti ſũt idolorꝝ, indifferẽter ſumẽtes oĩa, quæ fuerũt appoſita, placuit eos inter audiẽtes vno anno cõſtitui, tribus ãt alijs annis agere pœnĩam, ſed ex ipo triẽnio ꝑ biennium tñmodo orõni cõicare, tertio autẽ anno reconciliari ſacramentis.

CAP. V.

Quotq̃t aũt aſcẽderũt tẽpla cũ veſte lugubri, & recũbẽtes ĩter alios mãducauerũt, flẽtes, ſi cõpleuerint pœnĩam triẽnij tp̃is, ſine oblatiõe ſuſcipiant ad cõionem .i. vt ipſi oblationẽ nõ offerãt. Si aũt pducti ad tẽpla, nõ mãduacuerint, biẽnio maneãt in pœnĩa. Tertio vero anno cõicent, ſed ſine obliatiõe, vt dictũ eſt. In quarto aũt anno pfectionẽ ſuã recipiãt. Epm aũt hanc habere licentiam oportet, vt perſpecta ſingulorum conuerſatione, normam, regulamq; conuerſationis attribuat, id eſt, vt humanius agens, ſecundum vitæ modum, tempus alicui pœnitentiæ breuiare, aut etiam prolixius, quod correctioni neceſſarium viderit addere. Diſcutiatur autem omnium horum & præcedẽs vita & poſterior, & ita circa eos ſacerdotalis ſe humanitas moderetur.

AEDITIO I.

CAP. V.

De his, qui minis tantum cessere pœnarum, aut priuatione facultatum territi, aut demigratione, sacrificauerunt, & hactenus pœnitudinis negligentes, neque conuersi, nunc huius concilij tempore semet obtulerunt, conuersionis suæ consilia capiẽtes, placuit vsq; ad magnũ diem eos inter audientes suscipi, & post magnum diem triennio pœnitentiam agere, & postmodum duobus diebus sine oblatione communicare, & tunc demũ sex annis completis ad pfectionis gratiã peruenire. Si vero qdam ante hãc synodum suscepti sunt ad pęnitẽtiam, ex illo tempore initium eis sexennij computetur. Si quod autem periculum, vel mortis expectatio, aut infirmitate, aut ex aliqua occasione, contigerit, his, sub definitione statuta cõmunio non negetur,

alias, peractis

alias, q̃libet causa immineat

CAP. VI.

De his, qui festis diebus gentilium in remotis eorum locis conuiuia celebrarũt, ciboscq; proprios deferentes, ibidem comederunt, placuit, post pœnitentiam biennij eos suscipi, vtrum vero cum oblatione, singuli episcoporum probantes vitam eorum, & singulos actus examinent.

alias, parauerunt, atq;

CAP. VII.

Hi, qui secundo, & tertio, sacrificauerunt, coacti, quatuor annis pœnitentiæ subijciantur, duobus autem alijs sine oblatione communicent, & septimo anno perfecte recipiantur.

CAP. VIII.

Quotquot autem non solum ipsi deuiarunt, sed etiam insurrexerunt, & compulerunt fratres & causas præbuerunt, vt cogerentur, hi per triennium quidem locum inter audientes accipiant, per aliud vero sexennium pœnitentiæ subijciantur acriori, & alio anno communionem sine oblatione percipiant, vt perfectionem (expleto decennio) consequantur. Inter hæc autem & eorum vita pensanda est.

alias, in eo autem.

CAP. IX.

AEDITIO II.

D

CAP. VI.

De his, qui minis tantum cesserunt, aut bonorum ablatione, aut trãsportationis pœna deterriti, sacrificauerunt, & nũc vsque non pœnituerunt, neque conuersi sunt, modo autem, id est, tempore huius synodi se obtulerunt, conuersionis suæ consilium capientes, placuit, eos vsq; ad magnum diem inter audientes suscipi, ac pœnitentiam agere triennio, & post duos alios annos sine oblatione communicare, & ita demum sex annis * completis ad perfectum peruenire. Quod si aliqui ante hoc concilium suscepti sint ad pœnitentiam, ex illo tempore imputabitur eis initium sexennij constituti. Quod si alicui horum quodlibet mortis periculum, aut ex ægritudine, aut ex aliqua *causa acciderit, his communio propter viaticum suum non negabitur.

E

CAP. VII.

De his, qui in festis diebus paganorum, in remotis eorum locis conuiuijs interfuerunt, & suas nihilominus epulas ibidem * portauerunt, & comederunt, placuit, vt post biennij pœnitentiam suscipiantur, ita tamen vt vtrum aut cum oblatione recipiendi sint, an ad solam communionem admitti debeant, vnusquisq; episcoporum examinet vitam eorum, & præterita, ac præsentia, debita consideratione perpendat.

CAP. VIII.

Hi autem, qui secundo, vel tertio, sacrificauerunt, vi coacti, quatuor annis sese ad pœnitentiam submittant, duobus autem alijs sine oblatione communicent, septimo anno perfectionem recepturi cõmunionis.

F

CAP. IX.

Quotquot autem non solum a fide dominica deuiarunt, sed etiam insurrexerũt in alios, & fratribus persuaserunt, & rei facti sunt persuasionis, hi per triennium qdem inter catechumenos habeantur, p aliud aũt sexennium pœnitentiæ recipiant locum, alio vero anno, id est decimo communionẽ sine oblatione recipiãt, vt completo decẽnio perfectione fruant. * Ideo autẽ ipso tẽpore etiam vita eorũ, & conuersatio consideranda est.

CAP. X.

A

AEDITIO .I.

Diaconi, quicunque ordinant, si in ipsa ordinatiōe protestati sunt, & dixerūt, velle se cōiugio copulari, qa sic manere nō pnt hi, si postmodū vxores duxerint, in ministerio maneāt, propterea q̄d eis eps licentiā dederit. Quicunque sane tacuerint, & susceperint manus impositionē, professi cōtinētiam, & postea nuptijs obligati sunt, a ministerio cessare debebunt.

CAP. X.

Despōsatas puellas, & post ab alijs raptas, placuit erui, & eis reddi, quibus ante fuerant desponsatæ, etiam si eis a raptoribus vis illata constiterit.

CAP. XI.

Eos, qui ante baptisma sacrificauerunt idolis, & postea baptisma consecuti sunt, placuit, ad ordinē prouehi, eo quod probentur abluti.

B

CAP. XII.

Chorepis nō licere pbr̄os, aut diaconos ordinare, sed nec pbr̄is ciuitatis sine præcepto epi, vel lr̄is, in vnaquaque parochia aliquid imperare, nec sine authoritate literarum eius in vnaquaque parochia aliquid agere.

CAP. XIII

Hi, qui in clero sunt presbyteri, & diaconi, & a carnibus abstinent, placuit, eas quidem cōtingere, & ita si voluerint continere. Quod si in tantum eas abominantur, vt nec *holera, quæ cum eis coquuntur, existiment comedenda, tāquam non consentientes regulæ, ab ordine cessare debebunt.

C

CAP. XIIII.

De his, quę ptinēt ad ecclesiā, quęcunque, cū nō eēt eps, p̄sbyteri vēdiderūt, placuit rescisso contractu, ad iura ecclesiastica reuocari. Iu iudicio autem erit episcopi, si p̄cium debeat recipi, nec ne, quia plerunque rerum distractarum reditus ampliorem summam pro pretio dato reddiderit.

CAP. XV.

AEDITIO II.

Diaconi, qcunque cū ordinant, si in ipa ordinatione protestati sunt, dicētes, velle se hr̄e vxores, nec posse se cōtinere, hi postea, si ad nuptias venerint, maneāt * ī ministerio, propterea q his eps licētiā dederit. Quicunque sane tacuerunt, & susceperunt manus impositionem, professi continentiā, si postea ad nuptias venerint,* a ministerio cessare debebunt.

CAP. XI.

Desponsatas puellas, & postea ab alijs corruptas, placuit erui, & his reddi, q bus fuerāt ante despōsatæ, etiā si a raptoribus florem pudoris sui amisisse constiterit.

CAP. XII.

Eos, qui an̄ baptismū sacrificauerūt, & postea baptismū cōsecuti sunt, placuit, ad ordinē promoueri, tāq̄ ab omi crimine lauacri salutaris sanctificatione purgatos.

CAP. XIII.

Vicarijs epoꝝ, quos Græci Chorepos vocāt, nō licere, vel p̄sbyteros, vel diaconos ordinare, sed nec presbyteris ciuitatis, sine epi præcepto, amplius aliquid imperare, nec sine authoritate literaꝝ eius in vnaquaque parochia aliquid agere.

CAP. XIIII.

De his q in clero sunt p̄sbyteri, vel diaconi, & abstinent a carnibus, hoc placuit statui, vt nō eas, tāq̄ immūdas, cōtemnāt, sed cōtingāt. A q bus quidē, q se abstinere volūt, habeāt ptātē, ita tn̄, vt si qn̄ cum *oleribus coquūt, eadē tāq̄ carnibus polluta nō iudicēt, sed ex his cibū assumāt, q̄uis a carnibus se abstineant. Qd̄ si intantū eas īmūdas, & abominabiles iudicauerint vt nec *holera, quæ cū carnibus coquunt æstimēt comedēda, tanq̄ nō consentiētes huic regulæ, cessare eos oportet, & a ministerio & ordine suo. Si quis autē *huius regulæ monitis nō obedierit, sed carnes, vt dictū ē, immūdas & abominādas existimauerit, cessare * debet ab ordine suo.

CAP. XV.

Si qua de rebus ecclesiæ, cū epūs nō ē, pbr̄i vēdiderint, placuit, rescisso cōtractu, ad ius ecclesiasticū reuocari. In iudicio āt erit epi, si constitutū p̄tiū debeat recipi, nec ne, propter quod sæpe contingit, distractarum rerū* reditus ampliorem summam pro * accepto pretio reddi.

CAP. XVI.

Dist. 28. Diaconi qcunque, & ī dec. luo. li. 3 al's, ī clero tm̄ & a ministerio abijciant.

al's ministerio vł clero cessare debebūt, laicā tm̄ recipiētes cōionem.

27. q. 2. Despōsatas puellas, & post, Et ī dec. luo, li. 6

al's, holeribus

alias, olera

al's huic reglę

alias, debeuit

12. q. 2. Si quis da requs

alias, reddit*, al's, dato p̄tio reddidisse

AEDITIO I.

De his, qui irrationabiliter versati sunt siue versantur. Quotquot ante vicesimum annum tale crimen commiserint, quindecim annis exactis in pœnitentia, communionem mereantur orationum. Deinde quinquennio in hac communione durantes, tunc demum oblationes sacramenta contingant. Discutiatur autem & vita eorum, quales tempore pœnitudis extiterint, & ita misericordiam consequantur. Quod si inexplebiliter his hæsere criminibus, ad agendam pœnitentiam prolixius tempus insumant. Quotquot autem pacta viginti annorum ætate, & vxores habentes, hoc peccato prolapsi sunt, vigintiquinque annis pœnitudinem gerentes, in communionem suscipiantur orationum. In qua quinquẽnio perdurantes, tunc demum oblationis sacramenta percipiant. Quod si qui, & vxores habentes, & transcendentes quinquagesimum annum ætatis, ita deliquerint, ad exitum vitæ communionis gratiam consequantur.

Indifferenter dicit incestus us, vel incestus, ti alias. x.

AEDITIO II.

In hoc titulo verba Græca hæc sunt, περὶ τῶν ἀλογῶς διάγοντων τὶ διάγοντας, quæ nos latine possumus dicere. De his, q irrõnabiliter versati sunt siue versanť. Sẽsus aũt in hac snĩa duplex esse p̃t, q ex subiectis cõijcit, aut de his, q cum pecoribus coitu mixti sunt, aut more pecudum *incesta cũ propinqs sanguinũ cõmiscuerũt. Quotq̃t igiť añ. xx. ætatis suæ annũ tale crimẽ admiserint*. xv. annis in pœnĩa pactis, orõni tm̃ ĩcipiãt cõicare, & qnquẽniũ alteꝝ in cõione orõnis solius pduran tes, post vigesimũ cũ oblatiõe ad cõionẽ suscipianť. Discutiať aũt & vita eoꝝ, q̃lis fuerit tpe pęnĩæ, & iuxta hãc humanitatẽ cõsequanť. Quod si q s pseuerantius abusus fuerit, hoc crimine, hic, prolixius tp̃s, .xx. annoꝝ pœnĩam suscipiat. Qui vero, exacta. xx. annoꝝ ætate, & vxores hñtes in hoc crimẽ inciderũt, post. xx. &. v. annos pœnĩa acta, ad cõionẽ orõnũ admittanť, in qua cõione orõnũ altero qnquẽnio pdurãtes, plenã cõionẽ cũ oblatione recipiãt. Quod si aliq & vxores hñtes, & excedẽtes qnquagesimũ ætatis suæ annũ in hoc prolapsi sunt scelere, ad exitum tãtum, vitæ communionem mereantur.

CAP. XVI.

Eos, q irrationabiliter vixerint, & lepra iniusti criminis alios polluerunt, pręcepit sancta synodus inter eos orare, qui spiritu periclitantur immundo.

CAP. XVII.

Hos eosdẽ sane nõ solũ leprosos crimĩe hmõi factos, sed & alios isto suo morbo replẽtes, placuit ĩter eos orare, q tẽpestate iactanť, q a nobis energumini intelliguntť.

CAP. XVII.

Dist. 92. Si q episcopi ordinati sunt

Si q epi ordinati sunt, nec recepti ab illa parochia, in qua fuerãt denominati, voluerintq; alias occupare parochias & vim præsulibus earum inferre, seditiones aduersus eos excitando, hos abijci placuit. Quod si voluerint in pres byterij ordine, vbi prius fuerant, vt pres byteri residere, non abijciantur propria dignitate. Si autem seditiones commouent, ibidem constitutis episcopis, pres byterij quoq; honor talibus auferatur, fiantq; damnatione notabiles.

CAP. XVIII.

Si q epi suscepti nõ sunt a sua diocesi, in q̃ fuerãt denoĩati, cõpellanť, ad eãdẽ iudicis ædicto redire. Qđ si voluerint alias ecclesias occupare, & vim facere alijs epis, q̃s ibi inuenerint, seditiões excitãdo aduersus eos, hos segregari optet. Qđ si volũt in p̃s byterio in ecclesia, vbi prius fuerãt, tanq̃ p̃s byteri residere, nõ repellanť a propria dignitate. Quod si etiã ibi seditiones cõcitare probãtur epis ibidẽ constitutis, segregari eos necesse ẽ, & nihilominus p̃s byterij dignitate priuari.

CAP. XVIII.

27. q. 1. Quotquot virginitatem pollic.

Quotquot virginitatem promittentes, irritam faciunt sponsionem, inter bigamos censeãtur. Virgines autem, quæ conueniunt cum aliquibus tanquam sorores, habitare prohibemus.

CAP. XIX.

Quotq̃t virginitatẽ pollicitã p̃uaricati sunt, professiõe cõtẽpta, inter digamos. i. qui ad secundas nuptias trãsierũt, haberi debebũt. Virgines aũt puellas, quæ tanq̃ sorores cũ nõnullis viris habitare volunt, ab eoꝝ consortio prohibemus.

A

AEDITIO .I.

CAP. XIX.

Si cuius vxor adultera fuerit, vel si ipse adulteriũ cõmiserit, septẽ annoꝝ pœnitentia oportet eum perfectionem consequi, secundum pristinos gradus.

CAP. XX.

De mulieribus, quæ fornicanť, & partus suos necãt, vel quæ agũt secũ, vt vtero cõceptos excutiãt, antiqua qdẽ definitio vsq; ad exitum vitæ, eas ab ecclesia remouet. Humanius aũt nũc definimus, vt eis decem annoꝝ tempus, secundum ꝓfixos gradus pœnitentię largiamur.

CAP. XXI.

Qui volũtarie homicidiũ fecerint, pœnitẽtię qdẽ iugiter se submittãt. Perfectionẽ vero circa vitæ exitum consequantur.

B

CAP. XXII.

De homicidijs, nõ spõte cõmissis, prior qdẽ definitio post septẽnẽ pœnĩam ꝑfectionẽ cõseq ꝑcipit, scda vero qnquẽnij tps explere. Modus aũt huius pœnĩæ in epõrum sit arbitrio, vt secundũ cõuersationẽ pœnitẽtiũ, possint & extẽdere tardãtibus, & minuere studiose festinantibus.

CAP. XXIII.

Qui diuinationes expetunt, & morem gentilium subsequuntur, aut in domos suas huiuscemodi homines introducunt, exquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi causa, sub regula quinquennij iaceant, secundum gradus pœnitentiæ definitos.

C

CAP. XXIIII.

Quidã spõsam habẽs, sororẽ eius violauit, & grauidã reddidit, postmodũ despõsatã sibi duxit vxorẽ, illa vero, quæ corrupta est, laqueo se peremit. Hi, q fuerunt conscij, post decẽnem satisfactionem iussi sunt suscipi, secundum gradus pœnitẽtiæ constitutos.

AEDITIO II.

CAP. XX.

Si quis adulterium commiserit, septẽ annis in pœnitentia completis, perfectioni reddatur secundum pristinos gradus.

CAP. XXI.

De mulieribus, quæ fornicanť, & partus suos necant, sed & de his quæ agunt secum, vt vtero * conceptus excutianť, antiqua qdem definitio est, vsq; ad exitũ vitæ eas ab ecclesia remoueri. Humanius autem nunc definimus, vt eis decem annorum tempus tribuatur.

als, cõceptos excutiant,

CAP. XXII.

Qui voluntarie homicidium fecerint, ad pœnitentiam quidem iugiter se submittant. Circa autem exitum vitæ communione digni habeãtur. Eos vero, qui non voluntate, sed casu homicidium fecerint, prior quidem regula post septem annorum pœnitemtiam communioni sociauit secundum gradus constitutos. Hæc vero humanior definitio quinquẽnij tempus tribuit.

Disti. ꝟo. Eos vero, q non

CAP. XXIII.

Qui auguria, vel auspicia, siue somnia, vel diuinatiões quaslibet, scdm morẽ gẽtiliũ obseruãt, aut in domos suas hmõi homines introducũt in exqrẽdis aliqbus arte malefica, aut vt domos suas lustrent, confessi, quinquennio pœnĩam agant, secundum antiquitus constitutas regulas.

26.q.ſ. Qui diuinationes exp. Et i dec. Iuo. lib. 8

CAP. XXIIII.

Si qs spõsam habẽs, sorori eius forsitã intulerit * vitiũ, eiq; inhæserit tanq̃ suę. Hac aũt decepta, postea vxorẽ duxerit despõsatã, illa vero, quæ vitiũ passa ẽ, si forte necẽ sibi intulerit, oẽs hi, qui facti huius sunt conscij, decẽ annis in pœnĩam redigant, secundũ Canones constitutos.

als, violentiã

¶ Et subscripserunt numero. xviij. epi, qui in eodẽ concilio cõuenerãt.

¶ Vitalis Antiochenus Syriæ Celes, Agricolaus Cæsarię Palestinę, Marcellus Ancyræ Gallaciæ primæ, Lupus Tarseñ. Ciliciæ, Basilius Amasenus * Hellesponti, Philadelphius Iuliopolis Galacię primę, Eustolus Nicomedię Bithyniæ, Heraclius * Zeleñ. Armeniæ maioris, Petrus Iconieñ. * Lycaoniæ, Nunechius Laodiciæ Phrygiæ Pacatianæ, Sergianus Antiochię Pisidiæ, siue Cariæ, Epidaurus Pisideñ. Pãphylię, Narciscus Nerodiadis Ciliciæ, Leontius Cæsarieñ. Cappadociæ primæ, Longinus Neocæsarieñ. Ponti Polemoniaci, Amphion Epiphaniæ Ciliciæ secundæ, Salamenus Germaniciæ Cœles Syriæ, Germanus Neapolis Palestinæ.

als, Armeniæ maioris

als, Zeleneñ.

als, Pisidiæ

¶ Finis Concilij Ancyrani.

Capitula

CAPITVLA DVO ANCYRANI CONCILIJ, ex quodam libello sedecim librorum partialium desumpta, libro sexto, capitulo sexto.

D

De illo, qui domino suo iubente, homicidium fecerit.

SI quis liber (iubente domino suo) seruum eius occiderit, vt homicidium sponte commissum, pœniteat.

Ex eodem concilio iuxta exemplar prædictum lib. vi. cap. vij.

Vt episcopi de parochijs suis sortilegos, & maleficos expellant.

VT Episcopi, eorumque ministri omnibus viribus elaborare studeant, vt perniciosam, & a diabolo inuentam, sortilegam, & maleficam artem, penitus ex parochijs suis eradicent. Et si aliquem virum, aut fœminam huiuscemodi sceleris sectatorem inuenerint, turpiter dehonestatum, de parochijs suis ejciant. Ait enim apostolus: Hereticum hominem post secundam & tertiam correptionem deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est. Subuersi sunt, & a diabolo capti tenent, qui derelicto creatore suo, a diabolo suffragia quærunt. Et ideo a tali peste mundari debet sancta ecclesia. Illud etiam non est omittendum, quod quędam scelerate mulieres, retro post Satanam conuersæ, dæmonum illusionibus, & fantasmatibus seductæ, credunt, se, & profitentur, nocturnis horis cum Diana paganorum dea, vel cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, & multa terrarum spacia intempestę noctis spacio pertransire, eiusque iussionibus velut domine obedire, & certis noctibus ad eius seruitium euocari. Sed vtinam hæ solæ in sua perfidia perissent, & non multos secum in infidelitatis interitum pertraxissent. Nam innumera multitudo, hac falsa opinione decepta, hæc vera esse credit, & credendo a recta fide deuiat, & in errore paganorũ reuoluitur, cum aliquid diuinitatis, aut numinis extra vnum deum arbitratur. Quapropter sacerdotes, per ecclesias sibi commissas, populo omni instantia prædicare debent, vt nouerint hæc omnimodis esse falsa, & non a diuino, sed a maligno spiritu talia fantasmata mentibus fidelium irrogari. Siquidẽ ipse Satanas, qui transfigurat se in angelum lucis, cum mentem cuiusque mulierculæ ceperit, & hanc sibi per infidelitatem subiugauerit, ilico transformat se in diuersarum personarum species, atque similitudines, & mentem, quam captiuam tenet in somnis deludens, modo læta, modo tristia, modo cognitas, modo incognitas personas ostẽdens, per deuia quæque deducit. Et cum solus spiritus hoc patitur, infidelis mens, hęc non in animo, sed in corpore opinatur euenire. Quis enim non in somnis, & nocturnis visionibus, extra se educitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam viderat vigilando. Quis vero tam stultus & hebes est, qui hæc omnia, quæ in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur cum Ezechiel propheta visiones domini in corpore, non in spiritu vidit. Et Iohannes apostolus Apocalypsis sacramentum in spiritu, non in corpore vidit, & audiuit, sicut ipse dicit. Statim (inquit) fui in spiritu. Et Paulus non audet dicere se raptum in corpore. Omnibus itaque publice annunciandum est, quod, qui talia & his similia credit, fidem perdit. Et qui fidem rectam in domino non habet, hic non est eius, sed illius, in quem credit, id est, diaboli. Nam de domino nostro scriptum est: Omnia per ipsum facta sunt. Quisquis ergo aliquid credit, posse fieri, aut aliam creaturam in melius, aut in deterius mutari, aut transformari in aliam speciem, vel similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt, proculdubio infidelis est, & pagano deterior.

Titum. 3. c

E

2. Cor. 11. c

F

Ezechiel in multis ca.
Apoc. 1. c
2. Cor. 12. a
Iohan. 1. a

DECRETA MARCELLI PAPAE.

Ex libro ponficali Damasi papæ.

Marcellus

A MArcellus natione Romanus, ex patre Benedicto, de regione Via lata, sedit annis quinque, mensibus sex, diebus. xxi. Fuit autem temporibus Constantii, & Galerii, & peruenit usque ad Maxentium, consulatu Maxentii quarto, & Maximi, usque post consulatum. Hic fecit cœmiterium via Salaria, & xxv. titulos in urbe Roma constituit, quasi diocœses, propter baptismum & pœnitentiam multorum, qui conuertebantur ex paganis, & propter sepulturas martyrum. Hic ordinauit vigintiquinque presbyteros in urbe Roma, & duos diaconos per mensem Decembrem, episcopos per diuersa loca. xxi. Hic coartatus & tentus est, eo quod ecclesiam ordinaret, & comprehensus a Maxentio, ut negaret se esse episcopum, & sacrificiis se humiliaret dæmoniorum. Qui semper contemnens & deridens dicta & præcepta Maxentii, damnatus est in Cathabulum. Qui dum multis diebus seruiret in Cathabulum, orationibus & ieiuniis, domino deseruire non cessabat. Mense autem nono venerunt clerici eius omnes, & eruerunt eum noctu de cathabulo. Matrona vero quædam nomine Lucina vidua, quæ vixerat cum viro Marco annis. xv. & in viduitate sua habebat annos. xix. suscepit beatum virum, quæ & domum suam nomine tituli beati Marcelli dedicauit, ubi die, noctuque, hymnis & orationibus, domino Iesu Christo confitebantur. His auditis a Maxentio, misit, & tenuit iterum beatum Marcellum, & iussit in eadem ecclesia iterum plancas externi, ut ibidem animalia cathabuli congregata starent, & ipsis beatus Marcellus deseruiret. Qui tandem in seruitio animalium nudus, amictus cilitio, defunctus est. Cuius corpus collegit beata Lucina, & sepeliuit in cœmiterio Priscillæ via Salaria. xvii. Kalen. Februarii. Et cessauit episcopatus dies. xx. Lucina vero proscriptione damnata est. Hæc Damasus. De eo vero Marianus Scotus, sub anno. ccc. xix. ita prosequitur. Marcellus papa, iubente Maximiano primo fustibus cæsus, a facie eius expulsus est. Deinde audiens, quod domum sanctæ Lucinæ (quam ipse proscriptione damnauerat, eo quod de facultatibus suis Christianis donauerat) ecclesiam faceret, & in ea missas celebraret, in media ciuitate iussit in eadem ecclesia plancas sterni ad animalia cathabuli, & in eodem stabulo episcopum ad seruitium animalium deputari, cum custodia publica. Ubi post multos dies seruiendo, indutus cilitio, obiit. xvii. Kalendas Februarii, & conditus aromatibus, a Iohanne presbytero, & beata Lucina sepelitur. At vero circa annos Marcelli papæ, si difficile admodum est adnotare scriptorum diuersitates, quanto difficilius definire annorum, quibus sederit numerum? Exemplar vetustum Vvintonien. Angliæ, Marcello asscribit annos. iiii. Ganden. autem Flandriæ exemplar & Colonien. quinque, a quo nec Platina dissentit, addens annis quinque, etiam menses sex. Eusebius quoque Cæsarien. in Chronicis suis, quod illum non ponat in numerum cum cæteris pontificibus summis, non sine admiratione videri potest, nisi forte incuria impressorum id C actum existimetur. Superfluunt tamen, post annos nouem, quos deputat prædecessori illius Marcellino, anni duo cum medio, quibus in numero iam positis, Eusebius succedit. Verum ex annis consulum, qui in Damaso quanquam confuse citantur Maxentii scilicet quarto, & *Maximi, quia idem consules in cathalogo tam Cassiodori, quam alterius Gregorii, non ita reperiuntur, redditur iudicium prædictorum annorum ex eo numero satis dubium, nisi quod ex ultimo Marcellini anno, qui legitur esse consulatus Diocletiani nono, & Maximiani octauo, coniici potest, annum sequentem esse primum Marcelli. Qui si deducatur usque post consulatum primo, vel secundo, utcunque fiat, refricatur numerus annorum, quibus quatuor aut quinque, Marcellus legitur sedisse. Nisi forte obiiciatur, quod in fine assignationis decreti Marcellini additur, annis septem post illius passionem papatum vacasse, quod (ut ibidem visum est in annotationibus) vix credibile est, ac sic contra hoc militat, quod illi vacationis anni in prioribus annis nouem includantur. Quod ubi creditur, verisimiliter quoque credi potest, Marcellum anno sequenti, vel forte eodem eidem Marcellino successisse. Quibus ita admissis stant anni a Damaso deputati. Præterea assignationi prætactorum annorum. v. concors est Marianus Scotus, anno Diocletiani Imperatoris. xvi. & ad veritatem euangelii. cccxiiii. secundum etiam cyclum Dionysii. ccxcii. Diocletiano. viii. & Maxi-

* alias Maximiani.

miano.vij.cõsulibus.Marcellus(inquiẽs)post Petrum.xxviij.sedit annis quinq;. Et idem Galerij Maximiani Imperatoris anno primo,ad euangelij veritatẽ.cccxix.ac secundũ Dionysii cyclũ.cc.xcvij.Maxentio,Maximianoq; consulibus, epistolarũ (ait)decretalium Marcelli papæ, vna data est Kalẽ.Aprilis, Maxentio & Maximiano viris clarissimis consulibus,Altera data est decimosexto Kalendas Februarij eisdem consulibus. D

EPISTOLA DECRETALIS MARCELLI PAPAE PRIma,ad episcopos Antiochenę prouintiæ.

Dilectissimis fratribus vniuersis episcopis per Antiochænam prouintiam constitutis Marcellus,Solicitudinẽ omniũ ecclesiarum iuxta apostolum circũferentes, diuinæ circa nos gratiæ memores esse debemus,qui nos per dignationis suæ misericordiam,ob hoc ad fastigium sacerdotale prouexit,vt mãdatis ipsius inhærentes,in quadam sacerdotũ eius specula cõstituti,prohibeamus illicita,& sequenda doceamus. Vnde directis per Bonifaciũ diaconum nostrum literis,admonemus, vt,quæ male pullulant,abscindantur,& malefacta corrigantur,atq; bona sectentur,& patrũ nostrorũ exẽpla & statuta imitentur. Rogamus ergo vos,fratres,vt non aliud doceatis neq; sentiatis,quam quod a beato Petro apostolo,& a reliquis apostolis,& patribus accepistis. Ab illo eñ primo instructi estis, ideo non oportet vos proprium derelinquere patrem,& alios sequi. Ipse eñ caput est totius ecclesiæ,cui ait dñs: Tu es Petrus,& super hanc petram ædificabo ecclesiã meam. Et reliqua. Eius eñ sedes primitus apud vos fuit,quæ postea (iubente dño) Romam translata est,cui(adminiculante gratia diuina) hodierna præsidemus die. Nec ab eius dispositione vos deuiare oportet,ad quam cuncta maiora ecclesiastica negotia(diuina disponẽte gratia) iussa sunt referri, vt ab ea regulariter disponantur, a qua sumpsere principia. Si vestra vero Antiochena,quæ olim prima erat, Romanæ cessit sedi,nulla est,quæ eius nõ subiecta sit ditioni,ad quã oẽs,quasi ad caput iuxta apostolorũ,eorũq; successorũ sanctiones,episcopi,q voluerint, vel qbus necesse fuerit,suffugere,eãq; appellare debẽt,vt inde accipiant tuitionẽ & liberationẽ, vnde acceperũt informationẽ atq; consecrationẽ. Quod omibus minime conuenit denegare episcopis,sed absq; vlla custodia,aut excõmunicatione,vel damnatiõe, vel expoliatione,libere ire concedat. Simulq; idem(inspirãte dño)constituerunt, vt nulla synodus fieret præter eiusdem sedis authoritatẽ,nec vllus episcopus,nisi in legitima synodo,suo tẽpore apostolica authoritate conuocata, super quibuslibet criminibus pulsatus audiatur vel iudicetur,quia (vt paulo superius prælibatum est) episcoporũ iudicia,& summarũ causarum negotia,siue cũcta dubia,apostolicæ sedis authoritate sunt agẽda & finienda. Et omia cõprouintialia negotia huius sanctæ vniuersalis,& apostolicæ ecclesiæ,sunt retractanda iudicio,si huius ecclesiæ pontifex præceperit. Nec cui liceat sine præiudicio Romanæ ecclesiæ(cui in omnibus causis debetur reuerentia custodiri)relictis his sacerdotibus,qui in eadem prouintia dei ecclesias nutu diuino gubernant,ad alias conuolare prouintias,vel aliarũ prouintiarũ episcoporum iudicium experiri,vel pati,sed omnibus eiusdem prouintiæ episcopis cõgregatis,iudicium authoritate huius sedis terminet,quod tamen(vt præfatum est) per eius vicarios,si libuerit,erit tractandũ,&,quicqd iniuste actum est,reformandum. Pastoralis ergo cura officij nos admonet,& destitutis succurrere, & cuncta neglecta , vel male acta reformare,vt ignis ille,quẽ dñs veniẽs misit in terrã,motu crebro emẽdationis,vel crebre meditatiõis,agitatus,sic calescat,vt ferueat,& sic inflãmet,vt luceat.

Sæpe

2.Cor.11.g (margin)

E (margin)

24.q.1.Rogamus vos frẽs (margin)

Matth.16.c (margin)

2.q.6.Ad Romanã ecclesiam. (margin)

F (margin)

Lucæ.12.f (margin)

A Sæpe em̄ dicendū & agendū est, quia mala pullulantia fraterna charitate oportet resecari, vt bona, crescendi & augmētandi, amplissimū locū inueniant. Nolite ergo (vt Iacobus apostolus ait) plures fieri magistri, fratres mei, scientes, qm̄ maius iudicium sumitis. In multis em̄ offendimus oēs. Si qs in verbo nō offendit, hic perfectus est vir, potest etiam freno circūducere totum corpus. *Si aūt equorꝝ *frenos in ora mittimus, ad consentiendū nobis, & omne corpus illorum circūferimus. Ecce & naues, cū magnæ sint, & a ventis validis minentur, circūferuntur aūt a modico gubernaculo, vbi impetus dirigētis voluerit, ita & lingua modicū quidem membrū est, & magna exaltat. Ecce quantus ignis, quam magnā siluam incēdit. Et lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis. *Lingua constituitur in mēbris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotā natiuitatis nostræ, inflammata a gehenna. Oēs em̄ naturæ bestiarꝝ, & volucrum, & serpentū, etiā cæterorꝝ domant, & domita sunt a natura humana. Linguam aūt nullus hominū domare potest. Inquietū malū, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus deū, & patrem, & in ipsa maledicimus hoies, qui ad similitudinem dei facti sunt. Ex ipso ore benedictio procedit & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem, & amarā aquam? Nunquid potest, fratres mei, ficus oliuas facere, aut vitis

B ficus? Sic neq; salsa dulcem potest facere aquam. Quis sapiens, & disciplinatus inter nos? Ostendat ex bona conuersatione opera sua in mansuetudine sapientiæ. Quod si zelum amarꝝ habetis, & cōtentiones sunt in cordibus vestris, nolite gloriari, & mēdaces esse aduersus veritatē. Non em̄ est ista sapiētia desursum descendēs, sed terrena, animalis & diabolica. Vbi em̄ zelus, & contētio, ibi incōstantia, & oīe opus prauum. Quæ aūt desursum est sapientia, primū quidē pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis cōsentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, iudicans sine dissimulatione. Fructus autē iustitiæ in pace seminatur facientibus pacē. Propter q̄d succincti lumbos mentis vestræ, sobrij, perfecti, sperate in eam, quæ offertur vobis gratiā in reuelatione Iesu Christi, quasi filij obediētiæ, nō configurati prioribus ignorantiæ vestræ desiderijs, sed secundū eum, q vocauit vos sanctum, vt & ipsi facti sancti in omni cōuersatione sitis, qm̄ scriptum sit: Sancti eritis, qm̄ ego sanctus sum. Et si patrem inuocatis eum, q sine acceptione psonarꝝ iudicat, secundū vniuscuiusq; opus, in timore incolatus vestri tempore, conuersamini, scientes, q̄d non corruptibili auro, vel argento, redempti estis, de vana vestra conuersatione paternæ traditionis,

C sed ptioso sanguine agni, quasi incōtaminati, & immaculati, Iesu Christi, prægcogniti quidē ante constitutionē mundi, manifestati aūt nouissimis tēporibus, propter vos, qui p ipsum fideles estis in deo, q suscitauit eum a mortuis, & dedit ei gloriā, vt fides nostra, & spes esset in deo, animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde inuicē diligite attentius, renati nō ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per verbū dei viui, & pmanentis, quia omnis caro vt fœnum, & omnia gloria eius tanquam flos fœni. Exaruit fœnum, & flos eius decidit, verbum aūt dn̄i manet in æternū. Hoc est aūt verbum, quod euāgelizatū est in vobis. Deponentes quidem omnē malitiā, & omnem dolū, & simulationes, & inuidias, & oēs detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem. Si tamē gustatis, qm̄ dulcis est dn̄s, ad quē accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidē reprobatum, a deo autem electū & honorificatum, & ipsi tanquam lapides viui superædificamini, domos spūales, sacerdotium sanctum, offerre spūales hostias acceptabiles deo per Iesum Christū. Propter quod continet scriptura: Ecce pono in Sion lapidem summū, angularem & electū, pretiosum, & qui crediderit in eum, non confundetur. Vobis igitur honor credentibus, non credentibus autem lapis, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali, his, qui offendūt verbo, nec credunt, in quo & positi sunt. Vos autē genus electum, regale sacerdotiū, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos *reuocauit in admirabile lumen suum. Estote ergo, charissimi, prudentes, & vigilate in orationibus. An

Iaco. 3. a. b. c.
alias, Ecce
als, frena. Ma vtrūq; in plurali dicitur.
alias, sic lingua.
1. Petri. 1. c. d
Leuit. 19. a
Deuter. 10. d.
Coloss 3. d
Iacobi. 2. d.
Roma. 2. b
1. Iohan. 1. c
Apoca. 1. b
Esaiæ. 40. b
Iacobi. 1. b
1. Petri. 2. a. b
Ephe. 4. f
Esaiæ. 28 d.
Psalm. 117
als, vocauit
1. Petri. 4. b

bus. Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habētes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem sine murmuratione, vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrū illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Si qs loquitur, quasi sermones dei. Si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat deus, vt in omnibus honorificetur deus per Iesum Christum, cui est gloria, & imperium, in secula seculorum amen. Data Kalen. Aprilis, Maxentio, & *Maximo, viris clarissimis consulibus. D

Alias Maximino, alias Maximiano, teste Mariano Scoto sub anno. cccxix. ad veritatem euangelij, sed iuxta Dionysii cyclum. ccxcvij.

EPISTOLA MARCELLI PAPAE SECVNDA AD Maxentium tyrannum.

MArcellus episcopus sanctæ & apostolicæ, & catholicæ vrbis Romæ, Maxentio. Magistra bonorum omnium charitas, quæ nihil rapit extraneum, nihil agit asperum, nihil confusum, nihil factiosum, nihil, quod honori diuino repugnet, animæ propriæ noceat, aut proximi commodo deroget, oblita sui, non quæ sua sunt, sed quæ dei, vel proximi, quærens, nemini inuidens, omnibus cōsulens, nō sæuiens, sed compatiens, nō rapiens, sed largiens, nō murmurās, sed oīa æquanimiter tolerans, si in te pfecte habitaret, temperares animū a malis, sæuire desineres, dei ecclesiā, ac sanctos eius persequi cessares, tyrannidi modum imponeres, furorē cohiberes, humanitati inuigilares, modestiā amplectereris, & bonis potioribus frui satageres. Charitas eñ exercet corda, sensus corroborat, vt nihil graue, nihil difficile, sed totum fiat dulce, quod agitur, dum eius sit proprium nutrire pacifica, seruare composita, dissociata coniungere, praua dirigere, & virtutes reliquas perfectionis suæ munimine solidare. De ipsa ergo, omnes monens apostolus, ita loquitur, dicens: Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem aūt nō habeam, factus sum, velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero omnem prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiā, & habuero omnem fidē, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum oēs facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est. Charitas nō æmulat, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit, quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit. Quisquis ergo in eius se radice inserit, nec a viriditate deficit, nec a fructibus inanescit, quia amore fœcunditatis opus efficax non amittit. Licet modo charitas in persecutoribus ecclesiæ, seruorumque dei arefacta sit, viget tamen in amatoribus eius, & in eos, q patiuntur propter iustitiā. De qbus ipsa per se veritas testatur, dicens: Beati, q persecutionem patiuntur propter iustitiā. Et alibi: Si me persecuti sunt, & vos persequent. Potius eñ nos, & omnes dñi sacerdotes, qui eius, videlicet, sunt veri sacerdotes, eligimus propter iustitiam & verā fidem persequi, & pro Christi nomine pati, quam multis diuitijs ditari, honoribusque copiosissimis abundare, & cœlesti regno carere. Ista eñ temporalia sunt, illa æterna. Ista caduca, & ad horam transeuntia, illa vero perpetua, & sine fine mansura. Tu ergo, qui nos suades cultū dimittere diuinū, & a recta fide recedere, dijsque immolare, melius tibi foret, vt tu prius mutabilem te præberes, omnesque exhortareris fidei documenta, & diuini cultus ministeria ita tenere, sicut patres nostri sancti apostoli sibi tradita

E F

Philip. 2.c
1.Cor.13.a.b
Matth.5.a
Iohan.15.c

A dita prædicauerũt & docuerũt. Boni enĩ principis, ac *regis est, ecclesias cõtritas, atq; *scissas restaurare, nouas ædificare, & dei sacerdotes honorare atq; tueri. Vnde sanctos apostolos, eorumq; successores sub diuina contestatione constituisse legimus, non debere fieri psecutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro dominico, neq; expellere æterni regis dispensatores, sed, si qui expulsi fuerint, aut suis rebus expoliati, primo oĩa legaliter reddi, quæ eis ab inimicis, aut a persecutoribus, ablata sunt, & sedes proprias, cum oĩbus ad se ptinentibus, regulariter restitui, & postea tẽpore congruo vocari ad synodũ regulariter congregatam. Nec liceat ei, priusquam fiant hæc, de se iuxta statuta pdictoꝝ respondere, aut de suis impetitionibus, si se viderit pgrauari, reddere rationem. Sed his rite peractis, suisq; omnibus libere dispositis, si tum iuste videtur, suis respondeat accusatoribus, & inducias, si ei necesse fuerit, accipiat nõ modicas, vt explorare valeat ea, quæ obijciũtur ei, ne aliqua delusus fraude, innocẽter ruat, qm̃ non oportet, quenq̃ iudicari vel damnari, priusquã legitimos habeat psentes accusatores, locũq; defendendi accipiat ad abluenda crimina. Vnde ait propheta: Priusquam agnoscas, non iudices quenq̃.

C In hoc ergo q̃d episcopi, & reliqui serui dei, psecutionem patiunt̃, non tantũ ipsi psecutionem patiunt̃, quantũ ille, cuius vice funguntur, sicut scriptũ est: Qui vos tãgit, tangit pupillam oculi mei. Et alibi: Qui vos contristauit, me contristauit. Et q facit iniuriam, recipiet id, q̃d inique gessit. Vos ergo licet corpora nostra possitis occidere, animas tamen non potestis occidere, nec gradus, nobis diuinitus collatos, potestis auferre. Synodũ ergo absq; huius sanctæ sedis authoritate episcopoꝝ (quanq̃ quosdam episcopos possitis congregare) non potestis regulariter facere, neq; vllum episcopum, q hanc appellauerit apostolicam sedem, damnare, antequam hinc sententia finitiua procedat. Nam si seculares in publicis iudicijs libellis vtuntur appellatorijs, quanto magis sacerdotibus hæc eadẽ agere licet, q super illos sunt? De quibus dictum est: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. Et ideo nullus episcopus, nisi in legitima synodo, suo tempore apostolica, aut regulari authoritate conuocata, super quibuslibet pulsatus criminibus audiatur vel iudicetur, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Quod laici, aut suspecti, episcopos non debeant accusare, neq; accusatoribus de inimici domo prodeuntibus, credẽdum sit, & a beato Clemente, ipsis eum instruentibus apostolis, legimus definitum, & nos eadẽ firmamus, qm̃ ijdem odio multoties incensi, recte viuentes atq; credentes, perturbare nitũtur.

C Propterea persona, fides, vita, & cõuersatio, atq; suspitio accusantiũ, enucleatim primo inquirenda est, deinde, quæ obijciuntur fideliter pertractanda, qa nihil ante fieri debet, q̃ impetitoꝝ vita, & suspitio, atq; odium inquiratur. Et si bonę conuersationis non fuerint, aut laici, vel manifesti inimici, aut odio respersi fuerint, nequaq̃ in episcopoꝝ recipiant̃ accusatione. Hæc vobis, a quibus nimis infeste persequimur, sciẽda mandamus, vt ab his vos caueatis, & cessetis persequi eos, q deo ministrant, q̃ꝝ orationibus & terrena bella sedantur, & deus peccatoribus conciliatur. Et si amplius nos elegeritis persequi, quam deo placere, & nos magis eligimus sustinere persecutionem, quam regulam confundi ecclesiasticam, hortante nos ipsa veritatis voce, atq; testante ita. Nolite timere eos, q occidũt corpus, animam aũt non possunt occidere. Et iteꝝ: Si quis vult venire post me, abneget semetipsũ, & tollat crucẽ suã, & sequatur me. Qui enĩ voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Quid enĩ prodest homini, si mũdum vniuersum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo cõmutationem pro anima sua? Filius enĩ hominis vẽturus est in gloria patris sui cũ angelis suis, & tũc reddet vnicuiq; secundũ eius opus. Ista vobis valde timẽda & cauẽda sunt, a qbus ecclesia dei, eiusq; ministri vexant̃, & psecutionem patiuntur, qbus dñs per prophetã minãdo loqtur, dicẽs: Homo in honore non cõmorabitur, assimilatus iumẽtis, exequatus est. Hæc est via eoꝝ, insipientia eoꝝ, & post eos iuxta os eoꝝ current. Quasi oues in inferno positi sunt, mors pascet eos. Et subijcient eos recti in matutino, & figura eoꝝ conteretur in inferno post habitaculũ suũ.

al's, religiosi
al's, cõcussas, vel cõscissas.

Dist. 96. Boni pricipis c. Quocirca id notãdũ paucos antehac fuisse sũmos põtifices, qui hæc nõ costituerunt.

3. q. 9. Nõ oportet quẽl.
Prouer. 18. c & dist. 29. ca. 1. & 11. q. 3. Eorũ qui accu.
Zacha. 2. c
Coloss. 3. d.
Matth. 10. c
Dist. 17. Synodũ epoꝝ

Psal. 81.

In epl'a Clementis papæ prima, vbi supra.

Matth. 10. e
Matth. 16. d

Psalm. 48

Veruntamẽ deus redimet animã meã de manu inferi, cũ assumpserit me. Noli time- D re, cũ ditatus fuerit vir, cũ multiplicata fuerit gloria domus eius. Neq; eñ moriẽs tol let omnia, nec descendet post eũ gloria eius. Quia aĩæ suę in vita sua benedicet. Lau dabũt te, cũ bene fuerit tibi. Intrabit vsq; ad generationẽ patrũ suorum, vsq; in finẽ non videbit lumẽ. Homo cũ in honore eẽt, nõ *cõmouebit, assimilatus iumẽtis exequa tus est. Et alibi: Quid gloriaris in malitia, potens misericordia dei tota die. Insidias co gitauit lingua tua, quasi nouacula acuta faciens dolũ. Dilexisti malũ, magis q̃ bonũ, mendaciũ magis q̃ loqui iustitiã. Dilexisti om̃ia verba ad deuorandũ lingua dolo- sa. Sed deus destruet te in sempiternũ, terrebit te & euellet te de tabernaculo tuo, & eradicabit te de terra viuentiũ. Et videbũt iusti, & timebunt, & sup eum ridebũt. Ec ce vir, q non posuit deũ fortitudinẽ suã, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum cõfortatus est in insidijs suis. Ego aũt sicut oliua virẽs in domo dei, speraui in mise- ricordia dei in seculũ, & in æternũ. Cõfitebor tibi in seculũ, qm̃ fecisti, & expectabo nomẽ tuum, qm̃ bonum in conspectu sanctorum tuorum. Ista vobis om̃ia ad interitũ, nobis aũt ad cõfortationẽ, ne pereamus, dicta sunt. Vobis ergo ideo hæc scribimus, quia debitores vobis sumus, dicente dño: Diligite inimicos vestros, benefacite eis, q vos oderunt. Et alibi scriptura loquitur, dicẽs: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si E sitit, potũ da illi. Hoc eñ faciens, carbones ignis *congregas sup caput eius. His fulti authoritatibus, bellum, q̃d aduersum nos excitatis, adeo feliciter, dextera dñi prote- gente nos, atq; pro nobis pugnãte, pacifice portare cupimus, vt triũphante Christo, oĩm verorum fiat vna victoria sacerdotum, &, coruscante lumine veritatis, solę erroris tenebræ, cũ suis authoribus pellantur, qa non est in hominis potestate consiliũ dei. Iustus est eñ dñs, & oĩa iudicia eius iusta sunt, atq; oẽs viæ eius misericordia, & veri tas, & iudicium. In manu dei potestas terræ, cui execrabilis est omnis iniquitas. In manu dei potestas hominis, & sup faciẽ scribæ imponẽt honorẽ suũ. Perdidit deus memoriã superborum, & inique agentiũ, & nõ dereliquit memoriã humiliũ, & bono- rum hominum. Hoc aũt pro certo habet om̃is, q recte colit deũ, quia si vita eius in probatione fuerit, corroborabitur, & si in tribulatione liberabit. Si vero in correctiõe fuerit, ad misericordiã perueniet. Tu ergo ne delecteris in perditionibus nostris, qa post tempestatẽ facit deus tranquillitatẽ, & post lachrymationẽ, & fletũ, exultatio- nem infundit. Benedictus dñs deus patrum nostrorum, q cũ iratus fuerit, misericordiã faciet, & in tẽpore tribulationis peccata dimittit. Magnus est dñs in æternũ, & ipse reget nos in secula, qm̃ regnũ eius permanet in secula seculorum, Amẽ. Data. xvi. Ka F lendas Februarij, Maxentio, & *Maximo viris clarissimis consulibus.

Alias Maximino, vel Maximiano, sicut notatur in epistola priori.

(Marginalia: al's, intellexit cõparatus est iumẽtis, & si- lebitur. — Psal. 51. — Matth. 5. g — Roma. 12. d — alias, cõgeres — Apoc. 16. a — Eccl. 10. a — Tobiæ. 3. d — Tobiæ. 3. c — Psalm. 47.)

¶ Decreta Marcelli papæ duo, quæ in prioribus nõ habentur. Sunt enim desumpta ex decreto Gratiani.

PRIMVM.

Extra voluntatẽ propriã retrusi in monasterijs, non teneantur.

(20. q. 1. Illud aũt statuẽdũ. — Palea)

Illud autem statuẽdũ esse censemus, vt si in minori ætate filij monasterio oblati fue rint, vel sacrã tonsurã, vel velamina susceperint, dignũ quidẽ duximus, vt. xv. anno a prælatis moniti verbis, inquirant, vtrũ in ipso habitu pmanere cupiãt, an nõ. Si ve- ro permanere professi fuerint, vlterius pœnitendi locũ minime amplecti possunt. Si vero ad secularẽ habitũ reuerti voluerint, redeundi licentia nullo modo denege- tur, quia satis inutile est, vt coacta seruitia domino præstentur.

SECVNDVM.

Neq; pro causa ciuili, neq; pro criminali, apud ciuilẽ iudicẽ pertrahatur.

(11. q. 1. Nullus eps neq; pro)

Nullus eps neq; pro ciuili, neq; pro criminali causa, apud quẽuis iudicẽ siue ciuilem, siue militarem, producatur vel exhibeatur. Magistratus eñ, qui hoc iubere ausus fuerit, amissione rerum, & cinguli condemnatione plectetur.

Finis decretorum Marcelli papæ.

A

DECRETA EVSEBII PAPAE.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

EVsebius natione Græcus, ex patre Medico, sedit annis sex, mense vno, diebus tribus. Fuit temporibus Constantini. Sub huius tempore crux dñi nostri Iesu Christi, quinto Nonas Maij inuenta est. Baptizat quoq; & Iudas, post Quiriacus vocatus, crucis inuentor. Hic, scilicet Eusebius, hæreticos inuenit in vrbe Roma, quos sola manuū impositione recōciliauit. Fecit hic ordinationē vnā mense Decēbrio, presbyteros. xiij. diacones tres, epos per loca. xiij. Sepultus est in cœmiterio Calixti via Appia. vi. Nonas Octob. Et cessauit epatus dies. vij. Hæc ille. Platina quoq; Damasum sequēs, etiā scribit illū sex annis sedisse. In margine aūt annotat, illū dūtaxat duobus p̄sedisse annis, &c. Quocirca notabilis admodū B discordia inuenit annoꝝ huius pontificis. Nā Platinæ marginalis annotatio ad veritatem annoꝝ magis propinquare videt, tū q̄ ille post Damasum ordinationē illi tantum vnā ascribat, ex quo sumit, paucoꝝ annoꝝ argumentū, tū q̄ Melciades huius successor suā decretalē concludit scriptā, Volusiano, Rufinoq; consſ. quoꝝ annus vetat tot annoꝝ numeꝝ fluxisse ab anno martyrij Marcelli papæ. Præterea Eusebius Cæsarieñ. in Chronicis suis amplius a p̄missis dissentit, in quibus ita legitur: Eusebius. xxix. Romæ eps constituitur, sedēs mensibus. vij. post quem. xxx. ecclesiam tenet Melciades annis sex. Hæc ille. Et certe hoꝝ annoꝝ Melciadis computū prosequitur in sequētibus simul cū anno Eusebij. Huic etiam Eusebij sententiæ alludit Marianus Scotus, anno primo Galerij Maximiani Imperatoris, ad euangelij veritatem. cccxix. secundū vero Dionysij cyclū. ccxcvij. Eusebius (inquiens) papa. xxix. post Petrū ordinat, qui sedit mensibus octo, & obijt. vi. Nonas Octobris. Sub huius tempore, vt in gestis pontificum Romanoꝝ habetur, crux dñi sub Constantio Cōstantini patre inuenta est. Hæc ille. Discretus lector opinioni, vero magis simili, pro C suo iudicio hæreat.

EPISTOLA DECRETALIS .I. AD OMNES GALLIAE EPISCOPOS.

CHarissimis fratribus domino & deo dilectis episcopis omnibus, per Gallicanas prouincias constitutis, Eusebius. Scripta sanctitatis vestræ cum magna gratiarum actione suscepi, gauisus (scilicet) de vestra sospitate, sed contristatus nimis de vestra oppressione. Quod significastis enim, quid de conuersis hæreticis fieri debuisset, scitote, nos eos, qui in sanctæ trinitatis fide baptizati sunt, per impositionem manus suscipere. De accusationibus vero clericorum, super quibus mādastis, scitote, a tempore apostolorum in hac sancta vrbe seruatum esse, accusatores, & accusationes, quas exterarum consuetudinum leges non asciscunt, a clericorum accusatione submotas. Similiter, laicos non accusasse episcopos, hactenus obseruatum, & constitutum est, quia eiusdem non sunt conuersationis. Et oppido eis quidam infesti existunt, quippe quum vita eorum & conuersatio debeat esse secreta, & a laicoꝝ actibus remota, Nec ab his impeti debeant, quoꝝ castitatē & grauitatē nolūt imitari, maxime quū nec hi eos in suis volūt recipere accusationibus. De ipsis vero, suis videlicet agricultoribus atq; ministris, dñs laicis & cūctis

3.q.5. De accusationibus clericorum
2.q.7 Laicos nō accusasse.

Psal 104
Zacha. 2

eos persequentibus, ait: Nolite tãgere christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Et ipsa sacra scriptura dicit. Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Talia enim, & his similia, sancti patres prouidentes pericula, laicos seculo militantes, ab accusatione sacerdotum prohibuere, similiter seruos & liberos, atq; censibus publicis vel priuatis, subiugatos, omnesq; infames, ab eadem accusatione, vel tergiuersatione submouerunt. Non enim oportet, vt permittantur carnales, spirituales persequi, nec sceleribus irretiti, vel seculo militãtes epos infamare, vel lacerare, aut crimen opponere. Nam si hoc apostoli, aut successores eorum permitterẽt, ppauci remãsissent, q dño in sacerdotali ordine militassent. Idcirco & nos sequẽtes patrum vestigia, pro saluatione seruorum dei, quascũq; ad accusationem psonas leges publicæ non admittunt, his impugnãdi alterum, & nos licẽtiam submouemus. Et nullæ accusationes a iudicibus audiãtur ecclesiasticis, quæ legibus seculi prohibẽtur. Quapropter illi, qbus indita ẽ ad vngeum polita perfectio, talia silere debẽt, ita vt nec mutilentur, nec proponãtur, Nec illi, qui aut in fide catholica, aut inimicitia suspecti sunt, ad pulsationem prędictorum admittant, quia veritatem professionis infidelitas, & inimicitia, impedire solet. Nec illi credendi sunt, aut admittendi, qui aliorum sponte crimina confitent. Et ideo replicanda sollicite eorum veritas, quam sponte prolata in illis, vllius vox habere non potest, hanc diuersis cruciatibus e latebris suis rigorosus tortor exigere debet, vt dum pœnis corpora * soluuntur, quæ gesta sunt, fideliter & veraciter exquirantur. Vnde (quæso) primum ad leges publicas, deinde ad iudices, ora conuertite, qui possunt & volunt, in defensione omnium iuste loqui: Nos enim (quos dei seruitium post istarum rerum obiectionem fecit ingenuos, q taliũ insultationes, aut contumelias, aut despicimus, aut deridemus, quibus scriptum est de famulis, & * vulgi hominibus, per apostolum: Mementote, quia vester & illorum dominus in cœlis est) ad hæc seculi mala reuocabimur. Faciendum a nobis est, quod faciente altero profanum esse contendimus. Quod per ministerium iussionis, & manus alienę incestaret aspectum, nostro peragetur imperio. Nolite hanc per vniuersas ecclesias mẽtem rapacium luporum more & natura seruare, qa postq̃ nos maculat forte pro desiderijs eorum cruenta discussio effectum in his, quo tendũt, nõ habebũt, dicẽte nobis propheta: Ponamus circulum in naribus eorum, & frenum in labijs, & reducamus eos in viam rectã. Quia eodem propheta asserẽte, impugnãtur, qui dicũt, erũt quasi nõ sint, & peribũt viri, q contradicũt nobis. Infames enim sunt proculdubio impugnatores episcoporum, omnesq;, q aduersus patres armãtur, & conculcatores ecclesiarum, sacerdotumq; eius, & q de publicis fugiunt prælijs, & mãdata dei contemnũt, & q aliqua culpa infamiæ aspergunt maculis, his omnibus impugnandi episcopos, patrum sequentes instituta, & nos licentiam submouemus. Quia sic odit deus eos, qui patres persequuntur, vt patrum inuasores, qui in omni mundo infamia notãtur, & ideo iuste & regulariter respuunt. Nunc longa non opus est admonitione. Iam perditis, odium debemus operire, de quibus iam nõ superest, quod damnet, authoribus. De qbus dñs per prophetam loquit, dicẽs: Reprobãtes verbum, sperastis in calumniã & in tumultũ, & innixi estis in eo. Propterea erit vobis iniqtas hæc sicut iterruptio. Rursus etiã de talibus propheta clamat, dicẽs: Accedite huc semẽ * adulteri & fornicarij. Sup quẽ lusistis, sup quem dilatastis os, & eiecistis linguam: Nunqd nõ vos filij scelesti estis, semẽ mẽdax: Cessent impij commẽtitia aduersus simplices iam fraude mẽtiri. Custodi (inquit propheta) linguã tuam a malo, & labia tua ne loquãtur dolum. Recede a malo, & fac bonũ, quære pacem, & psequere eam. Oculi dñi ad iustos, & aures eius ad clamorem eorum. Vultus autem dñi super faciẽtes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Et paulopost: Interficiet impium malitia, & odiẽtes iustum culpabunt. Nos quãquam multa patiamur a talibus, diligamus nos (charissimi) inuicem, quoniam charitas ex deo est. Et omnis, qui diligit, ex deo natus est, & cognoscit deum. Qui non diligit, nõ nouit deum, quia deus charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro pec

Marginalia: 3.q.5. De accusat cleri. Et 6.q.1. Nos sequẽtes patrũ — 5.q.5. Illi qui aut in fide — als, subijciunt — als vulgarib9 alias, vulgis — Ephe. 6. b. — Esa. 37. f — Esaiæ. 30. c — Esa. 57. a — alias, adulterorum — als, fornicariæ — Psalm. 33 — 1. Ioh. 4. b c. d

D E F

A pro peccatis nostris. Charissimi, si deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit vnquã. Si diligamus inuicem, deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. In hoc intelligimus, quoniam in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de spũ suo dedit nobis. Et nos vidimus, & testificamur, quoniam pater misit filium suum, saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit, qm̃ Iesus est filius dei, deus in eo manet, & ipse in deo. Et nos agnouimus, & credimus veritati, quã habet deus in nobis. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. In hoc perfecta est charitas nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij, quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor nõ est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quia timor pœnã habet. Qui aũt timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deũ, quoniam deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, qm̃ diligo deũ, & fratrem suũ oderit, mendax est. Qui aũt non diligit fratrẽ suum, quẽ videt, deum, quẽ non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatũ a deo habemus, vt qui diligit deũ, diligat & fratrem suũ. Omnis, qui credit, qm̃ Iesus est Christus, ex deo natus est. Et omnis, qui diligit eũ, qui genuit, diligit eum, qui natus est ex eo. In hoc * cognouimus, qm̃ diligimus natos dei, quũ deum diligamus, & B mandata eius faciamus. Hæc est enim charitas dei, vt mandata eius custodiamus. Et mandata eius grauia non sunt, quia omne, quod natũ est ex deo, vincit mundum. Et hæc est victoria, quæ vincit mundũ, fides nostra. Quis est, qui vincit mundũ, nisi qui credit, qm̃ Iesus est filius dei? Hic est, qui venit per aquã & sanguinẽ, Iesus Christus, non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Et spũs est, qui testificatur, qm̃ Christus est veritas. Quoniã tres sunt, qui testimonium dant, spũs, sanguis, & aqua, & hi tres vnũ sunt. Si testimoniũ hominũ accipimus, testimoniũ dei maius est. Quoniã hoc est testimoniũ dei, quod maius est, quia testificatus est de filio suo. Qui credit in filium dei, habet testimoniũ dei in se. Qui nõ credit filio, mendacẽ facit eũ, quia nõ credit in testimoniũ, quod testificatus est de filio suo deus. Et hoc testimoniũ est, qm̃ vitam æternã dedit nobis deus. Et hæc vita in eius filio est. Qui habet filiũ, habet vitam, qui nõ habet filiũ dei, nõ habet vitã. Hæc scribo vobis, vt sciatis, qm̃ vitã * habebitis æternam, qui creditis in noĩe filij dei. Et hæc est fiducia, quã habemus ad eũ, quia quodcunq; petierimus secundũ voluntatẽ eius, * audiet nos. Et scimus, quia audit nos, quicquid C petierimus. Scimus, qm̃ habemus petitiones, quas postulamus ab eo. Qui scit fratrẽ suum peccare peccatũ non ad mortẽ, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortẽ. Est peccatũ ad mortẽ, non pro illo dico, vt roget quis. Omnis iniquitas peccatũ est, & est peccatũ ad mortẽ. Scimus, quia omnis, qui natus est ex deo, non peccat, sed generatio dei cõseruat eũ, & malignus nõ tãgit eũ. Scimus eñ, qm̃ ex deo sumus, & mũdus totus in maligno positus est. Et scimus, qm̃ filius dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus deũ verũ, & simus in vero filio eius. Hic est verus deus, & vita æterna. Propter mala sua multi potẽtes oppressi sunt valde, & gloriosi traditi sunt in manus alterorũ. Benedictio aũt dei in mercedẽ iusti festinat, & in * honore veloci processus illius fructificat. Beatus vir, qui non est lapsus verbo ex ore suo, & nõ est stimulatus in tristitia delicti. Scitote, charissimi, pro ea pietate, quæ vobis dei famulis impendenda est, oẽs suggestiones vestras fidei catholicæ profuturas me dignanter suscepisse, vt ipsarũ quoq; opera & pax Christiana reparari, & error impius possit aboleri. Et si amplius de talibus, aut de his similibus aliquid fuerit deliberandũ, celeriter ad nos relatio dirigatur, vt pertractata qualitate horũ, nostra, quid obseruari debeat, solicitudo constituat. Data. vi. Kalend. Augusti, * Cõstantino Cons.

i. Iohan. 5. a b. c. d

al's, cognoscimus

al's, habetis

al's, audit

Ecci. 11. a. & c

al's, hora

Ecci. 14. a

al's, Cõstãtio.

¶ Sub neutra tamen nuncupatione Marianus Scotus huius meminit.

EPISTOLA EVSEBII PAPAE SECVNDA, AD AEGYPTIOS.

Euse-

EVSEBIVS Romanæ & apoſtolicæ eccleſiæ epiſcopus dilectiſſimis in charitate Chriſti vnanimis, charitatis glutino connexis fratribus, per Alexandriam & Aegyptum, domino militantibus, & rectam fidem tenentibus, in domino ſalutē. Benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum, & deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra, vt poſſimus & ipſi conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt, per exhortationem qua exhortamur ipſi a deo. Quoniā ſicut abundant paſſiōes Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra. Siue autem tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute, ſiue exhortamur pro veſtra exhortatione & ſalute, quæ & operatur tolerantiam earundem paſſionum, quas & nos patimur. Et ſpes veſtra firma eſt pro vobis, ſcientes, quoniam ſicut ſocij paſſionum eſtis, ſic eritis & conſolationis. Vetera (dilectiſſimi) tranſierunt, & ecce facta ſunt noua. Omnia autem ex deo, qui reconciliauit nos ſibi per Chriſtum, & dedit nobis miniſterium recōciliationis, quoniāquidem deus erat in Chriſto, mūdum reconciliās ſibi, non reputās illis delicta ipſorum, & poſuit in nobis verbum recōciliatiōis. Pro Chr̄o ergo, legatione fungimur, tanq̄ deo exhortāte p nos. Obſecramus pro Chr̄o, recōciliamini deo. Eū, qui non nouerat pct̄m, pro nobis pct̄m fecit, vt nos efficeremur iuſtitia dei in ipſo. Adiuuātes autē exhortamur, ne inuacuum gratiā dei recipiatis. Ait em̄: Tp̄e accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te. Ecce nunc tp̄s acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Nemini dātes vllā offenſionē, vt non vituperet miniſterium noſtrum, ſed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut dei miniſtros, in multa patiētia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in ſciētia, in longanimitate & ſuauitate, in ſpiritu ſancto: in charitate nō ficta, in verbo veritatis, in virtute dei, p arma iuſtitiæ a dextris & a ſiniſtris, p gratiā & ignobilitatē, per imfamiā, & bonā famā, vt ſeductores & veraces, ſicut q ignoti & cogniti, quaſi moriētes, & ecce viuimus, vt caſtigati, & nō mortificati, quaſi triſtes, ſemp autē gaudētes, ſicut egētes, multos autē locupletātes, tanq̄ nihil habentes, & om̄ia poſſidētes. Os noſtrum patet ad vos Corinthij, cor noſtrum dilatatū eſt. Non anguſtiamini in * carnalibus, anguſtiamini autē in * ſpiritualibus. Eandē autē habētes remunerationē (tanq̄ filijs dico) dilatamini & vos. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ aūt participatio iuſtitiæ cū iniqtate? Aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ aūt cōuētio Chr̄i ad Belial? Aut quæ pars fideli cū infideli? Quis aūt conſenſus tēplo dei cū idolis? Vos em̄ eſtis tēplū dei viui, ſicut dicit dn̄s: Qm̄ inhabitabo in illis & inambulabo & ero illorum deus, & ipſi erūt mihi populus. Propter q̄d exite de medio eorum, & ſeparamini de medio eorum, dicit dn̄s, & immundū ne tetigeritis, & ego recipiā vos, & ero vobis in patrē, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit dn̄s o͞ipotēs. Has igit habētes promiſſiōes (chariſſimi) mūdemus nos ab om̄i inqnamēto carnis, & ſpūs, pficiētes ſanctificationē in timore dei. Errorē veſtrū corrigite, frēs, & ab om̄i erroris macula vos cuſtodite, vt purum deo munus offerre valeatis. Seruos dei nolite pſequi, ep̄os nolite infamare, neq; accuſare, qa deus eos ſuo iudicio voluit reſeruari. Q̄d em̄ nō ab humanis, aut prauæ vitæ hoībus eos deprauari, aut accuſari voluit, ipſe dedit exemplū, qn̄ p ſeipm̄, & nō per aliū, negotiātes eiecit ſacerdotes de tēplo, & mēſas nūmulariorum proprio euertit flagello, & eiecit de tēplo. Et ſicut alibi ait: Deus ſtetit in ſynagoga deorum, ī medio āt deos diſcernit. Dei ergo ordīationē accuſat, q ep̄os accuſat vel cōdēnat, dū minus ſpūalia q̄ terrena ſectat. Cauſa em̄ fidei & dilectiōis, qbus ſalus Chr̄iana cōſiſtit, multa me ſolicitudine laborare cōpellit, metuentē, ne prauitas, quę in ſuis fuerat amputāda principijs, proceſſu tp̄is & ptinacior fiat & altior. Nā inimicū nimis ē, atq; incōgruū, eos q ep̄os vel reliq̄s veros ſacerdotes, ſua pſecutiōe vexāt, catholicorum noībus ſine diſcretiōe miſceri, cū dānatā īpietatē nō deſerētes, ipſi ſua prauitate cōdēnant, q̄s cōuenit pcelli pro pfidia, aut liberari pro venia, qa ſicut plenū pietatis ē, oppſſis charitatē dn̄icā reddi, ita iuſtū ē, oīa pturbātis autoritatē amputari.

Miror

2. Cor. 1. a
2. Cor. 5. d
2. Cor. 6. a b. c. d
al's, nobis
al's, in viſceribus veſtris
Eccl. 13. c
1. Cor. 3. c
Leuitic. 26. b
Eſa. 52. c
2. Cor. 7. a
Eccl's 7. b
Marci. 11. b & Iohan. 2. c
Pſalm. 81

D E F

A Miror, chariſſimi, quare tam cito mouemini, atq; a veſtro ſenſu transferimini, quum ſcriptũ ſit: Poſt concupiſcentias tuas nõ eas, & a voluntate tua auertere. Si pſtes animæ tuæ cõcupiſcentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Ne oblecteris in turbis, nec in modicis. *Adeſt eñ commiſſio illorũ. Ne fueris mediocris in contentione ex fœnore, & non eſt tibi nihil in ſeculo. Eris enim inuidus vitæ tuæ. Operarius ebrioſus non locupletabitur, & qui ſpernit modica, paulatim decidet. Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguunt ſenſatos, & qui ſe iungit fornicariis, erit nequam. Putredo & * vermis hæreditabunt illum, & extolletur in exemplum maius, & tolletur de numero anima eius. Qui credit cito, leuis corde eſt, & minorabitur, & qui delinquit in animam ſuum, inſuper * habebitur. Qui gaudet iniquitate, denotabitur, & qui odit correptionẽ, minuetur vita, & qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. Qui peccat in animã ſuã, pœnitebit, & qui iucundatur in malitia, denotabitur. Ne iteres verbum nequam & durũ, & non minoraberis. Amico & inimico noli enarrare ſenſum tuũ, & ſi eſt tibi delictum, noli denudare. Audiet eñ te, & cuſtodiet te, & quaſi defendens peccatum odiet te, & ſic * adhærebit tibi ſemper. Audiſti verbum aduerſus proximũ, commoriatur in te, fidens, quoniam non te diſrumpet. A fa-

B cie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis. Sagitta infixa fœmori carnis, ſic verbũ in corde ſtulti. Corripe amicum, ne forte * quũ fecerit iniuriam, & non intellexerit, dicat, non feci, aut ſi fecerit, ne iterũ addat facere. Corripe proximum, ne forte non dixerit, Et ſi dixerit, ne forte iteret. Corripe amicum, ſæpe eñ fit commiſſio, & non omni verbo credas. Eſt qui labitur in lingua ſua, ſed non ex animo. Quis eſt eñ, qui non deliquerit in lingua ſua? Corripe proximũ, antequam commineris, & da locum timori altiſſimi, quia omnis ſapientia & ſcientia, timor dei, & in illa eſt timere deum, & in omni ſapientia diſpoſitio legis. Non eſt ſapientia * neq; ſcientia, & non eſt cogitatus bonus * niſi in illa, Peccatorũ prudentia eſt nequitia, & in ipſa execratio, & eſt inſipiens, qui imminuitur ſapientia. Melior eſt homo, qui deficit ſapientia, & deficiens ſenſu in timore, q̃ qui abundat ſenſu, & trãſgreditur legem altiſſimi. Eſt ſolertia certa, & ipſa iniqua, & eſt, qui emittit verbum certum, enarrans veritatẽ. Eſt qui nequiter humiliat ſe, & interiora eius plena ſunt dolo. Et eſt eñ iuſtus, qui ſe nimium ſubmittit a multa humilitate, & eſt iuſtus, qui inclinat faciem, & fingit nõ

C videre ſe, quod ignoratum eſt. Et ſi ab imbecillitate virium vetetur peccare, ſi inuenerit tempus malefaciendi, malefaciet. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Amictus corporis, & riſus dentium, & ingreſſus hominis enunciant de illo. Eſt correptio mendax in * ore contumelioſi, & eſt iudicium, quod non probatur eſſe bonũ, & eſt tacens, & ipſe eſt prudẽs. Quam bonũ eſt arguere, q̃ iraſci, & confitentem in oratione non prohibere. Concupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuẽculã, ſic, qui facit per vim iudicium iniquũ. Quam bonũ eſt, correpto manifeſtare pœnitentiam, ſic eñ effugies voluntarium peccatũ. Eſt tacens, qui inuenitur ſapiens, & eſt odibilis, qui procax eſt ad loquendum. Eſt autem tacens, non habens ſenſum loquelæ, eſt & tacens, tempus ſciens apti temporis. Homo ſapiens tacebit vſq; ad tempus, laſciuus autem & imprudens, non ſeruabit tempus. Qui multis vtitur verbis, * lædit animã ſuam, & qui poteſtatem ſibi aſſumit, iniuſte odietur. Eſt proceſſio in malis viro indiſciplinato, & eſt inuentio in detrimentum. Eſt datũ, quod non eſt vtile, & eſt datũ, cuius retributio duplex. Eſt propter gloriam minoratio, & eſt, qui ab humilitate leuabit caput. Eſt, qui multa redimat modico pretio, & eſt reſtituens ea ſeptuplum. Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit, gratiæ autem fatuorũ effundentur. * Datum inſipientis nõ erit vtile tibi, oculi enim illius ſeptemplices ſunt. Exigua dabit, & multa improperabit, & apertio oris illius inflammatio eſt. Hodie fœnerat quis, & cras expetit, & odibilis homo huiuſmodi. Fatuo non erit amicus, & non erit gloria bonis illius. Qui eñ edunt panẽ illius, falſæ linguæ ſunt. Quoties, & quãti irridebunt eũ. Neq; eñ, q̃d habendũ erat, directo ſenſu diſtribuit, ſimiliter & q̃d non erat habendũ. Lapſus falſæ linguæ, q̃ſi qui a pauimẽto cadens, ſic caſus malorũ feſtinãter venient. Homo * ingratus, quaſi fabula vana in ore indiſciplinatorum aſſidua erit.

Ex

Galat. 1. a
Eccl. 18. d
al's, Aſſidua enim eſt
Eccl. 19. a. b. c
al's, vermes
al's, habebit
al's, aderit
al's, nõ intellexerit, &
al's, nequitiæ
ſcientia, vel, diſciplina,
al's, peccatorum prudẽtia, Eſt prudẽtiæ nequitia,
al's, ira
Eccl. 20. a b c
al's, lædet
al's, Datus, indifferẽter ponitur.
al's, acharis

Ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim dicit illam in tempore suo. Est, qui vetatur peccare * ab inopia, & in requie sua stimulabitur. Est, qui perdet animam suam pro confusione, & ab imprudenti persona perdet eam, personae autem acceptione perdet se. Est, qui prae confusione * promittit pro amico, & lucratus est eum inimicum gratis. Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indisciplinatorum assidue erit. * Laudat furem assiduitas viri mendacis, perditionem autem ambo haereditabunt. Mores hominum mendacium sine honore, & confusio illorum cum ipsis sine intermissione. Vos (fratres) admonemus, profutura hominibus inuicem indefinenter sectari in charitate Christi, similiter, obsecramus vos in domino, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrae, vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus deus, & pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Vnicuique autem nostrum data est gratia secum mensuram donatiōis Christi, Propter quod dicit: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terrae. Qui descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes coelos, vt adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas, alios autem pastores, & doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in aedificationem corporis Christi, donec occurramus oēs in vnitatem fidei, & agnitionis filij dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi, vt iam non simus paruuli, fluctuantes, & circumferamur omni vento doctinae, in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris. De occultis enim cordis alieni temere iudicare, iniquū est, & eum, cuius non videntur nisi opera bona, peccatum est, ex suspitione reprehēdere. Oues ergo, quae pastori suo commissae sunt, eum nec reprehendere (nisi a recta fide exorbitauerit) debēt, nec vllatenus accusare possunt, quia facta pastorum oris gladio ferienda non sunt, quanquam recte reprehendenda videantur. Ideo ista dicimus, quia in scripturis vestris reperimus, quosdam episcopos, vestris in partibus a proprijs ouibus accusatos, aliquos videlicet, ex suspitione & aliquos ex certa ratione, & idcirco quosdam esse rebus suis expoliatos, quosdam vero a propria sede pulsos. Quos, sciatis, nec ad synodum comprouincialem, nec ad generalem posse vocari, nec in aliquo iudicari, antequam cuncta, quae eis sublata sunt, legibus potestati eorum redintegrentur. Prius ergo oportet, omnia illis legibus redintegrari & ecclesias, quae eis sublatae sunt cum omni priuilegio sibi restitui, & postmodum, non sub angusti temporis spatio, sed tantum temporis spatium eis indulgeatur, quantum expoliati, vel expulsi esse videntur, antequam ad synodum conuocentur, & ab omnibus quibusque suae prouinciae episcopis audiantur. Nam nec conuocari ad causam, nec diiudicari potest expoliatus, vel expulsus, quia non est priuilegium, quo expoliari possit iam nudatus. Vnde & antiquitus decretum est, vt omnes possessiones, & omnia sibi sublata, atque fructus cunctos, ante litem contestatam praeceptor, vel Primas possessori restituat. Et alibi scriptum habetur: Ille, qui violentiam pertulit, vniuersa in statu, quo fuerant, recipiat, & quae possidet, securus teneat. Et alibi in synodalibus patrum decretis, & regum aedictis, legitur statutum. Redintegranda sunt omnia expoliatis, vel eiectis episcopis, praesentialiter ordinatione pontificum, & in * eorum, vnde abscesserunt, * loca funditus reuocanda, quacunque conditione temporis, aut dolo, aut captiuitate, aut virtute maiorum, aut per quascunque iniustas causas, res ecclesiae, vel proprias, aut substantias suas, perdidisse noscuntur, ante accusationem, aut regularem ad synodum vocationem eorum, & reliqua. Est etiam in antiquis ecclesiae statutis decretum, vt qui aliena inuadit, non exeat impunitus, sed cum multiplicatione omnia restituat. Vnde & in euāgelio scriptum est: Quod si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Et in legibus seculi cautum habetur: Qui rem subripit alienam, illi, cuius res direpta est, * in vndecuplum, quae sublata sunt, restituat. Et in lege diuina legitur.

vbi in verbo seculi, dicit glosa, In Lombarda & Scotti & Gallica, nō in Romana.

Male-

alias, prae

alias, promittit amico

alias, Potior fur, q̄

Ephe. 4. a. b.

2. Cor. 10. d

Psal 67

Iohan. 3. b

1. Cor. 12. d

2. q. 2. In scripturis vest. Et i de. Iuo, li. 4

3. q. 2. P. ius ergo oi, & in dec. Iuo. li. 4

In dec. li. 4, & infra i dec. Iulij papae. In dec. Stepha. pp. 1. scda, & habet in decr. 2. q. 2 Nullus epor, & i 2. dec. ep. Sixti pri. pp. 3. q. 1. Redic. sunt oia, & est idē etiā decr. Ioh. ad zach. archiepm

12. q. 2. In antiqs eccl. & in decr. Iuo. li. 4

Lucae, 19, b

als, decuplū

A Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi sui. Et dicet oĩs populus. Amen. Talia ergo non præsumantur absq; vltione, nec exerceantur absq; * sua damnatione, Pacem, & non damnum, aut iniustitiam alicuius sectamini inuicem, & in omnes. Veritatem autem facientes, in chritate crescamus in * illo per omnia, qui est caput, Christus ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturã subministrationis, secundum operationem in mensuram vniuscuiusq; membri, augmentũ corporis facit in ædificationem sui in charitate. De cætero, charissimi, gaudete, & pfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacẽ habete, & deus pacis, & dilectiõis erit vobiscum. Dominus custodiat vos & nunc, & in die æternitatis. Amen. Data. ix. Kalend. Octobris, * Constantino clariss. Cons.

Deut, 28. c
als, non habet, sua.
Ephe. 4. d
als, illum
2. Cor. 13. d
als, Cõstãtio.

¶ Censuram huius consulis lector offendet in calce sequentis epistolæ.

EPISTOLA EVSEBII PAPAE TERTIA, EPICOPIS Tusciæ & Campaniæ.

B DIlectissimis fratribus vniuersis episcopis per Campaniam & Tusciam constitutis, Eusebius. Benedictus dominus deus noster, qui per misericordiam suã, Romanam ecclesiam beati Petri apostolorum principis sacerdotio ditauit, nobisq; viã monstrandam circa nos, propter vniuersalem curam, quam nobis propter priuilegium eiusdem ecclesiæ charitas indulsit, vt qui cohæremus firmitate fidei, iungamur quoq; votiua iucũditate colloquij, quo facilius, dum per literaꝝ ministeria ad vos vsq; pertendimus, etiam corda vestra ad religiosum cultum apostolicis admonitionibus incitemus, & dum * dilectionis nostræ spei reddimus velut quoddam debitum, plenum circa deum monstremus affectum. Iungamus ergo, dilectissimi fratres, continuas & humiles preces, & deum nostrum, oris & cordis lachrymis supplicantes, iugi deprecatione poscamus, vt institutione & opere, illi, cuius esse membra cupimus, hæreamus, nec vnquam ab illa via, quæ Christus est, deuio tramite declinemus, ne ab eo iuste, quem nos impie relinquimus, deseramur infelices. C Quod quũ superni fauoris auxilio, ea nobis potest ratione contingere, si apostolica dogmata, si patrum mandata seruamus. Dicit enim dominus noster: Qui diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionẽ apud eum faciemus. Et licet hæc possint generaliter dicta sufficere, vt vel declinemus errata, vel custodiamus catholica, ab apostolis tamen, eorũq; successoribus nouimus constitutum, criminationes aduersus doctores non debere suscipi, nec peregrina iudicia fieri, nec quenquam alterius iudicis, ꝗ̃ sui sententia debere constringi. Caput eñ ecclesiæ Christus est, Christi autem vicarij sacerdotes sunt, qui vice Christi legatione funguntur in ecclesia. Idcirco quicquid ad eorum fit iniuriam, ad Christum pertinet, qui dixit: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Et qui spernit me, spernit eum, qui me misit. Ista, fratres, terribilia sunt, & oppido diligenter consideranda & cauenda, & tam propter eos, qui seipsos aut cupiditate, aut auaritia, aut inuidia perdere moliuntur, (ne in profunda labantur, aut in talia incidant mala,) ꝗ̃ propter persequutiones ecclesiæ, seruorumq; eius, qui iuxta veritatis vocem, oculos habentes, non vident, & aures habentes, non audiunt, nec intelligunt, quæ placẽt deo. Sequentes itaq; in omnibus apostolicam regulam, & prædicantes eius omnia constituta, ob custodiam episcoporum, qui columnæ ecclesiæ a deo dicti sunt, & cæterorum verorum sacerdotum, firmantes * cana patrũ statuta, statuimus iteꝝ cum omnibus, qui nobiscum sunt episcopis, sicut dudũ decretũ repe

als, dilectiõi
Iohan. 14. a
Iohan. 14. c
Ephe. 5. c. & Coloss. 1. c
Lucæ. 10. d
Galat. 2. b
id ẽ, antiqua 3. q. 5. Cõstituimus cum.

als,incestuose in differenter dicitur. In.2.dec.Eutichiani pp.

rimus, vt homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, adulteri, * incesti, venefici, suspecti, criminosi, domestici, periuri, & qui raptū fecerunt, vel falsum testimonium dixerunt, seu qui ad sacrilegos, diuinosq; cōcurrerūt, similesq; eorum, nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium erunt admittendi, quia infames sunt, & iuste repellendi, quia funesta est vox eorum. Vocem enim funestam in omnibus interdici potius, q̄ audiri oportet. Periculum ergo, quod doctoribus imminet, summopere semper cauendum est, & declinandum, & illi sunt a cunctis portandi & custodiendi, dicēte domino: Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Prima em̄ salus est, rectæ fidei regulas custodire, & a constitutis patrum nullatenus deuiare. Nec potest domini nostri Iesu Christi prætermitti sententia, dicentis: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et hæc, quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in sede apostolica, extra maculam semper est catholica seruata religio. Ideo, charissimi, & vos iuxta sanctam scripturam discite benefacere, & mala declinare, & patrum regulis imbui, sicut scriptum est: Fili, si habes, benefac tecum, & deo dignas oblationes offer. Memor esto, quoniam mors non tardat, & testamentum inferorū, quia demonstratum est tibi. Testamentum huius mūdi morte morietur. Ante mortem benefac amico tuo, & secundum vires tuas exporrigens, da pauperi. Non defrauderis a die bona, & particula * boni doni non te prætereat. Nonne alijs relinques dolores, & labores tuos? In diuisione sortis da, & accipe, & iustifica animam tuam. Ante obitum tuum operare iustitiam, quia non est apud inferos, inuenire cibū. Omnis caro sicut fœnum veterascet, & sicut folium fructificans in arbore viridi. Alia generantur, & alia deijciunt, Sic generatio carnis & sanguinis, alia finitur, & alia nascitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operatur, ibit cum illo. Et omne opus electum iustificabitur, & qui operatur illud, honorabitur in illo. Beatus vir, qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia sua meditabitur, & in sensu *cogitabit circumspectionem dei. Qui excogitat vias illius in corde suo, & in absconsis illius intelligens erit, vadens post illam quasi inuestigator, & in vijs illius consistens. Qui respicit per fenestram eius, & in ianuam illius audiens. Qui requiescit iuxta domum illius, & in parietibus illius figens palum. Statuet casulam suam ad manus illius, & requiescent in casula illius bona per æuum. Statuet filios suos sub tegmine illius, & sub ramis eius morabitur. Protegetur sub ramis illius a feruore, & in gloria eius requiescet. Qui timet dominum faciet *illud, & qui continens est iustitiæ, apprehendet illam, & obuiabit illi quasi mater honorificata, & quasi mulier a virginitate, suscipiet illum. Cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo, & non flectetur, & continebit illum, & non confundetur, & exaltabit eum apud proximos suos. Et in medio ecclesiæ aperiet os eius, & implebit eum spū sapientæ & intellectus, & stola gloriæ vestiet illū. Iucunditatē & exultationem thesaurizabit super illum, & nomine æterno hæreditabit illum. Homines stulti non apprehendent illam, & homines sensati obuiabunt illi. Homines stulti non videbunt illam. Longe enim abest a superbia & dolo. Viri mendaces non erunt illius memores, & viri veraces inuenientur in illa, & *accessum habebunt vsq; ad inspectionē dei. Non est speciosa laus in ore peccatoris, quoniam a deo profecta est sapientia. Sapientiæ enim dei stabit laus, & in ore fideli abundabit, & dominator dabit eam illi. Nō dixeris, per dominum abest, quæ em̄ odit, non feceris. Non dicas, ille me implantauit, Non em̄ necessarij sunt illi homines impij. Omne execramentum erroris odit deus, & non erit amabile timentibus eum. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Adiecit mandata & præcepta sua. Si volueris, * mandata conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere. Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum. Quod placuerit ei, dabitur illi, quoniam multa sapientia dei, & fortis in potentia, videns omnes sine intermissione. Oculi dn̄i ad timentes eum, & ipse cognoscit omnē operā hominis. Nemini mandauit impie agere, & nemini dedit spatiū peccandi. Non em̄ concupiscit multitudinē filiorum infideliū & inutiliū. Ne iucunderis in

Matth.25.d

Matth.16.c

24.q.1.In sede apostolica

Eccl.14.b.c d

als, bonę diei

als, cogitat

Eccl.15.a.b.c

als, illa

als, successum

als, mandata conseruare,

D E F

A ris in filijs impijs, si multiplicentur, nec oblecteris super ipsos, si non est timor dei cũ illis. Non credas vitæ illorũ, & * nõ respexeris in labores eorũ. Melior est em̃ vnus timens deum, q̃ mille filij impij, Et vtile mori sine filijs, q̃ relinquere filios impios. Ab vno sensato inhabitabitur patria, & a tribus impijs deseretur. Multa * alia vidit oculus meus, & fortiora horũ audiuit auris mea. In synagoga peccantiũ exardebit ignis, in gente incredibili exardescit ira. Nõ exorauerũt pro peccatis suis antiqui gigãtes, q *destruxerunt, cõfidentes suæ virtuti. Et non pepercit peregrinationi illorũ, sed percussit eos, & execratus est illos, præ superbia verbi illorũ. Non misertus est illis, totã gentem perdens, & extollentes se in suis peccatis. Et sicut sexcenta milia peditũ, qui congregati sunt in duritia cordis sui, & si vnus fuisset ceruicatus, mirũ, si fuisset immunis. Misericordia em̃ & ira est cum illo, potens exoratio, & effundens iram. Secundũ misericordiam suã, sic correptio illius. Hominem secundũ opera sua iudicabit. Non effugiet in rapina peccator, & non retardabit sufferentia facientis misericordiam. Omnis misericordia faciet locũ vnicuiq; secundum meritum operũ suorũ, & secundum intellectũ peregrinationis ipsius. Non dicas, a deo abscondar, & ex summo quis mei

B memorabitur. In populo magno non agnoscar. Quæ est em̃ anima mea in tam immensa creatura? Ecce cœlum, & cœli cœlorũ, abyssus, vniuersa terra, & quæ in eis sunt, in conspectu illius commouebuntur, montes simul, & colles, & fundamẽta terræ. Et quũ conspexerit illa deus, tremore concutientur. Et in omnibus his insensatũ est cor. Et omne cor intelligitur ab illo, & vias illius quis intelligit? Et * procellã, quã nec oculus vidit hominis. Nam plurima opera illius sunt in absconsis, sed opera iustitiæ illius quis enarrabit, aut quis sustinebit? * Large em̃ est testamentũ a quibusdã, & interrogatio hominũ in consummatione est. Qui minoratur corde, cogitat *mala, & vir imprudens & errans cogitat stulta. Omnis ergo, fratres, sermo malus de ore vestro nõ procedat, sed si quis bonus est ad ædificationem opportunitatis, vt det gratiam audientibus. Et nolite contristare spiritũ sanctũ dei, in quo signati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia. Estote aũt inuicem benigni, misericordes, donantes inuicẽ, sicut & deus in Christo donauit vobis. Estote ergo imitatores dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum

C pro nobis oblationem, & hostiam deo in odorem suauitatis. Fornicatio aũt, & om̃is immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem nõ pertinet, sed magis gratiarũ actio. Hoc em̃ scitote, intelligentes, ꝙ omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod est idolorũ seruitus) nõ habet hæreditatẽ in regno Christi & dei. Nemo vos seducat inanibus verbis, Propter hæc em̃ venit ira dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici participes eorũ. Eratis em̃ aliquando tenebræ, nunc aũt lux in dño, vt filij lucis ambulate, (fructus em̃ lucis est in bonitate, & iustitia, & veritate) probantes, quid sit beneplacitum deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarũ, magis autem redarguite. Quæ em̃ in occulto fiunt ab ipsis, turpe est dicere. Omnia aũt, quæ arguuntur, a lumine manifestantur. Omne em̃, quod manifestatur, lumen est. Propter q̃d dicit: Surge, qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Videte itaq;, fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, qm̃ dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes, quæ sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed impleamini spiritu sancto, loquẽtes vobismetipsis in psalmis & hymnis, in cordibus vestris domino gratias agẽtes semper pro omnibus, in nomine dñi nostri Iesu Christi, deo & patri, subiecti inuicem in timore Christi. Crucis ergo dñi nostri Iesu Christi, quę nuper nobis gubernacula sanctæ Romanæ ecclesiæ tenentibus, quinto Nonas Maij inuenta est, in p̃dicto Kalendarũ die inuentionis festum vobis solenniter celebrare mãdamus. Similiter, & hæreticos oẽs, quicunq; dei gratia conuertuntur, & in sanctæ trinitatis nomine credentes, baptizati sunt, Romanæ ecclesiæ regulam tenentes, per manus impositionem reconciliari p̃cipimus. Manus impositionis sacramentum, magna

Marginalia: als, ne — als, talia — alias, destructi sunt — als, procella — als, Longe — als, inania, — Ephe. 4. g — Ephe. 5. a. b. c — De cõs. dist. 5 Crucis dñi. — De cõs. dist. 5 Man9 quoq; imp. Et in decre. Iuo. lib. 1.

veneratione tenendum est, quod ab alijs perfici non potest, nisi a summis sacerdotibus. Nec tempore apostolorum ab alijs, quam ab ipsis apostolis legitur, aut scitur peractũ esse, neque ab alijs (sicut iam dictũ est) quam ab illis, qui eorum locum tenent, vnquã perfici potest, aut fieri debet. Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur & vacuũ, nec inter ecclesiastica vnquã reputabitur sacramenta. De cætero, fratres, gaudete, & exultate in dño, vt sancti spũs gratia illuminati & confortati, vos ad pascua æternæ vitæ peruenire, vestrosque perducere, adminiculante dño, valeatis. Gratia dñi nostri Iesu Christi, & charitas dei, & communicatio spũs sancti sit semper cũ omnibus nobis. Amen. Data. viij. Kalend. Septembris, *Constantino claris. cons.

2. Cor. 13. d

als, Cõstãtio.

¶ Veruntamen tempore Eusebij papæ secundum Marianum Scotum, non describitur consul quis, Constantinus, neque Constantius nomine.

¶ Eiusdem Eusebij papæ decreta ex Gratiano & alias desumpta, numero quatuor.

PRIMVM.

Desponsata puella non prohibetur monasterium eligere.

Desponsatam puellam non licet parentibus alij viro tradere,* licet tamen illi monasterium sibi eligere.

27. q. 2. Desponsatã puel. als, licet tamẽ monasteriũ eligere, si voluerit.

SECVNDVM.

Non in serico panno, sed in lineo, sacrificium consecretur altaris.

Consulto omnium statuimus, vt sacrificium altaris non in serico panno, aut tincto quisquam celebrare præsumat, sed in puro lineo, vel lintheo ab episcopo cõsecrato, terreno scilicet lino procreato, atque contexto, sicut corpus domini nostri Iesu Christi in sindone linea munda sepultum fuit.

De cõs. dist. 1. Cõsulto oim Et idẽ infr. in dec. Sylu. pp. 1. Et in decre. Iuo. lib. 1

TERTIVM.

Ieiunia non soluantur legitima, absque necessitate probabili.

Ieiunia, in ecclesia a sacerdotibus constituta, sine necessitate rationabili nõ soluant.

De cõs. dist. 5 Ieiunia in ecclesia

Quartum eiusdem decretum, secundum codicẽ. v. librorum, lib. i. ca. xli.

Qualescunque personæ sacerdotũ epulis debeant interesse.

Oportet episcopum moderatis epulis contentum esse, suosque conuiuas ad comedendum & bibendum non vrgere, quin potius sobrietatis præbeat exemplum. Remoueantur ab eius conuiuio cuncta turpitudinis augmenta, non ludicra spectacula, non acromatum vaniloquia, non fatuorum stultiloquia, non scurrilium admittantur præstigia. Adsint peregrini, & pauperes, & debiles, qui de sacerdotali mensa Christum benedicẽtes, benedictionem percipiant. Recitetur sacra lectio, subsequatur viuæ vocis exhortatio, vt non tantum corporali cibo, imo verbi spiritualis alimento, conuiuantes se refectos gratulentur, vt in omnibus honorificetur deus per Iesum Christum dominum nostrum.

¶ Finis decretorum Eusebij papæ.

DECRETA MELCIADIS PAPAE.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

MElchiades natione Apher, sedit annos tres, menses septem, dies octo, ex die Nonas Iulij, a consulatu Maximini nono, vsque ad Maxentium secundo, qui fuit mense Septembrio, Volusiano & Rufino cõsulibus. Hic cõstituit, ne vlla ratione die dominica, aut quinta feria ieiunium quis fideliũ ageret, quia eos dies pagani quasi sacrum ieiunium celebrabant. Et Manichæi inuenti

A tenti sunt in vrbe Roma ab eodem. Hic fecit, vt oblationes consecratæ per ecclesias ex consecratu episcopi dirigerentur, quod declaratur fermentum. Hic fecit ordinationem vnam per mensem decembrem, presbyteros. vi. diacones quinq;, episcopos per loca. xi. Hic sepultus est in cœmiterio Calixti via Appia. iiij. Idus Decembris. Et cessauit episcopatus dies. xvij. Hæc ille. In huius Melchiadis papæ annorum assignatione nonnulla occurrit difficultas, Nempe iuxta Damasum in Vvintonien. Angliæ exemplari, Melchiades scribitur sedisse a consulatu Maximini nono, vsq; ad Maxentium secundo, ex Colonien. vero, simul & Ganden. Flandriæ, a consulatu Maxentij nono, vsq; ad Maximum secundo. At horum consulum anni, quod iuxta assignationem catalogi, quũ Cassiodori, tum Mariani Scoti, ac Gregorij Haloandri consonanter non reperiuntur, difficulter quoq; definiri poterunt, Melchiades papa tribus sederit an quatuor annis. Quo etiam fit, vt & hos annos diuersi differẽter conscribant. Et quidem Marianus Scotus de eodem papa, anno Galerij Maximiani primo, & ad euangelij veritatem. cccxix. secundum Dionysij cyclum. ccxcvij. scribit. Melchiades papa. xxx. post Petrum ordinatur, qui sedit annis quatuor. Iste decreuit, vt die dominico & feria quinta nullus fidelis ieiunet, quoniam hos dies pagani quasi sacro ieiunio celebrant. Et idem de eodem papa, Anno primo Constãtini magni Imperatoris filij Constantij, ad veritatem euangelij. cccxxi. iuxta Dionysij cyclum. ccxcix. Post consulatum Diocletiani vndecies, & Maximiani nonies, in
B hunc modum scribit: His consulibus, Melchiades papa successit, Nonis Iulij. Et anno dicti Imperatoris quarto, ad veritatem euangelij. cccxxiiij. iuxta Dionysij cyclũ. ccclj. Constãtino. ij. ac Licinio. ij. cõsulibus. Melchiades (ait) papa obijt quarto Idus Ianuarij. Hæc ille. Differentiam hoc loco commissam scriptoris vitio, an authoris conscientia nescitur, eo q; ecclesia præmemorati Melchiadis celebritatem quarto Idus Decembris agat. Verum vbi clarior, certiorq; videbitur prodire descriptio, iudicium quoq; celebrius, ac censura liberior accedent.

EIVSDEM EPISTOLA
DECRETALIS AD CERTOS ET ad omnes Hispaniæ episcopos.

C DIlectissimis fratribus Marino, Benedicto, Leoncio, & cæteris Hispaniarum, ac illis in partibus constitutis episcopis, Melciades. Apostolici præcepti verba sunt, apud Iudæos, atq; gentiles, sine offensione nos esse debere. Hoc, quisquis Christianus est, tota animi virtute custodit. Quod quum ita sit, nõ parum periculi illi manere poterit ante deum, qui hoc detractat etiam fidelibus exhibere. Nam qualiter nos, qui neminẽ perire volumus, ista contristent, quæ authoribus Christianis percellunt animos Christianos, dominicus in euangelio sermo testatur. Ait enim ipse saluator, q; expediat scandalizanti vnum de pusillis, in maris profundum demergi. Ideo, quæ sit eius iam pœna, quæramus, cui tale suppliciũ legimus expedire. Quapropter ista, charissimi, valde sunt verba ponderanda, & cauenda, ne pro temporalibus æterna, & pro caducis mansura, & pro prauissimis temporalibus perdantur (quod absit) perpetua gaudia. Vnde vos rogamus, & obsecramus, vt nullus alteri noceat, neq; infestus, aut nocens existat, sed (iuxta Apostolum) alter alterius onera portet, vt legem Christi adimpleat. Et nolite iudicare inuicem, sed (iuxta eundem Apostolum) hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum. Primo semper ante omnia diligenter inquirite, vt cum iustitia & * veritate definiatis.* Neminem condemnetis, ante verum & iustum iudicium. Nullum suspitionis arbitrio iudicetis, sed primum probate, & postea charitatiuam proferte senten-

I. Cor. 10. g
Matth. 18. a
Marci. 9. f
Lucæ. 10. a
Galat. 6. a
Roma. 14. [illegible]
al. charitate,
al. neminem cõdemnãtes,

Tobiæ.4.c Matth.7.a Luc.6.f

ſententiam. Et quod vobis non vultis fieri, alteri nolite facere. Mementote ſermonis domini ſemper, qui ait: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condẽnare, vt non condemnemini. In quo em̃ iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Epiſcopos nolite iudicare, nolite condemnare abſq; ſedis huius authoritate. Quod ſi feceritis, irrita erunt veſtra iudicia, & vos condemnabimini. Hoc em̃ priuilegiũ huic ſanctæ ſedi a temporibus apoſtolorum ſtatutum eſt ſeruare, quod illæſum manet vſq; in hodiernum diem. Epiſcopos ergo, quos ſibi dominus tanquam oculos elegit, & columnas eccleſiæ eſſe voluit, quibus etiam ligandi & ſoluendi dedit poteſtatem, ſuo iudicio reſeruauit, hocq; priuilegium beato claui gero Petro ſua vice ſolummodo commiſit. Quod eius iuſte prærogatiuum ſuccreſcit ſedi, futuris hæreditandum, atq; tenendum temporibus, quoniam & inter beatos apoſtolos fuit quædam diſcretio poteſtatis. Et licet cunctorum par electio foret, beato tamen Petro conceſſum eſt, vt alijs præmineret, eorumq;, quæ ad quærelam veniret, cauſas & interrogationes prudenter diſponeret. Quod, dei ordinatione taliter ordinatũ eẽ, credimus, ne om̃es poſterorum cuncta ſibi vindicarent, ſed ſemper maiores cauſæ, ſicut ſunt epiſcoporum & potiorum curæ negotiorum, ad vnam beati principis apoſtolorum Petri ſedem confluerent, vt inde ſuſcipiant finem iudiciorum, vnde acceperunt initium inſtitutionum, ne quandoq; a ſuo diſcreparent capite. Si vero ſe viderit quiſquam veſtrum prægrauari, hanc ſedem appellet, huc recurrat, vt ſemper inſtituta fuit conſuetudo, quia & voluntarie eis compatiemur, & libenter, prout dominus dederit, adminiculum feremus. Nec a quoquam, fratres, inhibeatur, aut obiurgetur, qui noſtræ conſors communionis eſſe voluerit, ſed magis ei veniendi auxilium præſtetur, quia ſufficit vnicuiq; obiurgatio, quæ fit a plurimis, vt (iuxta Apoſtolum) magis donetis, & conſolemini, ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui in anguſtia eſt. Propter quod obſecro vos (vt ipſe ait) vt confirmetis in illo charitatem. Eorum em̃ os accuſandi ſacerdotes, vel teſtificandi in eos, obſtruimus, quos non humanis, ſed diuinis vocibus mortuos eſſe ſcimus, quoniam infidelis homo mortuus eſt in corpore viuente. Nec in ſuſpitionem veniat homo fidelis, vt dicat, aut faciat ea, quæ pati non vult. Si quis fidelis eſt, videat ne falſa loquatur, aut cuiquam inſidias ponat. Facile eſt ergo hominem fallere, non tamen deum. Sapiens non eſt, qui nocet. Et nihil mali vult, qui eſt fidelis. In his enim fidelem & infidelem hominem cognoſcere poſſumus, in nocendo & adiuuando, vt ipſa veritas ait: Bonus homo, ex bono theſauro cordis ſui profert bona, & malus homo, ex malo theſauro cordis ſui profert mala. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Pro nobis enim dicit dominus per prophetam: Eos vero, qui iudicant vos, ego iudicabo. Et iterum ad ſeruos dixit: Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne metuatis. De talibus quoq; propheta canit, dicens: Non ſic impij, ſed tanquam puluis quem proijcit ventus. Propterea non reſurgent impij in iudicio, neq; peccatores in congregatione iuſtorum. Quoniam nouit dominus viam iuſtorum, & iter impiorum peribit. Quare conturbatæ ſunt gentes, & plebes meditabuntur inania. Conſurgent reges terræ, & principes tractabunt pariter aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Diſrumpamus vincula eorum, & proijciamus a nobis iugum ipſorum. Habitator cœli ridebit, & dominus ſubſannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos. Et alibi dixit: Scelus impij in medio cordis eius, non eſt timor dei ante oculos eius. Quoniam doloſe egit aduerſus eum in oculis eius, vt inueniret iniquitatem eius ad odium. Verba oris eius iniquitas, & dolus, ceſſauit cogitare, vt benefaceret. Iniquitatem cogitat in cubili ſuo, ſtabit in via non bona, malum non abijciet. Domine, in cœlo miſericordia tua, fides tua vſque ad nubes. Iuſtitia tua ſicut montes dei, iudicia tua abyſſus multa. Homines & iumenta ſaluos facies, domine, quam pretioſa miſericordia tua, deus. Et filij Adam in vmbra alarum tuarum ſperabunt. Inebriabuntur de pinguedine domus tuæ, & torrente delitiarum tuarum potabis eos. Quoniam tecum eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Attrahe miſericor-

Zacha. 2.c Matth.16.c 2.Cor.2.b Matth.12.c Lucæ.6.g Eſaiæ.49.g Eſaiæ.51.c Pſalm̃.1. Pſalm̃.2 Pſalm̃.35

D E F

A ricordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuam rectis corde. Non veniat mihi pes superbiæ, & manus impiorum non me commoueat. Ibi ceciderunt operantes iniquitatem, expulsi sunt, & non potuerunt surgere. Audiuimus a quibusdam fratribus, quibus infesti eratis nimis, quod iurgia, & discordiæ sint inter vos. Propterea ista scripsimus vobis, mandantes, vt ita teneatis, sicut & ab apostolica sede vobis tenenda mãdantur. Vnde & dominus in euangelio militibus interrogantibus respondit, dicens: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, sed contenti estote stipendijs vestris. Concutit enim hominem, qui illum iniuste conturbat. De his hæc vobis interdum sufficiant. Si autem maioribus indigueritis, vita comite, mittite, & mittent vobis. De his vero, sup quibus rogitastis vos informari, id est, vtrum maius esset sacramentum manus impositio episcoporum, aut baptismus, scitote vtrunq; magnum esse sacramentũ. Et sicut vnũ a maioribus fit, i. a summis põtificibus, q̃d a minoribus perfici non potest, ita & maiori veneratione venerandum & tenendum est. Sed ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta, vt ab inuicem nisi morte præueniente, nullatenus possunt segregari, & vnum sine altero rite pfici non potest. Nam vnum (præueniente morte) saluare sine altero potest, aliud autem non potest. Vnde scriptum est: In diebus illis, dicit dominus: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Aduertamus summas diuitias bonitatis dei. Quod in confirmandis neophytis manus impositio tribuit singulis, hoc tũc spũs sancti descẽsio incredẽtiũ populos donauit vniB uersis. Sed quia diximus, q̃d manus impositio & confirmatio ad baptismi perfectionem pertineat, & qui iam regeneratus in Christo est, confirmare aliquid possit, forte cogitat sibi aliquis. Quid mihi prodest post mysterium baptismatis, mysterium confirmationis? Aut quantum video, non totum de fonte suscepimus, si post fontem adiectione noui generis indigemus. Non ita, dilectissimi. Attendat charitas vestra. Sicut exigit militaris ordo, vt cum Imperator, quemcunq; in militum receperit numerum, non solum signet receptum, sed etiam armis competentibus instruat pugnaturum. Ita in baptizato benedictio illa munitio est. Dedisti militem, da ei adiumentum militiæ. Nunquid prodest, si quisquam parentum magnam pupillo conferat facultatem, nisi prouidere studeat & tutorem. Itaque paracletus regeneratis in Christo custos, & consolator, & tutor est. Ideo dicit sermo diuinus: Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam. Ergo spiritus sanctus, qui super aquas baptismi salutifero descendit illapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad inC nocentiam, in confirmatione augmentum præstat ad gratiam. Et quia, in hoc mundo tota ætate victuris, inter inuisibiles hostes, & pericula gradiendum est, in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam. In baptismo abluimur, post baptismum roboramur. At si continuo transituris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. Regeneratio p se saluat, mox in pace beati seculi recipiendos, confirmatio aũt armat & instruit, ad agones mundi huius, & prælia reseruandos. Qui autem post baptismum cum acquisita innocentia, immaculatus, peruenit ad mortem, confirmatur morte, quia non potest peccare post mortem. Hic, si forte illud etiam requirere velimus, post passionem & resurrectionem Christi, quid apostolis profuerit aduentus spiritus sancti, ipse dominus eis euidenter exponit. Quæ dico (inquit) vobis, non potestis ea portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, ipse docebit vos omnem veritatem. Vides, quia cum spiritus sanctus infunditur cor fidele, ad prudentiam, & constantiam dilatatur? Itaque ante descensionem spiritus sancti, vsque ad negationem apostoli deterrentur, post visitationem vero eius, vsque ad martyrium contemptu salutis armantur. Secundum hoc per Christum redimimur, per spiritum vero sanctum dono sapientiæ spiritualis illuminamur, ædificamur, erudimur, instruimur, consummamur, vt illam sancti spiritus vocem audire possimus. Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris. De spiritu sancto accipimus, vt spirituales efficiamur, quia animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus dei. De spiritu sancto accipimus, vt sapiamus, inter bonum, malumq; discernere, iusta dili

Lucæ.3.c

De cõs. dist.5 Spũs sctũs .9 sup. Et in dec. suo.li.j

Iohã.2.g

Psalm.126

De cõs. dist.5 Spũs sanctus qui super

Iohan.16.c

Psal.31

j.Cor.2.d

gere, iniusta respuere, vt malitiæ, ac supbiæ repugnemus, vt luxuriæ ac diuersis illecebris, & fœdis, indignisq́; cupiditatibus resistamus. De spiritu sancto accipimus vitæ amorem, & gloriæ ardorem, vt succensi diuinitus, erigere a terrenis mentem ad superna & diuina valeamus. Ieiunium ergo dominici diei, & quintæ feriæ, nemo celebrare debet, vt inter ieiuniũ Christianorum, & gentiliũ veraciter credẽtiũ, atq; infideliũ, & hæreticorum, & vera, & non falsa discretio habeatur. Vnde scriptum est. Quæ pars Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? Quæ autem participatio iustitiæ cum iniquitate? Et iterum: Nolite iugum ducere cum infidelibus. De cætero (fratres) videte, ne quis vos decipiat inanibus verbis, neq; p philosophiã, & inanem fallaciam secundũ traditionem hominũ, secundũ elementa mundi, & nõ secundũ Chr̃m, quia in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis, in quo & circumcisi estis circumcisiõe, non manufacta, in expoliatione corporis carnis in circumcisione Chr̃i consepulti ei in baptismo, in quo resurrexistis per fidem opationis dei, qui suscitauit illum a mortuis. Et vos, cum mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cũ illo, donans vobis omnia delicta, delens, quod aduersum vos erat, chyrographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, & affigens illud cruci, expolians principatus & potestates, traduxit confidenter, palam triũphãs illos in semetipso. Nemo ergo vos iudicet in cibo & potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorum, corpus aũt Christi. Nemo vos seducat volens in humilitate & religione angelorum, quæ non vidit, ambulãs frustra, inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput, ex quo totum corpus p*nexum & coniunctionem, subministratũ, & constructũ, crescit in augmẽtum fidei. Si ergo mortui estis cũ Chr̃o ab elementis huius mundi, quid adhuc tanq̃ viuentes, in mundo decernitis? Ne tetigeritis, neq; gustaueritis, neq; contrectaueritis, quæ sunt om̃ia in interitu ipso vsu, secundũ p̃cepta & doctrinas hominum, quæ sunt rationẽ quidem habentia sapientiæ, in superstitione & humilitate, & nõ ad parcẽdum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis. Igit, si consurrexistis cum Chr̃o, quæ sursum sunt, quærite, vbi Chr̃us est in dextera dei sedens, quæ sursum sunt, sapite, nõ quę sup terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Chr̃o in deo. Cum Chr̃us apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ip̃o in gloria. Mortificate ergo mẽbra vr̃a, quæ sunt sup terram, fornicationem, immunditiã, libidinem, concupiscentiã malã & auaritiã, quæ est simulachrorum seruitus, propter quæ venit ira dei in filios incredulitatis, in q bus & vos ambulastis aliquãdo, cum viueretis cum illis. Nunc aũt deponite, & vos * omnẽ iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem, de ore vestro. Nolite mentiri inuicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, eum, qui renouat in agnitionem secũdum imaginem eius, qui creauit eũ, vbi non est Iudæus & gentilis, circumcisio, & præputium barbarus & Scytha seruus & liber, sed omnia & in omnibus Christus. Induite ergo vos sicut electi dei, sancti & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatẽ, hũilitatẽ, modestiã, patiẽtiã, supportãtes inuicem, & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquam habet querelam. Sicut & Christus donauit vobis, ita & vos. Super autem omnia hæc charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis. Et pax Christi vigeat in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpore, & grati estote. Verbum dei habitet in vobis abundanter, in omni sapientia docentes, & commonentes vosmetipsos, psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris deo. Omne quodcunq; facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes deo, & patri per ipsum. Vos, charissimi, nolite deficere, benefacientes. Quod si aliquis fuerit, qui non obedierit verbis apostolicis, hunc notate, & non commisceamini cum illo, vt confundatur. Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite vt fratrem. Deus autem pacis det vobis idipsum sapere in alterutrũ, & in omnes & ipse sit semper vobiscum in omni loco, Amen. Data Kaleñ. Martijs, Volusiano, & Rufino, viris clarissimis consulibus.

Marginalia: 2.Cor.6.c; 2.Cor.6.c; Col.2.b.c; al's, nexus & coniunctiões; Colo.3.a.b.c; alias, omnia; 2.Thess.3.d; Roma.15.b — section letters D, E, F

¶ Horum

A ¶ Horum consulum Marianus Scotus non meminit, sed sub anno.ccc.xxvi. Ponit Volusianum,& Aunianum.Gregorius autem Haloāder in suo consulum catalogo sub anno. ccc.xv. Ponit Rufinum Volusianum pro viro vno, & Annianū pro consorte suo in eodem officio.

NEOCAESARIENSE CONCILIVM, SVB EVSEBIO VEL MELCIADE.

DE ciuitate Neocæsarieñ. habetur in Ptolomæo, libro quinto, capite sexto tit. Cappadocia,& Ponti,Polemoniaci mediteri. Et Plinius libro sexto,capite tertio tit.Cappadocia,vbi dicit Neocæsariam quod Lycus.Et infra,A Neocæsarea prædicta minorem Armeniam.

¶ AD LECTOREM, DE EODEM CONCILIO breuis annotatio.

B EX catalogo subscriptionum Nicæni & Chalcedoneñ.conciliorum,licet cōijcere, Neocęsariēse concilium celebratum esse in prouincia Ponti Polemoniaci,vtrobiq; enim primo loco ponitur episcopus Neocæsarieñ. Atque vt intelligatur, non longe ante Nicænum hoc præcessisse, idem reperitur Episcopus Longinus,& hic & illic assignatus. Dicta est autem Pontus Polemoniacus hæc regio,siue prouincia,a Polemone rege,sita inter Paphlagoniam, & Armeniam,clara nunc Trapezunte,imperij Turcici sede ante captam Constantinopolim. De hoc autem concilio ita scribit Gratianus,Synodus Neocæsariensis post Ancyritanam legitur fuisse,in qua patres.xvij.statuerūt canones,xiiij.quorum author maxime Vitalis episcopus * Salonitanus extitit.

Distin.16 Prima annotatio

alias forte,Zelamitanus.

TITVLI CANONVM NEOCAESARIEN. concilij, sub duplici interpretatione.

AEDITIO I.

C DE presbyteris, qui vxores acceperunt,vel fornicati sunt i.

De his, quæ duobus fratribus nupserint,vel q duas sorores acceperint vxores. ij

De multinubis. iij.

De his,q ppōnētes fornicari,vetant iiij

De catechumenis peccantibus, v.

De catechumena prægnante vi.

Quod nō oporteat,in bigami nuptijs orare presbyterum vij.

De his, qui mulieribus adulteris iuncti sunt. viij.

De his, qui ad presbyteriū promouent & ante ordinationem sunt sibi peccatorum conscij ix.

De diaconibus similiter x.

Quo tempore conueniat presbyterum ordinare xi.

De his,qui in ægritudine baptisma consequuntur xij.

De presbyteris agrorum xiij.

De numero certo diaconorum, xiiij.

AEDITIO II.

DE presbyteris, quod vxorem ducere non debeant i.

De muliere, duobus fratribus nubere non licere, ij.

De his,q multis nuptijs cōicauerūt iij.

De cōcupiscētia non consummata iiij.

De catechumenis peccantibus v.

De prægnantibus baptizandis vi.

Presbyteros in secundis nuptijs non debere orare vij.

Vxoris adulteræ, virum clericum fieri non debere viij.

De presbyteris, corporali peccato præoccupatis ix.

De diaconibus,corporali peccato præoccupatis x.

De presbytero, minus triginta annorum minime ordinando xi.

De his, qui in ægritudine sunt baptizati. xij.

De presbyteris alterius regionis xiij.

De diaconibus septem. xiiij.

CANONES NEOCAESARIEN. CONCILII, sub duplici translatione.

¶ Et hi canones post eos quidem probãtur esse, qui apud Ancyrã expositi sunt, sed Nicænis priores reperiuntur. Sunt autem qui sequuntur.

D

AEDITIO .I.

CAP. I.

Dist.28. Pbr̃ si vxorẽ dux. Et ĩ decr.Iuo. lib.3

PResbyter, si vxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si vero fornicatus fuerit, vel adulterium perpetrauerit, amplius pelli debet, & ad pœnitentiam redigi.

CAP. II.

Mulier si duobus fratribus nupserit, abijciatur vsq; ad mortem. Veruntamen in exitu, propter misericordiam, si promiserit, q̃ facta incolumis huius coniunctiõis vincula dissoluat, fructum pœnitentię cõsequat̃. Quod si defecerit mulier, aut vir in talibus nuptijs, difficilis erit pœnitentia in vita permanenti.

CAP. III.

31 q 1.De his, qui freq.

De his, qui in plurimas nuptias inciderunt, & tempus quidem præfinitum manifestum est, sed conuersatio eorum, & fides tempus abbreuiat.

CAP. IIII.

Si quis mulierem cõcupiscens, proposuerit, cum ea concumbere, & cogitatio eius non perueniat ad effectum, apparet, q̃ gratia dei liberatus est.

CAP. V.

Catechumenus, si ingrediatur ecclesiam, & in ordinem eorum, qui instruuntur assistat, hic autem, si deprehensus fuerit peccans, siquidem genu flectit, audiat, vt non delinquat vlterius. Si vero, & audiẽs, peccauerit, expellatur vi.

alias, idoli peccato

CAP. VI.

Grauidam oportet baptizari, quando voluerit. Nihil enim in hoc, quæ parit, nascenti communicat, propterea, quod vniuscuiusque suum propositum in confessione declaretur.

CAP. VII.

31.q.1.De his qui freq. Et in decr.Iuo.li.6

Presbyteris, in nuptijs bigami prandere, non conuenit, quia cum pœnitentia bigamus egeat, quis erit presbyter, qui propter conuiuium talibus nuptijs possit præbere consensum.

CAP. VIII.

AEDITIO II.

CAP. I.

PResbyter, si vxorem duxerit, ab ordine suo illum deponi debere. Quod si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra ecclesiam abijci, & ad pœnitentiam inter laicos redigi.

CAP. II.

Mulier, si duobus nupserit fratribus, abijciatur vsque in diem mortis. Sed propter humanitatem in extremis suis sacramentis reconciliari oportet, ita tamen, vt si forte sanitatem recuperauerit, matrimonio soluto, ad pœnitentiam admittatur.

E

CAP. III.

De his, qui frequenter vxores ducũt, & de his, quæ sæpius nubunt, tempus q̃dem pœnitentiæ his constitutum, manifestum est, sed conuersatio, & fides eorũ tempus abbreuiat.

CAP. IIII.

Si quis, concupita muliere, etiam si concubitus eius desiderium habet, non autẽ subsequatur effectus, manifestũ est, hunc fuisse per diuinam gratiam liberatum.

CAP. V.

F

Catechumenus, id est, audiens, qui ingreditur in ecclesiam, & stat cum catechumenis, si peccare fuerit visus, figens genua, audiat verbum, vt se abstineat ab * illo peccato, quod fecit. Quod, si in eo p̃durat, abijci om̃ino debere.

CAP. VI.

De prægnantibus, quod oportet eas baptizari, quãdo volunt. Nihil enim in hoc sacramẽto commune est parituræ, & illi, qui de eius vtero fuerit æditus, quia vniuscuiusq; in illa confessione libertas arbitrij declaratur.

CAP. VII.

Presbyterum conuiuio secundarum nuptiarum interesse non debere, maxime cum præcipiatur, secundis nuptijs pœnitentiam tribuere. Quis ergo erit presbyter, qui propter conuiuium illis consentiat nuptijs.

CAP. VIII.

A

AEDITIO I.

Mulier cuiusdã adulterata laici cõstituti, si euidenter arguat, talis ad ministerium cleri venire non poterit. Si vero post ordinationem adulterata fuerit, dimittere eam conuenit. Quod si cum illa conuixerit, ministerium sibi commissum obtinere non poterit.

CAP. IX.

Presbyter, si p̃occupatus corpali pc̃tõ, prouehat, & cõfessus fuerit de se, q̃ añ ordinationẽ deliquerit, *oblata nõ cõsecret, manens in reliquis officijs, propter studiũ bonũ. Nam pc̃tã reliqua, pleriq; dixerũt, p manus impositionem posse dimitti. Qd si de se non fuerit ipse confessus, & argui manifeste nequiuerit, potestatis suæ iudicio relinquatur.

CAP. X.

B

Simili modo etiam diaconus, si eodem peccato succubuerit, ab ordine ministerij subtrahatur.

CAP. XI.

Presbyter añ tricesimũ ætatis suæ annũ nullatenus ordinetur, licet valde sit dignus, sed hoc tp̃s obseruet. Nam dñs noster tricesimo ætatis suæ anno baptizatus est, & sic cœpit docere.

CAP. XII.

Si q̃s in ægritudine fuerit baptizatus, ad honorẽ p̃sbyterij nõ põt promoueri, q̃d nõ ex proposito fides eius, sed ex necessitate descẽdit, nisi forte propter sequẽs studiũ eius & fidem, atq; hominum raritatem talis possit admitti.

C

CAP. XIII.

Presbyteri ruris in ecclesia, ciuitatis episcopo præsente, vel presbyteris vrbis ipsius offerre non possunt, nec panem sanctificatum dare, calicemq; porrigere. Si vere absentes hi fuerint, & ad dandam *orationem vocentur, soli dare debebunt. Chorepiscopi quoq; ad exemplum quidem & formam septuaginta, videntur esse, vt comministri autem, propter studiũ, quod erga pauperes exhibẽt, honorẽtur.

CAP. XIIII.

Diaconi septem debent esse iuxta regulam, licet & valde magna sit ciuitas. Idipsum autem & Actuum apostolorum liber insinuat.

AEDITIO II.

Si cuius vxorẽ adulteriũ cõmisisse, cũ eẽt laicus fuerit cõprobatũ, hic ad ministeriũ ecclesiasticũ admitti nõ p̃t. Quod si in clericatu, iã cõstituto eo, adulterauit, dato repudio, dimittere eã debet. Si vero retinere eius consortiũ velit, non p̃t suscepto ministerio perfrui.

34. dist. Si cuius vxorem

CAP. IX.

Qui admiserit corpale pc̃m̃, & hic postea p̃sbyter ordinatus est, si cõfessus fuerit, q̃ añ ordinationẽ suã peccauerit, non qdem offerat, maneat * tñ in alijs officijs, propter eius studij vtilitatẽ. Nam cætera pc̃tã, cẽsuerũt plurimi, etiam ordinatione priuari. Quod si de his nõ fuerit cõfessus, nec ab *aliq̃bus p̃t manifeste cõuinci, huic ipsi de se potestas est committenda.

15. q. 8 Qui admisit corpale. Et i dec. duo. lib. 3

alias, oblatã

alias, autem

alias, aliquo

CAP. X.

Similiter & diaconus, si in eodem culpæ genere fuerit inuolutus, sese a ministerio cohibebit.

Vbi supra 15. q. 8.

CAP. XI.

Presbyter ante triginta annoꝝ ætatem non ordinet, q̃uis sit probabilis vitæ, sed obseruet vsq; ad præfinitum tempus. Dominus enim trigesimo anno baptizatus est & tunc prædicauit.

Dist. 78. Presbyter añ. 30

CAP. XII.

Si quis, in ægritudine constitutus, fuerit baptizatus, p̃sbyter ordinari non debet. Non eñ fides illius volũtaria, sed ex necessitate est, nisi forte postea ipius studium & fides, probabilis fuerit, aut hominum raritas cogat.

Dist. 57. Si q̃s in ægritudine

CAP. XIII.

Presbyteri, q cõregionales sunt, in ecclesia p̃sentibus ep̃is, vel p̃sbyteris ciuitatis, offerre nõ p̃nt, nec dare panẽ sanctificatũ *nec calicẽ porrigere. Q̃d si absentes sint ciuitatis sacerdotes, & fuerint inuitati ad dandã or̃onẽ, soli debebũt dare. Vicarij ãt epoꝝ, q̃s græci Chorep̃os vocãt, cõstituti sunt qdem ad exẽplum septuaginta senioꝝ, sed tanq̃ cõsacerdotes propter solicitudinẽ, & studiũ, q̃d in paupes agũt, offerant, & honorabiles habeantur.

alias, ĩ or̃one autẽ calicem dabunt

al's, oblationẽ

CAP. XIIII.

Diaconi septẽ esse debent secundũ regulam, q̃uis nõ magna sit ciuitas. Regulæ aũt authoritas ista est, quod & liber actuum apostolorum insinuat.

Dist. 93. Diaconi septẽ debent

Acto. 6. a

FINIS.

¶ Conuene

¶CONVENERVNT AVTEM IN VNVM SANcti, & venerabiles episcopi, hi, qui infrascripti sunt, & cum cæteris, qui statuerunt superius scripta, subscripserunt, id est,

D

¶Vitalis	Antiochenus, alias Zelamitanus,	Cœles Syriæ,
Germanus	Neapolis	Palestinæ
Gregorius	Cinneñ. alias Cinoneñ.	Galaciæ primæ
Alphius	Apamiæ	Cœles Syriæ
Heraclius	Zeloneñ. alias Zeleñ.	Armeniæ maioris
Basilius	Amasiæ	Hellespōti vel Armenię maioris
Leontius	Cæsariæ	Cappadociæ primæ
Amphion	Epiphaniæ	Ciliciæ secundæ
Stephanus	Chorepiscopus	Cappadociæ
Eretius, alias Hystrius,	Placianeñ. alias Timoniaceñ.	Galacię primę, alias Polemonia
Lupus	Tharseñ.	Ciliciæ primę
Gerontius	Larissæ	Cœles Syriæ
Narcissus	Neroniadis	Ciliciæ secundæ.
Longinus	Neocæsarieñ.	Ponti Polemoniaci
Salaminus	Germaniciæ	Cœles Syriæ
Rudus, alias Redus, alias Rodon,	Chorepiscopus	Cappadociæ
Dicasius, alias Decasius,	Tauieñ. alias Tabieñ.	Galaciæ.
Valentinus,		
Leontius.		

(ceñ. Cappadocię)

E

DE PRIMITIVA ECCLESIA, ET MVNIFICENTIA CONstantini magni Imperatoris erga eandem.

Acto 4.g
Acto.2.g

NEMO, QVI DIVINAS SCRIPTVRAS legit, ignorat, quod in principio nascentis ecclesiæ, discipulis in vnum congregatis, cum multitudine credentium, in quibus erat cor vnum, & anima vna, quicq; vēdentes prædia, & possessiones suas afferebant, & diuidebatur singulis, prout cuicq; opus erat. Futuram nanque ecclesiam in gentibus apostoli præuidebant, maximeq; quia dominus illis prædixerat. Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium, vel quia expellendi erant a Iudæa, nouerant se in gentibus dispergendos, ecclesiamq; congregandam ex rudi populo, idcirco prædia in Iudæa minime sunt adepti, sed pretia tantūmodo ad fouendos egentes. At vero cum inter turbines, & aduersa mundi succresceret ecclesia, eo vsq; peruenit, vt non solum gentes, sed etiā Romani principes, qui pene totius orbis monarchiam tenebant, ad fidē Christi & baptismi sacra, cōcurrerēt. E qbus vir religiosissimus Cōstātinus primus fidē veritatis patenter adeptus, licentiā dedit, p vniuersum orbē sub suo degētes imperio, non solum fieri Christianos, sed etiā fabricādi ecclesias, & prædia tribuēda, constituit. Deniq; idē pfatus princeps donaria immēsa cōtulit, & fabricā tēpli primę sedis beati Petri principis apostolorū instituit, adeo vt sedē imperialē, quā Romani pricipes possederāt relinqueret, & beato Petro, suisq; * psulibus profuturā cōcederet. Idē vero psidēs in sancta synodo, quæ apud Nicæam cōgregata est, cum querelā quorundā cōspiceret corā se delatā, ait: Vos a nemine dijudicari potestis, quia solius dei iudicio reseruamini. Dij etenim vocati estis, idcirco non potestis ab hominibus iudicari. Ab il

F

12.q.j. Futurā ecclesiā apsl.

Mar. vltio.g,

alias, successoribus

A Ab illo etem tempore, & deinceps, viri religiosissimi non solũ possessiones, & ꝑdia quæ possederãt, sed etiam semetipsos dño consecrarunt, ædificantes basilicas in suis fundis, in honore sanctoꝶ martyꝶ per ciuitates, ac monasteria innumera, in quibus cœtus dño seruientium conueniret. Deniq; reges, & præsides, ac magistratus, nõ solum hanc licentiam tribuere, sed etiam ipsi propria largiti sunt ꝑ vniuersa regna terraꝶ, vnde alerentur egentes, q nihil in mundo possidebant, ecclesiæq; dei fabricarentur atq; restaurarentur, deoq;, & ecclesiæ eius rite famulãtibus, seruisq; illius, supplementa (vt absq; necessitate essent) tribuerentur, vt hæc accipientes possent secundum monita apostoli orationes, postulationes, obsecrationes, gratiarũq; actiones facere, pro omnibus hominibus, pro regibus, & qui in sublimitate sunt, vt quietam, & tranquillam vitã habeant. Et hoc bonum, & acceptum esse coram deo, idem magister gentium protestatur, cui solicitudo omnium ecclesiaꝶ incumbit, quiq; episcopos regere per spiritum sanctum constituit ecclesiam dei. Quibus ait: Pascite, qui in vobis est, gregem dei, prouidentes non coacte, sed sponte secundum deũ, neq; turpis lucri gratia, sed voluntariæ. Cum eẽ dicat, nemo militans deo, implicat se negotijs secularibus (quæ etem sunt negotia secularia, sancti canones manifestant, & inhibent perspicue, q̃d quidam, q in clero videntur electi, propter lucra turpia con-
B ductores alienaꝶ possessionum fiant, & secularia negotia sub cura sua accipiant, dñi quidem ministerium paruipendentes, per secularium vero discurrentes domos, & propter auaritiam patrimonioꝶ solicitudinem sumentes) decreuit sancta synodus, nullũ deinceps clericũ, aut possessiones cõducere, aut negotijs secularibus se miscere, *præter pupilloꝶ & orphanoꝶ, aut si forte eps ciuitatis ecclesiasticaꝶ reꝶ solicitudinem habere ꝑcipiat. Vbi liquido patet, qa alia sunt negotia secularia, alia ecclesiastica. Nonne Moyses in seculo erat, cum crebro tabernaculum intraret & exiret, qui intus contẽplatione raptus, foris infirmantiũ negotijs vrgebat, intus dei arcana considerãs, foris onera carnaliũ portabat? Cuius typum sacerdotes in ecclesia agere debent, vt dũ foras exeunt, ad exercenda negotia pro necessitatibus subditoꝶ, intus ad se redeant, per contemplationem mandatoꝶ, sicut Paulus, qui cœlestibus secretis inseritur, & tamen per condescensionis viscera, carnalium cubile perscrutatur. Sic & Iacob ascendentes & descendentes angelos, vidit, quia, videlicet rectores ecclesiæ, non solum deo contemplando, superna appetunt, sed deorsum quoq; ad membra illius, miserando descendunt. Et dum sacerdotes hoꝶ facta imitant, & se custodiũt, & subditorum onera portant, & videntur tales esse, quales idem egregius prædicator *dicit, Vt qui vtuntur hoc mundo, tanq̃ non vtantur, & qui gaudent, tanq̃ non
C gaudentes, & qui emunt, tanquam non possidentes.

In decre. Iuo. lib. 2

1. Timot. 2. B

2. Coꝶ. 11. g

1. Petri. 5. a

2. Timo. 2. a

Dist. 88. decreuit sancta synodus

al's, nisi propter curã aut pupillorum, aut orphanorũ, aut viduarum.

Exodi. 33. b

2. Coꝶ. 12. a

1. Coꝶ. 7. a

Gene. 28. c

al's, præcepit

1. Coꝶ. 7. c

EDICTVM DOMINI CONSTANTINI IMPERATORIS.

IN nomine sanctæ, & indiuiduæ trinitatis, patris scilicet & filij, & spũs sancti, Imperator cæsar, Flauius Constantinus in Christo Iesu, vno ex eadem trinitate sancta, saluatore domino deo nostro, fidelis, mãsuetus, beneficus, Alemanicus, Gothicus, Sarmaticus, Germanicus, Britannicus, Hunicus, pius, felix, victor ac triumphator, semper augustus, sanctissimo ac beatissimo, patri patrum Siluestro, vrbis *Romanæ episcopo, & papæ, atq; omibus eius successoribus, qui in sede beati Petri vsq; in finem seculi sessuri sunt pontificibus, nec nõ & omnibus reuerentissimis, & deo amabilibus, catholicis episcopis, eidem sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ per hanc nostram imperialem constitutionem subiectis, in vniuerso orbe terraꝶ, nunc & in posteꝶ, cunctis retro temporibus constitutis gra-

alias, Romæ.

Galat. 5. d

1.Timo.1.a

tis gratia,pax,charitas,gaudium,longanimitas,misericordia, a deo patre omnipoten te,& Iesu Christo filio eius, & spũ sancto,cum omnibus vobis. Ea quæ saluator, & redemptor noster,dominus Iesus Christus,altissimi patris filius, p suos sanctos apo stolos Petrum & Paulum,interueniente patre nostro Syluestro, summo pontifice, & vniuersali papa,mirabiliter dignatus est operari,liquida enarratiõe, per huius no stræ imperialis institutionis paginam,ad cognitionem omnium populorum,in vni-uerso orbe terrarum studuit *propalare nostra mansuetissima serenitas. Primũ qui-dem,nostram fidem,quam a prælibato beatissimo patre, & oratore nostro Sylue-stro,vniuersali pontifice docti sumus,intima cordis confessione, ad instruendas om nium vestrum mentes proferentes,& ita demum dei misericordiam super nos dif-fusam annuntiantes,nosse vos volumus,sicut per anteriorem nostram sacram pra-gmaticam iussionem,significauimus,nos a culturis idolorum, simulachris mutis, & surdis,manufactis,diabolicis compositionibus, atq; ab omnibus Satanæ pompis re-cessisse,& ad integram Christianorum fidem,quæ est vera lux,& vita perpetua,p-uenisse,credentes iuxta id,quod nos idem almificus & summus pater, & doctor no ster Syluester pontifex instruxit,in deum patrem omnipotentem,factorem cœli & terræ,visibilium omnium & inuisibilium. Et in Iesum Christum,filium eius *vnige nitum dominum nostrum,per quem creata sunt omnia. Et in spiritum sanctũ,do-minum,& viuificatorem vniuersæ creaturæ. Hos patrem,& filium, & spiritum san ctum confitemur,ita,vt in trinitate perfecta,& plenitudo sit diuinitatis, & vnitas po testatis. Pater deus,filius deus,& spũs sanctus deus, & tres vnum sunt in Iesu Chri-sto. Tres itaq; formæ,sed vna potestas. Nam sapiens retro semper deus ædidit ex se,per quod semper erant gignenda secula,verbum. Et quando,eodem solo suæ sa pientiæ verbo,vniuersam ex nihilo formauit creaturam,cum eo erat,cuncta suo ar-cano componens mysterio. Igitur perfectis cœlorum virtutibus,& vniuersis terræ materijs,pio sapientiæ suæ nutu,ad imaginem & similitudinem suam, primum de li mo terræ fingens hominem,hunc in paradiso posuit voluptatis. *Quem antiquus serpens,& hostis inuidens diabolus,per amarissimum ligni vetiti gustum; exulem ab eisdem fecit gaudijs,eoq; expulso,non desiuit sua venenosa multis modis prote-lare iacula,vt a via veritatis humanum abstrahens genus,idolorum culturæ, videli-cet creaturæ & non creatori deseruire suadeat,quatenus per hoc,eos, quos suis va-luerit irretire insidijs,secum æterno efficiat concremandos supplicio. Sed deus no-ster,misertus plasmatis sui,dirigens sanctos suos prophetas, per hos lumen futuræ vitæ,aduentum videlicet,filij sui domini dei,& saluatoris nostri Iesu Christi annun tians,misit eundem vnigenitum filium suum,& sapientiæ verbum. Qui descendẽs de cœlis propter nostram salutem,natus de spiritu sancto ex Maria virgine, verbũ caro factum est,& habitauit in nobis. Non amisit,quod fuerat,sed cœpit esse,quod non erat,Deũ perfectum,& hominem perfectum, vt deus mirabilia perficiens, & vt homo humanas passiones sustinens,ita verbum hominem, & verbum deum,p̃-dicante patre nostro Syluestro summo pontifice,intelligimus,vt verum deum ve-rum hominem fuisse,nullo modo ambigamus. Electisq; duodecim apostolis,mi-raculis coram eis,& innumerabilis populi multitudine coruscauit. Confitemur eun-dem dominum Iesum Christum adimplesse legem,& prophetas,passum, crucifixũ secundum scripturas,tertia die a mortuis resurrexisse,assumptum in cœlos, atq; se-dentem ad dexteram patris,inde venturum iudicare viuos & mortuos,cuius impe-rij non erit finis. Hæc est enim fides nostra catholica orthodoxa, a beatissimo patre nostro Syluestro summo pontifice nobis prolata. Exhortamur idcirco omnem populum,& diuersas gentium nationes,hanc fidem tenere, colere & prædicare, & in sanctæ trinitatis nomine baptismi gratiam cõsequi, & dominum nostrum Iesum Christum saluatorem nostrum,qui cum patre, & spiritu sancto per infinita secula viuit & regnat,quem Syluester beatissimus pater noster vniuersalis prædicat pon-tifex,corde deuoto adorare. Ipse enim dominus noster, misertus mihi peccatori, misit sanctos suos apostolos ad visitandum nos,& lumen sui splendoris infulsit no-bis,vt

Margin notes: alias,propagare. — alias,vnicũ. — Gene.1. — Gene.2.b. — Gene.3.a.b.d — alias,Cui. — 1.Cor.12.d — Iohan.1.b

Marginal letters: D — E — F

A bis, vt abstractum a tenebris, ad veram lucem, & agnitionē veritatis, me venisse gratularemini. Nam dum valida squalloris lepra totam mei corporis inuasisset carnem, & multorum medicorum conuenientium cura adhiberetur, nec vllius quidem cura promeruissemus salutem, ad hoc venerunt sacerdotes capitolij, dicentes, mihi debere fieri fontem in Capitolio, & compleri hunc innocentium sanguine, & in eo calente *loto me, posse mundari. Et secundum eorum dicta, aggregatis plurimis innocentibus infantibus, dum vellent sacrilegi paganorum sacerdotes eos mactare, & ex eorum sanguine fontem *repleri, cernens serenitas nostra lachrymas matrum eorum, illico exhorrui facinus, miseratusq; eas, proprios illis restitui præcepimus filios suos, datisq; vehiculis, & donis concessis, gaudentes ad propria relaxauimus. Eadē igitur transacta die, nocturno nobis facto silentio, dum somni tempus aduenisset, assunt apostoli sanctus Petrus & Paulus, dicētes mihi. Quoniam flagitijs posuisti terminum, & effusionem sanguinis innocentis horruisti, missi sumus a Christo domino deo nostro, dare tibi sanitatis recuperandæ consilium. Audi ergo monita nostra & fac, quodcunq; indicamus tibi. Syluester episcopus huius ciuitatis ad montē Soracte persecutiones tuas fugiens, in cauernis petrarum cum suis clericis latebram fouet. Hunc ad te cum adduxeris, ipse tibi piscinam pietatis ostendet, in qua, dū te tertio merserit, omnis te valitudo ista deseret lepræ. Quod dum factum fuerit, hanc vicissitudinem tuo saluatori compensa, vt omnes, iussu tuo, per totum orbem restaurentur ecclesiæ. Te autem ipsum in hac parte purifica, vt, relicta omni superstitione idolorum, deū viuum, & verum, qui solus est, & verus, adores & excolas, vt ad eius voluntatem attingas. Exurgens igitur a somno, protinus iuxta id, quod a sanctis apostolis admonitus sum, peregi, aduocatoq; eodem præcipuo, & magnifico patre, & illuminatore nostro Syluestro, vniuersali papa, omnia, a sanctis apostolis mihi pcepta dixi verba, percontatiq; sumus ab eo, q isti dij essent Petrus & Paulus. Ille vero, nō eos deos vere dici, sed apostolos saluatoris nostri domini dei Iesu Christi, respondit. Et rursum interrogare cœpimus eundem beatissimum papam, vtrum istorum apostolorum imagines expressas haberet, vt ex pictura disceremus, hos esse, qs reuelatio docuerat. Tunc idem venerabilis pater imagines eorundem apostolorum per diaconem suum exhiberi præcepit, quas dum aspicerem, & eorum, quos in somno videram, figuratos in ipsis imaginibus cognouissem vultus, ingenti clamore coram omnibus satrapis meis confessus sum eos esse, quos in somno viderā. Ad hęc beatissimus idem Syluester pater noster, vrbis Romæ episcopus, indixit nobis pœnitentiæ tempus intra palatium nostrum Lateranense, in vno cilitio, vt de omnibus, quæ a nobis impie peracta, atq; iniuste disposita fuerant, vigilijs, ieiunijs, atq; lachrymis, & orationibus, apud dominum deum nostrum Iesum Christum, saluatorē veniam impetraremus. Deinde p manus impositionē clericorum, vsq; ad ipsum præsulem veni. Ibiq; renuntians Satanæ pompis, & opibus eius, vel vniuersis idolis manufactis, credere me in deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium & inuisibilium, & in Iesum Christum filium eius, vnicum dominum nostrū, qui natus est de spiritu sancto ex Maria virgine, spontanea voluntate, coram omni populo professus sum. Benedictoq; fonte, illic me trina mersione vnda salutis purificauit. Positoq; me in fontis gremio, manum de cœlo me contingentem proprijs oculis vidi. De qua mundus exurgens, ab omni me lepræ squallore mundatum agnoscite, leuatoq; me de venerabili fonte, induto vestibus candidis, septiformis gratię sancti spūs consignationem adhibuit, beati chrismatis vnctione, & vexillum sanctæ crucis in mea fronte liniuit, dicens: Signet te deus sigillo fidei suæ, in nomine patris, & filij, & spūs sancti, in consignatione fidei. Cunctusq; clerus respondit, Amen. Et adiecit præsul, Pax tibi. Prima itaq; die post perceptum sacri baptismatis mysteriū, & post curationem corporis mei a lepræ squallore, agnoui non esse alium deū, nisi patrem, & filium, & spiritum sanctum, quem beatus Siluester papa prædicat, trinitatem in vnitate, & vnitatem in trinitate. Nam omnes dij gētium, quos vsq; hactenus colui, dæmonia, opera hominum manufacta comprobantur. Etenim quantam po-

B C

alias lotum

alias replere.

Matth. 16. c.

Ibidem.

Dist. 96. Constantinus Imperator quarta die.

restatem idem saluator noster suo apostolo beato Petro contulerit in cœlo, ac terra, lucidissime nobis idem venerabilis pater edixit, dum fidelem eum in sua interrogatione inueniens, ait: Tu es Petrus, & super hãc petram ædificabo ecclesiam meã, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Aduertite potentes, & aure cordis intendite, quid bonus magister, & dominus, suo discipulo adiunxit, inquiẽs: Quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis. Mirum est hoc valde & gloriosum, in terra ligare & soluere, & in cœlo ligatum, & solutum esse. Et dum hæc, prædicante beato Syluestro, agnoscerem, & beneficijs ipsius beati Petri, integerrime sanitati me comperi restitutum, vtile iudicauimus, vna cum omnibus nostris satrapis, & vniuerso senatu, optimatibusq; meis, etiam & cũcto populo Romanæ gloriæ imperij subiacenti, vt sicut in terris vicarius filij dei esse videtur cõstitutus, etiam & põtifices, qui ipsius principis apostolorum gerunt vices, principatus potestatem, amplius q̃ terrena, imperialis nostræ serenitatis mansuetudo habere videtur, concessam a nobis, nostroq; imperio, obtineant, eligentes nobis ipsum principem apostolorum, vel eius vicarios, firmos apud deum esse patronos. Et sicut nostram terrenam imperialem potentiam sic eius sacrosanctam Romanam ecclesiam decreuimus veneranter honorari, & amplius, quam nostrum imperium, & terrenum thronum, sedem sacratissimam beati Petri gloriose exaltari, tribuentes ei potestatem, & gloriæ dignitatem, atq; vigorem, & honorificentiam imperialem, atq; decernentes sancimus, vt principatum teneat tam super quatuor præcipuas sedes Antiochenã, Alexandrinam, Constantinopolitanam, & Hierosolymitanã, quamq; etiam super omnes in vniuerso orbe terrarum dei ecclesias. Et pontifex, qui pro tempoae ipsius sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ extiterit, celsior, & princeps, cunctis sacerdotibus totius mundi existat, & eius iudicio, quæq; ad cultum dei, vel fidei Christianorum stabilitatem, procuranda fuerint, disponantur. Iustum quippe est, vt ibi lex sancta caput teneat principatus, vbi sanctarum legum institutor, saluator noster beatum Petrum apostolatus obtinere præcepit cathedram, vbi & crucis patibulum sustinens, beatæ mortis sumpsit poculum, suiq; magistri, & domini imitator apparuit. Et ibi gẽtes pro Christi nominis confessione colla flectant, vbi eorum doctor beatus Paulus apostolus, pro Christo, extenso collo, martyrio coronatus est. Illic vsq; in finem quærant doctorem, vbi sanctum doctoris quiescit corpus, Et ibi proni, ac humiliati cœlestis regis dei saluatoris nostri Iesu Christi famulentur officio, vbi superbi terreni regis seruiebant imperio. Interea nosse volumus omnem populum vniuersarum gentium, ac nationum, per totum orbem terrarum, construxisse nos intra palatiũ nostrum Lateranense, eidem saluatori nostro domino deo Iesu Christo ecclesiam a fundamentis cum baptisterio, & duodecim, nos sciatis, de eius fundamentis secundũ numerum duodecim apostolorum, cophinos terræ onustatos, proprijs asportasse humeris, quam sacrosanctam ecclesiam caput, & verticem omnium ecclesiarum, in vniuerso orbe terrarum dici, coli, venerari ac prædicari sancimus, sicut per alia nostra imperialia decreta constituimus. Construximus quoq; ecclesias beatorum Petri & Pauli, *primorum apostolorum, quas auro, & argento, locupletauimus, vbi & sacratissima eorum corpora cũ magno honore recondentes, thecas ipsorum ex electro (cui nulla fortitudo præualet elementorum) construximus, & crucem ex auro purissimo, & gemmis pretiosissimis, per singulas eorum thecas posuimus, & clauis aureis confiximus. Quibus ecclesiis pro concinnatione luminariorum, possessionum prædia contulimus, & rebus diuersis eas ditauimus, & per nostram imperialem iussionem sacram, tam in oriente, q̃ in occidente, vel etiam septẽtrionali, & meridiana plaga, videlicet in Iudæa, Græcia, Asia, Thracia, Aphrica & Italia, vel diuersis insulis nostra largitate eis libertatẽ concessimus, ea prorsus ratione, vt per manus beatissimi patris nostri Syluestri pontificis, successorumq; eius omnia disponantur. Gaudeat ergo vna nobiscum omnis populus, & gentium nationes in vniuerso orbe terrarum, & exhortantes, *omnes, vt deo nostro, & saluatori Iesu Christo immensas vna nobiscum referant gratias, quoniam ipse deus in cœlis desuper, & in terra deorsum,

* al's, principũ.

Dist. 96. Constãtinus Imp. quarta die Donatio Cõstãtini augusti, q̃ hic tãgit̃ latiꝰ patet in donatione facta eccl'iæ B. Petri, atq; aliis inferius a Damaso papa descripta.

* al's, monemꝰ

A orsum, nos per suos sanctos apostolos visitans, sanctum baptismatis sacramentum percipere, & corporis sanitatem, dignos effecit, pro quo concedimus ipsis sanctis apostolis, dominis meis beatissimis Petro & Paulo, & per eos etiam beato Syluestro patri nostro summo pontifici, & vniuersalis vrbis Romæ papæ, & omnibus eius successoribus pontificibus, qui vsq; in finem mundi in sede beati Petri erunt sessuri, atq; de præsenti contradimus palatium imperij nostri Lateranense, quod omnibus in toto orbe terrarum præfertur, atq; præcellit palatijs, deinde diadema, videlicet coronā capitis nostri, simulq; Phrygium, id est, mitram, necnon & superhumerale, videlicet lorum, quod imperiale circūdare assolet collum, verum etiam & chlamydem purpuream, atq; tunicam coccineam, & omnia imperialia indumenta, sed & dignitatem imperialium præsidentium equitum, conferētes etiam & imperialia sceptra, simulq; & *cuncta signa, atq; banda etiam, & diuersa ornamenta imperialia, & omnē processionem imperialis culminis, & gloriam potestatis nostræ. Viris aūt reuerēdissimis clericis in diuersis ordinibus eidem sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ seruiētibus, illud culmen, singularitate, potentia & præcellentia habere sancimus, cuius amplissimus B noster senatus videtur gloria adornari, id est, patritios, atq; consules effici, necnō & cæteris dignitatibus imperialibus eos promulgamus decorari. Et sicut imperialis militia ornatur, ita & cleꝶ sanctæ Romanæ ecclesiæ ornari decernimus. Et quemadmodum imperialis potētia officijs diuersis, cubiculariorum nempe & hostiariorum, atq; omnium excubitorum ornatur, ita & sanctam Romanam ecclesiam decorari volumus. Et vt amplissimæ pontificale decus præfulgeat, decernimus & hoc, clericoꝶ eiusdem sanctæ Romanæ ecclesiæ manipulis, & linteaminibus, id est, candidissimo colore decorari equos, & ita equitari. Et sicut noster senatus calciamentis vtitur cum vdonibus, id est, candido linteamine illustratus, sic vtanť & clerici, vt sicut cœlestia, ita & terrena, ad laudem dei decorentur. Præ omnibus autem licentiā tribuimus ipsi sanctissimo patri nostro Syluestro, vrbis Romæ episcopo, & papæ, & omnibus, qui post eū in successum, & perpetuis temporibus aduenerint, beatissimis pontificibus, pro honore, & gloria Christi dei nostri, in eadē dei magna catholica & apostolica ecclesia, ex nostro indicto, vt quem, placatus proprio consilio, *clericali voluerit, & in numero religiosoꝶ clericoꝶ cōnumerare, nullum ex omnibus præsu C mentem superbe agere. Decreuimus itaq; & hoc, vt idem venerabilis pater noster Syluester summus pontifex, vel oēs eius successores pontifices, diademate, videlicet, corona, quam ex capite nostro illi cōcessimus, ex auro purissimo, & gemmis ꝓtiosis vti debeant, & in capite ad laudē dei pro honore beati Petri gestare. Ipse vero beatissimus papa, quia super coronam clericatus, quam gerit ad gloriā beati Petri, omnino ipsa ex auro non est passus vti corona, nos Phrygium quoq; candidi nitoris, splendidā resurrectionem dominicā designans, eius sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus, & tenentes frenū equi illius, pro reuerentia beati Petri, stratoris officiū illi exhibuimus, statuentes, eodem Phrygio omnes eius successores singulariter vti in processionibus, ad imitationem imperij nostri. Vnde & pōtificalis apex non vilescat, sed magis amplius, q̄ terreni imperij dignitas, & gloriæ potentia decoretur, ecce tam palatium nostrum (vt prædictum est) quamq; Romanæ vrbis, & oēs Italiæ, seu Occidentaliū regionū prouintias, loca, & ciuitates præfato beatissimo pōtifici nostro Syluestro, vniuersali papæ *concedimus atq; relinquimus, & successoꝶ ipsius pontificum potestati, & ditioni, firma imperiali censura, ꝑ hanc diualem nostram, & pragmaticū constitutum, decernimus disponendū, atq; iuri sanctæ Romanæ ecclesiæ concedimus ꝑmansuꝶ. Vnde congruū *prospeximus, nostrum imperium, & regni potestatem, in Orientalibus transferri, ac transmutari regionibus, & in Bizantiæ prouintiæ optimo loco nomini nostro ciuitatē ædificari, & nostrū illic cōstitui imperiū, qm̄ vbi principatus sacerdotū, & Christianæ religionis caput, ab Imperatore cœlesti constitutū est, iustū non est, vt illic Imperator terrenus habeat potestatem. Hæc vero oīa, quæ ꝑ hanc nostram imperialem sacram, & ꝑ alia diualia decreta statuimus atq; confirmauimus, vsque in finem mundi illibata & inconcussa,

Dist. 96. Constātinus Imp. quarta die

Nota, Phrygiū factū ex pennis pauonum.

alias cōta, vel contos atq;

als, clericare

alias cōtradētes, atq; relinquentes.

alias perspeximus.

al's, ꝑmanēda

*permanere decernimus. Vnde coram deo viuo, q nos regnare præcepit, & coram terribili eius iudicio obtestamur, per hoc nostrũ imperiale constitutum, oẽs nostros successores Imperatores, vel cũctos optimates, satrapas, etiã amplissimũ senatum, & vniuersum populũ, in toto orbe terrarũ, nũc, & in posterũ, cũctis retro tẽporibus imperio nostro subiacentẽ, nulli eorũ quoquo modo licere, hæc, quæ a nobis imperiali sanctione sacrosanctæ Romanæ ecclesię, vel eius oĩbus pontificibus, cõcessa sunt, refragari, aut cõfringere, vel in quoquã *cõuellere. Si quis aũt (quod nõ credimus) in hoc temerator, aut contẽptor extiterit, æternis condẽnationibus subiaceat innodatus, & sanctos dei principes apostolorũ Petrũ, & Paulũ, sibi in præsenti, & futura vita sentiat cõtrarios, atq; in inferno inferiori cõcrematus, cũ diabolo, & omnibus deficiat impijs. Huius vero imperialis decreti nostri paginã proprijs manibus roborantes, super venerandum corpus beati Petri principis apostolorum posuimus, ibi eidem dei apostolo spondentes, nos cuncta inuiolabiliter conseruare, & nostris successoribus Imperatoribus conseruanda in mãdatis relinquere, ac beato patri nostro Syluestro summo pontifici, & vniuersali papæ, eiusq; cunctis successoribus pontificibus, domino deo, & saluatore nostro Iesu Christo annuente, tradimus perhenniter atq; feliciter possidenda. Et subscriptio Imperialis. Diuinitas vos conseruet per multos annos, sanctissimi ac beatissimi patres. Datum Romæ, sub tertio die Kalendarum Aprilium, domino nostro Flauio Constantino Augusto quater, & Gallicano, viris clarissimis consulibus.

alias, cõuelli.

D

E

DECRETA SYLVESTRI PAPAE PRIMI.

¶ Ex libro pontificali Damasi papæ.

24. secũdum Marianũ Scotum

SYluester natione Romanus, ex patre Rufino, sedit annis. *xxiij. mensibus decem, diebus vndecim. Fuit autem temporibus Constantini, & Volusiani, ex die Kalendarũ Februarij, vsq; in diem Kalendarũ Ianuarij Cõstãtino, & Volusiano consulibus. Hic in exilio fuit in monte Soracten, & postmodum rediens cum gloria, baptizauit Constantinũ augustum, quem curauit dñs a lepra, cuius persecutionẽ primo fugiens, in exilio fuisse cognoscitur. Hic fecit in vrbe Roma ecclesiam in ꝑdio cuiusdam presbyteri sui, qui cognominabaĩ Equitius iuxta termas *Traianas, quem titulum Romanũ constituit, & vsq; in hodiernũ diem appellatur titulus Equitij, vbi & hæc dona contulit. Patenam argenteam pensantẽ libras. xx ex dono augusti Constantini. Donauit autẽ & scyphos argenteos. ij. qui pensauerunt singuli libras denas. Calicem aureum pensantem libras duas. Calices ministeriales quinq;, pensantes singuli binas libras. Amas argenteas duas, pensantes singulæ libras denas. Patenã argenteam chrismalem auro clusam, pẽsantem libras quinq;. Pharos coronatos decem, pensantes singuli libras octonas. Pharos æreos. xx. pensantes singuli libras denas. Cantharos cerostrotos. xij. ęreos, pẽsantes singuli libras. xxx. Fundum Valerianum in territorio Sabineñ. qui præstat solidos. lxxx. Fundũ stationum in territorio Sabineñ. qui præstat solidos. lv. Fundum ad duas casas in territorio Sabinensi,, qui præstat solidos quadraginta. Fundum Percilianum in territorio Sabinensi, qui præstat solidos. xx. Fundũ Corbianum in territorio *Sorano, qui præstat solidos. lx. Domum cum balneo in vrbe in Sicunini regione, quæ præstat solidos. lxxxv. Ortum intra vrbem Romam, in regione ad duos amantes, præstantem solidos. xv. Domum in regione Orphea intra vrbem, quę præstat solidos. lviij. & tremissem. Hic fecit constitutum etiam de omni ecclesia.

alias, Domitianas.

alias, Cosano

F

¶ Huius

A ¶ Huius temporibus factū est Concilium cū eius *consensu in Nicæa Bithyniæ. Et cōgregati sunt.cccxviij.epi catholici, qui exposuerunt fidē integrā, sanctā, catholicam, & immaculatam. Et damnauerūt Arrium, Photinum, & Sabellium, vel sequaces eorum. Et in vrbe Roma congregauit ipse cum consilio Augusti epos.cclxxvij & damnauit itez & Calixtum, & Arrium, & Photinū, & Sabellium. Et constituit, vt presbyter Arrianū resipiscentem non susciperet, nisi eps * loci designaret eum. Constituit, & chrisma ab epo confici. Et priuilegium epis contulit, vt baptizatū consignent, propter hæreticā suasionem. Hic & hoc constituit, vt baptizatū liniat presbyter chrismate leuatū de aqua, propter occasionem transitus mortis. Hic quoq; cōstituit, vt nullus laicus crimen clerico audeat inferre. Et hoc constituit, vt diaconi dalmaticis in ecclesia vterentur, & palla linostima leua eoz tegeretur. Idemq; cōstituit, vt nullus clericus propter quamlibet causam in curia introiret, nec ante iudicem cinctum causam diceret, nisi in ecclesia. Sed & constituit, vt sacrificium altaris nō in serico, neq; in panno tincto consecraretur, nisi tantum in lineo ex terra procreato, sicut corpus dñi nostri Iesu Christi in sindone linea, & munda sepultum fuit. Constituit B nihilominus, vt si quis desideraret in ecclesia militare, aut proficere, vt esset Ostiarius annis * Lector, annos.xxx. Exorcista, dies.xxx. Acolythus, annis.* v. Subdiaconus, annis.v. Custos martyrum, annis.v. Diaconus, annis.vij. Presbyter, annis.iij. Probatus ex omni parte, vt etiam ab his, qui foris sunt, habeat bonum testimonium, Vnius vxoris vir, vxore a sacerdote benedicta, & sic ad ordinem episcopatus ascenderet, nullum maioris, vel prioris locum inuaderet, nisi ordine temporum cum pudore cognosceret omnium clericorum vota grata, nullo omnino clerico contradicēte, vel fideli. Hic fecit ordinationes.vij.per mensem Decembrem, presbyteros.xlij diaconos.*xxxvi.epos per diuersa loca & tempora.* lxvi.

als, præcepto

alias, loci designati.

als, x.

als, xxv.

als, lxv.

¶ Huius temporibus fecit Constantinus augustus basilicas istas, quas & ornauit. Basilicam Constantinianam, vbi posuit dona ista. Fastigiū argenteum, habens in fronte saluatorē sedentem in sella quinq; pedum, pensantem libras.c.*xx. Et duodecim apostolos, habentes singuli quinos pedes, pensantes libras.xc. cum coronis ex argento purissimo. Itē a tergo respicientem in absride saluatorem sedentem C in throno in pedibus quinq;, ex argento purissimo, pensantē libras.cxl. Et angelos quatuor ex argento in quinis pedibus, qui pensant singuli libras.cv. cum gemmis Alabandenis. Fastigiū ipsum pensat libras duo milia.xxv. Coronas quatuor ex auro purissimo, cum delphinis viginti, pensantes singulæ libras quindecim. Pharum ex auro purissimo, cum delphinis quingentis, cum catena, qui pensant libras vigintiquinq;. Cameram basilicæ ex auro, pensante in longum & in latum, libras quingentas. Altaria septem ex argento purissimo, pensante libras ducentas. Patenas aureas septem, pensantes singulæ libras triginta. Patenas argenteas sedecim, pensantes singulæ libras triginta. Scyphos ex auro purissimo septem, pensantes singuli libras decem. Scyphum singularem ex metallo, corallo ornatū, & vndiq; de gemmis Prasinis & hyacinthinis, auro interclusum ex omni parte, qui pensat libras viginti & vncias tres. Scyphos argenteos viginti, pensantes singuli libras.xv. Amas ex auro purissimo duas, pensantes singulæ libras.l. portantes singulæ medimnos.iij. Amas argenteas viginti, pēsantes singulæ libras decem, portantes singulæ medimnos singulos. Calices minores aureos purissimos quadraginta, pensantes singuli libras singulas. Calices minores ministeriales quingentos, pensantes singuli libras duas.

Basilica Constantiniana.

als, xxx.

¶ Ornamenta in basilica Pharum cantharum ex auro purissimo ante altare, in quo ardet oleum Nardinum pisticum, cum delphinis octoginta, pensantem libras triginta. Pharum canthaz argenteum cum delphinis viginti, qui pensant libras quadraginta, vbi ardet oleum nardinum pisticū. Pharos cantharos argenteos in gremio basilicæ.xlv.pensantes singuli libras triginta, vbi ardet oleum suprascriptū. In pte dextera basilicę pharos argēteos.xl.pensantes singuli libras viginti. Pharos cantharos in leua basilicæ argenteos.xxv.pensantes singuli libras viginti.

Cantharos Cerostrotos in gremio basilicæ argenteos quinquaginta, pensantes sin D guli libras.xx. Metretas.iij.ex argento purissimo, pensantes singulæ libras trecentas, portantes medimnos decem. Candelabra ex aurichalco, numero septem, quæ hñt pedes denos, cũ ornatu ex argẽto, interclusa sigillis prophetarũ, pensantia singula libras trecentas, quæ cõstituit in seruitio luminũ. Massam Gargillanam in territorio Suessano, præstantem solidos.cccc. Massam Bauronicam in territorio Suessano, præstantem solidos.ccc.lx. Massam Aurianam in territorio Laurentino, præstantem solidos quingentos. Massam Vrbanam in territorio Antiano, præstantem solidos.cc.xl. Massam castis in territorio Catanensi, præstantem solidos mille.

Massam Trapeas in territorio Catanensi, præstantem solidos mille.d.c.l. Thymiamateria duo ex auro purissimo, pensantia libras triginta. Donum aromaticum ante altaria, singulis annis, libras centum quinquaginta.

¶ Ex Mariano Scoto anno Constantini magni septimo, ad euangelij veritatem. ccc.xxvij. Secundum Dionysii cyclum.ccc.v. Constantino quarto, ac Licinio quarto consulibus, Constantino a papa Syluestro baptizato scribit illi sua mater Helena, vt negans Christum Iudæos sequeretur. Tunc Idibus Augusti congregati sunt cũ Helena centum viginti sapientiores Iudæorum, cum Constantino autem, & Syluestro papa.xxiiij.episcopi. Et superati sunt Iudæi omni scriptura diuina. Hæc ille. E

Nota de baptismo Cõstantini cõtra multos.

¶ Fontem sanctum vbi baptizatus est Augustus Constantinus ex lapide porphyretico, & ex omni parte coopertum intrinsecus & foris, & desuper, & quantum aqua continet, ex argento purissimo, libras tria milia octo. In medio fontis columna porphyretica, quæ portat phialam ex auro purissimo, pensantem libras quinquaginta, vbi ardent balsami, libræ ducentæ. *Annexum ex stippa Amianti in labro fontis agnum ex auro purissimo, fundentem aquam, pensantem libras triginta. Ad dexteram agni, saluatorem ex argento purissimo, in pedibus quinq;, pensantem libras centum septuaginta. In leua agni beatum Iohannem Baptistam ex argento, in pedibus quinq; tenẽtem titulum scriptum, qui hoc habet: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi, pensantem libras centum. Ceruos ex argento.vij. fundentes aquam, pensantes singuli libras octoginta. Thymiamaterium, ex auro purissimo, pensans libras decem, cum gemmis Prasinis, & Hyacinthinis vndique, numero gemmæ quadragintaduæ. Donum sancto fonti. Massa Festi ex territorio Prenestino, præstans solidos trecentos. Massa Gaba ex territorio Gabineñ. præstans solidos ducẽtos & duos. Massa Pictas, ex territorio supradicto. p̃stãs solidos ducẽtos quinq;. Massa Statiliana ex territorio * Sorano, præstans solidos.ccc. Massa intra Siciliam Taurana ex territorio * Parentiense, præstans solidos quingentos. Intra vrbem Romam domus vel horti, p̃stantes solidos duo milia trecenta. Fundus Bassi, p̃stans solidos centum viginti. Massa Laninas ex territorio Carsiolano, p̃stans solidos ducentos. Fundus Catullus ex territorio Nomentano, p̃stans solidos quinquaginat. Massa Statiana ex territorio Sabineñ. p̃stans solidos trecentos quinquaginta. Massa Murina ex territorio Appiano Albaneñ. præstans solidos.ccc. F

alias, lichnũ.
al's, innixum.
alias Corano
alias, Parthenicensi

Massa virginis, ex territorio * Sorano, p̃stans solidos.cc. Transmarina intra partes Aphricæ. Massa vincis, ex territorio *Mucario, p̃stans solidos.dccc. Massa Capsis ex territorio * Capsitano, p̃stans solidos.dc. Massa varia * Sardana, p̃stans solidos quingentos. Massa Camaras, ex territorio * Curtalupi, præstans solidos. cccc.v. Massa Nummas ex territorio Numidiæ. p̃stans solidos.d.c.l. Massa sulphurata ex territorio Numidiæ p̃stans solidos.d.cc.xx. Massa Baldarioliaria ex territorio Numidiæ, præstans solidos. d.ccc.x. In Græcia. Massa Cephaleia, præstans solidos quingentos. In* Mengaulo. Massa Amazon, præstans solidos ducentos vigintiduos.

alias, Corano
alias, Musci
alias, Macris.
alias, Caput Ciliani.
al's, Saldena.
alias, Cicta
alias, Megaluia
al's, Megaluso

Basilica sancti Petri apostoli

¶ Eodem tempore Constantinus Augustus fecit basilicam beato Petro apostolo in tẽplo Apollinis, cuius* locũ, alias loculũ cũ corpus S. Petri recõdidit, ip̃m locũ vndiq; ex ære Cyprio cõclusit, q̃d est immobile. Ad caput pedes.v. Ad pedes pedes.v Ad latus dextrũ pedes.v. Ad latus sinistrũ pedes.v. Subter pedes.v. Sup. pedes.v.

Sic in

A Sic inclusit corpus beati Petri apostoli, & recondidit, & exornauit super columnas Pyrpyriticas (alias, Pyriticas, alias Porphyriticas) & alias columnas tres tineas, quas de Græcia perduxit. Fecit aũt & cameram basilicæ, ex crimma auri fulgentem. Et super corpus beati Petri, super os quo conclusit illud, fecit crucẽ aureã purissimam, pensantem libras.cl. Vbi scriptum est hoc, Constantinus augustus, & Helena augusta hãc domum regali simili fulgore coruscantem auro circumdãt. Scriptum est ex literis nigellis in cruce. Fecit aũt cãdelabra ex auricalcho in pedibus.x.numero quatuor, argento conclusa, cum sigillis argenteis, vnde actus apostolorum cernebant, pensantia singula libras.ccc. Calices aureos tres cum gemmis Prasinis.xlv. pensantes singuli libras duodecim. Metretas argenteas * duas, pensantes libras.cc. Calices argenteos viginti, pensantes singuli libras decem. Amas aureas duas, pensantes singulæ libras denas. Amas argenteas qninque, pensantes singulæ libras viginti. Patenam auream cum turre, & columba, ex auro purissimo, ornatam gemmis Prasinis, & hyacinthinis, margaritisq́, numero.ccxv. pensantem libras triginta. Patenas argenteas quinque, pensantes singulæ libras quindecim.

als, iiij

Coronam auream ante corpus, quæ est Pharus cantharus cum delphinis quingentis, pensantem libras trigintaquinque. Pharos argenteos in gremio basilicæ cum delphinis, pensantes singuli libras decem. Ad dexteram basilicæ Pharos argenteos trginta, pensantes singuli libras octo. Ipsum altare ex auro & argento, clausum cum gemmis Prasinis, & hyacinthinis, & albis.ccx. pensantibus libras. cccl. Thymiamaterium aureum cum gemmis vndiq; exornatum, pensans libras quindecim. In reditibus donum, quod obtulit Constantinus augustus beato Petro apostolo per diocœses in oriente. In ciuitate Antiochia domum Datiani, præstantem solidos.ccxl. Domunculam Nicænam, præstantem solidos viginti & tremissem. Cellas in Aphrodisia præstantes solidos viginti (alias, quindecim.) Balneum in * Ceretea, præstans solidos quadragintaduas. Pistrinum, vbi supra, præstans solidos vigintitres. Popinas, vbi supra, præstantes solidos decem. Hortũ Maronis, vbi supra, præstantem solidos decem. Hortum, vbi supra, præstantem solidos vndecim. Sub ciuitate Antiochæna, possessionem Sibyllinam donatam augusto, præstantem solidos.cccxxij. Cartadecadas.cl. Aromatum libras ducentas. Balsami, libras trigintaquinque. Sub ciuitate Alexandrina, possessionẽ Timialicam donatam augusto Constantino ab Ambronio, p̃stantem solidos. dcxx Cartadecadas.ccc. Olei nardini, libras.ccc. Balsami, sexaginta. Aromatum libras centum quinquaginta. Storacis Isaurice, libras quinquaginta. Possessionem Eutimi caduci, præstantem solidos quingentos. Cartadecadas.lxx. Per Aegyptum sub ciuitate Armeniæ possessionem Agapij, quam donauit Constantino augusto. Possessionem * Panopoliten, præstantem solidos. dccc. Cartadecadas.cccc. Piperis, medimnos.l. Croci, libras centum. Storacis, libras.cl. Aromatum, Casiæ, libras.cc. Olei nardini, libras.ccc. Balsami, libras centum. Lini, saccos centum. Garriophilorum, libras centum quinquaginta. Olei Cyprini, libras centũ. * Papyrij canas mundas, mille. Possessionem quam donauit Constantino Augusto Ibronius, præstantem solidos.ccccl. Cartadecadas. cc. Aromatum, Casiæ, libras.l. Balsami, libras.l. In prouincia* Euphrateñ. sub ciuitate * Cyro, possessionem Armanazon, præstantem solidos.ccclxxx. Sub Tarso Ciciliæ insulam Cordionum (alias, Corycorum) præstantem solidos.dcccc

B (margin letter) · C (margin letter)

als Cyrretica

als, Cynopolitea

als, Papyri racanas

als, Euphratesieñ.

alias, Carra

¶ Eodem tempore Constantinus Augustus fecit basilicam beato Paulo apostolo, ex suggestione sancti Syluestri episcopi, cuius corpus sanctum ita recondidit in ære, & conclusit, sicut beati Petri, & dona obtulit. Nam omnia vasa sacra aurea, vel argentea, aut æra, ita posuit, sicut in basilica beati Petri apostoli, & ita beati Pauli apostoli ornauit sicut illam. Sed & crucem auream super locũ (alias, loculum) beati Pauli apostoli posuit, pensantem libras.cl. Sub ciuitate Tyria, possessionem comita, præstantem solidos quingentos quinquaginta. Possessionem Fromimusa, præstantem solidos.dcc. Possessionem Timia, præstantem solidos.ccl.

Basilica sancti Pauli apostoli.

Olei

Olei Nardini, libras septuaginta. Aromatum, libras quinquaginta. Casiæ, libras quinquaginta. Sub ciuitate Aegyptia, possessionem Cyreos, præstantem solidos.d.cc.x. Olei Nadini, libras septuaginta. Balsami, libras triginta. Aromatum, libras septuaginta. Storacis, libras triginta. Stacten, libras.c.l. Possessionem Basiliain, præstantem solidos, quingentos quinquaginta. Aromatum, libras quinquaginta. Olei nardini, libras sexaginta. Balsami, libras viginti. Croci, libras.lx. Possessionem insulæ, * Machabæo, præstantem solidos quingentos decem. Papyriracanas mundas.d. Lini, saccos.ccc. **D**

Forte Macharie.

Basilica sanctæ crucis in Hierusalem

¶ Eodem tempore fecit Constantinus augustus Basilicam in palacio Sessoriano, vbi de ligno sanctæ crucis posuit, & in auro, & gemmis conclusit. Vbi & nomen ecclesiæ dedicauit, quo nominatur vsque in hodiernum diem Hierusalem. In quo loco constituit dona ista. Candelabra ante lignum sanctum lucentia argentea, quatuor secundum numerum quatuor euangeliorum, pensantia singula libras octoginta. Pharos cantharos argenteos quinquaginta, pensantes singuli libras.xv. Scyphum aureum purissimũ, pensantem libras.x. Calices aureos ministeriales.v. pensantes singuli libras singulas. Scyphos argenteos.iiij. pensantes singuli libras octo. Calices ministeriales argẽteos.x. pẽsantes singuli libras* duas, alias quinq;. Patenam argenteam auro clusam cum gemmis, pensantẽ libras.l. Altare argenteum, pensans libras.cc.l. Amas argenteas.iiij. pẽsantes singulæ libras.xx. Et omẽs agros circa palacium ecclesiæ dono dedit. Possessionem sponsas via Lauicana, præstantem solidos.cc.lxiiij. Sub ciuitate Laurento, possessionem Patras, præstantem solidos.cxx. Sub ciuitate Nepesina, possessionem Anglesis, præstantem solidos.cc.l. **E**

Sub ciuitate supra scripta, possessionem Terega, quæ præstat solidos.c.lx. Sub ciuitate Falista, possessionem præstantem solidos.c.xv. Item, sub ciuitate Falisca possessionem Herculis, quam donauit Augusto, & Augustus obtulit ecclesiæ Hierusalem, præstantem solidos.c.xl. Sub ciuitate Tuder, possessionem Angulas, præstantem solidos.c.liij.

Basilica sanctæ Agnetis virginis & martyris

¶ Eodem tempore fecit basilicam sanctæ martyris Agnetis, ex rogatu filiæ suæ, & baptisterium in eodem loco, vbi baptizata est soror eius Constantia, vna cum filia Augusti. Et ibidem constituit hæc. Patenam auream, pensantem libras.xx. Calicem aureum, pensantem libras decem. Coronam Pharum cantharum ex auro purissimo cum delphinis triginta, pensantem libras quindecim. Patenas argenteas duas, pensantes singulæ libras viginti. Calices argenteos quinq;, pensantes singuli libras decem. Pharos cantharos argenteos triginta, pensantes singuli libras octo. Pharos æreos ex aurichalco.xl. Cerostrotos ex aurichalco argento clusos quadraginta sigillatos. Lucernas aureas.xij. n*ixas, alias lichnorum super fontem. **F**

In redditibus circa ciuitatem Fidenas, omnem agrum, præstantem solidos.clx. Via Salaria sub Parento vndiq; omnem agrum, præstantem solidos.c.v. Agrum Muci, prestantem solidos.lxxx. Possessionem in vico Pisonis, prestantem solidos cc.l. Agrum Casulas, præstantem solidos centum.

Basilica sancti Laurentij martyris

¶ Eodem tempore Constantinus Augustus fecit basilicam beato Laurentio martyri via Tyburtina in agro Verano supra arenarium Cryptæ. Et vsq; ad corpus sancti Laurentij martyris fecit gradus ascensionis & descensionis. In eo loco construxit absidẽ, & exornauit marmoribus Porphyreticis, & desuper locũ conclusit de argento, & * cancellos de argento purissimo ornauit, pensantes libras mille. Et ante ipsum locum in Crypta posuit lucernam ex auro purissimo * nixos.x. pẽsantẽ libras viginti, Coronam ex argẽto purissimo cum delphinis.l. pensantem libras triginta

alias cancellis

alias, lichnorũ

Candelabra ærea duo in pedibus denis, pensantia singula libras trecentas. Ante corpus beati Laurentij martyris argento clusit sigilla passionum ipsius, cum lucernis * innixis argenteis, pensantes singulæ, libras quindecim. In eodem loco possessionem cuiusdam * Quiriacetis, alias Cyriacetis religiosæ fœminæ, quam fiscus occupauerat tempore persecutionis. Veranum fundum præstantem solidos centum, sexaginta, alias sexaginta. Possessionem aqua Tuscia ad * latus pstantẽ solidos.c.liij.

alias, trium lychnorum.

alias, lacum

Posses

A Possessionem Augusti in territorio Sabineñ. præstantem solidos.cxx. Possessionem Micinas * cum Augusti, præstantem solidos.cx. Possessionem * Termulas, præstantem solidos.lx. Possessionem Aranas, præstantem solidos.lxx Pharos argenteos.xxx. pensantes singuli libras octo.

als, non habet, cum al. Termulus

¶ Eisdem temporibus Constantinus augustus fecit basilicam via Lauicana inter duas lauros, beato Petro, & Marcellino martyribus. Et Mausoleum, vbi beatissimā Augustam matrem suam posuit in Sarcophago Porphyretico. Vbi & donauit patenam auream ex purissimo auro, pensantem libras.xxxv. Candelabra argentea, auro clusa in pedibus.xij.iiij. pensantia singula libras.cc. Coronam auream, quæ est Pharus cantharus cum delphinis. cxx. pensantem libras.xxx. Calices aureos tres, pensantes singuli libras decē, cum gemmis Prasinis & hyacinthinis. Amas aureas duas, pensantes singulæ libras.xl. Altare ex argento purissimo, pensante libras.cc. Pharos cantharos argenteos viginti, pensantes singuli libras.xx. Item, altare ex argento purissimo, pensante libras.cc. Patenas ex auro purissimo duas, pensantes singulæ libras quindecim. Patenas argenteas duas, pensantes singulæ libras.xv

Basilica Petri & Marcellini martyrum.

B Scyphum maiorem ex auro purissimo, vbi nomen Augusti designatur, pensantem libras viginti. Scyphum aureum minorem, pensantem libras decem. Scyphos argentos quinq;, pensantes singuli libras duodecim. Calices ministeriales argenteos viginti, pensantes singuli libras tres. Amas argenteas quatuor, pensantes singulæ libras quindecim. Annis singulis olei nardini pistici libras.dcccc Balsami, libras centum. Aromatum, in incensum sanctis martyribus, beatis Marcellino & Petro, libras centum. Fundum Laurentinum iuxta Formiam cum balneo, & omnem agrum, a post Sessorianam viam, & * in ærarium, vsq; ad viam Latinā, ad montem Gabum. Ipsum montem Gabum, possessionem * Augustæ Helenæ, præstantem solidos mille.* cxx. Insulam Sardiniam cū possessionibus omnibus, p̄stantem solidos mille vigintiquatuor. Messanā cū possessionibus suis oībus, p̄stantem solidos.dcccx. Insulam * Matyziam, præstantem solidos.dc. Possessionem in territorio Sabineñ. quæ appellatur ad duas casas, sub monte * Laureti, præstantem solidos ducentos.

als, Merariū, vel, Merarū. al. Augusti & Helenæ alias. ccc.

als, Matyrā, vel, Matyriæ al. Lucretij

C ¶ Eodem tempore fecit Constantinus augustus basilicam in ciuitate Ostia iuxta portum vrbis Romæ, beatorum apostolorum Petri & Pauli & Iohannis Baptistæ, vbi obtulit hæc, Patenam argenteam, pensantem libras triginta. Calices argenteos decem, pensantes singuli libras quinq;. Amas argenteas duas, pensantes singulæ libras decem. Pharos argenteos triginta, pensantes singuli libras quinq;. Scyphos argenteos duos, pensantes singuli libras octo. Patenam argenteam chrismalem singularem, pensantem libras decem. Peluem ex argento ad baptismum, pensantem libras viginti, Insulam, quæ dicitur * Assis, quæ est inter portū & Ostiam & possessiones omnes maritimas, vsq; ad digitum solis, præstantes solidos trecētos. Possessionem Graccorum in territorio Ardeatino, præstantem solidos triginta. Possessionem Quirini in territorio Ostieñ. præstantem solidos.cccxi. Possessionē Balniolum in territorio Ostieñ. præstantem solidos.xlij. Possessionem Nymphulas, præstantem solidos triginta. Item, quæ obtulit Gallicanus basilicæ suprascriptæ, sanctorum apostolorum Petri & Pauli & Iohannis Baptistæ. Obtulit aūt hæc. Coronam argenteam cum delphinis, pensantem libras.xx. Calicem argenteū anaglyphum, pensantē libras.xv. Amam argenteā, pensantē libras.xviij. Massam Mallianā in territorio Sabineñ. præstantē solidos.cxv. & tremissem. Fundū pictuas in territorio Veliterno, p̄stantem solidos.xliij. Fundū Suroꝝ via Clodia in territorio Veientano, præstantem solidos.lvi. Massam Gargilianam in territorio Suessano, præstantem solidos.dclvi.

In ciuitate Ostia basilica s. Petri & Pauli & Ioh Bap.

alias forte, Allium.

Iste Gallicanus subscribit in data edicti Cōstantini.

¶ Eisdem temporibus fecit Constantinus augustus basilicam in ciuitate Albaneñ. sancti Iohānis Bapt. vbi posuit hæc. Patenam argenteam, pensantem libras.xxx. Scyphum argenteum deauratum, pensantē libras.xij. Calices ministeriales decē, pensantes singuli libras ternas. Amas argenteas duas, pensantes singulæ libras.xx. Possessio

In ciuitate Albaneñ. basilica s. Ioh. Bap.

Possessiones lacum turni, alias Laurẽtinas cum adiacentibus campestribus, præstã tes solidos. lx. Fundũ molas, ꝑstãtem solidos. l. Possessionẽ Albanensem cum lacu Albano, præstantes solidos. cc. l. Massam Muci, præstantem solidos. c. lxx Omnia scheneca deserta, vel domos ciuitatis in vrbe Albaneñ. omnia in circuitu ecclesiæ Constatinianæ obtulit Augustus, alias Constantinus obtulit augustus. Possessionem orti, præstantem solidos. xx. Possessionem Tyberij Cæsaris, præstantem solidos. lxxx. Possessionem Marinas, præstantem solidos. l. Possessionem Armatianam in territorio Corano, alias Sorano, præstantem solidos. c. l. Possessionem Statilianam, præstantem solidos. lxx. Possessionem Medianam, præstantem solidos. xxx.

In vrbe Capuana basilica apl'orũ quæ dr̃ Constatiniana

¶ Eisdem temporibus fecit Constantinus augustus intra vrbem Capuanam Basilicam apostolorum, quam cognominauit Constantinianam. Vbi & obtulit dona hæc. Patenas argenteas duas pensantes singulæ libras. xx. Scyphos argenteos. iij. pensantes singuli libras. viij Calices ministeriales. xv. pensantes singuli libras duas. Amas argenteas duas, pensantes singulæ libras. x. Candelabra ærea in pedibus. x. numero quatuor, pensantia singula libras. clxxx. Pharos cantharos argenteos numero. xxx. pensantes singuli libras. v. Pharos cantharos æreos, numero. xxx. Et obtulit possessiones. Massam Statilianam in territorio Menturino, alias Menturñ. præstantem solidos. ccc. xv. Possessionem in territorio Caietano, præstantem solidos. lxxxv. Possessionem Paterni in territorio Suessano, præstantem solidos. cl. Possessionem ad Centum in territorio Capuano, præstantem solidos. lx. Possessionem Gauronicam, alias Bauronicam in territorio Suessano, præstantem solidos. xl. Possessionem Leonis, præstantem solidos. lx.

In ciuitate Neapoli basilica.

¶ Eisdem temporibus fecit Constantinus augustus basilicam in vrbe Neapoli, vbi obtulit hæc. Patenas argenteas duas, pensantes singulæ libras. xxv. Scyphos argenteos duos, pensantes singuli libras. x. Calices ministeriales. x. pensantes singuli libras duas. Amas argenteas duas, pensantes singulæ libras. xv. Pharos argenteos. xx. pensantes singuli libras octo. Pharos æreos. xx. pensantes singuli libras. x. Fecit autem formam aquæductus per miliaria octo. Fecit aũt & forum & donũ, alias dona obtulit. Possessionem * Macarij, præstantem solidos. cl. Possessionem Cimbranã, præstantem solidos. c. v. Possessionem Sclinam, præstantem solidos. c. viij. Possessionem Afilas, præstantem solidos. cxl. Possessionem Nymfulas, ꝑstantem solidos. xc. Possessionem Insulæ cum castro, præstantem solidos. lxxx.

al's, Macharie

Titulus in vrbe Roma sancti Syluestri. Est aũt basilica habẽs hũc titulum.

Eisdem temporibus constituit beatus Syluester in vrbe Roma titulum suum in regionẽ tertiã iuxta thermas Domitianas, quæ cognoĩant Traianæ, titulũ scilicet Syluestri, vbi donauit Constãtinus augustus patenã argẽteam, pẽsantẽ libras. xx. Scyphos argẽteos duos pẽsantes singuli libras octo. Amam argẽteam, pẽsantẽ libras x. Pharos cantharos argẽteos. x. pẽsantes singuli libras. v. Cantharos cerostrotos æreos. xvi. pẽsantes singuli libras. xl. Calices argẽteos ministeriales quinq;, pẽsantes singuli libras duas. Fundum Percilianum in territorio Sabineñ. præstantem solidos. l. Fundum Barbatianum in territorio Ferentino, præstãtem solidos. xxxv & tremissem. Fundũ Statianũ in territorio Trebulano, præstantem solidos. lxvi. & remissem. Eundũ Beruclas, alias Heruclas in territorio Corano, ꝑstantẽ solidos xlv. Fundũ Sulpitianum in territorio *Corano, præstãtẽ solidos. lxx. Fundum Tauri in territorio Veietano, præstãtem solidos. xlij. Fundũ Sentianũ in territorio Tiburtino, præstãtem solidos. xxx. Fundũ Ceianum in territorio Prenestino, ꝑstantem solidos. l. Fundum* Termulus in territorio Prenestino, prestãtem solidos xxxv. Possessionem Cylonis in territorio Prenestino, præstãtem solidos. lviij. Obtulit & omnia necessaria titulo Equitij. Hic Syluester fecit ordinationes sex ꝑ mensem Decembrem, presbyteros. xlij. diacones * xxvi. ep̃os ꝑ diuersa loca numero. * lxv. Hic sepultus est in cœmiterio Priscillæ via Salaria, apud vrbem Romam miliario tertio, pridie Kaleñ. Ianuarij. Qui catholicus & confessor quieuit. Et cessauit episcopatus dies quindecim. Hæc Damasus.

alias, Sorano

al's, Termulas.

alias. 66 alias. 36

Præfa-

A

PRAEFATIO IN NICAENVM CONCILIVM.

Beatissimo Syluestro in vrbe Roma apostolicæ sedis antistite, Constantino augusto, & Licinio Cæsare, consulatu Paulini & Iuliani virorum clarissimorum, ab Alexandro, millesimo tricesimosexto anno, mense Iunio. xiij. Kalendas Iulij, propter insurgentes hæreses fides catholica exposita est apud Nicæam Bithyniæ, quam sancta & reuerendissima Romana complectitur & veneratur ecclesia, Quippe quam trecenti, decem & octo patres, mediantibus Victore atque Vincentio, religiosissimis Romanæ sedis presbyteris, inspirante deo, ad destruenda Arrij venena protulerunt. Nam & nonullæ regulæ subnexæ sunt, quas memorata suscipiens confirmauit ecclesia. Sciendum est sane ab omnibus catholicis, quoniam sancta ecclesia Romana, nullis synodicis decretis prælata est, sed euangelica voce domini, & saluatoris nostri primatum obtinuit, vbi dixit beato Petro apostolo: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum, & quæcunq; ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunq; solueris super terram, erunt soluta & in cœlo. Adhibita est etiam societas in eadem Romana vrbe beatissimi apostoli Pauli vasis electionis, qui vno die, vnoq; tempore gloriosa morte cum Petro, sub principe Nerone, agonizans, coronatus est, & ambo pariter ecclesiam sanctam Romanam Christo domino consecrarunt, alijsq; omnibus vrbibus in vniuerso mundo eam sua præsentia, atq; venerando triumpho prætulerunt. Et licet pro omnibus assidua apud deum omnium sanctorum fundatur oratio, his tamen verbis Paulus beatissimus apostolus Romanis proprio chirographo pollicetur, dicens: Testis em̄ mihi est deus, cui seruio in spiritu meo, in euangelio filij eius, q̄ sine intermissione memoriam vestri facio in orationibus meis. Prima ergo sedes est, cœlesti beneficio, Romanæ ecclesiæ, quam beatissimi apostoli, Petrus & Paulus suo martyrio dedicarunt. Secunda autem sedes apud Alexandriam, beati Petri nomine, a Marco eius discipulo, atq; Euangelista cōsecrata est, quia & ipse in Aegypto primus verbū veritatis, directus a Petro, prædicauit, & gloriosum suscepit martyrium. Cui venerabilis successit * Abilius. Tertia vero sedes apud Antiochiā, eiusdem beati Petri apostoli nomine habetur honorabilis, quia illic, priusquam Romam veniret, habitauit, & * Ignatium episcopū constituit, & illic primum nomen Christianorum nouellæ gentis exortum est. Nam & Hierosolymitanus episcopus, pro tanti loci reuerētia, ab oībus habet honorabilis, maxime q̄ illic primus beatissimus Iacobus, qui dicebatur iustus, qui etiam secundum carnem frater domini nuncupatus est, a Petro, Iacobo, & Iohanne apostolis est episcopus ordinatus. Itaq;, secundū antiquorum patrum diffinitionem, sedes prima in Hierosolymis esse minime dicitur, ne forte ab infidelibus, aut idiotis sedes domini nostri Iesu Christi (quæ in cœlo est) in terra esse putaretur. Etenim sedes eius cœlum, terra autem scabellū pedum eius est, quoniam ipse est, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil, quoniā ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorū. Amen. Apud Ephesum vero beatissimus Iohannes apostolus & Euāgelista, multo tempore post resurrectionem, & ascentionem in cœlos domini nostri Iesu Christi commoratus est, ibiq; etiam euangelium, quod secundū Iohannem dicitur, diuina inspiratione conscripsit, atq; requieuit. Et ob hoc episcopus Ephesinus, pro tanti apostoli & Euangelistæ memoria, cæteris episcopis metropolitanis in synodis honorabiliorem obtinet sedē. Sed qm̄ de Concilio Nicæno differendū est, quæ hoc fecerit causa, vt post illam apostolorum gloriosam p̄dicationem, quæ in omnem terram mirabiliter diffusa est, sub

B C

Idē habet supra in.3.dec. epla Anacle. pp. Et dist. 22 Sacrosancta Rom. Et i decre. Iuo. lib. 4

Roma. 1. b

al's, Anianus, & post hunc Abilius.

al's, Zachæū, postea Euodium, post quē Ignatium,

Esa. 66. a & Acto. 7. f Iohan. 1. a Roma. 11. d

est sub Constantino augusto tanti congregarentur episcopi, Rufini nobis decimus liber, qui coniunctus est nouẽ libris ecclesiasticæ historiæ, quos vir eruditissimus Eusebius Cæsariensis ædidit, necessario profertur ad mediũ, vt parua, quæ eius inter initia de Arrij peruersitate conscripta sunt, memorent. Quia dubium nõ est, ideo trecẽtos, decem & octo sanctissimos patres, ex vniuerso orientali atq; occidentali orbe in Nicæa Bithyniæ cõgregatos, vt & Arrij impium dogma, Christi auxilio funditus damnaretur, & salubri prouidẽtia cõstituerent, quid in sancta catholica ecclesia debeat obseruari. Item ad locũ ex libro decimo Rufini. Igitur quũ apud Alexandriam post Achillam, qui Petro martyri successit, suscepisset Alexandex sacerdotiũ, quia pax nostris, & quies a persequutionibus erat, atq; ecclesiarũ gloria confessorũ meritis gaudebat, prosperitas rerũ nostrarũ domestica contentione turbabatur. Etenim presbyter quidã apud Alexandriam, nomine Arrius, vir ipse & forma magis q̃ virtute religiosus, sed gloriæ, laudisq;, & nouitatis improbæ percupidus, praua quædã de Christi fide proferre, & quæ antea in quæstionẽ nunquã venerant, cœpit. Abscindere em̃, ac separare, ab illa æterna & ineffabili dei patris substantia, vel natura, filium conabatur. Quæ res in ecclesia plurimos cõturbabat, & a dulci mentis tranquillitate dimouebat. Sed quũ Alexander episcopus, natura lenis & quietus, * assidue cõmonitionibus Arrium cuperet a prauo incepto, & assertionibus impijs reuocare, nec tamen res ex sententia procederet, & q; plerosq; quodam contagio pestiferæ assertionis infecerat, non solum apud Alexandriam, verũ & per alias vrbes, prouinciasq; dispersesrat, pernitiosum fore credens, si dissimularet a talibus, plurimis consacerdotibus suis rẽ indicat, quæstio latius innotescit, sermo vsq; ad aures religiosi principis (quippe qui omni studio & diligentia curaret, quæ nostra sunt) peruenit. Tum ille, ex sententia sacerdotũ, apud vrbem Nicæam episcopale Concilium conuocat, ibiq; Arrium trecentis, decem & octo episcopis residentibus, adesse iubet, ac de eius propositionibus & quæstionibus iudicare. Sed, in eo Concilio admirabile factũ principis, non puto reticendum. Etenim quũ ex omnibus pene locis episcopi conuenissent, & (vt fieri solet) diuersis ex causis inter se quædã iurgia detulissent, interpellabat frequẽter a singulis. Offerrebãtur libelli, culpæ proferebantur, & magis ad hæc q̃ ad id, pro quo fuerat ventũ, animos dabant. At ille videns, q; per huiusmodi iurgia, causa summi negotij frustraret, diẽ certũ statuit, quo vnusquisq; episcoporũ (si quid querimoniæ habere videret) deferret. Et quũ resedisset, suscepit a singulis libellos. Quos simul omnes in sinu suo continens, nec, in eis quod cõtineretur, aperiens, ait ad episcopos: Deus vos constituit sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoq; iudicãdi, & ideo nos a vobis recte iudicamur, vos aũt nõ potestis ab hominibus iudicari. Propter quod dei solius inter vos expectate iudiciũ, vt & vestra iurgia, quæcunq; sunt, ad illud diuinũ reseruentur examen. Vos etenim nobis a deo dati estis dij. Conueniens non est, vt homo iudicet deos, sed ille solus, de quo scriptũ est: Deus stetit in synagoga deorũ, in medio aũt deos discernit. Et ideo his omissis, alia, quæ ad fidẽ dei pertinent, absq; vlla animorũ contentione discutite. Quũ hæc dixisset, omnes simul querimoniarũ libellos iussit exuri, ne innotesceret vlli odium, & * suggillatio sacerdotum. Verum, quũ per dies multos in episcoporũ Concilio de fide quæstio verteretur, & nõnulli diuersa sentirent, ac vehementer cœptis Arrij fauerent, plures tamẽ erant, qui impium Arrij execrarent inceptum. Quumq;, in eodẽ Concilio esset confessorũ magnus numerus sacerdotũ, omnes Arrij nouitatibus aduersabant. Fauebãt vero ei viri in q̃stionibus callidi, & ob id simplicitati fidei *aduersabant. Quantã vero habeat virtutẽ fidei simplicitas, etiam ex his, quæ ibi gesta * sunt, cognoscimus. Etenim quũ pro studio religiosi imperatoris, ex omni terra sacerdotes dei conuenissent, opinione commoti, philosophi quoq;, & dialectici valde nobiles & opinatissimi conuenerunt. In quibus, quidam insignis in arte dialectica, per dies singulos conflictum summi certaminis cũ episcopis n̄ris, viris æque in dialectica non*improbabiliter eruditis, mouebat. Et fiebat ingens spectaculũ, conuenientibus ad audiendum doctis & literatis viris. Nec tamen vllo genere philosophus concludi a quodam poterat aut

constrin-

ca.1.lib.10.eccle.hist.

als, assiduis

Psalm.81.

als, simulatio

als, aduersi

als, referunt.

cap.3.lib.10

als, improportionabilr

A constringi. Tanta etenim dicendi arte obiectis quæstionibus occurrebat, vt vbi maxime putaretur astrictus, velut anguis lubricus elaberetur. Sed vt ostenderet deus, quia non in sermone regnum dei, sed in virtute consistit, quidam ex confessoribus, simplicissimæ naturæ vir, & nihil aliud sciens, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum, inter cæteros auditores episcopos aderat. Qui quū vidisset philosophū insultantem nostris, & callida se disputationis arte iactantem, poscit ab omnibus locū, velle se paucis cū philosopho sermocinari. Tum vero nostri, qui simplicitatem viri, & imperitiam in sermone dumtaxat nossent, pauere, & velut pudorē quendam cœperunt pati, ne forte apud callidos homines risui efficeret sancta simplicitas. Perstitit tamen senior, & hinc mouit sermonis exordium, In nomine (inquit) Iesu Christi, philosophe, audi, quæ vera sunt. Deus vnus est, qui fecit cœlum & terrā, quiq; homini, quem de limo terræ formauerat, spiritū dedit, vniuersa quæ vident & quæ nō videntur, virtute verbi sui creauit, & spiritus sui sanctificatione firmauit. Hoc verbū ac sapientia, *quam nos filium dicimus, humanos miseratus errores, ex virgine nascitur, & per passionem mortis a perpetua nos morte liberauit, ac resurrectione sua æternā nobis cōtulit vitam, quem & expectamus, iudicem omnium, quę egerimus, esse venturum. Credis hæc ita esse philosophe? At ille, ac si nunquā vllum sermonē contra dicendi didicisset, ita obstupefactus virtute dictorum, mutus ad omnia, hoc solum potuit respōdere, ita sibi videri, nec aliud verū esse, q̄ quod dixerat. Tunc senior: Hæc

B (inquit) si ita esse credidisti, surge, & sequere me, ac dominicū, & huius fidei signaculum suscipe. Et ita philosophus Christianus effectus, tandem se gratulatus est victū.

1.Cor.4.b
1.Cor.2.a
Gene.2.a
al's, quem

In illo etiam Concilio fuit * Pafnutius homo dei, episcopus Aegypti, in quo tanta virtute inerat gratia, vt signa per eum non minus, q̄ dudum per apostolos fierent. Quo etiam in tempore, & Spiridion Cyprius episcopus insignis habebatur. Tales igitur, in illis adhuc temporibus, multi viri in ecclesijs domini refulgebant, ex quibus plurimi in illo concilio fuerunt. Interea per dies singulos agitabatur conuentus, nec facile, aut temere de re tanta statuere audebant. Et *vocabatur Arrius frequenter in concilium, & assiduo tractatu assertiones eius discutiebant, & quid aduersum hæc teneri deberet, ac statui, summa cū * deliberatione quærebant. Verū post diutinū, multumq; tractatum, placuit omnibus, ac velut vno cunctorum ore & corde decernitur, homousion conscribi debere, id est, eiusdem cū patre substantiæ filium confiteri, idq; firmissima omnium sententia pronuntiatur. Decem & septem soli tunc fuisse dicun-

C tur, quibus Arrij magis fides placeret, extrinsecus creatum dei filium ex nullis substātibus, & non ex ipsa patris deitate progenitum confirmantes. Defertur ad Constantinum sacerdotalis concilij sententia. Ille, tanquam a deo prolatum, veneratur. Cui, si quis tentasset obniti, velut contra diuina statuta venientem, in exilium se protestatur acturum. Sex igitur soli cum Arrio se patiuntur expelli, reliqui vero vndecim, concilio inter se habito, acquiescunt ad subscribendum manu sola, nō mente. Cuius simulationis author præcipue extitit, Nicomediæ episcopus Eusebius.

al's, Pafuntius ca.4.li.10. ecclesiast.hist. ca.5.lib.10
al. Euocabat
al's, libratione quærebat

¶ Item, aliud quoddam præambulum pro eodem concilio Nicæno, tempore Syluestri papæ primi.

TAnto sane certius ac sacratius, nobis esse debet hoc conciliū, quāto cōtentiosius olim orbis Christianus varijs propter ipsum cōcussus est tumultibus & dissidijs, dū contra illud insurgeret totis conatibus mundi dn̄s Imperator Constantius augustus, Constantini maximi filius. Congregans em̄ multa & numerosa episcoporum cōcilia, iam in Oriente, iam in Occidente, quibus acta sacratissima huius concilij rescinderēt, in eam postremo angustiam redegit ecclesiam catholicam, vt in tribus tantū episcopis assertio eius fidei cōsistere videretur, teste Hieronymo, in Athanasio (videlicet) Alexandrino, Hilarioq; Pictauien. & Romano pontifice Liberio. Hos tamen ille sic exagitauit exilijs, & persequutionibus, vt Liberius tandem fractus ærumnis, in sententiam impij prin

cipis, dum restitueretur, cessisse sit iudicatus. Nisi igitur in solidissima fidei petra (su- Matth.16.c pra quam ecclesiam suam extruxit Christus) fuissent decreta, & huius concilij acta per spiritum sanctum fundata, præualuissent vtique tam præpotentes illæ inferorum portæ, quæ sæpe. CCC. & amplius episcoporum subscriptionibus per varia concilia Mediolani, Arimini, Sirmij, Seleuciæ, Antiochiæ, &c. a Constantio augusto cõuocata, sacrosanctam huius concilij fidem abolere nitebantur, id quod ex historijs ecclesiastica & tripartita notissimum est. Quanta igitur existimari debet Nicænæ fidei firmitas & certitudo, quam neque potentia atque versutia Constantij augusti, neque ingenium, & apostaticum Iuliani Imperatoris odium, neque decem & amplius concilia numerosa subscribentium episcoporum, nec item Valentis aug. & Iustinæ aug. impij conatus, nec denique tot populorum, barbarorumque in Gothis, Vandalisque gentium, Matth.7.d seuæ impugnationes euertere atque abolere potuerunt. Nam quia fundata erat supra firmam petram, ideo nec pluuiæ subscriptionum episcopalium, nec flumina popularium vexationum, nec seui persequutionum imperialium, regaliumque venti in domum istam irruentes, eam euertere valuerunt. Stetit immota illius fidei veritas, atque inuicta authoritas, dum tot, tantisque quassaretur hæreticorum turbinibus & procellis. Permansit deinde in quieta possessione annis plus mille, ad hæc vsque tempora periculosa, in quibus audax impietas huius quoque concilij, vt omnium pia instituta sugillare non formidat, dum alius ordines sacros, alius homousij vocabulum contemnit & odit. Sed facile sustinebit hos nouorum hostium impetus & incursus synodus il- E la, tot iam seculis firmissime radicata, & per verbum domini, cui innititur, in æternum Esaiæ.40.b Psalm.118. permansura, quicquid in illam dicant, agantque audaces apostatæ. Sic enim publica lege ante M.C. annos de ea statuerunt pij principes Gratianus, Valẽtinianus, & Theodosius. Arceantur cunctorum hæreticorum ab illicitis congregationibus turbæ, & C. de sum. trini. & fide cath. lib. 1 vnius, & summi dei nomen vbique celebretur, Nicænæ fidei dudum a maioribus traditæ, & diuinæ religionis testimonio atque assertione firmatæ, obseruantia semper mansura teneat. Religiose autem obseruat numerum episcoporum, qui huic interfuerunt synodo, diuus Hilarius in eo, quem ad Germaniæ, Galliarumque episcopos scripsit tra- Gene.14.d ctatu, Et mihi quidem (inquit) ipse ille hic numerus sanctus est, in quo Habraam victor regum impiorum, ab eo, qui æterni sacerdotij est forma, benedicitur. Cæterum de numero canonum eius non vna est omnium sententia. Nunc enim solum assignantur. xx. eius canones. At in epistolis Athanasij & Iulij papæ. lxx. canones fuisse memorantur. Hæc enim sunt verba (vt refert Gratianus) beati Athanasij ad Marcum Dist.16. Septuaginta Rom. pont. Septuaginta Nicæni concilij capitula, quæ de præfata synodo, iubente dño meo Alexandro, decreta omnium episcoporum attuli, quæ sunt igne combusta, F optamus, vt a sede sanctæ ecclesiæ vestra authoritate percipere per pſentes legatos als. lxxx mereamur. Itẽ, Præsentibus nobis. * lxx. in memorata synodo capitula tractata sunt, alias. xl. * xxx. a Græcis, græca ædita lingua, &. * xxx. a Latinis, similiter ædita lingua, sed vi- alias. xl. sum est. cccxviij. patribus, spiritu sancto repletis, & maxime iam dicto Alexandro, Luc.10.a & apostolicæ sedis apocrysarijs, vt decem capitula adunarentur alijs, atque alijs congruis locis insererentur, & ad formam. lxx. discipulorum, vel totius orbis terræ linguarum. lxx. tanti, & tam excellentis concilij fierent capitula, quæ omnem Christianorum informarent orbem. Quomodo ergo. xx. tantum capitula in Nicæna synodo statuta dicuntur, quũ. lxx. capitula (vt Athanasius scribit) in ea statuta monstrentur? His ita respondetur. Capitula Nicænæ synodi quædã in dissuetudinẽ abierunt, xx. tantum in Romana ecclesia habent. Vnde Stephanus papa Luthobio episcopo Di.16. Viginti tm ca. Moguntino scribens, ait: Viginti tantũ capitula Nicænæ synodi in sancta Romana ecclesia habent, sed quo neglectu alia defecerint, ambiguum est. Plurimi arbitrantur Antiochæno concilio esse ea inserta. Hæc ibi. Nonnulla in Sardicense concilium translata sunt, vt infra patebit ex præfatione concilij Carthaginen.

tripar. hist. li. 1. cap. 9 Constantinus igitur, dum ad eum solum omne Romanorum peruenisset imperium, edictis publicis vsus est, vt orientales subiecti impauide religionem colerẽt Christi, & diligenter diuinitati ministrarent. Iudicium itaque maximum reuerentiæ pij

prin-

A principis circa religionem fuit, quia vbiq; administrantiū sententias imperfectas esse voluit, & ad episcopos per appellationē refugiendum esse sanciuit, si qui vellent ciuiles iudices refutare, firmam vero illorū sententiam iudicans, potioremq; iudicū aliorum, & tanquā ab Imperatore prolatam, ab omnibus obseruandā, & inconuertibiles esse terminos synodales. Et licet per omnia floreret ecclesia, non tamen pertulit inimicus eleuatam simul atq; splendentē valde respiciens, sed maliuola cœpit mouere concilia, contendens, gubernatā a dño, & vniuersorū creatore, submergere. Vbi aūt hoc principiū, & quemadmodū hæc inimicus zizania seminauerit, enarrabo. Alexandria ciuitas est magna, & hominū multitudine copiosa, non Aegyptiorū solūmodo, sed etiā Thebæorū & Libycorū circa Aegyptū obtinens principatum. In huius itaq; ciuitatis p̄sulatu, post Petrū illū inclytū propugnatorē, successit Achillas. Is enī sub illo egregio Petro Arriū ordinatū diaconū, captūq; in * Meletij nouitatibus, & ab ecclesia pulsum, rogatus a fidelibus, denuo suscipiēs, ministrare p̄cepit. Post Achillam vero Alexander, fortissimus euāgelici dogmatis p̄dicator, ordinat̃ eps. Hoc tpe Arrius in ordine quidē presbyterorū erat, & expositionem diuinarū scripturarū videbatur habere cōmissam. Videns aūt Alexandrū pontificatus gubernacula suscepisse, euentū temporis non portauit, sed & mordacitate compulsus, litis quærebat initium. Porro laudabilem videns viri conuersationē, nequaquā calumnias cōtexere p̄ualebat, veruntamen quiescere illum prohibebat inuidia. Hunc ergo inueniens inimicus veritatis, per eum nisus est excitare in ecclesia tempestatē. Apostolicis enim

vbi supr. c. 12

aľs, Melitij

B Alexandri doctrinis instabat aperte resistere. Et ille quidem diuina sequens eloquia, æqui honoris cum patre, & eandē substantiam habere cū deo genitore filium p̄dicabat. Arrius aūt ediuerso veritati repugnans, creaturā filium, facturamq; dicebat, adijciens, erat aliquādo, quando nō erat, & alia, quæ ex illius literis iudicant̃ insana. Hæc ergo, non solum in ecclesia persistebat, docens, sed etiam in extraneis cōuentibus atq; concilijs, & domos circumiens, quibuscunq; poterat, suadebat. Sozomenus. * Reprehendētes aūt quidā huiusmodi viros, Alexandrū quoq; * culpabāt, tanq̄ nō vtiliter sileret, dum contra dogma fierent nouitates. At ille arbitratus, melius esse, de dubijs sermonē ex vtraq; parte proponendū, vt nō videret̃ ex necessitate, sed potius ex satisfactione certamen ablatū, iudex cum clero residens, ad altercationem adduxit vtramq; partē. Vt aūt euenire solet circa certamina verborū, vtriq; superare nitebantur. Arrius tamen nullatenus acquiescere volebat, q̄ consubstātialis filius & coæternus esset patri. Theodoritus. Alexander aūt apostolicorū dogmatū p̄dicator, prius quidem eum reuocare admonitionibus & consilijs nitebat̃. Quū vero eum su-

alias, Reprehendens

aľs, culpabat

ecclesiast. historiæ libro. 1. ca. 2. & 3

C perbire vidisset & apertæ impietatis facinora p̄dicare, ex ordine sacerdotali remouit. Hoc itaq; tempore, Romanæ quidem ecclesiæ Syluester * gubernacula retinebat. Tunc igitur Alexandrinus Alexander videns Arrium amoris iudiciarij aculeo stimulari, & multos ad blasphemias deceptos erigere, conciliaq; propria celebrare, ecclesiarū præsulibus eius blasphemiam suis literis indicauit.

aľs, gubernacula retinebat.

¶ Epistola Alexandri, episcopi Alexandrini ad ep̄os vniuersos. Socrates.

DIlectissimis atq; clarissimis, vbiq; catholicæ ecclesiæ cōministris, Alexander in dño salutem. Quū vnū catholicæ sit corpus ecclesiæ, mandato existente in scripturis sacris, vt seruet̃ vinculū pacis & * vnanimitatis, consequens est, debere nostris scribere, & alterutris, quæ apud singulos aguntur, insinuare, vt siue patitur, siue gaudet vnū membrum, cōpatiamur, aut congaudeamus ad inuicē. In nostra igitur parochia nunc egressi sunt viri iniqui, & Christo rebelles, docentes apostasiam, quā recte quilibet p̄currere suspicet̃ Antichristo. Et volui quidē, hoc taciturnitati contradere, si quomodo inter solos apostatas consumeretur hoc malū, & non loca alia penetrando, simplicitatē sordidaret auditus. Sed q̄m Eusebius nunc Nicomediæ, putans in se consistere causas ecclesiæ (quia quum reliquisset Berytiorum ciuitatem, & concupisset Nicomediensem ecclesiam, nō est in eo vltio

vbi supra cap. 13

Ephe. 4. a

aľs, vnitatis

1. Corī. 12. d

subsequuta)patrocinatur,etiam his apostatis,& scribere vbiq; molitus est,commendans eos,si quomodo trahat aliquos ignorantes ad hanc pessimam hæresim,& Christo rebellem. Ideoq; necessariũ iudicaui,sciens quod in lege scriptum est,vlterius nõ tacere,sed vobis omnibus indicare,quatenus etiam vos sciatis apostatas,& eorũ hæresis verba nequissima caueatis. Si ergo scripserit vobis Eusebius,ne recipiatis eũ, nec eius scripta suscipiatis. Antiquam em̃ calliditatem tempore compressam, nunc per istos renouare volens,fingit quidem se quasi pro istis scribere, opere vero demonstrat,quia pro semetipso talibus studere festinat. Apostatæ vero sunt isti, Arrius & Achillas. Cum eis aũt apostatauerunt hi, Aithalis, Carponius, alter Arrius, Sarmatius, Euzoius, Lutius, Iulius, Menas, & Helladius, Gaius, Secundus, & Theonas,q episcopi aliquando sunt dicti. Ea vero, quæ opinantes loquuntur, huiusmodi sunt, Non semper(inquiunt)deus pater fuit,non semper fuit dei verbũ, sed fuit,quando deus pater non fuit,dei aũt verbũ ex non existentibus factũ est. Existens em̃ deus, ex non existente,non existentem fecit,quapropter aliquãdo fuit, quando non fuit. Creatura est em̃ & factura filius,nec similis est patri secũdũ substãtiã,neq; verus est, neq; vera eius sapientia est,neq; verũ naturaliter patris verbũ est,sed vnus quidẽ creaturarum & facturarũ est. Abusiue aũt dicitur verbum & sapientia, factus & ipse,& existens in proprio dei verbo,& in dei sapientia,in qua & ipsum,& om̃ia fecit deus. Vnde & conuertibilis est,& mutabilis per naturam,sicut & vniuersa rationalia. Peregrinum em̃ & extraneum & remotum est verbũ a paterna substantia, & inuisibilis est filio pater. Non em̃ perfecte & integre nouit filius patrem, neq; eum perfecte videre potest. Nam nec suã substantiam nouit filius, sicut est. Propter nos em̃ factus est,vt nos per eum tanq̃ per instrumentum crearet deus. Et nequaq̃ substitisset, nisi nos deus facere voluisset. Requisiuit ergo quidã eos,si potest dei verbum conuerti, sicut diabolus est cõuersus. Et nequaq̃ dicere timuerunt, vtiq; potest,tanquã *naturę conuertibilis existens,factus(aiunt)& conuertibilis est. Hæc itaq; dicẽtes,id est, Arrium,& qui cũ eo sunt,& in his impudenter instantes,ipsos,& sequaces eorum nos quidẽ cum episcopis Aegypti,& Libyarũ,pene centum conuenientes anathematizauimus. Qui vero circa Eusebium susceperunt,miscere studentes veritati mendacium,& impietatem cũ pietate sociare,sed non præualebunt. Vincet em̃ veritas,nec vlla communio est luci cum tenebris,neq; concordia Christi cum Belial. Quis etenim talia audiuit aliquando? Aut quis hæc nunc audiens verba,non metuet, aut aures continuo non obturabit,ne sordibus talium verborum eius polluatur auditus? Quis audiens,dicente Iohanne,in principio erat verbum,non reprehendet istos, dicentes,fuit aliquando,quãdo non fuit? Aut quis audiens in euangelio, vnigenitus filius,& per ipsum omnia facta sunt,non odio habebit dicentes, quia vnus creaturarũ est filius? Quomodo ergo potest vnus esse horum,quæ per eum facta noscuntur? Aut quomodo vnigenitus,qui omnibus secundũ illos connumeratur? Quomodo etiam ex non existentibus erit,dicente patre: Eructauit cor meum verbũ bonum. Et iterũ: Ex vtero ante luciferũ genui te? Aut quomodo dissimilis patri substantia, quũ sit imago perfecta,& splendor patris,qui dicit,Qui me videt, videt & patrem? Quomodo si verbũ & sapientia dei est filius,fuit aliquando, quando non fuit? Simile est em̃,ac si dicant,sine verbo & sine sapientia fuisse aliquando deum. Vel quomodo est & conuertibilis & mutabilis,qui dicit per se,Ego in patre,& pater in me? Et iterum: Ego & pater vnum sumus? Per prophetam vero, Videte(inquit) me, videte, quia ego sum,& nõ mutabor. Nam licet in eo verbo illud dictum sit Apostoli,quia factus est homo,tamen mutatus nõ est,sed sicut dixit Apostolus,Iesus Christus heri & hodie,ipse & in secula. Quæ,putas causa suasit eis, vt dicerent,quia propter nos est factus,quũ Paulus scribebat,propter quem omnia,& per quẽ omnia? Vnde vero blasphement,quia nescit perfecte filius patrem,mirandum nõ est, Nam semel habentes propositũ rebellandi Christo,repercutiunt etiam vocẽ eius,dicentis: Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem. Si ergo ex patre pater nouit filium, palam est, quia & filius non perfecte nouit patrem. Si aũt hoc dicere, impium est(nouit enim perfe

[Marginal notes: Esaiæ.58.a — als,natura — 3.Esd.3.c — 2.Cor.6.c — Iohan.1.a — Iohan.1.a. & b.& Ioh.3.b — Psal.44 — Psal.109 — 2.Corũ.4.a — Hebr.1.a — Iohan.14.b — Ibidem.b — Iohan.10.f — Malach.3.b — Heb.13.b — Roma.11.d,& 1.Corũ.8.b — Iohan.10.c; section letters D, E, F]

A perfecte filium pater) palam est, quia sicut nouit pater suum verbum, sic & verbum nouit proprium patrem, & aliter non est. Hæc dicentes, & reuoluentes sanctas scripturas, frequenter conuincimus eos. Et rursum, tanquam Chameleontes mutantur, studentes ad semetipsos trahere, quod scriptum est, cum venerit impius in profundum malorum, spernit. Multæ siquidem ante eos hæreses fuerunt, quæ plusquã decet, præsu mentes, corruerunt in imprudentiam suam. Isti vero per omnia verba nitentes erigi ad internitionem diuinitatis verbi, per hæc illas hæreses firmare potius conati sunt, Antichristo facti propinquiores, Quapropter & abdicati, & anathematizati sunt ab ecclesia, Cõtristamur itaq; pro eorum perditione, & maxime, quia & ipsi aliquando, quæ ecclesiæ sunt, audierunt, & nunc ab ea prorsus exiliunt, non tamen admiramur. Hoc enim & Hymenæus, & Phyletus, passi sunt, & ante eos Iudas. Qui cum esset secutus saluatorem, postea proditor factus est, & apostata. Sed de his quidem ipsis nõ sumus ignari. Dominus em̃ prædixit: Videte, ne q̃s vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes, quia ego sum, & tempus prope est, & multos errare facient. Ne ergo eatis post eos. Discẽs enim hæc a saluatore, Paulus dixit:

Prouer. 18.a

1. Timo. 1.d

2. Timo. 1.d

Acto. 1.d

& Lucæ. 6.c.

Matth. 24.a

1. Timot. 4.a

B Quia nouissimis temporibus apostatabũt quidam a fide sana, attendentes ad spiritus erroris, doctrinasq; dæmoniorum, quæ veritatem auersantur. Domino siquidem & saluatore nostro Iesu Christo per semetipsum pronuntiante, & per apostolum designante de talibus, consequenter nos per nosipsos audientes impietatem eorum, anathematizauimus eos, sicut prædiximus, ostendentes eos extraneos a fide, ecclesiaq; catholica. Indicauimus autem hæc vobis, dilectissimi atq; charissimi comministri, ne quos eorum, si forte tentauerint etiam ad vos venire, suscipiatis, neq; Eusebio, vel cuilibet aliorum scribenti pro eis, obediatis. Decet enim nos tanquam Christianos, vt omnes contra Christum loquentes & sapientes, quasi deo rebelles, & animarum corruptores, totis viribus auersemur, & neq; aue huiusmodi dicamus hominibus, ne forte etiam peccatis eorum communicare videamur, sicut beatus Iohannes ait: Salutate fratres, qui apud vos sunt. Salutant vos, qui nobiscum sunt. Theodoricus. Non solum autem hanc, sed etiam ad Alexandrum Constantinopoleos episcopum missam eius epistolam, huic operi inserere non omittam, quæ clare omnia eius ostendat. Et post eam ipsius Arrij, & cæteras quoq; epistolas, quibus vtiq; narratio eget historiæ, quatenus de scripturæ veritate testent: Scripsit enim Alexander Alexandrinus hæc Constantinopoleos Alexandro.

2. Iohã. 1.c

Ecc. histo. hist. suę lib. 1. ca. 3

C

¶ Epistola Alexandri, Alexandrini episcopi, ad Alexandrum Constantinopolitanum episcopum.

Hist. tripti. li. 1. ca. 14

Theodo. lib. 1. cap. 4

CHarissimo fratri & vnanimi Alexandro, Alexander in domino salutem. Appetitus potentiæ hominum pessimorum, auaritiæq; propositum, veritati, quæ creditur esse præcipua, solet insidiari, per varias scilicet occasiones resistẽtes ecclesiasticæ pietati. Impulsi nãq; maliuoli a diabolo, in eis operãte, ad propositam sibi libidinem, & ab omni reuerentia resilientes, conculcant iudicij dei timorẽ, de quibus mihi necessarium fuit * patientiæ & reuerẽtiæ vestræ significare, vt ab huiusmodi caueatis, ne quis forte præsumat eorum, in parochias vestras accedere, vel per se, vel per alios. Valent enim magis ad seducẽdum, figmẽtis vti, vel literis falsitate compositis, quæ possunt facere præstigium, simplicẽ fidẽ, puramq; respiciẽtibus, Arrius igit & * Achillas, coniuratione nup facta, * Colloti, superbiam, & multo deterius, secuti sunt. Ille nanq; hos ipsos culpans, pessimæ voluntatis suæ inuenit occasionem, isti vero dignam illius negotiationem respicientes, nequaquam iuri ecclesiæ subiacere pertulerunt, sed speluncas sibimet latronum ædificantes, incessabilia in eis conciliabula celebrant, noctibus & diebus, contra Christum agẽtes, & cõtra nos, prauisq; libidinibus exercent, q omnẽ piam & apostolicã accusantes gloriã, iudaico schemate Chr̃o rebellare instituerũt sibimet officinã, diuinitatẽ, & ęqualitatẽ cũ patre saluatoris nostri Iesu Chr̃i negantes, oẽmq; eius salutaris dispensationis, & humilitatis propter nos habitæ, vocem decerpentes, prolatione harum, impietatis suæ

alias, patiẽti.

alias, pietati

alias Achilles

alias, Coluthi

als, Colluthi.

prædicationem exercere nituntur, quippe diuinitatis eius rationem, & ineffabilis glo riæ, quam a principio habuit apud patrem, penius euitantes, paganoꝝ & Iudæorum impiam de Christo confirmant sententiam, & laudem propriam (vt assolet) aucupãtes, oĩa qdem (quæ contra nos possunt) derisiones afferre negotiantur, seditionesq́ꝫ nobis quotidie, ac persecutiones instituunt, tam iurgia proponentes per aditiones mulieꝝ impudentium, quas seducunt, q̃ ipsi communi Christianitati derogantes, dũ eoꝝ iuuenculæ omnes circumeunt vicos, Insup irrumpibilem Christi tunicam, quã milites diuidere noluerunt, isti scindere nunc præsumunt. Et nos quidem vitam ipso rum, & nephanda conamina, eo quod laterent, tardius cognoscentes, nunc generali decreto, ab ecclesia adorante Christi diuinitatẽ, eos expulimus. Conati sunt tamen il li discursionibus vti, & aduersum nos machinari, qui apud vnanimes comministros nostros figuram pacis, & vnitatis dignitatem se exercere fingunt. Quod autem ve rum est, abripere quosdam eoꝝ ad pestem propriam per boniloquia* ficta fascinãt, & literas ab eis manifestas, & indubitatas exigunt, vt relegentes eas seductis a se per sonis, sine pœnitentia eos in delictis suis faciant remanere, tanquam vnanimes haben tes, eadem secum decernentes episcopos. Non enim, quæ apud nos male docuerũt, & egerunt, ea fatent, propter quæ etiã sunt expulsi, sed hæc aut taciturnitati contra dunt, aut fictis eos ratiocinationibus, & quibusdam obumbrationibus sepiunt, verisi milibus vero, & pomposis, corruptibilem doctrinam suam velantes eloquijs, attrahũt in deceptionem quemlibet incautum, non abstinentes etiam apud oĩes nostræ pie tati calumniari. Vnde contingit, quosdam eorum literis subscribentes, in ecclesiã susci pi, maximo (sicut reor) imminente periculo, præsumentibus talia comministris, eo qꝫ neqꝫ apostolica hoc regula patiatur, & effundunt super eos diabolicam efficaciam con tra Christum. Quapropter in nullo segnis (o charissimi) ad insinuandam vobis perfi diam eorum, memetipsum erexi. Dicunt enim, quia fuit aliquando, quando non fu it filius dei, & postea factus est, qui prius non fuerat talis factus, quia & aliquando fa ctus est, qualem & omnem hominem esse contingit. Cuncta enim (inquiũt) deus ex non existentibus fecit, omnium rationalium, & irrationalium creaturis miscere volẽ tes & filium dei. Quibus verbis consequenter aiunt, eum mutabilis esse naturæ, virtu tis, malitiæq́ꝫ, capabilem, cum ex non existẽtibus esse dicatur. Diuinas quippe scriptu ras, quibus ostenditur, eum semper esse, perimentes, quibusq́ꝫ palam designatur incõ uertibilitas verbi, & sapĩa, atqꝫ diuinitas, quæ sunt Christus. Possumus ergo (inquiũt isti polluti) & nos fieri filij dei, sicut & ille. Scriptum est enim: Filios genui, & exalta ui. Cumq́ꝫ illatum fuerit eis, quod sequitur, id est, ipsi autem spreuerunt me, quod na turale non est saluatoris, cũ naturæ sit immutabilis, omni reuerẽtia spoliantes semet ipsos aiunt. Nec aliquam proprietatẽ habet ad deũ, sed cum sit ipse natura mutabilis, sciuit de illo deus præscĩa, & præcontẽplatione, qa cum non esset spreturus, eligen dus foret ex oĩbus. Non eĩ (inquiũt) natura, quasi præcipuũ inter alios filios, aliq d habet. Nã & nec naturaliter dei filius est, nec aliquã habet ad deũ proprietatẽ, qñ etiã ipm naturæ mutabilis existẽtem, propter moderationẽ, diligẽtiam & virtutẽ, non mu tatũ ad deterius, elegit deus, cũ & si Paulus, vel Petrus ad hoc pueniss et, nihil Iesus po terat ab hoꝝ filiatione differre. Propter reprobationẽ igit huius vesanæ doctrinę, etiã diuinas literas reuoluẽtes, proposuimus illud, quod in psalmis de Christo dictũ est: Dilexisti iustitiã, & odisti iniqtatem, propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Quia vero filius dei, neqꝫ ex non existẽtibus, factus est, neqꝫ fuit aliquãdo, qñ non fuit, sufficit nos erudire Iohãnes Euangelista, scribens de eo: Vni genitus filius, qui est in sinu patris. Prouidente quippe deo, vt ostenderet *alterutris indiuisas res, noĩauit patrẽ, & filiũ, existẽtẽ in sinu patris. Sed qa inter hæc, quę ex nõ existẽtibus facta sunt, verbũ dei nequaq̃ cõnumerat, oĩa (inq t) p ipm facta sunt, pro priã nãqꝫ eius substãtiã designauit, dicẽs: In pricipio erat verbũ, & verbũ erat apd deũ & deus erat verbũ, hoc erat in pricipio apud deũ. Oĩa p ipm facta sunt, & sine ipo fa ctũ est nihil, qd factũ est. Si eĩ p ipm oĩa facta sunt, qũo, q creaturis, vt eẽnt, dona uit, ipe aliqñ nõ fuit? Non eĩ vlla rõ est, vt eius naturæ sit, q fecit, cuius illa, quæ fiũt. Si ipse

Iohan. 19. c
alias, festinãt,
Esaiç. 1. a
Psalm. 44
Iohan. 1. b
aPs, alterutri⁹
Iohan. 1. a

D E F

A Si ipse quidem erat in principio, omnia vero p eũ facta sunt, ex non extantibus fecit, & contrariũ videt his, quæ * ex non substãtibus, hoc quod existat, & valde discretũ. Inter patrẽ siquidẽ, & filium, nullum demonstrat esse spacium, nec vsquam aliquam cogitationẽ, hoc animæ phantasia percipiente. Ex non ex tantibus aũt creatus mundus, nouellam habet substantiæ, recẽtemq; natiuitatem a patre per filium huiusmodi vtiq; substantialitatẽ cũctis accipiẽtibus. Altius igit adhuc contẽplatus verbi diuinitatem, & creaturarũ vniuersam intelligẽtiam transcendẽtem, reuerẽdissimus Iohannes genituram eius, nec facturam, dicere voluit, nec p elemẽta syllabarũ factorẽ ingenitum. Vnus eñ ingenitus pater. Sed quia excedit euangelistarũ, puto, quia & angelorum percepsionẽ, & transcendit vniuersa vnigeniti filij ineffabilis substantia, non ergo reor, quia de pietate cogitantes, de hac aliquid interrogare præsumant. Propter quod dictum est: Altiora te ne quæsieris, & difficiliora te noli examinare. Nam sicut aliarum plurimarum, & huius notitia humanæ perceptioni cęlata est, quale est apud Paulum: Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit, quæ præparauit deus diligẽtibus se. Sed etiam stellas (inquit deus) ad Abraham non potes enumerare. Atq; arenã maris, & pluuię guttas, quis dinumerauit? Quis ergo audeat exterius pscrutari subsistẽtiam dei verbi, nisi forte vesanus sit? De qua propheticus spiritus dicit: Generationẽ eius qs enarrabit? Nam & ipse saluator noster præstare volens omnibus in hoc mũdo * colonis huius notitiã, ab eis exonerare festinauit, significans vltra naturã esse omniũ rerũ hanc animaduersionẽ, soli vero patri tantũ adiacere huius sciẽtiæ sacramẽtum, nullus (inquit) nouit, quis est filius nisi pater, & nemo nouit patrẽ nisi filius. Non reor ignorare sapientes, quia vesanum est sapere, ex non existẽtibus factum filium, cum vtiq; habeat tẽporale principium, quod ostẽdit, ex nõ existẽtibus factũ. Nam si tẽporibus inesse oporteret hoc, quod aiũt, erat, quãdo non erat, aut spacio seculi cuiuscũq;, & si verum est, quia omnia p ipsum facta sunt, palam est, qa & omne seculum, & tẽpus, & spacia, & aliquãdo, inter quæ reperit, quod aiũt, fuit, quãdo non fuit, p ipsum facta sunt. Et quomodo non est incredibile, eũ, qui & tẽpora fecit & secula, & momẽta, inter quæ est illud, fuit, quãdo non fuit, dicere aliqñ non fuisse? Stultũ eñ est, & omni peccato plenũ, eum, q causa est alicuius, eundem posteriorẽ dicere illius genitura, cuius causa est. Præcedit eñ secũdum eos sapĩa dei, quæ creauit vniuersa, illud spaciũ, in quo dicũt nondũ factum filiũ a patre, mentiẽte secũdum eos & scriptura, quæ dicit, primogenitũ eum esse vniuersæ creaturæ. Consona siqdem istis clamat & magniloquus Paulus, dicẽs de eo: Quẽ posuit hæredem omniũ, per quẽ fecit & secula. Sed etiam in ipso creata sunt omnia, quæ in cœlis, & C quæ in terra, visibilia & inuisibilia, siue principatus, siue potestates, siue dominationes, siue sedes, oĩa p ipm, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnia. Cum ergo impia monstret argumẽtatio, qua dicũt ex non existẽtibus factũ, necesse est patrẽ, semp eẽ patrẽ. Est eñ pater semper, filio præsente, propter quẽ appellat pater. Semp sibi præsente filio, semp est pater pfectus, & sine defectione cõsistẽs, non tẽporaliter, neq; ex spacio, neq; ex non existẽtibus generans vnigenitũ filiũ. Quid eñ amplius sit scelestum, q̃ dicere non fuisse aliquando sapientiam dei, quæ dicit, ego eram apud eum, coaptans ego erã, cui adgaudebat, aut dicere virtutẽ dei aliquando non extitisse, aut verbum eius aliquando accepisse principiũ, aut alia, ex quibus filius agnoscitur, & figuratur pater? Nam qui splendorem gloriæ non dicit extare, vna perimit, & principale lumen, cuius splendor est. Si autem & imago dei non fuit semper, patet, quia nec cuius imago est. Sed etiam cũ non est figura substantiæ dei, vna perimitur & ille, qui in omnibus ab eo figuratur. Ex quo apparet, filietas saluatoris nostri nullam habens communionem ad cæterorũ filietatẽ. Quẽadmodũ ineffabilis eius subsistentia incomparabili eius excellentia transcẽdere probat vniuersa, qbus ipse donauit, vt sint, ita & filietas eius naturalis existens, paternæ diuinitatis ineffabili sublimitate differt ab eis, qui per eum in adoptionem adoptati sunt filij. Is enim inconuertibilis existens natura perfectus est, in omnibus nihil egens, hi vero in vtroq; mutabilitati subditi, eius egent auxilio. In quo enim proficere poterit sapĩa dei, aut in quo eius veritas augeat? Aut

Marginal notes: alias, non ex existentibus. — Ecci.3.c — 1.Cor.2.c — Gene.16.a — Ecci.1.a — Esa.53.c — B — al's columnas — Matth.11.d & Lucæ.10.d — Iohan.1.a — Coloss.1.c, & Hebræ.1.a — Ecci 24.a — Hebræ.1.a — Prouer. 8.c. — Hebræ.1.a — Hebræ.1.a — Hebræ.1.a — Ephe.1.a

In hac itaq; pia de patre, filioq; sententia, sicut nos diuinæ scripturæ docent, sanctum spm̄ confitemur, q repleuit, & veteris testamenti sanctos homines, & noui sacratissimos præceptores, in vnam, & solam catholicam, apostolicamq; semp ecclesiam, quę & inuincibilis est, licet omnis mundus aduersus eam pugnet, & victrix totius aduersæ impietatis existat, securos nos faciente patrefamilias eius, cum clamat: Habete fiduciã, ego vici mundũ. Hoc nouimus actum post resurrectionem a mortuis, quorũ primitiæ factus est dñs noster Iesus Chrus, carne vera indutus, & non putatiue, ex dei genitrice Maria, qui in nouissimis temporibus pro damnatione peccati ad humanum genus aduenięns, crucifixus & mortuus est, sed non propterea diuinitate sua minor factus est. Resurrexit em̄ a mortuis, assumptus in cœlum est, sedet ad dexteram maiestatis. Hæc igit̃ ex parte in hac epistola figuraui, onerosum credens, singula sub scrupulositate * scribere, eo quod sciam, sanctum studium vestrum talia non latere. Hæc docemus, hæc etiam prædicamus, hæc sunt ecclesiæ apostolicæ dogmata, pro quibus etiã morimur & destruere ea volẽtes, nullatenus formidamus. Qui licet verberibus nobis extorqueant, nos tamen spem non auersamur nostram. Horum igit̃ aduersarij, id est, Arrius & Achillas, & qui cũ eis sunt veritatis inimici, ab ecclesia procul sunt expulsi, alieni facti a pia doctrina nostra, secundum beatum Paulum dicentem: Quicunque vobis annuntiauerit, prę̃ter id quod accepistis, anathema sit, licet angelum de cœlo se ipse fingat. Sed etiam, si quis alijs sermonibus domini nostri Iesu Christi, & doctrina, quæ secundum pietatem est, inflatur, nihil sciens. Et reliqua. Hos igitur anathematizatos a fraternitate, nullus vestrum suscipiat, aut habere patiatur ea, quæ ab eis, vel dicuntur, vel conscribuntur. Cuncta enim velut Magi homines mentiuntur, quia veritatem loqui non possunt. Circumeunt denique ciuitates, nihil studentes aliud, q̃ vt amicitiarũ schemate, & nomine pacis, per figmenta, & blandimẽta, literas dent, & accipiant, vt errare faciant per hæc, deceptas a se, mulierculas. Hos ergo, qui contra Christum tanta præsumunt, quiq; Christianitati tam publice derogarunt, qui * intra iudicia pſecutiones nobis, quantum in ipsis est, excitare non cessant, & ineffabile sacramentum natiuitatis Christi eneruare moliuntur, auersamini, dilectissimi, & vnanimes, & concertatores nobiscum, contra eorum vesanam estote præsumptionem, ad similitudinẽ comministrorũ nostrorũ, qui indignati sunt, & aduersus eos mihi scripserunt, & in tomo, quem etiam vobis direxi p filium meum *archidiaconũ, subscripserunt tam totius Aegypti, & Thebaidis, q̃ Libyæ, & Pentapolis, Syriæ, Lyciæ, Pamphyliæ, Asiæ, Cappadociæ sacerdotes, aliarumq; prouinciarũ, ad quorũ instar etiam vos confido eum suscipere. Multis itaq; mihi contra nocentes remedijs existentibus, etiam hoc inuentũ est vtile medicamen, q a conuertant seducti ab eis, populi, nunc nostris sacerdotibus obedientes, & ad pœnĩam p eos accedere festinantes. Salutate adinuicẽ fraternitatem, quæ apud vos est. Valere vos in domino opto, charissimi. Sũt antem, qui anathematizati sunt, ex presbyteris quidem Arrius, ex diaconibus autem Achillas, Euzoius, Aetalis, Lucius, Sarmacius, Iulius, Menas, alter Arrius, & Helladius. Theodoricus. Consona his direxit & Philogonio Antiochenæ præsuli ciuitatis, & Eustachio, qui circa Beroeã, gubernabat ecclesiam, & alijs apostolicorum dogmatum defensoribus. Sed neque Arrius quiescere passus est. Scripsit enim & ipse concordibus suis: Quia vero nihil falsi contra eũ scripsit sacratissimus Alexander, ipse Arrius literis suis, scriptis ad Nicomediensem Eusebium, protestatus est. Quam epistolam inserere nõ omitto, vt communicatores impietatis eius ignorantibus possim facere manifestos.

Matth. 16.c — Matth. 14.c — 2. Cor. 16.c — alias, conscribere — Galat. 1.b — 1. Timo. 6.a — 2. Timo. 3.b — alias, inter. — alias, Architũdiaconum

D E F

¶ Epistola Arrij ad Eusebium Nicomedieñ. episcopum.

Trip. hist. li. 1. ca. 15. & Theodo lib. 1. ca. 5 — alias, Ammonio

DOmino desiderantissimo, homini dei, fideli, orthodoxo Eusebio, Arrius (qui persecutionem ab Alexandro papa patitur iniuste, propter vincentem omnia veritatem, quam tu quoq; defendis) in domino salutem. Patre meo * Armonio veniente ad Nicomediam, rationabile iudicaui, te salutare per eum, sciens dilectionem, pariter & affectum, quem circa fratres propter deum habere dinosceris.

Vehe

A Vehementer nos vastat, atq; persequitur, & omnem benignum animũ mouet aduersum nos episcopus, ita vt etiã de ciuitate nos expulisset, velut homines sine deo, qm̃ non concordamus ei publice, dicenti, semper deus, semper filius, simul pater, simul filius coexistit ingenito deo. Filius semper genitus est, ab ingenito genitus est, neq; cogitatione, neq; athomo quodam præcedit deus pater, semper filius ex ipso deo est. Et quoniam Eusebius frater tuus Cæsariensis, & Theodotus, & Paulinus, & Athanasius, & Gregotius, & Etius, & omnes per Orientem dicunt, quia præexistit deus filio sine principio, anathema facti sunt, præter solũ Philogoniũ, & Helladicum, & Macharium homines hæreticos ineruditos, quorum alij quidem dicunt filium eructuationem, alij vero propositionẽ, alij coingenitum, quas impietates nec audire possumus, licet innumeras mortes nobis minentur hæretici. Nos autẽ quoniam dicimus, & sapimus, & docuimus, & docemus, qa filius non est ingenitus, nec ingeniti pars vllo modo, neq; ex aliquo subiecto, sed quoniam voluntate, & cõsilio, subsistit ante tempora, & ante secula, plenus deus, vnigenitus, inconuertibilis, & antequam generaretur, aut crearetur, aut prædestinaretur, aut fundaretur, non erat, ingenitus enim non erat, psecutionem patimur, qa diximus, principium habet filius, deus aũt sine principio est, & qa diximus, ex nõ extãtibus est, (sic aũt diximus, secũdum quod, nec pars dei est, nec ex aliquo subiecto) propterea persequutionẽ patimur. B De cætero tu nosti. Valere te in dño, opto, memorẽ tribulationũ nostrarum col lucianista vere Eusebi, id est, pie. Hãc igitur Eusebius dũ suscepisset epistolã, & ipse venenũ suæ impietatis euomuit, scripsitq; idẽ hoc modo Paulino episcopo Tyri.

Psalm. 44.

¶ Epistola Eusebij Nicomedien. ad Paulinũ episcopũ Tyri.

Tripartita hist. 16. ca. lib. 1. Et Theodo. lib. 1. ca. 6.

DOmino meo Paulino Eusebius in domino salutẽ. Neq; domini mei Eusebij studium pro veritate verbi, tacitum est, sed vsq; ad nos puenit, neq; tuum, domine, sup hac causa silentium. Et vt consequens erat, de domino quidẽ meo Eusebio lætati sumus, de te vero tristamur, arbitrãtes tanti viri taciturnitatem nostram eẽ deuictionem. Quapropter rogo te scientem, qm̃ indecens est, virum sapientem alia sapere, & tacere veritatem, vt spirituali ratione commotus, ad conscribendum de huiusmodi rebus incipias, cum & tibi sit vtile, & audiẽtibus te, maxime dum & per consequentiam scripturæ, & vestigia sermonum eius, & voluntatis, scribere volueris cuncta, quoniam neq; duos ingenitos audiuimus aliquãdo, neq; vnũ in duos diuisum, neq; corporale aliquid passum esse didicimus, aut credidimus, domine meus, sed vnum quidem ingenitum, vnum vero ab eo vere, & non ex eius substantia factum, & vniuersaliter dicendum, nequaquam eum cũ *in- C genita natura participantem, aut existentem, aut ex eius substantia, sed factũ perfecte aliud natura, atq; virtute, quantum attinet ad integram similitudinem affectum, potestatemq; factoris, factum, scilicet, inenarrabiliter, quod etiam cogitationi non solum humanæ, sed etiam quæ vltra omnes homines est, incomprehensibile iudicamus & credimus. Et hæc quidem non rationibus nostris obstricti, sed ex scriptura sancta discentes, dicimus creatum esse, & fundatum, & genitum substãtia, & incõuertibili, & ineffabili natura, similitudine factoris, sicut ipse dñs ait: Dominus creauit me in initio viarum suarum, in opera sua, & ante secula fundauit me, ante oẽs colles genuit me. Si autem ex eo, hoc est, ab eo erat, quasi pars eius, vel ex fluxu substãtiæ nequaquam creatus, aut fundatus esse diceretur. Neque tu hoc ignoras, domine vere, quia quod ex ingenito existit, creatum iam ab alio, quam ab eo, aut fundatum non erit. Ab initio ingenitum eum dicere, ostensionem quandam præbet, quasi ex paterna substantia sit natus, & habeat ex eo æqualitatem naturæ. Scimus enim, quia non de eo solo, genitũ, dicit scriptura, sed etiam de dissimilibus ei natura per omnia. Nam & de hominibus ait, Filios genui, & exaltaui, ipsi vero me spreuerunt. Et iterum: Deũ, qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es domini creatoris. Et in alijs quidẽ ait: Qui peperit guttas roris, non naturam ex natura narrans, sed vniuscuiusq; naturę ex eius voluntate natiuitatem. Non enim ex eius substantia sunt, sed omnia voluntate eius facta, sicuti facta sunt. Ille siquidem deus est, hæc autem ad similitudinem

als, ingeniti.

Prouer. 8. c.

Esaiæ. 1. a
Deut. 32. c
Iob. 38. c.

BB eius ver-

als,feruntur alia.

eius verbo similia *futura secundum spontaneum motum facta, & omnia quidem per eum a deo facta, cuncta tamen ex deo. Quæ percipiens, & exponens, secundum datam tibi diuinitus gratiam, scribere domino meo Alexandro festina. Confido enim, qa si scripseris illi, conuertetur. Saluta omnes, qui in domino sunt. Valentem te, & pro nobis orantem, gratia dei custodiat, domine. Talia & isti alterutris scribebant, contra veritatem se armantes ad prælium. Et peius fiebat malum ad cōtentionis incendium, per eos, qui hæc scripta suscipiebant. Alij nanq; istis, alij vero consentiebant illis, & ad tantum causa venit incendium, vt in publico, & in theatris christianitati derogaretur. Miscebantur etiam Arrianis Meliciani, dudum ab ecclesia segregati. Sub Petro eñ Alexandrinæ ciuitatis episcopo Melicius quidam vnius ciuitatis Aegyptiorum episcopus depositus est propter multas causas, & maxime, quia in persecutiōe, fide negata, sacrificauerat. Inter hæc igitur superuenit quæstio Arriana, & Melicius vna cum suis defendebat Arrium, conspiratione facta cū eo aduersus episcopum. Sic itaq; diuersis epistolis ad Alexandrinum episcopū destinatis, fecerunt harum epistolarum collectiones. Arrius quidem earum, quæ pro se erant, Alexander autem contrariū. Et hinc occasio contentionis suborta est hæresibus, quæ nunc vbiq; circumuolant, hoc est Arrianorum, Eunomianorum, & q cunq; nomen habent a Macedonio. Singuli nanq; horum prænominatorum, ipsis epistolis testibus vsi sunt in defensionem hæresis suæ. Socrates. Cum vero sæpe supplicantes Alexandro, qui circa Eusebium, non inclinassent eum, tanquā iniuriam passi, malignabantur, & acriores ad roborandum Arrij dogma sunt facti, cōciliumq; in Bythinia colligentes, scripserunt episcopis vniuersis, vt tanquam recte credentibus communicarent Arrianis, & agerent, vt Alexander quoq; communicaret eis. Cumq; etiam in Aegypto, multis concilijs celebratis, hæresis pullularet, ita, vt ad Regalia vsque perueniret, non mediocriter Constantinus Imperator affligebatur, eo ꝙ religione nuper inchoāte crescere, multos a Christianitate dogmatum discordia *reuocaret. Et propterea culpabat & Alexandrum, & Arrium, eisq; scribens, arguebat, quia cum latere posset hæc quæstio, eam deduxissent ad medium, & vehementi studio contentiones mouissent. Alexandro siquidem, & Arrio, aliquādo culpans, aliquando suadens, talia scripsit, quarum literarum partem hic poni nō est incongruum. Tota eñ epistola in libris Eusebij posita est, in vita Cōstantini.

Cap.17. vbi supra

vbi sup.ca.18

vbi sup.ca.19

Concilium in Bythinia Arrianorum

als,auocaret.

¶ Epistola Cōstantini Imperatoris, ad Alexandrū, Alexandrinū epm & Arriū hæreticū.

Socrates.

Sup.cap. 20.

alias, scripto.

VIctor Constantinus, maximus, pius, Alexandro & Arrio. Didici tunc natam præsentis quæstionis originem, quando tu, o Alexander, a presbyteris requirebas, quid vnusquisq; eorum de quodam loco in lege *cōscripto, magis autem pro vanæ cuiusdam quæstionis parte, sentiret, tuq;, o Arri, quod neq; principio cogitari debuerat, aut cogitatum taciturnitati tradi potius competebat, illud improuide protinus obiecisti, vnde discordia inter vos emergente, mysteria contemnuntur, sanctus vero populus, in vtraq; diuisus, communis corporis congruentia separatur. Ergo vterq; vestrum, ex equo voluntatem præbens, in quo vos confamulus vester iuste monet, obediat. Hoc itaq; neq; requirere dignum est, neque de talibus respondere quærentibus. Huiusmodi enim quæstiones, quæ non *cuiusdam legis necessitate proponuntur, inutilis vacationis tempus exquirunt. Et licet causa cuiuspiam naturalis exercitij fiant, tamen debemus eas intra sensum claudere, & non prompte in publica conciliabula deportare, nec omniū auribus inconsulte committere. Quantus est enim vnusquisq; hominum, vt possit ita magnarum rerum, & valde difficilium virtutem, aut ad perfectum inspicere, aut interpretari digne? Ac si qs hoc facere (difficilime tamē) possit, quātæ parti populi suadebit? Aut quis tantarum quæstionum subtilitates, extra lapsus sui periculum sustinebit? Ergo fugienda sunt in talibus multiloquia, ne forte dum infirmitati nostræ naturæ mi

als, alicuius.

turæ mi

A turæ minime, q̄d proponit, explicatur, mente discentiũ auditorum, pro tardiore intellectu, ad perfectam quæstionis perceptionem peruenire non valente, ad necessitatem blasphemiæ, aut schismatis populus adducatur. Quapropter & interrogationis incaute, & responsionis improuide, æquam alterutris veniam tribuant ex vtroque. Non enim pro summe legis mandato apud vos occasio certaminis inflammata est, neq; noua quædam pro dei religione hæresis introducta, sed vnam, eãdemq; rationem habetis, sicut etiam vnum communionis signum. Vobis enim inter alterutros pro paruulis, & valde modicis causis contendẽtibus, tantum dei populum, quẽ vestris orationibus, & prudentia conuenit gubernari, discordare non decet, nec omnino fas esse, credibile est. Vt autem paruo quodam exemplo sapiẽtiam vestrã commoneam, nostis etiam ipsos philosophos, quia in vno quidem dogmate cõsentiũt. Cum vero in quadam sententiæ parte discordant, licet disciplinæ virtute separẽtur, tamen adinuicem corporis vnitate conspirãt. Cum hæc ita sint, quantum potius iustum est, vos magni dei ministros in voluntate religionis alterutris esse concordes. Consideremus itaq; ratione maiori, & ampliori intelligentia cogitemus, si recte se ha

B beat, propter parua, & vana sermonum certamina, fratres fratribus *resultare, & honorem concilij per vos impia contentione discerpere, dum adinuicem pro sic paruis, & nequaquam necessarijs litigatis. Vulgaria sunt hæc, & infantũ magis fatuitatibus commendanda, q̄ sacrorum virorum, & prudentium intelligentiæ consona. Recedamus ergo volentes a tentationibus diabolicis. Magnus noster deus, saluator vniuersorum, commune omnibus lumen effulsit, cuius prouidentia, hoc meum, ministri dei studium, ad perfectionem venire permittite, vt vos illius populum mea allocutione, & ministerio, & monitionis instantia, ad synodalem possim reuocare cõmunionem, quia sicuti dixi, vna quædam in vobis est fides, & vnus secundum vos hæreseos intellectus, legisq; præceptum, suis partibus in vnius voluntatis propositum tendit. Hoc ergo, quod vobis inter alia contentionem excitauit, quoniam non attinet ad totius legis virtutem, seditionem quandam, & separationem inter vos nõ debet efficere. Dico autem hæc, non tanquam cogens vos, omnibus modis huic satis optime, & qualiscũq; sit, consentire quæstioni. Potest enim & honor cõcilij a vo

C bis integer custodiri, & vna, atq; eadem omnibus communio conseruari, licet aliqua in vobis particulariter adinuicem pro paruo quodam cõtentio generetur, quoniam non omnes in omnibus, idem volumus, neq; vna in nobis natura versatur, aut voluntas vna cognoscitur. De diuina siquidem prouidentia vna quædam in vobis sit fides, vna *prudentia, vnus in deo *sensus. Quæ vero pro his friuolis quæstionibus inter alterutros disputata sunt, licet non in vnam sententiam colligantur, manere tamen intra sensum debent, mentis ineffabilitate seruata. Communis autem charitatis præcipuum sacramentum, & veritatis fides, & honos circa deum, atque religionem legis, apud vos inconcusse permaneãt. Reuertimini ergo ad alterutras amicitias, atq; gratiam reddite vniuerso populo per vestros amplexus, vosq; ipsos velut proprias animas expiantes, alterutros rursus agnoscite. Suauiores enim sunt crebro amicitię, post inimicitiarum causas ad concordiam restitutæ. Reddite ergo mihi tranquillos dies, noctesq; securas, vt quædam iucunditas puri luminis, & vitæ iam quietę, apud me lætitia conseruetur, si non fuerit necessitas ingemendi, & semper lachrymis ingrauari, & neq; seculum libenter ferre, viuendi. Dei nanq; populos, id est, consamulos meos sic iniuste, & noxia vestri contentione diuisos, congregari, iam tempus est. Vt autem huiusmodi tristitiæ meæ magnitudinem sentiatis, audite. Dudum veniẽs ad Nicomediensem ciuitatem, repente ad orientem pergere festinabam. Cumq; ad vos tenderem, & plurima iam parte vobiscum essem, huius rei nuntio sum retẽtus, ne oculis videre compellerer, quæ impossibile iudicabam, ad sensum posse aurium peruenire. Quapropter, aperite iam mihi per vestrã concordiam orientis vias, quas contentione clausistis alterutra, velociterq; mihi concedite, vosq; ipsos, & alios vniuersos populos, videre lætos, & pro communi omnium cõcordia, ac libertate, *deuotam gratiarum actionem, fauorabilibus eloquijs deo persoluere. Zozomenes.

als, insultare.

als, prouidẽtia.

als, consensus

alias, debitã.

vbi sup. ca. 21

Alexandro siquidem, & Arrio nunc culpando, nunc admonendo, hæc scripsisse dinoscitur. Grauiter autem ferebat, audiens aliquos cõtra omnium statutum agere paschæ festiuitatem. Tunc etenim in vrbibus orientis discordantes quidam ob hoc, alterutra quidem societate diuisi non erant, Iudaicæ tamen festiuitatem dominicam celebrabant, &, vt assolet, splendorem collectæ tali discretione fædabãt. Tũc illud famosissimum in Nicæa concilium feruor principis excitauit, publicis asinis, atque mulis, & curracibus equis episcopos, & qui cum eis erant, ad synodum venire præcipiens. D

¶ Circa passum sequentem videtur non inconueniens annotare vix quenquam reperiri, qui hoc Concilium tempore Iulij papæ, nõ Syluestri, scribat celebratum, præter Zozomenem, & post eum in hoc loco Cassiodorum.

Lib. 2. tripartitę hist. ca. 1.

Sozomænes. Communicabant ergo Nicæno concilio, ex apostolicis quidem sedibus Macharius Hierosolymitanus, Eustachius iam præsidens Antiochenæ apud Orontem ecclesiæ, & Alexander Alexandriæ, quæ est apud stagnum Mariã, *Iulius autem Romanus episcopus propter senectutem defuit, erantq; pro eo præsentes *Vitus, & Vincentius presbyteri eiusdem ecclesiæ. Super hos autem & alij plurimi boni, & optimi, ex diuersis gentibus conuenerunt, alij quidem ad intelligẽdum, & dicẽdum *nimis idonei, scientiaq; sacrorum librorum, & alia eruditione disciplinati, vtriq; virtute præclari, alij vero in vtroq; probatissimi viri. E

als, Syluester.
alias, Victor.
alias, valde.

Theodo. lib. 1. cap. 7.

Theodoricus. Erat enim Iacobus Antiochiæ Mygdoniæ, quã Syrij, & Assyrij, Nisibin vocant, qui mortuos resuscitauit, viuos curauit, & alia innumera probatur operatus esse miracula. Paulus Neocæsariæ, quod est castrum positum iuxta ripas Euphrate. Socrates ex Eusebio. Cunctarum igitur ecclesiarum, quæ totam Europam, Libiamq;, & Asiam replebant, simul erant ministrorum dei congesta cacumina, vnaq; orationis domus, tanquã a deo dilatata, intrinsecus ferebat omnes in idem, Syros, simul & *Cilicos, Phenyces, & Arabes, atq; Palęstinos, inter hos & Aegyptios, Thebeos, Libyas, necnon & qui ex Mesopotamia oriuntur, sed etiã Persa venit ad concilium episcopus. Verum nec Scytha defuit ex eorum choro, Ponthusq;, & Asia, Phrygia, & Pamphylia viros probatissimos præbuerũt. Aderant Thraces, & Macedones, *Chini, & Epirotæ, & *horum quinq; interius habitantes. Ipse autem Hispanorum valde famosus Osius vnus erat, & simul plurimis assidebat. De regia vero ciuitate præsul Alexander propter senectutẽ defuit, presbyteri vero præsentes locum eius implebant. Talem itaq; solus a seculo vnus Imperator Constantinus Christo coronam vinculo pacis exornans, suo saluatori de victoria inimicorum, & hostium, deo decibilem dedicauit gratiarum actionis imaginem, secundum nos apostolica plausione constituens. Tunc igitur ille sermo completus est, collectos ex omnibus gentibus, quæ sub cœlo sunt, viros religiosos, inter quos erant Parthi, & Mœdi, & Elamite, & qui habitant Mesopotamiã, Iudæã, & Cappadociam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphyliam, Aegyptum, & partes Libyæ secus Cyrenẽ, & aduenę Romani, Iudæi, & proselyti, Crœtes, & Arabes. Veruntamen hoc illis deerat, quod non sicut isti omnes ex dei ministris vndiq; consistebant. In præsenti siquidem choro multitudo episcoporum erat, numerum trecentorum excedens, sequẽtibus eos presbyteris, diaconibus, & accolythis, quorũ numerus non poterat comprehendi. Ministrorum vero dei, alij sermone sapientiæ refulgebant, alij continentia vitæ & patientia coruscabant, alij vero medio modo horum virtutibus ornabantur. Erant igitur inter eos, alij temporis honorati longinquitate, alij iuuentute, & animi robore, præmicantes, qui nuper venerãt ad huius ministerij cursum. Quibus, videlicet, omnibus Imperator diebus quotidianis cibaria largissime ordinarat expendi. Hæc itaq; de his, qui ibi collecti sunt, Pamphili recitauit Eusebius. Cumq; celebrasset Imperator victricem contra Licinium festiuitatem, & ipse occurrit ad Nicæam. Clarebãt autẽ inter episcopos *Paphnutius ex superiori F

als, Cilicas Phenicasq;.
alias, Chiui.
alias, his

Acto. 2. b.

als, Paphũti*

periori

A periori Thebaidæ, & Spiridion Cyprius. Zozomenes. Aderant itaq; cũ episcopis viri disputationis experti, verbis studentes prodesse concilio. Vt autem assolet fieri, plurimi sacerdotũ, tãquam pro causis proprijs decertare collecti, tempus se inuenisse putauerunt, quo corrigeretur, quod cõtristauit eos, & de quibus aliũ vnusquisq; forte culpabat, libellum offerens principi, quæ in eo fuerant commissa, narrabat. Cumq; hoc quotidie facile proueniret, præcepit Imperator, certo die, singulos, de quibus alium *culparent, facere manifestum. Cumq; dies constituta venisset, libellos oblatos suscipiens, hæ quidem accusationes (inquit) tempus habebunt proprium, id est, diem magni iudicij, iudicem vero illum, qui tunc futurus est omnes iudicare. Mihi ergo homini constituto, de huiusmodi rebus non licet habere auditorium sacerdotum, scilicet, accusantium, simul & accusatorum, quos minime conuenit tales debere monstrari, qui iudicentur ab alijs. Age nunc, imitantes diuinam clementiam in alterutrorum veniam condonantes, accusationes aboleamus alterutras, & de his, quæ ad fidem pertinẽt, agere studeamus, cuius huc gratia venimus. Hæc siquidem Imperator dicens, vniuscuiusq; scripturam *vacuare, & libellos iussit ardere, diemq; diffiniuit, qua solui, quæ erant dubia conueniret. Ante constitutum vero

ubi sup. ca. 2.

als, culparet.

alias, vacare.

B diem, conuenientes apud semetipsos episcopi, euocauerunt Arrium, & propositis in commune suis opinionibus disputabant. Cumq; (vt assolet) ad diuersas quæstiones causa traheretur, alij quidem suadebant nihil innouandum circa antiquam fidei traditionem, & maxime, quando morum simplicitas sine perscrutatione tradebatur accedentibus ad fidei sacramentum, alij vero respondebant, non oportere, sine examinatione, sequi sententias antiquorum. Plurimi vero tunc conuenientium episcoporum, & sequentium eos clericorum, scientes disputare, huiusmodi elocutionum arte exercitati, claruerunt, & Imperatori, atq; his, qui circa eum erãt, noti facti sunt. Ex illo enim & Athanasius tunc diaconus existens, dum cũ Alexandro esset episcopo, huius studij pars esse maxima videbatur, necnon & quidam Græcorum philosophorum opportune harum disputationum quæstione participati sunt. Alij quidem, quale esset hoc dogma, studentes agnoscere, alij vero nuper inchoantẽ Græcorum religionem deperire volentes, Christianis infensi, dogmatis sacramenta ad verborum certamina protrahebant, ita vt contra se seditiones exercerent, certaminaq; sibimet inferrent, & sæpius ex aduerso contenderent. Socrates.

C Cumq; plurimi disputationis delectatione traherentur, vnus quidem ex confessoribus laicis, simplicẽ habens sensum, dialecticis obuiauit dicens: Audite igitur. Christus, & apostoli, non nobis artem dialecticam tradiderunt, vanamq; verborum fallaciam, sed puram scientiam, fide & bonis operibus obseruandam. Hæc dicente iuuene, & animo sene, præsentes quidem mirati sunt, dictumq; probauerunt. Dialectici vero, satisfactione suscepta, cessarunt, rationem *quippe simplicem veritatis audientes. Zozomenes. Fertur enim & aliud, Dum quidam eorum sermonũ magnificentia extolleretur, & illuderet sacerdotibus, non pertulit eius fastum quidam senex simplex, & innocens, & probatissimus confessorum, sed accessit aduersus eũ proferre sermonem. Hoc itaq; factum, petulantibus quidem, & simplicem scientibus confessorem, risum mouit, maturioribus vero formidinem, prouidentibus ne a viro verbis artifice deduceretur ad risum, veruntamen cedentibus, vt, quod vellet, ediceret, resistere namq; ei, cum talis esset, nimium verebantur. In nomine (inquit) Iesu Christi, o philosophe, audi dogmata veritatis. Vnus ẽ deus cœli, & terræ, omniumq; visibilium, & inuisibilium creator, qui hæc omĩa verbi sui virtute fecit, & spiritus sui sanctitate firmauit. Hoc itaq; verbum, quod nos (inquit) filium dei nominamus, habita misericordia super homines, ab errore eos, & ferali religione liberauit, passus ex muliere nasci, & cum hominibus conuersari, & mori pro eis, venietq; denuo iudicaturus singulo℞ vitam. Hæc ita se habere, sine perscrutatione credimus. Noli igitur inaniter laborare, quærens destruere ea, quæ fide percepimus. Noli inuestigare modum, quo fieri hæc, aut non fieri potuerint. Si enim credis mihi consulenti, ad ista responde. Obstupefactus vero philosophus, credo, inquit. Tũc gra-

vbi sup. ca. 3.

als, videlicet.

Galat. 4. a
Baruch. 3. d
Roma. 5. a. b.
Roma. 2. c

tias pro deuictione persoluens, eadem, quæ senior, æque sectatus est, & prioribus D consectatoribus, vt vnanimes sibimet essent, persuadebat, non improuide mutatũ se iurans, sed ineffabili quadam virtute ad christianitatem protinus inuitatum. Dicitur proximum huic miraculo quoddam gestum per Alexandrum Constantinopolitanæ ciuitatis episcopum. Cum enim venisset Imperator Constantinus Bizantiũ, adeuntes eum quidam philosophi, quærebantur, quasi non deum coleret, vt deceret, & circa sacra nouitates exerceret, nouam in re publica introducendo culturam, præterq̃ eius maioribus visa sunt, & Græcorum, Romanorumq́ principibus, quos habuerunt transacta secula, placuerunt. Volebantq́ cum Alexandro episcopo disputare de dogmate. Ille vero huiusmodi exercitatione verborum inexpertus erat, de vitæ qualitate confidens. Fuit eñ vir magnus, & conuersatione mirandus. Cũq́ certamen, Imperatore præcipiente, suscepisset, conuenissentq́ philosophi, omnibus loqui volentibus, vt vnum ex se, quem vellent, eligerent, postulauit sanctæ memoriæ pater noster Alexander, cæteros vero, quicunq́ essent, silentium tenere præcepit, & tantummodo his, quæ ab vtroq́ dicerentur intendere. Suscipiente siquidem vno eorum disputationis vniuersæ negotium, ad philosophum sanctus Alexãder, in nomine (inquit) Iesu Christi impero tibi in primis, ne loquaris. Et vna cum eius sermone, opus impletum est. Repente nãq́ ille homo, vt sermonem audiuit, obligato ore conticuit. Putasne, iustum fuit considerare, vtrum maius hoc miraculum videretur, vt homo, & hic philosophus, sic facile officium locutionis amitteret, an certe, vt lapis violentia verbi manu diuideretur? Quod quidam aiunt, Iulianum fecisse Chaldæum. Et hæc quidem sic acta referũtur. Conuenientibus igitur vniuersis, maximam domum præparauit in regalibus Imperator, sedes, & subsellia in ea poni præcipiens, quæ sufficerent ordini sacerdotali, ita decentem præparans eis honorem, inuitauit ingredi, & de præsentibus habere concilium. Introiuit autem & ipse princeps vltimus cum paucis, laude dignam sui magnitudinem habens, & mirabilem speciem, mirabilioremq́ gerẽs dignitatem pudoris in fronte. Minore vero sede q̃ alijs posita, in medio eorum sedit, primo tamen petens, hoc sibi episcoporum iussione cõcedi. Tum cum eo resedit sacratissimus ille chorus. Primus itaq́ magnus Eustachius Antiochenæ ecclesiæ sortitus præsulatum, nam Philogonius, cuius iã dudum meminimus, ad meliorem iam transierat vitam, & hunc *mirabilem virum, etiam nolentem, ad regimen eius ecclesiæ decreto communi pontifices, ac sacerdotes, & omnis populus Christianus, venire compulerat. Is ergo præconiorũ floribus caput principis exornauit, & studio eius, quod habebat circa sacra, benedictiões exhibuit. Post hunc autem Eusebius cognomine Pamphili. Quibus iam reticentibus, *famosissimus Imperator protulit de vnanimitate *concordiam sermonis, tyrannorum eis crudelitatem rememorans, & honorabilem pacem, quæ sub eo collata est diuinitus, simul & quia pessimum, & valde crudele videretur, vt destructis hostibus nulloq́ præsumente resistere, sacerdotes in alterutros iacularentur, atq́ confunderent, & impijs, atq́ sine deo personis, delectationem, risumq́ præberent. Cum vtiq́ de diuinis tractarent rebus, & sancti spiritus doctrinam in scriptis haberent. Euangelici (inquit) sunt libri, & apostolici, antiquorumq́ prophetarum sanctiones, qui nos erudiunt, quid de sacra lege sapiamus. Expellentes igitur hostile certamen, ex verbis diuinitus inspiratis, solutionem quæstionum mente capiamus. Hæc, & his similia, tanquam filius, & amator pacis, sacerdotibus veluti patribus offerebat, apostolicorum dogmatum studens *profligare concordiã. Concilij vero plurima pars his, quæ dicebantur, obediebat, & inter alterutros vnanimitatem, & dogmatum salubritatem, libenter amplectebatur. Pauci vero quidam, quorum iam meminimus, & super illos Minophantis Ephesius, & Scytopolis Patrofilus, Theognius Nicænus episcopus, & Narcissus *Nerodiadis, quæ est *sedes Ciliciæ, quam nunc *Herinopolim vocant, & cum his Theonas Marmoricenus, & Ptolemaidis Aegypti Secundus, apostolicis resistẽtes dogmatibus, Arriũ defendebãt, dictãtes aũt fidei petitionẽ, cœtui cõmuni dederũt. Quę cũ lecta fuisset, ab vniuersis repẽte dirupta ẽ, & adultera,

Marginalia (left): vbi sup. ca. 4 [at "Dicitur proximum"]; vbi sup. ca. 5 [at "Chaldæum"]; al. venerabile [at "mirabilem"]; alias, celeberrimus. [at "famosissimus"]; alias, concordiaq́ sermones. [at "concordiam sermonis"]; als, cõciliare. [at "profligare"]; alias, Neroniadis [at "Nerodiadis"]; alias, secũdæ [at "sedes"]; al. Irenopoli. [at "Herinopolim"]

Marginal letters (right): D, E, F

A adultera, fraudulentaq́ pronuntiata. Turba fiqdē & tumultu, cōtra eos ab omnibus habito, cunctisq́ proditionē pietatis ab eis factam accusantibus, formidantes surrexerunt, & primi Arrium abdicarunt, excepto Secundo & Theona. Quum ergo fuisset impius ille destructus, concorditer vniuersi fidem, gloriamq́ dictantes, quae hactenus in * ecclesia permanet, & subscriptionibus roborantes, concilium soluere, Dolose tamen, & non salubriter praedicti viri in fidei termino cōsenserunt, quod testantur, tam quae postea ab eis machinata sunt contra pietatis propugnatores, q̄ quae ab ipsis conscripta noscuntur. Eustachius itaque Antiochaenus episcopus (cuius primitus memini) haec de eis retulit, docens quae facta sunt, eorumq́ redarguens blasphemiam, vbi illud etiam prouerbiale interpretatur eloquium. Dominus creauit me in principio viarum suarum, in opera sua. Pergo itaque iam hinc, & ad ea, quae gesta sunt. Quum itaque propter haec synodus maxima in Nicaeam venisset vrbem, & quaereretur fidei modus, aperta quidem impudentia Eusebius scripturam protulit blasphemiae, quae coram omnibus lecta, repente cladem importabilem, causam diuisionis irrogauit audientibus, confusionem tamen incurabilem suo prouidit authori. Quumq́ officina capta fuisset indubitanter, Eusebij disrupta iniquitatis scriptura, in conspectu omnium quidam ex tractatu nomen exponentes pacis, compescuerunt omnes, iustam querimoniam facientes. Arriani autem metuentes, ne, congregato in idem tanto concilio, pellerentur, exilientes, anathematizauerunt in

B terdictum Arrij dogma, concorditer subscribentes literis, suaq́ manu consentientes, & similiter se sicut omnis synodus sapere profitentes. Quumq́ praesulibus (vt ita dicam) mala calliditatis arte praeualuissent, qui magis agere debuerant poenitentiam, tunc quidem latenter, postea vero clare damnatas coeperunt allegare sententias, saepe ponentes insidias eis, a quibus videbantur esse conuicti, volentesq́ zizaniorum germina radicare, tunc timentes, declinantesq́, tanti concilij cognitores, occulte postea pietatis praedicatores debellare tentabant. Sed non credimus homines sine deo posse praeualere contra sacram, adorandamq́ legem, euangelicamq́ doctrinam. Nam licet ad modicum roborentur, rursus fortiter, & magnifice deuincuntur, secundum prophetam gloriosae vocis Esaiam. Haec itaq́ magnus Eustachius.

Huius autem concertator, & veritatis propugnaculi turris Athanasius, successor Alexandri famosissimi praesulis, quando scripsit ad Aphros, etiam haec adiecit: Conuenientes enim episcopi, studuerunt verba quidem impietatis ab Arrianis in

C uenta, perimere, hoc est, ex non existentibus, & quod dicebant, creaturam & facturam filium, &, fuit aliquando, quando non fuit, &, quia mutabilis est naturae, scripturarum vero manifestas posuere dictiones, quia ex deo filius naturaliter vnigenitus est, verbum, virtus, sapientia sola patris, deus verus, sicut Iohannes ait. Et sicut scripsit Paulus, splendorem gloriae, & figuram substantiae, docens esse filium patris. Qui vero circa Eusebium, propria tracti vesania, loquebantur alterutris, & dicebāt. Consentiamus. Nam & nos ex deo sumus. Vnus eñ deus, ex quo omnia, & vetera transierunt, ecce omnia noua ex deo sunt facta. Cogitabant aūt & illud, quod in Pastore conscriptum est. Primum omnium crede, quia vnus est deus, qui creauit vniuersa atq́ perfecit, & constituit ex non existente, vt sint. Porro alij episcopi malitiam videntes illorum, & pessimam impietatis artem, apertius (vt ita dicatur) & manifestius dixerunt, ex deo, id est, conscripserunt, ex substantia patris esse filium, vt creaturae quidem, eo q̄ non habeant a semetipsis, vt sint, sed habeant principium existendi, dicantur a deo, filius autem solus proprius ex substantia credatur patris. Hoc enim proprium vnigeniti est, & veri verbi patris. Haec itaque fuit occasio, vt ex substantia diceretur patris. Rursus autem requirentibus episcopis paucos eorum, qui Arriani esse putabantur, si dicerent, filium non esse creaturam, sed virtutem, & sapientiam solam patris, & imaginem sempiternam, & indissimilem per omnia patri, ac deum verum, capti sunt qui circa Eusebium, innuentes alterutris, quia & haec etiam veniunt ad nos. Nam & nos (inquiunt) imago & gloria dicimur dei.

[Marginal notes: als, ecclesijs — vbi sup. ca. 6 — Prouerb. 8. c — vbi sup. ca. 7 — Iohan. 1. a. b — Heb 1. a — In lib. Pastoris visione. 5. mād. primo. — 1. Cor. 11. b]

Psal 115 De nobis enim dicitur, & dictum est, semper enim nos qui viuimus, & virtutes multæ sunt, & egressa est quidẽ om̃is virtus dei ex terra Aegypti. Campa quoq; & locusta, dicitur virtus magna. Et rursus: Dominus virtutum nobiscum. Sed etiam proprij nos dei sumus. Habemus hoc non simpliciter, quando & fratres vocauit nos. Si aũt & verum dicunt filium, non nos contristat, factus enim verus est. Hæc est Arrianorum corrupta mens. Sed etiam hic episcopi videntes eorum dolum, collegerunt ex scripturis splendorem, fontem, & fluuium & figuram ad substantiam pertinere. Et illud. In lumine tuo videbimus lumen. Et ego & pater vnum sumus. Et clarius iam ac breuiter conscripserunt consubstantialem patri filium. Omnia nanq; prædicta hãc significationem habent. Murmuratio siquidem eorum, quasi verba hęc non fuissent ex scripturarum authoritate prolata, per eos quoque in annis esse conuincitur. Ex nõ scripto nanque ipsi impie proferentes, quippe quod nusquam penitus inuenitur, ex non extantibus, & fuit aliquando, quando non fuit, alios culpant, propterea ex non scriptis sermonibus, pie tamen intellectis, damnati sunt. Ipsi nanq; velut de stercore repentes, hæc vere de terra locuti sunt. Verum episcopi non sibimet adinuenientes verba, sed habentes hæc a patribus testimonia conscripserunt. Veteres enim sacerdotes ante eos pene centum triginta magnæ Romæ, ciuitatisq; nostræ, accusauerunt omnes, qui dicunt facturam, aut creaturam esse filium, & non consubstantialem esse patri. Et hoc sciebat Eusebius Cæsarieñ. episcopus, qui primum defendebat Arrianorum sectam, nouissime vero subscripsit Nicæno concilio. Scripsit autem & ciuibus suis, confirmans, quia & antiquorum aliquos doctos, & illustres episcopos, & cõscriptores agnouisset nomine consubstantialitatis vsos, in patris, & filij deitate. Isti ergo concilium metuentes, expositæ fidei consenserunt, secundum prophetæ increpationem dicentis: Hic populus labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. Theonas autem & Secundus nolentes acquiescere, condemnati sunt. Postea vero in concilium venientes, viginti conscripserũt de conuersatione ecclesiastica sanctiones.

Psalm. 45 · Matt. 28. b · Psalm. 35 · Iohan. 10. f · Esaiæ. 29. d

NICENVM CONCILIVM.

NIcæa Bithyniæ, de qua in proposito agitur, ciuitas est, de qua loquit̃ Ptolomæus libro quinto, capite primo, tit. Ponti, & Bithyniæ situs, vbi post alia dicit, Lybissa &c. Nicæa. Plinius libro quinto, cap. tricesimo secundo, tit. Hellesponti &c. Nicæa, Bithynia &c. Et in ipso capite latius ponit. Antoninus in itinerario titu. A Constantinopoli vsq; Antiochiam. Et iterum, tit. A Dirrhachio Bizantium.

¶ Secundum chronica Mariani Scoti anno. ccc. xxxvij. ab incarnatione domini iuxta veritatem euangelij, sed iuxta cyclum Dionysii, anno. ccc. xv. dicitur celebrata hæc synodus, die mensis (secundum Græcos) * Desu. alias desi. xix. hoc est. xvij. Kalendas Iulij consulatu Paulini & Iuliani.

¶ NICAENI CONCILII CANONUM TITULI.

ITaque cum conuenisset hoc sanctum, & magnum concilium apud Nicæam Bithyniæ ciuitatem, Constantino Augusto, & Lycinio Cæsare, consulatu Paulini & Iuliani, decimotertio Kalendarum Iuliarũ, qui est apud Græcos. xviij. dies mensis eo℞, secundum Alexandriam. xxxi. Era. ccc. lxiij. statuta sunt ab episcopis, quæ infra scripta sunt, & ex Græco in Latinum versa sermonem. Et placuit vt hęc omnia mitterent, ad episcopum vrbis Romæ Syluestrum.

Aedi-

A

AEDITIO .I.

AEDITIO II.

C

REGVLAE SEV CANONES Nicæni concilij.

CAP. .I.

SI quis a medicis propter languorem defectus est, aut a Barbaris excisus, hic in clero permaneat. Si quis autē seipsum, sanus, abscidit, hunc & in clero constitutum, abstinere conuenit, & deinceps nullum debere talium promoueri. Sicut autem hoc claret, ꝙ de his, q hanc rem affectāt, audentq́ꝫ semetipsos abscindere, dictum sit, sic eos, quos aut Barbari, aut domini castrauerunt, si inueniuntur alias dignissimi, tales ad clerum suscipit regula.

CAP. .I.

SI quis in ægritudine, vel a medicis sectus est, vel a Barbaris castratus, placuit, vt iste permaneat in clero. Si qs aūt sanus, seipsum abscidit, hic, etiā si est in clero, cessare debet, & ex hoc, nullum talem oportet ordinari. Sicut autem de his, qui, vel affectauerint hæc, vel ausi sunt seipsos abscindere, hæc, quæ diximus, statuta sunt, ita, si qui vel a Barbaris, vel a dominis suis eunuchi facti sunt, & probabilis vitæ sunt, tales hos suscipit ecclesiastica regula in clerum.

Dist. ff. Si qs a medicis.

Et in dec. Iuonis lib. 3. atq; ibi additū ē, ꝙ sit ex æditione tertia

CAP. II.

Qm̄ plu

CAP. II.

Qm̄ mul

AEDITIO I.

Dist.48. Qm multa sunt sine.

alias, instituti,

Quoniã plura, aut p necessitatẽ, aut aliãs cogẽtibus hoĩbus, aduersus ecclesiasticã facta sunt regulã, vt hoĩes ex gẽtili vita nup accedẽtes ad fidẽ, & instructos breui tpe, mox ad lauacrũ spũale pducerẽt, simulq̃; vt baptizati sunt, ad episcopatũ, vel ad p̃sbyteriũ promouerẽt, optime, placuit, nihil tale de reliquo fieri. Nam & tẽpore opus ẽ ei, qui catechizat̃ & post baptisma probatione q̃ plurima. Manifesta est em̃ apostolica scriptura, quæ dicit: Non neophytum, ne in supbiam elatus, in iudicium incidat, & in laqueum diaboli. Si vero processu tẽporis aliquod delictum animæ circa psonam reperiat̃ hmõi, & a duobus vel tribus testibus arguat̃, a clero talis abstineat. Si quis autem præter hæc fecerit, quasi contra magnum concilium se efferẽs, ipse de clericatus honore periclitabitur.

alias, presbyteratum

1. Timot. 3. d

CAP. III.

Dist. 32. Interdixit p om̃ia. Et in dec. luonis, lib. 3

alias, etiam idoneas

alias, fugiant

Interdixit p omnia magna synodus, non episcopo, non p̃sbytero, non diacono, nec alicui omnino, qui in clero est, licere, subintroductam habere mulierẽ, nisi forte aut matrem, aut sororẽ, aut amitam, vel eas * tantum psonas, quæ suspitiones * effugiunt.

CAP IIII.

Dist. 94. Epi ab obus qui.

Ep̃m cõuenit, maxime qdẽ ab oĩbus, q̃ sunt in prouincia ep̃is ordinari. Si aũt hoc difficile fuerit, aut propter instãtẽ necessitatẽ, aut propter itineris lõgitudinẽ, tribus tñ omnimodis in idipm cõueniẽtibus, & absentibus q̊q; pari mõ decernẽtibus, & p scripta consentiẽtibus, tunc ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum, quæ geruntur, p vnamquãq; prouinciam, metropolitano tribuatur episcopo.

CAP. V.

11. q. 3. Seruet̃ ista sententia.

De his, qui cõmunione priuant̃, seu ex clero, seu ex laico ordine ab episcopis, p vnamquanq; prouinciam sententia regularis obtineat, vt hi, qui abijciuntur, ab alijs non recipiantur. Requiratur autem ne pusillanimitate, aut contentione, aut alio quolibet episcopi vitio, videatur a congregatione seclusus. Vt hoc ergo decentius inquiratur, bene placuit, annis singulis per vnamquamque prouinciam

AEDITIO II.

D

Quoniam multa, siue p necessitatẽ, siue ex quacunq; causa, contra regulam gesta sunt, ita vt homines ex vita gẽtili nup adhuc catechizati, vel * instructi, statim ad spiritualẽ baptismũ venissent, & cõtinuo, cũ baptizati sunt, etiã ad episcopatũ vel ad * p̃sbyterium, prouecti sunt. Recte igitur visum est, de cætero nihil tale debere fieri. Nam & tpe opus est, vt sit catechumenus, & post baptismũ multa probatione indiget. Euidẽs nanq; est apostolicum p̃ceptũ, dicẽs: Non neophytũ, ne forte elatus in iudiciũ incidat, & laqueum diaboli. Si vero, procedẽte tẽpore, aliquod peccatum admiserit, & conuictus duobus, vel tribus testibus, fuerit cesset a clero, qui huiusmodi est. Si quis vero præter hæc facit, tanquam contraria statutis sancti concilij gerens, ipse periclitabitur de statu sui cleri.

E

CAP. III.

Om̃ibus modis interdixit sancta synodus, neq; ep̃o, neq; p̃sbytero, neq; diacono, neq; vlli clericoꝝ om̃ino licere, habere secũ mulierẽ extraneã, nisi forte mater aut soror, aut auia, aut amita, vel matertera sit. In his nãq; solis psonis, & harũ similibus, om̃is, quæ ex mulieribus est, suspitio declinat̃. Qui autẽ præter hæc agit, periclitatur de clero.

CAP. IIII.

Episcopũ opotet ab om̃ibus episcopis, si fieri potest, q̃ sunt in prouincia eius, ordinari. Si vero hoc difficile fuerit, vel aliqua vrgẽte necessitate, vel itineris longitudine, certe tres episcopi debẽt in vnum esse congregati, ita vt etiam cæteroꝝ, q̃ absentes sunt, consensum literis teneant, & ita faciant ordinationẽ. Potestas sane, vel confirmatio ptinebit p singulas prouincias ad metropolitanum episcopum.

F

CAP. V.

Seruetur & ista sententia, vt hi, qui ab alijs excommunicant̃, ab alijs ad communionem non recipiantur. Requiratur sane, si forte aliqua indignatione, aut contentione, aut qualibet commotione episcopi sui, excommunicati sint. Vt ergo digna hæc possint examinatione perquiri, recte visum est, per singulos annos in singulis prouincijs, bis in anno ep̃oꝝ concilium fieri, vt simul in vnũ conueniẽtes ex commu

A AEDITIO .I.

uinciam, bis in anno Cōcilia celebrari, vt cōiter simul oībus epis cōgregatis prouinciæ, discutiant hmōi quęstiōes. Et sic, q suo peccauerūt epo euidēter, excōicati rōnabiliter ab oībus extiment, vsquequo vel in cōi, vel epo placeat, humaniorem pro talibus ferre sniam. Cōcilia vero celebrentur, vnū quidē ante quadragesimam Paschæ, vt omni dissensione sublata, munus offeratur deo purissimū. Secūdum vero, circa tempus Autumni.

CAP. VI.

Antiqua cōsuetudo seruet p Aegyptū, Libyā, & Pentapolim, ita vt Alexādrinus eps hoꝝ oīm habeat potestatem, B qa & vrbis Romæ epo parilis mos est. Similiter aūt & apud Antiochiam, cæterasq; prouincias, suis priuilegia seruentur ecclesijs. Illud autem generaliter clarum est, q si quis præter sententiam metropolitani fuerit factus episcopus, hūc magna synodus diffiniuit, episcopum esse non oportere. Sin autem cōmuni cunctorum decreto rationabili, & secundum ecclesiasticam regulam comprobato, duo aut tres, propter contentiones proprias contradicunt, obtineat sententia plurimorum.

CAP. VII.

Quia consuetudo obtinuit, & antiqua C traditio, vt Eliæ episcopus honoretur, habeat honoris cōsequentiam, salua metropolis propria dignitate.

CAP. VIII.

De his, qui se nominant Catharos, id est, mundos, si aliquando venerint ad ecclesiam catholicam, placuit * sancto & magno Concilio, vt impositionem manus accipientes, sic in clero permaneant. Hæc autē præ omnibus eos scriptis conuenit profiteri, q catholicæ & apostolicæ ecclesię dogmata suscipiant & sequātur, id est, & bigamis se cōmunicare, & his, qui in persequutione prolapsi sunt, erga quos, & spatia constituta sunt, & tempora definita, ita, vt ecclesiæ catholicæ & apostolicæ placita, sequantur in oībus. Vbicunq; vero, siue in ciuitatibus ipsi soli fuerint ordinati, qui inueniuntur in clero, in eodem habitu perseuerēt. Vbi

AEDITIO II.

cōi prouincia, hmōi examinēt q̄stiones, vt ita demū hi, q ob culpas suas epoꝝ suorum offensas merito cōtraxerūt, digne etiā a cæteris excōicati similiter habeant, quousq; in cōi, vel ipsi epo suo visum fuerit, humaniorē circa eos ferre sentētiā. Habeat aūt semel Cōciliū ante dies quadragesimæ, vt oībus, si quæ sunt, simultatibus amputatis, mundū & solenne deo munus possit offerri, Secundū vero agatur circa tempus Autumni.

Dist. 18. Habeat sel̄ cōci.

CAP. VI.

Mos antiquus pdurat in Aegypto, vel Libya & Pētapoli, vt Alexandrinus eps hoꝝ oīm habeat potestatē, qm̄ quidē & epo Romano parilis mos est. Similiter aūt & apud Antiochiam, cæterasq; prouincias, honor suus vnicuiq; seruet ecclesiæ. Per oia aūt manifestū est, q si quis pter voluntatē & conscientiam metropolitani episcopi fuerit ordinatus, hunc Concilium magnū & sanctū censuit, nō debere esse epm. Sane si cōmuni omniū consensu rationabiliter probato, secundum ecclesiasticā regulā, duo vel tres animositate ducti, per contētionem contradicant, obtineat plurimoꝝ sententia sacerdotum.

Dist. 65. Mos antiquus.

Dist. 65. Illud gnaliter.

65. dist. Sane si cōi oīm.

CAP. VII.

Qm̄ mos antiquus obtinuit, & vetusta traditio, vt Eliæ. i. Hierosolymoꝝ epo honor deferat, habeat cōsequēter honorem, manēte tn̄ metropolitanæ ciuitatis propria dignitate.

Dist. 65. Qm̄ mos antiq.

CAP. VIII.

Si q voluerint venire ad ecclesiā catholicā ex Nouatianis, placuit sancto Cōcilio, vt ordinent, & sic maneāt ī clero. Ante oia aūt hāc habeāt ab eis cōfessionem, quā p scripturā exigi oportet, vt fateant se cū oīmi cōsensu ecclesiæ catholicæ statuta obseruaturos. i. cōicaturos se & his, q forte secūdas nuptias experti sunt, vel his, q persequutionis tpe lapsi sunt, quibus tamen lapsis pœnitentiæ modus, & tempus ascriptum est, vt in oībus sequātur ea, quæ in ecclesia catholica obseruātur. Et sicubi ijdem ipsi fuerint inuenti, siue in vicis, seu in vrbibus, clerici ordinati a catholicis, sic etiam in clero persistant, vnusquisque tamen in suo ordine. Si ve

1. q 7. Si qui voluerint. ał's, deo

AEDITIO I.

Vbi autem catholicæ ecclesiæ episcopo, vel presbytero constituto, quidam ex illis aduenıunt, certum est, quod episcopus ecclesiæ habebit episcopi dignitatem. Is autem, qui nominatur apud eos episcopus, honorem presbyterij possidebit, nisi forte placuerit episcopo, nominis eum honore censeri. Si vero hoc ei minime placuerit, prouidebit ei, aut Chorepiscopatus, aut presbyterij locum, vt in clero prorsus esse videatur, ne in vna ciuitate duo episcopi probentur existere.

CAP. IX.

Disti. 81. Si qs sine exa.

Si q presbyteri sine examine sunt prouecti, vel, cum discuterentur, peccata sua confessi sunt, & homines, contra canones commoti, manus confessis imponere tentauerunt, tales regula non admittit, quia quod irreprehensibile est, catholica defendit ecclesia.

CAP. X.

Disti. 81. Quicūq; ex his

Quicunque de lapsis ad ordinem cleri promoti sunt per ignorantiam, vel per ordinantium dissimulationem, hoc ecclesiastice non præiudicat regulæ, cognitı nanq; * deponantur.

al's deponunt

CAP. XI.

De his, qui præter necessitatem præuaricati sunt, aut propter ablationem facultatum, aut præter periculum, aut aliquid huiusmodi, quod factum est sub tyrannide Lycinij, placuit synodo, quamuis humanitate probentur indigni, tamen eis beneuolentiam commodari. Quicunq; ergo veraciter pœnitudinem gerunt, tribus annis fideles inter audientes habeantur, & sex annis omni se contritione dejciāt, duobus autem annis sine oblatione populo in oratione communicēt.

CAP. XII.

De pœnitentia distin. 5. Si q vero. per.

Quicunq; vocati per gratiam, primum quidem impetum monstrauerunt, deponentes militiæ cingulum, postmodum vero ad proprium vomitum sunt relapsi, ita, vt quidam & pecunias tribuerent, & beneficijs militiam repeterent, hi decem annis post triennij tempus (quo inter audientes erunt) in afflictione permaneant. Sed in

AEDITIO II.

D

Si vero episcopus, vel presbyter ecclesię catholicæ fuerit, ad quem aliqui ex his accedunt, certum est, quod episcopus quidem catholicus suam habeat dignitatem Similiter autem presbyteri, & diaconi habeant, Hi vero, qui ab istis veniunt, si forte episcopus fuerit, habeat sacerdotij dignitatem, nisi forte placeat catholico episcopo, concedere ei etiam episcopalis nominis honorē. Si vero non placuerit, inueniat ei locum, vt sit in parochia Chorepiscopus, aut in clero presbyter, vt in ciuitate vna non videantur duo episcopi esse, & ille omnimode in clero permanere videatur.

CAP. IX.

E

Si qui, sine examinatione promoti, presbyteri sunt, & postea examinati, confessi sunt peccata sua, & cum confessi fuissent, contra regulam venientes homines, manus eis temere imposuerunt, hos ecclesiasticus ordo non recipit. In omnibus enim, quod irreprehensibile est, defendit ecclesia sancta.

CAP. X.

Quicunque ex lapsis per ignorantiam sunt ordinati, vel contemptu eorum, qui eos ordinauerunt, hoc non præiudicat regulæ ecclesiasticæ. Cum enim compertum fuerit, *deponantur.

CAP. XI.

De his, qui præter necessitatem præuaricati sunt, aut propter ablationem facultatum, aut præter periculum, aut aliquid huiusmodi, quod factum est sub tyrannide Licinij, placuit sanctę synodo, licet indigni sint misericordia, tamen aliquid circa eos humanitatis ostendi. Si quos ergo ex animo pœnitet, tribus annis inter pœnitentes habeātur. Si tamen fideles sunt, septem annis alijs inter pœnitentes sint. Duobus autem annis ijdem, sine oblatione in oratione sola, participent populo.

F

Si qui vero per dei gratiam vocati, primo quidem ostenderūt fidem suam, deposito militiæ cingulo, post hæc autem ad proprium vomitum reuersi sunt, vt & pecunias darent, & ambirent redire rursum ad militiam, isti decē annis sint inter pœnitentes, post primum triēnium, quo fuerint inter audientes. Ab omnibus vero illud præcipue obseruetur, vt animus eorum

AEDITIO .I.

A Sed in his omnibus propositum, & speciem pœnitentiæ conuenit explorare. Quotquot enim metu & lachrymis,atq; patientia,vel bonis operibus, rebus ipsis conuersionem suam, non simulationem demonstrant,hi definitum tempus auditionis implentes,tum demum fidelibus in oratione communicent, postmodum vero licebit episcopo, de his aliquid humanius cogitare. Quicunq; vero indifferenter tulerunt, & * aditum introeundi ecclesiam sibi arbitrati sunt, ad conuersionem posse sufficere,hi definitum modis omnibus tempus impleant.

CAP. XIII.

De his,qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua,regularisq; seruabitur, B ita, vt si quis egreditur e corpore, vltimo & necessario viatico minime priuet. Quod si desperatus,& consequutus cōmunionem , oblationisq; particeps factus,iterum conualuerit,fit inter eos,qui communionem orationis tantūmodo cōsequuntur. Generaliter aūt, omni cuilibet in exitu posito,& poscenti sibi communionis gratiam tribui,ep̄us probabiliter ex oblatione dare debebit.

CAP. XIIII.

De catechumenis sancto & magno concilio placuit,vt tribus annis sint inter audientes tantummodo, post hæc autē cum catechumenis orent.

C

¶ Hoc capitulum secundū hanc translationē , ponitur infra pro capitulo.xviij.

Cap.

AEDITIO II.

eorum, & fructus pœnitentiæ * obseruetur. Quicunque enim cum omni timore & lachrymis perseuerantibus , & operibus bonis,conuersationem suam, nō verbis solis,sed opere & veritate demonstrāt,quū tempus statutum etiam ab his fuerit impletum,& orationibus iam cœperint communicare, licebit etiam episcopo,humanius circa eos aliquid cogitare. Qui vero indifferenter habuerint lapsum,& sufficere sibi, quod ecclesiam introierunt, arbitrantur,isti omni modo tēpora statuta complebunt.

als,attendat.

als,habitum

CAP. XII.

De his vero, qui recedunt ex corpore,antiquæ legis regula obseruabitur etiā nunc,ita, vt si forte quis recedat ex corpore,necessario vitæ suæ viatico nō defraudetur. Quod si desperatus aliquis,recepta communione , superuixerit, fit inter eos, qui sola oratione communicāt. De omnibus tamen his, qui a corpore recedunt,in tradendo eis communionē, & cura & probatio fit episcopi.

26.q.6. De his vero,q

CAP. XIII.

Placuit hoc sancto & magno cōcilio, de catechumenis,q lapsi sunt,vt tribus annis inter audiētes verbū sint tantūmodo, post hæc vero orēt cū catechumenis.

CAP. XIIII.

Peruenit ad sanctū concilium, q̄ in locis quibusdā, & ciuitatibus, presbyteris sacramenta diaconi porrigant. Hoc neq; regula,neq; consuetudo tradidit,vt hi, qui offerendi sacrificij non habent potestatem,his, qui offerunt , corpus Christi porrigant. Sed & illud innotuit, q̄ quidam diacones, etiam ante episcopos sacramenta sumunt. Hæc ergo omnia amputentur, & accipiant secundū ordinē post presbyteros ab episcopo, vel a presbytero sacram cōmunionē. Quod si non fuerit in p̄senti vel episcopus,vel presbyter,tunc ipsi proferant,& edant. Sed nec sedere quidem licet in medio presbyterorum diacones. Si quis autem nō vult his sufficiens esse post hanc definitionē, cesset esse diaconus.

Dist,93.Peruenit ad san.

Ab hoc loco vsq; in finem huius cap.ponit translatio opposita in dec.Gratiani

AEDITIO I.

CAP. XV.

7.q.1. Nõ oportet epm.

Propter multã perturbationẽ,& seditiones quæ fiunt placuit consuetudinẽ omnimodis amputari,quæ præter regulam *in quibusdã partibus videtur admissa,ita,vt de ciuitate ad ciuitatem nõ episcopus,non presbyter,nõ diaconus trãsferatur. Si quis aũt post definitionem sancti & magni concilij,tale quid agere tentauerit,& se huiusmodi negotio mancipariṫ,hoc factũ prorsus in irritũ ducatur,& restituaẗ ecclesiæ,*cuius fuit epũs, aut presbyter,vel diaconus ordinatus.

*Alias,a quibusdã patribus.

Ab hoc loco est.7.q.1.in dec.& in aliis quibusdã exemplaribus

ali.cui fuerat

CAP. XVI.

7.q.1.Si qui vero fine,

Quicunq; temere aut periculose, neq; timorẽ dei præ oculis habentes, nec ecclesiasticã regulã agnoscentes,discedunt ab ecclesia sibi commissa presbyteri,aut diaconi,vel quicunq; sub regula prorsus existunt,hi nequaq̃ debẽt in aliam ecclesiam recipi,sed omnẽ necessitatẽ cõuenit illis imponi, vt ad suas parochias reuertantur. Quod si nõ fecerint, oportet eos cõmunione priuari. Si quis aũt ad alium pertinentem audacter inuadere,& in sua ecclesia ordinare tentauerit,non consentiente episcopo,a quo discessit is,qui regulæ mancipatur, ordinatio huiuscemodi irrita comprobetur.

Dist.71.Si qs ausus fuerit

CAP. XVII.

14.q.4.Qm multi cle.

Psalm.14

Dist.47.Qm multi sub re.

Quoniam multi sub regula cõstituti, auaritiam, & turpia lucra sectantur, oblitiq; diuinæ scripturæ dicẽtis: Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram,mutuũ dantes,centesimam exigũt,iuste censuit sancta & magna synodus,vt si quis inuentus fuerit post hanc definitionẽ,vsuras accipiens,aut ex adinuentione aliqua vel quolibet modo negotium transigẽs, aut hemiolia,id est,sescupla exigens, vel aliquid tale prorsus excogitans turpis lucri gratia,deijciatur a clero,& alienus existat a regula.

CAP. XVIII.

Dist.93.Peruenit ad san.

Peruenit ad sanctum,magnumq; concilium, q; in quibusdam locis & ciuitatibus,presbyteris gratiam sacræ communionis diaconi porrigant,quod nec regula, nec consuetudo tradidit,vt ab his qui potestatem non habent offerendi,illi,qui offerunt, Christi corpus accipiãt. Nec-

AEDITIO II.

D

CAP. XV.

Propter multas perturbationes,& frequentes tumultus seditionum quæ fieri solent, placuit omni modo istam abscindi consuetudinem, quæ contra regulam est,sicubi tamen fit,id est,ne de ciuitate ad ciuitatem transeat vel episcopus, vel presbyter, vel diaconus. Si quis vero post hæc statuta sancti huius concilij, tale aliquid agere tentauerit, infringetur omni genere huiuscemodi conatus, & restituatur propriæ ecclesiæ, in qua ordinatus est.

CAR. XVI.

Si qui vero timorem dei ante oculos non habẽtes, neq; ecclesiastica statuta custodientes,recesserint ab ecclesia sua,siue presbyter,siue diaconus,vel in quocunq; ecclesiastico ordine positi fuerint, non debent suscipi in alia ecclesia, sed cũ omni necessitate cogantur,vt redeant ad ecclesiam suam. Quod si permanserint, excommunicare eos oportet.

E

CAP. XVII.

Si quis ausus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet, ordinare in sua ecclesia, quũ non habeat consensum episcopi ipsius,a quo recessit clericus, irrita erit huiusmodi ordinatio.

CAP. XVIII.

Quoniam multi clerici,auaritiæ causa turpia lucra sectantes, obliti sunt diuini pręcepti,quo dictũ est, qui pecuniam suam non dedit ad vsuram,fœnerantes, centesimas exigant, statuit hoc sanctum concilium. Si quis inuentus fuerit post hanc definitionẽ, vsuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari,vel etiam species frumentorum ad septuplum dare,omnis, qui tale aliquid conatus fuerit ad quæstum, deijciatur a clero, & alienus ab ecclesiastico habeatur gradu.

F

¶Porro in forma non habetur,nisi ab illo loco, Hæc igitur omnia. Et secundum aliam translationem habentur supra pro cap.xiiij.

AEDITIO I. | AEDITIO II.

A

Necnon & illud innuit, q quidã diaconi ante epos oblata contingant. Hæc igitur oĩa resecent, & in sua diaconi mensura permaneant, scientes, q epor quidẽ ministri sint, inferiores aũt presbyteris habeant. Per ordinem ergo post psbyteros grãm sacræ cõiõis accipiãt, aut episcopo aut presbytero porrigẽte. Sed nec sedere in medio presbyteror diaconis liceat, quia si hoc fiat pter regulã & ordinem probatur existere. Si quis aũt etiam post has definitiones obedire noluerit, a ministerio cessare debebit.]

B

CAP. XIX.

De Paulianistis ad ecclesiam catholicam cõfugientibus definitio prolata est, vt baptizentur omnimodis. Si qui autem de his præterito tempore fuerint in clero, siquidem immaculati, & irreprehẽsibiles inuenti fuerint, baptizati, ordinent ab episcopo ecclesiæ catholicæ. Quod si discussio incongruos eos inuenerit, abiici tales conuenie. Similiter autem & de diaconissis, & omnino de his, qui sub regula versantur, hæc forma seruabitur. Meminimus autem de diaconissis, quæ in eodem habitu esse probantur, quod non habeant manus impositionem, & ideo modis omnibus eas inter laicas deputari.

C

CAP. XIX.

Si quis confugit ad ecclesiam catholicam de Paulianistis & Cataphrygis, statutum est, rebaptizari eos debere. Si qui vero clerici erant apud eos, siquidem inculpati fuerint, & irreprehensibiles, rursus etiam ordinentur ab episcopo ecclesiæ catholicæ. Si vero examinati, minus fuerint apti deprehensi, deponi eos oportet. Similiter autem & circa diacones, & de omnibus, qui in eodem clero inueniuntur, eadem forma seruabitur. Commemorauimus autem diaconissas, quæ in hoc ordine inuentæ sunt, quæ nec manus impositionem aliquam habeant, & omni modo inter laicas habeantur. Similiter autem diaconissæ, quæ in catholico canone non habentur, simili loco, id est, laicæ, & tanquam non consecratæ deputentur.

1.q.1. Si quis confugerit.

CAP. XX.

Quoniam sunt quidam in die domini co genua flectentes, & in debus pentecostes, vt omnia in vniuersis locis consonanter obseruentur, placuit sancto * concilio, stantes, domino vota persoluere.

CAP. XX.

Quoniam sunt in dominica die quidam ad orationem genua flectentes, & in diebus pentecostes, propterea vtique statutum est a sancta synodo, quoniam consona, & conueniens per omnes ecclesias custodienda consuetudo est, vt stantes ad orationem vota domino reddamus.

De cõs. dist. 3 Qm̃ sunt

alĩs, concilio, a pascha vsque ad octauas pentecostes

¶ Et subscripserunt trecenti, decem & octo episcopi, qui in eodem concilio conuenerunt.

Osius episcopus ciuitatis Cordubeñ. prouinciæ Hispaniæ dixit: Ita credo, sicut superius scriptum est.

*Victor & Vincentius, presbyteri vrbis Romæ, pro venerabili viro papa, & episcopo nostro Syluestro, subscripsimus.

alias, Vitus

¶Prouinciæ Aegypti.

.i.	Alexander,	Alexandriæ magræ.
ij	Alphocration, alias Arpocration, Naucratites, ali. Naucraites.	
iij	Adamantius,	Cynopolites.
iiij	Alberion, alias Arbetion,	Pharbethi.
v	Antiochus,	Memphites.
vi	Caius, alias Gaius,	Ptemitheis, alias Tinites.
vij	Dorotheus,	Pelusianus.
viij	Philippus,	Panephysen.
ix	Potamon,	Heraclien.
x	Secundus,	Ptolemaidis.
xi	Tiberius,	Tentyrites

¶Prouinciæ Thebaidos.

xij	Atlas, alias Aithalis, alias Agatithus, Schediæ.	
xiij	Tyrannus,	Antinoe.
xiiij	Volusianus,	Lycopolites.

¶Prouinciæ Lybiæ.

xv	Dathes, alias Dagatius, alias Dachis,	Berenicæ, alias Beronicæ.
xvi	Serapion,	Antiphren. alias Antiyrgen.
xvij	Zephyrus,	Barcæ.
xviij	Secundus,	Thantites, alias Tanites
xix	Titus,	Paretonij.

E

¶Prouinciæ Palestinæ.

xx	Macharius, alias Macarius,	Hierosolymitanus, alias Hierosolymæ.
xxi	Germanus,	Neapolitanus.
xxij	Marinus	Sebastenus.
xxiij	Gaianus,	Cæsarien. alias Sebasten.
xxiiij	Eusebius	Gadaren. alias Cæsarien.
xxv	Sabinus,	Ascalonitanus, alias Gadaren.
xxvi	Longinus,	Nicopolitanus, alias Ascalonitanus.
xxvij	Petrus,	Iamnien. alias Nicopolitanus.
xxviij	Macrinus,	Eleutheropolis, alias Iamnien.
xxix	Maximus,	Maximianopolis, alias Eleutheropolis.
xxx	Paulus,	Maximinopolis, alias Maximianopolis.
xxxi	Ianuarius,	Hierecuntinus
xxxij	Heliodorus,	Zabulonites.
xxxiij	Aetius,	Lydden. alias Lyden.
xxxiiij	Siluanus,	Azoti.
xxxv	Patrophilus,	Scythopolis.
xxxvi	Asclepius,	Gazæ.
xxxvij	Petrus,	Ahilæ.
xxxviij	Antiochus,	Capitoliadis.

F

¶Prouinciæ Phœnicis.

xxxix	Zenon,	Tyrius.
xl	Aeneas,	Ptholemaidis.
xli	Magnus,	Damascenus.
xlij	Theodorus	Sidonius.
xliij	Hellanicus	Tripolis.
xliiij	Philocalis,	Paneadis.
xlv	Gregorius,	Beryti.
xlvi	Martinus, alias Marinus,	Palmyrenus.
xlvij	Thalassius, alias Thadoneus,	Alalius.
xlviij	Anatholius,	Emissenus

¶Prouin

A ¶Prouinciæ, Syriæ Cœles.

xlix. Euſtachius,alias,Euſtaſius, Antiochænus.
l. Zenobius,alias,Zenonius, Seleucień.
li. Theodorus,alias,Theodotus, Laodiciæ.
lij. Alphius, Apamiæ.
liij. Baſſianus, Raphaneeń.
liiij. Philotimus,alias,Filoxenus, Hierapolitanus.
lv. Piperius, Samoſatænus.
lvi. Archelaus, Dolichenus.
lvij. Euphration, Balaneorum.
lviij. Palladius,alias,Baiadus,alias,Faladus, Chorepiſcopus.
lix. Zoilus, Gabalenus.
lx. Baſſus, Zeugmatis.
lxi. Leontius,alias,Gerontius, Lariſſenus.
lxij. Euſtachius,alias,Euſtaſius, Arethuſius.
B lxiij. Mauritius, Epiphaneus.
lxiiij. Paulus, Neocæſarień.
lxv. Syricius,alias,Cyricius,alias Dyricius, Cyrreticeń.alias,Cyreſticeń.
lxvi. Seleucus, Chorepiſcopus.
lxvij. Petrus, Gindareń.
lxviij. Pegaſius,alias,Pelagius,alias,Paladius, Acorabeń. alias, Acrabatheneń. alias, Arbocadameń.alias, Ambacianeń.
lxix. Baſon,alias, Baſſonus, Gabbenus,alias. Gabenus.
lxx. Gerontius, Coaræ.
lxxi. Salomonus,alias,Salamenis, Germaniciæ.

¶Prouinciæ Arabiæ.

lxxij. Nicomachus,alias,Nicomas, Boſtreń.
lxxiij. Cyrion, Philadelphiæ.
lxxiiij. Gennadius, Iabrudorum.
C lxxv. Seuerus, Sodomitanus.
lxxvi Sopater, Bethaunenſis.
lxxxii. Seuerus, Dionyſiadis.

¶Prouinciæ Meſopotamiæ.

lxxviij. Ethilaus,alias,Aetholaus,alias,Aetolus, Edeſſenus.
lxxix. Iacobus, Niſibeń.
lxxx. Antiochus, Rheſinateń.
lxxxi. Mareas, alias,Marius, Macedonopolitanus.

¶Prouinciæ Perſidis.

lxxxii. Ioannes, Perſidis.

¶Prouinciæ Ciliciæ.

lxxxiii. Theodorus, Tarſeń.ali.Tarſi.
lxxxiiij. Amphion, Epiphanień.
lxxxv. Narciſſus, Nerodianus,alias,Irenopolis,idem eſt.
lxxxvi. Moyſes, Caſtabaleń.
lxxxvij. Nice tas,alias,Nicetus,ali.Niceta, Flauiadis
lxxxviij. Eudæmon, Chorepiſcopus.
lxxxix. Paulinus, Adanorum.
xc. Macedonius, Mopſieſtień.
xci. Heſychius,alias,Iſychius,alias,Eſychius, Alexandriæ minoris.
xcij. Tarcondimantus,alias,Tarcundimatus, Aegetanus.
xciij. Narciſſus, Irinopolis.

¶Prouinciæ Cappadociæ.

xciiij Leontius, Cæſarień.

D

xcv.	Eusychius,Eupsytius,	Tyaneñ.
xcvi.	Euphrasus,ali.Eurithius,al'.Erithius,Coloneñ.	
xcvij.	Timotheus,	Cizistreñ.ali.Cibistreñ.
xcviij.	Elpidius,alias,Helpidius,	Comaneñ.
xcix.	Gregorius,ali.Gorgonius,	Chorepiscopus.
c.	Stephanus,	Chorepiscopus.
ci.	Euphronius,	Chorepiscopus.
cij.	Rhodon,	Chorepiscopus.
ciij.	Theophanius,ali.Theophanes,	Chorepus.
	¶ Prouinciæ Armeniæ minoris.	
ciiij.	Eulogius,alias,Eulalius,alias,Heularius,	Sebastenus.
cv.	Ebetius,alias,Euethius,alias,Euthychius,	Sataleñ.
	¶ Prouinciæ Armeniæ maioris.	
cvi.	Arsaphius,	Sopheneñ.
cvij.	Acrites,Arestarces.alias,Aristeus,	Diospontanus.
cviij.	Eutychianus,alias,Eutychius,alias,Eutycius,	Amaseus.
cix.	Heraclius,	Saleñ.
cx.	Elpidius,alias Helpidius.	Ethonieñ.
	Elpidius,	Comaneñ.
	¶ Prouinciæ ponti Polemoniaci.	
cxi.	Longinus,	Neocæsarieñ.
cxij.	Domnus,	Trapezuntius.
cxiij.	Stratophilus,	Pryusius,ali.Pityũtos.
	¶ Prouinciæ Ponti Paphlagoniæ.	
cxiiij.	Philadelphus,	Pompeiopolis.
cxv.	Petronius,	Iunopolis.
cxvi.	Hesychius,alias,Euphysicius,alias,Euthycius,	Amastridos.
	¶ Prouinciæ Galathiæ.	
cxvij.	Pancharius,& Pancratius,Marcellus,& Marcus,	Ancyranus.
cxviij.	Dicasius,ali.Decasius,	Tauieñ.
cxix.	Erethius,ali.Erechoreus,	Plataneñ.
cxx.	Gorgonius,ali.Gregorius,	Cynneñ.
cxxi.	Philadelphus,	Iuliopolis.
	¶ Prouinciæ Asiæ.	
cxxij.	Theon,alias,Theonas,	Cyzicenus,alias, Marmoricenus.
cxxiij.	Menophantus,alias,Menophantis,	Ephesinus.
cxxiiij.	Orion,	Ilieñ.
cxxv.	Euthycius,alias,Eutychius,	Smyrneñ.
cxxvi.	Mithres,	Paponeñ.ali.Popañ.
cxxvij.	Marin9,al'.Macrin9,Helenopol',al'.Theopolis	
cxxviij.	Paulus,	Andereñ.
	¶ Prouinciæ Lydiæ.	
cxxix.	Artemidorus,	Sardeñ,ali.Sardiorũ.
cxxx.	Soron,alias,Serras,	Thyatireñ.
cxxxi.	Thomasion,alias,Etheumatius,alias,Ethymasius,	Philadelphenus.
cxxxij.	Pollion,alias,Polion,	Pepereñ.
cxxiij.	Agogius,	Tripolitanus.
cxxxiiij.	Florentius,	Anticyræ,ali.Antiqras,ali.Ancyræ Phrygiæ Erizeli.
cxxxv.	Marcus,	Stãditanus,ali.Stãdi.
	¶ Prouinciæ Phrygiæ.	
cxxxvi.	Nunechius,	Laodiceñ.
cxxxvij.	Flaccus,	Saneñ.
cxxxviij.	Procopius,	Synnadeñ.

E

F

A	cxxxix	Pisticus,	Azaneñ.
	cxl	Athenodorus,	Doryleus,
	cxli	Paulus,	Apamenus,
	cxlij	Eugenius,	Eucarpieñ.
	cxliij	Flaccus,	Hierapolitanus,
		¶ Prouinciæ Pisidiæ	
	cxliiij	Eulalius,	Iconieñ.
	cxlv	Telemachus,	Adrianopolitanus
	cxlvi	Theodorus,	Vnzeleñ.
	cxlvij	Euthychius, alias Eutychius, alias, Eutycius,	Seleutieñ.
	cxviij	Hesycius, alias Isychius, alias Esichius,	Neapolitanus.
	cxlix	Vranion, alias Vranius, alias Gramius,	Selgeñ.
	cl	Apagamus,	Lisinieñ.
	cli	Tarsitius, alias Tyrsitius, alias Tarsicus,	Apamenus
	clij	Patritius,	Ambladeñ.
	cliij	Polycarpus,	Metropolitanus,
	cliiij	Acumedios, alias Academius,	Parieñ.
	clv	Heraclius, alias Eraclius,	Bareñ.
		¶ Prouinciæ Lyciæ.	
	clvi	Eudemus,	Patareñ.
B		¶ Prouinciæ Pamphyliæ.	
	clvij	Calliditus, alias Callides,	Pergeñ.
	clviij	Euresius, al. Euretius, al. Heresius,	Termessenus
	clix	Teuxius, alias Zeusius,	Cyrbeñ.
	clx	Domnus,	Aspendius
	clxi	Quintianus, alias Syntianus,	Seleucieñ.
	clxij	Patritius,	Maximianopolitanus,
	clxiij	Aphrodisius, alias Afrodisius,	Magidorum,
		¶ Prouinciæ Insulares.	
	clxiiij	Euphrosynus, alias Eufrosinus,	Rodieñ.
	clxv	Meliphron, alias Melifron,	Cous.
	clxvi	Strategius,	Lemnius,
	clxvij	Appollodorus	Corcyreus,
		¶ Prouinciæ Cariæ.	
C	clxviij	Eusebius,	Antiochenus
	clxix	Ammonius, alias Emmonius, alias Admonius,	Aphrodosius
	clxx	Leodius, alias Letonis, al. Iosodorus,	Cybiritanus
	clxxi	Eusebius,	Miletius,
		¶ Prouinciæ Isauriæ.	
	clxxij	Stephanus,	Barattheñ.
	clxxiij	Atheneus, alias Athaneus, alias Anthenus,	Zoropassenus,
	clxxiiij	Etesius, alias Edesius, alias Eudesius	Claudiopolitanus,
	clxxv	Agapetus, alias Agapius,	Seleuciæ,
	clxxvi	Syluanus, alias Sylanus	Metropolitanus
	clxxij	Faustus,	Phuphateñ.
	clxxiij	Antonius, alias Antuinus,	Anthiochenus,
	cixxix	Nestor,	Sysdreñ.
	clxxx	Hesychius, al. Isychius, alias. Esychius,	Chorepiscopus,
	clxxxi	Cyrillus,	Sinditeñ.
	clxxxij	Theodorus,	Vasadeñ.

D

clxxxiij Theodorus Chorepiſcopus.
clxxxiiij Anatholius Chorepiſcopus
clxxxv Paulus Larandeñ.
clxxxvi Quintus, Chorepiſcopus,
clxxxvij Tyberius, Lyſtreñ.
clxxxviij Aquila, Chorepiſcopus,
clxxxix Euſebius Paralais Lycaoniæ,

¶Prouinciæ Cypri

cc Cyrillus, Papheñ.
cci. Gelaſius,alias Selanos, Salamineñ.

¶Prouinciæ Bithyniæ.

ccij Euſebius Nicomedieñ.
cciij Theognius, Nicænus
cciiij Maris, Chalcedoneñ.
ccv Cyrillus, Chius,alias Chios,alias Tij
cc.vi Heſychius,alias Iſychius,alias Eſychius,Pruſeñ. iuxta hypium fluuium.
ccvij Gorgonius Apollonieñ.
ccviij Georgius, Pruſiadis,iuxta Olympum montem
ccix Euethios,alias Euethius, Adrianopolis,
ccx Theophanes,alias Theuſtinus Chorepiſcopus

E

ccxi Rufus, Cæſarieñ.
ccxij Eulalius, Chorepiſcopus,

¶Prouinciæ Europæ.

ccxiij Phedrius,alias Pedorus,alias Prederus,Heracliæ,

¶Prouinciæ Daciæ.

ccxiiij Protogenes, Sardiceñ.
ccxv Marcus, Metropolitanus

¶Prouinciæ Myſiæ.

ccxvi Piſtus,alias Epiſtus Marcionopolitanus
ccxvij Marcus, Comeenſis alias Eubœ
ccxviij Strategius Epheſtieñ.

¶Prouinciæ Macedoniæ.

ccxix Alexander, Theſſaloniceñ.
ccxx Budion,alias Budis,alias Budiſius,Thebeñ.

¶Prouinciæ Achaiæ.

F

ccxxi Piſtus Athenieñ.
ccxxij Feſtius Strategidis

¶Prouinciȩ Theſſaliæ.

ccxxiij Clionius, alias Cieonicus,Thebanus.

¶Prouinciæ Calabriæ.

ccxxiiij Marcus, Calabriæ.

¶Prouinciæ Carthagineñ.

ccxxv Cecilianus, Carthagineñ.

¶Prouinciæ Dardaniæ.

ccxxvi Dachus Macedoniæ.

¶Proninciæ Theſſaliæ.

ccxxvij Claudianus, Theſſaliæ.

¶Prouinciæ Dalmatiæ.

cc.xxviij Bunius Stoborum.

¶Prouinciæ Pannoniæ.

ccxxix Domnus, Stridoneñ.

¶Prouinciæ Galliarum.

ccxxx Nicaſius, Diuieñ. alias Diuioneñ.

¶Prouincię

A

¶ Prouinciæ Gothiæ.

ccxxxi. Theophylus Gothiæ metropolis.

¶ Prouinciæ Bosphoreñ.

ccxxxij. Damnus Bosphori.

¶Certe condonandum est collectori, si forte in assignatione, aut conscriptione, tam episcoporum, quã episcopatuum præmissorum error inuenitur commissus, maxime circa illos, qui citra Europæ prouinciam designantur, potissime, quod & si fuerunt exemplaria vetustissima quatuor, ex quibus collectio præsens sumpta est, erãt tamen adeo omnia, & singula deprauata, vt collectorem tæderet inepte, ac multiplicis variationis. Nullius enim illorum cum altero conuenientia fuit.

¶EPISCOPORVM NICAENAE SYNODI subscriptiones finiunt.

¶EIVSDEM CONCILII DECRETA EX Gratiano, duo, quæ nõ habent in decretalibus epistolis.

B

PRIMVM.

Ab eis quisque iudicandus est, quos sibi iudices elegerit.

Iudices autem esse non debent, nisi, quos ipse, qui impetitur, elegerit, aut quos suo consensu hæc sancta sedes, aut eius primates authoritate huius sanctæ sedis delegauerint.

11.q.1.Iudices autem esse

SECVNDVM.

Ecclesia semel deo consecrata, quando iterum est consecranda.

Ecclesiis semel deo consecratis, non debet iterum consecratio adhiberi, nisi aut igne exustæ, aut sanguinis effusione, aut cuiuscunque semine pollutæ fuerint, quia sicut infans a qualicunque sacerdote in nomine patris, & filij, & spiritus sancti baptizatus, non debet iterum baptizari, ita nec locus deo dicatus, iterum consecrandus est, nisi propter eas causas, quas supra nominauimus, si tamen fidem sanctæ trinitatis tenuerint, qui eum consecrauerunt.

De cõse. dist. 1 Eccl'ijs semel,

SVBNECTVNTVR QVAEDAM, EANdem synodum concernentia, ipsamq; sequentia.

C

SABINO itaque non credamus, qui eos ideotas vocauit, & imperitos, Sabinus enim Heracliæ Thracieñ. Macedonianorum episcopus, habita congestione eorum, quæ per diuersa concilia sacerdotum ex scripto prolata sunt, eis, qui in Nicæa conuenerunt, velut ideotis, & simplicibus, derogauit, non sentiens, quoniam & ipsi Eusebio, cum multa probatione *confitenti fidem, velut ideote noscitur derogare. Et aliqua quidem volens præterijt, aliqua vero mitigauit, cuncta tamen secundum propriam sumpsit intentionem. Et laudat quidem, tanquam fide dignum testem Eusebium Pamphyli, laudat simul & principem, tanquam ea, quæ sunt Christianorum dogmatizantem. Culpat autem expositam in Nicæa fidem, tanquam ab ideotis, & nihil scientibus traditam, & quem velut sapientem, & sine mendacio testem vocare consueuit, eius voces sponte contemnit. Ait enim Eusebius, quia ex viris dei in Nicæa conuenientibus, alij quidem sapientiæ sermone emicuerunt, alij continentiæ vita laudati sunt, & quoniam Imperator præsens, omnes ad vnitatem suam concordes, & consectatores esse perstruxit. Sic ergo contraria dicta Sabini, necnon Eusebij, & consortum eorum, sibimet agnoscuntur. Concordia ergo fidei, a magno in Nicæa prolatæ concilio, ab Eusebio clara voce laudata, est hæc.

Ex lib. 2. historiæ tripartitæ cap. 8

alias, ꝓfitẽti.

FIDES NICAENAE SYNODI.

Credimus

Vbi sup. ca. 9

CRedimus in vnum deum patrem omnipotentem, omnium visibilium, inuisibiliumque factorẽ. Et in vnum dominum Iesum Christum, filium dei, natum ex patre, vnigenitum, hoc est, ex substantia patris, deum ex deo, lumẽ ex lumine, deum verum ex deo vero, natum, nõ factum, homousion, hoc est, consubstantialem patri, per quem oĩa facta sunt, & quæ in cœlo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus, & homo factus, est passus. Et resurrexit tertia die, & ascendit in * cœlos, & inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Dicentes autem, erat, quãdo non erat, aut non erat, anteq̃ fieret, & quia ex non extantibus factus est, aut ex altera substantia vel essentia dicentes esse, aut creatum, aut conuertibilem filium dei, hos tales anathematizat, catholica, & apostolica ecclesia. Hanc venerabilem fidem trecenti quidem decem & octo, & agnouerunt, & amplexi sunt, & sicut ait Eusebius, cõsonantes & vnanimes in scriptis explanauerunt. Quinque vero non receperunt, verbũ consubstantialitatis reprehendentes, Eusebius Nicomediæ præsul, Theognius Nicęnus, Maris Chalcedoneñ. Theonas * Marmoricenus, Secundus Ptolemaidis, dicentes, consubstantiale esse, quod ex aliquo est, aut ex partitione, aut ex decursiõe, aut ex plantatione. Ex plantatione quidem, sicut ex radice germen. Ex decursione vero, sicut paterni filij. Ex partitione autem, sicut ex massa aurea annuli duo, vel tres. Secundum nullum autem horum (inquiunt) est filius dei. Propterea ergo dicebant, in fide non esse consentiendum. Plurimũ siquidẽ verbo consubstantialitatis derogantes p̃dicti viri, in Arrij depositione subscribere noluerunt. Ideoque synodus Arrium, & consectatores eius anathematizauit omnes, * adijcientes, neque accedere eum in Alexandriam, præceptumque principis repente eundem Arrium, & qui circa Eusebium, & Theognium, & qui cum eis exilio deportauit. Eusebius igitur & Theognius, post paululum tempus exilij, libellum pœnitentiæ porrigentes, in fide consubstantialitatis consenserunt. Tunc autem in synodo Eusebius cognomine Pamphyli & Cæsariæ Palestinæ sortitus episcopatum, paululum * aduertẽs, atque considerans, vtrũ oporteret suscipi terminum fidei, vna cum omnibus alijs, hoc est, vniuersa multitudine cõsensit, atque subscripsit, necnon & populo sub sua diocœsi constituto, scripsit terminũ fidei, & vbique destinatus, sermonem subtiliter consubstantialitatis interpretatus est, vt nequaq̃ penitus suspitionem aduersam de eo quilibet habere potuisset. Sunt autem, quæ ab Eusebio ipso conscripta sunt huiusmodi verba.

alias, cœlum,

als, Cyzicen⁹

als, adijciens,

Vbi sup. c. 10

als, animaduertens

¶ Epistola Susebij Pamphyli de Nicæno concilio, & fide, ad Cæsarieñ. Palestinos.

Vbi sup. ca. 11 Et Theodo. li. 1. cap. 12

Matth. 28. d

ARbitramur & vos (dilectissimi) etiam aliunde didicisse fama consueta pręcurrente, perfectum de his, quę sunt gesta sermonem. Sed ne ex huiusmodi auditu, quæ audiui, veritas vobis aliter nuntietur, necessario direximus vobis, primum quidem scripturam, a nobis de fide propositam. Nam & dominus noster mittens ad prædicandum discipulos suos, ait. Euntes, docete oẽs gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. De quibus & affirmamus ita habere, & ita sapere, sed etiam dudum sic habuisse, & ita sapuisse, sed & vsque ad mortem pro hac instare fide, anathematizantes omnem sine deo hæresim, hæc omnia ex corde, & anima, sapuisse, ex quo nouimus nosmetipsos, & nunc sapere, & dicere, coram omnipotenti deo, & domino nostro Iesu Christo, cum veritate testamur, ostensuri probationibus, & satisfacturi vobis, quia & præteritis temporibus ita credidimus & prædicauimus. Hac autem a nobis exposita fide, nulli relictus est resistendi locus. Sed & ipse primus deo amabilis Imperator noster, eam rectissime habere testatus est & sic etiam se professus est sapere, & in hac omnes consentire & subscribere & in his dogmatibus concordare præcepit, vno solummodo scripto, & inserto, consubstãtialitatis verbo, Quod etiam ipse interpretabat̃, dicens, qa non secundum corporeas passiones cõsubstãtiale dicit̃, neque secũdum diuisionẽ, neque secundum quandam decisionẽ ex patre subsistere, non enim posse naturã sine materia intelligibilem, incorporeamque corporalẽ quandã subsistere passionẽ, sed sacris quibusdam, infallibilibusque rõnibus, magis

A magis intelligendam. Et sapienrissimus quidem, atq; pijssimus Imperator, ita philoso phabatur. Fidei ergo explanatione dictata, quemadmodũ ab eis dictum sit, filium ex substantia patris, & patri consubstantialẽ, non est sine examinatione derelictum. Consultationes enim & responsiones, deinde mouebant, & mens perscrutabat dicto rum sensum. Et hoc ergo, quod aiebant de substantia, constabat apud eos significatiuum quidẽ esse ex patre, non tamen tanq̃ partẽ esse patris. Propterea nobis quoq; bene videbatur se habere, vt mente consentiremus piæ doctrinæ, dictanti, ex patre filium esse, non tñ partẽ esse eius substantiæ. Quapropter, & nos mẽte consensimus, neq; vocem consubstantialitatis * recusantes, posita præ oculis nostris pacis intentione, & ab intellectu rectissimo non cadẽtes. Secundum hoc etiam natum, non factum suscepimus, quoniam, factum, commune esse dicebant opus reliquarũ creaturarum factarum per filium, quarũ nihil simile habere filium confitemur & prædicamus. Vnde non eum facturam esse dicimus, quod congruit his, quæ per eum esse facta noscuntur, sed superius quam facturæ, totius esse substantiæ, quam ex patre natam, diuina docere vident eloquia, modo quippe inenarrabili, & incogitabili existente, vniuersæ naturæ factę. Sic aũt & consubstantialẽ patri esse filiũ, ratio examinata co

B gnoscit, nõ secundum corporũ modum, neq; mortalibus animalibus proximũ. Nam neq; per diuisionẽ substantiæ, neq; per defectionẽ, aut mutationẽ paternæ substantiæ, vel virtutis. His enim omnibus ingenita natura patris extranea est, sed prædicandum est, esse consubstantialẽ patri filium, eo q nullam æqualitatẽ ad creaturas factas dei filius habeat, sed soli patri genitori p omnẽ modũ sit similis, & non sit ex alia qualibet substantia, vel essentia, sed ex patris. Quod etiam ipsum hoc modo interpretatũ bene se habere visum est ad consentiẽdum, quoniam & priscorũ episcoporũ aliquos, & conscriptores eloquẽtes, & nobiles agnouimus in patris ac filij theologia, id est, diuina ratiocinatione, nomine consubstãtialitatis vsos. Hæc itaq; de exposita fide sint dicta, in qua vniuersi consensimus, non sine animaduersione, sed secũdum sensus expositos coram ipso deo amabili examinatore Imperatore, & prædictis rationibus cõ cordantes, anathematismũ post fidẽ in eis prolatũ, sine tristitia esse credidimus, eo q non scriptis vti vocibus prohiberẽt, vnde pene omnis facta est confusio, & indisciplinatio cunctis ecclesiis. Nulla siquidẽ scriptura diuinitus inspirata, dicẽte, ex nõ extantibus, aut fuit aliquando, quando non fuit, & reliqua, quæ proferebant, irrationa

C bile nobis visum est hæc dicere, vel docere, quoniã neq; priori tẽpore huiusmodi vti consueuimus sermonibus. Hæc vobis necessario scripsimus, dilectissimi, iudiciũ nostræ examinationis, ac consensum vobis innotescẽtes, &* quia rationabiliter tunc q dem, quoniã nos scripta quædam modis alijs offendebãt. Postea vero indubitate ea, quæ erãt, sine cõtristatiõe suscepimus. Quapropter magnanimiter nobis sensum verborũ discutientibus, placuit concordare in his, quæ a nobisipsis in fidei expositione cõ fessa sunt. Hæc itaque Eusebius Pamphyli in Cæsaream Palestinæ literis explanauit. Alexandrinæ vero ecclesiæ, Aegyptiacis, & Libyæ, & Pentapoleos, & quæ vicinæ sunt, hæc scripsit communi decreto concilium.

als, refutãtes.

alias, quam

¶ Epistola Nicæni concilij ad ecclesias Aegypti, Libyæ, & Pentapolis. Theodoricus.

Vbi supra ca. 12. Et Theod. lib. 1, cap. 9

SAnctæ, magnæq;, dei gratia Alexandrinæ ecclesiæ, & dilectissimis fratribus per Aegyptũ, & Libiã, & Pentapolim, cõstitutis, cõgregati, & magnã sanctã synodum Nicææ celebrãtes epi, in dño salutẽ. Qm̃ dei gr̃a, & deo amãtissimi principis nostri Constãtini,* nobis cõgregatis in vrbe p̃dicta, ex prouincijs diuersis & ciuitatibus, magna, sanctaq; synodus celebrata est, omnimodis necessariũ visum est, ab hoc sacro & sancto concilio, etiam ad vos literas destinari, vt noueritis, quę quidem mota, & examinata, quæ vero placuerunt, atque firmata sunt. Ante omnia siquidem exquisita sunt impia, & iniqua, & sine deo, dogmata Arrij, atque consentiẽtium, sub pręsentia deo amãtissimi Imperatoris nostri Constantini, & omnium decreto complacuit, anathematizari impiam eius sectam, atque iniqua,

alias, nos con gregantis

alias, filium

& sine deo verba, simul & nomina, quibus vtebatur, * de filio dei blasphemās, & dicens, ex non extantibus esse. Et iterum. Fuit aliquando, quando non fuit. Quomodo enim fuit, aut quomodo iterum non fuit, & pro libero arbitrio malitiæ, atq; virtutis capabilem filium dei dicentis, & creaturam nominantis eum, atq; facturam. Hæc igitur omnia fatua, & anilia, & blasphema, anathematizauit sanctum, & vniuersale concilium, & nec vsq; ad auditum impiæ sectæ, atq; * rumoris huius, aut intellectuum iniquorum, sensum accommodauit. Ea quidem, quæ de illis gesta sunt, qualem terminum habuerint, omnia iam aut audistis, aut audietis, ne forte videamur nos viro obloqui, propter delictum suum improperia digna portanti. Tantum enim valuit eius impietas, vt etiam Theonas, * Marmoricenus, & Secundus Ptolemaidis, ea * vterentur. Idem enim & illi damnati sunt. Sed quoniam ineffabilis gratia dei, illas quidem malas sectas, & blasphemias, & discordiam, & audaciam personarum, & diuisionem, prædicta commotione destruens, liberauit Aegyptum, relinquebantur autem, quæ per petulantiam Melitij gesta sunt, & eorum, qui ab eo sunt ordinati, etiam ex hac parte, quæ placuerunt synodo, vobis insinuamus, charissimi fratres. Placuit ergo, Melitium quidem clementi concilio, dum subtili, veraq; ratione nullam veniam mereretur, manere quidem in propria ciuitate, nullam vero omnimodis habere potestatem, neq; eligendi, neq; ordinandi, nec in prouincia, nec in qualibet ciuitate videri, purumq; nomen tantummodo possidere. Eos autem, qui ab ipso sunt constituti, mystica ordinatione firmatos, habere honorem, & ministerium, vt tamen sequentes sint modis omnibus, * vniuersorum in singulis parochijs & ecclesiis a charissimo, & comministro nostro Alexandro, * consecratorum, & vt his nulla potestas sit, placitos sibi eligere, aut nomina eorum præferre, aut omnino aliquid agere, præter voluntatem ecclesiæ catholicæ præsulis Alexandri. Gratia nanq; dei, & orationibus vestris, in nullo schismate repertos, sed sine macula in catholica & apostolica ecclesia permanentes, dignū est, potestatē habere & eligēdi quemlibet, & nomina eorum dādi, qui clero sunt digni, & absolute facere omnia secundū legem, & sanctiones ecclesiæ. Si quē vero contigerit requiescere in ecclesia, tunc prouehi in honorē defuncti eos, qui nuper assumpti sunt, solummodo si videant digni, & populus eos elegerit, condecernente, simul & designante, maxime Alexandriæ ciuitatis episcopo. Hoc itaq; alijs quidē cōcessum est omnibus. In persona vero Melitij nequaq̄ eadē placuerunt, propter priorē indisciplinationē eius, & propter procacitates eius, ac petulantiæ voluntatē, ne vlla daret authoritas, vel potestas homini, qui posset rursus easdem indisciplinationes instruere. Hæc sunt præcipua, & competētia Aegypto, & sanctissimæ Alexandrinorum ecclesiæ. Si quid aliud ordinatum est, aut dogmatizatum, præsente dño, atq; charissimo comministro, & fratre nostro Alexandro, ipse pręsens vobis poterit subtilius aperire, tanq̄ author gestorum & communicator existēs. Euāgelizauimus aūt vobis & de consonātia sanctissimi paschæ, q͞a vestris orationibus est correctum etiā hoc opus, ita vt oēs Oriētales fratres, qui cū Iudæis primitus celebrabāt consonæ cū Romanis, vt vobiscū, & cū omnibus, ab initio pascha custodiētibus, ex hoc tpe debeant custodire. Exultantes itaq; in his, quæ gesta sunt, & in cōmuni pace atq; cōcordia, & in eo, q͞d oīs radicitus hæresis est auulsa, cū maiori honore, & ampliori charitate, suscipite comministrum nostrū, vestrū pontificē Alexandrū, q͞ nos sua præsentia lætificauit, tantumq; laborē pro pace vestra, etiā in hac ætate sustinuit. Orate simul & pro omnibus nobis, vt quæ bene placuerunt, firma p̄maneant, per dominum nostrum Iesum Christum, secundum bonam volnntatem facta, sicuti credimus, dei & patris, in spiritu sancto, cui est gloria in secula, Amen.

alias, furoris,

al's, Cyzicen⁹

al's, poti rent̄,

al's, vniuersos

alias, consecratos,

al's, nō habet est Hielus

Trinitas consubstantialis æterna * est Iesus. Socrates.

Vbi sup. ca. 13

alias, qui

EX hac igitur epistola synodi, manifestū est, q͞a nō solū Arrium, & cōsortes eius, anathematizauerit, sed etiā verba sectæ ipsius * & q͞a de pascha cōcordātes, heresiarchā Melitiū susceperint. Mouet aūt me feruor Imperatoris, etiā ex alia re eius volūtatis habere memoriā, & queadmodū pro concordia cogitabat. Habēs em̄ prouidētiā pacis ecclesiarum, vocauit ad synodū & * Aetiū Nouatianorum religionis ep̄m

al's, Acesium

Postq̄

D

E

F

A Postq̃ vero scripta, & subscripta, est a concilio fidei definitio, requisiuit Imperator *Aetium, si & ipse consentiret in fide, & diffinitione paschalis festiuitatis. At ille, nihil (inquit) noui, o Imperator, quæ synodus diffiniuit. Sic enim olim, & a temporibus apostolorum, ipse percepi & terminum fidei, & tempus paschalis festiuitatis. Porro denuo Imperatore requirēte, cur ergo te a communione separas, ille, ea, quæ sub Decio gesta sunt persecutionis tempore, replicauit, & subtilitatem acerbissime regulæ deduxit ad medium, quia non oporteat, eos, qui post baptisma peccant peccato, quod ad mortem esse scripturæ diuinæ pronuntiant, *communione sacramentorum fieri dignos, sed inuitandos quidem ad pœnitentiam, spem vero remissionis, non a sacerdotibus, sed a deo solummodo sustinere, qui potestatem habet peccata remittere. Hæc cum dixisset *Aetius, Imperator ait: O *Aeti, pone scalam, & si potes, ascende solus in cœlum. Hæc nec Eusebius Pamphili, nec alij dixerunt. Ego vero audiui a viro nequaquam mentiente, q & valde senex erat, & tanq̃, qui viderat, ea, quæ fuerant in concilio gesta, referebat. Sozomænus. Synodus autem corrigere volens hominum vitam, & in ecclesiis commorantium, posuit leges, quas canones appellamus, in quorum tractatu videbatur aliquibus introducere legem, vt episcopi, & presbyteri, diaconi & subdiaconi, cum coniugibus, quas ante consecrationem duxerant, non dormirent. Surgens autem in medio *Paphuntius contradixit, honorabiles confessus nuptias, & castitatem esse dicens concubitum cum propria coniuge, suasitq; concilio, ne talem poneret legē, grauem esse afferens causam, quæ aut ipsis, aut eorum iugalibus, occasio fornicationis existeret. Et hæc quidem *Paphuntius, licet inexpertus nuptiarum esset, exposuit, synodusq; laudauit eius sententiam, & nihil ex hac parte sanciuit, sed & hoc in vniuscuiusq; voluntate, nō in necessitate, *dimisit. His a concilio ita dispositis, contigit vicēnalia Constantini principis prouenire. Et est consuetudo Romanorum, vnumquodq; decennium Imperatorum publica deuotione celebrare. Opportunum ergo iudicans Constantinus, inuitauit tunc ad conuiuia synodum, & donis competētibus honorauit, admonitosq; de concordia fidei, & communi inter alterutros pace, petita ab eis oratione, valedixit vniuersis in Nicæa, scribens absentibus, quæ fuerunt in concilio celebrata, & inuitans, vt ab omni discordia, recedentes, concordarent in exposita concilij fide, quæ nihil aliud, nisi dei sententia videretur, ex consonantia tantorum, & talium sacerdotum, sancto spiritu constituta, & post inquisitionem subtilissimam, & animaduersionem dubitationum omnium comprobata.

als, Acesium. | alias, cōicatione. | alias, Acesius | alias. Acesi. | vbi su. ca. 14. | als, Paphnutius. | alias, Paphnutius | als, permisit.

C

¶ Epistola Constantini Imperatoris ad omnes episcopos, & reliquum populum.

Socrates.

VIctor Constantinus maximus, Augustus episcopis, & populo. Malignos & impios Arrius imitatus, dignū est, vt illorum quoq; suscipiat vltionē. Sicut igitur Porphyrius diuinæ pietatis inimicus, iniqua volumina cōtra religionem proferens, dignam promeruit inuenire mercedem, & talem, p quam in posterum esset opprobrio, & plurima compleretur infamia, & nūc placuit Arrium, & cōsectatores eius vocari Porphyrianos, vt quorum mores imitati sunt, eorum vocabulo perfruantur. Super hæc aūt, si qua conscriptio ab Arrio facta reperitur, igni tradatur, vt non solū praua eius doctrina depereat, sed neq; vlla eius possint remanere *documenta. Hoc etiam præcipio, si quis cōscriptiones Arrij cælasse comperitur, & non repente proferens, igne consumpserit, mortis supplicio subiacebit. Mox enim cum in hoc fuerit captus, capitalem suscipiet vltionem. Deus vos custodiat.

vbi supr. c. 15. | als, cōmēta.

¶ Epistola Constantini Imperatoris ad Eusebium Nicomediensem episcopum.

Theodoricus.

vbi sup. ca. 16 Et Theodo. lib. 1, ca. 16.

Victor Constantinus maximus, pius Eusebio. Vt in nostri nominis ciuitate cognouimus, saluatoris nostri dei prospiciente solatio, maxima hominum multitudo sanctissime se dicauit ecclesiæ, vt hoc cremēto valde proficiente, dignū esse videatur, etiā ecclesias in ea plures ædificari. Quapropter, quod visum est nostræ voluntati, decuit nos tuæ notum facere sapientiæ, quatenus quinquaginta membranaceos codices, bene cōfectos, & ad vsum habiles, ab artificibus antiquarijs, & perfecte artem scientibus, scribi præcipias diuinarum scripturarum, quarum maxime cōfectionē, & vsum necessariū ecclesiis, esse nosti. Directe sunt enim literæ a nostra trāquillitate, ad prouintiæ iudicē, quatenus omnia cōfectioni eorum necessaria pbere curet. Vt enim citius codices cōscripti cōficiantur, erit opus diligētiæ tuæ. Nā & duo publica vehicula, ad deferēdos eos, ex authoritate rescripti nostri, te pcipere cōuenit. Sic enim, & maxime bene cōscripti, vsq; ad nostrū perducent aspectum, vno quippe tuæ ecclesiæ, hoc exequēte, diacono. Qui dū ad nos venerit, experietur nostræ munificētiæ pietatē. Deus te custodiat, frater charissime. D

Eusebij Nicomedien. & Theognij Nicæni episcoporum pœnitentia.

Socrates.

vbi sup. c. 17

EVsebius igitur, & Theognius, pœnitentiæ libellū summis episcopis dirigētes, ab exilio reuocati sunt imperiali pcepto, & suas ecclesias receperūt, expellētes, qui in eorum locis fuerant ordinati, id est, Eusebius Amphionē, Chrestum vero Theognius, cuius libelli exemplar hoc est. Dudū quidē ante iudicium a reuerentia vestra condēnati, patienter ferre, quæ decreta sunt a sancto concilio vestro, debuimus. Sed qa nimis absurdū est, cōtra nosmetipsos dare calūniatoribus de taciturnitate probationē, propterea referimus, qm nos & in fide vna cucurrimus, & sensum examinātes de consubstātialitatis sermone, cūcti pacificati sumus, nequaq̄ sequētes hæresim, sed cōmemorātes ad cautelā ecclesiarum, quæ nostræ subueniebāt menti, & satisfacientes eis, a quibus *pro nobis suaderi debuerat, in fide subscripsimus. Anathematismo aūt nō subnotauimus, nō tanq̄ fidē accusantes, sed velut non credentes talem eū eē, q fuerat accusatus, certi de eius ad nos directis epistolis, & inter nos disputationibus habitis. Si igitur satisfactū est sancto vestro concilio, non reluctantes, sed consentientes decretis vestris, etiā hac cōscriptione satisfacimus vobis, non exiliū *graue ferentes, sed suspitionē abijcientes hæreseos. Si enim dignamini nunc in vultu nos vestro recipere, habebitis in omnibus consonantes, & vestra sequentes pariter cōstituta, quādo etiā eum, q accusatus est in his, placuit vestræ reuerentiæ clementiā promereri atq; reuocari. Absurdū nanq; est, si is, qui putatur esse reus, reuocatur ad satisfaciendum, in qbus ei derogabat, vt nos contra nosmetipsos pbeamus p taciturnitatem increpationis iudiciū. Dignamini ergo, sicut conuenit vestræ venerationi, & deo amantissimū principē cōmonere, & preces tractare nostras, & velociter de nobis, quæ vobis cōueniunt, cogitare. Hic quidē libellus est reuersionis Eusebij, & Theognij. Ex verbis aūt eius conijcio, qa isti quidē dictate fidei subscripserunt, damnationi vero Arrij consentire noluerūt, ex quo & Arrius ante istos reuocatus agnoscitur. Sed licet hoc ita se habere videatur, tamen Alexandriā accedere prohibitus est. Hoc aūt ostēditur ex eius cogitationibus, quas postea molitus inuenitur figmento pœnitentiæ suæ, sicut opportune patefiet. Socrates. E F

alias, per nos

als, grauiter

vbi sup. ca. 18

Imperator interea post concilium degebat lætus. Celebrata ergo festiuitate publica vicēnalium suorum, mox ad erigendas ecclesias festinus accessit. Hocq; faciebat per singulas ciuitates, & in vrbe cognominis sui. Sozomænes. Nam cū omnia prospere ei cæderent, propriā voluit habitare ciuitatē. Veniensq; ad campum ante Ilium positū, iuxta Hellespontū, super Eantis tumulum ciuitatē designauit, portasq; fecit, quæ hactenus vident a nauigantibus. Hoc agenti, deus per noctem apparuit, monens, vt alium quæreret locum, eumq; monens ad Bizantium Thraciæ, illic eū habitare iussit. Socrates Quæ cū primitus Bizantium vocaretur, auxit, & maximo eā muro circundedit. Et diuersis ornatā fabricis, æquam imperiali Romæ cōstituit, & denominatam Constantinopolim, appellari secundam Romam lege firmauit,

A mauit, ficut lex ipfa in marmorea *platona nofcitur effe confcripta, & in Strategio iuxta equeftrem ftatuam eius conftituta. In hac quoque ciuitate duas ædificauit ecclefias, quarum vnam nominauit Irenem, aliã vero nominauit apoftolorum. Non folũ aũt, ficut dixi, auxit Conftantinus Chriftianorum dogmata, fed etiam paganorum tẽpla deftruxit. Simulachra nanque ornata publice in Conftãtinopolitana vrbe propofuit, & tripodas Delphicos in circo ad fpectaculũ dedit, quæ, cum ipfo videantur afpectu, fuperflue referuntur. Theodoricus.

als, platonia.

Fautores igitur Arrij nequiffima non reliquere concilia. Huius em̃ caufa in confeffione fidei etiã manibus confenferunt, qui poftea imitati funt gefta luporum. Nã cũ fanctiffimus Alexander, qui fuis orationibus Arrium fuerat iaculatus, id eft, Bizantij pontifex (fic em̃ tunc vocabat Conftantinopolis) ad meliorẽ translatus fuiffet vitã, Eufebius defenfor impietatis, paruipẽdens regulas, quas ante paululũ cũ alijs pontificibus ipfe cõfcripferat, repente Nicomediam deferens, Conftantinopolitanam *requirit fedẽ, regulis e diuerfo clamitantibus, epifcopos, & prefbyteros, non licere, ex alia tranfire, ad aliã ciuitatem. Sed mirum non eft, vt, qui fic infaniunt aduerfus vnigeniti deitatem, licenter etiam alias tranfgrediantur leges. Non enim tunc folummodo hanc nouitatẽ fecit, fed etiã olim aliud fimile perpetrauit. Qui dũ in Beryto effet epifcopus, tranfiliuit in Nicomediã, & ex ea denuo poft conciliũ, infania aperte impietatis exactus eft, & cũ eo Theognius Nicænus, quod Imperator Conftãtinus manifeftum literis fecit. Ego vero huic operi finẽ epiftolæ inferere curaui. Scripfit em̃ hęc Nicomedienfibus. Quis eft, qui hæc ita populum docuit innocentem? Eufebius

vbi fup. c. 22 Et Theodo. lib. 1. ca. 20

als, arripuit.

B vtique tyrãnicæ crudelitatis excultor. Quod em̃ vbique tyranni nofcatur effe cliens, ex multis rebus apparet. Hoc namque veracium epifcoporum teftatur interitus, hoc etiam chriftianorum crudeliffima perfecutio clamat aperte. Nihil em̃ de iniurijs mihi factis nũc aio, per quas, quãdo maxime aduerfarum partiũ infidiæ difcurrebant, ifte etiã oculos cõtra me habebat intentos, cui hoc defuit folum, quod non & armatũ minifterium tyranno licenter exhibuit. Neque me quifpiam putet, ad horum probationẽ minus inftructũ, iudicium nanque manifeftũ eft, quia prefbyteros, & diaconos fequentes Eufebium, aperte conftat a me deprehenfos. Sed hæc quidem tranfeo, quæ nunc, nõ indignationis gratia, fed ad illorum confufionẽ, a me prolata nofcuntur. Hoc folum formido, hoc cogito, quia vos ad cõmunionẽ criminis vocari confpicio. Propter Eufebij nanque feductionẽ & fubuerfionẽ confcientiã percepiftis a veritate feparatã. Sed erit huius rei non tarda falubritas, fi epifcopũ fidelem, & integrum nunc fumentes, refpiciatis ad deum, quod vtique ad præfens in vobis eft, & iftud dudum oportuerat in veftro pendere iudicio, nifi prædictus Eufebius peffima confciorum fuorum tuitione veniffet huc, & ordinem rectitudinis impudentiffime confudiffet. Sed quoniam de memorato Eufebio apud veftrã charitatem nos breuiter loqui decet, audite. Meminit veftra patientia, factum in Nicæa ciuitate concilium, cui & ego ipfe confcientiæ meæ cultũ decenter exhibui, nihil aliud volens quam concordiã omnibus fabricari, & præ cunctis arguere, & remouere hanc caufam, quæ principium quidẽ habuit per Arrij Alexandrini fuperbiã, corroborata vero eft per Eufebij prauũ, peftiferumque votũ. Sed ipfe Eufebius, o chariffimi, atque amabiles, cum quanta putatis difcurfione (quippe cõfcientia fua victus) cum quanta confufione, mendacio vtique declarato, degebat? immittẽs quidẽ mihi diuerfos, qui pro eo depofcerent, petens vero a me quoddã folatium, ne tanto malo conuictus, fuo honore priuaretur. Teftis mihi eft deus huius rei, qui & in me, & in vobis benigno amore confiftit. Nam etiã me ille diuertit, & indecẽter abripuit, quod vos quoque noftis. Tunc em̃ omnia gefta funt, ficut ipfe defiderabat, quia omne malum in fua confcientia recondebat. Sed vt cætera peruerfitatis eius omittam, quid maxime cum Theognio, nequitiæ fuæ participe, egerit, audite, depofco. Alexandrinos quofdam a noftra fide recedentes, huc deftinari præceperam, quoniam horum minifterio mentis flãmas vrgebat. Sed ifti benigni, & optimi nimis epifcopi, quos fimul concilij veritas ad pœnitentiam referuabat, non folum receperunt eos, & apud fe feruauerunt, fed etiam malis eorum voluntatibus communicare decre-

Pars epif. Cõftãtini ad Nicomedienfes.

C

uerūt. Quapropter hoc circa istos ingratos decreui peragere, vt abrepti, procul deportarentur exilio. Nunc itaq; vestrum est, ad deum illa fide respicere, qua semper & fieri conuenit, & esse decet, & agere. Episcopos em̄ purificatos & orthodoxos, atq; clementes nos gaudemus habere. Si qs autem ad memoriam illoꝝ pestilentiū, aut ad laudem, improuide præsumit forsitan exercitari, repente in sua præsumptione ministri dei, hoc est, meo opere cōprimet. Deus vos custodiat, fratres charissimi. D

ubi sup. ca. 23 Theodoricus. Tunc igitur isti & damnati, & ciuitatibus sunt expulsi, & Nicomediæ quidem Amphion episcopus est ordinatus, in Nicęa autem Chrestus. Sed rursus consuetas machinationes exercentes, & Imperatoris clementiam accessibilē suis fallacijs inuenientes, restituti sunt, priorēq; potentiā receperunt. Eusebius etem̄ (sicut iam dixi) etiā Constantinopolitanū tenuit tyrannicæ præsulatū, & potiorem percepit ꝓsumptionē, frequenter ad Imperatorē veniens, & fiduciā ex crebra collocutione mercatus, contra veritatis propugnatores sęuas contentiones instituit. Et primū quidem cupere se Hierosolymoꝝ loca professus est, & Imperatorē, tanq̄ famosissimum illud visurus ædificationis opus, prouida cogitatione captauit. Quapropter cū multo honore dimissus est, Imperatore vehicula, & alia ei distribuente solatia. Profectus igitur est cum eo, & Theognius Nicænus, particeps malignoꝝ eius concilioꝝ, sicut iam diximus. Venientes aūt in Antiochiam, & amicitiaꝝ induti vultum, maxima ministratione potiti sunt. Veritatis em̄ propugnator magnus Eustachius, largā eis hospitalitatem fraternitatis exhibuit. Cūq; ad sacra loca peruenissent, & concordes vidissent suos, hoc est Eusebiū Cæsarien. Scythopolitam Patrophilū, & Aetium Lydæ, Laodiciæ Theodotū, & alios, qui lepram Arrij susceperūt, nūtiauerunt eis, q̄d cogitauerant, & cum eis venerunt in Antiochiam, & schema quidem sub honore ꝓmittebatur aduentus eoꝝ, q̄d vero propinabatur erat pietatis bellum. Mulierem nāq; prostantem mercede *negotiantes, & linguā eius sibi impēdi persuadētes, ad conciliū venerunt. Proinde alios oēs foras exire ꝑcipientes, ter miseram introduxere mulierem. At illa infantulum sub māmilla demonstrans, aiebat, ex concubitu Eustachij illum se & concepisse, & generasse, eūq; clamabat sæpius impudentem. Tunc itaq; tanq̄ aduersus adulteꝝ, *illi amatores veritatis protulerūt decretum, alijs quippe ex pontificibus (cum vtiq; multi adessent, & pro apostolicis dogmatibus repugnarent, & omnimodis, q̄ fuerant cōcinnata, nescirent) aperte reclamantibus, & magnū Eustachiū collaudantibus, decretūq; illoꝝ iniquū suscipi prohibentibus. Hoc itaq; facto, velociter huius noxæ concinnatores ad Imperatorem profecti sunt, eiq; ꝑsuaserunt, qa vera esset *inscriptio, & depositionis Eustachij iusta sententia, quē, tanq̄ adulteꝝ, atq; tyrannū expelli fecerunt, exercitatorem pietatis, simul & castitatis egregiū. Et ille quidē per Thracias ad Illyrici deductus est ciuitatem, isti vero *protinus qdem pro eo ordinauerunt Eulalium. Quo tpe pauco viuente, Eusebiū Palestinensem illuc migrare voluerunt. Eoq; fugiente mutationē, & simul Imperatore prohibēte, fecerunt Euphronium. Quo etiā anno, & paucis mensibus, in episcopatu defuncto, *Flauito illius ecclesiæ tradidere pontificatū. Isti vero oēs pestem Arrij habuere cælatā. Propterea nāq; multi pie, & caste viuentiū, & sacerdotum, & reliquoꝝ sanctoꝝ hominum ecclesiastica relinquentes collegia, apud semetipsos conueniebant, quos *vniuersos Eustachianos appellabāt, qa post egressum illius seorsum congregabantur. Porro mulier illa ter misera, passionem crudelissimi languoris incurrens, manifestauit insidias, & illam tragœdiæ compositionem pariter enudauit, non duobus, vel tribus, sed valde multis sacerdotibus, quæ concinnata videbantur, insinuans. Ait em̄ pro pecunijs illam se facere præsumpsisse calumniam, iusiurandum tamen non omnino fuisse falsum, qa ille infans, de quo iurauerat, filius erat cuiusdā, Eustachij nomine, fabri ferrarij. Socrates. Tunc igitur Antiochiæ grauis seditio in Eustachij depositione surrexit, & postea de episcopatus electione tantus ignis accensus est, vt pene ciuitas vniuersa deperiret, populo in duas partes dissidente. Et alijs quidem Eusebium Palestinæ transferri contendentibus in Antiochiam, alijs autem studentibus, vt reuerteretur Eustachius. Erat em̄ in vtraq; parte

Margin notes: Theodo. lib. 1. ca. 21. | ubi sup. c. 24 | als, cōducētes | alias, isti | als, accusatio | alias, primo. | als, Phlacito. | als, vniuersi | vbi sup. ca. 25 | E | F

A parte & populus ciuitatis, & militaris manus, & tanq̃ aduersus hostes ita cuncti mouebantur, vt pene ad gladios vsq; puenirent, nisi deus, & timor principis cohiberet. Nam imperator suis epistolis seditionẽ cõpescuit. Eusebius autẽ Palestinæ repedauit. Quod admiratus Imperator scripsit ei, propositũ laudans, eũq; beatum vocãs, & quia non vnius ciuitatis, sed totius orbis potius digne decerneret eps. De cætero autem p annos octo dicit Antiochenæ ecclesiæ vacasse sedem, tandẽ vero studio inimicorũ Nicenæ fidei ordinat Euphronius. Theodoricus. Interea Alexandro mirabili sene, q Arrij prostrauerat blasphemias, defuncto, post mẽses quinq; Nicæni concilij Alexandrinorũ ecclesiæ suscepit Athanasius p̃sulatum. Cuius psequutiones, fugas, cõtumelias, crebraq; pericula, transferre distuli, quæ Rufinus suo nobilitauit eloquio. Post plurima vero concilia turbis, seditiõibusq; cõpleta, & clamores accusatorũ poscentiũ, vt Athanasius tanq̃ magus violentus, & indignus sacerdotio damnaretur, directi ab Imperatore metuentes, ne eũ aliqua inuasione perimerẽt, latẽter eũ de cõcilio subtraxerũt. At ille sciens, nõ sibi fore tutũ, cõtra tot accusatores agere, iudicibus etiã inimicis, synodũ relinquens, venire festinauit ad Imperatorẽ. Theodoricus. Igitur Athanasius ad principẽ veniens, oẽm p̃sumptionẽ cõtra se factã episcoporũ edocuit. At illi ad Mareotem conuenientes, quosdã concordantiũ ipsis sacerdotũ, miserunt ad principẽ, id est, Theogniũ Nicænũ, atq; Theodorũ Perinthiũ, & Marim Chalcedonẽ. Narcissum Ciliciæ, & similes horũ menda

B cia texentes, & q̃dam cõmenta fingentes, & nudas valde calumnias, quasi veras accusationes sibimet cõponentes. Quo facto venerunt ad *Heliam ciuitatẽ. Præceperat eñ Imperator, vt omne conciliũ a Tyro veniret ad Heliam, necnõ & alios vndiq; congregari præceperat, quatenus tẽpla ædificata dedicarent. Misit itaq; pariter deuotos *iudicũ, pietate, ac fide clarissimos, oĩa largissime expendi pcipiẽs, nõ solũ pontificibus & sacerdotibus, sed etiã egentibus vniuersis, q vndiq; concurrebant.

Sozomænus. Imperator aũt interea Arrium de exilio reuocauit, iussitq;, vt q̃d de deo crederet, scriptura currente, proferret. Tunc ille nouitatẽ nominũ, quam prius adinuenerat, declinãs, aliã explanationẽ contexuit, simplicibus verbis eã, & diuina lectione cõfirmãs. Iusiurãdum q̃q; præbuit, ita se credere, & hæc etiã mẽte sapere, nihilq; aliter intelligere. Textus eñ eius expositionis huiusmodi est.

¶ Epistola Arrij & Euzoij presbyterorũ hæreticorũ ad Constantinũ Imperatorem suam fidem eidem explanantium.

C Piissimo, & deo amãtissimo, dño nostro Imperatori Constantino, Arrius, & Euzoius presbyteri. Sicut pcepit deo amabilis pietas tua Impetator, exponimus nostrã fidem, & scriptis profitemur, coram deo sic credere & nos, & oẽs, qui nobiscũ sunt, sicuti subiectũ est. Credimus in vnũ deũ patrẽ, omipotentem, & dñm nostrũ Iesum Christũ filium eius, q ex eo ante oĩa secula natus est, deum *verũ, per quẽ oĩa facta sunt, q̃ in cœlis, & quæ in terra. Qui venit, & carnem assumpsit, & passus est, & resurrexit. Et ascẽdit in cœlos, & iterũ vẽturus est iudicare viuos & mortuos. Et in spiritũ sanctũ, & carnis resurrectionẽ, & vitam *venturi seculi, & in regnũ cœlorũ, & in vnã sanctã dei ecclesiã, catholicã, quæ a finibus vsque ad fines est. Hãc aũt fidem percepimus ex sanctis euangelijs, dicente dño discipulis suis: Euntes, docete oẽs gentes, baptizantes eos in noĩe patris, & filij, & spũs sancti. Si aũt non hæc ita credimus, atq; suscipimus vere patrẽ, & filiũ, & spiritũ sanctũ, sicut omĩs ecclesia, & sanctæ edocent scripturæ, quas p omnia sequimur, iudex noster erit deus & nunc, & in futuro *seculo. Quapropter, tuam pietatẽ rogamus, deo amabilis Imperator, vt dum ecclesiastici sumus, & fidẽ, & sensum ecclesiæ, sanctarumq; scripturarũ, habemus, vniri nos per pacificã, & dei cultricem pietatem tuã matri nostræ ecclesiæ iubeas, quippe quæstionibus, & superfluitatibus inquisitionum sublatis, vt & nos, & sancta ecclesia adinuicem pacificati, solẽnes orationes pro pacifico, pioq; imperio, & omĩ tuo genere oẽs cõmuniter celebremus. Hanc fidei expositionem alij quidẽ dicebant artificiose compositã, vt videret princeps placari sermonibus, & ita Arrij dogmatibus circũferri, quatenus p expositionem omniũ ei fidu

Lib. 3. tripartitę hist. ca. 4. Et Theodo. lib. 1. ca. 26

vbi sup. ca. 5

Theodo. lib. 1 ca. 30. & 31

alias, Eliam, vel Aeliam.

alias, viros

vbi sup. ca. 6

alias, Verbũ.

alias, futuri.

Matth. 28. d.

alias, die

cia præberet, & vtrũq; haberet intellectũ. Arbitratus aũt Imperator, Arrium, & Euzoium similia credere his, q in Nicæa conuenerant, valde gauisus est, non tamen sibimet persuasit, vt eos in ecclesiæ cõmunionem susciperet ante iudicium, & probatione congruarũ personarũ, secũdũ ecclesiæ legẽ, sed destinauit eos ad episcopos tũc Hierosolymis cõgregatos, scribens, vt fidem eorũ expositionis examinarent, & clementem sup eis deberent proferre sententiam, si recte credentes, inuidiæ gratia essent iniustitiã passi, seu dum non haberent, vnde iudices suos culparent, peterent per pœnitentiã reuocari. Porro sumpta occasione, fautores Arrij per scripta Imperatoris, eos in communionẽ susceperunt. Et cũ hoc fecissent, ipsi Imperatori rescripserunt, & ecclesiæ Alexandrinæ, & in Aegyptum, & Thebaidam, & Libiam, vniuersis episcopis, & clericis pcipientes, vt eos alacriter susciperent, Imperatore testãte, rectam eorũ esse fidẽ, quã etiã propriæ epistolæ subiecerunt. Hæc quidẽ Hierosolymis gesta esse noscuntur. Athanasius autem fugiens de Tyro, Constantinopolim venit, & quæ passus est, adito Imperatore, narrauit, petens, vt quæ Tyro fuerant gesta, examinarentur sub eius quoq; præsentia. Porro Constantinus Imperator rationabilem eius petitionem iudicans, hæc scripsit episcopis, qui in Tyro conuenerant.

Socrates. Igitur Imperator, directa sacra, concilium euocauit, vt in sui præsentia Athanasii examinaret causam, cuius verba sunt hæc.

¶ Epistola Constantini ad concilium in Tyro.

ybi sup. ca. 7

VIctor Cõstantinus pius, episcopis in Tyriorũ vrbe collectis. Ego quidem ignoro, quæ vestro concilio turbulenter, atque cum tempestate decreta sunt. Apparet enim, φ quadam tumultuosa indisciplinatione, veritas est oppressa. Vobis quippe non considerantibus, quæ placent deo, propter iurgia, q̃ contra proximos vestros habetis, & vota vestra ineuincibilia eẽ cõtenditis. Sed erit opus diuinæ prouidentiæ, quatenus & hæc contentio aperte deprehensa, possit euacuari, atque nobis palam fieri, si quid illic conuenientes, siue qualibet gratia, aut inimicitiarũ causa gessistis. Quapropter cum omni festinatione vos oẽs ad meã reuerentiã volo concurrere, quatenus gestorũ apud vos integritatem per vosipsos possitis ostendere. Verũ, qua gratia hæc scripserim vobis, vosq; ad me literis euocauerim, per ea, quæ sequunt, agnoscetis. Pergenti iam mihi ad cognominis nostri felicissime patriæ ciuitatẽ, dum essem conscensurus æquũ, repente Athanasius epũs in media platea cũ quibusdam sacerdotibus, quos circa se habebat, sic inopinate nos adijt, vt nobis daretur subito cuiusdã causa formidinis. Testis eñ mihi inspector omnium deus est, qm̃ neq; cognoscere eum, qs esset, prima fronte præualui, nisi quidam *nostrum, & quis esset, & quam ptulisset iniustitiã, tunc narrasset. Et ego qdem neq; confabulatus cum eo sum illo tẽpore, nec qualibet collocutione participatus. Dũq; ille audiri se deposceret, ego vero refutarẽ, & pene eum repelli pciperem, cum maiori fiducia nihil aliud a nobis, q̃ vestrum postulauit aduentum, vt vobis p̃sentibus, quæ passus est, necessario posset suis gemitibus explanare. Vnde quia mihi rationabile videtur, & temporibus opportunum scribi vobis libentius hęc p̃cepi, vt oẽs, quicunq; apud Tyrum conciliũ celebrastis, indefinenter ad expeditum nostræ mãsuetudinis cõcurrere festinetis, ipsis operibus ostensuri puritatẽ, & rectitudinem, vestri iudicij coram me, quem dei ministrũ propriũ, neq; vos *abnegatis. Igitur vbiq; pacificatur dei nomẽ, & integre benedicit per meã in deo culturã, etiam apud ipsos Barbaros, q veritatem hactenus ignorabant. Certum nãq; est, quia qui veritatẽ ignorat, neq; deum scire potest. Veruntamen, sicut prædictum est, etiam Barbari per me fidelem ministrum recognouerũt, & deũ metuere didicerũt, quẽ vtiq; protectorẽ meũ vbiq;, ac prouisorẽ, ipsis operibus est ostensum, vnde etiam pcipue deũ sciunt. Et illi qdem propter nostrũ timorẽ reuerẽtur deũ, vos aũt, q sancta *ministeria eius clemẽtiæ proferre videmini, non dicã non custodire, sed nihil agere, nisi quæ ad cõtentionem noscuntur, & odia pertinere, & (vt absolute dicam) quæ ad humani generis tendere videntur interitũ. Sed festinate, vt dixi, ad nos venire continuo, sciẽtes, quoniam

alias, nostrorũ

als, abnegabitis.

alias, mysteria.

A quoniam omni virtute conabor agere, quatenus, quæ in lege dei sunt, ea præcipue sine aliqua titubatione seruentur, quibus vtiq; neq; vituperatio, neq; mala superstitio poterit implicari, dispersis vtiq;, ac palã contritis, & penitus exterminatis sacratissimæ legis inimicis, qui sub schemate sancti nominis blasphemias varias * ad diuersos inijciunt. Hæ siquidẽ literæ ad æstuationem perduxerunt eos, qui fuerant in synodo congregati, quoniam plures quidem ad proprias redierant ciuitates. Qui vero circa Eusebium, & Theogniũ, & Marin, Patrophilũ, & Vrsatium, & Valentẽ erant, ad Constantinopolitanã venientes vrbem, nequaquã de fracto calice, aut altari subuerso, aut Arsenio perempto, quod in synodo concinnauerant, quæstionẽ fieri permiserunt, sed * ad aliã venere detractionẽ, suggerẽtes Imperatori, qm̃ Athanasius interminaretur, non se missuꝝ ab Alexandria frumenta solenniter ad Constantinopolitanam vrbem, & hæc audisse dicebant * ab Athanasio dicẽte ad Amantiũ, * Ambionem, Arbathionẽ, & Petrũ ep̃os. Multum itaq; derogatio p̃ualet, quãdo derogator creditur fide dignus. Hac subreptione ad furorẽ perductus Imperator, Athanasium relegauit exilio, & habitare eum p̃cepit in Gallijs. Aiunt em̃ quidã, hoc Imperatorẽ propterea fecisse, vt vnirent ecclesiæ, qm̃ Athanasius communicare Arrianis euitabat. Et ille quidem degebat in Treueri Galliaꝝ. Theodoricus. Sed nemo miretur, si tantus vir deceptus excessit, sacerdotibus falsa loquentibus, quũ diuinus quoq; Dauid propheta, nõ a pontifice, sed a seruo Siba, contra Miphibozeth * alloquente deceptus sit. Igitur episcopi in Constantinopolitana vrbe congregati, dum Marcellus Ancyræ Galaciæ episcopus illicitam conscriptionem nollet incendere, eum ab episcopatu deposuerunt, in cuius locum Basilium in Ancyram direxerũt. Postea vero Marcellus in Sardicensi concilio recepit episcopatũ, nõ intellectũ dicẽs suum librũ, & propterea quasi Paulianum fuisse depositũ. Igitur dum post cõciliũ Hierosolymitanũ Arrius venisset in Aegyptũ, Alexandrina ecclesia eius euitante communionẽ, rursus venit ad Cõstantinopolitanã vrbẽ, cõuenientibus illuc cõsectatoribus eius, & obediẽtibus Eusebio Nicomediæ ep̃o, & cõciliũ celebrari volẽtibus. Horũ studiũ sentiens tũc Alexãder Cõstantinopolitanus ep̃s, nisus est soluere tale conamen. Dũq; hoc nõ valuisset implere, aperte Arrij nisibus interdixit, nõ licere eũ ecclesiasticũ esse dicẽs, nec infirmandã sentẽtiã epoꝝ, pene totius terræ secũ cõuenientiũ in Nicæna vrbe. Eusebius aũt, & q circa eũ, dũ primo sermonibus flectere nequi C uissent Alexandrũ, * post ei cũ terrore minabant, quia nisi susciperet Arriũ certa die, ipse quidẽ deportaret in exiliũ. Arrius aũt in cõmunionẽ susciperet vniuersoꝝ. Et post hæc ab alterutris recesserunt, illi quidẽ definitam diem expectantes, vt suas minas explerent. Alexander aũt orabat, ne ad p̃fectum verba Eusebij p̃uenirent. Maxime aũt & terror ingerebat, eo q̈ Imperatori pene iam * suaserant, vt faceret, quod ipsi volebant. Ante vnã vero constituti tẽporis diem, prosternens semetip̃m Alexander, sub altare tota nocte iacuit pronus, rogãs deũ, vt impediret terminũ inimicoꝝ eius. Socrates. Hæc igit Alexander pronus orabat. Imperator aũt de Arrio experiri volens, eũ ad palaciũ euocauit, p̃cunctatusq; est, si Nicæni concilij decreta seruaret. Ille vero nihil moratus, repente subscripsit, decreta fidei p̃ subscriptionem arte callida circumueniens. Et Imperator quidẽ miratus, ei intulit iusiurãdum. Qui etiam hoc fraudulenter egit, quodãmodo iusiurandũ arte deludens. Quod aũt audiui de hac machinatione, conscribo. Fert enim, cõscripsisse Arriũ sectã suã in charta, quam sub ala sua ferebat. Vnde vere se iurare credidit, dicens, sic se sapere, sicut scripsisset. Hoc em̃ ita factum audiens, ego conscripsi. Quia vero & iusiurandum præbuit, ex epistolis Imperatoris agnoui. Credens igitur Imperator suscipi eum ab episcopo Constãtinopolitanę vrbis Alexandro in cõmunionẽ p̃cepit. Erat em̃ tũc sabbatũ, & sequẽti die eos cõmunicare expectabat alterutris, sed p̃sumptiones Arrij iudicia dei sequuta sunt. Nam dũ egressus ex imperiali fuisset aula, obsequijs honorabat satellitum Eusebij, & p̃ mediam ciuitatẽ tunc perspicuus apparebat. Quũq; venisset iuxta locũ, cui est vocabulũ Constantini foꝝ, vbi columna Porphyretica collocata est, terror eũ subito ex quodã conscientiæ secreto constrinxit, & cũ formidine sequuta est

al's, ac diuersas

vbi sup. ca. 8

al's, aliam inuenere

al's, Athanasium dicentẽ,

al', Amibionẽ

Theod. lib. I. cap. 33

3. Reg. 9

al's, mendacia proferente

vbi sup. ca. 9

vbi sup. ca. 10

al's, postea, al's postea ei,

al's, p̃suaserat

alias, quidem

De hoc Rufinus aquileiensis ecclesiasticæ histo. li. 10. ca. 13

Mors Arrij ignominiosa

als, destruens.

Vbi supra ca. 11. histo. tripartitæ lib. 3

Vbi sup. c. 12

alias, vere,

alias, decennarios

Theodo. lib. 1 cap. 32

De hoc etiam Theodo. lib. 1 capi. vltimo

als, exequijs

XIIII Virgines, quæ virginitatem ſuam non cuſtodierint, ſi eoſdem, qui eas violauerūt, *duxerint & tenuerint maritos, eo quod ſolas nuptias violauerint, poſt annum ſine pœnitentia reconciliari debebunt. Vel, ſi alios cognouerint viros, eo quod mœchatæ ſint, placuit, per quinquennij tempora, acta legitima pœnitentia, admitti eas ad communionem.

alſ, acceperit

XV Propter copiam puellarum, gentilibus minime in matrimonium dandæ ſunt virgines Chriſtianæ, ne ætas in flore tumens, in adulterio reſoluatur animæ.

2. Coꝛ. 6. c

XVI Hæreticis, qui errant ab eccleſia catholica, nec ipſis catholicas dandas puellas, ſed neq; Iudæis, neq; hæreticis dari, placuit, eo, quod nulla poſſit eē ſocietas fidelis cum infideli. Si contra interdictū fecerint, parētes, abſtinere p quinquēniū placet.

XVII Si qui forte ſacerdotibus idolorum filias ſuas iunxerint, placuit, nec in fine eis dandam communionem.

XVIII

XVIII Episcopi, presbyteri, diacones, si in ministerio positi, detecti fuerint, quod sint mœchati, placuit, & propter scandalum, & propter nephandum crimen, nec in fine eos communionem accipere debere

XIX Episcopi, presbyteri, & diaconi, de locis suis negotiandi causa non discedant, nec circueuntes prouincias, quęstuosas nundinas sectentur. Sane, ad victum sibi conquirendum, aut filium, aut libertū, aut mercennarium, aut amicum, aut quemlibet mittant, & si voluerint negotiari, intra prouinciam negotientur.

In dec. Iuo. li. 5, & dist. 47. Si quis clericorum detectus

XX Si quis clericorum detectus fuerit, vsuras accipere, placuit, degradari, & abstinere. Si quis etiam laicus accepisse probatur vsuras, & promiserit, correptus se iam cessaturum, nec vlterius exacturum, placet, ei veniam tribui. Si vero in ea iniquitate durauerit, ab ecclesia sciat se esse proijciendum.

alias, tanto

XXI Si quis in ciuitate positus, tres dominicas ecclesiam non accesserit * pauco tempore abstineat, vt correptus esse videatur.

XXII Si quis de catholica ecclesia, ad hæresim transitum fecerit, rursusq́ ad ecclesiam recurrerit, placuit, huic pœnitentiam non esse denegandam, eo quod cognouerit peccatum suum, qui etiam decem annis agat pœnitentiam, cui post decem annos præstari communio debet. Si vero infantes fuerint transducti, quod non suo vitio peccauerint, incunctanter recipi debent.

E

als, Ieiunij superpositiões i decretis Iuonis, lib. 2

als in peregrinatione

Dist. 98. Oēs qui in pegri. bris cōstitutio legit i Arelaten. cōcilio primo, cap. 9

XXIII Ieiunia seu abstinentias per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium Iulij & Augusti, ob * eorundem infirmitatem.

XXIIII Omnes, qui * peregre fuerint baptizati, eo quod eorum minime sit cognita vita, placuit, ad clerum non esse promouendos in alienis prouincijs.

XXV Omnis, qui attulerit literas confessorias, sublato nomine confessoris, eo quod sub hac nominis gloria partim cōcutiant simplices, communicatoriæ ei dandæ sunt literæ.

XXVI Errorem placuit corrigi, vt omī sabbati die ieiunium superpositionem celebremus.

XXVII Episcopus, vel quilibet clericus alius, aut sororem, aut filiam virginem dicatam deo, tantū secum habeat, extraneam vero nequaquam secum habeat

XXVIII. Episcopum, placuit, ab eo, qui non communicat, munera accipere non debere.

XXIX Energumenum, qui ab erratico spiritu exagitatur, huius nomen, neq́ ad altare cum oblatione esse recitandum, neque permittendum, vt sua manu in ecclesia ministret.

XXX Subdiaconem eum ordinari non debere, qui in adolescentia sua fuerit mœchatus, eo, quod postmodum, per subreptionem ad altiorem gradum non sit promouendus. Si autem aliqui sunt in præteritum ordinati, amoueantur.

F

XXXI Adolescentes, q̄ post fidem lauacri salutaris, fuerint mœchati, cū duxerint vxores, acta legitima pęnitentia, placuit ad communionē eos admitti debere.

XXXII Si quis graui lapsu in ruinam mortis inciderit, placuit, agere pœnitentiam non debere, sine episcopi consultu, sed potius, apud episcopum agat, cogente tamen infirmitate. Non est presbyterorum, aut diaconorum communionem talibus præstare debere, nisi eis iusserit episcopus.

XXXIII Placuit, in totum prohibere episcopis, presbyteris, diaconibus, ac subdiaconibus positis in ministerio, abstinere se a coniugibus suis, & non generare filios. Quod quicunq́ fecerit, ab honore clericatus exterminetur.

XXXIIII. Cęreos per diem placuit in cœmiterio non incendi. Inquietandi enim sanctoꝶ spiritus non sunt. Qui hęc non obseruauerint, arceanť ab ecclesiæ cōione.

XXXV Placuit, prohiberi, ne fœminæ in cœmiterio peruigilent, eo quod sæpe sub obtentu orationis scelera latenter committant.

In decre. Iuonis, lib. 2 alias, ecclesijs

XXXVI. Placuit, picturas in * ecclesia esse non debere, ne q̄d colitur, aut adoratur, in parietibus depingatur.

XXXVII. Eos, qui a spiritibus immundis vexanť, si in fine mortis fuerint constituti,

A ftituti,baptizari,placet. Si vero fideles fuerint,dãdam eis effe communionem. Prohibendum etiam,ne lucernas publice accendant. Si facere contra interdictum voluerint, abftineant a communione.

XXXVIII Peregræ nauigantes,aut fi ecclefia in proximo non fuerit,poffe fidelem (qui lauacrum fuum integrum habet,nec fit bigamus)baptizare, in neceffitate infirmitatis pofitum catechumenum, ita vt,fi fuperuixerit,ad epifcopum eũ perducat,vt per manus impofitionem perfici poffit.

XXXIX Gentiles,fi,in infirmitate defiderauerint,fibi manus imponi,fi fuerit eorum ex aliqua pte honefta vita,placuit,eis manũ imponi,& fieri Chriftianos.

XL Placuit,prohiberi,vt,cum rationes fuas accipiunt poffeffores, qcquid ad idolum datum fuerit,acceptum non inferant. Si vero poft interdictum fecerint,per quinquennij fpacia temporis,a communione effe arcendos.

XLI Admonere,placuit,fideles,vt,quantũ poffunt,prohibeant,ne idola in domibus fuis habeant, Si vero vim metuunt feruorum, vel feipfos puros cõferuent, Si non fecerint,alieni ab ecclefia habeantur.

XLII Eos,qui ad primam credulitatis fidem accedunt (fi bonæ fuerint conuerfationis)intra biennium tpis,placuit, ad baptifmi gratiam admitti debere, nifi infirmitate cõpellẽte,coegerit rõ,vel focio fubuenire periclitãti,vel gratiã poftulãti.

B XLIII Prauam inftitutionem emendari placuit iuxta authoritatẽ fcripturarum,vt cuncti diem pentecoftes celebremus. Quod qui non fecerit,quafi nouam hærefim induxiffe,notetur.

XLIIII Meretrix quæ aliquãdo fuerit,& poftea habuerit maritũ,fi poftmodum ad credulitatẽ venerit,incunctanter placuit,effe recipiendam.

XLV Qui aliquãdo fuerit catechumenus per infinita tempora,& nunquam ad ecclefiam acceſſerit,fi eum,de clero quifquam agnouerit, voluiffe effe Chriftianum,aut teftes aliqui extiterint fideles,placuit,baptifmum ei non negari,eo, quod in vetere homine deliquiffe videatur.

XLVI Si quis fidelis apoftata,per infinita tempora ad ecclefiam non acceſſerit,fi tamen aliquando fuerit reuerfus,nec fuerit idololatra, poft decem annos, placuit,eum communionem accipere.

XLVII Si quis fidelis habens vxorem,non femel,fed fæpe, fuerit mœchatus,in fine mortis eft cõueniẽdus. Quod fi fe promiferit ceffaturum, detur ei cõmunio. Si refufcitatus rurfus fuerit mœchatus,placuit,vlterius nõ ædere eũ de cõione pacis.

C XLVIII Emendari placuit,vt hi,qui baptizantur(vt fieri folebat)nummos in concham non mittãt,ne facerdos,quod gratis accepit, pretio diftrahere videatur. Neque pedes eorum lauandi funt a facerdotibus,vel clericis.

I.q.I.Emẽdari placuit

XLIX Admoneri placuit poffeffores,vt nõ patiantur, fructus fuos,quos a deo pcipiũt,cũ gratiarum actione a Iudæis benedici,ne noftrã irritã,& infirmã faciant benedictionẽ. Si qs poft interdictũ facere vfurpauerit,penitus ab ecclefia abijciatur.

L Si vero aliquis clericus,fiue fidelis fuerit,qui cum Iudæis cibũ fum pferit,placuit,eum a communione abftinere, vt debeat emendari.

LI Ex omni hærefi,qui ad nos fidelis venerit,minime eft ad clerum promouendus. Vel fi qui funt in præteritum ordinati, fine dubio deponentur.

LII Si qui inuenti fuerint,libellos famofos in ecclefia ponere, anathematizentur.

5.q.I.Si qui inuẽti fuerint.

LIII Placuit cũctis,vt ab eo epifcopo qs recipiat communionẽ, a quo *abftentus in crimine aliquo fuerit. Quod fi aliquis epifcopus pfumpferit eũ admittere,illo adhuc minime fciente,vel confentiente, a quo fuerat communione priuatus,fciat,fe huiufmodi caufas inter fratres effe cum ftatus fui periculo præftaturum.

.i.feparatus fecundũ Cyprianum & Erafmum.

LIIII Si qui parẽtes fidem fregerint fponfaliorum, triennij tempore abftineant fe a communione. Si tamen ijdem fponfus,vel fponfa,in illo graui crimine fuerint deprehenfi,excufati erunt parẽtes. Si vero in eodem fuerint vitio, & polluerint fe,confentiendo,fuperior fententia feruetur.

LV Sacerdotes, q tantũ sacrificantiũ coronã portãt, nec sacrificãt, nec de suis sumptibus aliqd idolis pstant, placuit, post bienniũ accipere communionem. D

LVI Magistratum vero, anno quo agit duumuiratum, prohibere placet, vt se ab ecclesia cohibeat.

LVII Matronæ, vel earum mariti, vestimenta sua ad ornandam seculariter pompam non dent. Et si fecerint, triennij tempore abstineant.

LVIII Placuit, vbicunq;, & maxime in eo loco, in quo primæ cathedræ constitutus est episcopus, vt interrogentur hi, qui communicatorias literas tradunt, an omnia recte habeant, & suo testimonio comprobent.

Ex hoc cap. cõijci põt hoc cõcilium celebratũ statim post papatũ Marcellini papæ

LIX Prohibendum, ne quis Christianus, aut gentilis, ad idolũ Capitolij, sacrificandi causa, ascendat & videat. Quod si fecerit, pari crimine teneatur. Si fuerit fidelis, post decem annos acta pœnitentia recipiatur

LX Si quis idola fregerit, & ibidem fuerit occisus, qa in euangelio non est scriptum, neque inuenitur ab apostolis vnquam factum, placuit, in numerũ eum non recipi martyrum.

LXI Si quis post obitum vxoris suæ, sororem eius duxerit, & ipsa sit fidelis, quinquennio a communione placuit abstinere, nisi forte, velocius dari pacem, necessitas coegerit infirmitatis.

LXII Si augur, aut pantomimi, credere voluerint, placuit, vt prius artibus suis renuntient, & tunc demum suscipiantur, ita vt vlterius non reuertantur. E Quod si facere contra interdictum tentauerint, proijciantur ab ecclesia.

LXIII Si qua mulier p adulteriũ, absente marito, cõceperit, idq; post facinus occiderit, placuit ei nec in fine dandã esse cõmunionẽ, eo qd geminauerit scelus.

LXIIII Si qua mulier, vsq; in finem mortis suæ, cũ alieno fuerit viro mœchata, placuit, nec in fine dandã ei esse communionem. Si vero eum reliquerit, post decem annos recipi ad communionem, acta legitima pœnitentia.

LXV Si cuius clerici vxor fuerit mœchata, & sciat eã maritus suus mœchari, & eã nõ statim proiecerit, nec in fine accipiat communionẽ, ne ab his, q exemplum bonæ conuersationis esse debent, videantur magisteria scelerũ procedere.

LXVI Si quis priuignam suam duxerit vxorem, eo, quod sit incestus, placuit, nec in fine dandam esse ei communionem.

LXVII Prohibendum, ne qua fidelis, vel catechumena, aut comicos, aut viros scenicos, habeat, quæcũq; hoc fecerit, a communione arceatur.

LXVIII Catechumena, si per adulterium conceperit, & conceptum necauerit, placuit, eam in fine baptizari.

LXIX Si quis forte, habens vxorem, semel fuerit lapsus, placuit, eũ quinquennio agere debere pœnitẽtiam, & sic reconciliari, nisi necessitas infirmitatis coegerit, ante tempus dare communionẽ. Hoc & circa fœminas obseruandum. F

LXX Si, conscio marito, fuerit mœchata vxor, placuit, nec in fine dandã ei esse communionem. Si vero eam reliquerit, post decem annos accipiat communionem, si eam, cum scierit adulteram, aliquo tempore in domo sua retinuit.

LXXI Stupratoribus puerorum nec in fine dãdam esse communionem.

32.q.1. Si qua mulier in

LXXII Si qua vidua fuerit mœchata, & eundẽ postea habuerit maritum, post quinquennij tẽpus, acta legitima pœnitentia, placuit, eã communione reconciliari. Si alium duxerit, relicto illo, nec in fine dandã ei esse cõmunionẽ. Vel si fuerit ille fidelis, quẽ acceperit, communionẽ nõ accipiat, nisi post decem annos, acta legitima pœnitentia, nisi infirmitas coegerit velocius dare communionem

5.q.6. Delator si quis alias, non nisi

LXXIII Delator, si quis extiterit fidelis, & p delationem eius aliquis fuerit proscriptus vel interfectus, placuit, eum, *nec in fine accipere communionem. Si leuior causa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem. Si catechumenus fuerit, post quinquennij tempora admittatur ad baptismum

LXXIII Falsus testis, prout crimen est, abstinebit, si tamen non fuerit mortis, quod obiecit. Et si probauerit, quod diu tacuerit, biennij tempore abstinebit. Si autem

A autem non probauerit in conuentu clericorum, placuit, per quinquenniũ abstineri.

LXXV Si quis aũt episcopũ, presbyterum, vel diaconem falsis criminibus a ppetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse cõmunionem.

LXXVI Si quis diaconum se permiserit ordinari, & postea fuerit in crimine detectus mortis, quod aliquando cõmiserit, si sponte fuerit confessus, placuit, eũ, acta legitima pœnitẽtia, post triennium accipere communionem. Quod si alius detexerit, post quinquenniũ, acta pœnitentia, accipere communionẽ laicam debere.

LXXVII Si quis diaconus, regens plebem sine episcopo, vel presbytero, aliquos baptizauerit, episcopus eos per benedictionem perficere debebit. Quod si ante de seculo recesserit, sub fide, qua quis crediderit, poterit eẽ iustus.

LXXVIII Si quis fidelis, habens vxorem, cum Iudæa, vel Gentili fuerit mœchatus, a communione arceatur. Quod si alius eum detexerit, post quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit dominicæ sociari cõmunioni.

LXXIX Si quis fidelis alea, id est, tabula luserit, placuit, eum abstinere. Et si, emen datus, cessauerit, post annum poterit communione reconciliari.

LXXX Prohibendum est, vt liberti, quorum patroni in seculo fuerint, ad B cleꝝ non *prouehantur.

LXXXI Ne fœminæ, suo potius *absq; maritoꝝ noĩbus, laicis scribere audeant, q̃ fideles sunt, vel literas alicuius pacificas, ad suũ solũ nomẽ scriptas, accipiãt.

Dist. 54. Prohibẽdũ est vt alias, promoueantur. alias, q̃

¶ Explicit concilium Elibertinum.

¶ Capitula quatuor ex concilio Elibertino, quæ desumpta ex Gratiano non habentur in capitulis præcedentibus.

PRIMVM.

Ante sacram cõmunionem a propria vxore quisq; contineat.

Omnis homo ante sacram communionem a propria vxore abstinere debet tres, aut *quatuor, aut septem dies. Nec inter catholicos connumerabitur, qui in istis tẽporibus, Pascha, Pentecoste, Natali domini, non cõmunicauerit.

De cõ dist. 2. Omnis hõ. Et in decret. Iuonis lib. 1. alias, quinq;.

SECVNDVM.

Ante quatuordecim annos, nullus iurare cogatur.

C Pueri ante annos quatuordecim nõ cogantur iurare. Puella q̃q; si in puerili ætate, in domo patris, illo nesciẽte, se iuramẽto cõstrinxerit, & si pater, statim vt audierit, contradixerit, vota eius, & iuramẽta irrita erũt, & facilius emendabitur.

22. q. 5. Pueri ante annos. § Puella quoq; Et in decret. Iuo. lib. 8

TERTIVM.

Palea præponitur capitulo huic sine titulo.

Si qua mulier in mortem mariti sui, cum aliis consiliata sit, & ipse vir aliquem illorum, se defendendo, occiderit, & si probare potest ille vir, eam ream esse consilii, potest (vt nobis videtur) ipsam vxorem dimittere, &, si voluerit, aliam ducere. Ipsa autem insidiatrix, pœnitentiæ subiecta, absq; spe coniugii maneat.

1. q. 1. Si qua mulier

QVARTVM.

Temeritas emendetur, cum diffinitio incauta soluitur.

Diffinitio incauta laudabiliter soluenda est. Nec est præuaricatio, sed temeritatis emendatio.

22. q. 4. Diffinitio incauta

Ciuitatis Arelateñ. meminit Ptolomæus lib. ii. cap. x. tit. Gallia Narboneñ. vbi in sub titulo Salies ponit Arelatum. Et Plinius lib. iii. cap. iiii. tit. Narboneñ prouincia. vbi dicit: In mediterraneo Colonia Arelate Sextanonum. Item Anto. in itenerario, tit. Hucusq; Italia, dicẽs: Ab hinc Gallia &c. Aquis Sextis, &c. Arelate. Et iteꝝ tit. De Italia in Gallias a Mediolano Arelate per alpes. Et iteꝝ tit. Iter de Italia in Hispanias a Mediolano, &c. Cauellone Arelate Nemausum. Et iterum tit. Iter ab Arelato Narbone. Et iterum tit. Itinerariũ portus & positionũ nauiũ, ab vrbe Arelato. Et in fine eiusdem tit. a Gratu per fluuiũ Rodanum Arelatum.

CAPITVLA CONCILII ARELATENSIS.

CONCILIVM ARELATENSE PRIMVM HABITVM TEMPORE

pore Constantini Imperatoris, & Syluestri papæ primi.

DOmino, & sanctissimo fratri Syluestro episcopo, Marinus, vel cœtus episcoporum, qui adunati fuerunt in oppido Arelatensi, Quæ decreuimus communi concilio, *charitatiue significamus, vt omnes sciant, quid in futurum obseruare debeant.

alias, charitati tuæ.

CAPITVLVM PRIMVM.

De cõ. dist. 3. De obseruatione paschæ

De obseruatione paschæ dñi, vt vno die, & tempore per omnem orbẽ obseruetur, & iuxta consuetudinem, literas ad omnes tu dirigas.

II De his, q in qbuscũq; locis ordinati fuerit ministri, ĩ ĩpis locis pseuerẽt.

III De his, q arma proijciũt in pace, placuit, abstinere eos a communione.

IIII De agitatoribus, qui fideles sunt, placuit, eos, quamdiu agitant, a communione separari.

V De theatricis, & ipsos placuit, quamdiu agunt, a cõmunione separari.

VI De his, q in infirmitate credere volũt, placuit, debere his manũ ĩponi.

VII De præsidibus, qui fideles ad præsidatum impetu prosiliunt, ita placuit, vt cum promoti fuerint, literas accipiant ecclesiasticas, communicatorias, ita tamen, vt in quibuscunq; locis gesserint, ab episcopo eiusdem loci cura de illis agatur, vt cum cœperint contra disciplinam *publicam agere, tunc demum a communione excludantur. Similiter & de his fiat, qui rempublicam agere volunt.

als, publice

De cõ. dist. 4 De Arrianis.

VIII De Arrianis, qui propria lege sua vtuntur, vt rebaptizentur, placuit. Si ad ecclesiam aliqui de hac hæresi venerint, interrogent eos nostræ fidei sacerdotes symbolum. Et si peruiderint in patre, & filio, & spiritu sancto, eos baptizatos, manus eis

A nus eis tantum *imponatur, vt accipiant spiritum sanctum. Quod si interrogati, non responderint hanc trinitatem, baptizentur.

IX De his, qui confessorum literas afferunt, placuit, vt sublatis eis literis, alias accipiant communicatorias.

X De his, qui coniuges suas in adulterio deprehendunt, & ijdem sunt adolescentes, fideles, & prohibentur nubere, placuit, vt in quantum potest, consilium eis detur, ne, viuentibus vxoribus suis licet adulteris, alias accipiant.

XI De puellis fidelibus, quæ gentilibus iunguntur, placuit, vt aliquanto tempore a communione separentur.

XII De ministris, qui fœnerantur, placuit, eos, iuxta formam diuinitus datam, a communione abstinere.

XIII De his, qui scripturas sanctas tradidisse dicũtur, vel vasa dominica, vel nomina fratrum suorum, placuit nobis, vt, quicũque eorum *in actis publicis fuerit detectus, vel verbis nudis, ab ordine cleri amoueatur. Nam si ijdẽ aliquos ordinasse fuerint deprehensi, & si in his, qui ordinauerunt, ratio subsistit, non *tamen illis subsistat ordinatio, quoniam multi sunt, qui contra ecclesiasticam regulã pugnare videntur, &, per testes redemptos, putant se ad accusationem admitti debere, q omnino non admittantur, nisi (vt supra diximus) actis publicis docuerint, omni se suspitione carere.

B XIIII De his, qui falso accusant fratres suos, placuit, eos vsque ad exitum non communicare, sed falsum testem, iuxta scripturam, impunitum nõ licere esse.

XV De diaconibus, quos cognouimus multis locis offerre, placuit, minime fieri debere.

XVI De his, qui pro delicto suo a communione separantur, ita placuit, vt quibuscunque locis fuerant exclusi, eodem loco communionem consequantur

XVII Vt nullus episcoporum alium episcopũ conculcet.

XVIII De diaconibus vrbicis, vt non aliquid per se præsumant, sed *honor presbyteris reseruetur.

XIX Vt presbyteri, sine conscientia episcoporum, nihil faciant

XX Vt peregrino episcopo locus sacrificandi detur.

XXI De his, qui vsurpant sibi, quod soli debeant episcopum ordinare, placuit, vt nullus hoc sibi præsumat, nisi assumptis secum alijs septem episcopis. Si tamen non potuerint septem, sine tribus fratribus non audeant ordinare.

XXII De presbyteris, aut diaconibus, qui solent dimittere loca sua, in quibus C ordinati sunt, & ad alia loca se *transtulerunt, placuit, vt his locis ministrent, quibus præfixi sunt. Qui *relictis locis suis, ad alium locum se *deferre voluerint, deponantur.

XXIII De his, qui apostatant, & *antequam se ad ecclesiam repræsentent, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, & postea *in infirmitate arrepti, petunt communionem, placuit, eis non dandam communionem, nisi reualuerint, & egerint dignos fructus pœnitẽtiæ

Explicit concilium Arelatense primum.

[Margin: al's, imponãt | Similis constitutio legit in cõcilio Elibertino, cap. 25 | 14. q. 4. Ministri, qui fœ. Lucæ. 6. c | alias, ex | al's, illis obsit. | Prouer. 19. a | alias, honorẽ pbr̃is seruẽt | In decr. Iuonis libr. 5 | al's, trãsferũt. | al's, si derelictis | al's, trãsferre | al's, nunquã. | al's, infirmitate correpti]

CONCILIVM GANGRENSE, SVB TEMPORE SYLVESTRI PAPÆ PRIMI.

HVius ciuitatis Ptolomæus in suo opere nõ meminit, nec Antoninus in itinerario illius mentionem facit. Verum Plinius lib. vi. naturalis historiæ cap. ij. tit. Gens Paphlagonũ, & Capadocũ, ipsam ponit. Strabo aũt Geographiæ suæ lib. xij. de eadẽ dicit sic. Postremus vero Deiotarus Castori filius cognomẽto Philadelphus Paphlagoniæ imperauit, & Gangra Morzæi regiã habuit. Id autem est oppidum, simul & castellum.

ARGVMENTVM EX GRATIANO in concilium Gangrense

Dist.15.Prima annotatio.

SYnodus Gangrensis post Nicænam legitur fuisse, in qua patres.xvi. statuerunt canones.xx. propter quasdam necessitates ecclesiasticas, maxime contra Eustachium, qui dicebat, quod nullus in coniugali gradu positus, nec vllus fidelis, q non omibus renuntiaret, quæ possideret, spem vllã ad deũ haberet. Et multa alia venenosa, q̃ enumerare lõgũ est. Et infra inalio alio loco. Itẽ opponitur ex cõcilio Gangrensi. Si qs discernit pres byteꝝ cõiugatũ, tanq̃ occasione nuptiaꝝ, q̃d offerre nõ debeat, & ab eius oblatione ideo abstinet, anathema sit. Sed notandũ est (inqt) q̃d secundũ Isidoꝝ pleraq; capitula ex causa, ex loco, ex tpe, ex psona cõsiderãda sunt. Hinc etiã Gregorius ait: Regulæ sanctoꝝ patrũ pro tpe, loco & psona, & negotio, instãte necessitate, traditæ sunt. Illud ergo, q̃d in concilio Gangrensi legit, ex causa cõsiderat, & ex tpe. Causa fuit hæresis Manichæoꝝ, q cõiugiũ detestabant. Sicut etiã quorũdã supstitio, multa in catholicoꝝ detestationẽ introduxisse inuenit, cõtra qs in Gangrensi cõcilio statutũ legitur. Hæc Gratianus.

Dist.28. Si qs discernit
Dist.29. Sciendum est.
Dist.29. Regulæ sanctoꝝ
Dist.30. cap. Illud aũt q̃d in canone.

D

TITVLI CAPITVLORVM GANGREN. concilij secundum diuersas translationes.

E

F

Concilium

A

CONCILIVM GANGREN. CELEBRATVM circa annos dñi, CCCXXIIII. in Paphlagonia, seu regione Pelasgiorum.

Dominis honorabilibus consacerdotibus, in Armenia constitutis episcopis.

Eusebius,	Aelianus,	Basilius,	Eugenius,
Hypatius,	Bithynicus, ali. Biteni⁹,	Philetus,	Osius Cordubeñ.
Eulalius,	Olympius,	Heraclius,	Broerius, ali. Proseri⁹,
Gregorius,	Bassianus,	Pappus	Bassus. (ali. Pressius,

Qui conuenerunt in Gangrense concilium, in domino salutem. Quoniam conueniens sancta synodus episcoporum in ecclesiam Gangrensem, propter quasdam ecclesiasticas, & necessarias causas inquirendas, & ea, quæ secundum Eustachium gesta sunt, dinoscenda, inuenit multa fieri indecenter ab his, qui eundem Eustachium sequuti sunt, necessario statuit, palam omnibus factis, amputare vniuersa, quæ ab eodem *male commissa sunt. Declaratum est enim, hos eosdem nuptias accusare, & docere, ꝙ nullus in coniugali positus gradu, spem habeat apud deum. Vnde factum est, vt mulieres multæ seductæ, relictis proprijs viris, & viri, vxoribus destitutis, vinculum coniugale dissoluerent, continentiam profitentes, quam quum retinere non possent, adulterium commiserunt. Inuenti enim sunt,* dissensiones ac separationes in dominicis ecclesijs docere, id est, traditiones ecclesiasticas, & ea, quæ in ecclesijs aguntur, debere contemni, priuatisq; conuenticulis *institutis, ad imitationem eorum, quæ in domo dei aguntur, omnia præsumere celebrare. Adhuc etiam vestibus communibus spretis, nouos etiam & insolitos habitus assumpsisse. Primitias quoq; fructuum, & oblationes eorum, quas veterum institutio ecclesijs tribuit, sibimet * vindicasse, id est, propria ratiocinatione doctrinæ, tanquã sanctis, sibi eas offerri debere, apud se, & inter se dispensandas. Seruos, a dominis recedentes, per hunc inusitatum religionis suæ habitũ, sub specie religionis, dominos contempsisse. Mulieres quoq;, præter consuetudinem, & sui sexus ornatum hinc se * iustificare credentes, virilẽ habitum suscepisse, pluresq; earum, occasione religionis tonsas, genuini decoris comas penitus amputasse. Ieiunia, quæ in ecclesia prædicantur, contemnenda asseruisse. Nonnullos eorum, etiam cibos carnium tanquã illicitos reputasse. In domibus coniugatorum, nec orationes quidem debere celebrari, persuasisse, in tantum, vt easdem fieri vetent, & oblationibus, quæ in domibus factæ fuerint, minime communicandum esse decernant. Presbyteros vero, qui matrimonia contraxerunt, sperni debere dicunt, nec sacramenta, quæ ab eis conficiuntur, attingi. Loca sanctorum martyrum, vel basilicas contemnere, & omnes, qui illuc conueniunt, & sacramenta conficiunt, reprehendere. Diuites fideles, qui non omnibus renuntiant, quæ possident, spem apud deum non habere. Et multa alia, quæ enumerare nulli possibile est. Singulos quoq; eorum pro suo arbitrio constituere. Vnusquisq; eñ eorũ, per tales institutiones, ab ecclesiastico canone recessit, tanq̃ proprias leges sibimet condidisse præsumens.

[Margin: als, mala — al, discessiões — als, statutis — als, cõstitutis — als, vẽdicasse — als, iustificari — Lucæ. 14. g]

B — C

Sed nec cõmunis his omnibus, & vna sententia est. Singuli eñ, prout videtur, & libet, ad accusationem ecclesiæ nitendo, tanq̃ rector non sit, vel addunt decreta, vel minuunt. Propterea ergo coactum est hoc concilium, in Gangrensi ecclesia habitũ, vt canones istos exponeret, quibus probantur memorati extra ecclesiam esse. Quod si per pœnitentiam condemnauerint omnia hæc, quæ male senserunt, tanquam a se non bene prolata, acceptabiles fiant, atque ideo singula, quæ debeant condemnare, synodus credidit exponenda. Quod si quis renuerit hæc, quæ hodie constituta sunt, tanquam hæreticus & anathematizatus & damnatus abijciatur. Et erit non solum incommunicatus, verumetiam & ab ecclesia habeatur extorris, donec deprecetur * episcopos, & de vniuersis, quæ penes eos detecta atq; deprehensa sunt, prouiderit, quid horum susceperit obseruandum.

alias, episcopos, & de vniuersis, quæ apud eos deprehensæ atque detectæ sunt. Hæc litera adeo deprauata est, vt neutra satisfaciat ad intelligendum plene.

CAPITVLA CONCILII GANGRENSIS secundum duplicem æditionem.

D

¶ AEDITIO PRIMA.

CAPVT PRIMVM.

Dist.31. Si qs vituperat. Dist.30. Si qs nuptias i ac.

SI quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro suo fidelem, ac religiosam detestatur, aut culpabilem ęstimat, velut quę in regnum dei introire non possit, anathema sit.

CAP. II.

Dist.30. Si qs carnem mã.

Si quis carnem edentem, præter sanguinem, & idolis immolatum, & suffocatum, cum religione, & fide condemnat, velut spem propter huiusmodi perceptionem non habentem, anathema sit.

alias, qui

CAPVT III.

17.q.4. Si qs alienum.

Si quis seruum, pretextu diuini cultus, doceat dominum contemnere proprium, vt discedat ab eius obsequio, nec ei cum beneuolentia, & omni honore deseruiat, anathema sit.

CAPVT IIII.

Dist.28. S qs discernit

Quicunq; discernit a pbro, q vxorem habuit, qd nõ oporteat, eo ministrãte, de oblatione percipere, anathema sit.

CAPVT V.

Dist.30. Si qs docet do.

Si quis docet, domum dei contemptibilem esse, & conuentus, qui in ea celebrantur, anathema sit.

CAP VI.

Dist.30. Si qs extra eccl.

Si quis extra ecclesiam seorsum conuentus celebrat, & despiciens ecclesiam, ea, quæ sunt ecclesiæ, voluerit vsurpare, non conueniente presbytero, iuxta decretum episcopi, anathema sit.

alias, & sine

CAPVT VII.

Si quis oblationes ecclesiæ extra ecclesiã accipere, vel dare voluerit, pter consciẽtiã episcopi, vel eius, cui huiuscemodi officia commissa sunt, nec cum eius voluerit agere consilio, anathema sit.

CAPVT VIII.

Si quis dederit, vel acceperit oblata pter episcopum, vel eum, qui constitutus est ab eo, ad dispensandam misericordiam pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema sit.

¶ AEDITIO SECVNDA.

CAPVT PRIMVM.

SI quis nuptias in accusationem duxerit, & mulierem fidelem, ac zeligiosam, cum viro suo dormiẽtem abominandam crediderit, aut etiam accusandam, tanquam non posse coniugatos in regnũ dei igredi, anathema sit.

CAPVT II.

Si quis carnẽ manducantẽ ex fide, cũ religione, pter sanguinẽ & idolo immolatum, & suffocatum, crediderit condẽnandum, tanq̃ spem non habentem, * quod eas manducat, anathema sit.

CAP. III.

Si quis seruum alienum, occasione religionis, doceat dñm suum debere contemnere, & eius ministerium destituere, ac potius nõ docuerit, eum suo domino bona fide, & cum omni honorificentia deseruire, anathema sit.

E

CAP. IIII.

Si quis discernit pſbyterũ coniugatum, tanq̃ occasione nuptiarũ, qd offerre nõ debeat, & ab eius oblatione ideo se abstinet, anathema sit.

CAP. V.

Si quis docet domum dei contemptibilem esse debere, & congregatiões, quæ in ea fiunt, anathema sit.

CAP. VI.

Si qs extra ecclesiã priuatim populos congregans, contẽnat ecclesiasticas sanctiões, aliterq; ea, q̃ sunt ecclesiæ, voluerit vsurpare, nõ cõueniẽte pſbytero, iuxta decretum episcopi, ipsamq; ecclesiam apud se, sine consilio episcopi, * cum presbytero agat, anathema sit.

F

CAP. VII.

Si quis oblationes fructuum, vel primitias ecclesiæ debitas, voluerit extra ecclesiam accipere, aut dare præter conscientiam episcopi, vel huius, cui huiusmodi officia commissa sunt, & non magis cum consilio eiusdem hæc agenda putauerit, anathema sit.

CAP. VIII.

Si qs dederit, vel acceperit fructuum oblatiões pter epm, vel eum, qui constitutus est ab eo, ad dispensandam misericordiam pauperibus, qui dat, & qui accipit, anathema sit.

CAP.

A

AEDITIO .I.

CAP. IX.

Quicunq; virginitatē custodiens, aut continentiæ studens, velut horrescens, nuptias temerat, nec propter hoc, quod bonū & sanctū est, nomen virginitatis assumit, anathema sit.

CAP. X.

Si quis ex his, qui virginitatem propter dominum seruant, extollitur aduersum coniugatos, anathema sit.

CAP. XI.

Si quis despicit eos, qui fideliter agapes, id est, conuiuia pauperibus exhibēt, & propter honorem dei conuocant fratres, & noluerit communicare huiuscemodi vocationibus, paruipendens, quod geritur, anathema sit.

B

CAP. XII.

Si quis virorum propter continentiam, quæ putatur, amictu pallij vtitur, quasi per hoc habere se iustitiam credens, & despicit eos, qui cum reuerentia birris, & alijs communibus, & solitis vtuntur, anathema sit.

CAP. XIII.

Si qua mulier propter cōtinentiā, quę putat, habitū mutat, & pro solito muliebri amictum virilē sumit, anathema sit.

CAP. XIIII.

Si qua mulier, virum proprium relinquens, discedere voluerit, nuptias execrans, anathema sit.

C

CAP. XV.

Si quis filios suos relinquens, non eos enutrit, & quod ad se pertinet, non ad pietatem diuini cultus informat, sed per occasionem continentiæ negligit, anathema sit.

CAP. XVI.

Quicunque filij a parentibus, prætextu diuini cultus, abscedunt, nec debitam reuerentiam dependunt illis, qui diuinum cultum sibi proculdubio præferunt, anathema sit.

CAP. XVII.

Si qua mulier, propter diuinum cultum (vt æstimat) crines attondeat, quos ei deus ad subiectionis materiam tribuit, tanquam præceptum dissoluens obedientiæ, anathema sit.

CAP. XVIII.

Si qs p

AEDITIO II.

CAP. IX.

Si quis vel virginitatem, vel continentiam *professus, tanq̄ abominabiles nuptias iudicat, & non propter hoc solū, quod continentiæ, & virginitatis bonū, sanctum propositum est, anathema sit.

CAP. X.

Si quis propter deum virginitatē professus, in coniugio positos per arrogantiam vituperauerit, anathema sit.

CAP. XI.

Si quis contemnendos duxerit agapem facientes, & propter honorem dei fratres ad se pauperes conuocantes, & noluerit communicare *vocatiōibus eorum, tanquam nihili, quod fit, ducens, anathema sit

CAP. XII

Si quis virorum putauerit sancto proposito, id est, continentiæ conuenire, vt pallio vtatur, tanquam ex eo iustitiā habiturus, & reprehendat, vel iudicet alios, qui cum reuerentia birris vtuntur, & alia veste cōmuni, q̄ in vsu est, anathema sit.

CAP. XIII.

Si qua mulier, suo proposito vtile iudicans, vt virili veste vtatur, * & ad hoc in viri habitum mutatur, anathema sit.

CAP. XIIII.

Si qua mulier, derelicto viro, discedere voluerit, soluto vinculo coniugali, nuptias condemnando, anathema sit.

CAP. XV.

Si qs dereliquerit proprios filios suos, & nō eos aluerit, &, q̄d pietatis est, necessaria non p̄buerit, sed sub occasione continentiæ negligendos putauerit, anathema sit.

CAP. XVI.

Si qui filij parentes, maxime fideles, deseruerint, occasione dei cultus, hoc iustum iudicātes esse, & non potius debitū honorē parētibus reddiderint, vt hoc ipsum in eis venerent, q̄ fideles sunt, anathema sit.

CAP. XVII.

Quæcunque mulier, religioni iudicās conuenire, comā sibi amputauerit, quam deus ad velamen eius, & ad memoriam subiectionis illi dedit, tanquā resoluens *ius subiectionis, anathema sit.

CAP. XVIII.

Si quis

Dist.30. Si qs vel virg.

als, in coniugio p̄fessus

Dist.30. Si qs propter deū.

Dist.42. Si qs despicit.

als, cōuocationibus, vel, auocatiōib⁹.

Dist.30. Si qs virorum

Dist.30. Si qua mulier.

als, & p̄pter hoc viri habitū imitetur.

Ibidem.

Dist.30 Si qs dereliq Et in dec. Iuo. lib. 7

Di.30. Si q fi.

Dist.30. Quęcunq; mulier

als, iura

Dist.30. Si qs tanq̃ hoc.

¶ AEDITIO PRIMA.

Si quis propter continẽtiam, quæ putatur, aut contumaciam, in die dominico ieiunat, anathema sit

CAPVT XIX.

Dist.30. Si qs eorum qui in

Si quis eorum, qui continẽtię student, absq; necessitate corporea, tradita in commune ieiunia, & ab ecclesia custodita, superbiendo dissoluit, stimulo suæ cogitationis impulsus, anathema sit.

CAPVT XX.

Dist.30. Si qs per superbiã

Si quis superbiæ vsus affectu, conuentus abominatur, qui ad confessiones martyrum celebrantur, & ministeria, quæ in eis fiunt, simul cum eorum memorijs execratur, anathema sit.

¶ Et subscripserunt supra nominati sedecim episcopi.

Dist.30. Hæc aũt scripsim⁹

¶ Hæc autẽ scripsimus, non, qui in ecclesia dei secundum scripturas sanctũ propositum continẽtiæ eligunt, vituperãtes, sed eos, q abutuntur proposito in sup̃biã, & extollunt aduersus simpliciores, abscindimus, & damnamus eos, qui aduersum scripturas, & ecclesiasticas regulas, noua introducunt p̃cepta. Nos autẽ & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam, quæ cum castitate, & religione, suscipitur, approbamus, & renuntiationem secularium negotiorum cum humilitate recipimus, & nuptiarum castum vinculum honoramus, & diuitias cũ iustitia, & opibus bonis non spernimus, & habitum simplicẽ, ac vestẽ viliorẽ, pro corporis diligentia infucatum, laudamus, sicut etiã solutas, ac fractas, in vestibus processiones reprobamus. Et domos dei honoramus, & conuentus, qui in his fiunt tanquam sanctos, & vtiles suscipimus, pietatem in priuatis domibus non claudentes, sed omnem locum in nomine dei ædificatum, honoramus, & congregationem in eadem ecclesia, factam pro vtilitate communi, recipimus. Et bona opera, quæ supra vires in fratres pauperes exercentur, secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus, & omnia, quæ per sanctas scripturas, & per apostolos sunt tradita, in ecclesia celebrari exoptamus.

Dist.41. Parsimoniã cum veste.

¶ AEDITIO SECVNDA.

D

Si quis, tanq̃ hoc continentię cõuenire iudicãs, die dñico ieiunauerit, aut in eiusdem diei cõtemptum, anathema sit.

CAPVT .XIX.

Si qs eorum, qui in proposito sunt cõtinentiæ, præter necessitatẽ corporalem, & superbiens, ieiunia communia totius ecclesiæ putauerit contemnenda, p̃fectam in sua scientia vindicans rationem, anathema sit

CAP.XX.

Si quis p̃ superbiam, tanq̃ p̃fectum se existimãs, conuẽtus, qui p̃ loca & basilicas sanctorum martyrũ fiunt, vel accusauerit, vel etiam oblationes, quæ ibidẽ celebrantur, spernendas esse crediderit, memoriasq; sanctorum contemnendas, anathema sit.

¶ Et subscripserũt supra noĩati. xvi. ep̃i.

E

¶ Hæc aũt scripsimus, non abscindentes eos, q in ecclesia dei secũdũ scripturas sanctorum propositũ cõtinẽtiæ eligunt, sed eos, q suscipiũt habitũ eius, & in sup̃biam efficiuntur aduersus eos, q simplicius viuunt. Sed & hos condemnamus, qui se extollũt aduersus scripturas, & ecclesiasticos canones, & noua introducunt præcepta. Nos aũt & virginitatẽ cum humilitate admiramur & continentiam cum castitate, & religiõe, deo acceptissimã dicimus & renuntiationẽ seculariũ negotiorum, atq; actuũ, cum humilitate approbãdo laudamus, & nuptiarum vinculũ, quod secũdũ castitatẽ secũ p̃durat, honoramus, & diuites cũ iustitia, & opibus bonis, non abijcimus & parsimoniã cũ veste humili nõ reprobamus, sicut etiã ornatum, p̃ter corporis diligẽtiam, infucatum laudamus. Dissolutos autẽ & fractos, in vestibus incessus nõ recipimus, & domos dei honoramus, & conuẽtus, q in his fiunt, tanq̃ sanctos, & vtiles recipimus, pietatẽ in priuatis domibus nõ concludẽtes, oẽm locũ in noĩe dei ædificatũ, honoramus, & cõgregationẽ, in ecclesia factã ad vtilitatẽ cõmunẽ, recipimus, & bona op̃a, q̃ iuxta vires in frẽs pauperes exercent, secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus, & oĩa, quæ conueniunt traditionibus apostolicis, & sanctarum scripturarum præceptis, in ecclesia fieri exoptamus.

F

¶ Finiunt capitula concilij Gangrẽ.

A

CONCILIVM ARELATENSE SECVNDVM TEMPORE Syluestri papæ primi.

¶ Qui sint scriptores, qui huius ciuitatis meminerunt, vide supra sub eodem isto pontifice, circa concilium Arelateñ. primum, post concilium Nicænum.

Tituli capitulorum concilij Arelateñ. secundi.

als, eruerunt.

¶ Et primo assignantur nomina eorum, qui interfuerunt.

Celebratū est aūt idem conciliū tēpore beati Syluestri papæ primi, & Cōstātini Imperatoris, circa annos dñi. CCCXXVI. Volusiano & Anniano viris clariss. conss.

C

¶ Ex prouincia Siciliæ, ciuitate Syracusa, Sixtus eṗs, & Florus diaconus.
Ex ṗuincia Cāpaniæ, ciuitate Capuana, Prothus eṗs, & Tuta & Agrippa diaconi.
Ex prouiucia Apuliæ, ciuit. Arpiensium, Pardus episcopus, Crescēs diaconus
Ex pro. Dalmatiæ, ciut. Aquileia, Theodorus eṗs, Agathon diacoñ.
Ex vrbe Roma, quos Syluester episcopus misit, *Claudianus & Auitus presbyteri, Eugenius & Quiriacus diaconi. — als, Claudius & Vitus.
Ex prouincia Italiæ, ciuitate Mediolaneñ. Orosius eṗus, Nazaræus lector.
Ex prouin. Viennensi, ciuitate Arelate, *Maurinus eṗs, Salanias presbyter, Nicetus Apher, Vrsinus & Petrus diacones. — als, Marinus
Ex eadem prouin. ciuitate Vienna, Verus eṗs, Bedas exorcista.
Fx eadem pro. ciuitate Vasioneñ. Dammas eṗus, Victor exorcista.
Ex eadem pro. ciuitate * Arausicorum, *Faustinus presbyter. — al' Aurasicorum; als, Iustinus
Ex eadem prouin. ciuitate Carpentoraco, Innocētius dia. Agapius exorcista
Ex prouin. Galliarum, ciuita. Remorum, * Ibethanius eṗus, Prigemus diac. — al', Betausius
Ex eadem prouin. ciuitate Rothomageñ. Anitianus eṗs, Nicetus diac.
Ex eadem pro. ciui. Augustudimo, Rhetycius eṗs, Amādus pbr̄, Filomatis diaco.
Ex eadem pro. ciuitate Niueduno, Euotius eṗus, * Pitulius exorcista. — als, Pitolinus
Ex eadem pro. ciuit. Agrippina, Maternus secūdus eṗs, *Mauricius diaconus — als, Marinus,
Ex prouincia Aquitaniæ primæ, ciuit. Gabali, Genialis episcopus.
Ex prouin. Aquitaniæ secundæ, ciu. Burdegalia, Orientalis eṗs, Flauius diaconus.

Ex

	Ex ciuitate Treuirorum	Agritius epũs, & Felix exorcista.
	Ex prouincia Narboñ. ciuitate Biterreñ.	
	Ex eadem prouincia, ciuitate Tolosa,	Martinus epũs Leontius diaconus
	Ex prouincia Britanniæ ciuitate Londineñ.	Restitutus episcopus,
	Ex prouincia Bizacena, ciuitate Tuberniceñ.	Eburius episcopus
	Ex eadem prouincia, ciuitate Culucitana,	Adelphius
	Ex ciuitate Emerita.	Liberius epũs, Floretius diaconus.
	Ex Hispania, ciuitate Orcelis,	Naialis psbyter Ceterius diaconus.
	Ex prouincia Hispaniæ, ciuitate Betica,	* Sabinus presbyter, alias Sauinus,
	Ex eadem prouincia, ciuitate Tarracona	Probatus psbyter, Castorius diacoñ.
alias, Rufin⁹	Ex eadem prouincia, ciuitate Cæsaraugusta,	Clemẽtius psbyt. *Rouinus exorcista
alias, Lector,	Ex ciuitate * Tebesteñ. alias Tenesteñ.	*Trimanus psbr * Victor diaconus.
als, Termasi⁹	Ex pro. Mauritaniæ Cæsarieñ. ciui. Cæsarieñ.	Fortunatus epũs, Deuterius diacoñ.
	Ex prouincia Sardiniæ, ciuitate Carali,	* Quintus epũs, Admonius psbr.
alias, Quintianus	Ex prouincia Aphricæ, ciuitate Carthagine	Cecilianus pbr, Sperantius diacous
	Ex eadem pro. * Onina, alias Oeñ. alias Vtina.	Lampadius episcopus.
	Ex eadem prouincia, ciuitate Vtica	Victor episcopus.
als, Vigesilitana	Ex eadem prouincia, ciuitate * Begesilitana,	Anastasius episcopus.
	Ex eadem prouincia, ciuitate Tuburbineñ.	Faustus episcopus.
alias, Suffetuleñ. alias, Con	Ex eadem prouincia, ciuitate * Sitifeñ.	Surgentius episcopus,
florentis, als, Confluenta	Ex prouincia Numidiæ, ciuitate Volubilis,	Victor episcopus
	Ex eadem prouincia, ciuitate Vireñ.,	Vitalis episcopus
	Ex prouincia Romana, ciuitate Portueñ.	Gregorius episcopus.
	Ex eadem prouincia, ciuitate Centumcellis,	Epitatus episcopus.
	Ex eadem prouincia, ciuitate Ostieñ.	Leontius & Macharius presbyteri.

¶ Præscriptorum episcoporum ad diocœses suas assignatio posita est, inquantum huius Concilij exemplaria illã ministrarunt. Nemo ergo indignetur, si videatur nõnunquam haud admussim facta.

CAPITVLA EIVSDEM CONCILII.

CAPITVLVM PRIMVM.

¶ Ordinari ad diaconatus, vel sacerdotij officium, neophytum non debere

Dist. 28. Assumi aliquẽ ad.

II Assumi aliquem ad sacerdotium non posse in vinculo coniugij constitutum, nisi fuerit promissa conuersio, non oportet.

Ex. 3. ca. Nicænæ synodi

III Si quis de clericis a gradu diaconatus, in solatio suo mulierem præter auiam, matrem, sororem, filiam, neptem, vel conuersam secum vxorem habere præsumpserit, a communione alienus habeatur. Par quoque & mulierem (si se separare noluerit) pœna percellat.

IIII Nullus diaconus, vel presbyter, vel episcopus, ad cellarij secretum intromittat puellam, vel ingenuam, vel ancillam.

Ex ca. 4. Nicænæ synodi.

V Nullus episcopus sine metropolitani permissu, nec episcopus metropolitanus sine tribus episcopis comprouicialibus, præsumat episcopum ordinare, ita, vt alij comprouinciales epistolis admoneantur, vt se suo responso consensisse significent. Quod si inter partes aliqua nata fuerit dubitatio, maiori numero metropolitanus in electione consentiat.

Ex. 6. ca. Nicænæ synodi

VI Illud autem ante omnia clareat, eum qui sine conscientia metropolitani cõstitutus fuerit episcopus, iuxta magnam synodum esse episcopum nõ debere.

Ex. 1. ca. Nicænæ synodi. Dist. 55. Hi q se carnali

VII Si qui se carnali vitio repugnare nescientes abscindunt, ad clerum peruenire non possunt.

Ex ca. 8. Nicænæ synodi

VIII Si quis excommunicatum alterius, siue clericum, siue secularem, recipere post interdictum præsumpserit, nouerit, se reum fraternitatis factum, causam in concilio redditurum.

IX. Noua

A IX. Nouatianum in communionẽ recipi non debere, nisi, suscepta pœnitentia incredulitatis, præteritum damnet errorem. *Ex ca.8.Nicænæ synodi*

X. De his, qui in persequutione præuaricati sunt, si voluntarie fidẽ negauerint, hoc de eis Nicæna synodus statuit, vt quinq; annis inter catechumenos exigant, & duos inter discõmunicãtes, ita, vt cõmunionẽ inter pœnitentes non p̃sumãt. In potestate tamen, vel arbitrio erit episcopi, vt si eos ex animo errorẽ deflere, & agere pœnitentiã viderit, ad cõmunionẽ pro ecclesiastica humanitate suscipere. *Ex cap.11 Nicænæ synodi*

XI. Si qui vero dolore victi, & pondere persequutionis, negare & sacrificare compulsi sunt, duobus annis inter catechumenos, triennio inter pœnitentes habeantur, a communione suspensi. *Ex eodem*

XII. De his, qui in pœnitentia positi, vitam excesserunt, placuit, nullum communione vacuum debere dimitti, sed pro eo, q͠ honorauit pœnitentiam, oblatio illius recipiatur. *Ex ca.12, Nicænæ sy.*

XIII. Nullus cuiusq; ordinis clericus, non diaconus, non presbyter, non episcopus, quacunq; occasione faciente, propriam relinquat ecclesiam, sed omnimo B de aut excommunicet, aut redire cogatur. Quod si aliquis, commorationis tempore, inuito episcopo suo, in aliena ecclesia habitans, ab episcopo loci clericus fuerit ordinatus, huiusmodi ordinatio irrita habeatur. *Ex ca.15. eius. Ex ca.17. eius.*

XIIII Si quis clericus pecuniam dederit ad vsuram, aut conductor alienæ rei voluerit esse, aut turpis lucri gratia, aliquod genus negotiationis exercuerit, depositus a clero, a communione alienus habeatur. *Ex cap.18*

XV. In secretario diaconos inter presbyteros sedere, nõ liceat, vel corpus Christi, præsente presbytero, tradere non præsumant. Quod si fecerint, ab officio diaconatus abscedant. *Ex ca.14. eius.*

XVI Fotinianos, siue Paulianistas, secũdũ patrũ statuta baptizari oportet. *Ex c.19. eius.*

XVII. Bonosiacos aũt, ex eodẽ errore venientes(* quos sicut Arrianos, baptizari in trinitate manifestũ est) dum interrogati, fidem nostram ex toto corde confessi fuerint, cum chrismate & manus impositione in ecclesia recipi sufficit. *al's, q̃ & Arrianos, quia*

XVIII. Ad Arelatensis episcopi arbitrium synodum congregandam(ad quã C urbem, ex omnibus mundi partibus, præcipue Gallicanis, sub sancti * Martini tempore legimus celebratum fuisse concilium, atq; conuentum) si quis, commonitus, infirmitatis causa defuerit, personam vice sua dirigat. *al's, Maurini, vel, Marini*

XIX. Si quis autem adesse neglexerit, aut cœtum fratrum, antequam dissoluatur concilium, crediderit deserendum, * alienum se a fratrum cõmunione cognoscat, nec eum recipi liceat, nisi in sequenti synodo fuerit absolutus. *Dist.18. Si qs aũt synodo, al's, alienatũ*

XX. De agitatoribus, siue theatricis, qui fideles sunt, placuit, eos, quamdiu * agunt, a communione separari. *al's, agitant*

XXI. Pœnitẽtes, quæ, defuncto viro, aliis nubere præsumpserint, vel suspecta, vel interdicta familiaritate, se cum extraneo iunxerint, cum eodem ab ecclesiæ liminibus arceantur. Hoc etiam de viro, in pœnitentia posito, placuit obseruari.

XXII. Pœnitentiam coniugatis non nisi ex consensu dandam. *33, q.4, Pœnitentiam con.*

XXIII. Si in alicuius presbyterio infideles, aut faculas accenderint, aut arbores, fontes, vel saxa venerentur, si hæc eruere neglexerit, sacrilegii se esse reum cognoscat. Dominus autem, vel ordinator rei ipsius, si admonitus, emendare noluerit, communione priuetur.

XXIIII. Eos, qui falsa fratribus capitula obiecisse cõuicti fuerint, placuit, vsq; ad exitum non communicare, (sicut magna synodus ante constituit) nisi digna satisfactione pœnituerint. *10, q.1, Eos q.*

Ex hoc cap. claret, plures esse Nicænæ synodi constitutiones, q̃. xx. quum ista non sit de illarum numero. Idem in primo Arelateñ. concilio, ca. xiiii. sub aliis verbis.

XXV. Hi, qui post sanctam religionis professionem apostatant, & ad seculũ redeunt, & postmodum pœnitentiæ remedia non requirunt, sine pœnitentia com-

communionem penitus nõ accipiant. Quos etiam iubemus ad clericatus officium non admitti. Et quicunq; ille sit, post pœnitentiam secularem habitum non p̃sumat. Quod si præsumpserit, ab ecclesia alienus habeatur. D

XXVI. De his, quos clericatui ipsa vitæ gratia suggesserit, si forte internupta, & duplicata matrimonia inciderint, non vltra subdiaconatũ ecclesiasticas capiãt dignitates. Quod si facti forsitan sunt, ab ecclesiastico remoueantur officio.

Locus obscurus

XXVII. Professas viduas, si in conhibendã perstiterint, cum raptoribus esse damnandas.

cap.4. eiusdẽ concilij

XXVIII. Secundum constitutionem synodi Vasen̄. qui oblationẽ fidelium suppresserit, aut negauerit, ab ecclesia, cui fraudem fecit, excludatur.

XXIX. Si quis episcopus suæ sentẽtiæ nõ acquiescit, synodi legibus audiẽdũ.

XXX. Secundum instituta seniorum, si a communione sacerdotali fuerit au thoritate suspensus episcopus, hunc, non solum a clericorum, sed etiam a totius po puli colloquio, atque conuiuio placuit excludi, donec resipiscens, ad sanitatem redi re festinet.

XXXI Hi, qui publicis inter se odijs exardescunt, ab ecclesiasticis conuen tibus sunt remouendi, donec ad pacem recurrant.

XXXII. Si expositus ante ecclesiam cuiuscunq; fuerit, miseratione collectus, contestationis ponat epistolam. Et si is, qui collectus est, intra decem dies quæsitus, agnitusq; non fuerit, securus habeat quæ collegit. Sane qui post prædictum tem pus calumniator extiterit, vt homicida ecclesiastica districtione damnabitur, sicut pa trum sanxit authoritas. E

XXXIII. De puellis, quæ se vouerunt deo, & præclari nominis decore flo ruerunt, si post viginti & quinq; annos ætatis ad terrenas nuptias sponte transierint, id custodiendum esse decreuimus, vt cum his, cum quibus se obligauerint, commu nione priuentur, ita vt eis postulantibus, pœnitentia non negetur, cuius pœnitentiæ communio multo tempore differatur.

XXXIIII. Si quis famulorũ cuiuslibet cõditionis, aut generis, quasi ad exacerbã dam dñi discretionem, se diabolico repletus furore percusserit, ipse tantum sanguinis sui reus erit, neq; ad dominum sceleris alieni inuidia pertinebit.

XXXV. Placuit, in ordinatione episcopi hunc ordinem custodiri, vt primo loco venalitate, vel ambitione submota, ab episcopis nec nominentur, de quibus cle rici, vel laici ciues erga vnum eligendi habeant potestatem.

XXXVI. Si quis secularium amore religionis, se ad quemcunq; sacerdotũ cre diderit conferendũ, ipse sibi eum, quem erudiendi gratia suscepit, * vindicabit.

al, vẽdicabit.

XXXVII. Hoc etiam placuit custodiri, vt nihil contra magnam synodum me tropolitani existiment vindicandum. F

Finit concilium Arelatense secundum.

CONCILIVM CAR THAGINEN. PRIMVM SVB TEMPORE papæ Syluestri primi, vel Marci papæ.

HAnc ciuitatem Carthaginensem scriptores miris extollunt, commendãtq; præconijs ac laudibus. Ipsius meminit Ptholomęus lib. iiij. ca. iij. tit. Aphricæ situs, vbi dicit, In sinu Numidico eius intima &c. Carthago vrbs magna. Item, Plin̄. lib. v. cap. iiij. tit. Aphrica, vbi dicit, Flumen Bragada, Locus Castra Cornelia, Colonia Carthago magnę in vestigijs Carthaginis. Item, Antoninus in itin̄. in multis passibus, vbi dicit, in principio Itinerarij, A Carthagine vsque

A vſq; ad explorationem, quod Mercurius dicitur, &c. Carthagine &c. Ad Mercurios &c. Carthagine &c. Tingi. Secūdū aliud exemplar ſic (Carthagine. m. p. m. xxij. Item ab Tocoloſida, Tingi. Item, Iter ab Hippone regio Carthaginem. Item, alio itinere ab Hippone regio Carthaginem. Item, iter a Carthagine in Bizantio Sufetula vſq;. Item, iter a Carthagine per Adrumetum Sufetula vſq;. Item, iter a Carthagine Thenis. Item, a Carthagine Maxula ciuitate. Item, iter ab Arelato Narbone &c. Inde Tarracone &c. Inde Carthagine Spartaria. Puto tamen, q̄ iſta non conueniat loco. Strabo lib. xvij. vbi dicit, Carthago in peninſula quadam iacet, quæ ambitū habet ſtadiorum. CCC. &. LX. muro cinctum, cuius ſtadiorum longitudinem iugum occupat, quod a mari in mare deſcendit, vbi Carthaginenſium elephantes ſtabula habebant &c. In media vrbe arx fuit, quam Byrſam vocarunt, ſupercilium ſatis erectum eſt, circumcirca habitatum, in cuius vertice Aeſculapij templum erat, q̄d Aſdrubalis vxor, capta vrbe, ſecū concremauit, &c. Et poſt alia multa addit. Et quanquam Carthago talis eſſet, tamen capta eſt & deleta. Et poſt alia dicit: Cū vero diu Carthago deſerta permanſiſſet, eodem fere tempore, quo & Corinthus, rurſum a diuo Cæſare per id fere tempus inſtaurata eſt, miſſis eo colonis, quicunq; vel-B lent, & ex militibus nonnullis, & nunc quoq; bene habitatur.

Tituli capitulorum concilij Carthagineñ. primi.

Finis titulorum.

Concilij primi Carthagineñ. exordium.

QVum Gratus epiſcopus Carthagineñ. in concilio vna cum collegis ſuis conſediſſet, & qui ex diuerſis prouincijs Aphricanis, ad Carthaginem conuenerunt, Felice Baianeñ. alias, Byzacinenſi,

Fortunatiano,	Raptano,
Creſcente,	Vagenſi,
Vindiciano,	Lacobricenſi,
Abundantio,	Adrumetino, alias, Adrumentino,
Priuato,	Vegeſilitano,
Gaudentio,	Tuſdritano, alias, Turritano,
Patritio,	Sincenſi, alias, Setieñ. alias, Simittueñ.
Quieto,	Vticenſi,
Rumulo,	Tebeſteñ.

Et cæteris, quorum manus continentur, idem Gratus epiſcopus dixit: Gratias deo omnipotenti, & Chriſto Ieſu, qui dedit malis ſchiſmatibus finem, & reſpexit eccleſiam ſuam, vt in eius gremium erigeret vniuerſa

membra dispersa, qui imperauit religiosissimo Constantino Imperatori, vt votum gereret vnitatis, & mitteret ministros sancti operis famulos dei Paulum & Machairium. Dei ergo nutu congregati ad vnitatem, vt per diuersas prouincias concilia celebremus, & vniuersæ prouinciæ Aphricæ hodierna die concilium gratia dei Carthaginem veniret, vnde, considerantibus vobis cum mea mediocritate, tractentur tituli necessarij, de quibus necesse est, nos, memores præceptorum diuinorum, & magisterij diuinarum scripturarum, contemplantes vnitatis tempus, id est, de singulis definire, quod nec Carthago vigorem legis infringat, nec tamen tempore vnitatis, aliquid durissimum statuamus.

Capitulum primum.

Ergo, si vobis placet, consideremus primum titulum rebaptizationis. Vnde sanctitatem vestram postulo, vt mentis vestræ placita producatis ad descendentem in aquam, & interrogatum in trinitate secundum euangelij fidem & apostolorum doctrinam, & confessum bonam conscientiam in deum, de resurrectione Iesu Christi, si liceat iterum interrogari in eadem fide, & in aqua iterum intingi. Vniuersi episcopi dixerunt: Absit, absit. Illicitas esse sancimus rebaptizationes, & satis esse alienum a syncera fide, & catholica disciplina. Gratus episcopus dixit: Magna beatitudo a deo patre, per dominum Christum concessa est tempore nostro, vt liceat religiosis mentibus insinuare ecclesiasticam disciplinam, vt auditores, percipientes regulam rectam, & deo placentem, præmia multorum bonorum percipiant, vt in ipsis deus in omnibus, & pro omnibus honoretur. Discussus est titulus necessarius rebaptizationis, in quo plus schismatis rabies delitescebat, & habita moderatione, legis vigore & authoritate fides custodita est. Illud sane sapiētissimis vestris sensibus insinuare contendo, licet vestra prudentia sit instructa a deo, & mereatur in pace & vnitate consequi desuper munera larga, tamen & ego vnus ex vobis, & qui parem vobiscum solicitudinem gero, propter ecclesiasticum ordinem illud insinuare curabo.

II. Martyrum dignitatem nemo prophanus infamet, neque ad passiua corpora, quæ, sepulturæ tantum propter misericordiam ecclesiasticam commendari, mandatum est, redigat, vt aut insania præcipitatos, aut aliquo tali pacto, aut alia ratione peccati * disiunctos, non ratione, vel tempore competenti, quo martyria celebrentur, martyrū nomine appellet. At si quis ad iniuriam martyrum claritati eorum adiungat infamiam, placet, eos, si laici sint, ad pœnitētiam redigi. Si autem sunt clerici, post commonitionem, & post cognitionē honore priuari. Vniuersi dixerunt: Recte * stabilit sanctitas vestra. Hoc & singulis concilijs statutum est.

als, discretos

al's, statuit.

III. Gratus episcopus dixit: Et illud præcipue, si videtur vestræ dilectioni, cauendum est, vt pastoris cura, quantum debet, & potest regularis prouidentia, præmoneat, vt nullis liceat, ab affectu abstinentibus carnali, apud extraneas pariter commorari. Occasiones enim amputandæ sunt peccatorum, & tollendæ omnes suspitiones, quibus subtilitas diaboli, sub prætextu charitatis & dilectionis, incautas animas vel ignaras irretire consueuit. Nullus igitur, nullaque sanctimoniæ & virginitati deseruiens, propter blasphemiam ecclesiæ, si vobis placet, in vna domo cum extraneis penitus commorari debent. Vniuersi dixerunt: Qui nolunt nubere, & pudicitiæ meliorem eligunt partem, hæc vitare debent. Et non solum habitare simul, sed nec habere ad se aliquem accessum. Hoc ergo & lex iubet, & sanctitas vestra commendat, vt in singulis concilijs statutum est. Gratus episcopus dixit: Ergo persuasio interdum prudentes solet arcere a peccatis, dum imprudentes debet metus huiuscemodi constringere, si sanum consilium respuunt, & salutare mandatum. Si ergo laici sunt, post cōmonitionē si cōtempserint, a cōmunione separent. Vniuersi dixerunt: Placet.

In concil. Arelaten. ij. ca. 3. Et in Nicæn. ca. 3. Et in Eliberit. ca. 27

IIII. Gratus episcopus dixit: Et si infinita sunt, quæ, lege præscripta, proficiētia sunt disciplinæ, & vnusquisque nostrum tractatu assiduo, & commonitione frequenti, per singulas quasque species, proficientes ad disciplinā poterit populos inuitare, tamē aliqua ex eis propter blasphemias suggerenda sunt a nobis, & in concilio statuēda.

Si vi-

A Si videtur vobis, pari sententia teneantur etiam hi, qui cum viduis commorantur, & nulla secum germanitate coniuncti sunt. Vniuersi dixerunt: Iuxta viduos & viduas, eadem lex maneat, & sententia.

V. Priuatus episcopus Vegeselitanus dixit: Suggero sanctitati vestræ, vt statuatis, non licere clericũ alienũ ab aliquo suscipi sine literis episcopi sui, neq; apud se retinere, nec laicũ vsurpare sibi de plebe aliena, vt eũ ordinet sine cõscientia eius epi, de cuius plebe est. Gratus episcopus dixit: Hæc obseruãtia pacẽ custodit. Nã & memini, in sanctissimo concilio Sardicensi statutũ, vt nemo alterius plebis hominẽ vsurpet. Sed si forte erit necessarius, petat a collega suo, & p consensum habeat. (Cap. 16. 18. 19)

VI. *Nicasius epũs Culusitanus dixit: Credo placere suggestionẽ meã sanctitati vestrę, & displicere vobis, vt qui seruiunt deo, & annexi sunt clero *non accedãt ad actus, seu administrationem, vel procurationem domorum. Gratus episcopus dixit: Et apostolorum statuta sunt, quæ dicunt, Nemo, militans deo, ingerit se negotijs secularibus. Proinde, aut clerici sint sine actionibus domorũ, aut actores sine officio clericorum. Vniuersi dixerunt: Hoc obseruemus. (als, Nicolaus. 21. q. 3 Credo. als, cõcurrãt ad actiones. In cani. apost. cap. 7. 2. Timo. 2. a)

VII. Casianus Vsulensis epũs dixit: Statuat grauitas vestra, vt vnusquisq; clericus, vel laicus, non communicet in aliena plebe, sine literis epi sui. Gratus eps dixit: Nisi hoc obseruatũ fuerit, cõmunio fiet * passiua. Nam si cũ literis receptus fuerit, & B concordia inter epos seruat, & nemo subtilis, alterius fugiens cõmunionem, ad alterum latẽter accedit. Vniuersi dixerunt: Omnibus prouides, & clero & laicis cõsulis. (als, forte passim)

VIII. Magnus eps Astiagensis dixit: Quid dilectioni vestræ videtur? Procuratores, * & actores, etiã per se tutores pupillorũ, si debeant ordinari? Gratus eps dixit: Si post deposita vniuersa, & reddita ratiocinia, actus vitæ ipsorũ fuerint probati, in omnibus, debent & cum laude cleri, si postulati fuerint, honore munerari. Si enim ante libertatem negotiorum vel officiorum, ab aliquo sine consideratione fuerint ordinati, ecclesia infamatur. Vniuersi dixerunt. Recte omnia statuit sanctitas tua. Ideoq; ita est & nostra ista quoq; sententia. (Dist. 54. Magnus eps. als, actores, tutores etiã & executores seu curatores)

IX. Metus *Caunensis eps dixit: Recte statutũ est, vt obnoxij alienis negotijs non ordinentur. Tamen dimissi, & gratias referre debent, & a clericorum iniuria temperare. Et ipsis non liceat, clericos nostros eligere apothecarios, vel ratiocinatores. Gratus eps dixit: Nulli dubium est, q omnes vel dñi, vel procuratores, vel quicunq; psunt, quum audierint saluberrima instituta concilij, & sibi esse consultum, nec impeditum, propriam debebunt temperare iniuriam in clericis nostris. Quod si iniuria C constitutionis imperatoriæ, clericos inquietandos putauerint, si defensio ecclesiastica nos non deridet, pudor publicus vindicabitur. Vniuersi dixerunt: Saluberrimę professiones debuerunt a tanto concedi concilio. (als, Canucen. vel, Canopẽ.)

X. Felix epus * Baianẽ. dixit: Nullus debet collegæ suo facere iniuriam. Multi eñi transcendunt sua, & vsurpant aliena, ipsis inuitis. Gratus episcopus dixit: Auaritiæ cupiditatẽ, radicem omnium malorũ esse, nemo est, qui dubitet. Proinde inhibendũ est, ne quis alienos fines vsurpet, aut transcendat episcopũ collegam suũ, aut vsurpet alterius plebes, sine eius petitu, quia inde cætera mala omnia generantur. Vniuersi dixerunt: Placet, placet. (al, Byzacinẽ. 1. Timo. 6. b)

XI. Elpidophorus * Cuizitanus episcopus dixit: Statuat sanctitas vestra, vt clerici, qui superbi, vel contumaces sunt, coerceantur, vt qui minores, maioribus irrogauerint iniurias, metum habeant. Gratus episcopus dixit: Manifestum est, illũ non esse dei, qui humilitatem contemnit, sed diaboli, qui superbiæ inuentor, & princeps est. Vnde si quis tumidus vel contumeliosus extiterit in maiorem natu, vel aliquam causam habuerit, a tribus vicinis episcopis, si diaconus est, arguatur, si presbyter, a sex, si episcopus, a duodecim consacerdotibus audiatur. Vniuersi dixerunt episcopi: Cõtemptus debet contumaciæ & superbiæ in omnibus frangi, causa vero pro personis a statuto numero audiatur. (al, Chusitan⁹. Iob. 41. d. 15. q. 7 Si quis tumidus.)

XII. Antigonus episcopus Madureñ. dixit: Grauem iniuriam patior, & credo, dolere sanctitatem vestram contumeliam meam, & computare communẽ iniuriam.

riam.* Optantius, quum se repræsentaret, pactum mecum habuit, & diuisimus plebes. Manuscriptiones nostræ tenentur epittacia. Contra hoc pactum circuit plebes mihi attributas, & vsurpat populos, vt illum patrem, me vitricum nominent. Gratus episcopus dixit: Factum hoc dolendum est, vt in se illiciat populorũ imperitorum animas contra disciplinam, contra euangelicam traditionem, contra pacis placita. Nam si sibi id posse contingere arbitraretur, nunquam profecto in fratrem aliquis deliquisset. Vnde aut inita pacta suam obtineant firmitatem, aut conuentus, si se non cohibuerit, ecclesiasticam sentiat disciplinam. Vniuersi dixerunt: Pax seruetur, pacta custodiantur.

al', Optatian[9] al's, Epitheta

XIII. Abundantius episcopus Adrumetinus dixit: In nostro concilio statutum est, vt non liceat clericis fœnerari.* Quod si & sanctitati tuæ, & huic concilio videatur, præsenti placito designetur. Gratus episcopus dixit: Nouellæ suggestiones, quæ vel obscuræ sunt, vel sub genere latent, inspectæ a nobis, formam accipient.* Cæterum, de quibus apertissime diuina scriptura sanxit, non differenda sententia est, sed potius exequenda. Proinde, quod in laicis reprehenditur, id multo magis clericis oportet prædamnari. Vniuersi dixerunt: Nemo contra prophetas, nemo cõtra euangelia facit sine periculo.

In.ij. Arelatē. cõc. ca. 14, Et in. i. Are. c. 12 alias, si, alias, si & alias, Cætera

XIIII. Gratus episcopus dixit: Iuxta statuta concilij, & meæ mediocritatis sententiam, placet facere rerum omnium conclusionem. Vniuersi tituli designati, & digesti teneant sententias suas. Sane credo, vos retinere, multis concilijs a patribus nostris & traditionem temerariam esse damnatam, & rebaptizationis impietatem esse puniendam, quas res etiam nostro concilio, credo, iam terminum accepisse. Reliqua vero, quæ vel facta, vel dicta, superius comprehensa sunt, vel * alijs concilijs conscripta, quæ secundum legem inueniuntur, custodire nos oportet. Si quis vero statuta, supergressus corruperit, vel pro nihilo habenda putauerit, si laicus est, communione, si clericus est, honore priuetur. Vniuersi dixerunt: Placet, placet. Gratus episcopus dixit: Superest iam, vt placita omnium nostrorum, quæ ad consensum vestrum sunt scripta, vestra quoq; subscriptione firmetis. Vniuersi dixerunt: Et consensisse nos, concilij huius scripta testantur, & subscriptione nostra consensus declarabitur noster. Et subscripserunt.

alias, ab alijs conscripta

Finis concilij Carthagineñ. primi.

DECRETA MARCI PAPAE.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

MArcus natione Romanus, ex patre Prisco, sedit annos duos, mẽses octo, dies. xxi. Fuit autem temporibus Constantini augusti, & Nepotiani, ac Secundi consulum, ex die Kalendarum Februariarum, vsque in diem Kalendarum Octobris. Hic constituit, vt episcopus Ostieñ. qui consecrat episcopos vrbis, tunc pallio vteretur, & ab eodem episcopus vrbis Romæ consecraretur. Et constitutum de omni ecclesiastico ordine fecit. Hic fecit duas basilicas, vnam via Ardeatina, vbi requiescit, & aliam in vrbe Roma, iuxta Palatinas. Ex huius suggestione obtulit Constantinus augustus basilicæ, quam constituit via Ardeatina, fundum rosarum cum omni agro campestri, præstantem solidos. xl. In basilica in vrbe obtulit hæc. Patenam argenteam, pensantem libras triginta. Amas argenteas duas, pensantes singulæ libras.* xx. Scyphum argenteum vnum, pen-

alias, xxx

santẽ

A fantem libras.x. Calices ministeriales, argēteos tres, pensantes singuli libras duas. Coronam argenteam, pensantem libras decem. Fundum Antonianum via Clodia, præstantem solidos triginta. Fundum Baccanas, via Appia, præstantem solidos quadraginta, & trimisses duos. Fundum *Morrea, via Ardeatina, præstantem solidos quinquagintaquinq; & tremissem. Hic fecit ordinationes duas in vrbe Roma per mensem Decembrem, p̄sbyteros vigintiquinq;, diacones sex, episcopos per diuersa loca vigintiseptem. Qui etiam sepultus est in cœmiterio Balbinæ, via Ardeatina, quod ipse constituens fecit, pridie nonas Octobris. Et cessauit episcopatus, dies viginti. ¶ Hæc Damasus.

alias, Marmoreum

¶ Circa annorum assignationem huius sancti pontificis, necnon & prædecessoris sui, nōnulla reperitur differentia: Nempe Damasus scribit Marcū annis duobus, mensibus octo in papatu præsedisse, quem sequunt̄ fere scriptores cæteri, similiter & Platina. Verum in margine idem per annotationem quandam asscribit illi annos octo, menses duos, sed quo authore id faciat, aut scriptore non constat. In impressione tamen Chronicorum Eusebij, Hieronymi, & Prosperi, & cæterorum, facta per Henricum Petri, Anno. m. d. xxix. q̄ quoad Eusebiū definit in Syluestro, & quoad Hieronymū ĩcipit in Marco, inexplicabilis error, maximā administrās lectori ambiguitatem, videtur commissus. Scribit nanq; de Syluestro in hunc modum: Syluester tricesimusprimus Romanæ ecclesiæ ordinatur, episcopus an. ij. Hæc ibi. Prosequitur tamen in numero annorum sequentium donec finiat Chronica sua annos quatuordecim, quibus addit Hieronymus continuans ad illum sua Chronica annos quinq; vt simul efficiant annos decem & nouem, qui secundum scriptores in papatu perdurasse annos vigintres, aut certe vigintiquatuor assignatur. At vero impressio præmemorata quoad Marcum, ponit eum dumtaxat mensibus octo fuisse in papatu. Scribit enim de illo sic, Marcus tricesimussecundus, Romæ ordinatur episcopus mensibus octo, post quē Iulius tricesimustertius, ordinatus est annis .xvi. mensibus quatuor. Hæc ibi. Sane quia consulum anni, quibus tam Syluester, quàm Marcus cœperunt, & desierunt, non ponuntur, consultum videtur ipsorum differentiæ suspendenda concordatio, donec plenius occurrat, quod huic congruere possit. Huic tamen priori scripto videtur obuiare Damasus, dicens Marcum papam duas per mensem Decembrem fecisse ordinationes. Ad cuius vtiq; dicti veritatem approbandam octo mensium tempora non sufficiunt, cum ad minus vnus annus cum mense vno requirantur.

C ¶ Præterea Marianus Scotus anno Constantini magni. xxviij. ad veritatem euangelij. ccc. xlviij. iuxta Dionysii cyclum. ccc. xxvi. Nepotiano, atque Fecundo consulibus, vtriusque cum Syluestri, tum Marci tempora describens, in Martyrologio (ait) secundo Kalend. Ianuarij natale sancti Syluestri papæ, qui sedit vigintiquatuor annis, mensibus decem, diebus quindecim. Sedit autem ex die Kalend. Februarij, vsque secundo Kalend. Ianuarij, & sepultus est in cœmiterio Priscillæ via Salaria miliario ab vrbe Roma tertio, secundo Kalend. Ianuarij Constantio & Volusiano consulibus. Et cessauit episcopatus dies quindecim. Et addit ibidem Marianus. Nota duos menses vacationis episcopatus a quarto idus Decembris, quo Melciades papa obijt, vsque Kalend. Februarij, quo Syluester sedit, & quindecim dies postea. Quod tempus pontificibus non imputatur. Si igitur ita tempus pontificum deficit, quorum annuatim natalicia celebrantur, nonne multo magis Imperatorum? Et subdit: Marcus papa vicesimussecundus post Petrum sedit mensibus octo. Et ibidem post alia dicit. Epistola decretalis Marci papæ ad Aegyptios episcopos. Data est nono Kalend. Nouembris, Nepotiano & Fecundo viris clarissimis consulibus. Et iterum addit. Marcus papa obijt nonas Octobris, & sepultus est in cœmiterio Balbinæ via Ardeatina quam ipse fecit.

¶ Epistola Aegyptiorum episcoporum ad Marcum papam pro exemplaribus Nicæni concilij, quia Arriani eorum exemplaria incenderant.

DOmino sancto, & apostolici culminis venerando, Marco sanctæ Romanæ & apostolicæ sedis, atq; vniuersalis ecclesiæ papæ Athanasius, & vniuersi Aegyptiorum epi. Ad vos peruenisse nõ dubitamus, q̃ta & qualia ab hæreticis, & maxime ab Arrianis quotidie patimur, qm̃ in tm̃ ab eis psequimur, vt etiam viuere iam nos tædeat. Nam instanti tpe subito, & insperate, in nos irruẽtes, nosq; iuxta pceptum dñi, qui ait, si vos psecuti fuerint in vnam ciuitatẽ, fugite in aliam, fugiẽdo, propter cladẽ populi eos declinantes, nos comphẽdere nõ valuerunt, sed om̃ia nr̃a depopulati sunt In tm̃ eim̃ nostra vastauerunt, vt nec libros, nec vestimẽta ecclesiastica, aliaq; ornamẽta, nec reliqua vtensilia nobis dimitterẽt. Libros vero nostros vsq; ad minimũ incendentes, nec iota vnum relinquẽtes, propter veritatis fidẽ etiam Nicænam synodum, qua clerus & populus imbuebat, & maxime iam imbuti erant, in contumeliã nostrã, & omniũ Chr̃ianorum incẽderunt. Quapropter, pcamur, pater beatissime, qa nõ dubitamus, apud vos plenaria esse Nicæni cõcilij exẽplaria, vt nobis illa, q̃ sanctæ recordationis pdecessoris vestri Syluestri fuerunt, sub tuta mittatis stipulatione. Nam quando prædictæ synodo, cum beatę memoriæ Alexandro, digno deo pontifice nostro id est, Alexandrinæ magnæ ciuitatis epo, in diaconatus interfuimus officio, sub nostræ præsentiæ testimonio p beatos viros Victorẽ & Vincẽtium psbyteros apostolicæ sedis apocrisarios, missa sunt pdicto papę Syluestro, cum astipulatione subnexa, capitula. lxx. Sane psentibus nobis, lxxx. capitula in memorata tractata sunt synodo, scilicet. xl. a Græcis, Græca ædita lingua, &. xl. a Latinis, similiter latina ædita lingua. Sed visum est trecẽtis decẽ & octo patribus, sancto spũ repletis, in prędicto concilio cõgregatis, & maxime iam dicto Alexãdro, & apostolicæ sedis apocrisarijs, vt decẽ capitula adunarent alijs, atq; congruis locis insererent, & ad formã. lxx. discipulorũ, vel totius orbis terrę linguarum. lxx. tanti, & tam excellentis concilij fierẽt capitula, quę oẽm Chr̃ianorum infirmarẽt orbẽ, & oẽs sub sacerdotali & Chr̃iano nomine degẽtes, vna fides, & vna sacerdotalis, atq; clericalis, regeret norma, nec quisq̃ a suo dissideret capite. Nũc ergo quia (vt pdictũ est) inimici sanctæ dei ecclesiæ, & maxime Arriani, a quibus quotidie expugnamur, conterimur, & opprimimur, præfata. lxx. Nicæni cõcilij capitula, quę de psata synodo, iã fato iubẽte dño meo Alexãdro, decreto oim eporum attuli, quæ etiam coram omnibus recitaui, atq; trãscripsi, sunt igne combusta optamus, vt a vestræ sanctæ sedis authoritate, quæ est mater, & caput oim ecclesiarum ea ad correctionẽ & recreationẽ fideliũ orthodoxorum, pcipere p psentes legatos mereamur, quatenus vestra fulti authoritate, vestrisq; precibus roborati, illæsi a memoratis æmulis sanctæ dei ecclesiæ, & nostris, euadere, nobisq; commissos eruere, valeamus. Vere nouimus apostolatus vestri cor gratia sancti spiritus in tantum esse accensum, vt omnibus oppressis succurratis, quanto magis nobis, qui, licet exigui ordinis, tamẽ vestri sumus, vobisq; obedientes, cum omnibus nobis commissis, & sumus, & semper esse volumus? Ideo decet & opotet vos nobis hæc, quæ rogamus, & alia (quæ necessaria iuxta sapiẽtiam, quam vobis præstitit altissimus, esse cognoueritis) absq; tarditate præstare, vt tantæ miseriæ squalores a fidelium mentibus detergant, & quasi vulnus corpori infixũ, aditu tantæ miseriæ obserato, salutari curet antidoto, vt diuino freti iuuamine, vr̃aq; authoritate, atq; auxilio roborati, aduersantiũ tergiuersationes euadere valeamus, atq; inconfuso vultu, non fraude cuiusquam perculsi, assistere æterno iudici mereamur, & vocem audire inquientem, euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Et subscriptio. Orantem pro nobis sanctum apostolatum vestrum, longæuis dominus conseruet temporibus.

Matth. 10. c

Dist. 16. Septuaginta Nicæni concilij.

D E F

Rescriptum Marci papæ, de missione capitulorum Nicæni concilij Athanasio, & omnibus Aegyptiorum episcopis.

DOminis venerabilibus frĩbus Athanasio, & vniuersis Aegyptiorum epis, Marcus S. Romanæ apostolicæq; sedis, & vniuersalis ecclesiæ epũs. Doleo (frẽs) & nimiũ contristor sup afflictiõe vestra, sed oppido cõsolor, q vẽto agitata nõ estis arũdo, sed recti ĩ fide, inter oẽs procellarum & turbinũ *collctatões ĩcessanter pduratis

Matth. 11. a & Lucæ. 7. d. alias, afflictio ne æternas col luctationes

Lectis

A Lectis ergo fraternitatis vestræ literis, vigorem constantiæ vestræ,* quem olim noueramus, agnouimus, congratulantes vobis, quod ad custodiēdum Christi gregem, pastoralem curam vigilanter insequimini, ne lupi, qui sub specie ouiū subintrarūt, bestiali sæuitia simplices quosq; dilacerēt, qui non ad hoc subintrarunt, vt aliqua correctione proficiant, sed vt ea, quæ sunt sana, corrumpant. Quapropter, moneo, & hortor dilectionē vestram, vt bonum, quod incepistis, adminiculante diuina gratia, vsq; in finē perducere satagatis, veritatis voce monētē: Beatus qui pseuerauerit vsq; in finē. Vnde enī beata pseuerantia, nisi de virtute patiētiæ? Nam iuxta apostolum, oēs, qui voluerint pie viuere in Christo, psecutionē patiētur, quæ non in eo tantum computanda est, quod contra Christianā pietatē, aut ferro, aut ignibus agit, aut qbuscūq; supplicijs, cum psecutionum sæuitiam suppleant & dissimilitudines morum, & contumaciæ inobediētium & malignaꝶ tela linguaꝶ, quibus conflictationibus communia semp mēbra pulsant, & nulla pioꝶ portio conflictatione fit libera, ita vt nec periculis, nec otio careant, nec labore. Nam hęc, & omnia incremēta probabilium studiorū, & in eis vsq; in finē pseuerantia, atq; bonæ voluntatis incremēta, ad Christi grām semp sunt referēda, vt in omnibus quæ agimus, deus omni pfectæ laudet tpe. De capituloꝶ nāq;* veritate, & numero Nicæni concilij, cui vos interfuisse literis vestræ fraternitatis significastis, a nostris, qui vna vobiscum interfuerunt, diligētioribus requisiuimus collocutionibus, q ita, vt vestræ testatæ sunt literæ, oēm nobis ordinē exposuerunt, & vestram epistolam, p omnia veram esse, testificati sunt, non vt nos aliquid

B sinistrum vestra ex parte arbitremur, sed nos & vos, illosq; absq; vlla in posteꝶ titubatione vnum sentire optaremus, & sancta Romana ecclesia, quæ semp immaculata mansit, & dño prouidēte, & beato Petro apostolo opē ferēte, in futuro manebit, sine vlla hæreticoꝶ insultatiōe firma, & immobilis, omni tpe psisteret. His ita peractis diligēter requirētes, in sancto nostræ, & apostolicæ sedis scrinio, eadē, quæ sanctæ recordationis prædecessori meo Syluestro sunt directa septuaginta (sicut significastis) capitula illæsa inuenimus. Ipsa enī vobis propter authoritatē, & subscriptionē tātoꝶ patrum, & eius magni concilij minime misimus, sed * p eadē coram apocrisarijs vestris alia similia, eundē numerum, eademq; verba, & ipsam subscriptionē continentia, vobis rescribere, & sub certa stipulatione, & confirmatione mittere curauimus. Et qs est qui fratribus suis talia negare audeat? Nam non * negligēda nobis hæc per sancti spiritus gratiam dominus docuit, sed fideliter exercenda, & fratribus contradenda, & docenda distribuit. Hæc apostolorum viua traditio, hæc est vera charitas, quæ prædicanda est, & præcipue diligenda, ac fouenda, atq; fiducialiter ab omnibus tenenda.

C Hæc sancta & apostolica mater omnium ecclesiarum Christi ecclesia, quæ p omnipotentis dei gratiam, a tramite apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticorum nouitatibus deprauanda, succubuit, sed vt in exordio normam fidei Christianæ percepit ab authoribus suis, apostolorum Christi principibus, illibata, finetenus manet, secundum ipsius domini saluatoris diuinam pollicitationem, qui discipulorum suorum principi in suis fatus est euangelijs, Petre (inquiēs) ecce Satan expetiuit, vt cribraret vos, sicut qui cribrat triticum. Ego autem pro te rogaui, vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Consideret itaq; vestra excellens prudentia, quàm bonum fit, psistere in dispensatione vobis credita, & in fide recta, atq; hæreticis, & æmulis Christi repugnare, & nunquam a veritatis tramite declinare, quoniam dominus & saluator omnium, cuius fides est, qui pro nobis mori non dubitauit, & proprio nos suo redemit sanguine, qui fidem beati Petri non defecturam promisit, & confirmare eum fratres suos admonuit, Quod apostolicos pontifices meæ exiguitatis prædecessores confidenter fecisse semper, cunctis est cognitum, quorum & pusillitas mea (licet impar sit, & infima) pro suscepto tamen diuina dignatione ministerio, pedissequa cupit existere: Væ enim erit nobis, qui huius ministerij onus susceptum habemus, si veritatem dñi Iesu Christi (quam apostoli prædicauerūt) pdicare neglexerimus. Væ erit nobis, si silentio veritatē oppsserimus, qui erogare nummularijs iubemur, id est, Christianos populos imbuere, & docere,

Quid

Marginal notes: alias, quam. Matt. 8. c — Math. 10. c, & 24. b. 1. Timo. 3. c — als, verorum als, verorum exemplarib9 — als, p eisdem — alias, negāda nobis hęc sancti spūs grā. — Lucæ. 22. c — Hebræo. 9. c & Apoc. 1. b — Lucæ. 22. c — Matt. 25. c

Quid in ipsius Chri futuro dicturi sumus examine, si sermonis eius veritatē cōfundi mur pdicare? Quid erit de nobis, cum de cōmissis nobis animabus, & de officio suscepto, rationē iustus iudex, Christus deus noster, districtā exegerit? Ideo (frēs) hortor, dilectionē vestram obtestor, & moneo, vt qua debetis, & potestis, solicitudine vigiletis, ad inuestigandos hæreticos, & inimicos sanctæ dei ecclesiæ, & a sanis membris (ne pestis hæc latius diuulget) sæueritate, qua potestis pro viribus extirpetis. Quoniā vt habebit a deo digne remuneratiōis præmiū, qui diligentius, quod ad salutem commissæ sibi plebis proficiat, fuerit executus, ita ante tribunal domini de reatu negligentiæ se non poterit excusare, quicunq; plebem suam contra sacrilegæ persuasionis authores noluerit custodire. Datum *xx. Kalendas Nouembris, Nepotiano & Secundo, viris clarissimis consulibus.

alias, x

¶ Marianus Scotus anno ad euangelij veritatem. ccc. xlviij. hos consules recenset. Verum illorum alter pro exemplarium diuersitate diuersa sortitur nomina, videlicet Fecundus, alias Facundus, alias Secundus.

¶ Sequuntur quædam post obitum Constantini magni, temporibus. s. Constātini iunioris, Constantis & Constantij secuta.

Ex tripti. hist. Cassiodori li. 4. ca. 1

Zozomenus. Igit dogma Nicæni concilij, licet viuēte Constantino, non omēs susciperēt, tamē aperte renuere non audebant. Quo moriēte, plurimi ab eo se indubitanter abstinuere concilio. Erant em̄ isti, qui etiam primitus videbant esse suspecti, pcipue vero Arrij sectatores Eusebius & Theognius, cuius dogma se firmare credebant, si reuerti Athanasiū prohiberet, & consectatori suo Aegyptiacæ diocœseos iura contraderēt. Eusebius autē in aula imperiali videbatur ita pspicuus, vt suos consectatores faceret augustos, & proceres. Quamobrem de dogmate rursus priuatim, & publicæ disputationes proferebantur.

Vbi sup. ca. 2

Interea ab occidētali parte Athanasius in Alexandriam est reuersus, quē etiā Constatinus redire maluerat. Fert autē, quod etiam testamēto voluerit hoc conscribere, sed qm̄ ita defunctus est, eius maior filius Constātinus Hesperiarū partium princeps hoc egit, literasq; huiusmodi ad populum destinanit Alexandrinum.

¶ Epistola Constantini iunioris ad Alexandrinum populum.

Theodo. lib. 2. cap. 2

Constantinus Cæsar populo ecclesiæ catholicæ, Alexādriæ constituto. Neq; vestram sacratissimam mentē arbitror ignorare, propterea Athanasium adorandæ legis prædicatorē ad tēpus in Gallias fuisse missum, quoniā ferocitas crudelium inimicorum eius in exitium sacri eius capitis imminebat, ne forsan p malignorū calliditatē aliquid incongruum sustineret. Vt ergo hoc euitaret, ab imminentibus sibi necessitatibus est ablatus. Et ita me præcipiēte, iussus est, vt in ea ciuitate, in qua degebat, bona ei necessaria non deessent. Talis enim est eius venerabilis virtus diuinis freta solatijs, vt etiam molestias asperioris fortunæ cōtemnat. Quapropter licet ad charissimam reuerētiam vestram dominus noster beatæ memoriæ Constantinus pius, meus pater, eundē episcopum in suum locum restituere proposuisset, tamen quoniam humana sorte præuētus, anteq; hæc complacet vota, requieuit, consequens arbitratus sum, voluntatē diuæ memoriæ Imperatoris implere. Qui dum ad vos remeauerit, qualem a me venerationem habuerit, agnoscetis. Non enim mirabile, si quid in eo gessimus, quod laudetur. Meam nāq; animam imago desiderij vestri, & schema tanti viri, ad hoc mouit, & inuitauit. Diuina prouidentia vos custodiat, fratres dilectissimi.

Vbi sup. ca. 3

His literis fretus Athanasius Alexandriam venit, libenterq; eum plebs Alexandrina suscepit, Arriani vero coniuratione facta aduersus eum, frequentes seditiones subinde suscitabant, quod non decernente communi concilio episcoporum, authoritate sua, arripuisset ecclesiam. Tantumq; his derogationibus actum est, vt indignāte Imperatore ab Alexandrina vrbe proijceretur.

¶ Finis gestorum sub Msrco.

Decreta

A

DECRETA IVLII PAPAE PRIMI.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

IVlius natione Romanus, ex patre Rustico, sedit annis .xv. menses duos, dies *xviij. Fuit autẽ temporibus Constantij hæretici filij Constantini, alias Constantini iunioris, a consulatu Feliciani, & Maximini. Hic post multas tribulationes in exilio fuit mensibus decẽ. Et post huius Constantini mortẽ, cum gloria est reuersus ad sedẽ beati Petri apostoli. Fecit basilicas duas, vnã iuxta forũ, & aliã via Flaminea, & cœmiteria tria, vnũ via Flamminea, aliud via Aurelia, & aliud via Portueñ. Hic cõstitutũ fecit, vt nullus clericus causam q̃libet in publico ageret, nisi in ecclesia, & vt notitia, quæ omnibus fidẽ facit, p notarios colligeretur, & vt omnium monimẽtorum in ecclesia confectio p primicerium notarioꝝ celebraret, siue quod cautiones, vel instrumenta, vel donationes, vel commutationes, vel traditiones, aut testamẽta, vel colligationes, aut manumissiões clericorum in ecclesia * per scrinium, alias scrutinium sanctũ celebrẽtur. Hic fecit ordinationes tres in vrbe Roma, p mensem Decembrium, presbyteros octodecim, diacones tres, episcopos p diuersa loca nouem. Qui etiam sepultus est via Aurelia in cœmiterio Calepodij, pridie idus * Aprilis alias Augusti. Et cessauit episcopatus dies vigintiquinq;. Hæc Damasus.

alias, vi
alias, vij

B

Secundum Marianum Scotum anno imperij Constantini magni. xxvij. ad veritatẽ autẽ euangelij. ccc. xlviij. sed secundum Dionysii cyclum. ccc. xxvi. Nepotiano ac Fecundo consulibus, Iulius papa. xxiij. sedit annis. xvi, mẽsibus. ix. Proinde idem anno Constantij Imperatoris filij Constantini magni. ij. ad veritatẽ euangelij. ccc. liij secundum cyclum Dionysii. cc. xxxi. de Iulio papa ait: Iulius papa fuit in exilio mẽsibus. x. sed post mortẽ Constantini ad sedẽ cum gloria reuertitur Adhuc de eodẽ anno Constantij. xv. ad euangelij veritatẽ. ccc. lxv. & iuxta Dionysii cyclum. ccc. xliij. scribit in hũc modum Constantio & Constante consulibus, Iulius papa obijt, secundo idus Aprilis, & sepultus est via Aurelia miliario. iij. in cœmiterio Calepodii. Qui sub Constantio filio Constantini Arriano mẽsibus. x. proiectus est, sed post eius mortem ad suam sedem est reuersus. Hæc ille.

C

¶ Sequuntur quædam quæ tempore Iulij papæ contigerunt.

Ex tripitie historiæ Cassiodori 4. c. 4.

Zozomenus. Non multo post tẽpore & Constantinus mperator Constantini maioris filius dum innitit̃ inuadere partes iunioris fratris Constantis, circa Aquileiam congressiõe facta perimitur consulatu Acyndini, & Procli. Quamobrẽ Romani Imperij principatns Occidẽtaliũ quidẽ partium puenit ad Cõstantẽ, Oriẽtalis ãt ad Cõstantium. Theodoricus. Igitur Eusebius, & Theognius, & Theodorus Perinthius, qui eloquẽtior videbat̃, & scripsit explanationes euangelioꝝ, quẽ plurimi Heracliotẽ vocant, isti nanq; sæpius, velut propinqui Imperatori, reuersionẽ Athanasii multorum causam asserebant esse malorum. Et non solum Aegyptum, sed etiam Palestinam, & Phœnicẽ, vicinasq; gẽtes, eius gratia dicebant esse turbatas. Proinde huiusmodi verbis leuissimam. obsidẽtes Imperatoris intẽtionem suaserunt, vt Athanasiũ ab ecclesia rursus expelleret. Qui agnoscẽs eoꝝ consiliũ ad partes Hesperias abijt.

Vbi sup. ca. 5.

Vbi sup. c. 6.

Verum Eusebius, eiusq; consortes, calumnias in Athanasium factas Iulio Romano pontifici destinauerunt. Qui ecclesiasticam sequens legem etiam ipsos Romam venire præcepit, & venerabilem Athanasium ad iudicium regulariter euocauit. Ille continuo, euocatione suscepta, venit, calumniarum vero sarcinatores Romam quidẽ profecti non sunt, scientes facile suum posse capi mendacium. Sed videntes oues pastore desolatas, lupum super eas pro pastore constituerunt, id est, Gregorium, qui sex annis bestijs ferocibus crudelius vsus, pœnam malitiæ suæ soluit, ab omnibus amarissime laniatus.

Athana-

Vbi sup. ca. 7 Eiusdē scripti memic & Ru fin⁹ ecclsiastic. hist. li. 10. c. 15

Athanasius autem veniens ad Constantem, Arrianæ cohortis cum gemitu referebat insidias, & bellū contra apostolicā fidē gestum, patrisq́ eius nomē, magniq́ cōcilij ab illo celebrati mētionem faciebat, & quod communi lege synodus roborata videretur. Hæc insinuando cum lachryms, ad paternum zelum excitauit Imperatorē. Mox nanq́, vt hæc audiuit, mandauit fratri, monens, vt paternæ pietatis inuiolabilem seruaret hæreditatem.

Socrates.

Cassiodorus triparti. hist. lib. 4. ca. 9

Igitur Eusebius nullo modo cessare patiebat, sed omnia commouebat, donec suum propositum pduceret ad effectum. Egit ergo vt in Antiochia Syriæ synodus fieret, sub occasione quidē dedicationis ecclesiæ, quam pater Augustorum fabricari cœperat, & post eius obitum Constantius decimo anno eam a tpe fundationis expleuerat, in veritate autē ad subuersionem, atq́ destructionē Nicæni concilij. Ad quam synodum conuenerunt ex ciuitatibus diuersis episcopi nonaginta. Maximus tamen Hierosolymitanus Macharij successor non affuit, cogitans, quod ipsi posset subripi, vt in damnationē subscriberet Athanasii. Sed neq́ Iulius affuit, maxime Romæ præsul, neq́ in locum suum aliquem destinauit, cum vtiq́ ecclesiastica regula iubeat, non oportere præter sentētiam Romani pontificis concilia celebrari. Fit ergo synodus in Antiochia, sub præsentia Constantij principis, consulatu Marcelli & Probini. Erat autē quintus annus mortis Constantini patris Augustorum. Præsidebatq́ tunc ecclesiæ Antiochenæ Flacillus successor Euphronij. Fautores igitur Eusebij opæpretium iudicantes Athanasio derogare, primum quidē calumniati sunt, quasi præter regulam egisset, quam tunc ipsi decreuerant, quoniam non ex sentētia communis concilij episcoporum receperat sacerdotium, sed sibimet arrogando, in ecclesia fuisset ingressus. Deinde quoniam eius aduētu, turba generata, plurimi seditione sint mortui. & quia aliqui ab Athanasio cæsi, iudicibus dicerētur esse contraditi. Hac derogatione tunc habita, constituerunt episcopum in Alexandria, primo quidem Eusebium Emisenum. Quo ordinato, & in Alexandriam ire metuente, Gregorium fecerunt Episcopum. His ita gestis, transformauerunt fidē, nihil quidē culpantes Nicæni concilij, sed principium præbētes, vt frequētibus concilijs alia subinde mutantes, & recitantes, efficerēt, vt definitio fidei paulatim in Arrianam vesaniam relaberet.

Hic iterū fit mentio Iulij papę, quod satis est admirādum

Vbi sup. c. 10

Nos neq́ sequaces Arrij fuimus, quomodo enim episcopi p̄sbyterum sequeremur? neq́ aliam quampiam fidem absq́ exposita antiquitus suscepimus. Sed etiam nos examinatores & cognitores eius fidei facti sumus, & iudicauimus potius, quàm secuti sumus. Didicimus enim ab initio credere in vnum deum omnium, vniuersorū intelligibilium, sensibiliumq́ creatorē, & prouisorē. Et in vnum filium vnigenitum, ante omnia secula existētem, & cum suo genitore manētem, p quē omnia facta sunt visibilia & inuisibilia, & qui in nouissimis tēporibus per bonam volūtatem patris descēdit, & ex sancta virgine carnem assumpsit, & omnē voluntatē patris sui impleuit, passus est, & resurrexit, & in cœlos ascēdit, in dextera patris sedet, vēturus iudicare viuos & mortuos, & rex pmanet in æternum, & deus. Credimus & in spiritum sanctū. Si autē adijciēdum est, credimus & de carnis resurrectione, & vita ppetua. Hæc in prima scribentes epistola ciuitatibus mittebant. Sed post paululum aliam in Antiochia dictauerunt. Tunc etiam terræmotus maximus in Oriente factus est, & præcipue in Antiochia, quæ anno iugiter est commota.

Vbi sup. ca. 11

Sed quomodo Athanasius ecclesia pulsus, ne caperet, effugerit, arbitror esse dicēdum. Erat enim vespera, & populus in vigilijs obseruans, sperabaturq́ futura collectio. Inter hæc venit magister Militum, & circa ecclesiam p cohortes suos milites ordinauit. Athanasius autē vidēs, quæ fierent, cogitauit, ne propter se vlla læsio populo proueniret. Et præcipiens diacono, vt compleret orationem, rursus psalmum fecit imponi. Cumq́ consonantia psalmodiæ celebraretur, per vnam ianuam ecclesiæ egrediebantur omnes. Quo facto, milites quidem sine commotione steterunt, Athanasius autem inter medios psallentium illæsus abscessit. Et hoc modo fugiens, Romam, profectus est.

Zozomenes.

Igitur

Sozomænes.

A

Igitur Athanasius relinquens Alexandriam, Romam profectus est. Contigit autem eodem tempore, etiam Paulum Constantinopolitanũ pontificem illuc vna cõcurrere, & Marcellum Ancyre, Asclepamq́ Gazæ. Qui dum Arrianis esset aduersus calumniã passus ab his, quasi subuertisset altare, damnatus est. Pro quo Gazæorum ecclesia Quintiano committitur, Lucianus autem Hadrianopolites episcopus ob aliam accusationem ecclesia sua priuatus, degebat in vrbe Roma. Cognoscens ergo Romanus episcopus crimina singulorum, & omnes Nicæno concilio concordare comperiens, eos in communionem suscepit, tanquam omnium curam gerens propter sedis propriæ dignitatem, singulisq́ reddidit suas ecclesias & Orientalibus scripsit episcopis, culpans, quod non recte tractassent viros inculpabiles, de suis ecclesiis eos expellentes, & quod constitutiones Nicæni concilij minime obseruarẽt. Quorum paucos ad certum diem sibimet adesse præcepit, vt coram eis ostenderet, iustum se super illis protulisse decretum. Et deinceps nõ se esse passurũ, interminatus est, nisi ab huiusmodi turbis, & nouitate cessarent. Et ille quidem hæc scripsit, Athanasius autẽ, & Paulus epistolas Iulij Orientalibus episcopis miserunt, & singuli eorum suas sedes adepti sunt.

Ex hist. tripartita, lib. 4 capite. 15

B

EPISTOLA INCREPATORIA IVLII PAPAE PRIMA

ad Oriẽtales episcopos, pro causis Athanasii, & excessibus cõtra Romanã ecclesiã.

Venerabilibus fratribus, vniuersis Orientalibus episcopis Iulius, Decuerat vos, fratres, alios ecclesiasticis instruere disciplinis, & non talibus arguere machinamentis, dicente Iohãne Baptista: Neminem concutiatis, neq́ calumniã faciatis, & reliqua, De qua re & apostolus Paulus nos ĩstruit dicẽs, Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spũ lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris, & reliqua, Et alibi Petrus apostolus ait: Omnes vnanimes in oratione estote, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, vel maledictũ pro maledicto, sed ecõtrario benedicentes, quia in hoc vocati estis, vt benedictionẽ hæreditate possideatis. Qui eñ vult vitã diligere, & videre dies bonos, coherceat linguã suam a malo, & labia sua, ne loquantur dolum. Declinet a malo, & faciat bonũ. Inquirat pacẽ, & *sequatur eam, qa oculi dñi sup iustos, & aures eius in preces eoꝝ, vultus autem dñi super facientes mala. Quid peius est, fratres, q̃ vt sacerdotes dñi, qui ab omni mala coinquinatione, & a nocumento omnium Christianoꝝ, quanto magis a fratrũ, & coepiscopoꝝ, alieni debent existere, quos tueri, & subleuare ab insidijs debent, & quos fouere, & diligere, summopere oportet, persequuntur eos, eijcere, & cõmunione priuare, decertant? Nec recordamini sapientiam, quæ ait: Peruersæ enim cogitationes separant hoĩes a deo. Si peruersæ cogitationes separant homines a deo, quanto magis opera iniqua? Quid enim nequius est, quam illos, de quibus dominus ait, qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, quisquam auertere, persequi, destruere nitatur? Probata autem virtus portat, protegit & consolatur oppressos, & docet insipientes. Est enim deus testis cordis *hominis, scrutatorq́ verus singularum conscientiarum, & linguaꝝ singularum auditor, qm̃ spũs dñi repleuit orbem terraꝝ, & hoc q̊d continet omnia, scientiã habet vocis. Et alias idem ipse ait: Deus charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis, qm̃ filiũ suũ vnigenitũ misit deus in mundũ, vt viuamus per eum. In hoc est chari

Lucæ. 3. c
Galat. 6. a
C
1. Petri. 3. b
Psalm. 33.
als, psequat.
Sap. 1. a
Zacha. 2. c.
Psal. 7.
& Hiere. 17. b
als, humani
Sapiæ. 1. a
1. Ioh. 4. b. c. d

charitas, non quasi nos dilexerimus deum, sed qm̃ ipse prior dilexit nos, & misit filiũ suum propitiationẽ pro peccatis nostris. Charissimi, si deus dilexit nos, & nos debemus inuicẽ diligere. Deũ nemo vidit vnq̃. Si diligamus inuicem, deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. In hoc intelligimus, qm̃ in eo manemus, & ipse in nobis, qm̃ de spũ suo dedit nobis. Et nos vidimus, & testificamur, qm̃ pater misit filium suum, saluatorẽ mundi. Quisqs confessus fuerit, qm̃ Iesus est filius dei, deus in eo manet, & ipse in deo, & nos cognouimus, & credidimus *charitati, quã habet deus in nobis. Deus charitas est, & q manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. In hoc perfecta est charitas nobiscũ, vt fiduciam habeamus in die iudicij, qa sicut ille est, & nos sumus in hoc mũdo. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, qm̃ pœnã timor habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deum, qm̃ deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, qm̃ diligo deum, & fratrem suum *oderit, mendax est. Qui eñ non diligit fratrem suum, quem videt, deum, quem non videt, quõ potest diligere? Et hoc mãdatum habemus a deo, vt, qui diligit deũ, diligat & fratrem suum. Nã & ipsa sapientia ait: Lingua sapientium ornat scientiã, os fatuorum ebullit stultitiã. In omni loco oculi dñi contemplãtur bonos & malos. Lingua placabilis lignum vitæ, quæ autem immoderata est, conteret spiritũ. Domus iusti plurima fortitudo, & in fructibus impij conturbatio. Labia sapientium disseminabunt scientiã, cor stultorum dissimile erit. Victimæ impiorum abominabiles erunt dño, vota iustorum placabilia. Qui sequit̃ iustitiam, diligitur a dño. Item alibi: Labia iusti considerant placita, os impiorum peruersa. Simplicitas iustorum diriget eos, & supplantatio peruersorum vastabit eos. Iustitia rectorum liberabit eos, & in insidijs suis capient̃ iniqui. Iustus de angustia liberabit̃, & tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum suum, iusti autem liberabunt̃ scientia. In bonis iustorum *exaltabit̃ ciuitas, & in perditione impiorum erit laudatio. Benedictione iustorum exaltabitur ciuitas. Nec consideratis, q fratres persequi non cessatis, qualia Iob patientissimus inter cætera, exorsus, loquitur: Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi, q̃d liberassem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non esset adiutor. Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum. Iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimento, & diademate, iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & causam, quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus *illius auferebam prædã. Et paulopost: Si negaui, inquit, q̃d volebãt, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci. Si comedi buccellam meã solus, & non comedit pupillus ex ea, qa ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de vtero egressa est mecum. Nam si quis hæc recto omnia considerauerit oculo, nequaq̃ *fratres nocere, sed liberare festinabit, qa nihil deterius est, q̃ ciues ciuibus inuidere, & fratres fratribus insidiari, aut calumnias facere. Talibus enim refragari, volentes insidijs patres sancti synodũ congregauerunt generalem in Nicæa, vitam corrigere hominum cupientes in ecclesia commorantium. Licet dudum instituta sanctorum multa patrũ essent conscripta, posuerunt leges, quas sacros canones appellamus, qbus multa ꝑ necessaria ad statũ ecclesiæ sanctæ dei, & supplementum columnarum eius, id est, episcoporum, q eam proprijs humeris gestant, sunt decreta, & nocumenta eorum prohibita, ita, vt qui talia agere tentauerint, aut eis nocere ꝓsumpserint, si quidẽ clerici fuerint, a proprio gradu decidant. Si vero monachi, aut laici fuerint, anathematizent̃. Quibus armati exẽplis, oportere arbitrati sumus, ab omnipotẽti deo inspirati, vt hãc accensam discordiæ flammã extinguere apostolica debeamus authoritate, & non concedere, eam vlterius animas depasci humanas. Quapropter, vna cum omnibus apostolicæ subiectis regulæ sancimus, ne quisq̃ deinceps Christianorum talia perpetrare, aut episcopis temere *nocere præsumat, cum & doctor gentium idipsum prohibeat, dicens: Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem, & reliqua. Bonum est nãq; proculdubio, & omnibus timẽtibus deũ desiderabile, cohibere dissensiones, & altercationes, fratribusq; subuenire, & inuicem nõ inuidere, sed adiuuare. Audite inquã

Marginalia: als, charitatẽ | alias, oderit. | Proue. 15. a. b | Proue. 10. d | Ibidẽ. 11. a. b | als, exultabit. | Iob. 29. b | alias, eorum | Iob. 31. b | als, fratribus | Nõ habet ꝑsens decretũ inter capitula Nicænæ synodi ꝑscripta q̃ liquet plura fuisse ipsius cõcilij capita. | als, talia afferre nocumẽta | 1. Timo. 5. a | E | F

COlonieñ. ciuitatis, aut potius Agrippineñ. meminit Ptolomæus lib. ij. ca. ix. tit. Belgicæ situs, vbi ponens Agrippineñ. Colonieñ. designat, dicens Batauodurum, sub hac Veterra ciuitas, Legnorum * Luppia, postea Agrippineñ. post Bonna. Pliñ. autem lib. iiij. ca. xvij. tit. Gallia, illam commemorat, ita scribẽs: Germaniæ gentium in eadẽ prouincia, Nemetis, Triboch, Vangiones. Hinc Vbij, Colonia Agrippineñ. Sed & Anto. in itiñ. sic tit. In medio a Tininci Cusi &c. Bõna, Colonia Agrippina. Itẽ tit. a Castello Coloniã, Minariacũ, &c. Iuliacũ Colonia. Itẽ, idẽ tit. A Treueris Agrippinã leg. &c. Belgia, Tolbiaco, Agrippina ciuitas. Itẽ, idẽ tit. Itera Colonia Traiani Coloniã Agrippinã &c. Tiberiacũ, Colonia Agrippina. Strabo quoq; de ea scribit in hunc modũ, lib. iiij. Post Mediomatrices aũt, atq; Tribocchos Triuagri Rheno adiacent, apud quos Romani Imperatores, contra Germanos belligerantes, hac tempestate pontem ædificant. Loca hæc trans Rhenũ incolebant * Vibij, quos ad interiorem Rheni ripam traduxit Agrippa, non inuitos quidẽ. Contigui Triuagris sunt Neruij, & hi quoq; natio Germanica.

[Marginal notes: als, Vlpia — als, Vbij]

¶ Marianus Scotus scribit annum consulum in initio præsentis concilij designa-
torũ, anno scilicet octauo Constantij Imperatoris, ad veritatẽ euangelij. CCCLIX.
secundũ vero Dionysij cyclum. CCCXXXVII. dicens: Post consulatũ Aman-
tij & Albini, quorum annum Gregorius Haloander in suo consulum catalogo ci-
tat anno. CCCXLVIII.

Post consulatũ Amãtij & Albini. iiij. Idus Maias, quũ cõse-
dissent epĩ in Agrippinẽsiũ ciuitate. i. Maximinus Treuero
rũ, Valẽtinus ab Arelato, Donatianus Cabellonorum, Seue
rinus Senonũ, Optatian⁹ Tricassiũ, Tessis Nemetũ, Victor
Vuangionũ, Valerianus Antissiodorensiũ, Simplicius Au
gustudunensiũ, Amãdus Argẽtinensiũ, Iustinianus Rauri-
corum, Eulogius Ambianorum, Seruatius Tungrorum, Discolius
Remorum. Cõsentientibus & mandãtibus Martino epõ Mo
gontiacensiũ, Victore Mediomatricorum, Desiderio Lyngo
nicæ, Panchario Visocensiũ, Sanctino Articlauo, Victorino Parrhisiorum, Superiore
Neruiorum, Mercurio Suessionũ, Diopeto Aurelianorum, Eusebio Rotomagensium.

Quũq; recitata fuisset epistola plebis Agrippinẽsiũ, sed & omniũ castrorum Germa
niæ secũdæ, de noĩe Eufrata, q Christũ deũ negauit, Maximinus eps̃ dixit: Quia dei
B volũtas patris nr̃i Iesu Chr̃i voluit nos iuxta postulatũ fratrũ ad hoc Agrippinense
oppidũ cõuenire, propter pditũ & blasphemũ Eufratã, quẽ oĩs mũdus iã ore dñi co
gnouit esse dãnatũ, q in spm̃ sanctũ eatenus blasphemauit, q Christũ negat, hãc me-
diocritas mea sñiam fert, sicut dei & dñi nr̃i saluatoris ore prolata est dicẽtis: Oĩa pctã
& blasphemię remittunt hoĩb⁹, q aũt blasphemauerit spm̃ sanctũ, nõ remittet ei, neq;
hic, neq; in futuro, sed reus erit æterno iudicio, Ideo epm̃ eũ manifestũ ẽ eẽ nõ posse.

Valentinus episcopus dixit: Quia Eufrata Christum deum negat, consentio eum
episcopum esse non posse, qui nec laicam debet communionem accipere.

Donatianus eps̃ dixit: In pace negauit Chr̃m deũ, & ideo cõstat Eufratã nõ esse ca
(tholicũ.

Seuerinus eps̃ dixit: Quũ cõstet Eufratã subscriptione fratrũ plurimo-
rũ in spm̃ sanctũ blasphemasse, negãdo deum Christum, & ego cõsentio eundem iu
xta euangelica præcepta iure ab episcopatu esse deiectum.

Optatianus eps̃ dixit: Et ego sentio Eufratã in episcopatu permanere non posse
C qui in spiritum sanctum blasphemauit, negando Christum deum.

Tessis eps̃ dixit: Non solũ epistolis oĩm ecclesiarum, q audierũt Eufratã negare deũ
Chr̃m, sed q̃d egoipse auribus meis audiui, sub p̃sentia Martini cõsenioris nr̃i & Me
tropij p̃sbr̃i, & Quẽtini p̃sbr̃i, & Victoris diaconi, ideo cõsensi illũ iure eẽ depositũ.

Victor eps̃ dixit: Quoniã palã factũ est & probatũ Eufratan immemorẽ sacramẽ
ti cœlestis blasphemasse in spiritum sanctum, negando Christum deũ dei filium, &
multis criminibus coarguitur, q̃d epm̃ nullo modo decet, cõsentio eũ esse depositũ.

Valerianus eps̃ dixit: Etsi nõ oẽs cõseniores hic apud Agrippinã dei volũtate, q
sumus adunati, cõuenissemus, suffecerat a quinq; epis Eufratã blasphemũ, qa Chr̃m
deũ negat pro meritis suis sentẽtiari, eodẽ iure esse depositũ. Nũc aũt in p̃senti maio-
ra cognouimus, multorum etiã charorum laicorum subscriptiõe manifestũ est, qa primordia
lẽ dñm & deũ nostrũ negat, quum p vniuersos prophetas manifestet illũ ante mũdi
cõstitutionẽ fuisse cũ deo patre oĩpotente, & quia oẽs cecinerũt illũ venturum, & pati
pro totius mũdi salute, sicut ipse cõpleuit. Quapropter Eufratas falsus doctor, qui nu
dũ tantũ hominẽ asserit Christũ, recte omniũ cõsacerdotũ voce damnatus est, Ideo
consentio, vt si quis epistolas ipsius per catholicam ecclesiam attulerit communione
priuetur, eundemq; censeo iuste esse depositum.

Simplicius eps̃ dixit: Esse epm̃ nõ posse Eufratã cõsentio, qa Chr̃m deum negat.

Amandus eps̃ dixit: Siquidẽ in p̃senti, qñ Eufrata a quinq; epis sententiã accepit,
me inter ipsos fateor esse cõsentaneũ, qui epistolis meis ad eundẽ deponẽdũ cõsensi,

CONCILIVM ANTIOCHENVM

REGVLAE ANTIOCHENI CONCILII EXpositæ apud Antiochiam in encęnijs.

F

al's, vnanimibus, indifferẽter vtrũq; dr

al's, & pacata
al's, nõ h; cũ
al's, nõ habet
in vnum
alias, vna
alias, cum,
alias, plenib⁹

SAncta, & pacatissima synodus, in vnum congregata, his, q per singulas prouincias sunt, * vnanimis sanctis, & consacerdotibus, in dño salutem. Gratia & veritas Iesu Christi domini, & saluatoris nostri, sanctam Antiochenam ecclesiam visitans, & in vnum connectens per concordiam pacatissimi spiritus, multa quidem & alia perfecit, in omnibus autem, * suggerente sancto & pacifico spiritu, etiam hoc perfecit, vt quæ visa sunt recte constitui, cum plurima consideratione, & iudicio, vna * cum omnibus nobis Antiochiam ex diuersis prouincijs * in vnum collectis episcopis, in vestram notitiam deferuntur. Credimus autem gratię domini, & spiritui sancto pacis, quod & ipsi conspirabitis nobis, tanq̃ in * vnã fuissetis * virtutẽ, & nobiscum orõnibus adnitentes, magis autem muniti, & in spiritu sancto * præsente, ijsdem ipsis, quæ definita sunt, consentientes, & ea, quæ visa sunt recta, roborantes, cum consensu sancti spiritus consignabitis. Sunt autem præfiniti canones ecclesiastici hi, qui infra sunt scripti, quos subter inserti, promulgauere episcopi.

¶ Prouinciæ Palestinæ.

Eusebius	Gadareñ.

¶ Prouinciæ Phœniciæ

Anatholius,	Emisenus,
Aeneas,	Ptolemaidis,
Magnus,	Damascenus,

¶ Prouinciæ Arabiæ petreæ.

Nicomachus,	Bostrorum.
Cyrion,	Philadelphiæ

¶ Prouinciæ Mesopotamiæ

Aethereus	Edissenus,
Antiochus,	Rhesinatis,
Iacobus,	Nisibeñ.

¶ Prouin

A

¶ Prouinciæ Syriæ Celes.

Archelaus, Dolichenus,
Alphius, Apamiæ,
Bassus, Zeugmatis,
Mauritius, Epiphaniȩ,
Petrus, Gindareñ.
Paulus, Neocæsarieñ.
Piperius, alias Petrus, Samosatenus,
Theodorus, Laodiciæ,
Syricus, Cyrreticeñ.
Eustatius, Patritius, Alexander.

¶ Prouinciæ Ciliciæ.

Macedonius, Mopsuestieñ.
Ischius, Alexādriȩ minoris
Moyses, Castabalæ,
Nicetas, Flauiadis,
Narcissus Hirenopolis, alias Neroniadis
Tarcondimātus, Aegerates

¶ Prouinciæ Isauriæ.

Agapius, Seleuciæ,
Theodorus, Vasadeñ.

Et cæteri, ex prouincijs Palestinæ, Phœniciæ, Syriæ celes, Arabiæ, Mesopotamiæ, Ciliciæ, Isauriæ, & hæc constituerunt, quæ infra scripta sunt.

AEDITIO PRIMA.

CAP. I.

B Omnes, q̄ ausi fuerint, dissoluere diffinitionem sancti, & magni cōcilij, quod apud Nicęam congregatum est, sub præsentia pijssimi, & venerandi, principis Constantini, de salutifera solēnitate sacratissimæ paschæ, excommunicādos, & de ecclesia pellēdos esse cēsemus, si tamen contentiosius aduersus ea, quæ bene sunt decreta, perstiterint, & hęc quidem de laicis dicta sint. Si quis aūt eorū, qui præesse noscuntur ecclesiæ, aut episcopus, aut presbyter, aut diaconus, post hanc definitionem tentauerit, ad subuersionem populorum, ecclesiarumq; perturbationem, seorsum colligere, & cum C Iudæis pascha celebrare, sancta synodus hunc alienum iam hinc ab ecclesia iudicauit, quod non solum sibi, sed & pluribus causa corruptionis & perturbationis, extiterit. Nec solum tales a ministerio remouet, sed etiam illos, qui post damnationem huiusmodi communicare tentauerint, damnatos autem omni quoq; extrinsecus honore priuari, quem sancta regula, & sacerdotium dei promeruit.

CAPVT II.

Omnes, qui ingrediuntur ecclesiam dei, & scripturas sacras audiunt, nec communicant in oratione cum populo, sed pro quadā intēperātia se a pceptiōe sanctæ cōionis auertunt, hi de ecclesia remoueātur, q̄ diu p confessionē pœnitentiæ fructus ostendant, & precibus indulgentiam consequantur. Cum excōicatis autē non

AEDITIO SECVNDA.

CAPVT I.

Omnes qui audent dissoluere regulā sancti, & magni concilij Nicęni, q̄d celebratū ē in pn̄tia dei, & amātissimi Cōstātini Imperatoris, de sancta & salutari festiuitate paschali saluatoris nostri excommunicatos, & abiectos esse debere ab ecclesia, maxime, si perseuerent studio contentionis, ad subuertenda ea, quę optime constituta sunt. Et hęc quidem dicta sunt de laicis. Si autem de propositis ecclesiæ aliquis, id est, vel episcopus, vel p̄sbyter, vel diaconus, post hanc diffinitionem, & hunc terminū, ausus fuerit in subuersionem populorum, & perturbationē ecclesiarum seorsum colligere, & cum Iudæis pascha voluerit celebrare, hunc sancta synodus iam alienum ab ecclesia esse iudicabit, tanquam eum, qui non solum proprij peccati reus fit, sed aliorum corruptæ mentis & conuersationis supplantator extiterit. Et non solum huiusmodi deponi a sacerdotio & ministerio iubet, sed & eos, q̄ ausi fuerint his communicare post damnationem. Depositos autem etiam honore, qui extinsecus est, priuari oportet, quem sanctus canon & dei sacertium promeruit.

CAPVT II.

Omnes qui ingrediuntur ecclesiā dei, & sacras scripturas audiunt, non autē cū populo in oratione communicant, auersantur autem sanctam assumptionem dominici sacramenti, secūdum aliquam propriā disciplinā, hos ab ecclesia abijci oportet, donec cōfitētes, fructū pœnīæ demōstrēt & depcati fuerit, vt data venia suscipi mereat.

non licere communicare, nec cum his, q per domos cõueniunt, deuitantes orationes ecclesiæ, simul orandum est, ab alia q̃ꝗ ecclesia non suscipiendum, qui in alia minime congregatur. Si quis autem de episcopis, aut presbyteris, vel diaconis, seu quilibet ex clero, deprehēsus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam iste priuetur communione, tanquam qui regulam confundat ecclesiæ.

In decre. Iuonis lib. 5.

CAPVT III.

Si quis presbyter, aut diaconus, & omnino quilibet ex clero, parochiam propriam deserens, ad aliam properauerit, vel omnino demigrans, in alia parochia per multa tempora nititur immorari, vlterius ibidem non ministret, maxime, si vocanti suo episcopo, & regredi ad propriam parochiam commonenti, obedire contempserit. Qd si in hac ĩdisciplinatiõe ꝑdurat a ministerio modis oĩbus remoueat̃, ita vt nequaq̃ locũ restitutiõis inueniat. Si vero pro hac cã dãnatũ alter eṕs suscipiat, hic etiam a cõi coerceat̃ synodo, velut qui ecclesiastica constituta dissoluat.

7. q. 1. Si quis pbr̃ vel diac. vel clerus q̃libet def.
11. q. 4. Si quis eṕs dãnatus.

CAPVT IIII.

Si quis eṕs damnatus a synodo, vel pr̃sbyter, aut diaconus a suo epõ, ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, siue episcopus iuxta præcedentem consuetudinem, siue presbyter, aut diaconus, nullo modo liceat ei, nec in alia synodo, restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis, sed cõicãtes ei, omnes abijci de ecclesia, & maxime, si posteaq̃ didicerint aduersum memoratos prolatã fuisse sententiam, eisdem communicare tentauerit.

alias, satisfactionis

CAPVT V.

Si quis presbyter, aut diaconus, episcopum proprium contemnens, se ab ecclesia sequestrauit, & seorsum colligens, altare constituit, & commonenti episcopo, non acquieuerit, nec consentire, vel obedire voluerit semel, & iterum conuocanti, hic damnetur omni modo, nec vltra remedium cõsequatur, quia suam recipere non pt̃ dignitatem. Quod si ecclesiam cõturbare, & solicitare persistat, tanquam seditiosus, per potestates exteras opprimatur.

CAPVT VI.

Si quis

mereãtur. Non autem licet communicare excõmunicatis, neque cum his per domos ingredi, & cum eis orare, qui ecclesiæ non participant in oratione, nec in alteram ecclesiam recipi, qui ab alia excommunicãtur. Quod si quis eṕorum vel p̃sbyteroꝝ, vel diaconoꝝ, vel etiam qui in canone detinẽtur, excommunicatis communicare deprehensus fuerit, & hunc oportet communione priuari, tanquàm ecclesiæ regulas confundentem.

CAPVT III.

Si quis presbyter, vel diaconus, vel q̃libet clericus, deserta sua ecclesia, ad aliam transeundum esse crediderit, & ibi paulatim tentet, quo migrauit, ꝑpetuo manere, vlterius ministrare non debet, p̃sertim, si ab epõ suo, ad reuertẽdum fuerit exhortatus. Quod si post euocationem sui epi non obedierit, sed inobediens ꝑseuerauerit, omnimode ab officio suo deponi debere, nec aliquãdo spem restitutiõis habere. Si vero propter hãc culpã depositum alius eṕs susceperit, & ip̃e a communi synodo pœnam merebit̃ increpationis, tanquam ecclesiastica iura dissoluens.

E

CAPVT IIII.

Si quis episcopus a synodo fuerit depositus, vel p̃sbyter, vel diaconus, a proprio episcopo condemnatus, & præsumpserit sacerdotij, seu sacri mysterij quippiam, non ei amplius liceat, neque in alia synodo, spem restitutionis habere, neque *assertionis alicuius locum, sed & communicantes ei abijci om̃es ab ecclesia, maxime, si postquam cognouerunt sententiam aduersus eum fuisse prolatam, contumaciter communicauerint.

F

CAPVT V.

Si quis presbyter, vel diaconus, contẽpto episcopo, seipsum ab ecclesia segregauerit, & priuatim apud se, collectis populis, altare erigere ausus fuerit, & nihilominus, episcopo suo exhortante, & semel, & iterum reuocante, inobediens extiterit, hunc modis omnibus deponendum, nec aliquando consequi curationẽ, aut proprium honorem recipere speret. Quod si etiam perseuerauerit, perturbans cunctam ecclesiam, quæ foris est, hũc tanquam seditiosum corripi oportet.

CAPVT VI.

Si quis

A

AEDITIO PRIMA

Si quis a proprio episcopo communione priuatus est, non ante suscipiatur ab alijs q̃ suo recōcilietur episcopo, aut certe ad synodũ, quæ cōgregatur, occurrens, pro se satisfaciat, & persuadēs concilio, sñiam suscipiat alterã. Hæc aũt definitio maneat circa laicos, & pbr̃os & diaconos, oẽsq́;, q sub regula esse monstrantur.

CAPVT VII.

Nullus peregrinorum sine pacificis, id est, commendatitijs suscipiatur epistolis.

CAPVT VIII.

Presbyteri, qui sunt in agris, canonicas epistolas dare non possunt, ad solos tantum vicinos episcopos literas destinabũt.

B

Chorepiscopi autem, qui sunt inreprehensibiles, dare possunt pacificas, id est, generales epistolas.

CAPVT IX.

Per singulas regiones episcopos conuenit nosse, metropolitanum episcopum solicitudinem totius prouinciæ gerere. Propter quod ad metropolim omnes vndique, qui negotia videntur habere, concurrant. Vnde placuit, eum & honore præcellere, & nihil amplius præter eum cæteros episcopos agere, secundum antiquam a patribus nostris regulam constitutam, nisi ea tantum, quæ ad suam diocœsim pertinent, possessionesq́; subiectas

C

Vnusquisq́; enim episcopus habeat suæ parochiæ potestatem, vt regat iuxta reuerentiam singulis competentem, & prouidentiam gerat omnis possessionis, quę sub eius est potestate, ita, vt presbyteros, & diaconos ordinet, & singula suo iudicio comprehendat. Amplius autem nihil agere tentet pręter antistitem metropolitanum, nec metropolitanus sine cæterorum gerat consilio sacerdotum.

CAPVT X.

Qui in vicis, vel possessiõibus chorepiscopi nominantur, quamuis manus impositionem episcopo℞ pceperint, & vt epi consecrati sint, tamen sanctæ synodo placuit, vt modum proprium recognoscat, vt gubernent sibi subiectas ecclesias, earumq́; moderamine, curaq́; contenti sint. Ordi-

AEDITIO SECVNDA.

Si quis a proprio *epo excommunicatus est, nõ eum prius ab alijs debere suscipi, nisi aut a suo fuerit receptus epo, aut concilio facto, epis occurrat, & rñdeat. & si synodo satisfecerit, *statuim⁹ sub alia sententia eum recipi. Quod etiã circa laicos, & p̃sbyteros, & diaconos, & oẽs, q in clero sunt, conuenit obseruari.

CAPVT VII.

Nullum absq́; formata (* quod Græci epistolam dicunt) peregrinorum clericorum suscipi oportet.

CAPVT VIII.

Neq́; p̃sbyter ad regiones longinquas formatas, id est, canonicas epistolas & nisi ad finitimos epos, simplices epistolas mittere præsumat. Vicarijs vero episcopis, qui a Græcis Chorepiscopi vocantur, formatas facere liceat.

CAPVT IX.

Per singulas prouincias epos singulos scire oportet, episcopum metropolitanum, qui præest, curam & solicitudinem totius prouinciæ suscepisse. Proprer q̃d ad metropolitanam ciuitatem ab his, qui causas habent, concurratur. Quapropter, placuit eum & honore præcellere, & nihil vltra sine ipso reliquos epos agere, secundum antiquum patrum nostro℞ canonem, nisi hoc tantum, quod vnicuique ecclesiæ per suam diocœsim competit. Vnumquẽq́; enim oportet episcopum habere suæ diocœsis potestatem, vt regat, & gubernet secundum competentem singulis reuerentiam, & prouidẽtiã gerat omnis regionis, quæ sub ipsius est ciuitate, ita vt etiam ordinare ei presbyteros, & diaconos, probabili iudicio liceat, & de singulis illius regionis causis * moderatione, & pondere disceptare. Vltra autem, nihil agere permittitur citra metropolitani episcopi conscientiam, nec metropolitanus sine cæterorum aliquid gerat consilio sacerdotum.

CAPVT X.

Chorepi, qui manus impositionem ab episcopis susceperunt, & vt epi sunt consecrati, tamen placuit sanctæ synodo eos modum propriũ retinere, & gubernare adiacentes sibi ciuitates, & eẽ cõtẽtos propria solicitudine & gubernatiõe, quã susceperũt. Constituere aũt his pmittitur lectores,

11.q.3. Si quis a p̃prio epo. & 1 dec. luonis lib. 5 aps, epo, aut concilio facto alias, quod statuerit

Dis. 71. Nullũ absq́; formata. Alias, quã

6.q.3. Per singulas, p̃uicias

alias, cum moderatione.

¶AEDITIO PRIMA.

integra decreuerit eiusdem prouintiæ synodus sacerdotum.

CAP. XVIIII.

Dist. 92. Si qs eps ordinat⁹ ass, vitet

Si quis eps ordinatus ad parochiã, minime, cui est electus accesserit, nõ suo vitio, sed qp eũ aut populus *vetet, aut propter aliã causam, nõ tamẽ eius vitio ppetratã, hic & honoris sit, & ministerij particeps, dũmodo nil molestus ecclesiæ rebus existat, vbi ministrare cognoscitur. Quem etiam obseruare conueniet, quicquid synodus pfecta prouintiæ, quod visum fuerit, iudicando decreuerit.

CAP. XIX.

Dist. 65. Eps nõ est ordi.

Episcopus pter synodũ, & psentiam metropolitani, nullatenus ordinet. Hoc aũt modis omnibus corã posito melius quidẽ est, vt omnes simul adsint eiusdẽ prouintiæ sacerdotes, quos metropolitanus eps aduocare debebit. Et si qdẽ oẽs occurrerint, optime. Quod si difficile fuerit, saltem plures adesse omnino conuenit, aut certe scriptis eiusdẽ sententiæ cõprobari, & ita sub plurimoꝝ vel psentia, vel decreto, ordinatio celebretur. Quod si secus contra definita factum fuerit, nullas ordinatio vires habeat. Si vero iuxta definitam regulam fiat, & nonnulli pro contentione propria contradicant, obtineat sententia plurimorum.

CAP. XX.

Dist. 18. Propter eccle. Et in de. Iuo. libr. 4

Propter vtilitates ecclesiasticas, & absolutiones earum rerum, quæ dubitationem, controuersiamq; recipiunt, optime placuit, vt p singulas quasq; prouintias episcopoꝝ concilia celebrentur. Seruet quidem post tertiam septimanam festi paschalis, ita vt quarta septimana pentecostes conueniat synodus, metropolitano prouintiales epos admonente. Secũda vero synodus fiat idus Octobris, id ẽ quintodecimo die mensis Octobris, quẽ hyperbereteon Græci cognominãt. In ipsis autẽ concilijs adsint presbyteri, & diaconi, & omnes, qui se lęsos existimãt, & synodi experiantur examen. Nullis vero liceat, apud se celebrare cõcilia, pter eos, quibus a metropolitanis videtur esse iura commissa.

CAP. XXI.

7. q. 1. Epm de diocœsi

Episcopus ab alia parochia nequaquã migret

¶AEDITIO SECVNDA.

D

prouintiæ plenaria synodus episcopoꝝ de eo aliquid statuat

CAP. XVIII.

Si quis episcopus ordinatus, non abierit in parochiam, cui ordinatus est, si nõ suo vitio, sed plebis forsitan cõtradictione, hic honorem susceptum retinere debebit, & sacerdotio fungi, ita vt nihil molestiæ afferat ecclesiæ illi, in qua fuerat cõstitutus. Expectare autem eum oportet prouintiæ plenariam synodum, donec de eo, quod competit, statuatur.

CAP. XIX.

E

Episcopum non ordinandum sine cõsilio, & psentia metropolitani episcopi, cui melius erit, si ex omni prouintia congregentur episcopi. Quod si fieri nõ potest, hi, qui adesse non possunt, proprijs literis consensum suum de ipo designẽt, & tunc demum, post plurimorum siue per psentiam, siue p literas consensum sententia consona, ordinetur. Quod si aliter, quam statutum est, fiat, nihil valere huiusmodi ordinationem. Si vero etiam secundum definitas regulas ordinatio celebretur, cõtradicant autem aliqui, propter proprias & domesticas simultates, his contemptis, sententia de eo obtineat plurimorum.

F

CAP. XX.

Propter ecclesiasticas causas, &, quæ existunt, controuersias dissoluendas, sufficere visum est, bis in anno per singulas prouintias eporum concilium fieri. Semel quidẽ, post tertiã hebdomadã paschalis festiuitatis, ita vt in quarta hebdomada, quæ cõsequitur, id est, media pentecoste compleatur. Admoneant autẽ prouintiales epos hi, q in ciuitatibus, i. in metropolitanis ciuitatibus degũt. Secũdum vero conciliũ idibus Octobris habeatur, q dies apud Græcos, hyperberetei, mẽsis decimus inuenit. In ipsis autem concilijs & pbros, & diaconos, psentes esse oportet, & oẽs, quotqt se læsos existimant, & synodicã expectare sentẽtiã. Nec liceat aliqbus, apud semetipos cõcilia, sine metropolitanorum eporum conscientia facere, quibus de omnibus causis constat pmissum esse iudicium.

CAP. XXI.

Episcopum de diocœsi ad diocœsim alteram

A ¶AEDITIO PRIMA.

migret ad aliam, nec sponte sua prorsus insiliens, nec vi coactus a populis, nec ab episcopis necessitate compulsus, maneat autem in ecclesia, quam primitus a deo sortitus est, Nec inde transmigret, secũdum pristinum de hac re terminũ constitutum.

CAP. XXII

Episcopus alienam ciuitatem, quę nõ est illi subiecta, non adeat, nec ad possessionem accedat, quæ ad eum non pertinet sup ordinationẽ cuiusquam, nec constituat presbyteros, aut diaconos alteri subiectos epõ, nisi forte cum consilio, & voluntate regionis episcopi. Si quis aũt tale aliquid facere tẽtauerit, irrita fit eius ordinatio, & ipse coerceatur a synodo. B Nam si ordinare non potuerit, nullatenus iudicabit.

CAP. XXIII

Episcopo non licere, pro se alterum successorem sibi constituere, licet ad exitum vitę pueniat. Quod si tale aliquid factum fuerit, irritum eẽ huiuscemodi est constitutum. Seruetur autem ius ecclesiasticum, id continens oportere non aliter fieri nisi cũ synodo, & iudicio episcoporum, qui post obitum quiescentis potestatem habent, eũ, qui dignus extiterit promouere.

C CAP. XXIIII.

Quæ sunt ecclesiæ, sub omni solicitudine, & conscientia bona, & fide, quæ in deũ est, qui cuncta considerat, iudicatq́, seruentur, quæ etiam dispensanda sunt iudicio, & potestate pontificis, cui commissus est populus & animæ, quę in ecclesia congregãtur. Manifesta vero sint, quæ ptinere videntur ad ecclesiam, cũ notitia presbyterorum & diaconorũ, q circa ipsum sunt, ita vt agnoscãt, nec ignorẽt, quæ sint ecclesiæ propria, nec eos aliquid lateat. Vt si contigerit epm migrare de seculo, certis existẽtibus rebus, quæ sunt ecclesiæ, nec ipse collapsæ depereant, nec quæ propria probant̃ episcopi, sub occasione rerum puadantur ecclesiæ. Iustum nãq́ & acceptum est coram deo, & hominibus, vt sua eps, qbus voluerit, derelinquat, &, quæ ecclesiæ sunt

¶AEDITIO SECVNDA.

alterã non debere transire, neq́ si seipm ingesserit, neq́ si a populis fuerit violenter attractus, neq́ si etiam hoc ei ab epis suadeat̃. Manere aũt eũ debere in ecclesia dei, quam ab initio sortitus ẽ, & nõ ab ea alibi demigrare, secundum regulã sup hoc olim a patribus constitutam.

CAP. XXII.

Epm non debere in alienam irruere *prouintiã, quæ illi probat̃ non esse subiecta, neq́ in regionẽ, quę ad eius curam minime noscitur ptinere, ad aliqd ordinandũ, neq́ pbr̃os, neq́ diaconos cõstituere ad alios epos pertinentes, nisi forte cũ volũtate, & testimonio propriæ regionis epi. Quod si quispiã horũ tale facere voluerit, irrita qdem erit huiusmodi ordinatio, & q̃ malæ vsurpauerit, a synodo arguantur. Nam, si ordinare non potuerit, nullatenus *alterius parochianum iudicare p̃sumat.

> 9.q.2. Epm nõ debere in alienam
> aľs, ciuitatẽ.
> aľs, ad alios pertinẽtem.

CAP. XXIII

Epm nõ debere, tanq̃ successorẽ, sibi futurũ cõstituere alterũ, q̃uis circa vicinia mortis habeat̃. Quod si tale aliqd factũ fuerit, irrita erit hmõi ordinatio. Custodire aũt debet ecclesiastica cõstituta, q̃ se ita continẽt, nõ posse aliter episcopũ fieri, nisi cum cõsilio, & cõsensu epõrũ, eorũ duntaxat, qui post obitum eius, q præcessit, habuerint potestatem, eum, qui dignus fuerit, prouehendi.

> 8.q.1. Epo nõ liceat pro se.

CAP. XXIIII.

Quæcũq́ res ecclesiæ sunt, conuenit cum omni diligentia, & bona fide, quæ deo debetur, q oĩa prouidet, atq́ iudicat, gubernari & dispensari cũ iudicio, & ptãte epi, cui totius plebis animæ vidẽtur esse cõmissæ. Manifesta aũt eẽ oportet, quæ ecclesiæ cõpetunt, cum notitia eorũ pbr̃orum & diaconorũ, q circa ipm sunt, vt ipsi nõ ignorẽt, nec eos aliqd lateat eorũ, quæ sunt propria ecclesiæ. Vt si cõtigerit epm de hac vita migrare, ma nifeste sint & notæ res recclesiasticæ, ne intercidãt, atq́ depereãt, sed nec res propriæ epi, tanq̃ obnoxiæ, rerũ ecclesiasticarũ occasione vllius pulsent̃ iniuria, qa iustũ, & acceptũ est apud deũ, & hoĩes, quæ propria sunt epi, quibus ipse iudicauerit, derelinqui, &, quę ecclesiæ, ipsi reseruari, Ita eñ fit, vt nec ecclesia damno

> 9.q.1. Quæcũq́ res ec.
> Idẽ habet̃ in canonibus apl̃orũ. 39.

¶AEDITIO PRIMA.

ſunt, eidem conſeruētur eccleſiæ, vt nec eccleſia aliquod patiatur incōmodū, nec epiſcopus ſub occaſione proſcribatur eccleſiæ, & in cauſas incidāt, qui ad eam ptinent, & ipſe poſt obitum maledictionibus ingrauetur.

CAP. XXV.

12.q.1. Eps eccleſiaſticarū rerum.

Epiſcopus eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatem, ad diſpenſandum erga omnes, qui indigent, cum ſumma reuerētia, & timore dei. Participet aūt & ipſe, qbus indiget, ſi tñ indiget tā in ſuis, q̄ in fratꝝ, qui ab eo ſuſcipiuntur, neceſſarijs vſibus profuturis, ita vt in nullo qualibet occaſione fraudentur, iuxta ſanctum

1.Timot. 6.b

apoſtolum ſic dicentem: Habentes victum, & tegumentum, his contenti ſumus. Quod ſi contētus iſtis minime fuerit, conuertat autem res eccleſiæ in ſuos vſus domeſticos, & eius commoda, vel agrorum fructus, non cum preſbyterorum conſcientia, diaconorumq́ʒ pertractet, ſed horum poteſtatem domeſticis ſuis, aut propinquis, aut fratribus, filijsq́ʒ committat, vt per huiuſmodi perſonas occulte *cæteræ lædantur eccleſiæ, ſynodo prouintiæ pœnas iſte perſoluat. Si autem & aliter accuſetur epiſcopus, aut preſbyteri, qui cum ipſo ſunt, quod ea, quæ pertinēt ad eccleſiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet eccleſiaſtica facultate ſibimet vſurpent, ita vt ex hoc affligantur quidem pauperes, criminatori vero, & blaſphemijs tam ſermo p̄dicationis, quam hi, qui diſpenſant, taliter exponantur, & hos oportet corrigi, ſancta ſynodo, id q̄d cōdecet, approbāte. Et ſubſcripſerunt triginta epiſcopi, q in eodem concilio conuenerunt, qui ſupra in principio alterius translationis huius concilij adnotati ſunt.

alias, cæteri

¶AEDITIO SECVNDA. D

aliquo affligatur, nec epiſcopus occaſione rerum eccleſiaſticarum proſcribatur, neqʒ pertinentes ad eum cauſas incurrāt, ꝙ poſt mortem memoria eius maledictis aliquibus oneretur.

CAP. XXV.

Epiſcopum habere oportet rerum eccleſiaſticarum poteſtatem, ad diſpenſandum omnibus indigentibus, cum omni timore, & reuerentia dei. Ipſum quoque ex eis percipere, atqʒ vti debere, quibus indiget, ſi tamen indiget, vel ad ſuas neceſſarias expenſas, vel fratrum, qui apud eum hoſpitalitatis gratia moranſ, vt nulla ex parte per inopiam defraudētur, ſecundum apoſtolum dicentem, habētes victum quotidianum, & tegumentum corporis, his cōtenti ſumus. Quod ſi his minime contentus, atqʒ ſufficiens transferat in neceſſitates ſuas eccleſiaſticas res vel commoda quælibet eccleſiæ, aut agrorum eccleſiaſticoꝝ fructus ſine cōſcientia preſbyterorum apud ſe redigat, & domeſticis ſuis, vel etiam affinibus, aut fratribus, aut filijs earum rerum tribuat poteſtatem, vt per eorum ſecretam diligētiam eccleſiaſtici lædi videantur, reatum hunc, qui huiuſmodi eſt, apud metropolitanum prouintię præſtare debebit. Quod ſi aliter reprehendatur epiſcopus, vel hi, qui cum ipſo ſunt, preſbyteri, quo dicantur hęc, quæ ad eccleſiam pertinent, ſiue de agris, ſiue de alijs quibuſcunqʒ eccleſiaſticis cauſis, eos ſibimet vſurpare, pauperes vero neceſſitate, & penuria opprimi, atqʒ ex hoc ipſo, non ſolum eccleſiaſticæ rationi, verumetiam diſpenſatoribus eius maledicta reprehēſio augeatur. Hunc enim correctionem oportet mereri, id quoqʒ condecet, ſancta ſynodo cognoſcente. Euſebius omnibus quæ conſtituta ſunt præſens ſubſcripſit. Theodorus, Nicęta, Macedonius, Anatolius, Tarcodunantus, Aetherius, Narciſſus, Euſtachiꝰ, Iſichius, Mauritius, Paulus, & cæteri, quorum nomina in Græco iam ſuperius continentur. Cōſenſerūt & ſubſcripſerūt triginta epiſcopi in initio huius concilij adnotati.

E

F

In quo-

A In quodam monasterij sancti Bauonis inclytæ vrbis Gaudeñ. Flandriæ vetustissimo codice talis erat titulus. Incipit concilium Antiochænū. Statimq; ac continue, pro primo, & secundo, capitulis subiungebantur, quæ pro primo, atq; secūdo, capitulis in pmisso concilio habent, vsq; ad finē eorundē duorū capitulorū, Verū terminatis dictis capitulis, dūtaxat, istud, qd iam nūc hic sequit, ibidem annectebatur.

De monasterijs vero tam virorū, q̄ puellarū, si aliqua infra ipsa monasteria discordia generata fuerit, statim episcopus presbyteros, vel seniores, congregari faciat, & habita discussionis audientia, si senior inuenit, anno integro a communione suspendatur. Iunior vero vno minus de quadraginta ictus accipiat. Et si de ipsa congregatione Abba, vel puella, qui vel quæ ibidē ordinatur, audientiā pastoris sui audire despexerit, duobus annis ab ecclesiæ liminibus arceatur.

De hac synodo legit in dec. dist. xvi. ca. Sexta synodus, &c. Paragrapho. Prima adnotatio, &c. Quinta Antiochæna, in qua patres. xxx. statuerūt canones. xxv. quorū author maxime Eusebius Palestinæ episcopus fuit.

B Finis concilij Antiochæni.

DE Sardica ciuitate ita scribit Ptolomeus lib. iij. cap. xi. In prouintia pturæ sunt iuxta Mysiam vtrāq; & Aemum montē ac occasu incipientes, Dantheletica, Sardica, &c. Et Antoninus in itinerario, Tit. Ab aureo monte Viceia. Marco &c. Serdica, &c.

¶SEQVVNTVR ALIQVA CONCERNENTIA *Sardiceñ. concilium.

al. Serdiceñ.

Cumq; Constans a fratre petens, vt Athanasius suam reciperet ecclesiā, resistentibus hæreticis, nihil impetrare potuisset, tunc Athanasius, & Paulus adeuntes, poposcerūt fieri synodū. Theodoritus. Quod audiēs Constās scripsit fratri, monens, vt paternæ pietatis inuiolatam seruaret hæreditatem, cum & ille imperiū gubernando, & Romanorū tyrannos euicisset, & in circuitu gentes Barbaras subiugasset. His literis motus Cōstantius præcepit Sardicæ, quæ est ciuitas Illyrici, & Orientales, & Occidentales conuenire pontifices. Multi siquidem alij casus medicinā synodicam requirebant. Socrates.

Hist. tripartitæ li. 4. ca. 21 vbi sup. c. 21. Theodo. lib. 2. cap. 4

C Vndecimus annus erat, ab obitu patris duorum Augustorum, cōsules vero tūc fuere Rufinus, & Eusebius, quando celebratum est Sardicense concilium. Ex hesperijs ergo partibus conuenerunt episcopi quasi trecenti, sicut Athanasius ait, ex Orientalibus sex & septuaginta tantummodo, sicut Sabinus dicit, inter quos annumerabatur & Ischiras, tanquam Mareotis episcopus, quem damnatores Athanasii in episcopum huius prouintiæ prouexerant. Excusauerunt se etenim alij, per infirmitatem corporis, alij angustas inducias accusantes, & ob hoc Iulium Romanū culpantes episcopum, cum vtiq; ante annum & sex menses synodus fuerat prædicata, & Athanasius Romæ degeret, expectans iudicium synodale. Cum ergo Sardicæ Orientales conuenissent, ad aspectum Occidentalium venire nolebant, dicentes, nō aliter se ad verba vēturos, nisi suo collegio Athanasiacos, & Paulianos expellerent. Cumq; Protogenes Sardicensis episcopus, & Osius Cordube Hispaniæ non paterentur a concilio summoueri Pauli defensores, & Athanasii, illi repente discesserūt. Et venientes ad Philippopolim Thraciæ, seorsum fecere concilium, & aperte iam consubstantialitatem anathematizauerunt. Et sectam inæqualis substantiæ epistolis subscribentes vndiquaq; miserunt. Qui autem in Sardica conuenerāt, primū quidem horum damnauere vesaniam, deinde accusatores Athanasii dignitate priuauerunt. Et terminum fidei Nicænæ corroborantes, & tractatum de diuinæ substantiæ inæqualitate respuentes, consubstantialitatem apertius tradiderunt, etiā ipsi vndiquaq;

vbi supra cap. 23

Cōciliū Philippopolim hæreticorum episcoporū.

aliquaq; scripta propria mittentes. Ex vtraq; ergo parte arbitrati sunt recte se facere. D Orientales quidem, eo quod a se damnatos illi susciperent. Occidentales autem, quoniam ante cognitionem damnatores effugerant. Et quoniam hi quidem Nicænam seruabant fidem, illi vero eam adulterare præsumpserunt.

Præsenti Sardicen. cõcilio interfuisse scribũtur. ccc. episcopi. Porro tempus, quo concilium dicitur celebratum differenter designatur. In initio quippe præsentis cõcilij legitur Leontio, & Salustio consulibus, &c. Sardicensis synodus congregata est. Hæc ibi. At lib. iiij. ecclesiasticæ historiæ tripartitę cap. xxiij. legitur hoc modo Vndecimus annus erat ab obitu patris duorum augustorum, consules vero tũc fuere Rufinus, & Eusebius, quando celebratum est Sardicense conciliũ. Hæc ibi. Priorum itaq; consulum Leontij atq; Salustii, horum quoq; posteriorum Rufini scilicet ac Eusebii anni, cum a se in numero quaternario distent (nam annus Leontii ac Salustii describitur, secundum Marianum Scotum ad veritatem euangelii. ccclvi. secundum cyclum Dionysii. cccxxxiiii. Rufini autem atq; Eusebii ad veritatem euangelii. ccclx. secundum Dionysii cyclum. cccxxxviii. Iuxta vero descriptionem consulum Gregorii Haloandri illorum annus designatur. cccxlv. Istorũ vero. cccxlix.) clarissime liquet differentia scriptorum tam consulum q̃ annorum eorundem, nisi forte quis dicat differentiam concordando quoad consules, concilium initium sumpsisse in anno priorum consulum, terminatum vero in anno consulatus posteriorũ. E

PRAEFATIO EX QVODAM CODICE ANTIQVO.

SVnt etiam regulæ Ecclesiasticæ, quæ in Aphricanis regionibus frequentissimo synodali cõcilio conscriptæ sunt, quæ quoniã multipliciter, & diuersis modis inueniũtur: si ad manus cuiuscũq; catholicorum venerint, salua, & incolumi fide catholica, quæ apud Nicæã Bithyniæ a. CCCXVIII. patribus exposita est, & postea iterũ in vrbe Roma de spiritu sancto ab episcopis catholicis salubriter adiecta est, si qd in his rationabile repererit, q̃d tamen a sancta, atq; apostolica ecclesia Romana non discrepet, sequi debebit. Præterea F sunt aliæ. XL. regulæ, quæ per Osium episcopum Cordubensium currunt, quæ titulantur tanquam. XX. episcoporum apud Sardicam, quæ tamen non apud Græcos, sed apud latinos magis inueniuntur. Sed quoniam de Osii persona mentio facta est, necessariæ omnibus catholicis intimandum est, hunc eundem apud Nicæã Bithyniæ inter sanctissimos. CCCXVIII. patres fuisse honorabilem, atq; ab apostolica sede cum Victore, & Vincẽtio presbyteris destinatũ, quiq; in Hispanijs vsq; ad tempus Constantij principis in corpore mansit. Nam memoratus Constantius. sicut vir eruditissimus Sulpitius Seuerus in Chronicis suis refert, qui diligenti cura complectens nostræ memoriæ dereliquit apud Ariminum Italiæ numerosam vtriusq; orbis synodum episcopalem collegit, & aduersus fidem catholicam, vel CCCXVIII. patrum definitionem Arrij cupiens venena reuoluere, ecclesiã dei tyrannica vsurpatione turbauit. Deniq; coacti, vel metu principis, vel Tauri præfecti præsentia: cui executio taliter fuerat delegata, vt si maior pars concilij in Arrianorum perfidia consentiret, ipse consulatus insignia mereretur: pene omnes, q ibidẽ fuerunt, episcopi subscripserunt. Sed postea iterum diuino inspirante præsidio, q̃plurimi agẽtes pœnitentiã, datis quoq; libellis ad sanctam ecclesiam, de qua plus necessitate, q̃ volũtate discesserãt, redierũt. Vnde & in æternum ab omibus catholicis Ariminense cõciliũ recte dicitur anathema, q̃d si quis dicere neglexerit, catholicus nõ est. Hunc ergo Osiũ, sicut p̃dictus Sulpitius refert, in longa synodi disceptatiõe: quoniam

Has. xl. regulas non habemus, sed potius Apocryphas existimamus. Hic em̃ non xx. sed. lx. episcoporũ habemus canones. xxi. De quibus in decre. dist. 16. Prima annotatio.
Ariminense concilium.

A quũ (vt supra memoratũ est) adhuc Constantij tẽporibus erat in corpore, placuit, missa episcopali legatione debere perquiri, vtrũ in sancta & venerabili Nicæna congregatione, in qua p̃sens fuerat, * Homusion, sicut nos catholici recte confitemur vnius cũ patre substãtiæ filium, an certe, sicut Arriani obtendunt Homusion, quod est similis cum patre substantiæ filium. CCCXVIII. patres nostri confiteri decreuissent, qui siue per longam ætatem desipiens, siue certe pro assentatione principis huiusmodi rationem reddidisse perhibetur. Vtranq; partem recte intendere, quæ cõfessa fuerit, siue Homusion, siue Homoeusion, cuius sententia, quoniã ita stulte prolata est, ab omnibus catholicis, etiam ab Arrianis vno ore irrisa, atq; refutata est. Deniq; in ciuitate Corduba, in qua episcopatum tenuit, post hanc consultationem, siue responsum nomen eius inter catholicos ep̃os antecessores, vel decessores eius minime recitatur. Sunt hæ regulæ, quæ per sæpe dictũ Osium, & XX. episcopos currunt, salua & incolumi fide catholica, quæ apud eandẽ Nicæam Bithyniæ a CCCXVIII. patribus exposita est, & postea iterum in vrbe Roma de spiritu sancto a catholicis ep̃is salubriter adiectum est. Si quid in his rationabile, qui legit, repererit, q̃d tamen a sancta atq; apostolica Romana ecclesia non discrepet, sequi debebit.

ὁμοούσιον

Tituli canonum Sardicen. concilij. *

quãdiu, pro donec

¶ Expliciunt capitula.

CANONES SARDICEN. CONCILII SVB Iulio Papa primo.

¶ Anno sexto Constantij Imperatoris, Leontio, & Salustio consulibus, Era. ccc. lxxxi. Sardiceñ. Synodus congregata est, vbi omnes per Orientem Arriani epi condemnati sunt, qui conuenti ad concilium occurrere, reatus conscientia noluerunt. In quo concilio inter cætera hæ regulæ pro disciplina ecclesiastica institutæ sunt.

AEDITIO PRIMA.

CAPVT PRIMVM.

Disti. 8. Mala consuetudo sub tit. Nicolai. 4. ad Ignarum archiepiscopū Reme.

Osius episcopus dixit: Non minus mala consuetudo, quàm perniciosa corruptela, funditus eradicanda est, ne cui liceat episcopo, de sua ciuitate ad aliam transire ciuitatem. Manifesta est enim causa, qua hoc facere tentāt, cum nullus in hac re inuentus sit episcopus, qui de maiore ciuitate ad minorem transiret. Vnde apparet, auaritiæ ardore eos inflāmari, & ambitioni seruire, & vt dominationem agant. Si omnibus placet, huiusmodi pernicies sæuius, & austerius vindicetur, vt nec laicam communionem habeat, qui talis est. Responderunt vniuersi: Placet.

CAPVT II.

Osius episcopus dixit: Etiam si talis aliquis extiterit temerarius, vt fortassis talem excusationē afferens, asseueret, quod populis literas acceperit, cum manifestū sit, potuisse plures præmio, & mercede corrumpi eos, qui synceram fidem non habent, vt clamarent in ecclesia, & ipsum petere viderentur episcopum. Omnino has fraudes damnandas esse arbitror: ita vt nec laicam in fine communionem talis accipiat. Si vero omnibus placet, statuite. Synodus respondit: Placet.

CAPVT III.

Osius episcopus dixit: Illud quoque necessario adijciendum est, vt episcopi de sua prouincia ad aliam prouinciam, in qua non sunt episcopi, non transeant, nisi forte a fratribus suis inuitati, ne videamur ianuam claudere charitatis.

Quod

AEDITIO SECVNDA.

CAPVT PRIMVM.

Osius epus dixit: Non minus mala consuetudo, q̃ perniciosa corruptela, funditus eradicanda est, ne cui liceat episcopo, de sua ciuitate ad aliam ciuitatem transire. Manifesta est enim causa, qua hoc facere tentant, cum nullus in hac re inuentus sit episcopus, qui de maiore ciuitate ad minorem transiret. Vnde apparet auaritiæ eos ardore inflammari, & ambitioni seruire, & vt dominationē exerceāt. Si ergo omnibus placet, huiusmodi pernicies austerius vindicetur, nec laicam communionem habeat, qui talis est. Vniuersi dixerunt: Placet. Osius eps dixit: Etiam si talis aliquis extiterit temerarius, vt forsitan excusationem afferat, quod populi literas acceperit, cū manifestum sit, præmio & mercede paucos, qui fidem synceram non habent, potuisse corrumpi, vt clamarent in ecclesia, & ipsum petere viderētur episcopum, omīno has fraudes damnandas esse arbitror, ita vt nec laicam communionem in fine accipiat talis. Quod si vobis omībus placet, statuite. Vniuersi dixerunt: Placet.

CAPVT II.

Osius episcopus dixit: Illud quoque statutum sit, vt episcopus de sua prouincia ad aliam prouinciam, in qua sunt episcopi, non transeat, nisi forte a fratribus inuitatus, ne videamur ianuam charitatis claudere.

Cap.

A

AEDITIO .I.

Quod si in aliqua prouincia aliquis episcopus cōtra fratrem suum episcopum litem habuerit, vnus de duobus ex alia prouincia aduocet episcopum cognitorem. Quod si aliquis episcopus iudicatus fuerit in aliqua causa, & putat se bonam causam habere, vt iterum cōcilium renouetur, si vobis placet, sancti Petri apostoli memoriam honoremus, vt scribatur ab his, qui causam examinarunt, Iulio Romano episcopo, & si iudicauerit renouandum esse iudicium, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talem causam esse, vt non refricentur ea, quæ acta sunt, quæ decreuerit confirmata erunt. Si hoc omnibus placet? Synodus respondit: Placet.

B

CAP. IIII.

Gaudentius episcopus dixit: Addendum, si placet, huic sententiæ, quam plenam sanctitate protulisti, vt quum aliquis episcopus depositus fuerit, eorum episcoporum iudicio, qui in vicinis locis commorantur, & proclamauerit agendum sibi negotium in vrbe Roma, alter episcopus in eius cathedra, post appellationem eius, qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in iudicio episcopi Romani determinata.

C

CAP. V.

Osius episcopus dixit: Si contigerit in vna prouincia, in qua plurimi fuerit episcopi, vnum forte remanere episcopum, ille vero per negligentiam noluerit ordinare episcopum, & populi conuenerint, episcopi vicinæ prouinciæ debent illum prius conuenire episcopum, qui in ea prouincia moratur, & ostendere, quod populi petant sibi rectorem, & hoc iustum esse, vt & ipse veniat, & cum ipso ordinent episcopum. Quod si, conuentus literis, tacuerit, & dissimulauerit, nihilq; rescripserit, satisfaciendum esse populis, vt veniant ex vicina prouincia epi, & ordinent episcopum.

AEDITIO II.

CAP. III.

6. q. 4. Osius eps d. Quod.

Osius episcopus dixit: Prouidēdum est etiam, vt si in aliqua prouincia forte aliquis episcopus contra fratrem suum episcopum litem habuerit, ne vnus e duobus ex alia prouincia aduocet episcopos ad iudicium.

CAP. IIII.

Osius episcopus dixit: Quod si aliquis episcopus adiudicatus fuerit in aliqua causa, & putat se bonam causam habere, vt iterum iudicium renouetur, si vobis placet, sancti Petri apostoli memoriam honoremus, vt scribatur vel ab his, qui examinauerunt, vel etiam ab aliis episcopis, qui in propinquo morantur Romano episcopo. Et si iudicauerit renouandum esse iudicium, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talem causam, vt ea non * refricentur, quæ acta sunt, q̃ decreuerit Romanus episcopus, confirmata erunt. Si ergo omnibus placet, statuat. Synodus respondit: Placet.

als, reficiant.

CAP. V.

Gaudentius episcopus dixit: Addendum est, si placet, huic sententiæ, quam plenam sanctitate protulistis, vt quum aliquis episcopus depositus fuerit, eorum episcoporum iudicio, qui in vicinis commorantur locis, & proclamauerit agendum sibi negotium in vrbe Roma, alter eps in eadem cathedra (post appellationem eius, qui videtur esse depositus) omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in iudicio Romani episcopi determinata.

CAP. VI.

Dist. 65. ca. si. Si for. ĩ pro.

Osius episcopus dixit: Si contigerit in vna prouincia, in qua fuerint plurimi episcopi, vnum forte remanere episcopum, ille vero per negligentiam noluerit ordinare episcopum, & populi conuenerint episcopos vicinæ prouinciæ, debent illius conuenire episcopum, qui in eadem prouincia moratur, & ostendere, q̃ populi petant sibi rectorem, & hoc iustum esse, vt & ipse veniat, & cum eo ordinent epm. Quod si, cōuentus literis, tacuerit, & dissimulauerit, nihilq; responderit, tunc satisfaciendum esse populis, vt veniant ex vicinis prouinciis, & ordinent episcopum.

Circa

¶ Circa præsens capitulum aduertendus est tenor decreti seu capituli, distinctione .lxv.. Si forte in prouincia, vbi sic habetur. Si forte in prouincia vnum tantum contigerit remanere episcopum, superstes episcopus conuocet episcopos prouinciæ vicinæ, & cum eis ordinet comprouinciales sibi episcopos. Quod si facere neglexerit, populi conueniant episcopos prouinciæ vicinæ, & illi prius commoneant episcopum, qui in eadem prouincia commoratur, & ostendant,* quod sibi petant populi rectorem episcopum, & doceant iustum esse, vt veniat ipse, & cum eis ordinet episcopum. Quod si literis conuentus, etiam tacuerit, & dissimulauerit, nihilq; rescripserit, tunc satisfaciendum est populis, vt conueniant ex vicina prouincia episcopi, & episcopum ordinent.

alias, quomodo populi petant sibi rectorem.

D

AEDITIO PRIMA.

CAPVT SEXTVM.

Licentia vero danda non est ordinandi episcopum, aut in vico aliquo, aut in modica ciuitate, cui sufficit vnus presbyter, quia nõ est necesse ibi episcopum fieri, ne vilescat nomen episcopi, & authoritas. Non debent illi ex alia prouincia inuitati facere episcopum, nisi aut in his ciuitatibus, quæ episcopos habuerunt aut si qua talis, aut tam populosa est ciuitas, quæ meretur habere episcopum. Si hoc omibus placet? Synodus respondit: Placet.

CAPVT SEPTIMVM

Osius episcopus dixit:* Placuit autem, vt si episcopus accusatus fuerit,* & iudicauerint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum deiecerint, si appellauerit, qui deiectus* est, & confugerit ad* episcopum Romanæ ecclesiæ, & voluerit se audiri, si iustum putauerit, vt renouetur* iudicium, vel discussionis examen, scribere his episcopis dignetur, qui in finitima, & propinqua,* prouincia sunt, vt ipsi diligenter* oĩno reqrant, & iuxta fidẽ veritatis* definiãt. Quod si is, qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua mouerit episcopum Romanum, vt e latere suo* presbyter mittat, erit in potestate* episcopi, quid velit, & quid æstimet. Et si decreuerit mittendos esse, qui præsentes cum episcopis iudicent,* habentes eius authoritatem, a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit* episcopos sufficere, vt negotio terminum imponant, faciet, quod sapientissimo* cõsilio iudicauerit.

ii.q.9. Si quis eps accusatus
alias, & omes
alias, videtur
als, btissimũ Romanæ ecclesię epm
alias, examẽ,
als, altera ꝓuincia sunt
alias, omnia
als, omnia definiant.
alias, pbr̃os
alias, ipsius
als, vt habeãt etiã authoritatem persone illius.
als, ep̃os cõprouinciales.
alias, consilio suo.

AEDITIO SECVNDA.

CAPVT SEXTVM.

De quibus supra.

Iterum licentia ordinandi episcopum, danda passim non est. Si enim subito, aut vicus aliquis, aut modica ciuitas, cui satis est vnus presbyter, voluerit sibi episcopum ordinari, ad hoc vt vilescat nomen episcopi, & summi honoris authoritas, non debent illi, ex alia prouincia inuitati, facere episcopum, nisi aut in ciuitatibus, quæ episcopos habuerunt, aut si qua tam populosa est ciuitas, vel locus, qui mereatur habere episcopum.

E

CAPVT SEPTIMVM

De accusatis episcopis.

Osius episcopus dixit: Et hoc placuit, vt si episcopus accusatus fuerit, & cætera. Nam quæ restant, satis in litera quadrant, etiam in capitulorum assignatione, exceptis quę in margine annotabuntur, & excepto ca. decimo, eo modo, quo in margine signatum est, & annotatum ex æditione secũda. Suntq; marginales additiones sumptæ ex eadem secunda æditione &c.

F

A AEDITIO PRIMA.

VIII. Osius episcopus dixit: Importunitates, & nimia frequentia, & iniustæ petitiones fecerunt, nos nõ tantam habere vel grãm, vel fiduciã, dum quidã nõ cessant ad comitatũ ire episcopi, & maxime Aphri, qui (sicuti cognouimus) sanctissimi fratris & coepiscopi nostri Grati salutaria consilia spernunt, atq; cõtemnũt, * vt nõ solũ ad comitatũ multas & diuersas ecclesiæ non profuturas * perferant causas, vt fieri solet, aut oportet, vt aut pauperibus, aut viduis, aut pupillis subueniatur, sed & dignitates seculares, & administrationes quibusdã postulãt. Hæc itaq; prauitas olim nõ solũ murmurationes, sed & scandala excitat. Honestũ est aũt, vt * epi intercessionem his * p̃stent, qui * iniqua vi opprimuntur, aut si vidua affligatur, aut pupillus expolietur, * si tamen ist hæc nomina iustũ habeant causam, aut petitionẽ. Si vobis ergo, fratres charissimi, placet, decernite, ne epi ad comitatũ accedãt, nisi forte hi, qui religiosi Imperatoris literis vel inuitati, vel vocati fuerint. Sed qm̃ sæpe cõtingit, vt ad misericordiam ecclesiæ confugiant, qui iniuriam patiuntur, * aut qui peccantes in * exilio, vel insulis damnantur, aut certe quamcunq; sententiam suscipiunt, * subueniendum est his, & sine dubitatione * petenda indulgentia. Hoc ergo decernite, si vobis placet. Vniuersi dixerunt: Placet, & constituatur.

B

IX. Osius eps dixit: Hoc q̊q; prouidentia vestra tractare debet, * qui decreuistis, ne epor̃ improbitas nitat̃, vt ad comitatũ pergãt. Quicũq; ergo (quales superius memorauimus) p̃ces habuerint, vel acceperint, p diaconũ suũ mittant, qa persona ministri inuidiosa nõ * est, & q̃ impetrauerit, celerius poterit referre. Et hoc cõsequens esse videtur, * vt de qualibet prouincia epi ad eũ fratrẽ, & coepiscopũ nostrũ preces mittant, qui in metropoli cõsistit, vt ille & diaconũ eius, & supplicationes destinet, tribuens cõmendatitias epistolas pari ratione ad fratres, & coepiscopos nostros, qui in illo tẽpore in his regionibus & vrbibus morant̃, in qbus felix & beatus Augustus rẽ publicã gubernat. Si vero habeat (alias, habet quis) eps amicos in palatio, q cupit aliquid (q̊d tñ honestũ est) impetrare, non prohibetur per diaconũ suũ rogare, ac significare his, quos scit benignã intercessionẽ sibi absenti posse præstare.

X. Si vero Romam venerint (sicut dictũ est) sanctissimo fratri, & coepiscopo nostro Romannæ ecclesiæ p̃ces, quas habent, tradãt, vt & ipse prius examinet, si honestæ & iustæ sunt, & præstet diligentiam atq; solicitudinẽ, vt ad comitatum perferantur. Vniuersi dixerunt, placere sibi, & honestũ esse consilium. Alipius episcopus dixit: Si propter pupillos & viduas, vel laborantes, qui causas non iniquas habent, susceperint peregrinationis incommoda, habebunt aliquid * rationis, nunc vero cum ea postulent præcipue, quæ sine inuidia * hominum, & sine reprehensione esse non possunt, non necesse * est ire ad comitatum.

C

XI. Gaudentius eps dixit: Ea, quæ salubriter * præmonuistis, cõuenientia, & æstimatione omniũ & deo placitura, & hoĩbus, tenere * hanc firmitatẽ possunt, si metus huic sentẽtiæ coniungat̃. Scimus em̃ & ipsi, sæpissime propter paucor̃ * impudentiã, religiosum sacerdotale nomen fuisse reprehẽsum. Si igitur aliquis cõtra omnium sententiã * nisus, voluerit ambitioni magis placere, q̃ deo, is debet scire, causis redditis, honorem, dignitatemq; se amissur̃, * Quod ita demũ cõpleri poterit, si vnusquisq; nostrũ, qui in canali cõstitutus est, quũ progredientem epm viderit, inquirat transitũ eius, causas videat, quo tendat, agnoscat, & siquidẽ eũ inuenerit ire ad comitatum, requirat & illud, quod superius comprehẽsum est, * ne forte inuitatus * est, vt ei facultas eundi permittat̃. Si vero (vt superius memorauit sanctitas vestra) propter desideria, & ambitiones ad comitatum * pergat, neq; in literis eius * scribatur, neq; in communionẽ recipiatur. Si vobis placet, omnium sententia confirmari debet. Vniuersi dixerunt, hoc honestum esse, & placere sibi hanc constitutionem.

XII. Osius eps dixit: Sed & moderatio necessaria est, dilectissimi fratres, ne adhuc aliqui, nescientes quid decretũ sit in synodo, subito veniant ad ciuitates eas, quæ in canali sunt. Debet ergo eps ciuitatis ipsius admonere eum, & instruere, * & ex eo loco diaconũ suũ mittat. Admonitus ipse tamen redeat in parochiam suam.

XIII.

alias, &
als, perferunt
als, epũs
alias, præstet,
als, aliqua
als, tñ & ista oĩa, si iustam
23. q. 8. Si vobis frẽs cha.
alias, &
al, exiliũ, vel insulas
al, iõq; subu.
al, eis petẽda p ecclesiam
ali, qa, vel, qd
alias, est, quæ
al, vnusqq; q p̃ces habuerit eas ad frẽs & coep̃os nr̃os, q in maxia ciuitate i. q in metrop. cõsistũt, mittãt, & illi p suos diaconos destinẽt tribuẽdo
In alio exemplari incipit hic cap. x
al, iustæ rõnis
alias, oĩm &
alias, est eos
ali. p̃uidistis, conuenienti.
alias, hac ten⁹ fortitudinem
ali. impruden tiã, faciẽ, ac f.
al, vis⁹ fuerit
ali. Hoc ãt sciri, & cõperiri
alias, nisi
alias, sit,
al. subscribat̃
alias, vt

Dist.51.Osius epus dixit alias,tractet, alias,administratione als,psbyterij alias,habent, als,Nā nec cōueniens est alias,rōnis i.Timoth.3.a

XIII Osius epus dixit: Et hoc necessarium arbitror, vt diligentissime* tractetis si forte aut diues aut scholasticus de foro,aut ex * administratore epus fuerit postulatus,vt non prius ordinetur, nisi ante & lectoris muuere & officio diaconi, * aut pbri, fuerit pfunctus, & ita per singulos gradus, (si dignus fuerit) ascendat ad culmen episcopatus. Pōt eñi per has promotiōes,quæ*habebūt vtiq; prolixum tēpus ,probari, qua fide sit,quave modestia,qua grauitate & verecundia. Et si dignus fuerit probatus,diuino sacerdotio illustretur, * quia conueniens non est, nec *ratio vel disciplina patitur,vt temere & leuiter ordinetur aut epus,aut presbyter,aut diaconus, qui neophytus est. Maxime cum & magister gentium,beatus apostolus,ne hoc fieret deuuntiasse,& prohibuisse videatur,sed hi,quorum per longum tempus examinata sit vita & merita fuerint comprobata. Vniuersi dixerunt placere sibi hæc.

als,deformet alias,q̄ occasione fit,vt

alias,tres dominicas

XIIII Osius epus dixit: Et hoc quoque statuere debetis,vt epus,si ex alia ciuitate cum venerit ad aliam ciuitatem,vel ex prouincia sua ad aliam prouinciam, & ambitioni magis quàm deuotioni seruiēs,voluerit in aliena ciuitate multo tempore residere. Forte enim euenit,epm loci non esse tam instructum, neque tam doctum . Is vero,qui aduenit,incipiat contemnere aum, & frequenter facere sermonem, vt dehonestet,&* infirmet illius personam,* ita vt ex hac occasione non dubitet relinquere adsignatam sibi ecclesiam, & transeat ad alienam . Definite ergo tempus , quia & non recipi episcopum inhumanum est,& si diutius resideat,perniciosum est,hoc ergo ne fiat,prouidendum est. Memini autem,superiore concilio fratres nostros constituisse,vt si quis laicus in ea,in qua commoratur ciuitate,* tres dominicos dies,id est per tres septimanas,non celebrasset conuentum,communione priuaret. Si ergo hęc circa laicos constituta sunt,* multo magis episcopo nec licet,nec decet,si nulla sit tam grauis necessitas,quæ detineat,vt amplius,a supra scripto tempore absens sit ab ecclesia sua, Vniuersi dixerunt placere sibi. E

alias,in ea ciuitate residēt als,affectiōes

alias,dñicas

als,aliā ciuitatē,in q̄ est eps suspitionē iactātiæ & ambitiōis incurrat.

XV. Osius episcopus dixit : Quia nihil prætermitti oportet, sunt quidam fratres,& coepiscopi nostri,qui non *eam ciuitatem possident, in qua videntur episcopi esse constituti,vel certe quod paruam rem illic habeant,alibi autem idonea prędia habere cognoscuntur, vel * affectionem proximorum,quibus indulgeāt,hactenus pmitti eis oportet, vt accedant ad possessiones suas,& disponant,vel ordinent fructū laboris sui vt post tres*dñicos,id ē,post tres hebdomadas,si morari necesse est,in suis potius fundis morentur. Aut si est proxima ciuitas,in qua est presbyter, ne sine ecclesia videatur facere diem dominicum,illuc accedat,vt neq; res eius domesticæ per absentiam eius detrimentum sustineant,& non frequenter veniendo ad *ciuitatem, in qua episcopus moratur,suspitionem iactantiæ,& ambitionis euadat. Vniuersi dixerunt, placere sibi. F

In decre.Iuonis lib 5. alias,Si.

XVI Osius episcopus dixit:*Hoc quoq; omnibus placet,vt siue diaconus, siue psbyter,siue quis clericorum ab episcopo suo communione fuerit priuatus, & ad alterum perrexerit episcopum,& scierit ille,ad quem confugit,eum ab episcopo suo fuisse abiectum,non oportet,vt ei cōmunionē indulgeat. Quod si fecerit,sciat se conuocatis epis,causas esse dicturum. Vniuersi dixerunt. Hoc statutum & pacē seruabit,& concordiam custodiet.

11.q.3.Si forte epūs iracū.& in de.Iuo.li.5 alias,quis. alias,aut alias,deiectus alias,electus. als negari au. als,deiecit. alias,eiecit als,fuerit ex. alias,fuerat

XVII. Osius episcopus dixit: Quod me adhuc mouet,reticere non debeo. Si episcopus,*qui forte iracundus (quod esse non debet)cito, *& aspere commoueat aduersus presbyterum,siue diaconum suum,& exterminare eum de ecclesia voluerit,prouidendum est,ne innocens damnetur,aut perdat communionem. Et ideo habeat potestatem is,qui *abiectus est, vt episcopos finitimos interpellet,& causa eius audiatur,ac diligentius tractetur, quia non oportet ei *negare audientiam roganti, Et ille episcopus,qui aut iuste,aut iniuste eum *abiecit,patienter accipiat,vt negotiū discutiatur,vt vel probetur sententia eius a plurimis,vel emendetur. Tamen priusquam omnia diligenter,& fideliter *examinentur,eum ,qui *fuerit a communione separatus,ante cognitionem nullus alius debet præsumere,vt eum communioni societ.

ciet. Hi vero, qui conueniunt ad audiendum, si viderint clericorum esse * fastidium, & superbiam, quia iam non decet, vt episcopus iniuriam, vel contumeliam patiatur, * seuerioribus eos verbis castigent, vt obediant honesta præcipienti epo, qui sicut ille clerics syncerum exhibere debet amorem charitatis, ita quoque vicissim ministri infucata debent episcopo suo exhibere obsequia.

als, fastigium
als, austerioribus

XVIII. Ianuarius episcopus dixit: Illud quoque statuat sanctitas vestra, vt nulli episcopo liceat, alterius * episcopi ciuitatis ministrum ecclesiasticum solicitare, & in * suis parochijs ordinare. * Vniuersi dixerunt: Placet, quia ex his contentionibus solet nasci discordia, & ideo prohibet omnium sententia, ne quis hoc facere audeat.

als, ciuitatis hominem
al', sua dioecesi ordi. clericum.
al', nõ habet, Vniuer. dix. Placet.

XIX. Osius epus dixit: Et hoc vniuersi constituimus, vt quicunque ex alia parochia voluerit alienũ ministrum, sine consensu epi ipsius, & sine voluntate ordinare, non sit rata ordinatio eius. Quicunque autem hoc vsurpauerit, a fratribus, & coepiscopis nostris & admoneri debet, & corrigi.

XX. Aetius eps dixit: Non ignoratis, q̃ta & qualis sit Thessalonicẽsiũ ciuitas. Sæpe ad eã veniũt ex alijs regionibus pſbyteri & diaconi, & nõ sunt cõtenti * breui tempore morari, & aut resident ibi, aut certe vix post longa spatia, ad sua redire coguntur. Vniuersi dixerunt, * Ea tempora, quæ constituta sunt circa episcopos, & * circa has personas, obseruari debent.

als, vt breui tpe remorẽt, aut resident ibi, aut
als, Et
als, erga horum

B

XXI. Osius eps dixit: Suggerente fratre, & coepiscopo nostro Olympio, etiam hoc placuit, vt si aliquis vim perpessus est, & inique expulsus pro disciplina & catholica cõfessione, vel pro defensione veritatis, effugiens pericula, innocẽs, & * deuotus, ad aliam venerit ciuitatem, non prohibeatur immorari, * quamdiu, aut redire * possit, aut iniuria eius remedium acceperit, * quia durum est, eum, qui persequutionem patitur, non recipi. Etiam & larga beneuolentia, & humanitas ei est exhibenda. Omnis synodus dixit: Vniuersa quæ constituta sunt, catholica ecclesia in vniuerso orbe diffusa, custodiat. Et subscripserunt, qui conuenerant omnes episcopi diuersarum prouinciarum, numero. CXXI.

al', deuolutus quãdiu, pro donec
als, potuerit
als, Durum est enim, qui

C

Differenter admodum assignatur numerus patrum, & episcoporum subscribentium huic concilio, seu in eo conuenientium. In fine nempe huius concilij, iuxta exemplar quoddam, inueniuntur subscripsisse epi. CXXI. In principio autem alterius exemplaris. CCC. dicuntur fuisse. Porro historiæ tripartitæ lib. iiij. ca. xxiij. habetur sic: Ex Hesperijs ergo partibus conuenerunt epi quasi. CCC. sicut Athanasius ait, ex Orientalibus sex &. LXX. tantummodo, sicut Sabinus dicit. Verum dist. xvi. in decretis ca. Sexta synodus, legit̃ ita: Quarta synodus Sardicẽ. in qua patres .* LX statuerunt canones. XXI. quorum author maxime Osius Cordubẽ. eps, & Vincentius Capuanus, & Ianuarius Beneuentanus, & Calepodius Neapolitanus sanctæ Romanæ ecclesiæ legati extiterunt. Hæc ibi. Itaque veritas huius differentiæ, & cõcordia relinquantur scrutantibus curiosius. Cæterum, post congestã in vnum pſcripti numeri differentiam, occurrit historiæ ecclesiasticæ secundũ Theodoritũ Cyrẽ. epm, quæ recenter prodijt, impressio, in qua, ca. vij. libri. ij. hoc modo scriptũ est: Sardicæ vero pontifices conuenere. CCL. vt docent antiquæ narrationes. Hæc ibi. Quocirca nõ est quoquo pacto æstimandũ has differẽtias ex inscitia, aut negligentia processisse authorum, sed potius attribuendum est scribentiũ, vel incuriæ, vel negligentiæ.

als, lxi

Inter cæteros ergo, qui subscripserũt, nominatim sequẽtes exprimunt.

Athanasius eps ciuitatis Alexandriæ magnæ. Ptolomæus titulo Aegytus, Plinius titulo de Asia.
Arius episcopus, tit. Palestinæ.
Alexander eps ciuitatis Meseniæ. Ptol. tit. Peloponnesus, Pliñ. tit. Achaia.
Annianus eps ciui. Castulonis, Pto. tit. Hispania Lusitania, Pli. tit. Hispania citerior.

Asclepius eps ciuitatis Gazæ.Ptolo.Mediterraneæ Iudææ,tit. Palestina, Pliñ.tit. Idumæa,Syria,Palestina. D

Athenodorus episcopus ciuitatis Plateæ.Ptolo.mediterr. Helladis & Boetiæ,tit. Achaia & Hellas,Plinius titulo,Græcia & Attica.

Alexāder eps ciu.Larissæ,Pto.Ptheomachorum,tit.Macedonia,Pli.ti.Græ.& Atti.

Alypius eps ciui.Megaridis,Pto.tit.Achaia & Hellas,Pli.Græcia & Attica.

Asterius episcopus ciuit. tit.Arabiæ

Alexander eps ciuitatis Maroneæ,Ptol.tit.Thracia,Pli.tit.simili.

Bassus episcopus ciuitatis Diocletianopolis, tit.Macedonia.

Costus eps ciui.Cæsaraugustanæ,Pto.non meminit,Pli.tit.Hispania citerior.

Chocras episcopus ciuitat. tit.Achaia.

Calepodius eps ci.Neapolitanæ,Pto.Cāpanorum tit.Italiæ,Pli.ti.Italia,Tiberis,Roma

Calimis eps ciui.Ripeñ.Pto.& Pli.non meminerūt,Strabo lib.viij.ca.Achaia.

Dioscorus episcopus ciui.Therasiæ,Pto.Insulæ tit.Achaia & Hellas.

Domitianus episcopus ciuitatis Augustæ,Ptol.tit.Amacum,tit.Hispania, Lusitania,Pliñ.tit.Hispania citerior.

Dias eps ciui.* Asophis,Ptol.non meminit,Pli.Arcadia,& tit.Achaia. (al's,Psophis) E

Dionysius eps ci.* Helidis,Pto.ciui.mediterr.Achaiæ propriæ,tit. Peloponnesus. (al's,Helicæ)

Diodorus eps ciui.Tenedos insulæ,Pto.in Hellesponto, tit.Asia minor, Pli.tit.Insulæ ante Asiam,Pamphylū mare, Rhodope, Samus,Chius.

Eutherius eps ciui.Prochitæ de Candos,Pto.Prochyta Pandatoria insula,tit.Italia, Pli.Prochyta Pandataria,tit.* Corsica,Eub.Cycl. Sporades &c. (al's,tit.Creta)

Euagrius eps ci.Heracleanopolis,Pto.Heraclea Sintica,tit.Macedonia,Idē,Heraclea Lyncestidum.Idem,Heraclea Pthiatidis,tit.Macedonia, Plinius simili titu. Strabo vero ponit Heracleopolim in Sicilia.

Etius eps Thessalonicæ ciui.Pto.Amphasitidis,ti.Macedonia,Pli.ti. Macedonia.

Eutherius eps ciui. tit.Pannonia. Eutychius eps ciui. tit.Achaia.

Florētinus eps ciui.Emeritæ, Pto.ti.Hispania,Pli.tit.Hispania Lusitania,

Fortunatianus eps ciui.Aquileiæ,Pto.tit.Italia in Histria,Pli.tit. Venetiæ.

Gaudentius eps ciui.* Naiso,Pto.tit.Achaia, ciuitas est Insulæ Andri, Pli.Naxus vel Naxos Insula,tit.Creta,Eub.Cycl.Sporades,&c. (al's,Naxi)

Gerontius eps ciui.* Brebi,Pto.ciui.Mygdoniæ,tit.Macedonia,alias,eps ciui.Berroæ,tit.Emathiæ in Macedonia,Pli.Berroæ,tit. Macedonia. (al's,Beri) F

Heliodorus eps ciui.Nicopolis,Pto.ciui.mediterr.circa Nessum,Idē, Nicopolis ciui.mediterr.circa Enum,tit.Thracia,Pli.Nicopolis,tit. Epyrus,

Hymenæus eps ciui.Cyperæ,Ptol. Cypera ciui.Thessalorum,tit. Macedonia,

Ianuarius epus ciui. Beneuentanæ, Ptol.Beneuentum ciuit. Samniorum, tit,Italia, Pli.Beneuentum,tit.Secundus Europæ sinus,

Ionas episcopus ciui.* Partecopolis,Pto.ciui.Sinticæ,tit.Macedoniæ, Plinius Parthenopolis,titu. Thraciæ, (ali. Pareocopolis,vel,Parthenopolis)

Iulius eps ciui.* Tibiscæ,Ptol.Tibisca,tit.Mysia inferior,Idem,Thisbæ,tit.Achaia & Hellas,Pli.Thisbæ,tit.Græcia & Attica, (ali.Thisbæ)

Irenæus eps ciui.& Insulæ,Pto.Insula & ciuitas tit.Macedonia,Pli.Scyros, tit.Creta,Eub,Cycl,Sporades,&c.

Lucius, tit.Thracia,

Lucius eps ciui.Veronæ,Ptol.ciui.Cenomannorum,tit.Italia,Pli.tit.Istria.

Maximus, tit.Tuscia,

Moyscus epus ciui.Thebanæ,Ptol.Thebæ,Boetiæ ciui. mediterr. & Helladis, tit. Achaia,Pli.ciui.Boetiæ tit.Locri,Et iterum,tit.Græcia & Attica,

Macedonius epus ciui.Vlpianæ,Pto.Vlpianū ciui. Dardaniæ,tit.Mysia superior,

Martyrius eps ciui.Neapolis,Pto.tit.Macedonia,Pli.Neapolis,tit,Thracia,

Marcellus eps ciuitatis Ancyranæ,Ptolo,Ancyra,tit,Galatia,Plinius ,tit,Hillespontus,&c,Galatia,

Marcus eps ciuitatis * Scissiæ,Pto,Cissij populi,tit,Cappadocia Asiæ, (alj,Cissiæ)

Osius

A Osius eps ciui. Corduben. Ptol. tit. Hispania, Pli. Corduba, tit. Europa,
Porphyrius eps ciui. Philippis, Ptol. ciui. Hodomanticæ & Idonidis, tit. Macedonia, Pli. Philippis Colonia, tit. Thracia,
Paregorius eps ciui. Scupis, Pto. Scupi Dardaniæ, tit. Mysia superior,
Prothasius eps ciui. Mediolanen. Pto. Mediolanum ciui. Auricorum, tit. Gallia Lugdunen. Pli. Insubres Mediolanum, tit. Italia Transpadana,
Palladius eps ciui. Dien. Pto. Dion ciui. Amphasitidis, tit. Macedonia, Pli. Dium tit. Creta, Eub. Cycl. Sporades, &c.
Prætextatus eps ciui. Barchinonensis, Pto. Barcinon ciui. Leitanorum, tit. Hispania Lusitania, Pli. Barcinæ, Colonia, tit. Hispania citerior.
Protogenes eps ciui. Sardicæ, Pto. Sardicæ, vel Serdicæ, Prætura, tit. Thracia,
Postrarcus eps ciui. Patras, Pto. Patras ciui. Achaiæ, tit. Peloponnesus, Pli. tit. Peloponnesus, & tit. Achaia,
Stercoreus eps ciui. Canusiæ, Pto. Canusium ciui. Appulorum, tit. Italia, Pli. Canusium, tit. Secundus Europæ sinus,
Seuerus eps ciui. Rauennen. Pto. Rauenna ciui. Gallorum Boum, Pli. Rauenna Sabinorum, tit. Octaua regio Italiæ,
Tichius eps ciui.* Metonæ, Pto. Motone ciui. Meseniæ, tit. Peloponnesus, Pli. Mothone, tit. Achaia, Idem, Methone, tit. Magnesia, [margin: als, Motone]
Triphon eps ciui.* Macarcæ, Pto. Marathon ciui. mediterranea Helladis & Atticæ, tit. Achaia, [margin: als, Marathō]
B Vincentius eps ciui. Capuanæ, Pto. Capua ciui. Campanorum, tit. Italia, Pli. Capua, tit. Italia, Tiberis, Roma, Campania,
Verus eps ciuitatis Lugdunen. Pto. Lugdunum ciuitas Eduorum, tit. Gallia Lugdunen, Pli. Lugdunum Colonia, tit. Gallia Lugdunen,
Vitalis episcopus ciuitatis Aquiripensis,
Vrsatius episcopus ciuitatis Brixien. Ptol. Brixia ciuitas Cenomannorum, tit. Italia, Plin. Brixia, tit. Istria,
Valens eps ciuitatis * Scytopolis Arcadiæ, Pto. Stymphalus ciuitas mediterr. Arcadiæ, tit. Peloponnesus, Pli. Stymphalum, tit. Arcadia, Strabo lib. viij, Geographiæ suæ, [margin: als, Stymphali.]
Zozimus eps ciui. Lichnidi, Pto. Lichnidus ciui. Dessaretiorum, tit. Macedonia,

Theodoritus,

¶ Quæ vero Sardicæ gesta sint, concilij literæ clarius edocebunt, quas propter modum explanationis huic scripturæ interponere non omisi. [margin: Ex lib. 4. histo. trip. c. 24 Et Theod. li. 2. ca. 8]

C

Epistola Sardicen. concilij ad omnes episcopos.

SAncta synodus dei gratia Sardicæ cōgregata, ex vrbe Roma, Hispanijs, Gallijs, Italia, Campania, Calabria, Aphrica, Sardinia, Pannonia, Mysia, Dacia, Dardania, altera Dacia, Macedonia, Thessalia, Achaia, Epirus, Thracia, Rhodope, Asia, Caria, Bithynia, Hellesponto, Phrygia, Pisidia, Cappadocia, Ponto, Cilicia, altera Phrygia, Pamphylia, Lydia, Insulis Cycladibus, Aegypto, Thebaide, Libya, Galatia, Palestina, & Arabia, vniuersis coepiscopis, & comministris sanctæ & apostolicæ ecclesiæ, dilectissimis fratribus in domino salutē.

Multa quidem, ac sæpius Arrianam vesaniam sequentes, præsumpserunt aduersus dei seruos, & rectam fidem custodientes. Adulteram nanque doctrinam proponētes, orthodoxos expellere sunt conati, & in tantum insurrexerunt aduersus fidem, vt neque auditus deo amabilium lateret Imperatorum. Igitur, gratia dei cooperante, etiā ipsi pijssimi principes ex diuersis nos prouincijs & ciuitatibus colligentes, sanctum hoc concilium in Sardicensium celebrari vrbe præceperunt, vt ablata omni discordia, & omni perfidia procul expulsa, sola Christi pietas apud omnes inuiolata seruet.

Venerunt enim Orientales episcopi, a piĳssimis Imperatoribus inuitati, præcipuè propter famam, quæ de chariſſimis noſtris fratribus, & comminiſtris fuerat diuulgata, id eſt, Athanaſio Alexandrino, & Marcello Ancyræ Galatiæ, & Aſclepa Gazeo, forſan etiam ad voſipſos detractiones huiuſmodi peruenerũt, quomodo etiam noſtras aures ventilare conati ſint, vt ea, quæ contra innocentes referunt, vera eſſe credantur, & iniqua hæreſeos cæletur opinio. Sed hæc diutius facere permiſſi non ſunt. Etenim præſul eccleſiarum dominus eſt, qui pro his, & pro vniuerſis mortem ſuſtinuit, & per eas aſcenſum ad cœlos nobis omnibus condonauit. Pridẽ itaq; Euſebius, & Maris, & Theodorus, atq; Theognius, Vrſatius, & Valens, & Minophantus, & Stephanus ſcripſerunt Iulio comminiſtro noſtro, eccleſiæ Romanæ pontifici contra prædictos conſacerdotes noſtros, id eſt, Athanaſium epiſcopum Alexandriæ, & Marcellum epiſcopum Ancyræ Galatiæ, & Aſclepam Gazæ. Scripſerũt quoq; ex alĳs partibus epiſcopi, teſtimonium perhibentes puritati, Athanaſĳ conſacerdotis noſtri, & ea, quæ ab Euſebio, & conſectatoribus eius geſta ſunt, nihil aliud, ꝗ mendacĳs, & calumnĳs plena eſſe adfirmantes. Quum vtiq; euocati a chariſſimo, & conſacerdote Iulio, & non occurrentes (ſicut ſcriptis eiuſdem epiſcopi Iulĳ comprobatur) aperte videantur calumniatores exiſtere. Nam ſi de geſtis contra eos habitis præſumpſiſſent, non cunctarentur occurrere. Veruntamen, etiam ex his, quæ fecerunt in hoc ſancto, magnoq; concilio, eorum machinatio euidenter apparet. Venientes enim in Sardicenſium ciuitatem, atq; videntes fratres noſtros Athanaſium, Marcellum, Aſclepam, & cæteros, ad iudicium accedere timuerunt. Et non ſemel, non ſecundo, ſed etiam frequenter citati, vocationibus obedire noluerunt, congregatis videlicet in concilio, Oſio longæuo (qui propter ætatem, atq; cõfeſſionem, tantumq; laborem omni honore dignus apparuit) & reliquis, ſuſtinentibus, & inuitantibus eos ingredi iudicium, vt quæ contra abſentes conſacerdotes diffamauerant, atq; conſcripſerant, præſentes oſtenderent. Sed (ſicuti prædiximus) euocati, non venerunt, vt etiam in hoc calumniam propriam oſtenderent, & quodammodo, reſpuendo iudicium, inſidias ſuas, & molimina proclamarent. Nam qui de ſuis dictis confidunt, etiam ad faciem probare non fugiunt. Quia vero non occurrerunt, nullum de eis ignorare confidimus (ſi forſan rurſus illic quicquam machinari voluerint) quod nihil habentes, quo poſſint conſacerdotes noſtros arguere, abſentibus detrahunt, præſentes effugiunt. Fugerunt enim, chariſſimi fratres, non ſolum propter calumniam aduerſus iſtos inſtructam, verum quia ſuos pro diuerſis criminibus accuſatores occurriſſe viderunt. Proferebantur enim vincula & catenæ, venerant homines ab exilio, & conſacerdotes, necnon cognati, pariter & amici eorum, qui propter eos mortui dinoſcuntur. Et, quod eſt admirandum, aderant epiſcopi, quorum vnus quidem catenas geſtabat, & vincula, quibus vinctus fuerat propter eos. Alĳ vero eorum inſidĳs, mortem ſibi teſtabantur inflictam, quia ad tantam ſuperbiam ſunt perducti, vt etiam epiſcopum occidere conarentur, quem niſi fuga liberaſſet, obierat. Venit etiam conſacerdos noſter Theodolus, fugiens eorum molimina, quibus fuerat iuſſus occidi. Alĳ vero gladiorum vulnera demonſtrabant, alĳ famem ſe ab eis paſſos ingemiſcebant, & hæc non quilibet homines teſtabantur, ſed omnes eccleſię, pro quibus hi, qui occurrerunt, &, qui legatione fungebantur, inſinuabant violentiarum peſtes, armatos milites, populos cum fuſtibus, iudicum terrores, falſarum literarum obiectiones. Lectæ ſunt enim literæ Theognĳ cõtra ſacerdotes noſtros, Athanaſium, Marcellum, & Aſclepam, vt etiam Imperatores mouiſſe viderentur. Quas literas diaconi Theognĳ vulgauerunt, ſuper hæc autem virginum nuditates, eccleſiarum incendia, carceres contra conſacerdotes noſtros adhibitos. Quæ omnia prælia, non niſi pro deteſtabili Arrianorum hæreſi commiſiſſe noſcuntur. Quiſquis eñ eorum reſpuiſſet ordinationem, atq; communionem, his neceſſario ſubdebatur iniurĳs. Conſpicientes igitur facinorum ſuorum anguſtias, confuſi receſſerunt. Et vlterius hæc non valentes abſcondere, in Sardicenſium venerunt vrbem, vt per aduentum ſuum, quaſi talia ſe nequaquam perpetraſſe, monſtrarent. Videntes autem quibus

A bus calumnias irrogarant, & oppressos a se simul accusatores, & increpationes, prae oculis suis habentes, euocati, ad iudicium ingredi nequiuerunt, Athanasio quippe, Marcello, & Asclepa nostris consacerdotibus fiducialiter agentibus, & valde ingerentibus, & imminentibus, atque prouocantibus eos, & promittentibus, non solum se calumnias euidenter ostendere, sed etiam, quae in eorum ecclesias deliquissent, illi vero tanto conscientiae terrore constricti sunt, vt fugerent, & per fugam, suas calumnias aperirent, delictaque sua iudicij declinatione faterentur. Et licet non solum ex prioribus, sed etiam ex istis malitia eorum, atque calumniae patefiant, tamen, vt neque per fugam occasionem alterius iniquitatis accipiant, curauimus, contra veritatem facta eorum molimina examinare. Et hoc proposito, ex his, quae gesta sunt, eos calumniatores inuenimus, & nihil aliud, nisi aduersus cōsacerdotes nostros insidias institutas. Nam Arsenium, quē dicebant ab Athanasio peremptum, hic viuit, & inter viuentes commorari dinoscitur, ex quo etiam alia probantur esse conficta. Quod vero etiam calicem diuulgauerunt fractum, a Macario Athanasij presbytero testati sunt, qui de Alexandria & Mareote venerunt, nihil tale fuisse gestum. Sed etiam episcopi Aegypti, Iulio consacerdoti nostro scribentes, valde adfirmabant, quod neque suspitio fuisset huiusmodi. Proinde dixerunt monimenta aduersus eos fuisse conficta, quae tamen (probatum est) ex vna parte celebrata, in quibus gestis pagani examinabantur, & catechumeni, ex quibus vnus catechumenus inquisitus, ait, intus se fuisse, quando Macarius venerat ad eundem locum. Alter au-

B tem interrogatus, dixit, illum famosissimum Ischyram tunc aegrotasse, & in cella iacuisse, vt ex hoc appareat, nihil gestum ex omnibus sacramentis, eo quod & catechumeni intus fuissent, & Ischyras non adesset, sed iaceret aegrotus. Is nanque malignissimus Ischyras mentitus, quod Athanasius quosdam sacros incendisset libros, illo tempore aegrotasse declaratus est, quando Macarius ibi fuit. Vnde etiam ex hoc calumniator apparuit. Denique pro huiusmodi calumniae mercede dederunt Ischyrae nomen episcopi, qui neque presbyter fuerat aliquando. Duo nanque presbyteri, qui cum Melitio aliquando degebant, & postea a beato Alexandro episcopo ciuitatis Alexandrinae suscepti sunt, & cum Athanasio constituti, testati sunt, nunquam illum presbyterum fuisse Melitij, neque habuisse Melitium in Mareote ecclesiam, vel ministrum, &, qui penitus nec presbyter fuerat, nunc eum velut episcopum produxerunt, vt eo nomine in suis calumnijs terrere viderentur auditores. Lectae sunt enim & literae consacerdotis nostri Marcelli, & inuenta est Euse-

C bij, similiumque nequitia. Nam ea, quae veluti querimoniam faciens, Marcellus dixit, haec, tanquam ipse confirmaret, accusauerunt. Haec ergo sunt lecta, & reliqua, & praecedentes pariter quaestiones, rectaque huius viri fides inuenta est. Non enim a sancta Maria (sicut isti confirmabant) dedit deo verbo principium, neque finem habere asseruit eius imperium, sed regnum eius, & sine principio, & sine termino esse, conscripsit. Asclepas autem comminister obtulit monimenta Antiochiae confecta sub accusatorum praesentia, & Caesariensis Eusebij, & ex sententia iudicantium episcoporum se ostendit innoxium. Recte siquidem, o charissimi fratres, euocati frequenter, obedire noluerunt, recteque fugerunt. Conscientia nanque sua perterriti, per fugas suas calumnias indicarunt, &, quae praesentes accusatores super eis dixerant, etiam probauerunt. Ad haec autem etiam eos, qui dudum accusati propter Arrianam haeresim fuerant, & proiecti, non solum susceperunt, sed etiam in maiori ordine posuerunt, diaconos ad presbyterium promouentes, presbyteros ad episcopatum, non ob aliud, nisi vt impietatem seminare, & dilatare possent, & fidei corrumpere pietatem. Sunt autem horum principes, Eusebius, Theodorus Heracliae, Narcissus Neroniadis Ciliciae, Stephanus Antiochiae, Georgius Laodiciae, Acatius Caesariae Palestinae, Minophantus Ephesius, Vrsatius Migdonij, Valens Mirsi Pannoniae. Isti nanque conuenientes, non sinebant eos, nec in sanctum concilium ingredi, nec omnino accedere ad ecclesiam dei. Et venientes in Sardicam, cōciliabula apud semetipsos per loca singula faciebant, & acta quaedam cum terrori-

bus concinnabant, vt nihil penitus ad iudicium perueniret, neq; sanctum possemus celebrare concilium. Hæc omnia cognoscere potuimus a consacerdotibus nostris Macario Palestino, & Asterio Arabiæ, q cum eis venerant, & ab eorum perfidia recesserant. Hi nanq; ad sanctum concilium venientes, violentiam, quam passi sunt, narrauerunt, nihil (dicentes) apud eos agi rectum, insuper adiicientes, quod, quum essent rectæ fidei, prohibiti fuissent ab eis, ad hæc loca venire, & propter interminationem vix ab eis discedere potuissent. Ob hanc causam Sardicen venientes, in vna domo cuncti manserũt, neque breui tempore a se recedere patientes. Quia vero tacere non decuit, nec fine vindicta relinquere calumnias, vincula, neces, vulnera, concinnationes falsarum epistolarum, verbera, nuditates virginum, exilia, destructiones ecclesiarum, incendia, migrationes a minoribus ciuitatibus ad maiores ecclesias, & præ omnibus aduersus rectam fidem, nunc Arrianam vesaniam, per eos crudeliter insurgentem, propterea charissimos quidem fratres nostros, & comministros Athanasium Alexandrinæ ciuitatis episcopum, & Marcellum Ancyræ Galatiæ, & Asclepam Gazæ comministrantes Christo, innoxios, & puros esse decreuimus, scribentes ad vniuscuiusq; parochiam, vt singularum ecclesiarum populi cognoscentes sui episcopi puritatem, eum se episcopum & habere, & sperare cognoscant. Eos autem, qui in eorum ecclesias luporum instar ingressi sunt, id est, Gregorium in Alexandria, Basilium in Ancyra, Quintianum Gazę, nec episcopos nominãdos, nec Christianos, nec quamlibet penitus cum eis habendam esse communionem, nec eorum literas habendas, neque scribendum eis. Theodorum vero Heracliæ Europæ, Narcissum Neroniadis Ciliciæ, Acacium Cæsareæ Palestinæ, & Stephanum Antiochiæ, Vrsatium Mygdoniæ Mysiæ, Valentem ex Mirsis Pannoniæ, Menophantum Ephesi, & Georgium Laodiciæ, licet metuentes, ab Oriente non venerint, tamen eo, quod a beatæ memoriæ Alexandro ciuitatis Alexandrinæ pontifice sunt damnati, & eo, quod secum Arrianos habeant, & propter crimina eis illata, generali eos decreto sanctum concilium episcopatu deposuit, & decreuimus, nõ solum episcopos eos non esse, sed neq; communionem cum fidelibus promereri. Eos em̃, qui diuidunt a paterna substantia, & diuinitate, & alienant verbum a patre, diuidi ab ecclesia catholica conuenit, & esse alienos a nomine Christiano. Sint igitur nobis, & omnibus anathema, eo quod verbum veritatis videantur esse cauponati. Apostolicum nanq; præceptum est, si quis vobis annuntiauerit, præter quod accepistis, anathema sit. His ergo nullum communicare denuntiate, Nulla em̃ communio luci ad tenebras. Hos pellite procul ab omnibus, Nulla em̃ concordia Christi ad Belial. Seruate vos, fratres charissimi, vt neq; scribatis eis, neq; eorum scripta suscipiatis. Studete simul & vos, charissimi fratres, & comministri, tanquam spiritu præsentes, nostro concilio consentire, atq; subscriptione vestra decernere, quæ ab omnibus vbiq; comministris nostris consonantia vna seruentur. Abdicamus autem illos, & extra terminos ecclesiæ catholicæ procul abiicimus, qui adfirmant, quod deus est Christus, sed verus deus non est. Quod filius est, sed verus filius non est, quod genitus est, simul & ingenitus. Sic enim se intelligere genitum profitentur, quia sic dixerunt, Est, quod genitum est. Et quia, quum Christus ante secula sit, dederunt ei principium, atq; finem, quod non in tempore, sed habet ante secula. Proinde duæ viperæ ex aspide Arriana progressæ sunt, Valens & Vrsatius, qui gloriantur, & non dubitant se dicere Christianos, profitentes, quoniam verbum, & quoniam spiritus, & vulneratus, & interfectus est, & mortuus est, & resurrexit, quodq; cohors studet hæreticorum, diuersas esse substantias patris & filii & spiritus sancti, pronuntiant, & eas esse diuisas. Nos autem hanc percepimus, & eruditi sumus, hanc habemus catholicam, apostolicamq; traditionem, & fidem, atq; cõfessionem, vnam esse substantiam patris, & filii, & spiritus sancti. Et si quærant, quæ sit filii substantia, profitemur, eam esse quæ patris, indubitanter, nunquam patrem sine filio, neque filium sine patre fuisse credentes, nec esse posse, quod est verbum, spiritus. Absurdum nanq; est dicere, aliquando patrem non fuisse patrem. Patrem em̃ sine filio nominari, nec

Galat. 1. b

2. Cor. 6. c

D E F

A nec esse posse, est ipsius filij testimonium. Ego in patre, & pater in me est. Et: Ego & pater vnum sumus. Nullus nostrum negat genitum. Sed genitum ante omnia, quæ inuisibilia, & in visibilia nuncupant opificem archangelorum, & angelorum, & mundi, & humani generis, quoniam ait: Omnium artifex sapientia docuit me. Et omnia per ipsum facta sunt. Non enim semper esse potuisset, si sumpsisset exordium, quandoquidem verbum, quod semper est, nõ habet initium. Deus aũt nunq̃ terminum habet. Non dicimus, patrem filium esse, neq; rursum filium patrem esse, sed pater pater est, & filius patris est filius. Confitemur, virtutem esse patris filium. Confitemur, verbum dei patris esse, præter quod aliud non est. Et verbum verũ deum, & sapientiam, & virtutẽ, verumq; filiũ tradimus. Et non sicut cæteri filij nominant, ita filium dicimus, qm̃ illi, aut gratia generatiõis dij erunt, aut eo quod digni fiant, filij nuncupant, neq; propter vnam substantiã, quæ est patris, & filij. Confitemur itẽ, & vnigenitum, & primogenitum, sed vnigenitum verbum dicimus, quod semp fuit, & est in pr̃e, primogenitũ aũt quãtum ad hominẽ, sed tñ differt a creatura cõi, qm̃ & primogenitum a mortuis, confitemur vnum esse deum. Confitemur vnã patris, filijq; diuinitatẽ, neq; quisq̃ negat aliqñ patrẽ filio maiorẽ, non propter aliã essentiã, non propter differentiã, sed qa ipsum nomẽ pr̃is maius est filio. Hæc autẽ illorum blasphemia, atq; corruptibilis interpretatio est, hac gratia eum dixisse contẽdunt, ego & pater vnum sumus, propter cõcordiã & vnanimitatẽ. Sed reprobauimus om̃es catholici intellectum eorum fatuũ & abiectum, sicuti mortalium hominum. Qui qm̃ corrũpi cœperũt, offendẽtes, discordare noscunt, & ad pmutatiões ascẽdunt, hoc modo distãtiam, & discordiã inter patrẽ deũ om̃ipotentẽ, & filiũ esse posse, dicẽtes, quod absurdum est intelligere, & aliquatenus arbitrari. Nos autẽ & credimus, & affirmamus, & sic intelligimus, qm̃ sacra scriptura sic loquuta est. Ego & pater vnum sumus, propter essentiæ vnitatẽ, quæ est vna, & eadẽ pr̃is & filij, & credimus semp sine principio, & sine termino hunc regnare cum patre, & nõ habere, nec tp̃s, nec defectum eius imperium, qa semp est, nunq̃ enim esse cœpit, ideoq; nec deficere poterit. Credimus & pcipimus paracletum sp̃m sanctũ, quẽ nobis ipse dñs promisit, & destinauit, & eum credimus missum. Sed is passus nõ est, sed homo, quo indutus est, quẽ assumpsit ex Maria virgine, qui pati potuit, sicut mortalis, deus autẽ immortalis est. Credimus q̃d tertia die resurrexit, nõ deus in homine, sed homo in deo resurrexit, quẽ & od tulit patri suo donum, quẽ vtiq; liberauit. Credimus autẽ, qm̃ opportuno tpe, atq; definito, om̃es, & de om̃ibus ipse iudicabit. Tanta siquidẽ eorum stultitia, & ita crassitudine tenebrarum eorum mens excæcata est, vt nequeãt lumen cernere veritatis, nec intelligere, qua rõne dictum sit, vt & ipsi in nobis vnum sint. Palam vero est id, cur dixerit, vnum, qm̃ apostoli sp̃m sanctum dei acceperũt, sed tñ ipsi non erant sp̃us, nec aliquis eorum aut verbum, aut sapientia, aut virtus aut vnigenitus erat. Sicut ego, & tu (inqt) vnum sumus, sic & isti in nobis vnum sint. Certissime igitur scriptura diuina hoc distinxit, in nobis (inquit) vnum sint. Non ait: Sicut nos vnum sumus, ego & pater, sed discipuli in semetipsis coniuncti, & copulati vnum sint fide, confessione, in gratia, & pietate dei patris, & domini, & saluatoris nostri concessione & charitate vnum esse possint.

Ichan.14.b
Iohan.10.f
Sapiæ.7.c
Iohan.1.a
Iohan.10.f
B
Iohan.10.f
C
Iohan.17.c
Iohan.17.c

Hæc Constans cognoscens doluit quidem, leuitatem fratris inspiciens, & infremuit aduersus instigatores malorum, & imperatoris facilitatem ita decipientium. Duos autem episcopos, ex Sardiceñ. concilio electos, cum literis misit ad fratrem. Literæ vero non solum monitionẽ habuerunt, atq; cõcilium, sed etiã interminationẽ pio principi cõdecentẽ. Primũ quidẽ denuntiauit fratri, vt epis pberet auditum, & iniquitates a Stephano, alijsq; psumptas agnosceret, necnõ & Athanasium, gregi proprio restitueret. Adiecitq; quod nisi vellet, quod iustum est, facere, ipse Alexandriã pficisceret, & Athanasiũ ouibus desiderãtibus restitueret, inimicorũq; cateruas procul expelleret. Hanc autem epistolam Constãtius Antiochiæ suscipiẽs promisit se facturum, quæ turbarum illarum particeps petijsset. Verum Constãtius, ea quæ contra episcopos fuerant machinata, experimento cognoscẽs, scripsit Athanasio maximo, & semel, & secundo, & tertio inuitans.

Vbi su.ca.25

¶EPISTOLA CONSTANTII IMPERATO ris ad Athanasium Alexandrinum episcopum. D

Socrates.

Vbi su. ca. 26

CONstantius Victor Augustus Athanasio episcopo. Plurimum te circumferre, & fluctuari ferocibus maris vndis, nostræ mansuetudinis clementia non permisit. Patria quippe, terra, nudatum, & priuatum proprijs rebus, errantemq́ per loca inuia bestiarum indefecta nostra pietas non despexit. Igitur diu distuli scribere voluntatis meæ propositũ, sperans, sponte te ad nos forte venturum & laborum satisfactionem a nobis exigere. Veruntamẽ quoniam forte timor impediuit voluntatis tuæ propositum, literas largitate plenissimas, ad tuam beatitudinem destinauimus, vt sine metu nostris aspectibus velociter tuam præsentiam præbere festines, vt desiderio tuo potitus experiaris nostram clementiam, proprijs restitutus. Hac etenim causa dominum meum, fratremq́ Constantem victorem Augustum pro te rogaui, vt tibi potestatem ad nos tribuat veniendi, vt ambobus nobis annuentibus, restitutus in patriam, habeas maximum gratiæ nostræ pignus.

¶Eiusdem epistola ad eundem. Theodoritus.

Vbi supra capit. 27, & Theodo. li. 2. c. 11

COnstantius victor Augustus Athanasio episcopo. Licet prioribus literis significauerimus, vt sine solicitudine ad nostrum debeas venire comitatũ, eo quod maxime velimns te ad propria destinare, tamen & nunc has literas ad tuam misimus sanctitatem, per quas inuitamus, vt sine aliqua diffidentia, vel metu ascendens, publicis vehiculis ad nos venire festines, vt quæ desideras, possis adipisci E

¶Eiusdem epistola ad eundem.

Vbi supra capit. 28.

COnstantius victor Augustus Athanasio episcopo. Dum in Edessa degeremus, præsentibus presbyteris tuis, placuit, vt ad te destinatis presbyteris, ad nostrum debuisses festinare comitatum, vt videns nostros aspectus, repente properares Alexandriam. Sed quoniam plurimum pręterijt temporis, ex quo suscipiens a nobis literas, non occurristi. Propterea, etiam nunc commonere te festinauimus, vt vel nunc tuam præsentiam nobis velociter præsentare contendas, & ita possis patriæ tuæ restitui, tuisq́ securus oratione frui. Ad plenam vero cognitionem Achytum diaconum destinauimus, a quo possis cognoscere etiam animi nostri voluntatẽ, & quod ea, quæ optas, impetrare possis. Has epistolas in Aquileia suscipiens Athanasius, (illic enim relicta Sardica agebat) mox recurrit Romam, & ostendens literas episcopo Iulio, in maximo gaudio ecclesiam fecit esse Romanam. Putabatur enim etiam Orientis Imperator ipsorum fidei consentire, eo quod ad se Athanasium fiducialiter euocaret. Iulius autem Alexandriam clericis, atque plebi hæc de Athanasio scripta misit. F

¶ Epistola Iulij papæ ad clerum & plebem Alexandriæ.

Vbi su. ca. 29

IVlius archiepiscopus presbyteris & diaconis, & plebi habitantibus Alexandriã dilectissimis fratribus in dño salutem, Congaudeo vobis & ego, dilectissimi fratres, quod fructum vestrę fidei ante oculos iam videtis. Hoc etẽ vere gestum quilibet inspiciet in fratre, & coepo nostro Athanasio, quẽ propter puritatẽ vitæ suæ, & vestras orõnes restituet vobis deus. Ex hoc itaq́ credit, puras, & charitate plenas orõnes vr̃as ascẽdisse sp ad deũ. Memores em̃ estis promissionũ cęlestiũ atq́ dilectiõis quã ex doctrina p̃dicti fratris mei Athanasii didicistis & integrũ cognouistis, scd̃m insitã nobis fidẽ, quã pcepistis, qm̃ non vsq́ ad finẽ is a vobis possit abduci, cuius

A cuius orationes in sanctissimis animabus vestris, tanquã praesentes, semper habuistis. Ergo non plurimis mihi verbis opus est vobis scribere. Quaecunq; enim vobis a me potuerint dici, haec iam fides vestra praecessit, & diuina gratia communis orationis nostrae vota compleuit. Congaudeo siquidem vobis, iterum enim dico, congaudeo, quoniam inexpugnatas animas in fide seruastis. Sed etiam ipsi fratri meo Athanasio non minus congaudeo, quia licet multam sit passus tristitiam, ne vnam tamẽ horam vestri desiderij & charitatis oblitus est. Nam licet corpore ad tẽpus a vobis sit abstractus, spiritu tamen vobiscum semper degere videbatur. Et ego quidem (charissimi fratres) omnem tentationem, contra eum surgentem, reor sine gloria nõ fuisse. Nam & vestra, & eius fides cognita est vniuersis, & comprobata. Si enim non talia ac tanta accidissent, quis crederet, quia aut vos tale iudicium, tantamq; charitatem circa talẽ exhibuissetis episcopum, aut ille potuisset tantis circundari virtutibus, per quas spe coelesti fraudatus non est? Promeruit igitur quolibet modo, & nunc, & in futuro etiam, confessionis gloriosum martyrium. Frequenter enim terra, mariq; plurimũ aestuans, omnem prauitatem Arrianae conculcauit haereseos, & crebro per inuidiam vsq; ad periculum impulsus, contempsit mortem, munitus omnipotente deo, & domino Iesu Christo, saluatore nostro, sperans, & inimicitias declinare, & consolationi vestrae restitui, deferens vobis maiora trophaea ex fortissima conscientia, pro quibus & vsq; B ad terminos terrae totius apparuit gloriosus. Fidutiam itaq; habens sui propositi, coelestisq; doctrinae, clarificatus est immortali iudicio, & ad vos reuertitur. Diligendus igitur apud vos clarior nunc est, q̃ tunc, quando profectus a vobis est. Nam si materias pretiosas, id est, aurum, atq; argentum * purgando ignis probat, quid dignum dici poterit de tali, tantoq; viro, qui cum tantas tribulationes, & pericula deuicerit, redditur nunc vobis immaculatus, non a nobis solummodo, sed comprobatus ab omi cõcilio? Suscipite igitur nunc (fratres charissimi) cum omni diuina gratia pastorem vestrum, ac praesulem, tanquam vere Athanasium cum his, qui tantorum laborum eius participes sunt effecti, & gaudete, fruentes orationibus, qui pastorem vestrum (vt ita dicam) esuritis, atque sititis, quando etiam * ipsi vestram sanctitatem salutaribus scripturis cibastis, atq; potastis. Nam cum degeret inter peregrinos, vos ei consolatio fuistis, & in persecutione, atq; periculis refouistis eum fidelissimis vestris animabus, & mentibus. Ego siquidem iam exulto, considerans, & ratione prospiciens in eius reuersione vniuscuiusq; vestrum gaudium, & plebis votiuas occursiones, & concurrẽtium gloriosam festiuitatem, & qualis ille vobis erit dies, & quantus, remeante. s. fratre C meo, & quiescentibus priscis malis, quorundam machinatione sartis, necnon & p̃tiosa, ac votiua reuersione, cunctos in quadam plenissimi gaudij laetitia copulante. Huiusmodi vero gaudiũ vsq; ad nos magnitudine sua ptingit, quibus diuinitus hoc etiã cõstat esse cõcessum, vt & nos debeamus in laudẽ tanti viri cõsurgere. Sed melius est, vt epistolam oratione claudamus. Deus omnipotens & huius vnigenitus filius dominus & saluator noster Iesus Christus hoc gaudium vobis praebeat in aeternũ, dignum tribuens praemium admirabili vestrae fidei, quam circa pontificem vestrũ glorioso testimonio demõstrastis, vt & vos, & q vobiscũ sunt, hic, & in futuro meliora possideatis, quae oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit deus diligentibus se, per dominum nostrum Iesum Christum, per quem & cum quo omnipotenti deo gloria in secula seculorum, Amen. Valere vos opto, charissimi fratres.

alias, ad purgandum

alias, ipm vestra sanctitate

1. Cor. 2. c

His itaq; literis confidens Athanasius, ad Orientem venit. Quẽ Constantius Imperator non tunc moleste suscepit, sed eum circumuenire tentabat, molitione submissus Arrianorum, & dixit ad eum: Sedem equidem tuam decreto concilij, nobisq; consentiẽtibus recepisti. Sed quia sunt aliqui in Alexãdria populi, tuã declinãtes cõionẽ, vnã eos in ciuitate ecclesiã habere pmitte. Ad hãc propositionẽ Athanasius mox occurrit, & ait: O Imperator, potestatẽ habes iubere simul, & agere, quaecũq; volueris. Sed etiam ego beneficium a te deposco, quod mihi concedi precor. Principe vero, continuo se daturum esse, pronuntiantiante, repente subiunxit Athanasius, idem

Vbi su. ca. 30

benefi-

beneficium sibi largiri petens, quod quærebat Imperator accipere. Vnam enim & ipse ecclesiam postulabat dari per singulas ciuitates, declinantibus Arrianorum communionem. Igitur Athanasii sententiam, inutilem sibi cognoscentes Arriani, hoc quidem differendum esse dixerunt, & agendum, q̄d placeret Imperatori, quia Imperator Paulo, & Athanasio, & Marcello, & Asclepe Gazæ, & Lucio Adrianopoleos, secundum ea, quæ in concilio Sardicæno placuerant, proprias restituerat sedes. Vnde principalia sacra per singulas ciuitates ad eorum mittebantur ecclesias, quibus iubebatur, vt eos repente susciperent. Pro Athanasio tamen solo Imperator episcopis, & clericis, atq; plebi scripsit, vt eum libenter susciperent. Insuper etiam, quæ contra eum in iudiciis acta fuerant, aliis literis aboleri iussit. Quæ vero de vtraq; re scripta sunt, hæc esse noscuntur.

D

¶ Constantii Imperatoris epistola ad diuersos pro Athanasio.

Vbi supra capite. 31

VIctor Constantius, Maximus, Pius episcopis, & presbyteris catholicæ ecclesiæ, salutē. Reuerendissimus episcopus Athanasius non est dei gratia derelictus. Nam licet breui tpe humana fuerit probatione summissus, tamen debitum prouidētiæ vniuersa perspiciētis noscitur suscepisse decretum, recipiens voluntate dei nostroq; iudicio patriam suam, pariter & ecclesiam, cuius diuino nutu præsul extabat. Huic enim consequenter oportebat nostrā adesse māsuetudinem, vt omnia aduersus eum, & eius communicatores definita, omnisq; suspitio, & illusio contra eum gesta, deinceps sit inanis & vacua, & releuatio, quam dudum clerici eius habuerunt, competenter firma permaneat. Sed etiam hoc eius gratiæ adiiciēdum esse censuimus, vt omnes ordines * sacri cognoscant, concessum omnibus sibi coniunctis, vt sine timore sint, siue episcopi, siue sint clerici. Sufficit enim vnicuiq; circa eum rectæ voluntatis vnio. Quicunq; enim meliori iudicio, atq; parte constituti, huius eligunt communionem, hos omnes præcipimus ad instar præcedentis prouidentiæ, etiam nunc voluntate dei, nostræ gratiæ largitatem adipisci.

E

alias, sacra

¶ Eiusdem alia ad Alexandrum ad idem.

Vbi su. ca. 32

VIctor Constantius, Maximus, Pius, populo Alexandrino catholicæ ecclesiæ, Salutem. In omnibus perhibentes nostræ æquitatis intentionem, sciētesq;, quoniam diu prouidentia vestri contemplatoris estis alienati, id est, pontificis Athanasii, qui propter insertam rectitudinem, suorumq; morū prudentiam cunctis innotuit, eum denuo ad vos destinare censuimus. Hunc itaq; cōsuete, & competenter suscipientes, & apud clementem deum adiutorium orationum habentes, vobis congruam, simul & nobis placitam concordiam, atq; pacem secundum ecclesiæ sanctionem vbiq; probate, sufficienter festinate seruare. Non enim rationabile est, aliquam discordiam inter vos agitari, aut tumultum, nostrorum temporum disciplinæ contrarium, & hoc quidem abesse a vobis omnino volumus. Orationibus autē sufficienter eo .s. præsule, & adiutore apud deum, vos instare soleniter admonemus, vt tali proposito ad omnium vota perueniente, etiam gentiles idolorum, errori hactenus seruientes, ad cognitionem sacræ religionis sub alacritate festinent. O charissimi nobis Alexandrini, rursus igitur admonemus, vt in his, quæ dicta sunt, persistatis, & omnes episcopum decreto superno, nostraq; sententia destinatum libēter & pie suscipiatis, & toto animo, totaq; volūtate amplectēdū existimetis. Vt aūt oīs turbæ & seditionis occasio perimat, iudicibus apud vos habitis, literis nostris præcipimus, vt omnes quos seditiosos agnouerint, legitimæ vindictæ subiiciant. Vtraq; igit̄ p̄spicientes, & nostram cum deo sententiam, & rationem professionis vestræ, necnon & supplicium cōtra seditiosos, competenter, & congruæ sacræ religionis iura seruate. Prædictumq; deo amabilem virum omni reuerentia, & honore colite, & orōnes, vna cum eo pro vobisipsis, & nostæ vitæ fauore omniū saluatori deo latēter offerte.

F

Ex ali

A

¶ Ex alia Epistola ad idem.

VIctor Constantius Augustus Nestorio Salutem. Eadem vero forma pfidibus Augustalibus Nicææ, Thebaidis, & Libyæ scriptum est: Quicquid pridem ad læsionem, & iniuriam Athanasio epo communicantium reperitur actum hoc nunc aboleri præcipimus. Nam & ministerium, quo priuati fuerant eius clerici, eosdem rursus volumus obtinere. Hanc itaq; præceptionem nostram seruari censemus, vt Athanasio episcopo suæ ecclesiæ restituto, communicatores eius habeant ministerium, quod semper habuerunt, quod etiam reliqui clerici habere noscuntur, & ipsi gaudio potiantur.

Vbi su. ca. 33

Tantis & talibus epistolis munitus sanctissimus Athanasius, per Syriam aggressus venit in Palestinam, apprehendensq; Hierosolymam, & episcopo Maximo significans gesta Sardicæni cōcilij, & quod Cōstantius Imperator illorum decreto, iudicioq; consensisset, præparauit, vt episcoporum in illis regionibus habitantium synodus ageretur. Maximus autem in nullo segnis de Syria, atq; Palestina vniuersos euocauit episcopos. Factoq; concilio restituit & ipse beato Athanasio communionem & dignitatem. Hæc cognoscentes Vrsatius & Valens, qui circa Arrianum dogma studium primitus ardens habuerant, declinantes a priori voluntate Romam profecti sunt, libellumq; pœnitentiæ Iulio offerentes episcopo, & in consubstantialitatis consensere sermone, & literas Athanasio miserunt, seq; ei deinceps communicare professi sunt, Athanasius ergo per Pelusium pergebat Alexandriam, Transiens autem per ciuitates, edocebat, vt Arrianos vniuersi declinarent, & consubstantialitatis dogma amplecterentur. In quibusdam ecclesiis & ordinationes fecit.

Vbi su. ca. 34

B

Hierosolymitanum conciliū orthodoxum per Maximū Hierosol.

Sozomenus.

Interea apud Antiochiam non concordabant in professione sua clerus, & populus, sed per choros, vt est consuetudo, ad hymnos dicendos deo, in fine psalmorum monstrabant voluntatem propriam. Et hi quidem patri, & filio, vt æqui honoris, gloriam dicebant. Hi vero patri in filio, per interpositionem præpositionis, filium secundum monstrantes. His ita gestis, hærens, quid ageret, Leontius, qui illo tempore ex hæresi aduersa sedem Antiochiæ gubernabat, cum prohibere nō auderet, eos, qui secundum traditionem Nicæni concilij psallerent deo, quia metuebat, ne seditio nasceretur in populo, hoc dixisse fertur tangens caput suum iā canum. Hac (inqt) niue soluta, lutū coget immensum. Per hoc ostendēs, quod (ipso defuncto) seditionem populo generaret illa discordia, quæ in hymnis fiebat, Athanasius igitur veniens ad Aegyptum, explicauit synodales epistolas Iulij Romani pontificis, insuper & synodalem Maximi Hierosolymitani, quæ talia cōtinere dinoscuntur.

Vbi su. ca. 35

C

¶ CONCILII HIEROSOLYMITANI EPIstola ad diuersos pro Athanasio.

SAncta synodus Hierosolymis congregata, per Aegyptum, Libyam, & Alexandriam constitutis presbyteris, diaconis, & plebi, fratribus desideratissimis in domino salutem. Cunctorū deo digne gratias agere non valemus, fratres charissimi. In quibus enim miracula semper egit, etiam modo cum ecclesia vestra fecit, pastorem vestrum, & dominum, consacerdotalemq; nostrum Athanasium vobis sua pietate restituens. Quis enim aliquando sperauit oculis carnalibus intueri, quem tunc & nos, & vos inspicitis, respicientes, quem videre desiderastis? Sed veræ orationes vestræ a deo omnium sunt auditæ, qui curam habet ecclesiæ suæ, & vestras lachrymas, atque gemitus semper inspexit. Quapropter vestras audiuit preces. Eratis enim, sicut oues abiectæ & fatigatæ, non habentes vtique pastorem. Propterea, visitauit vos cœlestis pastor verus, & de proprijs ouibus curam gerens, restituit vobis, quem noscimini concupisse. Ecce enim, & nos omia pro ecclesiastica pace facientes.

Vbi su. ca. 36

viræq;

vestræq; dilectioni conspirantes, in eius amplexu præcessimus, & communicantes ei, per eum vos alloquimur, scriptaq; præsentia destinamus. Itaque secundum gratifica vota vestra, scitote, nos quoque cum eo vinculo charitatis obstrictos. Debetis ergo etiam pro pietate deo amabilium nostrorum Imperatorum incessanter orare, quoniam & ipsi cognoscentes, vestrum desiderium vobis restituere destinarunt. Omni ergo honore, tensis manibus, suscipientes illum, gratificas orationes offerte deo, qui vobis talia condonauit. Festinate autem semper in deo gaudere, & glorificare dominum, per quem, & cum quo patri gloria in secula seculorum, Amen. Veniens igitur Athanasius in Aegyptum, quos quidem agnouit Arrij sectatores, deposuit. Quibus a se depositis, ecclesias eorum præcepit fidem tenere Nicæni concilij, eamq; summo studio custodiri.

Vbi supra capite 58

Aduersarij vero Athanasii opportunum se tempus inuenisse iudicantes, rursus aduersus eum calumnias instruebant. Tunc Imperatori Constantio suggesserunt, quod omnem Aegyptum subuertisset, & Libyam. Inuidiam vero maxime auxit, quod ordinationes in parochijs fecisset alienis, Athanasius interea, cum venisset Alexandriam, synodum Aegyptiorum congregauit episcoporum. Qui consona decreuerunt Sardiceno concilio, atq; Hierosolymis celebrato, Constantius igitur Imperator omnia, quę pauloante ei placuerant, in contrarium demutauit. Et primum quidem ecclesiæ Constantinopolitanæ pontificem Paulum deportari iussit in exilium, quem deducentes in Cucusum Armeniæ, suffocarunt. Marcello autem denuo proiecto, ecclesiam Ancyranam, Basilius rursus inuasit, Lucius autem Adrianopoleos ferro vinctus, in carcere moritur. Tantumq; inualuerunt, quæ de Athanasio dicebantur, vt eum vbicunq; reperiretur, iuberet occidi, cum q̃ & Theodulũ, & Olympiũ præsules ecclesiarum Thracensium. Igitur Athanasium voluntas Imperatoris non latuit, sed præsentiens, fuga dilapsus est, & minas principis declinauit. Cuius fugam dilatauerunt Arriani, præcipue Narcissus Neroniadis episcopus, Georgius Laodiciæ, & Leontius tunc Antiochenæ præsul ecclesiæ.

Theodoritus.

Lib. 5. histor. tripitę cap. 3 Et Theodo. libro. 2. ca. 14.

Igitur sanctus Athanasius nullum locum munitum cautelæ suę putabat, cum vtique aut viuum eum deduci, aut mortuum decollari, & caput eius Imperator sibi iussisset afferri. Pro qua re præmium maximum compromisit, huiusmodi aliquid nuntianti. Socrates.

Vbi sup. ca. 5

Tunc igiť & Photinus ecclesiæ p̃sul apte dogma, quod ipse compererat exponebat. Sozomenus. Dicebat autem: Deus quidem omnipotens vnus, qui proprio verbo condidit vniuersa. Ante secula vero natiuitatem & existentiam filij dicere refugiebat, sed ex Maria natum docebat Christum. Socrates.

Quamobrem tumultu surgente, iussit Imperator concilium in Syrmio congregari. Conuenitq; illuc ex Orientalibus quidem Marcus Arethusæ, & Georgius Alexandrinus, quem remoto Gregorio ordinauerant Arriani. Venit etiam Basilius, expulso Marcello Ancyræ præsule, Pancratius Pelusij, Hippatianus Heracliæ, Occidentalium vero Valens Myrsenus, & tunc *celeberrimus hominum Osius Cordubę pontifex pariter inuitus. Isti siquidem post Consulatum Sergij & Nigriani conuenerunt in Syrmio. Et Photinum (dogma Sabellij Libyensis, & Pauli Samosateni sæpe cognoscentes) repente damnauerunt. Sozomenus.

*alias, famosissimus

Vbi sup. ca. 7

Post hæc de fide propositiones ædiderunt, vnam græce, alteram latine, multum sibimet textu, sensuq; concordes. Socrates.

Tunc etenim quasi antiqua fidei dogmata reprehendentes, alias propositiones de fide sanxerunt. Et vnã quidem Attica lingua Marcus ædidit Arethusæ, sed cũ Romana lingua concordiam non habentem, neque sermone, neque compositione, sed nec ipsi Græcitati conuenientem. Vnam itaque latine a Marco compositam hic subiungam, secundam vero quam in Arimino postea relegerunt, loco proprio ponemus, cum ea, quæ ibi gesta sunt, dixerimus. Vtraque tamen in Græcam linguam conuersa est, Marcus ergo hoc modo expositionem de fide dictauit.

Credi

A Credimus in vnum deum patrem, omnipotentem, creatorem, & factorem vniuersorum, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. Et in vnigenitũ eius filium, dominum nostrum Iesum Christum, qui ante omnia secula ex patre natus est, deum ex deo, lumen ex lumine, per quem facta sunt om̃ia in cœlis, & in terra, visibilia & inuisibilia, verbum existens, & sapientia, & lumen verum, & vita. Qui nouissimis diebus propter nos humanatus est ex sancta virgine, & crucifixus, & mortuus, & sepultus. Et resurrexit a mortuis tertia die, & ascendit in cœlum, & sedet in dextera patris. Et venturus est in consummatione seculi iudicare viuos & mortuos, & reddere vnicuiq; secundum opera sua, cuius imperium sine fine existens, in secula permanet infinita. Erit enim sedens in dextera patris, non solũ in hoc seculo, sed etiam in futuro. Et in spiritum sanctum paracletum, id est, consolatorẽ, quem promittens apostolis post ascensionem ad cœlos esse mittendum, vt doceret, & commemoraret eis vniuersa, transmisit. Per quem etiam sanctificantur animę credentium in eo veraciter. Eos autem, qui dicunt, ex non existentibus filium, aut ex altera essentia, & non ex dei, & quia erat tempus aut seculum, quando non erat, alienos nouit sancta ecclesia. Rursus igitur dicimus.

Matth. 16. d
Iohã. 14. d.

B

Si quis patrem, & filium duos deos dicit, anathema sit. i.

Et si quis deum Christum, ante secula filium dei, ministrantem patri ad creationem vniuersorum, non confitetur, anathema sit.

Si quis ingenitum, aut partum eius ex Maria natũ dicere p̃sumit, anathema sit. iij

Si quis secundum præscientiam ante Mariam dixerit filium esse, & non ante secula ex patre natum, apud deum esse, & per ipsum omnia facta, anathema sit iiij

Si quis substantiam dei dilatari, aut contrahi dixerit, anathema sit. v.

Si quis dilatam substantiam dei filium dixerit facere, aut dilatationem eius substantiæ filium nominauerit, anathema sit. vi.

Si quis affectiuum, aut prolatiuum verbum dixerit dei filium, anathema sit vij

Si quis hominem solum dixerit filium, qui ex Maria est, anathema sit viij

Si quis deum, & hominem ex Maria dicens, deum ingenitum eundem intelligit, anathema sit. ix.

Si quis illud, quod scriptum est, ego deus primus, & ego postea, & præter me non est deus, cum destructionem idolorum, & deorum nõ existentiũ dictũ sit, ad destructionẽ magis vnigeniti ante secula dei, Iudaicæ percipit, anathema sit. x.

Apoc. 22. c.
Deute. 32. f
& Esaiæ. 41. b
& 44. a

C Si quis audiens, verbum caro factum est, verbum in carnem mutatum putauerit, aut conuersione facta, suscepisse carnem, anathema sit. xi.

Iohan. 1. b.

Si quis vnigenitum filium dei crucifixũ audiens, corruptionẽ, aut passionem, aut cõuersionẽ, aut mutationem, aut peremptionẽ sustinuisse dicit, anathema sit xij

Si quis, quod scriptum est, faciamus hominem, non patrem ad filium dicere, sed ipsum ad semetipsum asserit dixisse deum, anathema sit xiij.

Gene. 1. c

Si quis contra Iacob, non filium, tanquam hominem luctatum esse, sed ingenitum deum, aut patrem eius dixerit, anathema sit xiiij

Gene. 31. f.

Si quid illud, quod scriptum est: Pluit dominus a domino, non de patre, & filio perceperit, sed & ipsum a semetipso pluere dixerit, anathema sit. Pluit enim dominus filius, a domino patre. xv

Gene. 19. e

Si quis audiens dominum patrem, aut filium dominum, & dominum patrem, & filium, & dominus a domino dicens, duos asseruerit deos, anathema sit. Non em̃ coaptamus filium patri, sed subditum nouimus. Neq; enim descendit in corpus sine voluntate patris, neq; pluit a semetipso, sed a domino, authoritatẽ, videlicet, præbente patre. Neq; sedet a dextris a semetipso, sed audit, dicente patre: Sede a dextris meis xvi.

Ibidem
Psalm. 109.

Si quis patrem, & filium, & spiritum sanctum, vnã personã dicit, anathema sit. xvij.

Si quis spiritum sanctũ paracletũ dicens, ingenitum asserit deũ, anathema sit. xviij

Si quis, sicuti docuit nos, non alium dicit paracletum præter filiũ, Ait enim, & aliũ

paracletum mittet vobis pater, quem rogabo ego, anathema sit xix B
Si quis spiritum dicit patrem patris, aut filij, anathema sit xx
Si quis consilio dei, tanq̃ vnam creaturarum, factum asserit filiũ dei, anathema sit. xxi.
Si quis patrem, & filium, & spiritũ sanctum tres dicit deos, anathema sit. xxij
Si quis, nolente patre, natum filium dixerit, anathema sit. Non em̃ inuitus, & vim passus, pater, necessitate naturali, quasi nolens, genuit filium, sed ilico, vt voluit, etiam sine tempore, & sine passione ex semetipso genuit eum xxiij
Si quis ingenitum, & sine principio dicit filium, tanquam duos sine principio, & duo ingenita dicens, & duos faciens deos, anathema sit. Caput enim est, & principiũ omnium filius. Caput aũt Christi, deus. Sic enim ad vnum omnium principium, quod est sine principio, per filium pie omnia referuntur xxiiij

1. Cor. 11. a

Rursus autem subtiliter inspicientes Christianum sensum, dicimus.

Si quis Christum deum, filium dei ante secula, ministrantem patri ad omnem creationem non dixerit, sed ex quo ex Maria natus est, ex eo dicit filium, & Christũ esse vocatũ, & initiũ accepisse, vt deus eẽt, anathema sit, sicut Samosatenus. xxv.

¶ Alia fides exposita Sirmij latine, quam nos ex Græco transtulimus.

vbi sup. ca. 8.

QVoniam de fide aliquem placuit fieri tractatũ, omnia caute quæsita sunt, & exposita Sirmij, sub præsentia Valentis & Vrsatij, atq; Germani, & cæterorum. Constat enim, vnum deum patrem esse, omnipotentem, sicut etiam in omni orbe terrarum annũtiatur. Et vnum vnigenitum filium eius Iesum Christum dominum, & deum, saluatoremq; nostrum, ex eo ante secula genitum. Duos autem deos non oportere dici, quoniam & ipse dominus ait: Ibo ad patrem meum, & patrem vestrum, deum meum & deum vestrũ. Propterea, & omnium deus est, sicuti etiam Apostolus docuit: Iudæorum deus non solum, nonne & Græcorum, & Gentilium? Vtiq;. Quoniam circũcisio ex fide, & præputium per fidem, & cætera quidem omnia consonãt, & nulla remanere videtur discordia. Quia vero multos mouet dictio latina substãtiæ, quæ Græca lingua dicitur οὐσία, vt scrupulosissime cognoscatur τῆς ἑαυτῆς οὐσίας, hoc est, eiusdem substãtiæ, aut ὁμοίας οὐσίας, id est, similis substantiæ, non oportet horum vocabulorum aliquam omnino fieri mentionem, neq; de his exponi apud ecclesiam, propter hanc causam, ac rationem, quia in sanctis scripturis nihil tale conscriptum est, & quoniam vltra humanã scientiam, & intellectum sunt, & quia nullus potest generationem filij enarrare, sicut scriptum est: Generationem eius quis enarrabit? Hoc enim sciendum, solum patrem nosse, quemadmodum filium generauerit, & rursus filium, quomodo ipse de patre sit genitus. Nulli vero dubium est, maiorem esse patrem honore, & dignitate, & diuinitate, & ipso nomine paterno esse potiorem, testante filio ipso: Qui me (inquit) misit pater, maior me est. Et hoc esse catholicum nullus ignorat, duas eẽ personas, patris, & filij. Et patrem quidem maiorem, filium vero subiectum, cum omnibus, quæ ei subiecit pater eius. Patrem vero initiũ non habere, & inuisibilem, & immortalem, & impassibilem esse, filium vero natum ex patre, deum ex deo, lumen ex lumine, & huius natiuitatem (sicut prædictum est) nullum nosse, nisi solum patrẽ. Ipsum vero filium dominum, & deum nostrum, carnem, seu corpus, hoc est, hominẽ assumpsisse, sicut & angelus annuntiauit, & omnes scripturæ docent, & maxime ipse apostolus doctor gentium: Hominem assumpsit Christus ex Maria virgine, p quẽ passus est. Apex autem totius fidei, & firmamentum est, vt trinitas seruetur semp, sicut in euangelio legimus: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Integer autem, & perfectus est numerus trinitatis. Paracletus vero spiritus sanctus, per filium missus, venit secundum promissionẽ, vt apostolos, & omnes credentes sanctificaret. His igitur explanationibus etiam post damnationem Photinum consentire, & subscribere suadebant, promittẽtes ei reddendũ

Iohan. 20. e
Roma. 3. d
Esaiæ. 53. c
Matth. 11. d.
Iohan. 14. d.
1. Cor. 15. d
Matth. 11. d
Luc. 2. b
Roma. 1. a.
Matth 28. d
Iohan. 16. b.

E F

A reddendum episcopatum, si per pœnitentiam anathematizaret dogma, quod ipse compererat, & in ipsorum sententia consonaret. Ille vero eorum quidem proposi-tum non suscepit, sed prouocauit eos ad disputandũ. Quapropter, definito die, Im-peratoris voluntate conuenerunt præsentes episcopi, & senatorum nõ pauci, quos præceperat adesse disputationi princeps. Inter quos restitit Photino Sabinus eccle-siæ tũc Ancyræ præsul, exceptoribus voces eorum conscribentibus. Magnaq; cer tamina sermonum inter vtramq; partem facta noscuntur, victusq; Photinus dãna-tus est. Et in fuga consistens, postea libros vtraq; lingua conficiebat, quando neque latini sermonis videbatur ignarus. Scripsit quoq; contra omnes hæreses, proprium studens dogma firmare. Et de Photino quidem hæc dicta sufficiant.

Sciendum tamen, quoniam in Sirmio conuenientes episcopi, pœnitentia ducti sunt de expositione fidei, latina lingua prolatæ. Post æditionem namq; sibi eam cõ-trariam iudicabant, quam studuerunt ab episcopis, qui eam iam subscripserant, red-di, quoniam cęlabatur a plurimis. Imperator autem ædictis queri præcepit æditio-nem ipsam, supplicium minatus, si quis eam cælasse comperiretur. Sed neque terror destruere potuit, quod semel fuerat institutum, eo quod apud multos haberetur.

Vbi sup. ca.

Quia vero de Osio Hispano, inuito illuc veniente, fecimus mentionem, breuiter etiam de eo dicendum est. Ante paululum temporis iste vir molimine Arrianorũ B fuerat missus in exilium. Tunc autem studio eorum, qui Sirmĳ conuenerunt, eum euocauit Imperator, volens eum aut suasione, aut necessitate concordare cum prę-sentibus. Hoc enim si fieret, maximum fidei eorum putabatur testimonium esse. Quapropter, ex necessitate venit. Et cum eis consentire respueret, tormenta longæ-uus, plagasq; perpessus est, vnde etiam necessitate vehementi, expositionibus tunc æditis, consensit atq; subscripsit. Hunc ergo terminum habuerunt, quæ tunc Sirmĳ gesta noscuntur. Imperator autem Constantius agebat Sirmĳ.

vbi sup. ca.

Sozomænus.

Sublatis itaq; tyrannis, requiem a malis videbatur habere Constantius. Et deserẽs Sirmium veniebat ad antiquam Romam, illic volens triumphum de tyrannicis ex-ercere manubĳs. Credens autem ea occasione posse vtriusq; partis episcopos in do-gmate concordare, rursus synodũ in Italiam celebrandam constituit. Interea Iulius papa cũ quindecim annis rexisset ecclesiam, moritur. Cui successit Liberius.

vbi sup. c. 12.

C ¶ DECRETA IVLII PAPAE DE-cem iuxta Gratianũ & Iuonem, quæ non sunt prioribus inserta.

PRIMVM.

¶ Turpe lucrum sequitur, qui minus emit, vt plus ven-dat, vel quid sit vsura.

Quicunq; tempore messis, vel vindemiæ, non necessitate, sed propter cupidita-tem comparat annonam, vel vinum, verbi gratia, de duobus nummis comparat mo dium vnum, & seruat, vsq; dum venundetur denarĳs quatuor aut sex, aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus.

14. q. 4. Qui-cũq; tẽpore Et in decret. Iuo. lib. 3.

SECVNDVM.

Reus est animarum pres byter, qui pœnitentiam morien-tibus abnegat.

Si pres byter pœnitentiam moriẽtibus abnegauerit, reus erit animarum, quia do-minus dicit: Quacunq; die conuersus fuerit peccator ad pœnitentiam, vita viuet, & non morietur. Vera enim confessio in vltimo tempore esse potest, quia dominus non solum temporis, sed etiam cordis inspector est. Sicut latro, vnius momenti pœ nitentia, meruit esse in paradiso in hora vltimæ confessionis.

26. q. 6. Si p̃s byter pœnit. Ezech. 18. g Lucæ. 23. f

TERTIVM.

Post mortem alicuius nullus de eius consanguinitate sponsam accipiat.

26.q.2.Si qs desponsaue.

Si quis desponsauerit vxorem, vel subarrauerit, & siue præueniente die mortis, siue irruentibus aliis causis, minime eam cognouerit, neque eius superstes frater, neque vllus de consanguinitate eius, eandem sibi tollat in vxorem vllo vnquam tempore.

QVARTVM.

Licet seruo matrimonia contrahere.

Matth.6.b. alias, sunt 29.q.2.Oib⁹ nobis vnus Et in decret. Iuo.lib.6

Omnibus nobis vnus est pater in cœlis, & vnusquisque diues, pauper, seruus, & liber, æqualiter pro se, & pro animabus eorum rationem reddituri *sumus. Quapropter omnes, cuiuscunque conditionis sint, vnam legem (quantum pertinet ad deum) habere non dubitamus. Si autem omnes vnam legem habent, ergo sicut ingenuus dimitti non potest, sic nec seruus, semel coniugio copulatus, vlterius dimitti poterit.

QVINTVM.

E

Ex propinquitate sui sanguinis, vel vxoris vsque in septimum gradum nullus ducat vxorem.

35.q.2.&.3. Nullum in vtroque Et in decret. Iuo.lib.7.sub titulo Aurelianen. concilii, cap.10

Nullum in vtroque sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis, vel vxoris vsque in septimum generis gradum vxorē ducere, vel incesti macula copulari. Præterea quoque illud adiecimus, quoniā sicut non licet cuiquam Christiano de sua cōsanguinitate, sic etiā nec licet de consanguinitate vxoris suæ coniugem ducere, propter carnis vnitatem.

SEXTVM.

Ecclesia, semel deo consecrata, quando est iterum consecranda.

De cōs. dist.1. De fabrica vero.

De fabrica vero cuiuslibet ecclesiæ, si diruta fuerit, instauranda, & si in eo loco cōsecrationis solennitas debeat iterari, in quo sanctuaria non fuerint, nihil iudicamus officere, si per eam minime iactetur aqua exorcizata, quia in cōsecratione cuiuslibet ecclesiæ, in qua spiritus sancti arra non ponitur, celebritatem scimus tantum esse missarum. Et ideo, si qua sanctorum basilica a fundamentis fuerit innouata sine altaris motione, sine aliqua dubitatione, cum in ea fuerit missarum solennitas celebrata, totius consecratio sanctificationis implebitur. Si vero sanctuaria, quæ habebant, ablata sunt, rursus eorum depositione, & missarum solennitate reuerentiam sanctificationis accipiat.

F

SEPTIMVM.

De his, qui sacrificando varie errabant.

De cō. dist.2. Cū omē cri. Et in decret. Iuonis libr.1.

Cum omne crimen, atque peccatum, oblatis deo sacrificiis, deleatur, quid de cætero pro expiatione delictorum domino dabitur, quando in ipsa sacrificii oblatione erratur? Audiuimus enim quosdam schismatica ambitione detentos, contra diuinos ordines, & apostolicas institutiones, lac pro vino in diuinis sacrificiis dedicare, alios quoque intinctam eucharistiam populis, pro complemento communionis, porrigere, quosdam etiam expressum vinum in sacramento dominici calicis offerre, alios vero pannum lineum musto intinctum per totum annum reseruare, & in tempore sacrificii partem eius aqua lauare, & sic offerre, quod, quam sit euangelicæ, & apostolicæ doctrinæ contrarium, & consuetudini ecclesiasticæ aduersum, non difficile ab ipso fonte veritatis probatur, a quo ordinata ipsa sacramentorum mysteria processerunt. Cum enim magister veritatis, verum salutis nostræ sacrificium, suis commēdaret discipulis, *nulli lac, sed panem tantum, & calicem sub hoc sacramento cognoscimus dedisse. Legitur enim in euangelica veritate. Accepit Iesus panem, & calicem, & benedicens, dedit discipulis suis. Cesset ergo lac, *sacrificando, offerri, quia manifestum, & euidens exemplum veritatis euangelicæ illuxit, quod præter panem, & vinum

a's, non illis. Matth 26.c a's, in sacrificio.

A vnum aliud offerri non liceat. Illud vero quod pro complemēto communionis intinctam tradunt eucharistiam populis, nec hoc prolatum ex euangelio testimoniū receperunt, vbi apostolis corpus suum commendauit, & sanguinem. Seorsum enim panis, & seorsum calicis commendatio memoratur. Nam intinctum panem, alijs Christum præbuisse, non legimus, excepto illo tātū discipulo, quem intincta buccella magistri proditorem ostenderet, non quæ sacramenti huius institutionem significaret. Nam quod de expresso botro, id est, de vuarum granis populus communicatur, valde est omino confusum, sed si necesse sit, botrus in calice comprimatur, & aqua misceatur, quia calix dominicus, iuxta canonum præcepta, vino & aqua permixtus, debet offerri, quia videmus populum in aqua intelligi, in vino vero ostendi sanguinem Christi. Ergo cum in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, & credentium plebs, ei in quem credit, copulatur, & iungitur, quæ copulatio & coniunctio aquæ, & vini sic miscetur in calice domini, vt mixtio illa non possit separari. Nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis, si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Ergo quādo botrus solus offertur, in quo vini * efficacia tantum designatur, salutis nostræ sacramentum negligitur, quod aqua significatur. Non enim potest calix domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi vtrunque misceatur. Et ideo, quia iam ex hoc plurima, & multiplex maiorum manauit sententia, omnis deinceps talis error, atque præsumptio cessare de B bet, ne peruersorum, & inordinata compago statum veritatis eneruet. Et ideo, nulli deinceps erit licitum aliud in sacrificijs diuinis offerre, nisi iuxta antiquorum sententiam conciliorum, panem tantum, & calicem, vino & aqua permixtum. De cætero, aliter quam præceptum est faciens, tam diu a sacrificando cessabit, quam diu legitima pœnitentiæ satisfactione *correctus, ad gradus sui officium redeat, quod amisit.

[margin: Io... ; als, efficietia. ; als, corrept⁹.]

OCTAVVM.

Item aliud Iulij papæ decretum ex decreto Iuonis Carnoten. desumptum. Quid sit ecclesia.

Ecclesia Græcum nomen est, quod in latinum vertitur cōuocatio, propter quod ad se omnes vocet. Catholica, id est, vniuersalis ideo dicitur, qa per vniuersum mūdum est constituta. Vel, quoniam catholica, hoc est, generalis, in eadem doctrina est ad instructionem.

[margin: In decr. Iuonis lib. 1.]

NONVM.

¶ Item aliud ex eodem.

De illis, qui ecclesias incenderunt.

C Si quis ecclesiam comburit, quindecim annos pœniteat, & eam sedulæ restituat, & pretium pauperibus distribuat.

[margin: In decr. Iuonis lib. 2]

DECIMVM.

¶ Item aliud ex eodem.

Si quis ancillam suam libertati donauerit, & in matrimonio sibi sociauerit, dubitabatur apud quosdam, vtrum huiusmodi nuptiæ legitimæ esse videantur, an non. Nos itaque vetustam ambiguitatem decidentes, talia connubia legitima esse censuimus. Si enim ex affectu fiunt omnes nuptiæ, & nihil impium, & legibus cōtrarium, in tali copulatione fieri potest, quare prædictas nuptias inhibendas existimaremus?

[margin: In decre. Iuonis lib. 6]

Finis decretorum Iulij papæ primi, & gestorum ipsius tempore.

DECRETA LIBERII PAPAE.

D

¶Ex libro pontificali Damasi papæ.

LIberius natione Romanus, ex patre Augusto, sedit annis sex, mensibus tribus, diebus quatuor. Fuit autem temporibus Constantij filij Constantini vsque ad Constantium Augustum. viij. Hic a Constantio deportatur in exilium, eo quod noluisset hæresi Arriane consentire. Et fuit in exilio annos tres. Et *congregantes sacerdotes concilium, ordinauerunt in locum eius episcopum Felicem presbyterum venerabilem virum. Et fecit concilium Felix, & inuenit duos *episcopos, consentientes Constantio Augusto Arriano, nomine Vrsatium & Valentem, & damnauit eos in concilio quadragintaocto episcoporum. Post paucos autem dies, zelo ducti, Vrsatius & Valens, rogauerunt Constantium augustum, vt reuocaret Liberium de exilio, vt *vna tantum communione participaret, extra secundum baptismum: Tunc missa authoritate per Catulinum agentem in rebus, simul & Vrsatius, & Valens, venerunt ad Liberium. Qui Liberius cōsensit præceptis Augusti. Tunc reuocauerunt Liberium de exilio. Rediens autem Liberius de exilio, habitauit in cœmiterio sanctæ Agnetis apud Germanam Constantij Augusti, vt quasi per eius interuentionem, aut rogatum, rediret Liberius in ciuitatem. Tunc Constantia augusta, quæ fidelis erat domino Iesu Christo, noluit rogare Constantium augustum Germanum suum, quia senserat consilium. Eodem tempore Constantius Imperator, vna cum Vrsatio & Valente, conuocauerunt aliquos, qui ex fęce Arriana erant, & quasi facto concilio, misit & reuocauit Liberium de cœmiterio beatæ Agnetis, vbi sederat. Et ingressus Romam in ipsa hora Constantius augustus, fecit concilium cum hæreticis, simul etiam cum Vrsatio, & Valente, & eiecit Felicem de episcopatu, qui erat catholicus, & reuocauit Liberiū. Ab eodem die fuit persecutio maxima in clero, ita vt intra ecclesiam presbyteri, & clerici plures necarentur, & martyrio coronarentur. Qui Felix, depositus de episcopatu, habitauit in prædiolo suo via Portuensi, vbi & requieuit in pace quarto Kalendas Augusti. Ingressus Liberius in vrbem Romam, quarto nonas Augusti, cōsensit Constantio hæretico, non tamen rebaptizatus est, sed consensum præbuit. Et tenuit basilicas beati Petri, & beati Pauli, & basilicam Constantianam annis *sex. Et persecutio magna fuit in vrbe Roma, ita vt clerici, & sacerdotes, neque in ecclesiam, neq; in balnea haberent introitum. Hic Liberius ornauit de Platonijs marmoreis sepulchrum sanctæ Agnetis martyris. Omnes itaque anni Felicis in eius ordinem dinumerantur. Hic fecit basilicam nomini suo iuxta macellum Libiæ. Hic fecit ordinationes duas in vrbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros octodecim, diacones quinq;, episcopos per diuersa loca .xix. Qui sepultus est via Salaria in cœmiterio Priscillæ, quinto idus Septembris, alias* viij. Kalendas Maij. Et cessauit episcopatus dies sex.

als, cōgregās sacerdotes cū concilio suo Liberius

als, pbr̄os

als, vnā tātū cōmunionē

E

alias, septem.

alias, septem

F

Præterea Marianus Scotus, Liberij papæ annos conscribens anno Constantij filij Constantini magni. xiiij. ad euāngelij veritatem. ccclxv. secundum Dionysii cyclum. cccxlij. Constantio, atque Constāte consulibus breuiter ita scribit. Liberius tricesimusquartus papa post Petrū, sedit annis. xix. anno. iiij. Imperij Valētiniani. ¶Idē item de eodē anno dicti Imperatoris. xix. ad veritatē euāgelij. ccclxx. secūdū Dionysii cyclū. cccxlviij. Liberius papa Rom. ecclesię in exiliū mittitur Cōstātio & Iuliano cōsulibus. Quo in exiliū ob fidē truso, oēs clerici iurauerūt, q̄d nullū alium susciperēt. Verū quū Felix ab Arrianis fuisset in sacerdotiū substitutus, plurimi peierauerunt, & post annū cum Felice eiecti sunt, qa Liberius tædio victus exilij, in hæretica

A retica prauitate subscribens, Romam quasi victor intrauit. Felix autem depositus de episcopatu suo, habitauit in prædiolo suo via Portuensi. Idem quoq; sub anno sequẽti Titiano & Cereali consulibus de Felice scribit ita: Felix papa. xxxv. post Petrũ, sedit anno vno. Et anno immediate sequenti rursum de Liberio loquitur: Liberius papa de exilio reuertitur. Postremo, de eiusdem Liberij morte cõmemorans, anno quarto Imperij Valentiniani, ad veritatem quoq; euangelij. ccclxxxiiij. iuxta Dionysij cyclum, ccclxij. Gratiano ac Gadalaiso consulibus, dicit, Liberius papa obijt octauo Kalendas Maij.

PORRO in Antiochia Syriæ alter hæresiarches emersit Aetius, cognomento, sine deo, Is eñ eadem, quæ Arrius, sapiebat, sed ab Arrianis se segregabat, eo, ꝙ Arrium in suam communionem recepissent. Erat nanq; is Aetius hæreticus, & feruentissime defendere Arrij dogma videbatur. Eruditus eñ aliquantulum, Alexandriam reuersus est. Et veniens Antiochiã Syriæ, vnde oriundus erat, a Leontio tunc Antiochæno præsule diaconus ordinatur. Tunc ergo veniẽtes ad se disputationibus sophisticis eludebat. Fecit is epistolas ad Imperatorem Constantiũ, & alios quosdam, contentiones inuoluens, & quædam commenta conficiens. Et licet eadem, quæ Arrius vindicaret, tamen a suis, non valentibus intelligere perplexiones syllogismorum eius (cum eadem, quæ ille, saperet) putabatur hæreticus. Et propterea eorum pulsus ecclesia putabatur, cum ipse illis potius communicare noluisset. Hactenus enim ex illo sunt, qui tunc quidem Aetiani, nunc autem Eunomiani vocantur. Postea nãq; Eunomius notarius eius, eruditus ab eo, æditionẽ eius hæreticam diuulgauit. Sozomænus. Inimici quidem fidei putantes se tempus inuenisse contra defensores eius, valde apud principem laborabant, vt de ecclesiis pellerentur omnes, qui ab eis videbantur esse depositi. Præcipue tamen Athanasium accusabant ob nimiam inuidiam. Et Antiochiæ congregati, Narcissus Cilix, Theodorus Thracię, Theognius Nicęnus, Patrophilus Scythopoleos, Minophãtus Ephesius, & alij circiter triginta, scripserũt omnes vniuersis episcopis, quod cõtra sanctiones ecclesiasticas Alexandriam redijsset, nec in concilio sine culpa fuisset inuentus, & iubebant, quod neq; cõmunicarent ei, neq; scripta mitterẽt, sed Georgio, qui ab eis fuerat ordinatus. Igitur, deuicto Magnentio, cũ solus Constantius Romanoꝝ tenuisset imperium, omni studio laborabat, vt Occidentales episcopi consentirẽt eis, qui cõsubstantialẽ esse patri filiũ, denegabãt. Tũc igitur in Italiã conuenerũt episcopi Orientaliũ non multi, qm̃ plurimos eoꝝ aut senectus, aut itineris longitudo prohibuit, Occidentalium vero vltra trecentos, vt præcepto principis concilium Mediolani celebraret, vbi cõuenientes Oriẽtales, ante om̃ia cõtra Athanasium decretũ fieri cõmunæ poscebãt, vt, hoc facto, penitus ei aditus Alexãdriæ clauderet. Quod cũ sensisset Paulinus Gallicanæ Tribereos, Dionysius Albæ metropolis Italoꝝ, & Eusebius Vercelleñ. episcopi, quod ad destructionẽ fidei Orientales cõtra Athanasium agere molirent, surgẽtes, magna voce clamabãt, dolum, & circũuentionẽ per ea, quæ gerebãtur, Christianis dogmatibus irrogari. Non eñ veras contra Athanasiũ culpas esse dicebãt, cũ ad retractationẽ fidei talia probarentur inuenta. Illis ergo talia proclamantibus, cõcilium tunc soluitur episcoporum.

Theodoritus. Deposito deinde Athanasio, aliã hæretici fidei exponere sunt nisi doctrinã. Sed neutrum hoꝝ perduci potuit ad effectũ, cũ præsente principe clamaretur, quod iniuste ageretur, & impie. Quo facto, & ipsi ecclesiis sunt expulsi, & in vltimis terræ finibus habitare iussi. Quod mirabilis Athanasius hoc mõ in Apologia describit. Quis tantum poterit memorare, quantum illi gesserunt? Tunc enim ecclesiis pacem habentibus, & populis per collectas orantibus, pontifex quidẽ Romæ Liberius, & Paulinus Galliaꝝ Metropolitanus eps, & Dionysius Italus, Lucifer Metropolitanus Insulaꝝ Sardiniæ, & Eusebius ex Italia, oẽs episcopi boni, & p̃dicatores veritatis abripiuntur, & traduntur exilio, nullam habentes culpam, nisi q̃d in Arrianam noluerint cõsentire vesaniam, neq; in calumnijs subscripserint nostris.

Tripartitæ hist. lib. 5. capite. 13

vbi sup. c. 14

Conc. Antiochęnũ, nõ catholicum.

vbi sup. ca. 15

Conc. Italiæ non sanũ, nec continuatum sed solutum.

Vbi su. ca. 16 Theodor. lib. 2. cap. 15

Athanasi⁹ in libro de fuga sua

De maximo autem, & optimo sene, & vere cõfessore Osio etiam loqui superfluum Omnibus enim notum est, quod etiam hunc in exilium deportari fecerunt. Non eñ * ignobilis, sed omnibus noscitur esse notissimus. Cui nanq; non præfuit synodo, aut recte loquens, non satisfecit vniuersis? Quæ ecclesia huius patrocinij memoriam non habet? Quis aliquando dolens, cum veniret ad eum, non discessit sanus? Quis indigẽs cum petisset, non meruit, quod poposcit? Et tamen etiam contra hunc talia præsumpserũt, quod impia eorũ molimina cognoscens, non liceat propria subscriptione formare. Socrates. Igitur Imperator illos quidem mittit in exilium, generale vero concilium fieri cogitabat, vt omnes Orientales episcopos venientes ad Occidenentẽ (si posset) concordes efficeret. Quod cum propter itineris spacia difficile videretur, duplicem tractauit synodum celebrari, vt in Arimino quidem Itali (qui tunc aderãt) conuenirent, Orientales autem in Nicomedia Bithyniæ ciuitate. Hoc ergo Imperatore tractante, effectus non euenit, vt voluit. Neutrum enim concilium sibimet concordauit, sed vtrũq; diuisum est. Nam neq; in Arimino conueniẽtes, inter se consonare potuerunt, & Orientales in Seleucia Isauriæ cõgregati, aliud schisma sunt passi.

Ignobilis idẽ quod ignot⁹ Vergilio teste lib. 7

Conciliũ Ariminense prophanum.

Conciliumin Nicomedia Bithyniæ prophanum

Conciliũ Seleuciæ, Isauriæ prophanũ Vbi su ca. 17 Et Theodor. lib. 2. ca. 16

¶ Theodoritus.

Ego quidem Liberij per omnia celeberrimi habitum pro veritate dialogum cũ Constantio volo referre, quandoquidem a fidelibus illius temporis est conscriptus. Is enim post Iulium Syluestri successorẽ Romanam gubernauit ecclesiã. Constantius Imperator dixit: Non & eo quod Christianus sis, & episcopus nostræ ciuitatis, dignum hoc iudicauimus, vt euocantes te, moneremus, * vt communionem scelestissimi Athanasii, & ineffabili superbia detenti, abnegare non differas. Hoc eñ terrarum orbis bene fieri comprobauit, & synodali sententia alienum ecclesiastica cõmunione decreuit. Liberius episcopus dixit: O Imperator, iudicia ecclesiastica decet proferri cum maxima iustitia. Quapropter, si videtur pietati tuæ, disceptationem iube constitui, & si apparuerit Athanasius condemnatiõe dignus, tunc secundum ecclesiasticæ consequentiæ formam, proferatur in eum digna sententia. Non enim possibile est condemnare virum, de quo nihil examinatum est. Constantius Imperator dixit: Vniuersus mundus adiudicauit eius facinora, sed ille (sicut ab initio) tempus * eludit. Liberius episcopus dixit: Quicunq; subscripserunt, non ipsi viderunt, quę gesta sunt, sed propter gloriam, & timorem, & ne a te cõtumelias paterent, acquieuerunt. Imperator dixit: Quid est gloria, & timor, & contumelia? Liberius dixit: Quicunq; gloriam dei non diligunt, tua magis dona præponunt. Quem ergo isti nõ viderunt, non examinantes, adiudicauerunt, quod est a Christianitate alienum. Imperator dixit: In facie vtiq; condemnatus est in concilio Tyri, & in concilio contra eum pariter decreuerunt omnes totius orbis epi. Liberius dixit: Nunquam in præsentia sua homo ille adiudicatus est. Quicunq; enim tunc conuenientes condemnauerunt eum, discedente Athanasio a iudicio sententiam protulerunt. Eusebius eunuchus dixit: In Nicæno concilio alienus a catholica fide probatus est. Liberius dixit: Quinq; soli iudicauerũt ex his, qui cum eo nauigio venerũt in Marioten, quos miserunt ad accusationem eius, vt contra eum gesta conficerẽt. Horum itaq;, qui destinati sunt, duo sunt mortui Theognius, & Theodorus, reliqui vero tres viuunt, hoc est, Maris, Valens, & Vrsatius. Ab his, qui missi sunt Sardicam, propter hanc causam synodus celebrata est, qui in synodo libellos obtulerunt, veniam postulantes, quoniam in Mariote per calumniam ex vna parte contra Athanasium gesta confecerint, libellos eorum nũc præ manibus habemus. Cui horum nos credere, & communicare conuenit Imperator? His, qui primitus damnauerunt, & veniam postea poposcerunt, an eis, qui adhuc, hæc accusare contendunt?

ars, quatenus

alias, inludit.

Epictetus episcopus dixit: O Imperator, non fidei causa hodie, neque iudiciorum ecclesiasticorum sermonem facit, sed vt apud Senatores in Romana cõstitutos vrbe glorietur, quasi superauerit principem.

Imperator ad Liberium dixit: Quota pars es totius orbis? quoniam solus vindicas hominem nephandissimum, & orbis terrarum pacem, ecclesiæq; dissoluis?

Libe-

A Liberius dixit: Nō eo, q ego sum solus, fidei causa minuitur. Nam & antiquitus, tres soli reperti sunt resistentes præcepto regis.

Eusebius Eunuchus dixit: Imperatorem nostrum Nabuchodonosor fecisti?

Liberius dixit: Non, Sed ita irrationabiliter adiudicatus est homo, qui nō est examinatus. Sed & ego peto primitus generalē proferri subscriptionē, confirmantē fidem in Nicæa prolatā, vt ita, reuocatis ab exilio fratribus nostris, & in loca propria restitutis, si hi, qui nunc turbas pariunt ecclesijs, visi fuerint apostolicæ fidei consentire, tunc apud Alexandriam conuenientes omnes, vbi & accusatus, & accusatores sunt, & defensor eorum, examinata causa, possimus proferre sententiam.

Epictetus episcopus dixit: Sed cursus publicus nō sufficit subuectui episcoporum.

Liberius dixit: Ecclesiasticæ causæ publico cursu non egent. Ecclesiæ nanq; sufficiunt vsq; ad mare perducere suos episcopos.

Imperator dixit: Quæ dudū susceperunt formā, solui nō possunt. Plurimorum nāq; episcoporum debet valere sententia, Tu solus es, qui amicitias illius scelerati defendis.

Liberius dixit: Imperator, nunquam audiuimus, absente accusato, iudicem eius scelera proferentem, nisi quia propria videntur hæc odia.

Imperator dixit: Omibus quidē nocuit in cōmuni, nulli tñ ita, sicuti mihi. Cui, quū B nō sufficeret interitus fratris mei maioris, * ne beatæ memoriæ Cōstantē cessauit in mei inimicitias frequēter impellere, nisi nos maiori mansuetudine detenti, impellētis momenta temperassemus. Nulla itaq; mihi victoria est, neq; contra Magnentium, neq; Syluanum, nisi illum scelestum ab ecclesiasticis rebus expulero.

*al's, neq;

Liberius dixit: Noli, p epos tuas vindicare inimicitias. Manus eñ ecclesiasticorū ad sanctificandū vacare debēt. Quapropter, si tibi videt, iube vocari ad loca propria sacerdotes, & si concordes apparuerint ei, quē nos in p̄senti defendimus, secundum fidem orthodoxam in Nicæna synodo cōstitutam, tunc conuenientes prouidebunt pro mundi pace, vt homo, qui non peccauit, non reprobetur iniuste.

Imperator dixit: Vnū est, q̄d quærit. Volo eñ te amplectētē ecclesiasticā cōionē Romā denuo destinare, & propterea cōcorda paci, &, subscribēs, Romā reuertere.

Liberius dixit: Romæ iam fratribus valedixi. Maiores enim sunt ecclesiasticæ sanctiones, q̄ Romanæ habitatio ciuitatis.

Imperator dixit: Ergo trium dierum spatium ad deliberationem habes, *an velis, C subscribens, Romam reuerti, an cogitare, in quem velis deportari locum.

*al's, Si vis subscribere, Romā reuertere, aut certe cogita,

Liberius dixit: Spatiū triū dierum rōnē nequaq̄ mutare p̄t. Quapropter, q̄ voles, mitte me. Imperator aūt post duos dies, examinato Liberio, & nequaq̄ a suo proposito reuocato, iussit eū in Beroeam Thraciæ in exilium deportari. Egredienti Liberio, Imperator ad expēsas quingentos solidos destinauit. Tunc Liberius deferēti dixit: Vade, da eos Imperatori, opus eñ habet suis militibus erogare. Similiter & Augusta totidē ei misit. Liberius dixit: Redde hæc Imperatori, opus eñ habet his, ad expensas militū suorum. Si aūt Imperator his nō habet opus, det eos Auxentio & Epicteto, Illi eñ his opus habēt. Cūq; ab eis nihil accepisset, Eusebius eunuchus obtulit ei alios solidos. Cui Liberius ait: Totius orbis ecclesias desolasti, & tanq̄ dānato mihi hæc affers? Vade prius, disce esse Christianus. His ita gestis, post tres dies, nihil accipiens, missus in exiliū est. Igit Liberius (qui post Iuliū, Marci (quē Syluester p̄cesserat) successorē, in vrbe Roma p idē tēpus sacerdotio fungebat) in exiliū trudit, Inq; eius locū Felix diaconus suus, ab hæreticis subrogat. Et nō tā sectæ diuersitate, q̄ cōmunionis & ordinationis cōuenientia maculat.

Rufinus Aquileiensis. ecclesiast. hist. lib. 10. ca. 22

Socrates.

Eorum igitur, q in Arimino cōuenerūt Orientales, ea, q̄ de Athanasio gesta sunt, silentio tradētes, ad cōciliū se occurrisse dicebāt. Dū ergo in cōcilio p̄sentiū, alter aliud proponere conaret, tūc Vrsatius & Valens dicebāt, Oīa, q̄ de fide dicta sunt, debere suspēdi, & suscipiēdā nouellā expositionē, quā paulo añ Sirmij cōuenietes ædiderāt. Hæc dicētes, & chartulā p̄ manibus habētes, legi fecerūt, secundū expositionē fidei, Sirmij prolatā, quā ibi quidē cælauerūt, Arimini aūt ostēsa est, Cuius exēplū hoc ē.

lib. 5. eccl. hist. trip. ca. 20

Expo

Expofita fides apud Syrmium præfente domino noftro Conftantio Augufto Confulibus Eufebio & Hypatio .xi. Kalen. Iunias. D

CRedimus in vnum & verum deum, patrem omnipotentem, creatorem, & opificem omnium. Et in vnum vnigenitum filium dei, ante omnia fecula, & ante omne principium, & ante omne (quod cogitari poteft) tempus, & ante omnem pceptibilem cogitationem natum impaffibiter ex deo, p quē & fecula pfecta, & omnia facta funt. Natum autem vnigenitum folum ex folo patre deum ex deo, fimilem generanti patri fecundum fcripturas, cuius generationem nullus nouit, nifi folus (qui genuit eum) pater. Hunc nouimus vnigenitum eius filium, nutu paterno veniffe de cœlis ad deftructionem peccati, & natum ex Maria virgine & cum difcipulis conuerfatum, & omnem compleffe difpenfationem, fecundum paternam voluntatē crucifixum, & mortuum, & ad inferos defcendiffe, & quæ ibi erāt difpenfaffe, quem Ianitores inferni videntes expauerunt, & die tertia refurrexiffe, & cum difcipulis conuerfatum, & quadraginta diebus expletis in cœlos afcendiffe, & federe a dextris pr̄is, & venturū nouiffima die in gloria patris, ad reddendū vnicuiq; fecundum opa fua. Et in fpiritum fanctum, quem ipfe vnigenitus dei filius Iefus Chriftus mittere compromifit generi hominum confolatorē, fecundum quod fcriptum eft: Vado ad patrē meum, & rogabo patrē meum, & alium confolatorē mittet vobis fpiritum veritatis. Ille ex meo accipiet, & docebit, & commemorabit vobis omnia. Nomen vero fubftantiæ, eo quod fimpliciter a patribus pofitum, a populis ignoret, & fcandalum faciat, & quia nec fcripturæ hoc continent, placuit abrogari, & omino nullam memoriam fubftātiæ in deo effe deinceps, eo quod diuinæ fcripturæ nufquā de patris fubftantia, filijq; meminerint. Similem vero dicimus filium patri p omnia, ficut fanctæ fcripturæ dicunt, ac docent. His itaq; lectis, cōfurgētes, quibus hæc difplicebant, aiunt: Non fide egentes, huc venimus, integram nanq; feruamus, quam pcepimus ab initio, fed magis vt, fi qua circa hæc nouitas fit, omnino prohibeamus. Si ergo hæc, quæ lecta funt, nullam faciāt nouitatem, apte iam anathematizat hęrefim Arrianam, ficut & alias hærefes regula ecclefiæ, tanquam blafphemas, abiecit. Quod enī blafphemum Arrij dogma turbas ecclefiæ, quæ etiam nunc fiunt, excitarit, atq; feditiones toto orbi terrarum, valde notum eft. Hæc ergo propofitio, dum ab Vrfatio & Valente, & reliquis fufcepta non fuiffet ad plenum, diuifit ecclefiam. Alij nanque his, quæ Arimini funt lecta, confenferunt, alij vero Nicænam denuo roborauerunt fidem. Deriferunt autem confcriptionē illius lectionis, & maxime Athanafius Alexandrinæ ciuitatis epifcopus. Theodoritus.

Matth. 11. d
Matt. 16. d
Iohan. 16. e
Iohan. 14. b

E

F

Dicebant autem Arriani, conuenientes in Arimino, volentes Hefperijs fuadere fimplicibus, quod non oporteret, propter duo verba, quæ nec inuenirentur fcripta, feparari corpus ecclefiæ, fed fimilem p omnia profiteri filium genitori, fubftantiæ vero tacere nomen. Sed fallaciam fentientes horum Homoufiani pontifices, eos abdicarunt, atq; literis infinuauerunt Imperatori propriam voluntatem, dicentes, filios fe effe patrum Nicæni concilij, pariter & hæredes. Socrates.

Hoc tamen fciendum, quoniam fynodus quidem, Vrfatium & Valentem, Auxētium, & Germinium, Gaium, & Demophylum, eorumq; focios condemnauit, Arrianum dogma anathematizare fugientes. Qui propter hanc damnationem indignati, ad principem celeriter venerunt, portantes lectam in concilio fidem.

Vbi fupra ca. 21. Et Theo. lib. 2. ca. 18. 19

Theodoritus. Apertius autem integram fidei regulam eorum epiftola, ad Conftantium fcripta monftrauit. Cuius verba funt hæc.

¶ Cuius quidem concilij Marianus Scotus meminit circa annos ad veritatē euangelij .cccc.lxxxiij. per hæc verba. Synodus apud Ariminum, & Seleuciam Ifauriæ facta, in qua antiqua patrum fides decem primum legatorum, dehinc omnium proditione damnata eft.

¶ Arimineñ. concilij epiftola ad Conftantium Imperatorem deftinata.

Diui-

A Diuina iussione, & præcepto pietatis tuæ, olim dogmatizata credimus. In Ariminum nanq; ex vniuersis Occidentalibus ciuitatibus omnes conuenimus simul episcopi, vt & fides catholica cognosceretur ecclesiæ, & qui contraria sapiunt, panderentur. Multum nanq; disceptantibus nobis, inuenimus optimum esse, statutam fidem antiquitus permanere, quam etiam prophetæ, euangelia, necnon apostoli per Iesum Christum dominum nostrum pdicasse noscunt (qui & tui regni protector, tuæq; salutis auxiliator est) vt hanc tenentes custodiamus, & custodientes ad finem vsq; seruemus. Incongruum em, nephariumq; videtur, ex his, quæ recte, iusteq; definita sunt, aliquid immutare, id est, horum, quæ Nicææ communiter cum gloriosissimo Constantino tuo patre, & Imperatore deliberata, atq; defixa sunt. Quorum doctrina, atq; sensus discurrit, & prædicatus est, in omnium hominum auditus, atq; mentes. Hæc fides sola Arrianam hæresim expugnauit, & perdidit, per quã nõ illa sola, sed etiã reliquæ hæreses sunt damnatæ. Cui vere addere quicquã incautum est, & auferre periculosum. Et si quidẽ horũ alterũ fiat, erit inimicis facultas agendi, quæ volunt. Quapropter Vrsatius & Valens, quoniam participes, & concordes Arriani dogmatis erant, a nostra sunt cõmunione segregati. Quã vt reciperent, cognoscentes delicta, quibus peccauerunt, pœnitentiam, atq; veniã impetrare poscebãt, & rescripta eorum hæc ita se habere testantur, p quæ criminũ veniam cõsequuti sunt. Erat em tempus, quo hæc gesta noscuntur, qñ Mediolani synodus celebrata est, presentibus ecclesiæ Romanæ presbyteris. Cognoscentes

Synodus Mediolanen.

B vero, simul etiam post mortem dignum memoria, Constantinũ cum omni integritate, & examinatione conscriptam exposuisse fidem, qui cum ab hac luce baptismate percepto discesserit, & ad præmia debitæ pacis abierit, incongruũ esse iudicamus, post illũ aliquid nouitatis admittere, tantosq; sanctos cõfessores, & martyres, & huius dogmatis cõscriptores, inuentoresq; despicere, qui secundũ antiquã ecclesiæ sanctionẽ per omnia sapuisse noscunt. Quorum fidẽ deus in tẽpora imperij tui transmisit, p dñm nostrũ Iesum Christũ, p quẽ tibi imperiũ tale cõcessum est, vt etiã nostri orbis terminos obtineres. Rursus ergo infelices isti, & sapia vilissimi, psumptione nefaria, impiæ cogitationis pdicatores semetipsos annuntiarũt, & veritatis terminũ mutare cõtendũt. Dũ em secundũ tuũ pceptũ, cõcilij iura celebrarent, illi cõsiliũ suæ fallaciæ nudauerũt. Nitebant em calliditate quadã, atq; seditione aliquid nouitatis inferre. Huiusmodi em malitiæ captos, inuenimus Germiniũ quendã, & Auxentiũ, atq; Gaium hæresim, atq; contentionẽ facientes, Quorum doctrina, vna quidẽ existẽs, vniuer-

C sam molẽ blasphemiarum trãscendere cõprobat. Qui quũ viderẽt, nos, neq; ipsorum voluntatis eẽ, neq; cõcordes his, q̃ male sapere videbant, a nr̃o se cõcilio mutauerũt, vt quasi aliud cõscribere viderent. Erat vero tẽpus breue, q̃d etiã eorum aperuit voluntates. Sed vt nõ semp ecclesiasticæ causæ in easdẽ incurrãt concussiones (nã turba, atq; seditio repetita vniuersa cõfundit) firmũ nobis visum est, vt, q̃ dudũ decreta sunt, legaliter, immutabiliterq; seruent. Prædictos aũt viros a nr̃a cõione secreuim⁹. Qua de causa legatos ad tuã mansuetudinẽ misimus, cõcilij sentẽtiam p nostrã denuntiaturos epistolã. Legatis aũt prę oĩbus ista pcepimus, vt veritatẽ affirmẽt ex priscis & iustis ratiõibus, exponẽtes, qui etiã tuã religionẽ instruant, qm̃ nõ (sicut ait Vrsatius & Valens) erit pax, si quid iustarum sanctionũ fuerit immutatũ. Q̃uo em pax esse credenda est apud eos, qui pacis iura subuertũt? Contentio em, & seditio p hæc inter reliquas ciuitates, & ecclesiam Romanã potius orietur. Quapropter, tuæ mãsuetudini supplicamus, vt placidis auribus nostros legatos, & oculo tranquillo respicias, neq; ad iniuriam defunctorum, noui aliquid immutari permittas, sed permanere nos sinas in his, q̃ a progenitoribus definita atq; sancita sunt, quippe quos oĩa deliberatiõe atq; sapiẽtia & spũ sancto celebrasse cõfidimus. Ea em, q̃ ab illis nunc innouant, credẽtibus quidẽ incredulitatẽ inferunt, nõ credentibus vero crudelitatẽ. Supplicamus itaq;, vt præcipias, eos, qui p diuersa loca detinent, quos & ætatis grauamen, & angustia paupertatis affligit, ad propria remeare, ne desolatæ, sublatis episcopis, videantur ecclesię permanere. Super hæc aũt etiam hoc rogamus, vt nihil his, quæ iam terminata sunt, aut

addat

addatur, aut adimatur, sed omnia inuiolata permaneant, quæ & a pietate tui patris, & tuis quoque sunt conseruata temporibus, neque deinceps nos fatigari, & a proprijs pa rochijs alienos esse permittas, quatenus episcopi cum proprio populo in pace orare, & diuino cultui vacare possint, supplicantes deo pro pace tui imperij, pariter & sa lutis, quam tibi diuinitas imperpetuum largiatur. Nostri vero legati episcoporum subscriptiones, & nomina deferunt, qui etiam lectione diuinæ scripturæ religionem tuã poterũt edocere. Socrates. Hæc itaque synodus scripsit, & p epos demõstrauit. Vrsatius autem & Valens, eorum præuenientes aduentum derogauerunt concilio, ostendentes Imperatori expositionem fidei, quam portabant, Imperator Arriano do gmati fauens, indignatus aduersus synodum, Vrsatium atque Valentem potius hono rauit. Quamobrem, qui a concilio fuerant destinati, tardauerunt, non valentes impe trare responsum, Sero tamen ad synodum Constantius per præsentes episcopos hu iusmodi scripta misit.

¶ Epistola Constantij Imperatoris ad synodum Ariminensem.

Vbi sup. c. 12.

Constantius victor ac triumphator Augustus vniuersis episcopis Arimi ni congregatis. Semper equidem, & præ omnibus cogitare nos de sacra, & adoranda lege non ignorat vestra benignitas. Nunc autem viginti, quos vestra sapientia destinauit, episcopos legationis suæ causa, interim videre nequiuimus, cum sit nobis necessarium circa Barbaros iter, & (sicut nostis) deceat, ani mo puro ab omni cogitatione vtilitatem diuinæ legis examinare. Iussimus igitur, epi scopos in Adrianopoli nostrã expectare regressionẽ, vt cũ vniuersa respublica fuerit bene disposita, tunc quæ gesserint, audire possimus. Vestræ autem sanctitati non vi deatur onerosum, eorum expectare regressum, vt dum redeunt, nostrum vobis refe rẽtes responsum, perducere possitis ad terminũ, quæ ecclesiæ catholicæ vtilia esse no scuntur. Has literas suscipientes episcopi, talia rescripserunt.

¶ Epistola episcoporum ad eandem responsalis.

Vbi supra ca. 23. Et Theo. lib. 2. cap. 20

Literas clementiæ tuæ suscepimus, domine, deo amabilis Imperator, quibus continetur, quod propter necessitatem publicã interim non potuisti nostros videre legatos, nosque iubes, vt eorum expectemus aduentum, donec ea, quæ a nobis decreta sunt, & nostris progenitoribus consonare noscuntur, ab eis pietas tua cognoscat. Quamobrem, & nunc per literas profitemur, atque firmamus, nequaquam nos a proposito nostro recedere. Hoc etiam nostris legatis iniunximus. Supplicamus igitur, vt animo tranquillo, & præsentes nostræ mediocritatis literas relegi iubeas, & illa, quæ per legatos nostros mandauimus, libẽter accipias. Illud itaque nobiscum considerare tua mansuetudo debet, quanta sit modo tristitia, quantusque mę ror, vt felicissimis temporibus tuis, tantæ ecclesiæ priuatæ videãtur episcopis. Et pro pterea, rursus tuam clementiam deprecamur, domine, deo amabilis Imperator, vt an te asperitatem hyemis (si tamen tuæ placet pietati) nos ad nostras ecclesias remeare præcipias, vt etiam nunc possimus omnipotenti deo, & domino saluatori nostro Christo, eius filio vnigenito pro tuo imperio solẽnes orõnes celebrare cum populo.

Vbi su. ca. 24

Cum hæc scripsissent, & modicum expectassent tempus, Imperatore nullum dã te responsum, ad ciuitates proprias redierunt. Princeps autem cum & prius contẽde ret Arrianam sectam per ecclesias seminare, occasionem iniuriæ suæ illorum habuit discessionem, dicens se contemptum, eo quod præter iussionem ipsius concilium vi deretur esse solutum. Quapropter Vrsatio, & his, qui circa eum erant, permissionem dedit contra ecclesias agendi confidenter, quodcunque placuisset. Explanationem ve ro lectæ in Arimino fidei iussit per ecclesias Italiæ destinari, pręcipiens, vt nolentes ei subscribere, pellerentur ecclesiis, & in eorum locum alij subrogarentur episcopi.

Vbi su. ca. 25

Cõciliũ pro phanũ Nicęę Thraciæ

Socrates. Vrsatius autem eique consentientes, ab Italia discedentes, venerunt ad ciuitatem Thraciæ nomine Nicæam, vbi breui tempore commorantes, aliud fecere concilium. Et lectam in Arimino expositionem fidei, Græco interp̃tãtes eloquio, publicatam confirmauerunt, & postea diuulgabant, eam esse fidem, quæ ab vniuersa li concilio & dictata esset, & ædita Nicææ, vt similitudine nominis Nicæni simpli ciores

A ciores hac subreptione deciperent. Putabāt enim, in Nicæa Bithyniæ esse dictatam fidem. Sed nihil profuit eis tale commentū, Paulo post nanq; cōfusi atq; derisi sunt.

EPISTOLA ATHANASII ET AEGYPTIOrum episcoporum, ad papam Liberium de oppressionibus Arrianorum.

DOmino beatissimo, & honorabili, sancto patri Liberio papæ, Athanasius, & vniuersi Aegyptiorum episcopi, in vnum synodice apud Alexandriam cōgregati. Vestræ beatissimæ paternitatis iura penes deū sunt manifesta, dum pdicationibus (scilicet) apostolicis, & doctrinis veræ fidei cultura vniuersa repleta sit terra. Per diuinorum tamen eruditionē eloquiorum, vestra instruente admonitione exhortatoria, superædificat orthodoxa Christi ecclesia, apostolica institutione fundata, & a fidelibus patribus firmissime roborata, ad quam omnes beatissimi apostoli pari honoris, & potestatis consortio pditi, populorum agmina conuertentes, pie, sanctéq; de tenebris ad lumen, de lapsu ad verā fidem, de morte ad vitam

Concilium Alexandrinū

B homines diuinæ pdestinationis gratia pscitos salutaribus pceptis, ac monitis perduxerunt. Quorum sanctorum apostolorum vestra fraternitas honoranda sequens merita, & perfectius implens exempla, ecclesiam dei morum probitate, & actuū sanctitate condecorat, & fide sacra, Christianisq; moribus vigens, quæ fieri deo placita pcipit, studiis pontificalibus indefinenter operatur, & perficit, seruans legis diuinæ mandata, quia nō legis auditores iusti sunt apud deū, sicut narrat apostolus, sed factores legis iustificabuntur. Nos eñ hæc meditari cupientes, & ea, q̄ a sancta sede vestra apostolorū, eorumq; successorum pdicatione suscepimus, atq;, quæ in Nicęna synodo roborata cognouimus, pdicare, & Arrianorum blasphemias, atq; aliorum hæreticorum repellere cupiētes, quotidie ab his persequimur, & dānationi tradimur, atq; morti destinamur. Quare pcamur, vt vestris exhortationibus tam p vos, q̄ & p apocrysarios vestros adiuuemur, ne dū illi crescunt, & nos minuimur, vera fides destruatur, & eorum hæresis vltra fidē nostrā crescat, qm̄ timemus, vt postq̄ abundauerit iniquitas, refrigescat charitas multorum. Pro qua re, multa vestræ sacræ doctrinæ tam apud deū, q̄ apud cunctos

Roma. 2. d

Matth. 24. b

C fideles merces, & laus reposita est, si vestra hæc resecent authoritate. Nostram eñ fidē, quā a sanctis patribus accepimus, & tenemus, atq; docemus, subter inseruimus, vt si aliquis vobis aliter nos credere, aut docere, aut accusando, aut mussitando retulerit, vel, detrahendo, scriptis mandauerit, per hanc manifeste nos ita credere, & docere agnoscatis.

Credimus nanq; in vnū deū patrē omnipotentē, omniū visibiliū, necnon & inuisibiliū factorē. Et in vnū dñm nostrū Iesum Christū filiū dei, natū ex patre, vnigenitum, hoc est, ex substātia patris, deū ex deo, lumen ex lumine, deū verum ex deo vero, natū, non creatū, homousion, hoc est, eiusdē cū patre substātiæ, per quē omnia facta sunt cœlestia & terrestria. Qui propter nos homines, & propter nostrā salutē descēdit de cœlis, & incarnatus est, & homo factus, passus est, & resurrexit tertia die. Ascēdit in cœlū, venturus inde iudicare viuos & mortuos. Et in spiritū sanctum. Eos autem, qui dicunt, erat tēpus, quando nō erat, & priusq̄ nasceretur, non erat, & quia ex nullis subsistētibus factus est, aut ex alia substātia, vel essentia dicunt esse trepton, hoc est, conuertibilē atq; mutabilē filium dei, hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia. Hanc venerabilem fidē trecenti quidem, decem & octo patres agnouerūt, & amplexi sunt, & consonantes & vnanimes scriptis explanauerunt.

Sed modo, qm̄ contra hæc (vt nostis) talia exurgūt, qualia nō debēt, venite, & nos, dilectissimi fratres, cū deo descendamus ad visitationē, id est, inquisitionē sermonum eorum, & confundamus per approbationē verissimā ibidem, linguas eorum eleuatas, contra scientiā vnigeniti filii dei, & iniquitatē in altitudinē humanitatis eius loquentes. Disrumpamus vincula eorum per gladium spūalem, quod est verbū dei, & proiiciamus

Psalm. 72
Ephe. 6. d

Psalm. 2 — Hiere. 14. c — al's, abscondi, vel, se abscõdere. — Gene. 3. b — Prouer. 6. a — Psalm. 49 — Iosue. 7. b — Roma. 1. c — Eccl. 4. d — Lucæ. 11. c

mus a nobis iugũ ipsorũ, per expugnationẽ profani sensus illorũ. Tunc eñ ipse quoq; dñs irridebit eos, & subsannabit, & tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos, secundũ beatũ Hieremiã, dicens: Falso prophetæ isti vaticinãtur in nomine meo. Nõ eñ misi eos, & non pcepi eis, neq; loquutus sum ad eos. Visionẽ mendacẽ, & diuinationẽ, & fraudulentiã, & seductionẽ cordis sui prophetãt vobis. Ideo hæc dicit dñs de prophetis, qui prophetãt in noĩe meo mendaciũ. Erunt proiecti in vijs Hierusalẽ, & cõculcatio omniũ pie confitentiũ me, & non erit, qui sepeliat eos. Nemo eñ * abscondere potest quibusdã subreptionibus cõmentici js, sicuti nec folijs fici antiquus trãsgressor pcepti Adã potuit, qui p propriã linguã inuerecunde nudatur. Laqueus eñ fortis viro, labia eius, & captus proprijs sermonibus, & opere manuũ eius, retributio aũt labiorũ eius dabitur ei, & impietatis reprehensio. Arguam te (inquit) & statuã cõtra faciẽ tuã. Existimasti inique, q; essem tibi similis. Propterea (sicut dicit dñs ad Gedeon) deponamus eos ad aquã veræ discretionis, & probemus eos ibi regulari examinatione, in idipsum pronos corruentes, p ostensionẽ praui intellectus eorũ, vtrũ ne sint apud se sapientes, diuini verbi scientiã ignorantes, qm̃ dicentes esse se sapientes, stulti facti sunt, & mutauerũt gloriã catholicæ ecclesiæ propria nouitate, & voluntate, siue per ea, q̃ illicite in eius defensione gesta sunt, hæreticam turbulentiã introducẽtes, illud cõpetenter ad nos retinẽtes, quod bene ad Iesum filiũ Sirach dictũ est: Vsq; ad mortẽ certa pro veritate, & dñs pugnabit pro te. Huius rei gratia, vniuersalis vobis a Christo Iesu cõmissa est ecclesia, vt pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre nõ negligatis, quia dũ fortis armatus custodit atrium suũ, in pace sunt omnia, quæ possidet. Ideoq;, tanta vrgente necessitate, summopere cõprimite vestra summa authoritate infestos, releuate oppressos, vt absq; graui, dño opitulante, difficultate ipsi gratãter omni tpe sacrificare mereamur illæsi. Et subscriptio. Aeterna te seruet diuinitas, per multos annos, sanctissime patrũ pater, Amen.

RESCRIPTVM LIBERII PAPAE AD eosdem, & est eiusdem epistola prima.

Dilectissimo filio Athanasio, & oĩbus in vnum cõgregatis, & de trinitatis fide recte sentiẽtibus Aegyptiorũ epis, Liberius papa. Olim, & ab initio tantã percepimus a beato Petro apostolorũ principe fiduciã, vt habeamus authoritatem pro vniuersali ecclesia, ad rectã defendendã fidẽ, quatenus nulli liceat statũ sanctæ ecclesiæ cõmouere, ad læsionẽ recte credẽtium, absq; sui periculo honoris. Epistolã siquidẽ vestrã, nobisq; directã ante nos recitari fecimus, tribulationes, & persequutiones, quas pro recta fide patimini, intelleximus. Super quibus & nos vna vobiscũ cõdolemus, & laborare pro vobis, vt pater pro filijs, parati sumus. Fidẽ vero Nicæni cõcilij in eadẽ epistola rectã reperimus, super qua & deo gratias vberrimas retulimus, pro qua non solũ modo persequutiones, & passiones sustinere vobiscũ parati sumus, sed etiam, si necesse fuerit, mori pro Chri noĩe, in quantũ nostra finit fragilitas, nõ respuimus. Igitur pdictũ sanctũ cõciliũ (vt legimus) definiuit Nicænũ, aliam fidẽ nulli licere proferre, aut cõscribere, vel cõponere, aut sapere, vel docere aliter, nec quicq̃ in fide sentire, aut proferre, quod his patrũ regulis possit obuiare. Qui aũt psumpserit cõponere aliam fidẽ, aut proferre, docere, vel tradere aliud symbolũ, ad viam veritatis cõuerti desiderantibus de quacũq; hæresi, vel ex Iudęis, vel ex paganis Christianos se fieri volẽtibus, hi si episcopi fuerint, aut clerici, alienari quidẽ epos ab episcopatu, clericos a clero. Si vero monachi, aut laici fuerint anathemate feriri. Protestat etenim beatus Apostolus dicẽs: Si quis certat, nõ coronatur, nisi legitime certauerit. Et iterũ dñs ait: Qui aũt perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Videlicet, certaminibus sacris propositis nobis, pro defensione catholicæ ecclesiæ, magnaq; salute ex hoc sperata ab omniũ bonorũ datore deo, non deficiant

1. Thimo. 6 — Matth. 10. c

D E F

ficiant

A ficiāt manus nīæ, dilectissimi fratres, p occasionē cuiuslibet desidiæ dissolutæ, sed fortes efficiamur p gratiā dñi, atq; virtutē potētię eius, qm̄ pfecit pedes nr̄os tanq̄ ceruorū, & super excelsa firmius statuit intellectū summæ eius humanitatis propter nostrā salutē, maxime, tantā habentes impositā sanctorū testium nubē. Deponētes ergo omne pondus, & circunstantē aduersariorū nouitatem per patientiam curramus aspicientes in authorē fidei, & cōsummatorē Iesum, qui, in proposito nobis propter eum negotio, spm̄ nobis suæ veritatis cōdonet, loquentē in nobis, atq; perhibentem magnalia fidei p doctrinā sanctorū patrū, quos aduersarij calumniantur quotidie. In prophetis nanq; habet: Propter Sion nō tacebo, & propter Hierusalē nō quiescam, donec egrediat vt splendor iustus eius, & saluator eius vt lampas accendat. Profecto catholica ecclesia, quæ vera cōsistit Sion, & ciuitas Christi cœlorū regis, per tot annorū spatia expugnata ab auersantibus verba fidei, qui neq; deū timent, neq; hoīem reuerent, sed incassum perducentibus pias & canonicas de hoc verbo doctrinas, dū a diuersis, tantisq; scripto & sine scripto contestationibus inuitati fuissent corrigere propriā, & a se pellere hæresim, sicuti & p anteriorē cognitionē luculentius demonstratū est, tam per libellos, q̄ per suggestiones reuerentissimorū sacerdotū, & venerabilium abbatū, Apostolo protestante nobis, vt hominē hæreticū post primā & secundam correptionē euitare debeamus, scientes, quia huiusmodi subuersus est, & delinquit proprio iudicio cōdemnatus, nullo modo oportet nos deinceps tacere, aut quiescere (ne quoquo modo iniqui iudicemur, odibilē deo pacē amplectentes, qm̄ scriptum est: Zelaui in peccatoribus, pacē peccatorū videns. Et dicatur etiā de nobis: Sacerdotes mei contempserūt legem meā, & polluerūt sanctuaria mea. Inter sanctū, & prophanū non habuere distantiā, inter pollutū & mundū non intellexerunt) sed cōsurgere cum deo, & consistere prompte, induentes arma spūs, aduersus malignantes contra fidē eius, vt approbemus spūs sapienter, id est, verba eorū, si ex deo sunt. Scriptum est eīn in Hieremia: Probatorē dedi te in populo meo robustū, & scies, & probabis viam eorū. Multa nanq; nobis necessaria est vigilantia, & tanta diuinæ sapiētiæ rimatio, quæ occulta tenebrarū reuelat, ad requisitionē huiusmodi rei, & scrutationē, qm̄ latet quodammodo, & absconditur, vixq; cōprehenditur dolosa existens malitia, pro eo, q sibi pietatē callide blandiatur, vt valeat scrutantiū mentē latere. Quod vtiq; sciens beatus Apostolus, ait: Nam huiusmodi pseudoapostoli, & operarij subdoli transfigurant se in apostolos Christi. Sed nō mirum, qm̄ & ipse Satanas transfigurat se velut angelus lucis. Et ideo non mirū, si ministri eius transfigurant, velut ministri iustitiæ, quorū finis secundum opera eorum. Sed & dominus in hoc præmuniens nos, ait: Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Ergo in idipsum ex toto corde referentes ante omnia super tali quæstione deprecationem, & dicentes cum Dauid: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua, Lucerna eīn pedibus meis verbū tuum, dñe, & lumen semitis meis, qm̄ ipsius est (sicut ait beatus Daniel propheta) sapientia & fortitudo. Dat sapientiā sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinā. Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cū eo est. Quia sapientiam (inquit) & fortitudinē dedisti mihi, & ostendisti mihi, quæ rogaui te, cū ope diuina, vniuscuiusq; psonæ, conscripta eorum, qui pro nouitatis cōmento accusati sunt, de venerabili scrinio obsecundantibus, & nobis rationabiliter offerentibus solertius intendamus, ita, vt qui hæc præsumpserint pÿuaricari, primū quidem subiaceant iudicio terribili omnipotentis dei, deinde autem qualemcunq; regalē indignationē reuereantur, per quā si quidē episcopi, aut clerici sunt, a sui sacerdotij, siue a cleri sui ordine modis omnibus excidant, Si aūt monachi sunt, segregent, & alieni sint de suis locis. Si aūt dignitatē, aut cingulū, aut militiā habeant, nudent eis. Si autē sunt priuati, siquidem nobiles existunt, suarum substantiarum proscriptionem patiantur. Si autem ignobiles, non solum in corpore verberentur, sed exilio perpetuo castigentur, vt omnes timore dei compressi, & comminata eis digna supplicia reuerentes, immobilē & sine turbatiōe pacē sanctarū dei eccle-

Marginalia: B; C; Psalm. 17; Heb. 12. a; Esaiæ. 62. a; Tit. 3. c; Psalm. 72; Sopho. 3. a & Ezech. 22. f; 1. Iohā. 4. a; Hiere. 6. g; 2. Cor. 11. c. d; Math. 7. b; Psal. 118; Danie. 2 c & Iob. 12. c; 24. q. 1. Qui cōtra pacē.

ꝛarum custodiant. Data. viij. Kalendarum Iunij, Asclepio & Deodato viris clarissimis consulibus. Gloria Christo Iesu dño nostro, pax vobis. Amen. D

¶Istorum consulum Marianus Scotus non meminit, nisi forte Asclepiadoti, quē ponit anno. ccccxliij. Verūtamen anni seu tēpora nō quadrāt vtrinque.

DECRETA FELICIS PAPAE SECVNDI.

Ex libro pontificali Damasi papæ.

FElix natione Romanus, ex patre Anastasio, sedit annum vnum, menses tres, dies tres. Hic declarauit Constantium filiū Constantini hæreticū, & secundo rebaptizatum ab Eusebio Nicomediensi, iuxta Nicomediā in Aquilone villa. Et pro hoc declaratu ab eodem Constantio Constantini augusti filio, martyrio coronatur, & capite truncatur. Hic fecit basilicam via Aurelia, miliario ab vrbe secundo, quum presbyterij honore fungeretur. Et ad eandem basilicam, emit agrum circa locū, quem obtulit ecclesiæ, quā fecit. Hic fecit ordinationē vnā in vrbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros. xxi. diacones. v. epōs per diuersa loca. xix. Qui etiam passus est in ciuitate * Corona cū multis clericis & fidelibus, occulte iuxta muros vrbis ad lacus Traiani. iij. Idus Nouembris. Et exinde raptum est corpus eius a presbyteris & clericis noctu, cū Damaso presbytero, & sepultū est in basilica supradicta, quam ipse via Aurelia construxerat. * xij. Kalendas Decembris, miliario secundo. Et cessauit episcopatus dies. xxxviij. E

forte, Corona

al's, xvij.

Quæ Marianus Scotus de Felice isto scribit, post ea, quæ de Liberio superius scripta sunt, inueniri ac legi poterunt.

EPISTOLA AEGYPTIORVM PONTIficum ad eundem, de infestationibus Arrianorum.

DOmino beatissimo, & honorabili, sancto patri Felici, sanctæ sedis apostolicæ vrbis Romæ papæ, Athanasius, & vniuersi Aegyptiorum, Thebaidorum, & Libyorum episcopi in sancta Alexandrina synodo, gratia dei, cōgregati. Vestro sancto suggerimus apostolatui, vt nostri, more solito, solicitudinem gerere dignemini, iuxta vestram prudentissimam sapientiam, quæ omnibus luce clarius manifesta est, quia apostolicis vestra beatitudo visceribus commota, super tribulatione nostra nos omnes hortata est, ad tuitionem catholicæ & apostolicæ ecclesiæ in vnū conuenire, & de nostra canonice oppressione & vnanimiter tractare, dum constat nos vna cum beato Paulo apostolo eadem compassibiliter dicere: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? satagentes, ne aliqua de his, quæ vobis creditæ sunt, rationabilibus ouibus, a bestijs capiatur. Ideo pater beatissime, quia semper antecessores nostri, & nos a vestra apostolica, sancta sede auxilium hausimus, & nostri vos curam habere agnouimus, præfatam apostolicam, & summam expetimus iuxta canonum decreta sedem, vt inde auxilium capiamus, vnde prædecessores nostri ordinationes & dogmata, atque subleuationes cæperunt. Ad eam quoque, quasi ad matrem recurrimus, vt eius vberibus nutriamur, quoniam non potest mater obliuisci infantem suum. Sic & vos nolite obliuisci nos vobis commissos, quoniam non leuibus nos inimici nostri implicauerunt, & quotidie facere moliuntur afflictionibus, & apprehendere, aut ferris nos cōstrin- F

2. Cor. 11. g

Esaiæ. 49. d

A ſtringi minantur, niſi eorũ conſentiamus erroribus, quod nequaquã, vobis inconſultis, agere præſumimus, canonibus quippe iubentibus, abſq; Romano, nos de maioribus cauſis nihil debere decernere, pontifice. Ideoq; ad propoſitum recurrentes, & ad brauium properantes, veſtræ apoſtolicæ ſedis imploramus auxilium, quia (vt credimus) non deſpexit deus preces cum lachrymis ſibi oblatas ſeruorum ſuorum, ſed ob id vos, prædeceſſoresq; veſtros, apoſtolicos (videlicet) præſules in ſummitatis arce conſtituit, omniumq; eccleſiarum eis curam habere præcepit, vt nobis ſuccurratis, noſq; tuentes, cui omna epiſcoporum iudicium eſt commiſſum, liberare ab hoſtibus noſtris non negligatis. Nam ſcimus in Nicæna magna ſynodo trecentorũ. xviij epiſcoporũ, ab omnibus concorditer eſſe roboratum, non debere abſq; Romani põtificis ſententia concilia celebrare, nec epiſcopos damnare, licet hæc, & alia q̃ plura neceſſaria, ab hæreticis, qui nos quotidie infeſtant, & perdere nituntur, vt facilius nos capere poſſint, ſint ſynodica capitula incenſa, nobiſq; ſublata. Qua de re, hac inuenta occaſione, indifferenter, omni canonica & apoſtolica poſtpoſita authoritate, nos vi a proprijs, vobis inconſultis, illicite expellunt ſedibus, oueſq;, nobis a Chriſto domino apoſtolica commiſſas gratia, inuadunt, gradibus priuant, & quod peſſimum eſt, & omnibus Chriſtianis legibus inimicum interficere decertant. Vos ergo (vt ſemper veſtræ ſedi ſanctæ conſuetudo fuit) periclitantibus ſubuenite, oppreſſos roborate, tribulatis manũ porrigite, taliaq; prohibete, & leges imponite, vt apoſtolica do-

B ctrina, quæ in deo eſt, cito ad victoriam iudicium perducere valeat noſtrum, noſq; (apoſtolorum principe ſuffragante Petro) ab imminentibus periculis liberare. Nouimus nanq;, in iam p̃fata Nicæna ſynodo generaliter eſſe decretũ, vt nullus paſſim, vageq; ep̃os, aut p̃ſumptiue lacerare, aut accuſare, & qui non ſunt rectæ fidei, vel bonæ vitæ, vel claræ conuerſationis, aut infamare p̃ſumat, ſed prius, ſi erga ep̃os vel authores eccleſiæ quiſquã cauſam habuerit, eos cum charitate manſuete conueniat, vt ab eis vulnus, vnde agitur, recte ſanetur, aut ipſe, ſi ſecus egerit, accuſator excommunicetur. Quod ſi ab eis nihil valuerit recte percipere, tunc primo ſummos adeat primates, & ipſi, tempore congruo, canonice eos conuocare debebunt. Qui, ſi aut ſuis rebus expoliati, aut a proprijs ſedibus eiecti, aut * exulantes, vel oppreſſi, aut inique tractati fuerint, primo eruantur, & canonice reſtituant, atq; omnia ſibi ſublata integerrime cis legibus reddantur, quoniam, priuſquam hæc fiant (vt in p̃dicto conſtitutum eſt concilio) nec canonice conuocari, nec diſtringi a quoquã poſſunt, q̃m nec ſeculi leges hæc fieri permittunt, quanto magis eccleſiaſticæ? Similiter, & a ſupradictis patribus eſt definitum, conſonanter, vt ſi quiſquam epiſcoporũ, aut metropolitanum, aut comprouinciales, vel iudices ſuſpectos habuerit, vel veſtram ſanctã Romanam

C interpellet ſedẽ, cui ab ipſo dño poteſtas ligandi ac ſoluendi ſpeciali eſt priuilegio ſuper alios conceſſa. Ipſa em̃ firmamentũ a deo fixum & immobile percepit, quoniam ipſam, formã vniuerſorũ titulorum lucidiſſimã, dominus Ieſus Chriſtus veſtrã apoſtolicam conſtituit ſedẽ. Ipſa eſt em̃ ſacer vertex, in quo omnes vertuntur, ſuſtentantur, releuantur. Et ſicut in Chriſto Chriſtiani, & in petra (id eſt, Chriſto) Petrus, Petri renouantur eccleſiæ. Tu es em̃ (ſicut diuinũ veraciter teſtatur eloquium) Petrus, & ſuper fundamentũ tuum, eccleſiæ columnæ, id eſt, epiſcopi, qui eccleſiam ſuſtinere & proprijs humeris portare debent, tibi ſunt confirmatæ, tibiq; claues regni cœlorum commiſit, atq; ligare & ſoluere poteſtatiue, quæ in terra, & quæ in cœlis ſunt, promulgauit. Tu profanarũ hæreſium, & impetitorum, atq; omnium infeſtantium depoſitor, vt princeps & doctor, caputq; omniũ orthodoxæ doctrinæ, & immaculatæ fidei exiſtis. Igitur ne deſpicias, pater, tuorũ patrum pietatem, bonamq; intentionem. Et, ſicut illi patres & p̃deceſſores noſtros a multis liberauerunt oppreſſionibus & anguſtijs, ita nos liberare digneris. Nam fuit ſemp veſtræ ſanctæ & apoſtolicæ ſedi licentia, iniuſte damnatos, vel excommunicatos poteſtatiue ſua authoritate reſtituere, & ſua eis omnia reddere, & illos, qui eos condemnauerũt, aut excommunicauerunt, apoſtolico punire priuilegio, ſicut etiam noſtris, & anterioribus cognouimus actum temporibus. Porro, & ipſi primates, qui epiſcoporum & ſummorũ eccle

Et habet in ep̃la dec. Iulij cõtra orietales p̃ Athanaſio, ca. 7

Ibidem ca. 17

Ibidẽ ca. 8

* al's, exiliati

Ibidẽ ca. 4

Ibidem ca. 5

Matth 16. c

Ibidem

siasticorum negotiorum causas suscipere debet, in præfixa Nicæna synodo sunt dinumerati, ne in posterum cõtentio ex hoc oriretur. O sanctissime pater patrũ, abscinde blasphemias, & iactantiam vaniloquioꝝ, & insidiantium infestationes, nos & fratres nostros opprimentium, atq; perdere volentiũ, qui ad vos, quasi ad caput confugimus, vt vestro suffulti auxilio liberemur, & vobis, nobisq; commissas Christi oues a lupoꝝ ore, domino adminiculante, antequã deglutiantur, eripiamus. Nec eñ fas est, supplicum apostolicæ sedis scripto, aut sine scripto preces oblatas despicere, sed, vt condecet, & priuilegium vestræ sedis est, & nos & illi canonicaliter cõuocemur, & ante vos de nostris obiectionibus canonice cum omni probitate concertemus, sicut pdecessores nostri penes vestros fecerunt antecessores, & sicut canonica, in pdicta sancta synodo, docent instituta, & veluti palliati *verbi per ventilabrum canonicæ examinationis, plenã purgationẽ in communi consistentes auditorio de maturis, & enutrientibus catholicæ ecclesiæ dogmatibus, quæ confirmant cor hominis, per participationẽ paternaꝝ consequamur institutionũ. Antiquis eñ regulis * censitum est, vt quicquid, quamuis in remotis, aut lõginquis positis prouincijs super episcoporum querelis, aut accusationibus ageretur, non prius tractandũ vel accipiendũ esset, q̃ ad notitiam almæ sedis vestræ fuisset deductũ, vt huius authoritate iusta, quæ fuisset, pronuntiatio infirmaretur, aut firmaretur, indeq; sumerent normã, vnde ecclesiæ sumpsere pdicationis exordium, ne passim ab insidiatoribus columnæ euerterentur ecclesiæ. Certum est eñ, eidem sanctæ sedi vestræ, in honorẽ beatissimi Petri, patrũ decreta peculiarem decreuisse reuerentiam dei, pro rebus inquirendis atq; determinandis, quas solicite decet, iusteq; ab ipso psulum examinari vertice apostolico, cuius solicitudo semper fuit & est, tam mala damnare, q̃ probare laudanda. Quocirca, humillimũ vestro apostolico culmini persoluentes obsequium, vt ipse dominus præcepit, & sanctoꝝ decreta patrum statuerunt, cum lachrymis suggerimus, quod sine gemitu cordis reticere non valemus. Nam in tantum a persequutoribus sanctæ dei ecclesiæ, nostrisq; inimicis persequimur, vt magis nos tædeat viuere, q̃ mori. Vnde præ omnibus fatemur in tantum cor esse nostrũ vulneratum, vt propheticum illum planctum exoptemus, dicentes: Quis dabit capiti nostro aquã, aut oculis nostris fontem lachrymarum, vt sedentes, ploremus die ac nocte? Ecce eñ ecclesia dei non leuiter perturbatur, columnæq; eius nimis infestantur, atq; a prauis amoueri hominibus nituntur, Christianoꝝ vero voces, ac gemitus episcopoꝝ longe, lateq; resonant, nouitates insurgunt, calumniæ crescunt, persequutio grassatur, perditio fit populorum. Vestrum est eñ, nobis manum porrigere, quia vobis commissi sumus. Vestrũ est nos defendere atq; liberare, nostrũq; est, vobis auxiliũ expetere, vestris parere iussionibus. Præ nimio ergo dolore & gemitu, omnia, quæ nobis instãt, & nos infestãt, * necessario recordari, vobisq; significare nequimus. Ideo almũ vestrum exoramus apostolatũ, vt super his, legẽ, quæ in memorata Nicæna synodo est promulgata, licet pdictoꝝ insidiatoꝝ, & alioꝝ maloꝝ hominũ (vt facilius episcopos, deiq; ministros valeant illaqueare) deprauatione sit suffocata, reparetis, &, quæ necessaria fore cognoscitis, vestræ sanctæ sedis authoritate, nos, cunctosq; fratres informetis, vt malorũ insidias hominũ, vestra fulti authoritate, illæsi, dño opitulãte, euadere valeamus; quia nõ est ouium, insidias lupoꝝ puidere, sed pastoꝝ est. Scimus eñ (vt semp vestræ sedis psules, primo apostoli, deinde successores eoꝝ fecerunt) vos vniuersalis ecclesiæ, & maxime episcopoꝝ, qui oculi, propter contemplationẽ & speculationẽ, vocantur dñi, curam gerere, ac de releuatione & lege nostra assidue cogitare debere, sicut scriptum est: Beatus vir, qui meditat̃ in lege dñi die ac nocte, quæ meditatio, nõ lectione p figurã literaꝝ tantum conspecta, sed exuberante in vobis Christi gratia, in vestra cognoscit̃ conscientia, immobiliter insita, & nullatenus de vestro corde recedente lege Christi dei dñi sacrosancta, sicut in psalmo dicit propheta: Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquet̃ iudiciũ, lex dei eius in corde ipsius, nõ atramento, sed spũ dei viui vestra in arcana * mente conscripta, neq; in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, sicut beatissimi apostoli Pauli, ad Corinthios missa nos docet epistola,

[Marginalia: al's, verbis — al's, sancitum — Hiere. 9. a — al', necessaria — Psalm. 1. — Psalm. 36. — al's, nõ habet, mente — 2. Coꝝ. 3. a — D — E — F]

A stola. Quibus præmissis, significamus deo placitę paternitati vestræ, die. xvij. Kalendas Augustas, indictionis quartæ, vestrā humilitatem, diuina gratia, suo (vt præcepit) munere præueniente, vestris sanctis, ac deo dignis precibus in sancta Romana ecclesia pontificalis honoris accepisse consecrationem, & stolam, in quo dignitatis fastigio, vt a deo omnipotente regamur altissimo, & a malis omnibus liberemur, vt non sacerdotale nomen tātum, sed Christi domini dei nostri protegente auxilio, & meritum habeamus, vestris sanctis, ac deo acceptabilibus nos commendātes orationibus, poscimus, quatenus & vestris deprecationibus, pro nobis ad deum effusis, muniti, & eruditionibus bonis instructi, digni efficiamur, cum omni nobis populo Christiano commisso illæsi, protegi velamēto diuino. Ad salutationē ergo vestræ sanctæ & honorandæ paternitatis vice nostra, Benedictum humilem vestrum fratrem, nostrum episcopum & Alexandrum presbyterum, Crispinum quoq; diaconem vestros famulos destinauimus, quos postulamus, celerius nobis a vestra beatitudine psolui, vt vestris cohortationibus roborati, & vestris regulis informati, inimicis videlicet compressis, ad proprias prudēter consolati valeamus ecclesias ante hyemem deo propitio remeare. Vestrum est quippe, pater sanctissime, canonica districtione solicite, ecclesiasticæ regulæ aduersantibus, & fratrum insidiatoribus obuiare, nec pmittere nouiter dici, quod patrum venerabilium authoritas omnino non censuit. Nos enim humiles

B corde, quæ recta sunt, *adiuuante domino, sapiētes vno vinculo charitatis vobiscum sumus constricti, veram fidē, ac religionē catholicam in omnibus fortiter defensantes. Studiosius itaq; ac catholicæ improbis probe resistētes innitendum est, ne torpētes desidia oppressi, culpæ taciturnitatis teneamur obnoxij, & quasi fauorem impendētes, iudicemur, dum aduersa catholicæ fidei propulsare negligimus. Vnde dictum est. Negligere quippe, dum possis deturbare peruersos, nihil aliud est, q̄ fouere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Liquet, doctor sanctissime, venenosa serpētium sine simplicitate astutia, dum manifesta est dolosa inimicorum fallacia. Succurrite (quæsumus) oppressis, liberate nos de manu persequētiū, vt cum beato Iob cantetis: Benedictio perituri sup me veniebat, & cor viduę cōsolatus sum. Iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimento, & diademate, iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & causam, quam nesciebam, diligētissime inuestigabam. Conterebam molas iniqui, & de dentibus *eorum auferebam prædam, & reliqua. Nos enim quos tua maxima expectat cura, id est, omnes episcopi, præcipue tuum mereri debemus iudicium, & non ab alijs deuorari.

C Merito ergo nos domini causa respicit sacerdotes, si silentio faueamus errori. Siquidem corripiantur huiusmodi, nec sit liberum eis, pro voluntate facere iudicium. Desinat nouitas incessere vetustatem, desinat ecclesiarum quietem inquietudo turbare: Nam vt omnes metropolitani, vel reliqui episcopi sua odia, aut vindictas in reliquos episcopos exercere non valeant, ideo nominatim in Nicæna synodo expressi sunt primates, qui reliquos episcopos audire, & iudicare debeant, ne vlla fraus in iudicio episcoporum possit irruere. Vos ergo, qui in summo speculo gratia dei estis positi, attendere eos, & opprimere oportet, qui in fratres seditiones, & scandala excitant. Ideoq; exoramus, vt minime despiciatis humilitatis nostræ, & omnium Orientalium orthodoxorum sacerdotum, & populorum afflictiones, & deprecationes, cum lachrymis oblatas, sed sicut luminaria, vniuerso mundo, verbum vitæ retinentes, introductas extinguite tenebras nephandissimorum insidiatorum, temporibus etiam nostris procaciter germinatas, quatenus funditus extincta huiusmodi caligine Lucifer nobis resplendeat per vos, sanctissime pater, & dogmatica definitio vbique omnes lætificans, quam gloriosi ecclesiæ *sancti patres per propria pijssima dogmata in æternæ vitæ firmam hæreditatem prædicasse noscuntur.

Marginal notes: als, adiutore. — Iob. 29. c — alias, illius — alias, sanctæ

Et subscriptio.

Incolumem te, & beneplacitum deo, sanctissime pater patrum, orantem pro nobis, dominus custodiat in æuum, Amen.

CAPITVLA SEQVENTIS EPISTOLAE decretalis Felicis papæ ſecundi.

D

E

RESCRIPTVM FELICIS PAPAE SECVNDI, AD EOSdem in Alexandrina ſynodo congregatos, & eſt ipſius epiſtola prima.

REuerendiſſimis, atq; dilectiſſimis fratribus Athanaſio, & vniuerſis Aegyptiorum, Thebaidorum, Libyorum epis, in ſancta Alexandrina ſynodo congregatis, Felix almæ Romanæ vrbis, & vniuerſalis eccleſiæ epus, & ſancta ſynodus, quæ in vrbem Romã conuenit, in domino ſalutẽ. Sacrã veſtrã ſynodicã epiſtolam, per gratiã ſancti ſpiritus, & deo placitum ſtudium conſcriptã, veſtræ a deo honorãdæ ſanctitatis gratia libenter ſuſcepimus, atq; inſtanter in ſynodo recitari per ſingula iuſſimus, & omnes intente eius colligere verba præcepimus, ſuper quæ, dum lætari ſperabamus, & cupiebamus, verſa eſt in luctum cythara noſtra, & cãtatio in plorationem, & omne totius ſynodi gaudium in mœrorem trãſlatum eſt, quia non decuerat, vt hi, qui corpus Chriſti quotidie proprio conficiunt ore, tantam paterentur pſecutionem, quoniam dominus deus noſter, ſalutem prouidens generis humani, mãdauit pſecutiones non fieri, neq; fluctuationes inferri, nec inuideri laborãtibus in agro dominico, neq; diſpẽſatores magni regis vexari, aut expelli. Quieſcite, inquit ſancta magna Nicæna ſynodus, & nolite pſequi eos, qui deo perfecte miniſtrãt, & ſyncera voluntate dei ſuperni mãdata cuſtodiunt, & noſtris legibus ſubiugãtur, qa nec decet, nec ordo patiť, vt iniqui, & carnales ſpũales pſequanť. Omnis eñ, qui reſiſtit alicui nunc vertendo, nunc cælãdo veritatem, mentiť aduerſus eum, contra quem litigat. Et qui infeſtus eſt alicui, oĩa ſicut hoſtis agit, & inſup loqui contẽdit. Vos eñ monemus, frẽs, in ſpeculis eſſe debere, vt inquãtum poteſtis, & dñs auxilium dederit, talibus noſtra apoſtolica, veſtraq; authoritate reſiſtatis, nec quiſquã veſtrũ a fratris auxilio ſe ſubtrahat, ſed pro viribus præſtet adminiculum.

Iob. 30. d

6. q. 1. Quieſcite inqt ſanctã

F

Qm̃ li-

A Quoniã, licet pauci sitis, si vnanimes fueritis, nullatenus iustitia suffragãte, dño quoque opem ferẽte, superabimini, qa funiculus triplex difficile rumpit. Nam si officijs secularibus humana lex subuenit, quãtomagis ecclesiasticis, & dñi sacerdotibus, maximeque pontificibus, q pupillæ oculorum dñi nuncupant, diuina atque catholica lex suffragari debet? Ait em̃ diuinum de epis eloquium. Qui vos tãgit, tãgit pupillã oculi mei. Et si seculares humana multipliciter explorãtur hoies lege, & requisitiões, atque induciæ eis multorum mensium cõceduntur, ne iniuste damnent, quãtomagis epis, q proximiores sunt deo, & sup hos cõstituti, positique in cœlesti militia, quæ impẽsius ponderãda est, tpa sunt concedẽda multo ampliora, ne a qbusdã grauent, aut opprimãtur, vel subito damnent? Incipiamus ergo, adiuuãte deo, & sancto Petro apostolo, p quẽ apostolatus, & episcopatus in Chro cœpit exordiũ, qm̃ plures sępe emerserunt causæ, quæ in quibusdã non erãt causæ, sed crimina, q a magis, vt comperimus, iniquitate, quã charitate fratribus sunt impositæ. Et vt de cætero solicitudo sit, ne talia * eueniãt, capitula quædã, a sanctis prĩbus tam in Nicæna synodo, quã & in hac sede constituta, ponamus, quibus frẽs, & coepi nostri fulti, insidias inimicorum, auxiliãte dño, valeãt euadere, & prout dñs posse dederit, paucioribus verbis tantorum malorum imitemur compendiũ, & strictim, quæ in volumine literarum vestrarum comperimus, retractemus, & alia nonnulla instantis temporis necessaria, prout petitis, ponamus.

Eccls.4.c

Zacha.2.c

als, pueniant

B

I Est nanque synodicis decretum institutis, vt nemo episcopum penes seculares arbitros accuset, sed apud summos primates.

II Si qs aduersus epm causam habuerit, nõ prius alios epos adeat, vt eũ accuset, q̃ familiariter ei suã indicet querelã, & ab eo aut iustã emendationem, aut rationabilem pcipiat excusationem, ipsa nos instruente veritate. Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Si te non audierit, adhibe duos, vel tres tecum, & si non hos audierit, dic ecclesiæ id est, accusa eum publice, & non prius, & reliqua.

Matt.18.b, & Lucæ.17.a

III Si qs epm post hæc elegerit accusare, summis primatibus eporum suã indicet cãm, & nõ secularibus, q magis ad pacẽ, q̃ ad iudiciũ eos reuocẽt, vt charitas in oĩbus & ab oĩbus custodiat. Si primates accusatores eporum cũ eis pacificare familiariter minime potuerĩt, tũc tpe legitimo eos ad synodũ, canonice cõuocatã, nõ infra angusta tpa canonice cõuocẽt, & nõ prius, q̃ eius pscripta significẽt, quid eis opponit, vt ad respõsionem pparati adueniant. Nam si aut vi, aut timore eiecti, aut suis rebus expoliati fuerint, nec canonice euocari ad synodum possunt, nec respondere æmulis debẽt, anteq̃ canonice restituantur, & sua eis omnia legaliter reddantur.

5.q.2. Si primates accusatorum

C

IIII Si qs eporum fuerit suis rebus expoliatus, aut a sua ecclesia vi, aut timore expulsus, quod oĩ Chriano nomini est inimicũ, oportet, & decet * eporum propositum semp prima fronte cędere, vt oĩa quæ ei ablata sunt, potestati eius legaliter reddant & præsul prius restituat, & postea nõ statim, sed diu & p spaciosa tpa suis potestatiue dispositis, & ad suã necessitatem præparatis, ad tempus veniat ad causam, & si iuste visum fuerit, accusatoribus respondeat suis.

alias, eporum ppositũ sp prima frõte solicitum esse, alias, sanctũ ppositũ semper prima frõte incedere Et idẽ habet in decretis Iulij cap.35.

V Nulli infami, atque sacrilego de quocunque liceat negotio, aduersus religiosum Christianum, q̃uis humilis, seruilisque psona sit, testimonium dicere, nec de qualibet reactione, aut inscriptione Christianum impetere.

VI Si quis episcopus legitime accusatus, & supradicto ordine, ad concilium canonice conuocatus fuerit, absque vlla trepidatione ire debebit, & si ire non potuerit, pro se legatum ad synodum mittat.

VII Nullæ causæ a iudicibus ecclesiasticis audiantur, quæ legibus non continentur, vel quæ prohibitæ esse noscuntur.

VIII Si qs aliter nõ adqeuerit, nisi vt epm accuset, supra taxato hoc tenore, agere debebit, qa aliter rata nõ p̃t accusatio existere. Tũc primo accusati causam accusator apud primates canonice deferat. Nec a cõione prohibeat accusatus, nisi ad electorum iudiciũ canonice cõuocatus, infra tres aut sex, vel plures mẽses pro suis rõnẽ redditurus venire distulerit. Qd si probare potuerit, q̃d nõ noluerit, sed nõ potuerit venire, nihil

ei no-

ei nocebit. Ille vero, qui vi aut timore a sede pulsus, aut suis rebus expoliatus fuerit nõ prius vocet ad synodũ, quã ei om̃ia legibus redintegrent. Et tã diu in sede propria pacifice & ptãtiue cũcta dispones, resideat q̃ diu expulsus, vel expoliatus carere visus ẽ rebus. Cũ aũt ad iudiciũ venerit, si voluerit, & necesse fuerit, induciæ ei petẽti, a patribus cõstitutæ, absq; ĩpedimẽto cõcedant, & iudices, a se electi, tribuant, vt in loco vnde est ille, qui accusat, aut si alibi alicuius temerariæ multitudinis vim metuerit locum sibi congruum eligat, quo absq; timore suos, si necessitas exposcerit, testes habere, & absq; impedimento suam canonice sententiã finire valeat, quia multa per subreptionem euenire solent.

3.q.2. Tã diu in sede. Et in dec. suo. li. 4. 3.q 3. Cũ accusat9 ad. Et i decr. suo. li. 4

IX Vt testificãdi, vel accusandi licẽtia denegeẽ, q Chrianæ religiõis & nois dignitatẽ, & suæ legis, vel sui propositi normã, aut regulariter prohibita neglexerint.

X Multũ derogatio pualet, qñ derogatori credit. Ideo variis detrectatiõibus atq; accusatõibus nõ decet labefactari primatẽ, sed magis patrũ regulis roborari. Nec facile, aut indifferẽter suscipere accusatiões psumat, dicẽte dño: Nõ suscipias vocẽ mẽdacij, sed prius probare debet suspitionẽ & causam, aut quo animo hoc faciat, & postmodum suscipere, qa veritatis professionẽ propinquitatis, inimicitiæ, timoris, amoris, odij & cupiditatis intentio impedire, & aduersa fratribus irrogare solet.

Exodi. 24. a

XI Personæ accusantium tales esse debet, quarũ fides, & cõuersatio, & vita probabilis, & absq; reprehẽsione sit, & quæ om̃i careãt suspitione, qa & hoc, te psente, vt bene nosti, in Nicæna synodo, propter malorũ hominũ infestationẽ, ab om̃ibus diffinitum est, licet prauorũ hominum insidijs sint hæc & alia q̃ plura deleta.

XII Primates illi & non alij sint, quam in Nicæna synodo sunt cõstituti. Reliqui vero, qui metropoles tenent sedes, archiepiscopi vocantur, & non primates, salua in omnibus apostolicæ sedis dignitate, quæ ei ab ipso domino est concessa, & postea a sanctis patribus roborata.

Hic nota q̃dã de decretis in Nicæna synodo deleta, & q Athanasi9 interfuit Nicenę synodo, & verũ est, sed nõ vt epũs

XIII Primo semp in omni epõrum accusatione vita, psona & conuersatio accusantium enucleatim inquirat, & postmodũ ea, quæ obijciunt, fideliter ptractent, qm̃ nihil aliter fieri debet, nisi impetitorũ prius requirat fides psonæ, vita, & actus discutiatur, quia non debet prauorũ, aut insidiãtium hominum pernicie vita lacerari innocentium. Sane sæpissime boni a malis *disperguntur, qui non cessant suis calamitatibus alijs derogare. Ideo summopere prouidendum est, ne hæc fiant.

Matth. 16. c alias, decet al's psequunt

XIIII Nullus seruus, nullus libertus, nullus infidus, nullus criminibus irretitus, nullus calumniator, nullus, qui inimicitijs studet, nullus, qui frequenter litigat, & ad accusandum, vel detrahendum est facilis, nulla infamis persona, vel omnes, quos ad accusanda crimina publica leges publicæ non admittunt, permittantur episcopos accusare, quoniam accusatores, & accusationes, quas leges seculi non recipiunt, qua ratione sacerdotalis eas recipere debet ordo, inuenire nequeo, cum hæc & in Nicæna synodo prohibita sint, & illi magis ab istis, non isti ab illis iudicari debeant, & apostolus dicat, spiritualis iudicat omnia, ipse vero a nemine iudicatur.

3.q.5. Nullus seruus, nullus

1. Corĩ. 2. d

XV Hæretici, a quibus nimium opprimimur, excõmunicatiq;, homicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos, magosq; concurrerint, nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium erunt admittendi.

XVI Nec ita in ecclesiasticis agendum est negotijs, sicut in secularibus. Nam in secularibus, postquam legibus vocatus venerit, & in foro decertare cœperit aliquis, non licet ante peractam causam recedere, in ecclesiasticis vero, dicta causa, recedere licet, si necesse fuerit, aut si se prægrauari viderit.

XVII Quotiens episcopus super certis accusatur criminibus, si tales fuerint accusatores, qui iuste & canonice recipi debeant, legitima in synodo suo in tempore congregata, ab omnibus canonice audiatur, qui sunt in prouincijs episcopis. Quod si legitimi non fuerint accusatores, non fatigetur episcopus, quia sacerdotes ad sacrificandum vacare debent, non ad litigandum. Nec illi, qui throni dei vocantur, prauorum hominum insidijs turbari debent, sed libere Christo domino famulari.

XVIII

A XVIII Quanquam comprouincialibus episcopis, vna cum eorum metropolitano suæ prouinciæ causas episcoporum liceat charitatiue, & concorditer agitare, non tamen sicut in prædicta, te præsente, constitutum est synodo, licet definire, absque Romani pontificis authoritate. Quod si secus a quibusdam præsumptum fuerit, ipsi qui hoc egerint, suæ præsumptionis suscipiant damnum, & illi, qui ab eis perperam excommunicati, aut damnati fuerint, authoritate huius sanctæ sedis, & beati præceptoris nostri clauigeri Petri potestate soluantur, atque restituantur. Ipse enim ait dominus: Quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cœlis. Matth. 16. c

XIX Quoties episcopi se a suis comprouincialibus, vel a metropolitano putauerint prægrauari, aut eos suspectos habuerint, mox Romanam appellent sedem, ad quam eos absque vlla detentione, aut suarum rerum ablatione libere ire liceat. Et dum prædictam Romanam matrem appellauerint ecclesiam, aut ab ea se audiri exposcerint, nullus eos aut excommunicare, aut eorum sedes subripere, aut eorum res auferre, aut aliquam eis vim inferre præsumat, antequam eorum causa Romani pontificis authoritate finiatur. Quod si aliter a quoquam præsumptum fuerit, nihil erit, sed viribus carebit. Nam nec hoc perperam præsumimus, sed & ipsum in Nicæna synodo constitutum, & antecessores nostros egisse, bene, Athanasi, nosti, quoniam quando tu, & Paulus Constantinopolitanus, Asclepius Gaze, & Lucianus Adrianopolites ab Orientalibus episcopis, inconsulto sanctæ memoriæ Iulio, prædecessore nostro, damnati estis, & ad eum B quasi ad totius orbis caput (vt semper huic sedi sanctæ licitum fuit) confugistis, cognita eorum nequitia, & vestra iustitia, vos in communionem suscepit, & omnium vestrum curam gerens, propter sedis propriæ dignitatem, suas singulis reddens ecclesias, Orientalibus scripsit, culpans eos, quod non recte tractassent viros inculpabiles, de suis ecclesiis expellentes, & constituta Nicæni concilij minime conseruantes.

E quibus ad certum diem nonnullos sibimet adesse præcepit, vt de talibus præsumptionibus certam redderent rationem, & coram eis ostenderet, iustum se super eis protulisse decretum. Interminatus est etiam, non talia deinceps fratres esse passuros, & nisi ab huiusmodi præsumptionibus cessaret, a proprijs esse gradibus eos recessuros. Tali enim huius sanctæ sedis priuilegio tu, & fratres tui proprias recepistis ecclesias, cum omnibus sibi pertinentibus. His enim, & alijs quamplurimis documentis manifestum est, nullum damnari, aut suis expoliari rebus debere episcopum, qui hanc sanctam sedem interpellauerit, aut sibi defensatricem asciuerit, donec iudicium de eo nostræ apostolicæ authoritatis, hoc est, principis apostolorum Petri agnoscat, quia solummodo Christus Iesus huic sanctæ sedi. i. apostolicæ hoc facere commisit, vtpote quoniam solus atque præ omnibus præfatus princeps apostolorum creditus est, atque percipere meruit a rege regum Christo deo claues regni cœlorum. Matth. 16. c

C XX De inducijs vero episcoporum, super quibus consuluistis, diuersas a patribus regulas inuenimus institutas. Quidam enim ad repellenda impetitorum machinamenta, & suas præparandas responsiones, & testes confirmandos, & concilia episcoporum, atque amicorum quærenda, annum, aut sex mandauerunt menses concedi, quidam autem annum, in quo plurimi concordant. Minus vero quam sex menses non reperi, quia & laicis hæc indulta sunt, quantomagis domini sacerdotibus? Nam & nostris antecessoribus, atque reliquis sanctis patribus multoties inhibitum est, ne quis domini sacerdotibus detractiones irroget, quantomagis accusationes, non ex radice charitatis prolatas? Quiescite (inquiunt) & nolite persequi eos, qui perfecte deo ministrant, quorum orationibus, & terrena bella sedantur, & recedentium a deo angelorum pelluntur incursus, quique omnes dæmones, qui corrupti sunt, precum assiduitate confundunt. Induciæ namque non sub angusto tempore, sed sub longo spacio concedendæ sunt, vt accusati se præparare, & vniuersos communicatores in prouincijs positos conuenire, & testes præparare, atque contra insidiatores se pleniter armare valeant. 3. q. 3. De inducijs vero. Et in decr. Iuo. li. 4 Supra in principio huius decretalis, vbi allegatur Nicænum concilium 3. q. 3. De inducijs vero. Et in decr. Iuo. li. 4

XXI Iudices enim, & accusatores tales esse debent, qui omni careant suspitione, & ex radice charitatis suam desiderent promere sententiam. His ergo tam legaliter, quam & canonice platis, etiam omnium Christianorum reuerentiam congaudere deposcimus, spirituali intercedente dilectione,

& ti-

Iohan.13.d Galat.1.b Roma.8.f Roma.14.c 1.Petri.5.c

& timore dñico, per quem humana remouetur offensio, & ecclesiarum ædificatio præponit vniuersis, vt magis vniuersi ad ædificationẽ fratrum laborẽt, quã ad dãnationẽ, quoniam ait dominus: In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis adinuicem. Iam enim formam dedimus, & a prędecessoribus nostris datam esse cognouimus, vt si qs se agnouerit Christianum, illud seruet, quod ab apostolis noscitur esse contraditum, dicente apostolo Paulo: Si quis vobis annuntiauerit, præter quod accepistis, anathema sit. Christus enim dei filius, dominus noster humano generi propria passiõe salutẽ plenissimã cõdonauit, vt nos liberaret. Etsi deus in tm̃ nos dilexit, vt etiã proprio filio nõ pceret, sed pro nobis oĩbus illũ traderet, vt nos liberaret, vt qd nos nõ diligimus frẽs, aut eos temere iudicamus, cũ p̃dictus dicat apostolus: Nolite iudicare inuicẽ, sed hoc magis iudicate ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum. Nam si illi, qui fratres diligunt, ex deo nati sunt, & vident deum, quid ergo erunt illi, qui eos persequuntur, & eos, detrahendo, machinando, accusando, infestando damnare moliuntur? Si illi filij dei, proculdubio hi filij sunt diaboli, qui semper, sicut leo rugiens, circuit, quærens, quem deuoret, ita frẽs insequunt, vt perdant. Qui vero adiuuare frẽs refugiũt, maius peccatorum onus acquirunt & fraternitatis solatio rei existunt: Væ (inquit propheta) qui potum dat amico suo, mittens fel suum. Et iterum sapientissimus Salomon ait: Quoniam, qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens iudicium. In cogitationibus enim impij interrogatio erit, sermonum autem illius ad deum perueniet auditio, ad correptionem iniquitatum illius, quoniam auris zeli audit oĩa, & tumultus *murmurantium non abscondet. Hæc em̃ si amplecti voluissent proprio, & sano sensu, ad reprobũ minime laberẽtur, sed p dei timorem sermonum suorum precauẽtes custodiam, piam sanctorum patrum definitionem sine quadam nocumenti præsumptione vtiq; conseruarent, quoniam dicit sacrum eloquium. Concilium bonum conseruabit te, & mens bona custodiet te. Non enim de fontibus salutiferis, spiritualiter ad acquisitionem æternæ vitæ procedunt tales accusationes, & detractiones, atq; ideo competenter nos beatus Paulus admonens ait: Non debere plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobritatẽ. In definitione pietatis perduremus. Qui enim hanc prętereunt, non tantum ipsi sunt decidentes a corroboratione sua, sed insipientiæ suæ dereliquerunt omnibus memoriã, vt in his, in qbus peccauerũt, minime latere potuissent. Gloria em̃, & contumelia, in loqla & in lingua hominis casus illius est. Ideoq; conueniens est, hanc quidem ostẽsionẽ rep̃hensionũ illorum nr̃is actibus iseri, ne vlterius iam talia patiamini, seminãtibus illis zizania & scãdala, sed lętari in officijs & dogmatibus vr̃is mereamini. Igit erubescãt talia, & * hmõi blasphema subtrahere festinẽt, si noluerint a sacerdotali nr̃o collegio segregari, & a totius Chr̃iani populi societate diuelli. Licet nãq; de his plura, & p necessaria, quæ in decretis sedis apostolicæ, & ab apostolis, eorumq; successoribus nostris, videlicet, prædecessoribus statuta inueniuntur, dicere, & conscribere potuissemus, tamen melius nobis visum est, vt epistolam oratione claudamus. Deus omnipotens, & huius vnigenitus filius & saluator noster Iesus Christus, hoc vobis tribuat incitamentum, vt omnibus fratribus, & coepiscopis nostris, quibuscunq; tribulationibus laborantibus, totis succurratis viribus, & cum eis compatientes, crucem eiusdem domini saluatoris portetis, vt veri ipsius discipuli corã omnibus appareatis, vt & vos, & qui vobiscum sunt, hic, & in futuro possideatis meliora, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit deus diligentibus se, p dominum nostrum Iesum Christum, per quem, & cum quo omnipotenti deo patri gloria in secula seculorum, Amen. Valere vos opto, fratres charissimi. Data Idus Februarij Agario & Iuliano viris clarissimis consulibus.

Abacuc.2.b. Sapiæ.1.b alias, murmurationum. Proue.2.c Roma.12.a Eccl.5.c alias, ab huiusmodi blasphemia se.

Alterius istorum consulum Agarij videlicet nemo eorum, qui Romanos consules recensent, ponit. Sed Iuliani meminit Marianus Scotus circa annos ad veritatem euangelij.ccc.lxxiiij.&.ccc.lxxix.&.ccc.lxxxi.

Eiusdem

A

¶ Eiuſdem ad eoſdem epiſtola, & ad reliquos domini ſacerdotes de patienti ſufferentia perſecutionum & tribulationum, eſtq́ tertia epiſtola.

FElix ſanctæ vniuerſalis eccleſiæ papa, atq́ per gratiã dei catholicæ, & apoſtolicæ eccleſię vrbis Romæ epiſcopus, vna cum ſancto concilio noſtro reuerentiſſimorum ſacerdotũ, huc nobiſcum conuenientium, in confirmatione piiſſimorum catholicæ eccleſiæ dogmatum, & releuatione oppreſſorum fratrum coepiſcoporum, videlicet noſtrorum, qui rectam Nicæni concilii tenent fidem, & qui fratres non infeſtant, vniuerſis ſpiritualibus fratribus noſtris, & reliquis, in ſacerdotali collegio dño conſecratis, atq́ omni plenitudini eccleſiæ catholicæ, gratia vobis, & pax multiplicetur, in confortatione, & ſancti ſpiritus communione, quatenus in eo proficientes a gloria in gloriam, virtutes annuntiemus eius, qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen ſuum, apud quem nõ eſt tranſmutatio, nec *viciſſitudinis obumbratio. Portate, fratres, hortamur, perſecutiones, & tribulationes patienter, vt eius inueniamini filii, quem quotidie patrem vocatis deum in cœlis. Et in eo vincatis omnia, qui propter nos vicit omnia. Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis om̃ibus tradidit illum. Imitatores q̃q́ dei conuenit, in omni verbo, & opere imitari deum. Ideoq́ illud oportet nos dicere, quod ipſe de ſe perhibuit dominus: Veniet princeps huius mundi, & in me nihil inueniet. Venerunt & illi, qui vos, & nos perſequuntur, quia vos ſine nobis perſequi non poſſunt, quoniam vnius dei membra ſumus, & vnum illius ſacerdotium, per eius ſanctificationem, retinemus, & in nobis de ſuis nihil inuenerunt, quia, quicquid ſumus, gratia dei ſumus, licet propterea calumniari nos irrationabiliter ſtuduerint, quod facere ſolent inimici, ſuam ex hoc *cooperari dementiam properantes, quatenus per mendacium veritatem valeant obumbrare. Scripſi enim vobis (inq̃t beatus apoſtolus) per multas lachrymas, non, vt contriſtemini, ſed, vt ſciatis, quam charitatem abundantius habeo in vobis. Etenim, detrahentibus detrahere, nõ eſt bonum, *vt non ad ea, quæ ſcripta ſunt, commoti, iniuriæ certamen efficiamus. Non debemus omnino timere opprobrium hominũ, neq́ eorum exprobrationibus vinci, qm̃ hoc nobis dñs iubet per Eſaiam prophetam, dicens: Audite me, q ſcitis iudicium, populus meus, in quorum cordibus lex mea ẽ. Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne timeatis. Conſiderãtes etiã, quod in pſalmo ſcriptum eſt: Nonne deus requiret iſta? Ipſe enim nouit abſcondita cordis, & cogitationes talium hominum, quoniam vanæ ſunt. Vana aũt loquutus eſt vnuſquiſque ad proximum ſuum, & labia doloſa in corde, & corde loquuti ſunt mala. Sed diſperdet dominus vniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam. Qui dixerũt labia noſtra a nobis ſunt, quis noſter dominus eſt? Nam ſi hæc in memoria retinerent, minime ad tantam proſilirent iniquitatem. Non enim per probabilem, & paternam doctrinam hoc faciunt, ſed vt ſuam exerceant in ſeruos dei vindictam. Scriptum nãq́ eſt: Via ſtulti recta in oculis eius. Et ſunt viæ, quæ videntur homini iuſtæ, nouiſſima autem earum deducunt ad mortem. Nos enim, qui hæc patimur, iudicio dei hæc reſeruare debemus, qui reddet vnicuiq́ ſecundum opera ſua. Qui etiam per miniſtros ſuos intonuit, dicens: Mihi vindictam ego retribuam. Vos em̃ in recta fide, & pura, ac bona ſuccurrite voluntate viciſſim, nec aliquis a ſupplemento fratris ſubtrahat manum, qm̃ in hoc, ait dñs, cognoſcent omnes, quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionẽ habueritis adinuicem. Vnde & ipſe per prophetam loquitur, dicens: Ecce quã bonumnum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. Spirituali dico habitaculo, & concordia, quæ in deo eſt, & vnitate fidei huius delectabilis, ſecũdum veritatem inhabitaculi, *quæ, videlicet, in Aaron magis decorabatur, atq́ ſacerdotalẽ induentibus dignitatem, ſicut vnguentum ſuper caput, principalem intellectum irrigãs, &

Margin (beside the lines above, from top to bottom): 1. Petri. 2. b. — al's, momẽti. — Iacobi. 1. c. — B — Iohan. 14. d. — al', cooperire — 2. Cor. 2. b — alias, vt ne vel, & ne — Eſaiæ. 51. c — C — Pſal. 43. — Pſalm. 11 — Proue. 12. c. — Proue. 14. b — Eccl. 16. b — Hiere. 25. d. — Apoc. 20. d & Pſalm. 61 — Prouer. 24. — Math. 15. — Roma 2. a — Roma. 12. d. — Ezech. 9. a — al's, q, vel q̃d

Psal. 32.
Danie. 3. d
alias, vt
1. Cor. 16. c
als, audimus
alias, dñm
alias, gressu
alias, pudet.
alias, vt
als, dilexerimus
1. Cor. 16. c
Psal. 140.
als, verbo inuigilem.
Psal. 37.
als, redargutiones, vel argumẽtatiões
Eccles. 3. a
Psal. 50
Psal. 118
1. Petri. 3. c.
als, cõpositio
alias, Nam & his, quibus in stadio pietatis bone vnica gloriæ intercessor tribuit corona.

vsq; ad ipsam extremam scientiam deducens. In hoc enim habitaculo benedictionẽ & æternam vitam promisit dominus. Huius ergo propheticæ vaticinationis meritum amplectentes, fraternam præsentem syllabam exposuimus, nostra propter charitatem minime quærentes, aut quæsituri. Non enim detrahentibus bonum est detrahere, aut palo, secundum vulgarem fabulam, excutere palum, Absit. Non sunt nostra ista, quapropter, hæc auertat diuinitas. Nõ sunt edocti habitus nostri ita vincere, sed in patientia longanimitatis, & spiritu humilitatis, quia sicut per duritiam minime (vt prophetice dicamus) purgatur nigella, ita nec pacis soporatus fructus intelligentiæ per asperitatem exprimitur. Propter hoc enim & verborum supportauimus colaphos, vt vel paulatim valeamus eum imitari, qui propter nos se humiliare dignatus est, *& extremæ illius vltionis, per hanc plagam, verba declinemus. Audiamus ergo, & consentiamus ecclesiæ oratori, qui per linguã spũs sancti clara voce exclamat, dicens: Omia vobis in charitate fiant. Ergo siue quærimus, siue tantũmodo dicimus, & tantummodo audimur, charitas intercedat. Ars aliqua existat ad compositionẽ concordiæ boni, & coniunctionẽ. Oportet eñ de deo quærentibus nobis spũ rectitudinis mentis nostræ dinumerãtes intentiones templũ pacifice inhabitare in eum & propter *eũ, qui per prophetã loquutus est: Quærens, quære, & apud me habita. Speculum eñ dedit nos deus populo suo, & oportet, eos, qui a deo sunt deputati sacerdotiũ adipisci, ita in humilitate *gressum mẽtis adinuicẽ tẽdere, vt in melius ædificent hi, q ad nos respiciunt, q̃ (quod dicere *piget) per nostram discordiã semitã pedum eorũ cõcutere. Ad cõcordiã inclinemus nos ipsos, *& vnũ in charitate sapiamus. Humilitatem veneremur, p quam apprehendi solet altitudo spũs. Si eñ verborũ amplius vsque adhuc taciturnitatem, q̃ garrulitatem *dileximus, hoc quidẽ bene habere arbitrati sumus, ne scriptis vestris reciproca respõdentibus iniuriæ fomitem exhortemur, & pusillanimitate diiudicemur ab eo, q omnia ad charitatem dirigere promulgauit. Orauimus vero & tunc ostium circũstantiæ labiis nostris imponi, & verbum insonitũ cõcipere, potius q̃ *verbũ sonabile, & hoc tamen mihi donum est a dño, & factus sum, sicut homo nõ audiens, & non habens in ore suo *argutiones. Sed quia tẽpus est loquendi, & tempus tacendi, aperio verbum, & claudo ostium p taciturnitatẽ, cõpetenter exorans: Dñe labia mea aperies, & respondeam exprobrantibus mihi verbum. Licet eñ tacuissemus, nõ semp tñ tacebimus, adaperiẽte nobis dño claues verbi. Igitur directi in p̃senti a beatitudine fraternitatis vestræ apocrisarii, post multas factas inter nos de ecclesiastica requisitione dissonantes sermocinationes, in fine ad hoc puenerunt, admonentes nos, atq; hortãtes interpretari vnius veri Christi dei nostri voluntatis intellectum, atq; hmõi interpretationẽ destinare vestræ sacratissimæ venerationi. Nos aũt acceptã habentes bonæ conscientiæ p̃dictorũ venerabilium virorũ admonitionẽ, cognoscentes autem & quæ principatus apostolorũ summitas docet, paratos esse ad satisfactionem, omni poscenti verbum de spe, quæ in nobis est, secundum dei timorem, mansuetudineq; ad bonã scientiã temperantes, sup tali tantummodo requisitione, mentẽ nostrã per has syllabas exponimus, superfluã exercitationem, & altercationẽ verborũ propter satietatem, & præsentis temporis incongruitatem declinantes, ac præcauentes, nihil omnino aliud intelligẽtes, aut proferẽtes, vel dicẽtes, q̃ quod audiuimus, & cognouimus a sanctis & vniuersalibus magnis apostolis, eoũq; successoribus, & patres nostri enarrauerũt nobis, & audientes p̃dicauimus, ad supernã tendentes vocationem. Nostrũ est studiũ, vbi pacis *cõstitutio manet *his, q in stadio pietatis sunt bene vnica gloria intercessori tribuitur & corona, deo manifestati sumus, q iudicat omnia, & cõprobat. Nõ iurgialiter stamus, non ad contradictionẽ respicimus, nec fauorẽ inanem amplectimur, sed in verbo dei propositi, hmõi requisitionis resolutionẽ fecisse dinoscimur, confidentes, qm̃ pacis dñs deus ad alterutrũ nostrorũ vnitatem, & dilectionem cõseruabit in gloria eius benignissimæ maiestatis. Omnem, cũ vestra beatitudine in Christo existẽtẽ fraternitatẽ, tã nos, q̃ qui nobiscũ sunt, multũ salutamus. Data. viii. Kaleñ. Nouẽbris, Philemone, & Attico viris clarissimis cõsulibus.

Consulum

A Consulum istorum annus non reperitur in Mariano Scoto circa tẽpus istius pontificis nec alibi. Similiter nec Cassiodorus, aut Gregorius illorum meminerũt. Verum oẽs, & singuli pscripti Cęsariũ, cũ Attico scribũt sub Siritio papa, tacito Philemone.

Theodoritus.

Duobusq; transactis annis, Constantius Romam venit, Procerũ vero, senatorũq; coniuges rogabãt viros suos, vt Constãtio supplicarent, vt pastorem gregibus restitueret. Aiebãt eñ, q nisi flecterent animum principis, eos ipsę relinquerent, & ad pastorem illum maximum properarent. At illi dixerunt: Nos furorem principis formidamus, nec forte aliquam veniã promerebimur. Sed vobis, inquiunt, magis rogantibus forsitan parcet, & alterum e duobus fiet, aut pces suscipiet, aut, si flecti nequerit, sine aliqua iniuria vos dimittet. Hoc consilium mulieres illę, laudibus maximis efferendæ, percipientes, cũ ornatu solito adierunt Imperatorem, vt ex veste sublimi insignes eas, ac nobiles arbitratus, reuerẽtiam ipsis exhiberet & parceret. Adeuntes vero principem tali voce clamabant: Miserere tantæ ciuitatis, pastoris prouidentiã non habentis, quæ luporum patet insidijs. At ille respondit, non egere pastore alio ciuitatem, esse nãq; pontificem, q eorum curam haberet. Post magnum nãq; Liberium quidã diaconorum eius Felix nomine fuerat ordinatus. Is expositã in Nicæa fidem incõcusse seruauit, sed corruptoribus eius sine discretione cõmunicabat. Nullus tamen Romæ habitantium in basilicã ingressus est, cum ille intus astaret. Hoc aũt matronæ illæ etiã Imperatori dixerunt. Qua B gratia flexus, pcepit illum inter omnes egregium reuocari, & vtrunq; ecclesiam gubernare cõmuniter. His ergo literis in Circensi spectaculo relectis, populus clamabat, iustam principis esse sententiam. Sicut eñ dupliciter coloribus diuisi sunt spectatores, sic oportere alterum his, alterum alijs psidere. Cum ergo primitus principis literis sic fauissent, postea cõmoti, communi voce clamauerunt. Vnus deus, vnus Chrũs, vnus episcopus. Ipsas eñ voces & ego iustum ponere iudicaui. Post has vero Christo amabilis populi pias, & iustitia exornatas voces, sanctissimus quidẽ Liberius est reuersus. Felix autem recedens, habitauit in alia ciuitate. Liberius vrbis Romæ episcopus Constantio viuente regressus est. Sed hoc, vtrũ quod acquieuerit volũtati suæ ad subscribendum, an ad populi Romani gratiam, a quo, proficiscens, fuerat exoratus, indulserit, pro certo compertum non habeo.

Hist. tripartitæ lib. 5. ca. 18 Et Theodor. lib. 2. ca. 17

Hist. ecclesiasticæ Eusebij Cęsarieñ. lib. 10. ca. 27

¶EPISTOLA LIBERII PAPAE AD OMNES generaliter episcopos, vt nullus pro persecutionibus, dũ durare potest, suam relinquat ecclesiam, nec quietem magis eligat, q̃ pro populo sibi commisso laborare intendat. Et est epistola eiusdem secunda.

C

Dominis sanctissimis, & deo amantissimis vniuersis episcopis Liberius episcopus in dño salutem. Nihil est, quod nos diu stare faciet, nisi dei gratia. Cæterum nequitia diaboli, contemptibile malum, plenum veneno mortifero seuit, qui sursum atq; deorsum circuit quærens quem deuoret. Vnde vigilare, & sobrij esse ad orationes, & deo propinquare debemus, & fatuas, dño auxiliante, hominum insidias, prout dñs posse dederit, respuere, & patres sequi, & non transgredi terminos patrum (id est, vt non relinquamus nostras, dum in eis persistere aliquo modo valebimus, ecclesias, vt ad alias properemus) aut populos nobis commissos negligere, vt quietem amplius q̃ pro eis elaborare (pro qbus etiã animas ponere debemus) studeamus, ne reprobi in conspectu dei inueniamur, sed fructuosos illi manipulos de commissis nobis gregibus, ipso adminiculante præsentare valeamus, quanq̃ multi nos psequanť, & oues Christi dilacerare desiderent, q quasi in

1. Petri. 5. b.

vestibus ouium apparent, intus autem sunt lupi rapaces, quos ex fructibus cognoscimus. Isti primo quidem videntur ex nobis esse, sed non sunt ex nobis. Si em̃ fuissent ex nobis, mansissent vtiq; nobiscum. Quando vero suam euomuerint impietatem, dolum, qui in eis est, erumpentes, & apprehendentes infirmiores, & eos, qui ad eloquia diuina sensus inexercitatos habent, secum eos contrahunt ad perditionem, subuertentes & iniuriantes paternas doctrinas, sicut & sacras scripturas, ad perditionem suam, quos oportet, p̃scientes, cauere, ne malitia eor̃ quidã seducti, abscindantur a propria firmitate. Exacuunt enim linguas suas, iuxta prophetæ vocem, sicut serpentes. Venenum aspidum sub labijs eor̃. Nec nos pigeat, per temporales cruciatus pro Christi nomine laborare, sed emolumenta futuræ remunerationis, huius seculi vexationes, tolerare persuadeant. Scriptum nãq; est: Quid retribuam dño pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen dñi inuocabo. Tantum enim a nobis exigitur, quantum possumus famulatus nostri obsequio cõmodare. Vnde quidem, tanto *nobis necesse est, importunis prædicationibus insistere, quanto nobis perfectæ negotiationis creditur duplicata talentor̃ assignatio, atq; dominicæ vocis, ad suscipiendam eius requiem, persuadet assertio. Suggestum nãq; nobis est, quod pro præteritis laboribus, & infestationibus nonnulli vestrum assignatas sibimet & a deo commissas relinquunt plebes, & in futuro plures relinquere velint eas, quas tueri debent, ecclesias, & pro ouibus sibi commissis laborare negligant, & monasterior̃ se quieti contradere festinent, & vacationem ab episcopatus laboribus eligere, & silentio, atq; otio vitam *degere magis appetant, q̃ in his, quæ sibi commissa sunt, permanere, dicente dño: Beatus, qui perseuerauerit vsq; in finem. Vnde nãq; est beata perseuerantia, nisi de virtute patientiæ? Quoniam secũdum apostolicam prædicationem, omnes, qui voluerint in Christo pie viuere, persecutionem patiuntur. Ideoq;, fratres charissimi, non vos afflictionum amaritudo a pio mentis vestræ proposito coartet recedere. *Considerate nãq; quanta pro absolutione nostri, & liberatione creator, dominusq́;, & redemptor noster pertulerit, quibusve se contumelijs afficiendum tradiderit, vt nos a vinculis potestatis diabolicæ liberaret. Attendite itaq; vobis, & omni gregi, in quo vos sp̃us sanctus cõstituit episcopos, regere ecclesiam dei, quam acquisiuit proprio sanguine, vt non sit, q vos decipiat, aut seducat in subtilitate sermonis, vt vobis plebes commissas relinquatis, & alicui, propter malor̃ opprobrium hominum, quieti vos tradatis, & vt vos solummodo saluetis, & filios orphanos relinquatis. Apertissime em̃ sp̃us sanctus per apostolum dicit, quia in nouissimis temporibus recedent quidam a fide, & charitate, attendentes spiritibus seductoribus, & doctrinis dæmonior̃, & in hypocrisi mendacij eloquior̃ cauteriatam habentium suam conscientiam. Propter quod vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Quæ vero mentis transgressio operatur in his, qui non crediderunt sermonibus dñi, & recesserũt pro sua quiete a seruitio sibi cõmisso, & suis se subdiderunt voluptatibus. Talibus quippe, & alijs pro populo dei constricti necessitatibus, ne pereatis vna cum omnibus vobis commissis, sed salui fitis in die æternæ retributionis, hortamur vestrã charitatem, exemplo eius, qui pro nobis pati voluit, promptos vos in cunctis eius permanere seruitijs, nec quidẽ quoquo modo a commissa cura recedere, sed totis viribus, in commissis vobis negotijs fortiter vsq; in finem perdurare. Quoniam beatus est, qui perseuerauerit vsq; in finem, nec laudatur initium, sed finis. Nemo vos seducat inanibus verbis. Propterea enim venit ira dei in filios diffidentiæ. Nolite ergo effici comparticipes eorum dogmatum, neq; communicetis infructuosis verbis illorum, magis autem & redarguite, quoniam cœtus præuaricatorum sunt, & extenderunt linguam suam quasi arcũ mendacij, & non veritatis. Completum est in eis, quia de malo ad malũ egressi sunt, & me non cognouerunt, dicit dominus: Veritatem non loquentur. Docuerunt em̃ linguam suam persecutores ecclesiarum, earumq́; sacerdotum loqui mendaciũ. Vt impie agerent, laborauerunt, & renuerunt scire me, dicit dominus: State ergo vos, dilectissimi, super vias, & videte. Interrogate de semitis dñi antiquis, & videte, quæ est via

Margin notes: Matth. 7. c | 1. Iohan. 2. c. | Psalm. 139. | Psal. 115 | alias, nos | Matth. 25. b. | Lucæ. 19. c. | 7. q. 1. Suggestum est nob. | als, ducere. | Matth. 10. c. & 24. b | 2. Timot. 3 c | alias, Cõsiderantes. | Acto. 20. f | Roma. 16. c. | 1. Timot. 4. a. | Marci. 14. e. & Lucę. 22. e | Ephe. 5. b | Hiere. 9. a | Hiere. 6. d

Section letters: D | E | F

A est via bona sanctorum patrum, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus vestris. Sed & si patimini propter Christum beati eritis. Metum autem eorum ne timueritis, neq; conturbemini. Dominum autem deum sanctificate in cordibus vestris, ipso dicente: Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Sed potius eum timete, qui potest animam, & corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse veneunt, & vnus ex illis non cadet sup terram sine patre vestro. Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis vos. Rememoramini ergo, fratres, eum, qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris, deficientes. Nondum enim vsq; ad sanguinem certauimus, aduersus peccatum repugnantes.

1. Petri. 3. c
Math. 10. c.
Heb. 12. a

Confidimus autem de vobis, fratres charissimi, meliora, & viciniora salutis, quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; potestates, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neque creatura alia, magistro gentium docente, poterit nos separare a charitate domini nostri Iesu Christi, &, quę in ipso est, recta fide. Nolite itaq; amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim nobis necessaria est ad colluctationes aduersariorum, quatenus fidem intemeratam vsq; in finem conseruantes, repromissionē percipiamus, quam repromisit his, qui legitime certare deproperāt. Adhuc eñ modicum aliquantulum, qui venturus est veniet, & non tardabit. Ecce enim iudex ante B ianuam assistit, coronas hilariter promittens his, qui pro eo passionibus submittūtur. Quod si subtraxerit se quis, non placebit animæ *suæ, sed cadet de promissione propter negationem. Nos autem non simus subtractionis filij in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. Propter quod, assumite arma dei, vt possitis resistere in die malo, aduersus omnes inimicos sanctæ dei ecclesiæ, & vestros, & induite vos loricā iustitiæ, calciati pedes in præparationem euangelij pacis, in omnibus assumentes scutum fidei, in quo possitis omnia iacula nequissimi *ignita extinguere, & galeam salutis accipite, & gladium spiritus quod est verbum dei, per omnem orationem, & obsecrationem radicati, & fundati in solatio fratrum pro Christo Iesu domino nostro. Sed & nunc, fratres, commendamus vos omnes domino, & verbo gratiæ eius, qui potest perficere, & dare hæreditatem vobis cum omnibus sanctis. Ipse autem deus pacis, & consolationis det vobis idipsum sapere in alterutrū, vt vobis inuicem succurratis, & non sitis diuisi, vt vnanimes vno ore, & *vno corde honorificemus eum C in concordiam, & consolationem fratrum, qui potest confirmare nos secundū euāgelium eius, iuxta reuelationem mysterij æterni, temporibus, scilicet, perpetuis, quibus vobis futurorum gaudiorum largienda sunt munera. Summopere etiam considerare debetis, quod hi, qui fratribus inuident, eosq; damnare, aut perdere cupiūt, per se sua dogmata destruunt. Dicit enim dominus: Omne regnum in se diuisum non stabit, & omnis scientia, & lex aduersum se diuisa non stabit. Ideoq; necesse est, vt concorditer salubres suscipiatis hortatus, & nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium deuotionis vnanimes, diuinis, & apostolicis constitutionibus pareatis, & in nullo patiamini prouidētissima canonū decreta violari, quatenus & Nicænorum canonum constituta, & quæ a nobis, vel a prædecessoribus nostris sunt prouide, & salubriter decreta, intemerata permaneant in futuro.

Hebr. 6. b.
Roma. 8. g.
Hebr. 10. g
Iacobi. 5. b.
Heb. 10. g.
alias, meæ
Ephe. 6. c
alias, ignea.
Roma. 15. d.
Ibidem.
alias, puro
Roma. 16. d
Lucæ. 11. c.
Matth. 12. b.
Marci. 3. c.
Philip. 2. a

DECRETA LIBERII PAPAE, PRIORIbus non inserta, desumpta ex codice vetusto. xvi. librorum, lib. xiij. capite nono.

¶ Quod in diebus ieiunij nulla iurgia esse debeant.

In his ieiuniorum diebus nullę lites, nullæ contentiones esse debēt, sed in dei laudibus, & opere necessario persistendū. Arguit enim eos, qui contentiones, & lites, quadragesimæ tempore faciunt, & qui debita a debitoribus exigunt, dominus per

Esaiæ. 58.a prophetam, dicens: Ecce in diebus ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites, & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. D

Eiusdem capite decimo.

¶ Vt in sacris diebus ieiuniorum coniugati a coniugibus se abstineant.

Abstinendum est in his sacratissimis quadraginta diebus a coniugibus, & caste, & pie viuendum, vt, sanctificato corde, & corpore, isti dies transigantur, donec perueniatur ad diem sanctum Paschæ, quia pene nihil valet ieiunium, quod coniugali opere polluitur, & quod orationes, vigiliæ, & eleemosynæ non commendant.

Eiusdem capite duodecimo.

¶ Si euenerit fames, inæqualitas aeris, quid agendum.

Si euenerit fames, inęqualitas aeris, pestilentia, vel talis qualiscunque tribulatio, statim ieiunijs, eleemosynis & obsecrationibus, dñi misericordia deprecetur.

¶ Finis decretorum Liberij papæ. E

AD LECTOREM PRAEMONITIO IN quædam eiusdem Liberij papæ acta quæ sequuntur.

PRopter exemplariorum intolerabilem, nimiamque & differentiam, & deprauationem, quorum alterum vetustum fuit, ac mendosum, quanquam optimo charactere, atque in pergameno exaratum, alterum magis vetustum, sed æque deprauatum, ceu ad oculum intuentibus liquet, adeo vt nonnunquam, quid intendant, non valeat intelligi, idcirco vtriusque exemplaris de syllaba in syllabam, nulla facta mutatione, litera est posita, vnius quidem in columna anteriori, cui præponitur A, alterius in posteriori, cui præponitur C. Verum media columna, cui litera B. præscripta est pro illius capacitate, seu potius coniectura, q vtranque literam admodum diuersam concordare nisus est, & ad sensum aliquem reducere, quantum ei pro sua virili licuit, litera, vbi illius intellectus haberi potuit, manẽte, ex vtroque exemplari desumptis, his, quæ literæ magis congruere, illi visa sunt, aut certe quibusdam vel mutatis, vel additis, vbi litera nimis deprauata extabat, aptata est. Nemo ergo caput subsannando moueat, qui vel exemplaribus correctioribus nactis, aut ex ingenij nobilitate, aut limpiditate concordiam illam minus aptam considerans, potens est emendare, quinimmo patienter ferat, & in meliorem formam ipse restituat. Proinde visum collectori non est, omnino ista propter præmissas ineptias prætermittere, quod patres priores nobis suis posteris opera, ac diligentia tanta reliquerunt, quin potius nostræ posteritati illa communicare decreuit. F

Tituli

Tituli actorum sequentis narrationis, de Liberio papa.

A

Anno regni Constantini regis, nepotis Constantini magni viri, erat quidã sacerdos vrbis, nomine Liberius, episcopus præsul, Christum prædicans, sicut & doctus fuerat a Marco episcopo vrbis Romæ, qui eum ordinauit diaconum, in ciuitate in gremio basilicæ Constantinianæ, semper in trinitate fixus, patrem, & filium, & spiritum sanctum prædicans, & laudans de deo, lumẽ de lumine, totum a toto, plenũ a pleno, non creatum, sed genitum, non ex nihilo, sed ex patre, vnius substantiæ cum patre, Spiritum vero sanctum deum nostrum, non genitum, neq; ingenitum, non creatum neq; factum, sed de patre procedẽtem, patris & filij semper cũ patre & filio coæternum veneramur, Vnum tamen deum, quia ex vno patre totũ quod patris est deus natus est filius. Et in patre totum quod est totum, genuit in filium. Pater filium generans non minuit, nec amisit plenitudinis suæ deitatẽ. Totum autem quod deus pater est, id esse & filium ab eo natum certissime confidentes, cum spiritu sancto vnũ deum pijssime cõfitemur. Credimus Iesum Christum dñm nostrũ dei filium, per quẽ omnia facta sunt, quæ in cœlis & quę in terra, visibilia & inuisibilia, propter nostram salutem descendisse de cœlo, qui nunquam desunt esse in cœlo.

Et

B

Anno nono Cõstãtij, Cõstantinimagni filij, erat qdã sacerdos, nomine Liberius, vrbis Romæ eps & præsul, Christum prædicans, sicut edoctus fuerat a Marco vrbis Romæ episcopo, qui eum ordinauerat diaconum in ciuitate, in gremio basilicæ Constantinianæ, semper in fide trinitatis fixus, patrem, & filium, & spiritum sanctum prædicãs & laudans. Filium nanq; deum de deo, & lumen de lumine, totum a toto, plenũ a pleno, non creatum, sed genitũ, non ex nihilo, sed ex patre, vnius substãtiæ cũ patre. Spiritũ vero sanctum, deum & dominum nostrum, non genitũ, neq; ingenitum, non creatũ neq; factũ, sed de patre procedentem, patris, & filij spiritum, cum patre & filio coæternum veneramur. Vnum tamen deum, quia ex vno patre totum, quod patris est, deus natus est filius, & in patre totum, quod inest, totum genuit filium pater. Pater generans filium, non minuit, nec amisit plenitudinem suæ deitatis. Totum autem, quod deus pater est, id esse & filium, ab eo natum certissime confidentes, cum spiritu sancto vnum deum pijssime confitemur. Credimus quoq; Iesum Christũ dñm nostrũ dei filium (per quẽ oĩa facta sunt, q̃ in cœlis, & quæ in terra, visibilia & inuisibilia) propter nostrã salutẽ descẽdisse de cœlo, qui nũquã desinit esse in cœlo,

C

Anno regni Cõstantis regis, nepotis Constantini magni viri, erat quidam sacerdos vrbis, nomine Liberius, eps præsul, Christum prædicans, sicut edoctus fuerat a Marco episcopo vrbis Romę, qui eum ordinauit diaconũ in ciuitate, in gremio basilicæ Cõstantinianæ, semper in trinitate fixus, patrem & filium & spiritum sanctum prædicans, & laudans deum de deo, & lumẽ de lumine, totum a toto, plenum a pleno, nõ creatum, sed genitũ, non ex nihilo, sed ex patre, vnius substantiæ cum patre. Sanctum vero spiritum dñm nostrum non ingenitum, neq; genitum, non creatum neque factum, sed de patre procedentem, patris & filij semper cũ patre & filio coæternum veneramur. Vnum tamen deum, quia ex vno patre totum quod patris est, deus natus est filius & in patre totum quod inest, totum genuit filium, pater filium generans, non minuit nec amisit plenitudinis suę deitatem. Totum autem quod deus pater est, id esse & filium ab eo natum certissime cõfitentes, cum spiritu sancto vnum deum pijssime confitemur. Credimus Iesum Christũ dominũ nostrum dei filium, p quem omnia facta sunt, quæ in cœlis & in terra, visibilia, & inuisibilia propter nostram salutem descendisse de cœlo, qui nunquam desinit esse in cœlo,

 & na

Et natum de spiritu sancto ex virgine Maria, verbum caro factum, non amisit quod erat, sed cœpit esse quod non erat, non demutabilem, sed deum permanentem, etiã hominem natum, non putatiue, sed vere, non aereum, sed corporeum, non fantaseum, sed carneum, ossa sanguinem, sensum, & animã habentẽ ita verũ deum, & verũ hominẽ, vnum eundemq; verum hominem fuisse nullo modo ambigimus confitendũ. Hunc eundẽ dñm Iesum Chrm adimplesse legẽ, aut prophetas, passum sub Põtio Pilato, crucifixum secundum scripturas, tertia die a mortuis resurrexisse, assumptum in cœlis, sedere ad dexteram pris, inde venturũ iudicare viuos & mortuos expectamus & seculũ p ignẽ. Hoc cũ legisset ex li. antiq edoctus a lib. Syluestri epi Romanorũ, eo qd & publice pdicaret, qa in noie Hiesu Chri crucifixi a lepra mũdatus eẽt p Syluestrum epm Constãtinus patruus Constanti. II.

Erat eñ Constãs nõ integre Christianus, sed quasi tentator. Baptizatus tamẽ in trinitate nõ tamen integre confitebatur trinitatem. Baptizatus autem est ab Eusebio Nicomediense in Nicomedia in aquilone villa. Hic vero dicebat alios filios habuisse de Maria Ioseph. Hoc cum audisset Liberius vrbis Romæ, cœpit deridere eum, & clara voce Christianis accusare, & dicere ex omni virtute. Non erit tuum regnum, quia non times dominum deum tuum. Hoc cum multi conferrent regi Constantio, iratus est vehementer, & iussit eum extra ciuitatem habitare. Habitabat autẽ ab vrbe Roma miliario quatuor, quasi exul in cœmiterio Nouellæ, via Salaria.

Veniens autem dies Paschæ, vocauit vniuersos presbyteros ciues

&natũ de spũ sancto ex virgine Maria. Verbum carnẽ factũ, non amisisse quod erat, sed cœpisse esse, quod nõ erat, nõ demutatũ, sed deum pmanentẽ. Etiã hoiem natũ non putatiue, sed vere, nõ aereũ, sed corporeum, nõ fantasticum, sed carneũ ossa, sanguinẽ, sensum, & animã habẽtem, ita verũ hoiem, & alias, vt verũ deũ, vnum eũdemq; verũ hoiem fuisse, nullo modo ambigimus confitẽdum, hunc eundemq; dñm Iesum Chrm adimplesse legẽ, & prophetas, passum sub Põtio Pilato, crucifixum secundũ scripturas, tertia die a mortuis resurrexisse assumptũ in cœlis, sedere ad dexterã pris, inde vẽturũ iudicare viuos & mortuos, expectamus & seculum p ignẽ. Hęc aũt legit ex libro antiquo, persuasus e libro Syluestri epi Romani, in q qq; apte cõtinebat, qa in nomine Iesu Chri crucifixi a lepra mũdatus fuisset p Syluestrũ epm Cõstantinus augustus pater Constantij. II.

Erat eñ Constantius nõ integre Chrianus, sed quasi tentator, baptizatus in trinitate, non tamẽ integre confitebat trinitatem. Baptizatus autẽ est ab Eusebio Nicomediensi in Nicomedia in Aquilone villa. Hic vero dicebat, alios filios de Maria habuisse Ioseph. Quod cũ audisset Liberius episcopus vrbis Romæ, cępit deridere eum, & clara voce Christianis accusare, & dicere, ex omni virtute. Non erit stabile regnum tuum quia nõ times dominum deum tuũ. Quod cum multi referrẽt regi Constantio, iratus est vehementer, & iussit eum extra ciuitatem habitare. Habitabat autem ab vrbe Roma miliario. iij. (alias quarto) in cœmiterio Noellæ (alias Nouellæ) via Salaria, quasi exul. Veniẽte ãt, die paschæ, vocauit vniuersos psbyte

& natum de spiritu sancto, ex Maria virgine, verbum caro factum. Nõ amisit quod erat, sed cœpit esse quod non erat, non demutatum, sed deum pmanẽtem, etiam hominem natum nõ putatiue, sed vere, non aereum sed corporeum, non fantasium sed carneum, ossa, sanguinẽ, sensum & animã habentẽ, ita verũ deum, & verũ hoiem vnũ eundemq; verũ hoiem fuisse, nullo modo ambigimus cõfitẽdum, hunc eũdemq; dominũ Iesum Chrm adimplesse legẽ, & prophetas, passum sub Pontio Pilato crucifixũ scdm scripturas tertia die resurrexisse a mortuis, assumptũ in cęlis, sedere ad dexterã pris, inde vẽturũ iudicare viuos & mortuos expectamus & seculũ p ignẽ. Hoc cũ legisset ex libro antiq, edoctus a libro Syluestri epi Romanorũ, eo qd & publice prædicaret, quia in nomine Hiesu Christi crucifixi a lepra mundatum fuisse per Syluestrum Constantinum patruum Constantis. II.

Erat eñ Constãs nõ integre Christianus, sed quasi tentator baptizatus tamen in trinitatem, non tamen integre confitebat trinitatem. Baptizatus autẽ est ab Eusebio Nicomediẽsi in Nicomedia in aquilone villa. Hic vero dicebat alios filios de Maria habuisse Ioseph. Hoc cum audisset Liberius episcopus vrbis Romę, cœpit deridere eum & clara voce Christianos accusare, & dicere ex oi virtute, nõ erit tuum regnum, quia non times dñm deũ tuũ. Hoc cũ multi referrẽt regi Constãtio, iratus est vehemẽter, & iusit eum extra ciuitatem habitare. Habitabat autem ab vrbe Roma, milia ria. iij. quasi exul, in cœmiterio Nouellæ via Salaria.

Veniens autem dies Paschæ, vocauit vniuersos presbyteros, ciues Romanos, & diaconos,

ciues Romanos, & diaconos, & sedit in eodem cœmiterio, & dixit: Nolite timere, quoniam vobiscum ego non habeo in ciuitate Romana, sed habetis vicarium. Ecce patrem & presbyterum Damasum, cuius testimonium vos mihi perhibetis, cuius corpore & mente clara voce vos prædicatis.

III.

Respondens autem Dionysius presbyter ad Liberiũ episcopum vrbis Romę, dixit: Pręsul sancte & innocens a corruptione, sed fortis in palmarium Christi, tu eñ bene scis, quoniam apostolus Petrus, quando negabat, ægrotabat. Venit accessio, & iterum negauit, venit tertio febris, & negauit, recessit febris, & plorauit & amare & dulce. Medicus autem nondum venerat. Venit medicus post tertianum typum, fecit medicamentum, & curauit. Qui defecerat, ter negando ante passionem, post resurrectionem ter amando, reficitur. Respice medicamentum chrismatis sacramentum, non nos accuset illa columba, quoniã tu conficies chrismate, & in nomine eius, quem voce clara prædicabas, ipsam vocem, quia vox domini repeti nõ potest, non potest mutari, audiri cum tremore potest.

IIII.

Rñdit aũt Liberius epũs vrbis Romæ, & dixit: Dñi & sancti cõpresbyteri, nolite cogitare de crastina. Sic eñ dixit magister: Crastinus eñ dies, ipse de se cogitabit. Hoc eñ cõmonemus, Iohãnes in deserto baptizabat ĩ pœnitẽtia. Ideo erat desertũ, qa nondũ venerat author baptismi. Ille eñ dũ venisset, descẽdit spũs sanctus ĩ specie colũbæ, & mãsit sup aquas & sup authorẽ baptismi, Et sacerdos quod accepit, exhibet sacramentum.

V.

Respon

byteros, ciues Romanos, & diaconos, & sedit in eodem cœmiterio, & dixit: Nolite timere, q̃niam vobiscũ ego non habito in ciuitate Romana, sed habetis vicarium, ecce fratrẽ & presbyterum Damasum, cuius testimonium vos mihi perhibetis, cuius & mentem corpore & clara voce vos p̃dicatis.

III.

Respondens aũt Dionysius presbyter ad Liberium episcopũ vrbis Romæ, dixit: Præsul sancte & innocẽs a corruptione, & fortis in victoria Christi, tu eñ bene scis, qm̃ apostolus Petrus, quãdo negabat, ægrotabat, Venit accessio, & iterum negauit, Venit tertio febris, & negauit, recessit febris, & plorauit & amare & dulce. Medicus eñ nondũ venerat. Venit medicus post tertianũ typum, (al's tẽpus) fecit medicamẽtum, & curauit eũ. Qui defecerat ter negando ante passionẽ, post resurrectionẽ ter amando reficitur. Respice medicamẽtũ, chrismatis sacramentũ, nõ nos accuset illa columba, quia tu conficies chrisma in noie eius, quẽ voce clara p̃dicabas, quia vox domini repeti non potest, mutari non potest, audiri cum tremore non potest, (alias, p̃t.)

IIII.

Rñdit aũt Liberius epũs vrbis Romæ, & dixit: Dñi, & sancti cõpresbyteri, nolite cogitare de crastino. Sic eñ dixit magister: Crastinus eñ dies ipse de se cogitabit. Hoc eñ cõmonẽs Iohãnes, baptizabat in pœnitentia. Ideo erat desertũ, qa nondũ venerat author baptismi. Ille eñ dum venisset, descẽdit spũs sanctus in specie colũbæ, & mãsit sup aquas, & super authorẽ baptismi. Et sacerdos, quod accepit, exhibebit sacr̃m.

V.

Rñdit

nos, & sedit in eodem cœmiterio, & dixit: Nolite timere, quoniam ego vobiscum non habito in ciuitate Roma, sed habetis vicarium, ecce fratrẽ & presbyterum Damasum, cuius testimonium vos mihi perhibetis, cuius corpora & mentem clara voce vos prædicantes.

III.

Respondit aũtẽ Dionysius presbyter ad Liberiũ epm̃ vrbis Romæ, & dixit: Præsul sancte & innocens a corruptione, & forte ĩ palma Christi, tu eñ bene scis, qm̃ Petrus apostolus quãdo negabat, ægrotabat, venit accessio, & iterũ negauit, venit tertio febris, & negauit, recassit febris, & plorauit & amare & dulce, Medicus aũt nondum venerat. Venit medicus post tertianum typus, fecit medicamentũ & curauit eum. Qui defecerat ter negando ante passionẽ, post resurrectionem ter amando reficitur. Respice medicamentũ chrismatis, chrismatis sacramentũ, non nos accuset illa columba, quia tu conficies chrisma in nomine eius, quem voce clara prædicabas ipsa voce, quia vox domini repeti non potest, mutari non potest, audiri cum tremore non potest.

IIII.

Rñdit aũt Liberius vrbis Romæ, & dixit: Dñi & sancti cõpresbyteri, nolite cogitare de crastina. Sic eñ dixit magister, Crastinus eñ dies ipse de se cogitabit. Hoc eñ cõmonemus, Iohannes in deserto baptizabat in pœnitentia. Ideo erat desertum, quia nondum venerat author baptismi. Ille enim dũ venisset, descendit spũs sanctus in specie columbæ, & mãsit super aquas, & sup authorem baptismi, & sacerdos q̃d accepit, exhibebat sacr̃m.

V.

Rñdit

Respondit Damasus presbyter, & dixit: Exhibe nobis celebrare pascha, ego in humilitate loquor. Onus enim quod tu super te baiulas, nos subleuare nõ possumus, quia ignoras vbi baptizes. Baptiza in pelui vbi magister. Peluis illa nõ lignum sed totus mundus est. Hunc sermonem accepit Liberius cũ magno honore, & gaudio plorabat, & dicit ad eum: Eris maior minister sicut & ille, qui nobis dedit baptismum, sicut dicit ad plebem, qui est vester minor, fiat maior. Respondit Syricius diaconus, & dixit: Iuba ore meo præsul, & infunde fauore. Patres nostri in typo baptismi transierunt per medium mare. Nam in fluminibus & paludibus oportet baptizari. Dicit Liberius episcopus: Iuste locutus es. Erat enim ibi non longe cœmiterio nouellæ, cœmiterium ostrianũ, vbi Petrus apostolus baptizauit. Eodem tempore paschæ baptizauit ex promiscuis numero quatuor milia duodecim, quia omnes Romani, vel a longe alij vicini Romanorum desiderabant ab eodem baptizari.

VI.

Veniens autem eodem tempore bellum super Danubium ingentissima pars Barbarorum, quasi intra octauarũ paschæ, & audiẽs hoc constans dixit: Vere penes, alias propter hunc sacrilegum, quia quod nũquam factum est, fecit superstitione vanitatis, ideo hæc plaga multitudinis Barbarorũ ingens venit super Romaniam. Et ambulauit ad bellum cum multitudiue grãdi. Et dicebat, cum exiret portam ciuitatis. Sacrilegum Liberium, qui dicit patrem meum fuisse leprosum, & baptizatũ a Syluestro episcopo & mũ

Respondit Damasus presbyter & dixit: Exhibe nobis celebrare pacha. Ego in humilitate loquor. Onus enim, quod tu super te baiulas, nos subleuare non possumus, quia ignoras, vbi baptizes. Baptiza in pelui, vbi magister baptizauit. Peluis illa non lignum, sed totus mundus est. Hunc sermonem accepit Liberius cum magno honore, & præ gaudio plorabat, & dixit ad eum: Eris maior minister, sicut & ille, qui dedit nobis baptismum, qui sic dixit ad plebem: Qui est inter vos minor, fiat sicut maior. Rñdit Syricius diaconus, & dixit: Iuua me ore, alias oro, præsul, & infunde fauorem, Patres nostri in typo baptismi transierunt per medium mare, num igitur in fluminibus, & paludibus oportet baptizari. Dicit Liberius episcopus: Iuste locutus es. Erat enim ibi non longe a cœmiterio Nouellæ, alias Nouellæ cœmiterium Ostrianum, alias lacus Ostrianus vbi Petrus apostolus baptizauit. Eodem tẽpore paschæ baptizauit promiscui sexus numero .iiij. milia xij. quia omẽs Romani, & a longe alij, & Romanorũ vicini desiderabant ab eodem baptizari.

VI.

Venit autem eodem tempore ad bellum super Danubium ingentissima pars Barbarorum q̃si intra octauas paschæ. Et audiẽs hoc Cõstãtius, dixit: Vere puniẽs puniã hunc sacrilegum qa quod nunq̃ factum est, fecit per supstitionem vanitatis, ideo hæc plaga ingentis Barbarorum multitudinis venit super Romaniam. Et ad bellum armauit se, & profectus est cum grandi amaritudine. Et dicebat, cum exiret portam ciuitatis. Sacrilegum Liberium, q dicit patrẽ meũ fuisse leprosum & baptizatum a Syluestro epõ & mũ

Respondit Damasus presbyter, & dixit: Exhibe nobis celebrare pascha. Ego in humilitate loquor. Onus enim quem tu super te baiulas, nos subleuare non possumus, quia ignores, vbi baptizes, baptiza in pelui vbi magister. Peluis illa non lignum, sed totus mundus est. Hunc sermonem accepit Liberius cum magno labore, & gaudio plorabat, & dixit ad eũ Eris maior minister, sicut & ille, qui dedit nobis baptismum, sic dixit ad plebem: Qui est vester minor, fiat maior. Respondit Syricius diaconus, & dixit: Iuua ore meo præsul, & infunde fauore. Patres nostri in typo baptismi transierunt per medium mare. Nam in fluminibus, & in paludibus oportet baptizari. Dicit Liberius episcopus: Iuste locutus es. Erat ibi non longe cœmiterium Nouellæ, cœmiterium Ostrianus, vbi Petrus apostolus baptizauit. Eodem tempore paschæ, baptizauit promiscui sexus, numero quatuor milia duodecim quia omnes Romani, & a longe alij vicini Romanorum desiderabant ab eodem baptizari.

VI.

Veniens autem eodem tempore bellum super Danubium ingentissima pars Barbarorum quasi intra octauarum paschæ, & audiens hoc constans dixit: Vere pene hunc sacrilegum, quia qua eum, quam factum est, fecit superstitionem vanitatis. Ideo hæc plaga multitudinis Barbarorum ingens venit super Romaniam. Et ambulauit ad bellum, & profectus est cum grandi amaritudine. Et dicebat, dũ exiret portam ciuitatis. Sacrilegum Liberiũ, q dixit patrẽ meũ fuisse leprosum, & baptizatũ a Syl. epõ & mũ

& mundatũ, dum abiero super quadrupedes Danubij, & concidero barbaros rediens ad vrbem Romã volucribus cœli & bestijs terræ, carnes eius immolabo. Ipsum solũ Liberiũ. Nõ eñ alios, ne dicant & affirment me esse persequutorem. Dum esset aũt in pugna Danubij Cõstans, rex fortiter vrgebatur.

VII.

Veniens aũt dies pentecosten, satis prætextatus sexus promiscuus vrgebatur ad baptismum, propter metũ persequutionis. Dicit aũt Dionysius p̃sbyter: Quare non baptizas ad primum pontificem nostrum Petrum apostolum? Respondit Damasus, & dixit: Fac. Erat eñ obscurus sensus Liberij episcopi, dicens: Patruus suus ædificauit ecclesiam hãc, & cõstruxit, quoniam habet potestatem in patris sui dare sẽtẽtia. Nam & aqua ibi nõ emanabat. Homines eñ promiscui sexus renasci desiderãt non mori propter me singulũ. Respõdit Dionysius presbyter, & dixit: Renascuntur, & si mortui fuerint post baptismum in cruore melius viuent.

VIII.

Respondit Damasus & dixit: Non tristetur cor tuũ præsul summe, quia dabo tibi venam fontis emanantem. Gaudio corroboratus est Liberius in hunc sermonem, & dicit ei: Vade construe affluente spiritu, & ego veniens cum fratribus, & adorabo illum, quẽ nobis dimisit Christus, q pro nobis est pastor. Et tertio die venit Damasus, venit Syricius, venit Innocẽtius, venit Priscus, & Dionysius, & Vrbanus diaconus ad beatũ Petrũ apostolum. Erant eñ ibi monumẽta, & super aquam denatabant.

Fecit

& mundatũ, dũ abiero super quadrupedes Danubij, & concidero Barbaros, rediens ad vrbem Romam, volucribus cœli, & bestijs terræ carnes eius immolabo. Ipsum solũ Liberium puniã, non alios, ne dicant, & affirment, me esse persequutorem. Dum esset autẽ Cõstans rex in pugna circa Danubium fortiter vrgebatur.

VII.

Veniente autem die pentecostes, satis probatus sexus promiscuus vrgebatur ad baptismum propter metum persequutionis. Dicit autem Dionysius presbyter: Quare nõ baptizas ad exemplũ primi pontificis nostri Petri apostoli? Respondit Damasus, & dixit: Fac, (al's, Fiat) Erat eñ obscurus sensus Liberij episcopi, dicentis: Patruus eius fabricauit ecclesiã hanc, & construxit eam. Habet ergo potestatem in patris sui domo ferre sententiam. Nã & aqua ibi non emanauit. Homines enim promiscui sexus renasci desiderant, non mori propter me solum, (alias, singulum.) Respõdit Dionysius p̃sbyter, & dixit: Renascantur. Et si mortui fuerint post baptismum, in cruore melius viuẽt.

VIII.

Respondit Damasus, & dixit: Non tristetur cor tuũ, præsul summe, quia dabo tibi venam fontis emanantem. Gaudio corroboratus est Liberius in hunc sermonem, & dicit ei: Vade, construe affluentẽ spiritu fontem, & ego veniens cũ fratribus, adorabo illũ, quẽ nobis dimisit Christus, q pro nobis est passus. Et tertio die venit Damasus, venit Syrici⁹, venit Innocentius, venit Priscus, & Dionysius, & Vrbanus diaconi ad beatum Petrum apostolum. Erant eñ ibi monumẽta, & super ea aqua denatabat.

Fecit

& mundatum, dũ abiero super quadrupedes Danubij & concidero Barbaros, rediens ad vrbem Romam, volucribus cœli & bestijs terræ, carnes eius immolabo, ipsum solum Liberiũ, non alios, ne dicant & affirmẽt me esse persequutorem. Dum esset autem in pugna Danubij Constans, re fortiter vrgebat.

VII.

Veniens aũt dies pentecoste, satis protestatus sexus vrgebatur ad baptismum propter metum persequutionis. Dicit autem Dionysius presbyter: Quare non baptizas ad primũ pontificem nostrum Petrum apostolum? Respondit Damaso & dixit: Fac. Erat eñ obscurus sensus Liberij episcopi, dicens: Patruus eius fabricauit ecclesiam hanc, & construxit eã, quoniam habet potestatem patrui sui dare sententiam, nam & ibi aqua non emanat. Homĩes eñ promiscui sexus renasci desiderant, non mori propter me singulum. Respondit Dionysius presbyter, & dixit: Renascãtur. Et si mortui fuerint post baptismum, in cruore melius viuent.

VIII.

Respõdit Damasus, & dixit: Nõ tristetur cor tuũ p̃sul summe, quia dabo tibi venam fontis emanantem. Gaudio corroboratus est Liberius in hũc sermonem, & dicit ei. Vide construe affluentem spiritu & ego veniens cum fratribus, & adorabo illum, quem nobis dimisit Christus, qui pro nobis est pastor. Et tertio die venit Damasus, venit Syricius, venit Innocẽtius, venit Priscus & Dionysius & Vrbanus diaconi ad beatum Petrum Apostolum, Erant ibi monumenta, & super aqua denatabat.

Fecit

Fecit autem quasi cum eis concilium Damasus, & dixit: Date mihi opera mysterij, vt hæc aqua mundetur, desuper cadauera hominum. Fecit autē cuniculos duos, & exinaniuit locū illū, q est a dextra introeūtibus in basilicam beati Petri apostoli. Habebat enim ibidem fontē qui non sufficiebat. Et excidit mōtē Damus manu sua & introiuit plus q̄ cōspectū est, & cōstruxit fontē. Et nūtiauerūt hi oēs Liberio episcopo qd actum fuisset.

CAP. IX.

ET iussit conuenire omnes p̄sbyteros clerosq; & vniuersos gradus, vel fideles & voce clara dixit. Vocat Petrus oues suas. Ecce homo fidem seruans Christum audiens & me pc̄tōrē fecit ouile ouiū, & dedit ori meo dulcitudinem mellis. Propter quod ego gaudeo, quia nō dimisit Petrus introire lupum, & deuastare oues eius, sciatis baptismum me prędicare in basilica Petri apostoli. Hoc oēs cum gaudio susceperunt. Erat enim proximus dies pentecosten. Fecit conuenire monasteria & plebem sanctam Christianorum & cum lętanijs venit ad beatū Petrū apostolum. Dedit autem dum introisset hanc oratioē. Deus qui misisti filiū tuū, & oñdisti creaturę creatorē, respice sup vineā istā & emūda ab ea spinas & tribulos & produc palmites eius, in fortitudinem, & dona eis fructum veritatis, per deum & dominum nostrum Iesum Christum, & spiritum sanctum, qui viuit cum deo patre omnipotente & a seculis, & nunc & vsque in secula seculorum. Et respondit vniuersa plebs, Amē.

CAP. X.

Et in-

Fecit aūt quasi cum eis concilium Damasus & dixit: Date mihi operam ministerij, vt hæc aqua mundetur desuper cadauera hominum. Fecit autē cuniculos duos & exinaniuit locū illum, qui est a dextera introeūtibus in basilicā beati Petri apostoli. Habebat enim ibidē fontem, qui non sufficiebat. Et excidit montem Damasus manu sua, & introiuit aqua, plusquàm consuetū est, & construxit fontem. Et nuntiauerunt hi oēs Liberio episcopo, quid actum fuisset.

CAP. IX

ET iussit conuenire omnes presbyteros clericosq; vniuersi gradus, & fideles, & voce clara dixit. Vocat Petrus oues suas, ecce homo fidem seruans, Christum audiens, & me peccatorem fecit esse ouile ouium, & dedit eloquio oris mei dulcedinē mellis. Propter q̄d ego gaudeo, quia non permisit Petrus introire lupum, & vastare (alias vastari) oues eius. Sciatisq; me prædicare baptismum in basilica Petri apostoli. Hoc omnes cum gaudio susceperūt Erat enim proximus dies pentecostes. Fecit ergo conuenire monasteria & plebem sanctam Christianoꝝ, & cum lętanijs venit ad beatum Petrū apostolū. Dedit aūt dum introisset hanc orationē. Deus qui misisti filiū tuum, & oñdisti creaturæ creatorem, respice sup vineā istam, & emunda ab ea spinas & tribulos, & produc palmites eius in fortitudinem, & dona eis fructum veritatis. Per deum & dominum nostrum Iesum Christum, & spiritum sanctum agnoscat, qui viuit cum deo patre omnipotente, & a seculis, & nunc, & vsque in secula seculorū. Et respondit vniuersa plebs Amen.

CAP. X.

Et in

Fecit antem quasi cum eis cōsilium Damasus, & dixit: Date mihi opera ministerij, vt hæc aqua mundetur desuper cadauera hominum. Fecit autē cuniculos duos, & exinaniuit locum illū, qui est dextra introeūtibus in basilicā beati Petri apostoli. Habebat enim ibidē fontem, q nō sufficiebat. Et cōcidit montem Damasus manu sua, & introiuit plus q̄ consuetum est, & construxit fontē. Et nuntiauerunt hi oēs Liberio epō quid actum fuisset.

CAP. IX.

ET iussit conuenire omnes p̄sbyteros clerosq; & vniuersos gradus & fideles & voce clara dixit: Vocat Petrus oues suas. Ecce homo fidē seruans, Christum audiens. Et me peccatorem fecit ouile ouium, & dedit eloquio meo dulcedinem mellis. Propter quod ego gaudeo, quia nō dimisit Petrus introtre lupum & vastare oues eius. Sciatis me baptismum p̄dicare in basilica Petri apostoli. Hoc omnes cum gaudio susceperunt. Erat enim proximus pentecoste. Fecit couenire monasteria & plebem sanctā Christianorum, & cum lætania venit ad beatum Petrum apostolum. Dedit autem dum introisset hanc orationem. Deus q misisti filium tuum, & ostendisti creaturæ creatorem, respice super vineam istam, & emūda ab ea spinas & tribulos, & produc palmites eius in fortitudinem, & dona eis fructum veritatis, per deum & dominum nostrum Iesum Christum, & spiritum sanctum, qui viuit cum deo patre omnipotente a seculis, & nunc vsq; in secula seculorū. Et respondit vniuersa plebs, Amen.

CAP. X.

Et in-

A

A Et introierunt sabbato pentecosten, & placuit Liberio fons, & gaudio plorabat omnino, non amare, sed quasi fauum omnibus videbatur. Ab hora nona catechizauit omnes, & ab hora quasi iã ad occasum vsq; in dominica pentecosten, non cessauit baptizare. Multi eñ vrgebantur baptizari, ita vt dominico pentecostẽ, sabbati missas celebraret hora quasi octaua. Et baptizati sunt promiscui sexus, fere octo milia, octingenti, decẽ. B Multi eodem tempore desiderabant tangere vestimẽta Liberij episcopi. Alia autem die, quæ est feria secunda, audiuit vniuersa plebs, ꝙ Constãs adeptus quidem victoriam fecerat clara, sensu alieno dicebat, In Nicomediam vadam. Et transiuit vsq; in Nicomediam, & in Aquirone villa, vbi baptizatus est ab Eusebio Nicomedẽse, in Arrianorum dogma declinat se eodem tempore, eodẽ C loco mortuus est, Constante. iij. & Cõstantio august. & Basso conss. xiiij. Kalẽdas Maij, Et sedit eadẽ sede Petri apostoli annos. xvij. menses. iij. dies viij. In eius tempore fabricata est ab his in vrbe Roma in regione quinta, & requieuit in pace.

B

Et introierunt sabbato pentecostes, & placuit Liberio fons, & præ gaudio plorabat omnino, nõ quidem amarè, sed quasi fauus mellis videbatur. Ab hora nona catechizauit omnes, & ad horam quasi iam octauam ad occasum vsq; in dominicam pentecostes non cessauit baptizare. Multi eñ vrgebantur baptizari, ita vt in dñica (alias, ante dñicam) pentecostes, sabbati missa celebraret hora quasi octaua Et baptizati sunt promiscui sexus fere octo milia, octingẽti decem. Multi ꝗq; eo dẽ tpe desiderabãt tangere vestimenta Liberij epi. Alia autẽ die, quæ est feria secunda, audiuit vniuersa plebs, ꝙ Cõstantius q adeptus quidem victoriam fuerat præclarã, sensu alienatus, dicebat: In Nicomediam vadam. Et transiuit vsq; ad Nicomediam, & in Aquilone villa ibi baptizatus est ab Eusebio Nicomediẽse, Et in Arrianorum dogma declinauit. Eodem loco mortuus est, & sepultus est, Constante & Constantino augustis, & Basso consule. xiiij. Kalẽd. Maij. Et sedit Liberius in sede Petri apostoli, annis. * xvij. mẽses. iij. dies. viij. In eius tempore fabricata est absis in vrbe Roma in regione quinta. Et requieuit in pace.

C

Et introierunt sabbato pentecoste. Et placuit Liberio fons, & gaudio plorabat omnino, non amare, sed fauum omnibus videbatur. Ad horam nonam catechizauit omnes, & ab hora quasi iam octaua ad occasum, vsq; in dominicum pentecosten nõ cessauit baptizare. Multi enim vrgebantur baptizari, ita vt dominicam pentecoste sabbati missa celebraretur, hora quasi octaua. Et baptizati sunt promiscui sexus fere octo milia octingenti decem. Multi eodẽ tempore desiderabãt tangere vestimenta Liberij episcopi. Alia autem die, quæ est feria secunda, audiuit vniuersa plebs, quod Constãs adeptus quidam victoriam fecerit claram, sensu alieno dicebat, In Nicomediam vadam. Et transiuit vsq; ad Nicomediam, & in Aquilone in villa vbi baptizatus est ab Eusebio Nicomediense, & in Arrianorum dogma declinauit. Eodem loco mortuus est, & sepultus, Constante. iij. & Cõstantio augustis, & Basso consule. xiiij. Kalendas Maij. Et sedit eãdem Petri apostoli annis. xvij. menses. iij dies. viij. In eius tempore fabricata est absis in vrbe Roma in regione quinta. Et requieuit in pace.

* ãs. xix. secundũ Marianũ Scotum.

¶ Finis actorum aliquorum sub Liberio papa.

PP Conciliũ

CONCILIVM LAODICENVM, SECVNDVM QVOSDAM IN fine Liberij, secundum alios, in initio Damasi papæ primi seruatum seu celebratum.

D

LAodicenæ ciuitatis, de qua hic agitur, meminit Ptol. lib. v. ca. xv. tit. Syriæ descriptio, & iter. tit. Syriæ situs, dicens: Alexandria penes Issum &c. Heraclea, Laodicea, Gabala. Et Plin. lib. v. ca. xxiij. tit. Cœlesyria, vbi dicit, Ad orientē Laodicenos, qui ad Lybanū cognominantur. Et ibidē ca. xxix. tit. Laodicea, Apamia &c. vbi dicit: Celeberrima vrbs Laodicea, imposita est Lyco flumini &c. appellata primo Diospolis, dein Troas. Et Anton. in iti. tit. A Cōstantinopoli vsq; Antiochiam &c. Catela, Laodicea, Gabala. Et iter. tit. iter a Seriane Neapolim &c. Scythopoli &c. Hemesa, Laodicea, Lybo. Et iter. Iter a Damasco Emesa &c. Abila &c. Conna, Laodicea. Et iterum, tit. A Calliopoli traiectus in Asiam Lauisucam vsq; &c. Abydo &c. Hierapoli, Laodicea. Et Strabo lib. xvi. vbi dicit: Seleucen. ager portionū (quas diximus) optima est. Vocatur etiā Tetrapolis. Et est ex insignibus vrbibus quæ ibi sunt, & si plures sint, maxime tamen quatuor sunt. Antiochia apud Daphnen &c. Seleucia in Pieria, & Apamia, & Laodicea, quę propter concordiam sorores dicebant &c. Laopicea a matre nominata est. Et iterū postea: Deinde Laodicea optime ad mare sita, & portuosa, locum habens præter cæterā feracitatem, vino aptū, quapropter maximā vini partem Alexandrinis pbet, quū montem habeat sibi imminentē, vineis plenū vsq; ad verticem fere, qui longe absunt ab ea ascendentes, Apamiæ vero imminent, in erectam altitudinem euecti. Et post aliquanta iter. Post Macram est Masyas, habens montana quædam, in quibus est Chalcis tanq̄ Masyæ arx. Eius initium est Laodicea, quæ apud Lybanū est.

E

¶ Capitula concilij Laodicen. secundū diuersas translationes.

AEDITIO .I.

Ad alias

AEDITIO II.

F

Sanctas

A

AEDITIO .I.

AEDITIO II.

AEDITIO .I.

AEDITIO II.

TEXTVS CANONVM
CONCILII LAODICENSIS, Phrygiæ Pacatianæ.

AEDITIO .I.

SAncta synodus, quæ apud Laodiceã Phrygiæ Pacatianæ conuenit ex diuersis regionibus Asiæ, definitiones exposuit ecclesiasticas, quæ subter annexæ sunt.

CAP. .I.

¶ De his, qui secundũ ecclesiasticã regulam libere, ac legitime secũdis nuptiis iuncti sunt, nec occulte nuptiarum copulam fecerunt, oportet, vt paruo tempore

AEDITIO II.

SAncta synodus, quæ apud Laodiceam Phrygiæ Pacatianæ conuenit ex diuersis prouinciis Asiæ, regulas exposuit ecclesiasticas, sicut infra scriptum est.

CAP. .I.

¶ De eo, q͛ oportet secundũ ecclesiasticũ canonẽ, eos, qui libere & legitime, secũdis nuptiis iuncti sunt, nec occultam permixtionem operati sunt, pauco tempore

A

AEDITIO .I.

pore transacto, vacent orationibus, & ieiunijs, quibus etiam, iuxta indulgentiam, cõmunionem reddi decreuimus.

II. De his qui diuersis facinoribus peccauerunt, & perseuerantes in oratione confessionis & pœnitentiæ, cõuersionẽ a malis habuere perfectã, p q̃litate delicti, talibus pœnitentiæ tempus impensum, propter clementiam & bonitatẽ dei communio concedatur.

III. De his, qui nuper sunt illuminati baptismate, q̄ eos in sacerdotali non conueniat ordine promoueri.

IIII. Quod nõ oporteat, ordinationes sub conspectu audientium celebrari.

V. Quod non oporteat, sacerdotes & clericos fœnerantes vsuras, vel q̃ dicũtur sescupla, id est, summã capitis, & dimidium summæ percipere.

B

VI. Quod hæretici, non p̄mittendi sint ĩgredi ĩ domũ dei, ĩ hęresi p̄manẽtes.

VII De his, q̄ ab hæreticis cõuertũtur, id est, Nouatianis aut Photinianis aut Thessarescedecatitis, siue baptizati sint illi, seu catechumeni, nõ ante suscipiant, q̃ omnes hæreses anathematizent, & præcipue illam, qua detinebãtur. Et tũc demum hi, qui apud eos dicebãtur fideles, nostræ doceantur fidei symbolũ, & vncti sancto chrismate, sic mysterijs cõmunicent sacrosanctis.

VIII. De his, qui conuertunt ab hæresi, quæ dicit, Cataphrygarum, & si in clero, qui apud eos esse creditur, fuerint, & si maximi nominent, hos sub omni diligẽtia ab epis ecclesiæ, vel p̄sbyteris instrui, & baptizari cõueniet.

C

IX. Qd nõ p̄mittant ecclesiastici ad hæreticorum cœmiteria, vel ad ea, q̃ ab eis martyria appellant, orõnis causa, vel sanitatis accedere, sed hmõi, si fideles fuerĩt, certo tpe coĩone priuari, pœnitẽtes ãt, & cõfitentes se deliquisse, cõuenit suscipi.

X. Quod nõ oporteat, indifferẽter ecclesiasticos, fœdere nuptiarum, hęreticis, suos filios, filiasq; coniungere.

XI Quod non oporteat, eas, quæ dicuntur p̄sbyteræ, vel pręsidẽtes, ecclesijs ordinari.

XII Vt epi iudicio metropolitanorum

AEDITIO II.

pore exempto, vacare orationibus, & ieiunijs, & secundum veniam reddi eis cõmunionem.

II. His, q̄ diuersorum p̄ctõrum lapsus incurrũt, * & orõne, cõfessiõe ac pœnia malorum suorum p̄fectã cõuersionẽ * demõstrãt, pro q̃litate p̄cti, pœnitẽtiæ tempus attribuendũ est, propter misericordiã & bonitatẽ dei. Qui ergo hmõi sunt, reuocãdi & ad cõmunionẽ sunt applicandi.

26, q. 7 His q̄, ars, & instanc orationi, confessioni ac p̄nitentiæ ars, demonstrantes

III. Non oportet, neophytum promoueri ad ordinẽ sacerdotalem.

IIII. Nõ licere, manus ĩpositionẽ sup ordinãdos, p̄sentibus catechumenis, fieri

V. Non licere, fœnerare ministris altaris, vel in sacerdotali ordine constitutis, vel vsuras, vel lucra, quæ sexcupla dicuntur, accipere.

Dist. 46, Nõ licet fœnera,

VI. Nõ cõcedẽdũ hæreticis ingressum domus dei, in hæresi permanẽtibus.

VII. Nouatianos, vel etiã Quartodecimanos, q̃s Græci Thessarescedecatites appellãt. i. qui q̃rtadecima luna primi mẽsis cũ Iudęis pascha celebrãt, sed & catechumenos eorum fideles nõ recipi, prius q̃ cõdẽnẽt oẽm hęresim, in q̃ detinebãtur, Plenissime aũt añ oĩa, & nũc, q̄ apud eos fideles dicunt, symbolũ fidei doceãt, atq; ita, vnctos etiã s̄ctõ chrismate, diuino sacramento communicare conuenit.

VIII. Eos, qui cõuertunt ab hæresi, q̃ dicit Cahtaphrygarum, q̄ se in clero cõstitutos existimãt, q̃uis magni dicant, hmõi cum omni diligentia catechizari oportet & baptizari ab ecclesiæ catholicæ episcopis, & presbyteris.

IX. Non concedendũ, in cœmiteria, vel q̃ martyria hæreticorum dicũtur, catholicos orõnis grã, & petẽdæ curatiõis intrare. Sed & q̄ ierint, si sunt fideles, incõmunicabiles factos, ad pœnĩam, vsq; ad aliq̃d tẽpus redigi, pœnitentes aũt eos, & errasse se confitẽtes, suscipi oportere.

X. Eos, qui ad ecclesiam pertinent, indifferenter filios proprios hæreticorũ nuptijs minime sociare debere.

XI. Mulieres, q̃ apud Græcos p̄sbyteræ appellant, apud nos, viduæ seniores, vniuiræ, matricuriæ appellant, in ecclesia, tanq̃ ordinatas, cõstitui nõ debere.

Dist, 32, Mulieres quæ

XII. Episcopũ, nõ oportet, p̄ter iudiciũ

Dist, 61, Epm non oportet,

AEDITIO .I.

& eorum episcoporum, qui circumcirca sunt, prouehantur ad ecclesiasticam potestatem, hi videlicet, qui plurimo tempore probantur tam verbo fidei, q̃ rectæ conuersationis exemplo.

Dist. 63. Non est permit.

XIII. Quod nõ sit permittendũ turbis, electiones eorũ facere, qui sunt ad sacerdotium prouehendi.

XIIII Quod sancta nullo mõ, causa eulogiarũ, tpe paschalis festi, ad alias parochias debeãt destinare (al's, destinari.)

al's, scilicet,

XV. Quod non oporteat, amplius, pter eos, q regulariter cãtores existunt, q & de codice canunt, alios in pulpitũ conscendere, & in ecclesia psallere.

XVI. Quod in sabbatis euãgelia cũ aliis scripturis legi conueniat.

XVII. Quod in conuẽtu fidelium nequaquam psalmos continuare conueniat, sed per interuallũ, id est, p psalmos singulos recenseri debeant lectiones.

al's, semper easdem

XVIII. Quod idipsum officium precum, & nona, & vespera semper debeat exhiberi.

XIX. Qd oporteat seorsum primũ post allocutiones epõrũ, orõnes sup catechumenos celebrari. Et postq̃ catechumeni egressi fuerint, sup eos, q sunt i pœnitẽtia, pcẽ fieri. His etiã accedentibus ad manũ sacerdotis, & discedẽtibus, tres orõnes cõsummari fideliũ, ita, vt prima quidẽ sub silẽtio, secũda vero & tertia per exclamatiões solitas expleant, & ita demũ pacẽ sibi inuicẽ dabũt. Et posteaq̃ dederit eps presbyteris osculũ pacis, tũc laici sibi tribuent. Et ita sancta celebrabitur oblatio. Solis aũt ministerio sacro deditis, ad altare ingredi, & communicare ibidẽ liceat.

Dist. 93, Non opor. Et i cõcilio Aghatẽ. ca. 65 al's, iussu

XX. Quod non oporteat diaconũ corã pſbro sedere, sed * iussione pſbri sedeat. Similiter aũt & diaconis honor habeatur ab obsequentibus, id est, a subdiaconis, & omnibus clericis.

Dist 23, Non op. & in cõc. Agha. ca. 66 al's, diaconiũ,

XXI Quod non oporteat, subdiaconos habere locum in diaconico, & dominica vasa contingere.

Dist. 23, Ministrũ nõ op.

XXII. Quod nõ oporteat, subdiaconũ vti orario, nec ostia derelinquere.

Ibdem, al's, psaltes,

XXIII. Qd non opteat, lectores aut cãtores orariis vti, & ita legere vl' psallere

AEDITIO II.

dicium metropolitanorũ, & finitimorum epõrũ constitui ad ecclesiæ principatum. Nec eligãtur nisi hi, q̃s multo ante nota, probabilisq; vita commẽdat. Et nihilominus, si in sermone fidei & recta operatione per suã conuersationẽ fuerint probati

XIII. De eo, q̃ non sit populis cõcedendũ, electionẽ facere eorũ, qui altaris ministerio sunt applicandi.

XIIII. Sanctas oblationes, ad vicẽ eulogiarũ, per festiuitatẽ paschalẽ ad alias parochias mitti, minime oportere.

XV. Nõ licere, pter canonicos psaltes *. i. qui regulariter cantores existunt, quiq; pulpetũ ascendũt, & de codice legunt, aliũ quẽlibet in ecclesia psallere.

XVI. Sabbatis euangelia cum aliis scripturis legenda esse censemus.

XVII In pcessiõib' nõ cõnectere. i. ex diuersis versib' & sensib' libri vnũ cãti cũ minime coniũgere, sed singulorũ psalmorũ ordinabiliter debere fieri lectionẽ.

XVIII. De eo, q̃ * semper supplicationes orationũ, & ad horam nonam, & vesperam oportet celebrari.

XIX. Qm̃ catechumenorũ orationẽ separatim, & prius prostratis eis, epm oportet celebrare. Quibus egressis, orẽt etiã hi, q in pœnĩa sunt constituti. Et post manus impositionẽ, his q̃q; ascendẽtibus, tunc fideles orare debebunt. Quorũ tres orõnes fiant, vna quidẽ. i. prima, p silẽtiũ, secũda vero & tertia p vocis pronũtiationẽ. Et tunc demũ osculũ pacis dari debere. Et posteaq̃ pſbyteri epo pacẽ dederint, tunc etiam laicos dare. Et tunc oblatio offeratur. Solis autem ministris altaris liceat ingredi ad altare, & ibidem communicare.

XX. Quoniam non oportet, diaconum sedere ante presbyterum, sed ex iussione presbyteri sedeat. Similiter autem honorificetur & diaconus a ministris inferioribus, & omnibus clericis.

XXI. Qm̃ nõ oportet, subdiaconos licẽtiã habere, in secretariũ, siue sacrariũ, quod Græci * diaconicon appellant, ingredi & conntingere vasa dominica.

XXII Ministrũ, non oportet, orario vti, nec ostia derelinquere.

XXIII. Qm̃ nõ optet, lectores, aut * psalmistas orariis vti, & sic legere aut psallere.

AEDITIO .I.

A XXIIII Quod nõ oporteat, sacro ministerio deditos, a pbr̃is vsq; ad diaconos, & reliquũ ecclesiasticũ ordinẽ .i. vsq; ad subdiaconos, lectores, cãtores, exorcistas & ostiarios, & ex numero continentium & monachorum ingredi tabernas.

XXV Quod nõ oporteat, subdiaconos panem dare, vel calicem benedicere.

XXVI Quod hi qui nõ sunt ab episcopis ordinati, tam in ecclesiis, q̃ in domibus exorcizare non possint.

XXVII. Qđ nõ opteat, sacro ministerio deditos clericos, aut laicos ad Agapẽ vocatos cibo℞ partes accipe, propterea, quod hinc ecclesiastico ordini fiat iniuria

XXVIII. Qđ nõ opteat, in domiciliis diuĩs .i. ĩ ecclesiis cõuiuia, q̃ vocãt Agape fieri, nec ĩtra domũ dei comedere, vel accubitus sternere

B XXIX. Qđ nõ opteat, Christianos iudaizare, & otiari in sabbato, sed opari eos in eodẽ die. Præferẽtes ãt ĩ veneratiõe dñicũ diẽ (si vacare voluerĩt) vt Chr̃iani hoc faciant. Qđ si repti fuerint iudaizare, anathema sint a Chr̃o.

XXX. Qđ nõ opteat sacris officiis deditos, aut clericos, aut cõtinẽtes, vel oẽm laicũ Chr̃ianũ lauacra cũ mulieribus celebrare, q a hęc apud gẽtes rep̃hẽsio prĩa ẽ.

XXXI. Qđ nõ oporteat, cũ hæreticis vniuersis nuptia℞ fœdera celebrare, nec eis filios dare, vel filias, sed magis accipere, si tñ Christianos se fieri promittant.

C XXXII Quod non oporteat, ab hæreticis eulogias accipere, quia sunt maledictiones potius q̃ benedictiones.

XXXIII. Quod non oporteat, cũ hæreticis aut schismaticis pariter orare.

XXXIIII. Quod oẽm Chr̃ianũ non oporteat deserere martyrẽ Chr̃i, & ire ad pseudomartyres .i. hæretico℞, & q̃s ipsos constet hæreticos extitisse. Hi nanq; sunt alienati a deo. Sint igitur anathema, qui ad tales accesserint.

XXXV. Quod non oporteat, ecclesiam dei relinquere, & abire, atque angulos nominare, & congregationes facere, quæ interdicta noscuntur. Si quis igitur inuentus fuerit huic occultæ idololatriæ seruiens, sit anathema, quia derelinquit dominum nostrum Iesum Christum filium dei, & se idololatriæ tradidit.

AEDITIO .II.

XXIIII Qm̃ non optet, *clericos seruiẽtes, a pbr̃is vsq; ad diaconos, & deinceps ordĩs ecclesiastici oẽs vsq; ad ministros, aut lectores, aut psalmistas, aut exorcistas aut ostiarios, aut etiã eos, q in proposito continentiæ sunt, tabernas intrare.

XXV Non oportet, diaconem panem dare, nec calicem benedicere.

XXVI Nõ optet, exorcizare eos, q necdum ab ep̃is sunt prouecti, neq; in ecclesiis, neq; intra domos.

XXVII Nõ optet, ministros altaris, vel q̃slibet clericos aut laicos ad Agapen vocatos, ptes tollere, ppter ĩiuriã, quę ex hac occasiõe ecclesiast. ordini possit deriuari.

XXVIII. Nõ optet in basilicis, seu ecclesiis Agapen facere, & intus manducare, vel accubitus sternere.

XXIX. Nõ optet Chr̃ianos iudaizare, & in sabbato vacare, sed opari eos in eadẽ die, dñicã p̃ponendo eidẽ diei. Si hoc eis placet, vacent tanq̃ Chr̃iani. Quod si inuenti fuerĩt iudaizare, anathema sit.

XXX Qm̃ nõ oportet, ministros altaris, vel etiã clericos q̃slibet, aut cõtinẽtes se, aut oẽm oĩno Chr̃ianũ cũ mulieribus lauacra habere communia. Est eñ apud Gentiles prima reprehensio.

XXXI Qm̃ nõ oportet, cũ hæreticis cõmiscere cõnubia, & vel filios & filias dare, sed potius accipere, si tñ profiteanť, Christianos se futuros esse & catholicos.

XXXII Nõ oportet, hæretico℞ benedictiones accipere, qm̃ maledictiones magis sunt, quàm benedictiones.

XXXIII. Non oportet, cum hæreticis vel schismaticis orare.

XXXIIII. Non oportet omnino Christianum, derelictis martyribus Christi, abire ad falsos martyres. Hi enim alieni a deo sunt. Quicunq; autem abire voluerint, anathema sint.

XXXV Non oportet, Christianos derelicta ecclesia, abire, & ad angulos idololatriæ abominandæ congregationes facere, quæ omnia interdicta sunt. Quicunq; autem inuẽtus fuerit, occultæ huic idololatriæ vacans, anathema sit, quoniam derelinquens dominum nostrum Iesum Christum, filium dei, accessit ad idola.

Dist. 44. Nõ oportet cle. alias, altari

alias, psaltes

Dist. 93. Non op3 diaconos

Dist. 69. Nõ optet exorc.

Dist. 42. Non oportet ministros alta. vel qu. cl. ad

Dist. 42. Non o3 in basilicis

Dist. 81. Non oportet ministros al. vł cl.

Et in Agateñ. cõcilio ca. 67

1. q. 1. Nõ op3 hæreticorum bened.

AEDITIO .I.

26.q.5. Non opꝫ sac. & in Agateñ. cõcilio cap.68

XXXVI Qd nõ oporteat, sacris officijs deditos, vel clericos magos, aut incãtatores existere aut facere phylacteria, quę aĩaꝝ suaꝝ vincula cõprobant. Eos autẽ, q his vtuntur, ab ecclesia pelli præcipimus.

XXXVII. Qd nõ oporteat, a Iudæis, vel hæreticis, quæ mittunt mũera festiua suscipe, nec cum eis festa celebrare.

alias, festos

XXXVIII. Qd nõ optet, azyma a Iudæis accipe, & cõicare impietatibus eoꝝ.

XXXIX. Qd nõ opteat cũ gẽtilibus festa celebrare, & cõicare prauitatibus eo (rũ,

Dist.18. Non opꝫ vocatos

XL Qd nõ opteat q sine deo sũt ẽpos ad synodum vocatos, oĩo cõtẽnere sed protinus ire, & docere, vel discere ea, quæ ad correctionẽ ecclesiæ, vel reliqrũ ptinẽt reꝝ. Seipm vero q cõtẽpserit, accusauit, nisi forte p ægritudinẽ ire nõ possit.

De cõs. dist. 5 Non opꝫ mi. alt. vel q. cl. pter

XLI Quod non oporteat, sacerdotem, vel clericum sine literis proficisci canonicis.

XLI Quod non oporteat, sacerdotem, vel clericum præter iussionem sui proficisci pontificis.

XLIII. Qd nõ opteat, subdiaconos saltẽ paululũ ianuas deserere & oroni vacare

XLIIII. Qd nõ opteat, mulieres ĩgredi ad altare, nec ea cõtingere, quæ viroꝝ (officijs deputata sunt

De cõs. dist. 4 Baptizã. opꝫ

XLV. Qd nõ opteat, ad baptisma queq̃ post duas .xl. (hebdomadas admitti

XLVI. Qd opteat eos, q ad bptisma veniũt, fidẽ discere, & .v. feria septimanæ maioris, ẽpo aut (pbr̃is reddere

XLVII. Qd opteat eos, q in ægritudĩe pcipiũt baptisma, post q̃ cõualuerũt, fidẽ pdiscere, & scire, cuius muneris participes facti sint.

XLVIII. Quod oporteat eos, qui baptizant, post lauacrũ chrisma ecclesiæ accipere, & regni Chr̃i participes inueniri.

XLIX. Qd nõ opteat, in quadragesima panẽ bñdictũ offerri, nisi i sabbato & (dñica

De cõs. dist. 3 Nõ opꝫ in. xl

L Qd nõ oporteat, in quadragesima, in vltimæ septimanæ qnta feria ieiuniũ soluere, totãq; quadragesimã sine veneratione transire, magisq; conueniat, omnem quadragesimã districto venerari ieiunio.

33.q 4. Nõ lꝫ in xl. Sed nõ sub noĩe cõcilij Laodi. sed Martini papę

LI Qd nõ opteat, in quadragesima martyꝝ (ali. sanctoꝝ) natalitia celebrari, sed eoꝝ sctã commemoratio in diebus sabbatorum, & dñicarum fieri conueniat.

Quod

AEDITIO .II.

XXXVI Qm̃ non optet, ministros altaris, aut clericos magos, & incãtatores eẽ, aut facere, quę dicunt philacteria, quę sunt magna obligamẽta aĩaꝝ, hos ãt, q in talibus rebus vtunt, proijci ab ecclesia, iuss (simus

XXXVII. Qm̃ nõ oportet a Iudęis, vel hęreticis feriatica, quæ mittũt accipere, nec cũ eis dies agere * feriatos.

XXXVIII. Nõ oportet, a Iudęis azyma accipere, aut cõicare impietabus eoꝝ.

XXXIX Nõ optet, cũ paganis festa celebrare, & impietatis eoꝝ hr̃e societatẽ.

XL Nõ optet, vocatos ẽpos ad synodũ cõtẽnere, sed abire debere, & aut docere, aut doceri, quæ sunt ad ecclesiæ, cæteroꝝq; correctionẽ vtilia. Qd si cõtẽpserit, seipm videt accusasse, nisi forte pro infirmitate ire non possit.

XLI Nõ oportet, ministrũ altaris, vel etiam laicum sine canonicis lr̃is, id est formata, alicubi proficisci.

XLII Non oportet, ministrũ altaris vel quemlibet clericum pręter iussionem episcopi ad peregrinãdum proficisci.

XLIII Nõ optet, ministros .i. ostiarios vel breui tpe ab ostijs deesse, & oroni (vacare

XLIIII. Non oportet, mulieres ingredi ad altare.

XLV Nõ oportet post duas hebdomadas quadragesimæ queq̃ ad baptismũ (suscipi

XLVI Baptizãdos optet fi dei symbolũ discere, & q nta feria vltimæ septimanæ vel ẽpo, vel pbr̃o reddere.

XLVII. Qui in ægritudine cõstituti, baptismũ pceperunt, facti sani, fidei symbolum doceantur, vt nouerint, qua donatione digni sunt habiti

XLVIII. Oportet baptizatos post baptismum, sacratissimum chrisma pcipere, & cœlestis regni participes fieri.

XLIX Nõ oportet, in quadragesima panẽ offerri, nisi sabbato & dñica tãtum.

L Non oportet, in quadragesimæ quinta feria vltimæ hebdomadæ ieiunium dissolui, & totam quadragesimã inhonorari, sed per totos hos dies ieiunare, & escis, abstinentiæ conuenientibus, id est, aridioribus vti.

LI Non oportet, in quadragesima martyrum natalitia celebrari, sed eorum in sabbato, & dominica tantum memoriam fieri.

Non opor

AEDITIO .I.

A

LII Quod nõ oporteat in q̄drage sima aut nuptias, aut natalitia celebrari.

LIII Q̄d nõ opteat, Chr̄ianos euntes ad nuptias plaudere, vel saltare, sed venerabiliter cęnare, vel prãdere, sicut Chr̄i (anos decet

LIIII Quod nõ oporteat, sacerdotes, aut clericos q buscũq; spectaculis in scęnis, aut in nuptijs interesse, sed antequam Thymeicli ingrediantur, exurgere eos conuenit, atq; inde discedere.

LV Quod non oporteat, sacerdotes, aut clericos ex collatis, vel cõmessationibus (alias cõmissalijs) cõuiuia celebrare Hoc autem nec laicis posse congruere.

LVI Quod non oporteat, p̄sbyteros ante processionẽ ep̄i introire sacrariũ, & sedere, sed cũ ep̄o debẽt ingredi, vel in subsellijs sedere, nisi forsitã infirmitate detineatur, aut proficiscaṫ episcopus.

B

LVII Quod nõ oporteat, in villulis vel in agris ep̄os cõstitui, sed visitatores. Veruntñ iam pridẽ constituti, nihil faciant præter consciẽtiam ep̄i ciuitatis. Similiter & presbyteri, præter consilium episcopi, nihil agant.

LVIII Q̄d nõ oporteat, in domibus oblatiões celebrari ab ep̄is, vel p̄sbyteris.

LIX Quod non oporteat, plebeios psalmos in ecclesia cantare, nec libros præter canonem legi, sed solum sacra volumina noui testamẽti, vel veteris.

AEDITIO .II.

LII Nõ opotet, in quadragesima aut nuptias, vel q̄libet natalitia celebrare.

LIII Nõ oportet, Chr̄ianos ad nuptias eũtes, vel balare, vel saltare, sed caste cœnare, vel prãdere sicut cõpetit Chr̄ianos

LIIII Nõ oportet, ministros (nisi altaris, vel q̄slibet clericos spectaculis aliquibus, quę aut in nuptijs, aut in scœnis exhibentur, interesse, sed anteq̄ Thymelici ingrediantur, surgere eos de conuiuio, & abire, debere.

LV Nõ oportet, ministros altaris, vel q̄slibet clericos, vel etiã laicos Chr̄ianos ex symbolis (quæ vulgus cõmissalia appellat) conuiuia celebrare.

LVI Nõ oportet, pb̄ros añ ingressum ep̄i ingredi ecclesiã, & sedere in tribunalibus, sed cum ep̄o ingredi, nisi forte aut ægrotet ep̄s, aut in peregrinatiõis cõmodo eum abesse, constiterit.

LVII Non debere, in villis, & vicis ep̄os ordinari, sed visitatores. i. qui circueãt, constitui,* His aũt, q añ hoc ordinati sunt, nihil agere cẽsemus, sine conscīa ep̄i ciuitatis. Similiter etiã pb̄ri nihil sine pręcepto, & concilio episcopi agant.

LVIII Nõ oporet, in domibus oblationes ab episcopis, siue presbyteris fieri.

LIX Non oportet, ab idiotis psalmos cõpositos, & vulgares in ecclesiis dici, neq; libros, q sunt extra canonẽ legere nisi solos canonicos, noui & veteris testamẽti. Quæ autem oporteat legi, & in authoritatem recipi, hæc sunt.

C

GEnesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomiũ, Iesu naue, Iudicum, Ruth, Regnorũ libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Esdræ, liber Psalmorum numero. cl. Prouerbia Salomonis, Ecclesiastes, Cantica cãticorũ, Iob, Hester. xij. prophetarũ libri, id est, Osee, & Amos, Iohel, Abdias, Ionas, Michæas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel. Noui testamẽti, id est, euãgeliũ secundũ Matthæum, scd̄m Marcum, scd̄m Lucã, secundũ Iohannẽ, Actus apostolorũ, Canonicæ epistolæ. vij. Iacobi vna, Petri duæ, i. & . ij. Iohãnis tres. i. ii. & . iii. Iudæ vna. Epistolæ Pauli apostoli, numero. xiiii. ad Romanos, ad Corinthios. i. & . ii. ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses vna, ad Colossenses vna, ad Thessalonicenses duæ. i. & . ii. ad Timotheum duæ. i. & . ii. ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos.

Congregatũ est, ac celebratũ dictũ cõciliũ in Laodicea Phrygiæ pacatianæ, quæ est in Celesyria, circa annũ dñi. ccc. lxiiii. vel. lxviii. sub papæ Liberii finalibus annis, vel certe Damasi papę papatũ annis initiãtibus post mortẽ Iouiniani impatoris chr̄iani. De eodẽ aũt cõcilio legiṫ in decretis dist. xvi. Ca. Sexta synodus, pag. Prima annotatio, sic. Sexta Laodiceñ. in qua patres. xxij (alias. xxxii) statuerunt canones. lix. quorum author maxime Theodosius episcopus extitit.

¶ Canones concilii Laodiceñ. numero. lix. finiunt.

35. q. 4. Non op; in. xl. aut & ibidẽ, Nõ licet in xl. ex cõcilio Martini papæ, De cõs. dist. 5 Nõ op; mi. al's vl' cle. q. spectaculis

Dist. 44. Nõ op; mi. alias, vel qu. cl. aut etiam

Dist. 95. Nõ oportet presbyteros ante

Dist. 80. Non debere in vicis & in alias, Hos

alias, Genesis mundi, alias Exodus ægypti.

DECRETA DAMASI PAPAE PRIMI.

Ex libro Pontificali.

DAmasus natione Hispanus ex patre Antonio, sedit annos decem & octo, menses tres, dies vndecim. Et cum eo ordinatur sub contentione Vrsinus. Et facto concilio sacerdotum, constituerunt Damasum, qa fortior, & plurima multitudo erat. Et sic constitutus est Damasus, & Vrsinum eiecerunt ab vrbe, & constituerunt eum Neapoli episcopum. Et mansit Damasus in vrbe Roma præsul in sede apostolica. Fuit autem temporibus Iuliani. Hic fecit eodem tempore basilicas duas, vnam iuxta theatrum sancti Laurentij, & aliam via Ardeatina, vbi requiscit intra Catacumbas, vbi iacuerunt corpora sanctorum Apostolorũ Petri & Pauli. In quo loco dedicauit Platoniam ipsam vbi iacuerunt corpora sancta, & versibus exornauit. Hic multa corpora sanctorum martyrum reqsiuit, & inuenit, quorum etiã cõchilia, atque sepulchra versibus declarauit & adornauit. Hic constitutũ fecit de ecclesia. Hic inuidiose accusatus, ac incriminatus de adulterio, facta synodo, purgatus est a. xliiij. epis, qui etiam damnauerũt Concordium & Calixtum diacones accusatores eius, & proiecerunt de ecclesia. Hic constituit titulũ in vrbe Roma basilicam, quam ipse construxerat, vbi & donauit patenam argẽteam, pensantem libras. xx. Aman argenteam pensantẽ lib. xv. Scyphum argenteum anaglyphũ, pẽsantẽ libras. x. Calices ministeriales argẽteas. v. pensantes singuli libras. iij. Coronas argenteas. v. pẽsantes singulæ libras octo. Cantara cerostata ærea. xvi. Domos in circuitu basilicæ, pstantes solidos. clv. Possessionẽ Papyrianã in territorio Ferẽtino, cum adiacẽtibus attiguis, pstantẽ solidos. cxx. & tremissem. Possessionẽ Antonianam in territorio Casino, pstantẽ solidos. ciij. Balneum iuxta * titulum, pstantem solidos. xxvij. Hic constituit, vt psalmi die noctuq; canerent, p omes ecclesias, qui hoc pcepit psbyteris, epis, ac monasterijs. Hic fecit ordinatiões in vrbe Roma. v. p mensem Decembrẽ, psbyteros. xxxi. diacones. xi. epos p diuersa loca numero. lxij. Qui etiam sepultus est via Ardeatina, in basilica sua. iij. Idus Decembris, iuxta matrem suam & germanam. Et cessauit episcopatus dies. xxxi.

alias, templũ

De eodem Damaso Rufinus lib. xi, ecclesiast. histo. ca. x. scribit in hunc modũ.

Damasus post Liberium per successionem sacerdotium in vrbe Roma susceperat. Quem prælatum sibi non ferens Vrsinus quidam eiusdem ecclesiæ diaconus, in tantum furoris erupit, vt persuaso quodam satis imperito, & agresti episcopo, collecta turbulentorum, & seditiosorum hominum manu, in basilica, quæ Sicimini appellatur episcopum se feri extorqueret, legibus, & ordine, & ratione peruersis. Quo ex facto tanta seditio, immo vero tanta bella coorta sunt, alterutrum * descendẽtibus populis, vt replerentur humano sanguine orationum loca. Quæ res sanctione Maximini psecti sæui hominis, ad inuidiam boni, & innocẽtis versa ẽ sacerdotis, ita vt causa clericorum vsq; ad tormenta duceretur. Sed assertor innocentiæ deus affuit, & in caput eorum, qui intenderant dolum, pœna conuersa est. Hæc ille.

alias, deferentibus

Verum Marianus Scotus anno secundo Imperij Valentiniani cum fratre Valente, ad veritatẽ euangelij. ccc. lxxxiiij. secundum Dionysii cyclum, anno. ccc. lxij. Gratiano, ac Gadalaizo cõsulibus de Damaso papa scribit. Damasus post Petrũ. xxxvi. sedit annis. xix. Et non post multum temporis Vrsinus a quibusdam epis constitutus Sicinium cum suis inuadit. Quo Damasianæ partis populo confluente crudelissimæ interfectiones diuersi sexus sunt perpetratæ. Idem anno Imperij Gratiani cũ Valentiniano quinto, ad euangelij veritatem. cccc. iij. & secundum Dionysii cyclum ccc. lxxxi. Merobande & Saturnino consulibus, de Damaso: Tertio (inqt) Idus Decembris natale sancti Damasi papæ, via Ardeatina, qui sedit annis. xix. Hic constituit, vt die, noctuq; psalmi per omnes ecclesias decantarentur.

Episto

A

EPISTOLA DAMASI PAPAE PRIMI, AD PAVLInum Antiochenum Epiſcopum.

DILECTISSIMO Fratri Paulino, Damaſus. Per filiũ meum Vitalem ad te ſcripta direxeram, tuæ voluntati, & tuo iudicio omnia derelinquens, & per Petrum preſbyterum indicaueram me in articulo profectionis eius aliqua ex parte commotum. Vnde vt & nullus tibi ſcrupulus reſideret, & ne volentes forſitan eccleſiæ copulari tua cautio præblanda (alias captio perblanda) differret fidem noſtram, miſimus, non tã tibi, qui eius fidei, communioniq́ʒ ſociaris, quàm his, qui in ea ſubſcribentes, tibi & nobis, per te voluerint ſociari, dilectiſſime frater. Quapropter, ſi ſupradictus filius meus Vitalis, & hi, qui cum eo ſunt, tibi voluerint aggregari, primum debet in ea expeditione fidei ſubſcribere, quæ apud Nicæam pia patrum voluntate firmata eſt.

alias, cautio probanda

B

Ca.I. Deinde, quoniam nemo poteſt futuris vulneribus adhibere medicinam, ea hæreſis eradicanda eſt, quæ poſtea in Oriente dicitur pullulaſſe, id eſt, confitendus eſt ipſe ſapientiæ ſermo filius dei humanum ſuſcepiſſe corpus, animam, ſenſum, id eſt, integrum Adam, & (vt expreſſius dicam) totum veterem noſtrum ſine peccato hominem. Sicut enim, confitẽtes eum humanum corpus ſuſcepiſſe, non ſtatim ei, & humanas vitiorũ adiungimus paſſiones, ita & dicentes eum ſuſcepiſſe & hominis animam, & ſenſum, non ſtatim dicimus eum & cogitationũ humanarũ ſubiacuiſſe pctõ.

Ca.II. Si quis aũt dixerit, verbũ pro humano ſenſu in dñi carne verſatũ, hũc catholica eccleſia anathematizat, nec nõ & eos q duos in ſaluatore filios confitent, id eſt vnum ante incarnationẽ & aliũ poſt aſſumptionẽ carnis ex virgine, ſed eundẽ dei filium, & ante & poſtea confiteant, quicũqʒ huic epiſtolæ ſubſcribere voluerint, ita tñ, vt ſi & in eccleſiaſticis canonibus (quos optime noſti) & in Nicænã fidẽ ante ſubſcripſerit, hunc debeas abſqʒ aliqua ambiguitate ſuſcipere. Non quod hæc ipſa, quæ nos ſcripſimus, non poterimus conuertentium * ſuſceptioni proponere, ſed quod tibi conſenſus noſter liberum in ſuſcipiendo tribuat exemplum.

alias, in ſuſceptione
als ſuſceptiõe

C

¶ In eminentiſſima Roma colligentes, quę contra diuerſas hæreſes conſcripta ſunt, ſubiunximus.

PROFESSIO CATHOLICAE FIDEI QVAM ſcripſit Damaſus Paulino Antiocheno.

¶ Verum Theodoritus lib. v. ca. x. hiſto. eccleſi. ſic ſcribit: Confeſſio catholicę fidei, quã papa Damaſus miſit Paulino epõ Theſſaloñ. in Macedonia &c.

POſt Nicænum concilium aliud in vrbe Romana poſtea congregatum eſt, in quo catholici epĩ addiderũt de ſpiritu ſancto, quia poſtea is error inoleuit, vt quidam ore ſacrilego auderẽt dicere, ſpiritum ſanctum factum eſſe p filium. Vnde anathematizamus om̃es, qui nõ tota libertate proclamãt, eum cum patre, & filio vnius poteſtatis eſſe atqʒ ſubſtantiæ. Anathematizamus quoqʒ eos, q Sabellij ſequuntur errorem, eundem dicentes patrem eſſe, quem & filium. Anathematizamus Arrium, atqʒ Eunomium, qui pari impietate, licet ſermone diſſimili, filium, & ſpiritum ſanctum aſſerunt eſſe creaturas. Anathematizamus Macedonianos, qui de Arrij ſtirpe venientes, non perfidiam mutauerunt, ſed nomen.

Anathę

Anathematizamus Photinum, qui Hebionis hæresim instaurat, qui dñm Iesum Chrm tm̃ ex Maria virgine cõfitet. Anathematizamus eos, q duos filios asserunt, vnum ante secula, & alterũ post assumptionẽ carnis ex virgine Anathematizamus, eos, q pro hominis anima rõnali, & intelligibili dicunt, dei verbum in humana carne versatũ, cum ipse filius sit verbum dei, & nõ pro anima rationali, & intelligibili in suo corpore fuerit, sed nostram, id est, rationalem, & intelligibilẽ sine pctõ animam susceperit, atq; saluauerit. Anathematizamus eos, q * verũ dei filium extẽsione, aut collectione, & a patre separatum, in substantiuum, & finẽ habiturum esse contendunt.

alias verbum

Huic loco & Theodoritus ca.11.lib.5.& histo.trip. Cassiodori lib.9.ca.19.q sequunt, addunt. Eos aũt, q ab ecclesijs ad ecclesias migrauerint, tã diu a nostra cõione alienos habemus, donec ad eas redierint ciuitates, in quibus primitus sunt ordinati. Quod si quis alius alio transmigrante, in locum viuentis ordinatus est, tam diu vacet sacerdotij dignitate, qui suam deseruit ciuitatẽ, donec successor eius quiescat in domino.

Si qs non dixerit, semp patrẽ, semp filium, semp spm̃ sanctum, anathema sit. Si qs nõ dixerit, filium natum de patre. i. de substãtia diuina ipsius, anathema sit. Si qs nõ dixerit,* verbũ dñi, filiũ dei deũ, & om̃ia posse, & patri æqualẽ, anathema sit. Si quis dixerit, quod in carne cõstitutus filius dei, cũ esset in terra, in cœlis cũ patre non erat, anathema sit. Si quis dixerit, quod in passione crucis dolorẽ sustinuit filius dei deus, & nõ caro cum anima, quã induerat in forma serui, quam sibi acceperat, sicut ait scriptura, anathema sit. Si qs non dixerit, excruciatum carne dei filiũ, & carne mortẽ gustasse, fuisseq; primogenitũ ex mortuis, quatenus vita est, & viuificus deus, anathema sit. Si qs nõ dixerit, qd in carne, quã assumpsit Chrus, sedet ad dexterã pr̃is, in qua venturus est iudicare viuos & mortuos, anathema sit. Si qs nõ dixerit, spm̃ sctm̃ de pr̃e eẽ vere ac proprie, sicut filiũ de diuina substãtia, &* deũ verũ, anathema sit. Si qs non dixerit, om̃ia posse spm̃ sanctũ, omnia nosse, & vbiq; esse, sicut patrẽ, & filiũ, anathema sit. Si qs dixerit, spm̃ sanctũ facturã, aut* a filio factũ, anathema sit. Si qs nõ dixerit, om̃ia p * filium, & spm̃ sanctũ patrẽ fecisse. i. visibilia & inuisibilia, anathema sit. Si qs non dixerit pr̃is, & filij, & spũs sancti vnã diuinitatẽ, potestatẽ, maiestatẽ, potentiã, vnã gloriã, dñationẽ, vnũ regnum, atq; vnã voluntatẽ, ac veritatẽ, anathema sit. Si qs tres psonas non dixerit veras patris, & filij, & spũs sancti æquales, semper * iubentes, om̃ia & continẽtes visibilia & inuisibilia, om̃ipotẽtes, om̃ia iudicãtes, om̃ia viuificantes, om̃ia facientes, om̃ia saluantes, anathema sit. Si quis non dixerit, spiritum sanctum adorãdum ab omni creatura, sicut & filium, & patrem, anathema sit. Si quis de patre, & filio bene senserit, de spiritu autem sancto, non recte habuerit, hæreticus est.

alias, deũ verum filiũ dei, als, sicut deũ prem eius, & oĩa posse, & omnia nosse,

Philip. 2. a

alias, deũ dei verbum,

alias, filium

alias, p filium

als, p filiũ qui carnẽ assumpsit

alias, viuẽtes omnia

¶ Additio ex historia ecclesiastica Theodoriti Cyreñ. epĩ, libr. v. cap. xi.

Et ex lib. eccle. histor. tripartitæ Cassiodo. ix. ca. xvi. in forma. Quia oẽs hæretici de filio dei, & de spũ sancto male sentientes in Iudæorũ atq; Gentilium incredulitate consistere conuincunt. Si quis autem diuiserit deum patrem, dicens, & deum filium, vocans patrem deum ex patre, & deum filium, & deum spiritum sanctum, affirmans deos dici, & nõ deum propter vnam deitatẽ, ac potestatẽ, quã esse credimus, & nouimus patris, & filij, & spũs sancti, deum vnum, subtrahẽs vero filium, & spm̃ sanctum tanq̃ solum opinatus patrẽ deum, anathema sit (alias sancti deum) subtrahẽs autẽ filium, aut spm̃ sanctum, ita solum æstimet esse deum patrẽ dici, aut credi vnum deum, anathematizamus (alias sancti) cum sit deus vnus in tribus substantijs, vel si quis distrahat filium cum sancto spiritu, vt solum patrẽ deum dici, neq; vnum credẽdum deum arbitret, anathema sit. Nomẽ em̃ deorũ, & angelis, & hominibus sanctis a deo positũ est, atq; donatum. De patre vero & filio, & spũ sancto, propter vnã æqualemq; diuinitatẽ non deorũ noĩa, sed dei nostri ostẽdit, atq; iudicat, vt credamus, qa in patre, & filio, & spiritu sancto baptizamur, & nõ in archãgelorũ nominibus, sicut hæretici, aut sicut Iudæi, Gentilesq; demẽtes faciunt. Hæc igitur Christianorũ salus est, vt credẽtes trinitati, hoc est, patri, & filio, & spiritui sancto, & in ea baptizati, vnam deitatem, potestatem, & diuinitatem, & substantiam in ea esse credamus.

Epistola

A

EPISTOLA DAMASI PAPAE SECVNda, ad Hieronymum presbyterum.

DAmasus episcopus fratri & compresbytero Hieronymo in dño salutem. Dum multa corpora librorum in meo arbitrio allata fuissent, contigit, vt & librum psalmorum in meo animo festinus cognoscerem detineri, & memoriam capacitatis meæ imbuere. Cogitaui, frater amãtissime, & in Christo semper sacerdos, vt secundũ septuaginta interpretes, & presbyteros, id est, Matthiam, & Ptolomæum, Muchium, Sacreũ, Hydronium, Pamphilum, Zoastitem, Didymum, Sanium, Epiphanium, Ciatrem, Simonem, & cæteros, inquantũ nostra recurrit conscientia, de. lxx. inuenire vestigia. Peto etiam tuã charitatem, vt sicut a *rectore tuo Alexandro episcopo nostro didicisti *Græcorum psallẽtiã, ad nos dirigere tua fraternitas delectetur, qa tantæ apud nos simplicitatis indago est, vt tãtum in die dominica apostoli epistola vna recitetur, & euangelij capitulum vnum dicatur, & nec psallentium *mos tenetur, nec *hymni decus in ore nostro cognoscitur. Peto ergo per fratrem & compresbyterum nostrum Bonifacium, vt iubeat fraternitas tua rei huius nobis aperire vestigia, missa quinto Kalendas Nouembris, per Bonifacium presbyterum Hierosolymam.

> als, creatore.
> als, ĩ gremio Græcorum psallere.
> als, vox vlla resonet
> als, hymnidicus

B

¶ Rescriptum Hieronymi presbyteri ad Damasum papam, vbi suggerit de gloria patri, & alleluia, in fine psalmorum apud Romanam ecclesiam concinendo.

BEatissimo papæ Damaso, sedis apostolicæ vrbis Romæ Hieronymus supplex. Legi literas apostolatus vestri, poscentes, vt secundum simplicitatem. lxx. interpretũ canendũ psalmographum interpretari festinem propter fastidiũ Romanorum, vt vbi obscuritas impedit, apertius latine trahatur sensus. Precatur ergo cliens tuus, vt vox ista psallentium in sede tua Romana die, noctuq; canatur, & in fine psalmi cuiuslibet siue matutinis, vel vespertinis horis coniungi præcipiat apostolatus tui ordo, gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. Istud carmen laudis omni psalmo coniungi pcipias, vt fides. cccxviij. episcoporum Nicæni concilij in vestro ore pari consortio declaretur. Vbi aũt deus, & homo honorabili voce * cantatur, alleluia semp cum omnibus psalmis affigatur, vt in omni loco communiter respondeatur, nocturnis temporibus. In ecclesia autẽ a sancta resurrectione vsq; ad sanctum Pentecosten finiatur, inter dierum vero spacia quinquagesimæ propter nouitatem sancti Paschæ, vt vox ista laudis canatur in aleph, quod prologus græce, latine præfatio dicitur.

C

> als, pdicatur.

¶ Epistola Stephani archiepiscopi & trium conciliorum Aphricæ ad Damasum papam de priuilegio Romanæ sedis.

BEatissimo domino, & apostolico culmine sublimato, sancto patri patrũ Damaso papæ, & summo omniũ præsulum pontifici Stephanus archiepiscopus concilij Mauritaniæ, & vniuersi epi de tribus concilijs Africanæ prouintiæ. Notũ vestræ facimus beatitudini, qd quidã fratres, in confinio nobis positi, quosdã fratres nostros, venerabiles videlicet epos, vobis inconsultis, a proprio deijciunt gradu, vel deijcere moliunt, cum vestræ sedi, eporum iudicia, & summorum finem ecclesiasticorum negotiorum in honore beatissimi Petri, patrũ decreta oĩm, cunctã reseruauere sententiã, inquirẽdi reuerẽtia de dei rebus, quas omi cura, & solicitudine obseruare debemus. Maxime vero iuste

> Cõcilium Africanum Mauritaniæ.

debent ab ipso præsulũ examinari vertice apostolico, cuius vetusta solicitudo est, tã mala dãnare, q̃ releuare laudãda. Antiquis eñ regulis censitũ est, vt quicqd horum quis in remotis, vel in longinquo positis, ageret prouintijs, non prius tractandũ, vel accipiendũ sit, nisi ad notitiã almæ sedis vestræ fuisset deductũ, vt eius authoritate, iuxta q̃d fuisset pronuntiatũ, firmaretur, & reliqua multotiẽs talia, & his similia, quæ super his cõstituta sunt, qbus, si illicite factũ est, vt semp vestrę sedi consuetudo fuit, festinanter occurrite, & his viriliter, vt pater pro filijs, certãtes, state, sicut bene a Iesu filio Syrach dictum est: Vsq; ad mortẽ certa pro veritate, & semp dñs deus tuus pugnabit pro te. Accipere eñ personã impij, nõ est bonũ, vt declines a veritate iudicij. Sin minus illicita sunt hæc, pateat nobis talis omnibus licentia, beatissime pater, Aut si liceat hos, vel aliquos etiã minorum graduũ clericos, nisi canonice, tempore legitimo, vocatos, aut sine legitimis accusatoribus, aut absq; veris, & innocẽtibus testibus, vel nisi manifeste canonice cõuictos, aut sponte confessos, vel a suis sedibus eiectos, aut suis expoliatos rebus, vocare ad synodũ, vel damnare, qa legimus, eos non posse canonice ad synodum, ante suam diu tenendã, & gubernandã, viribus scilicet pleniter resumptis, restitutionem, suisq; omnibus sibi legaliter restitutis, integerrime *vocari, aut, vt veniant ad synodũ, nisi sponte voluerint, imperari. Deus ergo creator omnium cõseruet longæuum apostolatũ vestrũ ad stabilitatẽ ecclesiarum sanctarum, & orthodoxæ fidei, vosq; pastorem bonum, qui pro spiritualibus ouibus vestram ponitis animã, atq; baculo pastorali lupos rapaces expellitis, omnibusq; oppressis auxilium fertis. Quod & istis, atq; omibus vos semper facere optamus, sanctissime papa, Subscriptio. Et alia manu. Ora pro nobis, charissime pater.

Idẽ habet in decre. Felicis papæ 2. in epi 1. Aegyptiorum, ad Felicẽ papã. 2

Eccl. 4.d

als, euocari.

D

E

¶EPISTOLA DAMASI PAPAE TERTIA ad eundem Stephanũ, & ad concilia Africæ, q̃ eporum iudicia, & maiores causæ non authoritate sedis apostolicæ sunt terminandæ.

DAmasus seruus seruorum dei, atq; per gratiã eius, episcopus sanctæ catholicæ ecclesiæ vrbis Romæ, Stephano archiepõ concilij Mauritaniæ, & vniuersis episcopis Africanæ prouintiæ, Lectis fraternitatis vestræ literis, primo gratias ago, q̃d tantorum fratrũ merui benedictione frui, deinde quod circa fratres solicitos vos reperi, & cum eis crucem dñi deferre, qui ait: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me, & reliqua ad hunc modũ pertinẽtia. Igitur, qm̃ in p̃senti opportune gestorum cõsultatione, apostolicis vestra beatitudo visceribus cõmota, nos hortata est, tuitionem fratrũ apostolica impendere authoritate, & eorum iniurijs subuenire, dum constet, eadẽ vos cũ apostolo cõpassibiliter dicere, quis infirmatur, & ego nõ infirmor? quis scandalizatur, & nõ vror? satagentes, ne aliquis de his, q vobis crediti sunt, a sæuis bestijs laceret, aut capiat, pro qua re oportet, iuxta vestrã prudentẽ cõmonitionẽ, magis aũt secundũ dñi diuinã perceptionem, nos, qui supra domũ eius, hoc est, vniuersalẽ ecclesiã catholicã episcopale suscepimus ministeriũ, solicite vigilare, vt ne qd de sacris eius muneribus, id est, apostolicis viris, apostolorumq; successoribus, atq; ministris quisquã, nobis dormitãtibus, valeat supprimi, atq; iniuste, nobisq; inconsultis, damnari. Scitis, fratres charissimi, firmamentum adeo fixum, & immobile, atq; titulũ lucidissimũ suorum sacerdotũ, id est, omnium episcoporum, apostolicã sedẽ esse cõstitutam, & verticem ecclesiarum. Tu es eñ (sicut diuinũ pronuntiat verbũ veraciter) Petrus, & sup firmamentũ tuũ ecclesiæ columnæ, q epi intelligunt, cõfirmatæ sunt, & tibi claues regni cœlorum commisi, atq; ligare, & soluere, potestatẽ, quæ in cœlis sunt, & quæ in terris, promulgaui. Tu profanatorum hominũ, & mẽbrorum meorum, maximeq; discipulorum meorum existis vt princeps, & doctor orthodoxæ, & immaculatæ fidei, cuius vice hodie, gratia dei, legatione pro Christo fungimur, & oẽs huius sanctæ sedis p̃sules eius vicẽ gesserũt, gerũt & geret. Ideo omia, quæ in-

Lucæ. 9.c

2. Cor. 11.g

Matth. 16.c.

F

A quæ innotuistis,nō licere mandarē,nisi vos tā pleniter instructos esse scirē,q̄d cun-cta,sup quibus cōsulitis,illicita esse nō dubitetis. Discutere nãq; epos,& summas ecclesiasticoꝝ negotioꝝ causas metropolitano,vna cū oībus suis cōprouintialibus, ita vt nemo ex eis desit,& oēs in singuloꝝ concordent negotijs,licet,sed definire eoꝝ,atq; ecclesiasticaꝝ summas querelas causaꝝ,vel dānare epos, absq; huius sanctæ sedis authoritate,minime licet,quā oēs appellare,(si necesse fuerit) & eius fulciri auxilio oportet. Nā(vt nostis)synodū sine eius autoritate fieri, nō est catholicum, nec eps,nisi in legitima synodo,& suo tpe, apostolica vocatiōe,cōgregata, definitæ dānari pōt,neq; vlla vnq̄ cōcilia rata legūtur,q̄ nō sunt fulta apostolica authoritate, Accusatores aūt epoꝝ,& testes,super qbus rogitastis, absq; vlla infamia, aut suspitione,vel manifesta macula,& veræ fidei pleniter instructi esse debēt, & tales, quales ad sacerdotium eligere iubet diuina authoritas, qm̄ sacerdotes (vt antiqua tradit authoritas)criminari nō possunt,nec in eos testificari, q ad eundem non debent, nec possunt prouehi honorē. Vocatio em̄ ad synodū,iuxta decreta patrū,canonica eius,q impetitur,tā sua p̄sentia,q̄ & scriptis,atq; apocrisarijs p spaciū fieri debet cōgruum atq; canonicum,qa nisi canonice vocatus fuerit,suo tpe,& canonica ordinatione,licet venerit ad conuentū,quacūq; necessitate,nisi sponte voluerit, nullatenus suis respondebit insidiatoribus,qm̄ nec seculi leges hoc permittunt fieri, q̄to magis diuinæ?

B De eiectis vero,atq; suis rebus expoliatis,nihil vobis verius significare q̄o, quam sancti patres diffinierūt,& nostri p̄decessores,apostolica authoritate roborauerunt. Ita em̄ hæc se habent,epos eiectos,atq; suis rebus expoliatos,ecclesias proprias primo recipere,& sua eis omnia legaliter reddi,sancti canones decreuerunt,& postea,si qs eos accusare voluerit,æquo periculo facere sanciuerūt, iudices eē decernentes epos,recte sapiētes,& iuste *volētes epoꝝ ad tēpus, diuq; illis resumptis viribus,& suis potestatiue fruentibus rebus,amicisq;,& dei seruis sapiētibus cōsulentibus viris,in ecclesia conuenientes, vbi testes essent singuloꝝ,q oppressi esse videnť. Et reliqua,ad hūc ordinē pertinentia,quæ,prolixitatē vitātes,hic nō inseruimus,qa his sufficere credimus. Si qs aūt his nō est cōtentus, legat ea,& satiabiť. Scimus em̄, hoīes inermes nō posse cū armatis rite pugnare,sic nec illi,q eiecti,vel suis bonis sunt expoliati,cum illis,q in suo stant *gradu,& suis fruunť amicis,atq; bonis,litigare rite nō possunt. Nec seculi *quoq; leges hæc secularibus fieri pmittūt,sed prius eiectos, vel oppressos,aut expoliatos cū suis oībus restitui iubēt,& postea suo tpe, sicut lex eoꝝ continet,ad placita venire p̄cipiunt,nec vlla carceris custodia appellantē arceri permittunt. Docent em̄ ex parte(sicut nostis)terrena,q̄ sunt cœlestia.

C Accusatores vero,& accusationes quas seculi leges nō ascisćunt,nullatenus sunt in hoꝝ admittēdæ causis,qa omne,q̄d irreprehensibile est,catholica defendit ecclesia. Et hoc a maioribus definitū esse propter prauoꝝ hominū insidias,non dubitatur. Decet em̄ dn̄i sacerdotes fratrū causas pie tractare,& venerabiliter intendere, atq; eoꝝ iudicia sup sacrificia ordinare,nec proterue,aut tyrannica dominatione (vt de quibusdā referť) sed charitatiue pro deo,& fraterno amore cūcta peragere,& q̄d sibi qs fieri, secundum dominicā vocem,non vult,alij inferre non p̄sumat, &,in qua mensura mensi fueritis,remetietur vobis. Ea vero,quæ apostoloꝝ p̄dicatione, & patrū instructione pcepimus,semp tenere debemus,ne aliqua noua cudere,aut ad noxam fratrum *intēdere videamur,sed alterutrum onera portemus,vt iuxta apostolū,legē dn̄i adimplere valeamus. Tēpus em̄ congruū præuideri oportet,quādo vniuscuiusq; accusate p̄sonæ causa rectissime in medio producať,quatenus grauitatē eius, consonantiam quę cōtra patrū decreta,vel synodoꝝ confessionē prodi minime cognoscatur. Quā ordinabiliter oēs intendant,vt ad eā in oībus rationabiliter respondeant, & iuste se velle manifeste ostendant. Nullus aūt introducať personaliter,sed accusatores, & accusati æqua audianť ratione,iuxta q̄d gestoꝝ ordo exigit. Accusatores vero & iudices non idem sint,sed per se accusatores,per se iudices,p se testes,per se accusati, vnusquisq; in suo ordinabiliter ordine. Nam inscriptio primo semp fiat,vt talionem calūniator recipiat,qa ante inscriptionē nemo debet iudicari, vel dānari,cū & seculi

QQ ij leges hæc

Marginal notes:
3.q.6.Discutere epos
2.q.7.Testes absq; vlla Et in dec.Iuonis lib. 4
2.q.7.Sacerdotes vt ant. Et in de.Iuo. lib.4.
5.q.2.Vocatio ad syno.
alias,volētes.
alias,statu.
alias,quæq;
Tobiæ.4.c
Matth.7.b.
Lucæ.6.c
Matth.7.a & Marci.4.c
alias,superintendere
Galat.6.a
4.q.4.Nullus introducať Et in de.Iuonis lib.4

leges hæc eadē retineāt. De qbus omībus vera semp fiat *æquitas, quatenus accu- sationis, & iudicij, ac testimonij mercedē, per veritatē gestorum consequi valeant. Scriptum est em: Abominatio dño labia mendacia, & testem fallacē, proferentem mēdacia, & seminantē inter fratres scandala, atq; litigia, ipso monente atq; dicente: Nō facies calumniā proximo tuo, nec vi opprimes eū. Nō facies qd iniquū est, nec iniuste iudicabis. Nō cōsiderabis personā pauperis, nec honores vultū potentis. Iuste iudica proximo tuo. Et qd tibi non vis fieri, alteri ne facias, & reliqua. Et maxime pceptum habentes apostolicū, attendere nobisipsis, & gregi, in quo nos spūs sanctus posuit epos, regere dei ecclesiā, quam acquisiuit per sanguinem suū propriū, conuenit. Et itemq* Attendere lupos, attendere malos operarios, q peruersa faciunt, & aduersa loquunt, vt detrahere semp discipulis dñi, & infamare queant, quos corrigere, vos, & oēs dñi sacerdotes summo studio oportet, qa peius malū non est, quā vt ciues ciuibus inuideant, & sacerdotes, vel clerici sacerdotibus, vel pontificibus insidiētur, testante etiā veritatis voce, Qui vos tangit, tangit pupillā oculi mei. Et, qui scādalizauerit vnū de pusillis istis, melius est, vt suspendat mola asinaria in collo eius, & demergat in profundū maris. Et item: Beatus, q non fuerit scandalizatus in me. Ille proculdubio scandalizatus est in deū, q eius scandalizat episcopum, vel sacerdotē. Et multa talia, q hic nō inserunt, ne nimis prolixa efficiatur epistola. Monentes qq; instruere debetis memoratos vicinos vros, vt a talibus se subtrahāt, &, q illicite cōtra pfixos fratres egerunt, cito corrigāt. Et, qs nobis incōsultis lęserūt, nobis incōsultis, plena satisfactione sanent, & cito sibi eos recōciliēt, si noluerint apostolicæ sedis suscipere censurā. Nā si qd fortasse in eis, aut contra eos emerserat, nostrum fuerat expectandū examen, vt nostra (vt semper huic fuit sedi concessum priuilegium) aut condamnarent authoritate, aut fulcirentur auxilio. Neq; em suo pro libitu nostra debuerant iura peruadere, absq; apostolicæ sedis dispositione mandante. A talibus deinceps omnes se abstineant sacerdotes, q noluerint, ab apostolicæ petræ (super quam Chrūs (vt pdictum est) vniuersalē construxit ecclesiā, cui eporum summa iudicia, atq; maiorum causæ (sicut paulo superius memoratū est) reseruatę sunt, atq; solidatę) censura ac sacerdotali honore secludi. Induciæ em accusatis in criminalibus epis sex mensiū, vel eo amplius, si necesse fuerit concedendæ sunt, qm & laicis hoc permissum, nullus secularibus imbutus disciplinis, ignorat, quanto magis sacerdotibus, q superiores esse eis nō dubitant? Habetur qq; in decretis sanctorum patrū sancitum, nō fore canonicū, quenq sacerdotū iudicare, vel dānare, anteq accusatores, canonice examinatos psentes habeat, locūq; defendēdi accipiat, id est, inducias ecclesiasticas ad abluenda crimina, &c. Nec extra propriā fiat prouintiā primo discussionis accusatio, sine apostolica pceptione, cui in oībus causis debet reuerentia custodiri, qm & antiqua docet hoc patrū regula, in qua & imperialia pariter statuta concinunt. Criminū, inquiunt, discussio ibi agēda est, vbi crimen admissum est. Nā alibi criminū reus prohibet audiri. Et alibi in canonibus pcipitur: Quæcunq; negotia in suis locis, vbi orta sunt, finienda sunt, & reliqua talia, & his similia, salua tn in oībus apostolica authoritate, vt nihil in his definiatur, priusquā ei placere cognoscat, qua oēs suffultos eē oportet. Et si qd eis graue, intolerādūq; acciderit, eius est semp expectanda censura. Neq; em proterue, aut stimulo suæ cogitationis impulsus (vt sæpe actū agnouimus) detrahere, aut accusare psumat quenq sacerdotū, qa iniuria eorum ad Christū pertinet, cuius vice legatione pro populo, Christi sanguine redempto, fungunt. Causas em eorum, qa dei causæ sunt, eius eē iudicio scimus reseruandas, qui valet corpus occidere, & animā mittere in gehennā. Qui dicit, mihi vindictā, & ego retribuā. Apud quem conscientia nuda est, cui non abscondunt occulta. Instruendi etiā oēs sunt, qm per nos illis Chrūs intonuit, non esse ouium, lupi insidias puidere, sed pastoris. Monet ergo beatus apostolus Paulus, ne de his temere, leuiterq; psumatur iudicium, de qbus nemo potest verius, vel melius iudicare, q deus. Tu autē, inquit, quare iudicas fratrē tuū, aut cur spernis eum? Oēs em stabimus ante tribunal. Scriptum est em: Viuo ego, dicit dñs, Qm mihi flectetur omne genu, & omnis lingua

Marginal notes: als, æqualitas — Ecci.12.d — Leuit.19.c — Tobiæ.4.c — Matth.7.b. & Lucæ.6.c. — Acto.20.f — als, Attēdite lupos, attendite — Zacha.2.c — Matth.18.a — Matth.11.a — Lucæ.7.d — Matth.16.c. — 3.q.3.Induciæ accusatis in Et in de. Iuonis lib. 4 — 3.q.9.Habet qq; in decre. — Ibidem. Nec extra patriā. — Lucæ.12.a — Hebr.4.d — Iohā.10.a.b. — Roma.12.d. — Esaiæ.45.d

Margin letters: D — E — F

A lingua confitebitur dño. Itaq; vnusquisq; nostrũ pro se rationem reddet deo. In hoc ergo nõ sibi quispiam temerarios ausus vsurpet, vt p̃ter q̃d ad concordiam pertinet, aliud agat, vnde vnitas ecclesię dissipetur. Non ergo leuiter quisquã assentiat in detractione, vel iudicatione, vel dãnatione fratrũ, maximeq; sacerdotũ, qui proximiores sunt deo, & q proprio ore corpus Christi conficiunt, qa ob hoc venit ira dei in filios *diffidentiæ, qui Christũ persequũtur in suis membris. Nolite, fratres, nolite effici pticipes eorũ, nec cõmunicetis peccatis talium, aut infructuosis verbis illorũ. Magis aũt redarguite taliũ cœtus, qui extendere moliunt, quasi arcũ, in fratres linguas suas. Defendite ergo fratres, & oẽs monete, vt arment contra fratrũ persecutores. Cõfidimus aũt de vobis meliora, & viciniora saluti, qa neq; mors, neq; vita, neque angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundũ, neq; creatura alia, magistro gentiũ docente, poterit nos separare a charitate dñi nostri Iesu Christi, q̃ maxime in sacerdotibus, & reliquis perficitur mẽbris eius. Nolite itaq; amittere confidentiã vestrã, quæ magnam habet remuneration ẽ. Ecce em̃ iudex ante ianuã assistit, coronas hilariter promittens his, q pro eo fratribus auxilium ferunt, & oppressis succurrũt, atq; in charitate collaborãt. Quod si subtraxerit se quis, non placebit deo, sed *cadit, quia non subleuauit cadentem, sed emarcuit. Non aũt sumus subtractionis in oppressionẽ, sed adminiculi in acquisitionem, & supplemẽtũ fratrũ. Propter q̃d, assumite armaturã dei, vt possitis re-

B sistere omnibus taliter p̃sumentibus, & induite vos loricam iustitiæ, calciati pedes in p̃parationem euangelij pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in q̃ possitis omnia tela nequissimi *ignea extinguere. Et galeã salutis assumite, & gladiũ spũs quod est verbum dei, per omnem orationẽ, & obsecrationẽ radicati & fundati, vt idipsum dicatis omnes. Et non sint in vobis schismata, diuidentes corpus ecclesiæ bonum & integrũ in *tortuosas nouitates. Monet ergo apostolus, non amplius nos inuicẽ temere iudicare. Temere enim iudicat, si quis ep̃m, absq; sedis apostolicæ authoritate, condẽnat, cũ ei (vt paulo superius p̃libatum est) hoc specialiter priuilegium reseruatum sit. Sed hoc iudicate magis, inquit, ne ponatis offendiculũ fratri vel scandalũ. Patenter enim his, & alijs innumerabilibus decretorũ testimonijs, omnibus manifestum est, non debere episcopũ dãnari, licet eius p̃scrutetur opinio, donec iudiciũ de *ore nostræ apostolicæ authoritatis, hoc est, principis apostolorũ Petri cognoscat, vtpote, qm̃ solus, & præ omnibus creditus est, atq; percipere meruit a rege regum Christo deo claues regni cœlorũ, ad aperiendũ fidelibus, & beniuolis hominibus in eundem dñm nostrũ, & claudendum infidelibus, & maliuolis, atq; suis sacerdotibus, & sanctæ ecclesiæ, suo pretioso sanguine redemptæ, impugnatoribus siue nocentibus. Quod vtiq; & nos facere postulauit. Non q̃d noui aliqd nũc imperatur, sed il-

C lud q̃d per desidiam aliquorũ, aut scienter, aut negligenter transgredit, deinceps obseruetur ab omnibus, vt illa semper, quæ apostolica, & patrum traditione constituta sunt, sub metu, irrefragabili authoritate teneant. Scriptũ nãq; ẽ in secũda ad Thessalonicenses epistola, & ad Timotheũ, apostolo monente: State, & tenete traditiones vestras, quas didicistis, seu per verbũ, seu per epistolã. Item alibi per prophetã: Expectaui q̃ q;, sicut beatus Esaias intonuit, vt facerent iudicium, fecerunt aũt iniquitatem, & non iustitiã, sed clamorem, oẽs pios conturbantes. Et hoc scire debeant, qm̃ iudicium dei est secundũ veritatem in eos, qui talia agunt, licet diuitias bonitatis dei, & sustentationis, & patientiæ contemnãt ignorãtes, qm̃ benignitas dei ad pœnitentiam eos adducit, secundũ duritiam aũt eorũ, & cor impęnitens thesaurizant sibi iram, in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuiq; secundũ opera eius, (Et alibi scriptum est: Ego sum dñs deus vester, Non facietis iniquitatẽ in iudicio Non accipies personã *hominis, neq; mireris vultũ potentis, Ab omni iniquo verbo recedes, Innocentem & iustum non oppugnabis, neq; interficies. Ille proculdubio facit iniquitatẽ in iudicio, q ea sibi *vindicat, quæ ei vindicare non licet.) Ideo, quæ huic sanctæ sedi concessa sunt, nullus vsurpare sine eius cõsultu p̃sumat, q non vult honore ecclesiastico indignus, *vt contemptor, iudicari. Itaq; oportet negligẽtes pro-

alias, p̃uaricationum
Ephe. 5. b & Coloss. 3. a
Psal. 63
Heb. 6. b
Roma. 8. g.
Hebr. 10. h
Iacobi. 5. b.
alias, cadet.
Ephe. 6. b
alias, ignita
Ephe. 3. d
1. Cor. 1. b.
al's, tortuosis nouitatibus.
Roma. 2. a
& Acto. 15. g
Roma. 14. c.
alias, eo
Matth. 16. c.
2. Thessa. 2. d
& 1. Tim. 3. b
& ibidẽ. 6. d.
& 2. Tim. 3. d
Esaiæ. 5. c.
Roma. 2. a
Leuit. 19. c. d
al's, diuitis
al's, vẽdicat.
Dist. 17. Huic sedi.
alias, aut

tes propulsare, sed ita, vt nocentes nō roborent, & bonos improbis, aut insidiatoribus fratrum resistere, ne torpore desidiæ oppressi, taciturnitatis teneantur obnoxij. Itaq;, qui pōt obuiare, & perturbare puersos, & nō facit, nihil aliud est, q̄ fauere eoꝵ impietati. Nec em̄ caret scrupulo societatis occultę, q manifesto facinori desinit obuiare. Sitis autem perfecti, & integri in eodem sensu, & in eadem scientia firmati, vt per eam vias vestras dirigentes, in eundē inflexibiliter omnibus occurratis oppressis, quia vobis creditur dn̄s, ad quē accedentes lapidem viuū, ab hominibus qdem reprobatum propter talium impietatē, a deo autē electum, & honorificatū, sup quē vos, tanq̄ lapides viui, ædificamini in domū spūalem, in sacerdotium sanctū, offerētes spūales hostias ipsi in odorem suauitatis. Gratū em̄ admodum est sacrificiū domino, oppressis omnibus subuenire, quanto magis illis, de quibus ait: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit, &c. Libat quidem dn̄o prospera, q ab afflictis, & oppressis pellit aduersa. Sed & nūc, fratres, commendamus vos deo, & verbo gratiæ eius, q potest perficere, & dare hæreditatem in om̄ibus sanctificatis. Ipse autem deus pacis, & consolationis det vobis idipsum sapere in alterutrum, & in ipso semper, & in omnibus, vt vnanimes, vno ore, & vno corde honorificetis eū in concordiam, & auxilium fratrum, qui potens est confirmare omnes, & consolari secūdum euangelium, eius, & iuxta reuelationem mysterij temporibus æternis taciti, patefacti autem per scripturas sanctas, & patrum orthodoxorum doctrinas, secundum præceptum æterni dei, ad obediendum fidei, in omnibus cognitis nobis, soli sapiēti deo, domino nostro Iesu Christo, cum quo patri, & spiritui sancto gloria, honor, & imperium, & potestas in secula seculorum, Amen. Dominus vos custodiat, dilectissimi fratres, incolumes semper. Data octauo Kalendas Nouembris, Flauio & Stilicone, viris clarissimis consulibus.

[Margin: 23.q.3. Qui pōt obuiare. 1.Coꝵ. 1.b — 1.Petri.2.a — Lucæ.10.e Acto 20.f — Roma.15.b. — Roma.16.d.]

Hoꝵ consulum annū non recēsent sub tp̄e Damasi papæ, nec Marianus Scotus nec Cassiodorus, nec Gregorius Haloander. Veꝵ alteꝵ illoꝵ recenset Marianus Scotus iuxta euāgelij veritatē. ccccxx. quē Cassiodorus, & Gregorius vocāt Flauiū Stiliconē, quo sic vocato vterq; videretur assignari, sed anni designatio nō quadrat cum Damaso, sed potius cum Anastasio, vel Innocentio.

¶EPISTOLA DAMASI PAPAE QVARta, de Chorepiscopis, & qui idē sint, aut si aliqd sint, aut nihil, & de vana superstitione eorum vitanda.

Dominis venerabilibus fratribus, Prospero Numidiæ primæ sedis ep̄o, Leoni, Reparato, Alexandro, Benedicto, Rufo, & omnibus cæteris, vbiq; in recta, sancta, & apostolica fide cōsistentibus, orthodoxis ep̄is Damasus ep̄s. Licet, fratres charissimi, vobis sint nota patrū decreta, mirari tamē non possumus vestrā solertiam circa instituta maioꝵ, vt cuncta, q̄ possunt aliquam recipere dubitationē, ad nos, quasi ad caput, vt semper fuit consuetudo, deferre non desinatis, vt inde capiatis respōsa, vnde *accepistis institutionē, & normā recte viuēdi. Vnde & vos non immemores canonū esse recordamur, q & idipsum fieri præcipiūt. Nō vt vobis scietiæ ecclesiasticæ regulæ aliqd desit, sed vt authoritate sedis apostolicæ fulti, in nullo ab eius deuietis regulis. Igitur de chorepiscopis, de quibus nos consulere voluistis, quale sit eoꝵ ministerium, aut quid eis agere liceat, aut quā authoritatē habeant, vel si liceat eos fieri, an non, qa audiuimus eos iam esse prohibitos, aut quid de his, qui iam ordinati reperiuntur, agendū sit, nil vobis certius respondere nobis videtur, quam olim a p̄decessoribus nostris decretum reperimus, vt eis ad veniam nihil prorsus aliud reseruetur, quam priuatio sacri ministerij, quod illicite assumpserunt, quia prohibiti tam ab hac sacra sede, quam a totius orbis fuerant episcopis. Nimis ergo eorum institutio improba, nimis est praua, quia, vt hi de sum

[Margin: *al's, ecclesia accepit.]

A de summo sacerdotij ministerio aliquid præsumant, omni authoritate caret, & sacris canonibus inuenitur esse contrarium, atque ad totius ecclesiæ pertur bationem superba & superflua tendit elatio, & vacuum est & inane, quicquid in prędicto sacerdotij summi egerunt ministerio. Quod ipsi idem sint, qui & presbyteri, sufficienter inuenitur, quia ad formam & exemplum septuaginta inueniũtur prius instituti. Sed quia, deo gratias, modo necessarij, sicut in primitiua ecclesia propter studiũ, quod erga pauperes exigebant, non sunt, & quia illicita pręsumebant, & quod agebant, actũ non erat, & propterea multi in securitatem lapsi, ecclesiastico fraudebantur, & frustrabantur ministerio, ideo, tam ab hac sancta sede (vt superius memorauimus) q̃ & ab omnibus totius orbis episcopis, a pontificalibus sunt remoti officijs. Nam (vt nobis relatum est) quidam episcoporum, propter suam quietem, eis plebes suas cõmittere non formidant, & vt illicita, atq; prohibita agant, idem ea, quæ solis pontificibus debentur, sibi vsurpant, & ipsi in sua quiete torpent, & curã sibi a deo commissam negligunt, quũ dñs dicat: Bonus pastor animã suam ponit pro ouibus suis, & vocat eas nominatim, & cognoscit suas, & suæ agnoscũt eũ. Et item: Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, & animã meam pono pro ouibus meis. De mercennario autẽ quid dicat, bene nostis, quia videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & dispergit oues, & reliqua. Pro talibus vero negligitur cura ecclesiæ, &

B eius status perturbatur. Et ideo sunt prohibiti, in tantũ, vt si aliqui ex his reperti fuerint, a proprio decidant gradu. Illi nanq; episcopi, qui talia sibi p̃sumunt, videntur mihi esse meretricibus similes, quæ statim, vt pariunt, infantes suos alijs nutricibus tradunt educandos, vt suam citius libidinẽ explere valeant. Sic & isti, infantes suos, id est, populos sibi cõmissos, alijs educandos tradunt, vt suas libidines expleant, id est, vt pro suo libitu secularibus curis inhiẽt, & quod vnicuiq; visum fuerit, liberius agat. Pro talibus em̃ animæ negliguntur, oues pereunt, morbi crescunt, hæreses & schismata prodeunt, ecclesiæ destruuntur, sacerdotes vitiantur, & reliqua mala proueniunt. Non taliter dñs docuit, nec apostoli instituerunt, sed ipsi, qui curã suscipiunt, ipsi peragant, & ipsi proprios manipulos dño representent. Nam ipse ouem perditam diligenter quæsiuit, ipse inuenit, ipse proprijs humeris reportauit, nosq; idipsum facere perdocuit. Si ipse pro ouibus tantam curam habuit, ipse docuit, ipse curauit, ipse sanauit, ipse proprijs humeris reportauit, atq; in tantum dilexit, vt etiam animam suam (multas sustinens iniurias, multa opprobria, multasq; passiones) pro nobis traderet, quid nos miseri, & desides dicturi sumus, qui etiam pro ouibus nobis commissis curam impendere negligimus, & alijs eas educandas tradimus? Corrigantur hæc,

C fratres, necesse est, quia qui plus laborat, maiorem mercedem accipiet. Nam non amplius q̃ duos ordines inter discipulos domini esse cognouimus, id est, duodecim apostolorum, & septuaginta discipulorum, vnde iste tertius processerit funditus, ignoramus. Et, ꝙ ratione caret, extirpare necesse est. Quod enim episcopi non sint, qui minus q̃ a tribus sunt ordinati episcopis, omnibus patet, quoniam (vt bene nostis) prohibitum a * sacris est patribus, vt qui ab vno vel a duobus sunt ordinati episcopis, nec nominentur episcopi. Si nomen non habent, qualiter officium habebunt? Quicquid em̃ inter episcopos, aut de rebus, ad eos solummodo pertinentibus, egerint, necesse est (vt superius iam prælibatum est) vt irritum fiat, quia, quod non habent, dare nequaquam possunt, præsertim quum nullum ex septuaginta discipulis, quorum speciem isti, antequam prohiberentur (vt superius memoratum est) in ecclesia gerebant, nil de hoc, quod apostolis, eorumq; successoribus specialiter debebatur, legitur assumpsisse. Nec in lege domini, quæ Moysi ab ipso domino legitur dictata, de his, quæ summis sacerdotibus, id est, Moysi & Aaron, erant specialiter cõcessa, filij Aaron quicquã p̃sumebant. Nulli em̃ dubium est, ꝙ Moyses & Aaron soli, p̃cipiente domino, in tabernaculo dei erigebant altare, soli vngebant, soli sacerdotes sacra vnctione instituebãt, & alia, quæ ad summũ sacerdotiũ pertinebãt (de quibus sufficienter in diuinis legitur literis) agebant, quoniam summi domini sacerdotes erant, sicut de eis scriptum est, Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. Sic & modo, quia

Sup. in cõcil. Neocæsarien. ca. 13

Iohã. 10. b

Ibidem

Ibidem. b

Lucæ. 15. a

68. dist. Chorepi tã ab hac

* als, sanctis

Patet ex pluribus pentateuchi locis

Nume. 7. a

Psalm. 98

vmbra legis transiit, & lux euãgelij in nos, dei gratia, manifeste coruscat, de his, quæ in summis sacerdotibus, i. epis sunt, quorum figurã Moyses & Aaron tenuerunt, illi q septuaginta discipulorum formam gestãt, in quorum videlicet typo filij Aaron erãt, nihil præsumere debẽt, sicut nec illi quicq̃ de summi sacerdotij ministerio attingebãt. Nã quod chorepi, anteq̃ præfato prohiberent tenore, ad formã septuaginta instituti erãt canon sufficiẽter manifestat, vbi ait: Chorepi quoq; ad exemplum & formã septuaginta vident esse, & reliqua. Nec illud prætereundũ nobis videt, quod alibi in canonibus expressum est. Qui in vicis, & possessionibus chorepi nominant, quãuis manus impositionem eporum perceperint, & vt epi consecrati fuerint, & cætera. Nec ab re dictum perpẽdo, quanq̃ manus impositionẽ eporum perceperint, cum eporum nomen pluralem in se contineat numerum, & apud grãmaticos pluralis sit genitiuus, videtur enim mihi, quod tunc non ab vno, sed a pluribus ordinabãtur, quia nullatenus diceret eporum, si ab vno fieret talium ordinatio, cum eporum pluraliter dictum sit. Cum autẽ dixit chorepm, profecto villanum voluit intelligi epm. Et si villanus, quid agit in ciuitate, cum in vna ciuitate duo omnino prohibeantur esse epi? Et si in villa, & in eo loco, vbi antea epi non fuerunt, cum & in modica ciuitate, vel in villa, aut castello epũs fieri prohibeat, & in omnibus omnino locis, vbi antea episcopi non fuerunt, ne vilescat authoritas, & nomen episcopi, fuerint constituti, quid rogo erunt? Ecce nec locus cum ordinatione concordat, nec ordinatio cum loco, qm si episcoporum manus impositionem perceperunt, & vt episcopi sunt consecrati, vbi sunt cõsecrati? Ad villã quia Chore villa est apud Græcos. Et qualiter ad villam, si nec in castello, aut in modica ciuitate licet fieri, rogo, vt promatis, & si promere nõ potestis, qa scio per rationem aut plenam authoritatẽ minime potestis, digitum ori imponite, & eos omni authoritate carere non dubitate scilicet, quia tria obstant, quibus eorum cassatur actio, vel institutio. Vnum, quod ab vno episcopo ordinari solent, in quo eorum ordinatio a canonibus discordat, qui per manus episcoporum eos institui iubent. Aliud, si a pluribus episcopis sunt ordinati, & aut in villa, aut castello, seu in modica ciuitate, aut omnino non in eo loco præfixi, quo iuste episcopi fieri debent, aut dudum non fuerunt, vbi vilescat authoritas, & nomen episcopi, aut si in ciuitate cum altero episcopo, cum (vt prædictum est) in vna ciuitate duo non debeant consistere episcopi. Tertiũ, si absolute fuerint instituti, sicut de quibusdam audiuimus, quæ omnia episcopali omnino carent authoritate. Et illud adhuc restat, quod eorum ordo non habet in diuinis literis authoritatem, quia (vt præfixum est) ordines sunt duo tantum primi in ecclesia, id est, Apostolorum & septuaginta discipulorum. Sane si nec episcopi sunt, quia pro præfatis causis episcopi esse non possunt, nec presbyteros se nominari volunt, quia amplius esse ambiunt, atque plus quàm septuaginta discipuli fecissent, (ad quorum formam (vt paulo superius prælibauimus) hij, antequam prohiberentur, a quibusdam stultis, & sua quærentibus, & non quæ Christi Iesu, instituebantur) p̃sumere tentant, & illicita, atque prohibita agere p̃sumunt, nec hoc dici se volunt, quod sunt, rogo, vt manifeste prodatis, quid sint, quoniam aut aliquid sunt, aut nihil. Nam manifeste patet, quoniam episcopi non sunt. Et si episcopi non sunt, & presbyteri esse despiciunt, quid erunt? Aut aliquid prorsus erunt, aut nihil, quia nihil potest esse, nisi habeat, vnde sit. Et si non habet, vnde sit, aut vnde originem ducat, nec authoritatem habet, nec stare rite poterit, quia inane est, & vt destruatur, & cadat, necesse est, quoniam nihil est, & in nihilum reputabitur.

Si vero nihil ex his sunt, quæ superius memorauimus, tunc necesse est, vt nihil sint ex his, quæ sacerdotibus debentur. Et ideo, nec in sacerdotali catalogo habeantur, nisi tantum (vt primo commemorauimus) vt pro misericordia illis, qui humiliter hoc ferre voluerint, nec amplius ambierint, & per scriptum propria manu, subter corroboratum, idipsum confirmauerint, hoc solummodo concedatur, vt inter sacerdotes locum habeant, & ministerio presbyterorum contenti sint, atq; mense domini tantũmodo participes existãt. Amplius autẽ, q ambire voluerint, nec hoc retineãt, vt sacerdotes sint, sed omni ecclesiastico funditus priuent honore. Quod vero eis non liceat

In cõcil. Neocæsarie. ca. 13

In cõcil. Antiocheno. c. 10

D

E

F

A ceat sacerdotes cõsecrare, nec diaconos, aut subdiacones, nec virgines, nec altare erigere, nec vngere, aut sacrare, nec ecclesias dedicare, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare, nec publice quidẽ in missa quenq̃ pœnitentẽ recõciliare, nec formatas epistolas mittere, nec populũ benedicere, nec ante epm in baptisterio, aut in sacrario introire, nec p̃sente epo infantẽ tingere, aut signare, nec pœnitẽtem, sine p̃ceptione epi sui reconciliare, nec, eo p̃sente, nisi illo iubente, sacramentum corporis & sanguinis Christi cõficere, nec, eo corã posito, populũ docere, aut salutare, nec plebẽ exhortari, quæ oĩa solis pontificibus deberi, tam ex superioribus, q̃ ex alijs patrũ constitutis, aut sacris canonibus edocti estis. Et si necesse est quibusdã minus scientibus, doceri pleniter, & instrui possunt, vt per hoc & discretio graduum, & dignitatis fastigium summorum pontificum demonstretur. Similiter, & de presbyteris hæc habeantur, vt sine iussu proprij episcopi nil agant, quia, quod rarum est, hoc & pulchrius esse videtur. Et si nomen vilescit pontificũ, omnis status perturbatur ecclesiæ. Triplex itaq; in hac parte reatus est, quod & prohibita agunt, & quod sacrũ ministerium talis consortij vilitate polluitur, & episcoporum (quantum ad illicitæ vsurpationis temeritatem pertinet) iura soluuntur. Quod aũt solis apostolis, eorumq; successoribus, proprij sit officij, tradere spiritũ sanctũ, liber actuum apostolorum docet, p̃sertim, quũ nullus ex septuaginta discipulis, quorum isti in ecclesia speciem gerunt, legatur donũ sancti spiritus, per manus impositionẽ (vt p̃dictum est) tradidisse. Hæc ergo, quia omni carent ratione, nullus deinceps vsurpet, aut consentiat sacerdotum, qui noluerit a nostro sacerdotali collegio separari. Nec quod a nobis extinguitur, & a prædecessoribus nostris, ac reliquis (vt dictum est) totius orbis episcopis iam extinctum est, apud aliquos tenebrosis seminetur radicibus, sed, quæ male pullulasse noscuntur, radicitus euellantur, ne messem dominicam vlla corrumpãt zizania. Ita eñ fructum vberem domini sacerdotes præstabunt, si ea, quæ natam segetem enecare consueuerunt, radicitus amputentur. Cesset ergo, cesset tot vicibus prohibita & dãnata præsumptio, nec imitentur summi sacerdotes mulieres meretrices, quæ infantes suos, præfata voluptate, alijs ad nutriendum tribuunt, sed ipsi nutriant, ipsi domino suo fructum cum vsura reddant, fructuososq; manipulos ei cum gloria represententur. Nam si dominus leprosos, inter cæteras ouium suarum curas, tetigit, & mundauit, cur nos eadem agere dedignamur? Aut cur nosipsi, qui pastorale officium suscepimus, alijs alendas tradimus? maxime, quum dominus Petro præceptori nostro dixerit: Si diligis me, pasce oues meas, & multa talia, & his similia. Nam benedictio quam prædicti chorepiscopi ante suam prohibitionem, per manus impositionẽ dabant, magis nobis videtur vulnus inferre, q̃ salutem. Et illi, qui pontificatus apicem non habebant, quomodo ea, quæ non habebant, dare poterant? quoniã nihil in dante erat quod ille posset accipere. Aut quis hominũ, licet more humano loquamur, dare potest, quod non habet, præsertim, quum pontifices non erant, ea, q̃ solis pontificibus debentur, dare non poterant? Et propterea magis vulnerabant capita, quæ per manus impositionem tangebant, quũ ea, quæ eis collata non erant, per aliquam benedictionem darent. Et ideo, quicquid ex supradictis ministerijs pontificalibus præsumebant, irritum erat, & nihil * tactis proficiebat, sed magis, iuxta prophetam, meledictionem pro benedictione (si ratum est dicere) conferebant. Quapropter, per illam illicitam manus impositionem (vt paulo superius prælibauimus) vulneratũ caput illi, qui videbantur aliquid accepisse, habebant. Et vbi vulnus infixum est, necesse est medicinã adhibere, qua infixa sanet macula, id est, reiterari necesse est, q̃d legitime * actum aut collatũ minime approbat, si perfectũ esse debebit. Nam quomodo honorem possit retinere, qui ab illo acceperit, qui potestatem, dare legitime, non habuit, inuenire nõ possum, quum ille, qui honorem põtificalem non habuit, pontificalia non potest iura tribuere, nec hoc sibi poterant * vindicare, cuius capaces p hoc quod illis obstiterat, nõ fuerunt. Huius ergo discussionis curã, nobis specialiter * vindicantes, ita misericordiã irrogamus, vt si qua forsitan de his cõmissa sunt, corrigant, ne talia liceat vltra cõmitti. Et ne qua excusatio de ignoratione nascatur, quia, vt nobis gra

Marginal notes: B; C; Acto. 8. c; Matth 8. a; Marci. 1. d; Lucæ. 5. c; Iohan. 21. d; als, tãgendo proficiebant; 2. Reg 16. c & Psalm. 108; 1. q. 7. Per illicitã ma. Et. 9 q. 1. Per illic.; als, actũ non est, aut collatum minime probatur; als, vẽdicare; als, vẽdicãtes

bis gratulationem facit ecclesiarum status, salubri dispositione attributus, vel adornatus, ita non leui nos mœrore contristat, quotiẽs aliqua contra instituta canonum, vel ecclesiasticam disciplinam præsumpta, aut commissa cognoscimus. Quæ si nõ, qua debemus vigilantia, resecemus illi, q nos speculatores esse voluit, nos excusare nõ possumus, si eius ecclesiã, quæ nobis generaliter commissa est, inquãtum p̃ualemus, purã a tam illicitis supstitionibus nõ custodiamus, quia non aliter vnus grex, & vnus pastor sumus, nisi quemadmodum Apostolus docet: Idipsum dicamus omnes: Simus autem pfecti in eodẽ sensu, & in eadem sapiẽtia. Nec aliter veri discipuli dñi erimus, nisi radicem amaritudinis sursum germinãtem, (sicut hæc (vt asseritis) modo facit, ne nocere valeat, aut episcopale ministerium vilescere faciat, p eorum negligẽtiã, id est, omnium sacerdotum, qui euellere mala, & meliora plantare, sunt ab eo præpositi) vnusquisq; pro viribus extirpare festinet, & ipse, qui pro suis ouibus est æterno iudici rõnẽ redditurus, eas fouere, & educare decertet. Si dñi desideramus esse discipuli, ipsius imitemur vestigia. Vt de nobis dicatur: Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & voco eas nominatim, & cognoscunt me meæ, & reliqua. Et iterum, monente dominicæ vocis imperio, quo beatissimus apostolus Petrus, trina repetitione mysticæ sanctionis, imbuitur, vt Christi oues, qui Christum amat, diligenter, & cum magna cura pascat, quoniam ipsius sanctæ sedis (cui per abundantiã diuinæ gratiæ p̃sumus) amore, & reuerẽtia coartamur, vt tantæ superstitionis, quæ nullius (vt sæpe dictum est) fulcitur authoritate, periculum, quãtum possumus, declinemus, ne beati magistri nostri Petri, & summi apostoli dilectio, qua se amatorẽ dei esse testatus est, vana inueniatur in nobis, quoniam omnis negligenter pascens totiẽs sibi commendatum dominicum gregem, conuincitur summũ non amare pastorem, nec eius se velle discipulum fieri, cuius exempla negligit imitari. Nam gratia prorsus maior acquiritur, si de commissis ouibus lucrum offerat domino solicitudo pastoris. Nam & beatum Iacob qui pro vxoribus diu seruierat, dixisse meminimus. Viginti annis fui tecum, oues tuæ & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, ne captum a bestia ostẽdi tibi, ego damnum omne reddebam, & quicquid furto perierat, a me exigebas, die, noctéq; æstu vrebar, & gelu, fugiebat somnus ab oculis meis. Si ergo sic laborat & vigilat, qui pascit oues Laban, quãto labori, quantisq; vigilijs debet intẽdere, qui pascit oues dei? Sed in his omibus ipse nos instruat, qui pro suis dedit ouibus animã, & adiuuet nos, vt de his, qui nobis commissi sunt, fructum multiplicẽ, ac mensuram supfluentem ad æterna gaudia reportare concedat. Tantusq; vos beati Petri apostolorum principis amor incendat, vt in ouili ipsius, cui omnes creaturæ sunt traditæ, omnes taliter errantes, & illicita, atq; prohibita præsumentes, sanctis vestris studijs summo redintegrare cum desiderio festinetis, qualiter animæ, pretioso Christi sanguine redemptæ, eorum non pereant deceptione. Restat etiam, quod per ostium hi nequaq̃ subintrarunt, quia non habebant ostium, per quod ingrederent, quia (vt dictum est) si nec episcopi sunt, & plusquam presbyteri esse ambiunt, per quod ostium intrabũt? Cum hi tãtum duo ordines in ecclesia legunt, nec amplius ad pastorale officium aliquod patet ostium, per quod pastor intret. Audite (fratres) non me, sed ipsam dicentem veritatem: Qui non intrat p ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, hic fur est & latro, & reliqua. Cum etiam egregius prædicator dicat: Fundamẽtum aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, cum prædicta duo fundamenta in ecclesia tantum inueniantur posita, quicquid amplius positum in his inuenitur, stare nullatenus poterit. Et ideo, cum omnibus suis fundamentis, & actionibus, atq; radicibus, vt euellat, necesse est, ita vt amplius pullulare, nec germinare valeat. Non ergo generet, & nõ faciat vobis (frẽs) totiẽs repetita locutio fastidiũ, q a summa necessitas est, sæpius prohiberi, quod totiẽs, * a vobis, vt cognouimus, illicite vsurpat, & quoniam veritas, sæpius exagitata, magis splendescit in lucem, & quod totiẽs repetendo admonetur minus vsurpat. Super his eñi multa iam ab antecessoribus nostris dicta sunt, a quibus ipsi sicut nunc a nobis, ita olim ab eis dãnati, & prohibiti sunt. Ideo sæpius repetẽtes, omnes monemus, vt vitentur huiusmodi, & a talibus se abstineant, qui noluerin

vna cum

Marginal notes: i. Cor. 1. b — Iohan. 10. c — Iohan. vi. d. e — Iohan. 21. e — Gene. 31. e — Iohan. 10. c — Iohan. 21. e — Iohan. 10. b — Iohan. 10. a — i. Cor. 3. c — * alias, vt a vobis

Section letters: D — E — F

A vna cum eis, a sacerdotali ministerio, vt rebelles, fieri alieni. Quod ita demum probare poterimus, si tales extirpare, & non eis fauere decertaueritis, & ita in postmodum de tali re querela cessabit, quia contumeliæ studio fit, quicquid interdictũ toties vsurpatur. Omnia hæc decretalia, & cunctorum decessorum nostrorum constituta, quæ de ecclesiasticis ordinibus & canonũ promulgata sunt disciplinis, ita a vobis, & omnibus episcopis, ac cunctis generaliter sacerdotibus custodiri debere mandamus, vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari, quoniam occurreret veritas, si falsitas displiceret. Et merito nos, qui summa ecclesiæ tenere debemus gubernacula, causa respicit, si silentio faueamus errori. Datum Kalēdis Iunij, * Libio & Theodosio viris clarissimis conss.

als, Liuio

¶ Istorum consulum annus nec memorat a Cassiodoro, aut Gregorio Haloandro, aut Mariano Scoto, sub tempore Damasi papæ.

EPISTOLA DAMASI PAPAE QVINTA, & episcoporum, qui ad eum in Romanam vrbem ex Italia, & Gallia conuenerant, numero nonaginta.

Theod. lib. 2. ca. 22
Cōcilium Romanũ tēpore Damasi.

B DAmasus, & cæteri episcopi Romæ congregati, dilectissimis fratribus in Illyrico constitutis episcopis in domino salutem. Credimus sanctam fidem vestram, in apostolorum eruditione fundatam, hanc vos tenere, & hanc populis vniuersis exponere, quæ videlicet a constitutis patrum nulla ratione dissentit, per quos iustum est cæteros erudiri. Sed, relatione Gallicanorum & Venetorum fratrũ, quosdã hæresibus fauere cognouimus. Quod malũ, non solũ cauere debent epi, sed etiam reluctari contra ea, quæ gesta sunt imperitia aut simplicitate quorundã, prauis interpretationibus deceptorum. Varijs ergo doctrinis non decet labefactari, sed magis patrum nostrorum corroborari sententijs. Auxentium ergo Mediolanum præcipue in hac causa damnatũ esse, liquet. Vnde iustum est, omnes in vniuerso Romanorum orbe doctores legis ea, quæ legis sunt, sapere, & nõ fidē doctrinis varijs maculare. Itaq; dum primũ hæreticorũ cœpisset nequitia pullulare, sicut etiã nunc blasphemia nephandorum pullulare patet Arrianorum, tunc patres nostri trecenti decē & octo * epi, habito tractatu in vrbe Nicæna, hunc murum fortissimũ contra arma diabolica statuerũt, & hoc remedio venena mortifera sunt depulsa, vt pr & filius vnius diuinitatis, vnius virtutis, vniusq; magnitudinis debeat credi, vniusq; essentiæ, siue substãtiæ, simul & spũs sanctus. Aliter em̃ sapientes alienos esse a nostra cõmunione iudicauerũt. Quem terminũ salutarē, ado-

als, electi

C rabilemq; deliberationē corrumpere quidã alijs cogitationibus, atq; temerare voluerunt, sed in ipso principio, ab hisipsis, qui in Arimino reuocare, aut retractare cõpellebantur, vsq; ad hoc causa correcta est, vt confiterent, alia sibi circunuentione subreptum, aut certe, quia non intellexerunt patrum sentētiæ in Nicæna constitutæ, hoc esse cõtrarium. Neq; em̃ præiudicium aliquod fieri potuit per numerum Arimino cõgregatum, quãdo constat, neq; Romanũ episcopũ, cuius ante omnia decebat eos expectare decretũ, neq; Vincentiũ, qui tantis annis episcopatum inuiolabiliter custodiuit, neq; alios, talibus pbuisse consensum, maxime dum (sicuti prædiximus) istijpsi, qui per circunuentionem declinasse videbantur, ipsi denuo, vtentes meliori consilio, hæc sibi displicere testati sunt. Perspicit itaq; vestra salubritas, hanc solam fidem, quæ Nicææ apostolorum authoritate fundata est, esse perpetua firmitate seruandã, & simul Orientales hoc facere nobiscum, qui se catholicos esse cognoscũt, Occidentales etiã gloriari. Credimus aũt, languentes in isto conamine nõ tarde a nostra separandos esse cõmunione, & ab eis episcopatus nomē auferri, quatenus populi, eorum liberati errore respirent. Nullo em̃ modo a deceptione poterunt corrigere populum qui deceptionis laqueo detinentur. Concordet cum omnibus dei sacerdotibus etiã charitatis vestræ sententia, in qua vos fixos, ac firmos existere, iudicauimus.

Si er-

Si ergo etiam nos vobiscum recte credere debemus, vestræ nos charitatis literis lætificate reciprocis. Valete, fratres charissimi. Data. xvij. Kalendas Nouembris, Syricio & Ardabure, viris clarissimis consulibus. D

Marianus Scotus sub anno. cccc. xlviij. recenset consules Hierium & Ardaburen sed tempora Damasi non videntur quadrare cum illis annis, Syricium autem, & Ardaburen simul, nec Cassiodorus, nec Gregorius Haloander, nec Marianus ponunt.

¶EPISTOLA DAMASI SEXTA
Ad Episcopos Italiæ.

Actorum.4.f

VNIVERSIS Episcopis per Italiæ prouincias constitutis Damasus episcopus, in domino salutem. Optaueram, dilectissimi, pro nostri charitate collegij, omnes domini sacerdotes, (sicut in primitiua fuit ecclesia) vnum esse cor, & animã vnam, atq; in vna deuotione persistere, nec quenquam sacerdotum gratia, aut formidine secularium deprauari, aut a via veritatis, quoquo modo abscedere. Sed quia multa, quæ corrigi possunt, proueniunt, & * superat culpas delinquentium misericordia dei, atq; ideo suspenditur vltio, vt possit locum habere correctio. Relatum est enim ad sedem apostolicam, vos accusationes fratrum per scripta suscipere, absq; legitimo accusatore. Quod deinceps in omni orbe terrarum fieri, apostolica authoritate prohibemus, & quod nuper factum est, absq; vlla retardatione corrigi rogamus, nec vnquam prius per scripta eorum, qui accusantur causam * discutere, quàm per querulantium * institutiões, vocati canonice ad synodum veniãt, & præsens per præsentẽ agnoscat veraciter, & intelligat, quæ ei obijciuntur. Quod bene & per sapientiam Salomonis dicitur: Antequam scruteris, ne reprehendas. Intellige prius, & tunc increpa. Antequam audieris, ne respondeas. Et licet apertissima sit contrariorum reprehensio, veruntamen oportet his, qui dati sunt, ad eorum examinationem ordinem seruari, ab his, qui secundum deum perscrutari deputati sunt, quatenus ita cum opatiõe cooperãte inueniamus, & confessorẽ deum, q dicit: Vbi duo sunt, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Nam & dominus noster Iesus Christus Iudam furem esse sciebat, sed quoniam non est præsentialiter accusatus, ideo non est eiectus. Nec vos vllo modo agere oportet, quod ille noluit facere. Leges enim seculi accusatores præsentes exigunt, & non per scripta absentes. Vnde canonica patrum constituta non semel, sed sæpissime clamant, nec accusationes, nec testimonia vllum per scripta posse proferre, nec de alijs negotijs quicunq; testimonium dicant, nisi de his, quæ sub præsentia eorum acta esse noscuntur. Similiter, & qui alium accusare elegerit, præsens, per se, & non per alium accuset, inscriptione (videlicet) præmissa. Neq; vllus vnquam iudicetur, antequam legitimos accusatores præsentes habeat, locumq; defendendi accipiat, ad abluenda crimina. Curandum quoq; est, ne ira quenq̃ subripiat, faciatq; citius om̃e, quod non licet. Omnipotens deus hæc vos, & cuncta diuina mandata, & apostolica præcepta custodientes, in cunctis actibus vestris, cœlestis brachij extẽsiõe protegat, atq; ad cęlestis remunerationem patrię cum multiplici animarum fructu pducat, Amen. Data tertio Idus Aprilis, Syricio & Ardabure, viris clarissimis consulibus.

Marginalia: als, exũperat (E) — 5.q.2. Relatũ est ad sedem, 11.q.3. Eorum q accusantur — alias, discuti — als, istitutionẽ — 5.q.2. Relatũ est ad. — Eccl.11.a — Matth.18.c — 5.q.2. Relatũ est ad sedem, (F) — 3.q.9. Qui accusare alium

Sententia de istis consulibus in priori epistola scripta est.

DECRETA DAMASI PAPAE PRIMI EX
decreto Gratiani, & Iuonis numero .v. prioribus non inserta.

PRIMVM.

Si accusator in accusatione defecerit, talionem recipiat.

2.q.3. Calumniator si in.

¶Calumniator, si in accusatione defecerit, talionem recipiat.

Secundum.

A SECVNDVM.

De his, qui clericum falso nomine impetunt.

Si quis episcopum, aut presbyterum, aut diaconem falsis criminibus impetierit, vel accusauerit, & probare nõ poterit, nec in fine dandã ei communionẽ censemus.

Ibidẽ, Si quis episcopum.

TERTIVM.

Ecclesiarum oblationes sub laicorum dominio non detineantur.

Hanc consuetudinem, quæ contra sanctam ecclesiam catholicam augeri videtur, omnino interdicimus, vt nullo modo, vllo vnquam tempore, oblationes, quę intra sanctam ecclesiam offeruntur, sub dominio laicorum detineantur, sed tantummodo sacerdotibus, qui quotidie dño seruire videntur, illis solis liceat comedere & bibere, quia in veteri testamẽto prohibuit dominus, panes sanctos comedere filijs Israel, nisi tantummodo Aaron, & filijs eius, qui longe erant ab istis panibus, qui nunc in sancta ecclesia offeruntur, quia illi sub vmbra legis erant, Qui vero modo sub gratia sunt spiritus sancti, toti mundo, euangelio coruscante, lucidiores esse videntur. Qua fronte, aut qua conscientia, oblationes vultis accipere, qui vix valetis pro vobis, nedum pro alijs, deo preces offerre? Quia prauũ est, & contra dominicum pceptum, & detrimentum animæ suæ infert, qui illud agere conatur, quod ei nulla ratione conceditur, quia omnibus sanctis patribus, nostrisq; prioribus placuit, hanc sanctionẽ fieri, & nos similiter in eisdem persistere volumus, vt nullus audeat irritum facere hoc, qͦd constitutum est, si in perpetua damnatione noluerit persistere. Si quis vero contra hanc regulam nostram, & contra sanctorum. CCCXVIII. patrum, qui in Nicæno concilio hoc constituerunt, temerarius præsumptor fuerit, & vlterius oblationes de sacris ecclesijs auferre molitus fuerit, sub anathematis vinculo sit colligatus, & condemnatus. Responderunt omnes, Fiat, fiat.

10.q.1. Hanc consuetud.

Leuit.2.c &.24.b

B

QVARTVM.

In spiritum sanctum blasphemant, qui sacros canones violant.

Violatores canonum voluntarie, grauiter a sanctis patribus iudicantur, & a sancto spiritu, cuius a dono dictati sunt, damnantur, quoniam blasphemare in spiritum sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sacros canones, non necessitate compulsi, sed libenter (vt præmissum est) aliquid aut proterue agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim præsumptio manifeste vnum genus est blasphemantium in spiritum sanctum, quia (vt iam prælibatum est) contra eum agit, cuius nutu & gratia sancti canones æditi sunt.

25.q.1. Violatores.

C

¶ Ex decreto Iuonis Carnoteñ. libro primo.

QVINTVM.

Quoniam quidam metropolitanorum fidem suam secundum priscam consuetudinem sanctæ sedi apostolicæ exponere detrectantes, vsum pallij neq; expetunt, nec percipiunt, ac per hoc episcoporum consecratio, viduatis ecclesijs, non sine periculo protelatur, placuit, vt quisquis metropolitanus infra tres menses consecrationis suæ, ad fidem suam exponendam, palliumq; suscipiendum, ad apostolicam sedem non miserit, commissa sibi careat dignitate, sitq; licentia metropolitanis alijs, post secundam & tertiam commonitionem, viduatis ecclesijs, cum concilio Romani pontificis, ordinando episcopos, subuenire. Si vero consecrandi episcopi negligentia prouenerit, vt vltra tres menses ecclesia viduata consistat, communione priuetur, quousq; aut loco cedat, aut se consecrandum præbere non differat. Quod si vltra quinq; menses per suam negligentiam retinuerit viduatam ecclesiam, neq; ibi, neq; alicubi consecrationis donum percipiat, imo metropolitani sui iudicio cedat.

CONSTANTINOPOLITANUM CONCILIUM SUB DAMASO PAPA PRIMO.

Tripart hist. lib. 9. ca. 2. Et Theodo. lib. 5. cap. 2

GRatianus Valentiniani filius, quum dudum, patre defuncto, Europæ partes suscepisset, mox pietatem, quam mente perceperat, operibus demonstrabat, initiaq; sui regni rerum omnium domino dedicauit. Scripsit itaq; legem, præcipiens, vt expulsi pastores ad sua ouilia remearent, sacræq; basilicæ eis redderentur, qui communionem Damasi sequebātur. Is enī Damasus Romanæ vrbis episcopus laude dignus, vir mirabilis, vita laudabili conspicuus, dicere, & facere pro apostolicis dogmatibus cuncta festinans, post Liberium gubernacula suscepit ecclesiæ. Direxit igitur Imperator cum huiusmodi lege etiam Saporem quendam tunc nominatissimum militiæ principem, & Arrianæ quidem blasphemiæ prædicatores, veluti quasdam bestias, septis iussit expelli, optimis vero pastoribus, & sacris ouilibus vniuersa restitui. Hoc in toto orbe terrarum simpliciter peracto, Antiochiæ, quæ est primaria vrbs Orientis quædam contentio extitit.

Theodo. lib. 5. cap. 3

Tunc veniente Sapore magistro militiæ, & ostendente principis legem, Paulinus quidem fatebatur se Damasi esse participem, mittebat etiam Apollinaris, hoc ipso languore cælato. Sacratissimus vero Meletius sub quiete degens, illorum certamina deuitabat. Porro, Flauianus sapientissimus tunc in ordine presbyterij cōstitutus, primo quidem veniente magistro militum, ita ad Paulinum loquutus est: Si communionem Damasi, o amice, sectaris, ostende nobis dogmatum tuorum aperte consortium. Ille nanq; dum vnam trinitatis substantiam confiteretur, tres subsistentias prædicat in aperto, verum tu e diuerso substantias perimis trinitatis. Ostēde itaq; dogmatum concordiam, & suscipe secundum legem ecclesias. Quum ergo illum his sermonibus obiurgasset, conuersus, Apollinari dixit: Admiror, te, o amice, sic impudenter veritati resistere, quum aperte noueris, quoniam laudabilis Damasus perfecte naturam nostram a deo verbo dicit assumptam, tu vero contraria fatearis, nostrā nanq; mentem salute fradans. Si autem false loquimur, te forsitan accusantes, vel nunc nouitatem a te natam denega, & Damasi amplexus doctrinam septa suscipe veneranda. Porro, Meletius omnium mansuetissimus hominum, tranquillissime atq; modeste Paulino dixit: Iungamus, amice, greges, soluamus de præsulatu contentionem, communiter pascentes oues, curam eius communiter offeramus. In sede ponatur sacrum euangelium, & ex vtraq; nos parte sedeamus, & si quidem prius ego terminum vitæ suscepero, solus eris antistes, si vero hoc tibi prius euenerit, ego rursus gregis curam habebo. Quum ergo hæc Meletius cum omni mansuetudine protulisset, Paulinus acquiescere non consensit. Tunc magister militiæ, iudex vtrorumq; verborum, ecclesias Meletio tradidit. Paulinus autem aliarum ouium permansit antistes. Verum Apollinaris, præsulatu nudatus, ecclesiæ nouitatem doctrinæ suæ aperta impudentia prædicabat.

Theodo. lib. 5. cap. 4

Trip. hist. lib. 9. cap. 4. Et Theodo. lib. 5. ca. 4. & 5

Porro, Gratianus Traciam Barbaros vastare cognoscens, Italia relicta, in Pannoniam venit. Ea tempestate Theodosius in Hispania morabatur. Quumq; Imperator, quid faceret, hæsitaret, quippe quum Barbari elati, victoria inexpugnabiles esse viderentur, ducatu Theodosij, pugnam credidit terminari. Congressione vero facta, impetum Barbari non ferentes, suas acies reliquerūt, immensaq; cædes facta est Barbarorum. Mox dux optimus, disperso exercitu, velociter remeauit ad principem, vt ipse triumphorum nuntius extisset. Quamobrem lætatus princeps, Theodosium fecit Imperatorem.

Theodo. lib. 5. cap. 6

Socrates. Consulatu Ausonij & Olibrij. xvi. die mensis Ianuarij.

Theodoritus. Mox igitur vt imperium sumpsit, præ omnibus de cōcordia ecclesiæ

A clesiæ cogitauit, & vniuscuiusq; p̄sulatus episcopos Constātinopolim venire p̄cepit.

Sozomænes. Tunc igitur Gregorius Nazianzenus communi decreto multorum episcoporum, in Constantinopoli transmutatus, intra ciuitatem in paruo oratorio sacra celebrabat. Cui loco postea principes basilicam maximam copulantes, eam vocauerunt Anastasiam.

Tripart. hist. lib. 9. ca. 8 Ibidē cap. 12. Et Theodo. lib. 5. ca. 7.

Theodoritus. Interea, quum episcopi. CL. fuissent Cōstantinopoli congregati, Imperator rogauit, vt de rebus præsentibus cogitarent.

Socrates. Et quum speraret posse Macedonianos vniri, etiam eorum conuocauit episcopos. Conuenerunt ergo de consubstantialitatis fide, Timotheus Alexandrinus, Cyrillus Alexandrinus, post pœnitentiam in consubstantialitatis dogma cōsentiens, Meletius Antiochiæ, & Acolius Thessalonicæ, aliiq; plurimi, ita vt. CL. numerus compleretur. Macedoniorum vero præerat Eleuzius Cyzici, & Lazaci Marcianus. Erantq; simul. XXXVI. quorū plurimi videbantur de ciuitatibus Hellesponti. Conuenerunt itaq; consulatu Eucharii & Euagrii mense Maio. Igitur Imperator, & episcopi partis eiusq; laborabant, vt Eleuzius, eius sequaces vnirent ecclesiæ, commemorantes eis legationem, qui miserant ad Liberium, tunc Romanæ vrbis episcopum, per Eustachium, & quia pridē sponte ei communicassent, nec esset sine pudore, vt subito bene prius placita mutarent. At illi eius monita apertaq; conuitia paruipendentes, elegerunt sequi potius Arrianam pestem, q̄ consubstantialem dice-

B re trinitatem. Hæc fatentes de Constantinopoli sunt egressi, & scribebant alterutris, ne quis eorum in Nicæni Concilii dogma consentiret. Gregorius itaq;, qui tunc Cōstantinopolitanam regebat ecclesiam, ad Nanzianzum remeare intēdebat, pro quo, quum episcopo Cōstantinopolitana vacaret ecclesia, Timotheus Alexandrinus Petri successor Maximum quendam Cynicum ordinauit episcopum, quum Imperator totondisset eum. Is em̄ erat etiam Apollinaris vesaniæ farcinatus. Sed non pertulerunt hoc malum viri sanctissimi Constantinopoli congregati. Et dum Aegyptii maxime se pro eius ordinatione separassent, sacra officia cum Gregorio celebrabant. At ille, grauiter ferens rursus factam diuisionem, exorabat vniuersos, vt laude dignum virum quærerent, quem pontificem ordinarent. Tunc illi, eius verbis acquiescentes, Nectarium, generis nobilitate decoratum, constituerunt Constantinopolitanæ ciuitatis episcopum, Maximum vero Apollinaris contagio laborantem, nudatum pontificali dignitate, proiecerunt. Tunc etiam regulam protulerunt, vt Constantinopolitanus episcopus haberet honoris priuilegia post pōtificem Romanum, eo quod noua Roma esset. Firmaueruntq; rursus Nicænam fidem, & patriarchas cōstituerunt, distribuentes prouincias, vt episcopi vniuscuiusq; diocœsis ad ecclesias nō irent extraneas. Hoc enim primitus propter persequutionis tempus indifferenter

Tripar. histo. lib. 9. ca 13

Cōstātinopolitanus eps̄ secūd⁹ post Romanū, patet cap. 2. synodi Cōstantinop.

C agebatur. Distribuerunt itaq; Nectario quidem maximam ciuitatem, & Thraciam, Ponticam vero diocœsim Helladio, qui post Basilium fuit, Cæsaream Cappadociæ Gregorio Niseno, Basiliiq; germano, Troilo quoq; Melitinæ Armeniæ ius patriarchæ dederunt, Asianam vero diocœsim Iconii Amphilochius est sortitus, Optimius autem Antiochiæ Pisidiæ, Aegyptum quoq; Timotheo Alexandrino distribuerunt. Porro ecclesiarum Orientalium gubernationem præsulibus commiserunt, Pelagio Laodiceno, & Diodoro Tarsi, Antiochenæ ecclesiæ priuilegia reseruantes, quæ tunc Meletio præsenti dederunt. Definierunt pariter, vt si quid in prouincia qualibet emergeret, prouinciæ concilio finiretur. In his omnibus suum præbuit etiam Imperator assensum.

Theodoritus. Aestate vero sequenti rursus plures episcopi ad Constantinopolim pro causis ecclesiasticis sunt reuersi. Vbi occidentalium episcoporum synodicam susceperunt epistolam, inuitantem eos ad Romam, vt illic maximum celebraretur concilium. Sed illi quidem profectionem, quasi nihil habituram lucri, refugerunt. Verum literas direxerunt Damaso, cæterisq; præsulibus, quas pro clariori notitia subdere necessarium iudicaui.

Theod. lib. 5 ca. 8, Et tript. hist. li. 9. ca. 14

Theod. lib. 5 cap. 9

EPISTOLA CONSTANTINOPOLITANAE synodi ad Damasum papam, & ad episcopos in synodo Romana congregatos.

alias, Brittoni

DOminis honorabilibus, atq; venerandis fratribus & comministris, Damaso, Ambrosio,* Brutoni, Valeriano, Acholio, Basilio, & reliquis sanctis episcopis in maxima Roma collectis, sancta synodus orthodoxorum episcoporum congregatorum in maxima ciuitate Constantinopoli, in domino salutem. Nunc velut ignoranti vestræ reuerētiæ insinuare, atq; narrare multitudinem passionum, ab Arriana potentia nobis sæpius illatarum, forsitan superuacuum est. Non enim ita negligere vestram credimus sanctitatem, vt adhuc egeatis discere, quos certum est condolere. Sed neq; tales nos constrinxere tempestates, vt pro sui paruitate latere potuissent. Neque tempus persequutionis est nouum, sed adhuc memoriam seruat antiquam, non solum in his, qui passi sunt, sed etiam in eis, qui participes sunt illorum, quorum proprias indicant passiones. Hesterno enim (vt ita dicamus) aut hodie exiliorum vinculis resoluti, post innumeras tribulationes ad ecclesias proprias sunt reuersi, aliorum vero, in exilio defunctorum, funera reuocata sunt, quidam vero etiam ab exilio remeantes, & feruenti hæreticorum furore detenti, amariora q̃ in exilio in proprijs sunt perpessi, lapidibus ab eis obruti, supplicijs adhuc stigmata Christi, & vulnera in suo corpore circumferre noscuntur. Pecuniarum vero dispendia, honoris ademptiones, singulorumq; confiscationes, & machinamina, iniurias, atque vincula, quis numerare valebit ad singula. Etenim omnes tribulationes veræ super nos multiplicatæ sunt vltra numerum, iuste quidem, quoniam valde peccauimus, aut certe clemens dominus passionum multitudine nos voluit exerceri. Propter hæc itaq; gratias deo referimus, qui & per tantas tribulationes seruos corripit suos, & secundum multitudinem misericordiarum suarum deduxit nos rursus ad refrigerium. Nobis itaque tempus & labor maximus fuit, quatenus emendatio proueniret ecclesiarum, vt tanquam pro longa ægritudine, diligentia paulatim adhibita, priscam pietatis redderet sanitatem. Hoc etenim modo putabimur persequutionibus acerrimis liberari, & ecclesias longo tempore ab hæreticis detentas, denuo reparari. Veruntamen graues adhuc nobis sunt lupi, qui postquam de caulis expulsi sunt, ex ipsis pascuis oues abripiunt, collectas facere contendentes, populos commouentes, & in nullo segnes ad ecclesiæ læsionem. Erat itaque (sicut diximus) necessarium huic operi tempus. Quia tamen fraternam circa nos charitatem ministrantes, synodum in Romana vrbe dei voluntate fecistis, & nos illuc, tanquam membra propria, literis deo admirabilis principis euocastis, vt quoniam tunc ad tribulationes soli sumus addicti, tunc sub Imperatorum concordia pia non sine nobis regnaretis, sed etiam nos vobiscum, secundum apostolicam vocem conregnaremus. Oratio quidem nostra fuit, si esset possibile, vt omnes nostras simul relinquētes ecclesias, desiderio vtili iungeremur. Quis enim nobis dabit pennas sicut columbæ, vt volemus, & apud vos requiescamus? Sed quoniam hoc omnino nudabat ecclesias, requie nuper inchoante, resq; nimis erat plurimis impossibilis, quia concurreramus in vrbem Constantinopolitanam, causa literarum ad nos directarum a vestra charitate post Aquileień. concilium a deo amabilem Imperatorem Theodosium propter hanc solummodo causam vsque ad Constantinopolim præparati, & de hac tantummodo synodo ferentes consensum episcoporum, qui per prouincias permansere. Maioris vero profectionis neque sperauimus opus, neque præaudiuimus omnino antequam Constantinopolim veniremus, Super hæc autem induciarum angusto tempore faciente, neque præparare nos valentes ad longam profectionem, neque vniuersos communicatores nostros, in prouincijs positos, commonere, & eorum consensum sumere præualuimus. Quoniam igitur hæc, & alia multa plurimorum aduentum prohibere videbantur, quod erat secundum ad effectum rerum

E

1. Cor. 4. b
2. Thim. 2. b

F

Aquileień. concilium.

& ve

A & vestræ circa nos charitatis ostensionem, hoc egimus. Reuerentissimos atq; charissimos fratres & comministros, episcopos, Cyriacum, Eusebium, & Priscianum vsque ad * vos laborare alacriter exorantes, per quos & nostram voluntatem pacificam, & intentionem habentem vnitatis, ostendimus, zelumq; nostrum, quem pro saluberrima fide gerimus, indicamus. Nos etenim persequutiones, siue tribulationes, siue minas imperiales, siue crudelitates iudicum, siue quaslibet alias tentationes hæreticorum libenter sustinuimus pro euangelica fide, quæ in Nicæa Bithyniæ a. CCC. XVIII. patribus roborata dinoscitur. Hanc etenim & nobis, & vobis, & omnibus, qui non subuertunt verbum veræ fidei, complacere confidimus, quam scimus antiquissimam existere, & sequacem baptismatis, docentemq; nos credere in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Diuinitatem quippe, & virtutem, atq; substantiam vnam patris, & filij, & spiritus sancti credimus, & æqualem honorem ac dignitatem & imperium coæternum in tribus perfectissimis subsistentijs, seu tribus perfectis personis, vt neq; Sabellij languor habeat locum cõfusione subsistentiarum, aut peremptione proprietatũ, neq; Eunomianorum, & Arrianorum, & Pneumatomachorum, id est, spiritui resistentiũ, blasphemia præualeat, substantia (videlicet) secũdum illos, aut natura, aut diuinitate diuisa, & increatæ consubstantiali, & coæternæ trinitati postrema quædã, vel creata, vel alterius substantiæ natura detur. Inhumanationis vero Christi sermonem sine aliqua violatione seruamus, neq; sine anima, neq; sine mente, aut imperfectam carnis dispensationem suscipientes, sed totum scientes perfectum quidem ante

B secula existere deum verbum, perfectum vero hominem in nouissimo dierum propter nostram salutem factum. Igitur quæ de fide a nobis aperte prædicantur, velut in summa hæc esse noscuntur. De quibus amplius instrui poteritis, si & tomum in Antiochia factum, a synodo ibi constituta, dignemini legere, & quod anno superiori in Constantinopoli ab vniuersali synodo cognoscitur esse prolatum, in quibus latius fidem professi sumus, & contra nouitates hæresum nuper exortas, anathemata ex scripto protulimus. De dispensationibus autem particularibus ecclesiarum antiqua (sicut nostis) sanctio tenuit, & definitio sanctorum patrum in Nicæna conuenientium, secundum vnamquamq; prouinciam. Et si põtifices voluerint, vt cum eis vicini propter vtilitatem celebrent ordinationes, quibus rebus consequenter & cæteras ecclesias apud nos ædificari cognoscite, & insignium ecclesiarum hæc approbasse sacerdotes. Porro Constantinopolitanæ vrbis nouellam (vt ita dicamus) ecclesiã, velut ex ore leonis, hæreticis subfossam blasphemijs, abstraximus, & per misericordias dei reuerendissimum & deo amabilem Nectarium episcopum ordinauimus, coram vniuersali concilio, cũ omni concordia, sub aspectu etiam deo amabilis Imperatoris Theodosij, vniuersiq; clerici, cuncta decernente pariter ciuitate. In seniore au-

C tem & vera apostolica ecclesia Antiochiæ Syriæ, in qua prius venerabile Christianorum nomen appellatum est, reuerendissimum & deo amabilem episcopum Flauianum de vniuersa prouincia, & de Orientali diocœse concurrentes, regulariter ordinarunt, omni ecclesia pariter decernente, & quasi sub vna voce hunc honorante virum. Quam ordinationem, tanquam legalem, suscepit cõmune concilium. In matre vero cunctarum ecclesiarum Hierosolymis constituta, reuerendissimum & deo amabilem Cyrillum episcopũ esse significamus, qui regulariter olim a prouincialibus ordinatus, plurima propter Arrianos diuersis temporibus certamina passus est. His igitur tam legaliter & canonice apud nos gestis, etiam vestram reuerentiam congaudere deposcimus, spirituali intercedente dilectione, & timore dominico, per quæ humana remouetur offensio, & ecclesiarum ædificatio pponitur vniuersis. Sic etenim verbo fidei concordante, & Christiana in nobis charitate firmata, cessauimus dicere, q̃d reprehendebat Apostolus: Ego quidẽ sum Pauli, ego vero Apollo, ego autẽ Cephe, dum omnes (videlicet) appareamus Christi, qui in nobis diuisus non est. Et si sine schismate corpus ecclesiæ deo iuuante seruemus, cũ fiducia ante deum ad tribunal stabimus. Hæc contra Arrij, & Etij, Eunomijq; vesaniam, necnon contra Sabellij, Photini, Marcelli, Pauli Samosateni conscripserunt, Similiter aũt & Apollinaris

Margin: afs, nos — 1. Cor. 1. b

nouitatem palam abdicauerunt, dicentes: Inhumanationes vero domini fine violatione feruamus, neq; fine anima, neq; fine mente, aut imperfectam carnis difpenfationem fufcipientes. Porro Damafus, omni laude digniffimus, hanc agnofcens hærefim exortam fuiffe, non folum Apollinarem, fed etiam Timotheum difcipulum illius abdicauit, & hoc, Orientem gubernantibus epifcopis, literis proprijs indicauit, quas curauimus fubter annectere. D

DAMASI PAPAE EPISTOLA, AD ORIentales epifcopos, contra Apollinarem Antiochenum, & Timotheum eius difcipulum hæreticos.

Tripart. hift. lib. 9. ca. 15 Theodo. lib. 5. cap. 10

QVoniam apoftolicæ fedi reuerētiam debitam charitas veftra diftribuit vobis q̃ plurimam chariffimi filij præftitiftis. Nam licet ecclefiæ, in qua fanctus apoftolus refidens, docuit, quodammodo nos gubernacula, quæ fufcepimus, teneamus, tamen profitemur nos minores effe, & propterea omni modo feftinamus, vt ad gloriam eius beatitudinis peruenite poffimus. Scitote igitur, quia dudum Timotheum profanum ineruditum, Apollinaris hæretici difcipulum, cum impio eius dogmate condemnauimus, nec vltra concedimns, eius reliquias qualibet ratione de cætero præualere. Si autem adhuc ille ferpens antiquus femel, & fecundo percuffus, ad pœnam propriam reuiuifcit, quiq; extraneus ab ecclefia eft, mortiferisq; venenis fuis quofdam infidelium tentare non ceffat, hanc, tanquã peftiferam, declinate corruptionem, quatenus vos, memores apoftolicæ fidei, quæ præcipue in vrbe Nicæna a patribus ex fcripto prolata eft, firmo gradu ftabiles in fide, & immutabiles perduretis, & non vaniloquia, & exterminabiles quæftiones ab ifto audire patiamini clericos veftros, aut plebem. Iam enim femel formam dedimus, vt qui femetipfum cognouerit Chriftianum, illud feruet, quod ab apoftolis nofcitur effe contraditum, dicente fancto Paulo: Si quis vobis annuntiauerit, præter quod accepiftis, anathema fit. Chriftus enim filius dei dominus nofter humano generi per propriam paffionem fuam falutem pleniffimam condonauit, vt totum hominem delictis obnoxium peccatis omnibus liberaret. Hunc, fi quis in deitate, vt fiue in humanitate minus aliquid dixerit habuiffe, plenus fpiritu diaboli, gehennæ femetipfum filium demonftrauit. Cur itaq; rurfus a me quæritis damnationem Timothei, qui & hic iudicio apoftolicæ fedis, præfente quoq; Petro Alexandrinæ ciuitatis epifcopo, cum Apollinari fuo doctore damnatus eft, & in die iudicij tormenta debita, & fupplicia fuftinebit. Si vero quibufdam leuioribus ille fuadet, veluti quandam fpem habens, qui veram fpem in Chrifti confeffione mutauit, fciant fe fimiliter cum ifto perituros, * cum quo ecclefiafticæ regulæ refultabunt. Deus vos incolumes cuftodiat, filij chariffimi.

Gala. 1. b

B

F

* al's, cum ecclefiafticam regulam impugnabunt

CONSTANTINOPOLITANVM concilium concernentia.

Zozomænus.

Theodo. lib. 5. ca. 18. & 19

COnfulatu Merobaudis fecundo, & Saturnini, aderant vndiq; totius religionis epifcopi. Inter hæc euocans Imperator Nectarium, tractabat cum eo, quid fieret, vt non Chriftianitas difcordaret, fed tota vniretur ecclefia. Dicebat autem: Oportet examinari quæftionem ecclefias fegregantem, quia dum difcordia recederet, ecclefias concordia fegregaret. Hoc audiens Nectarius, cogitabat, & euocans Agelium, tunc Nouatianoꝝ epifcopum, tanquam in fide conforte, indicauit ei votum Imperatoris. At ille, quum effet rebus alijs venerandus, de dogmate tamen non valebat reddere rationem, fed lectorem fuum Sifinnium nomine ftatuit, qui pro eo deberet proferre fermonem, virum eloquentem, & rebus expertum, fummeq; non folum fcientem facrarum profundiffima literarum, fed etiam philofophica dogmata. Is ergo dixit, quia difputatio non folum fchifmata non vniret, fed amplius diuideret, & etiam hærefes ad contentiones potiores adduceret, & propterea Nectario dedit tale cõfilium. Bene nanq; fciebat, quia veteres patres prin

cipium

A cipium subsistenti filio dei dare vitabant, quoniam percepissent, eum esse patri coæternum. Quapropter dedit consilium, vt disputatiuas fugeret intentiones, & testimonium ex traditione veterum adhiberet, vtque præsules hæresum requireret Imperator vtrum sermonem vellet facere de antiquis ecclesiæ doctoribus, qui ante diuisionem floruerunt, an certe illos, velut alienos a Christianitate, respuerent. Et siquidem eos abnegarent, obiiceret eis, ergo eos anathematizare præsumite. Et si hoc perpetrare non præsumerent, a populo pellerentur. Quo facto, apertam fore victoriam veritatis. Si vero de principibus non offenderent doctoribus, nostrum (inquit) est, præbere veterum libros, per quos nostrum dogma eorum testimonio roboretur. Inter hæc cum Nectarius, Sisinnio dicente, libenter audisset, festinus ad palacium properauit, dixitque principi consilium sibi datum. At ille, considerata sententia, causam sapienter instituebat. Deinde, conuocatis hæresiarchis, requisiuit, si susciperent magistros ecclesiæ, qui ante tempora diuisionis extitissent. Illis vero nõ abnegantibus, sed tanquam præceptores honorãtibus, rursum Imperator interrogauit, si eis horum testimonia Christiani dogmatis complacerent. Hæc audientes præsules hæresum, atque disputatores eorum (erant enim plurimi ad disputationis certamina pręparati) in responso vehementer hæserunt. Irruit enim in omnes magna discordia, aliis dicentibus bonum Imperatoris propositum esse, aliis vero cogitãtibus, quia nõ eorum expediret intentioni, dũ alii aliter de libris veterum sentire viderent, & nequaquam inter se cõspirabant, sed erant diuisi nõ solum asduersus alias hęreses, sed etiam inter semetipsos, qui dudum vnius hæ-
E resis esse videbãtur. Quamobrem consors malitia, sicut linguæ gigantum veterum, est diuisa, & turris eorum funditus est subuersa. Cognoscens igitur Imperator eorum confusionem, & quia in disputatione solummodo, & non in antiquis expositionibus cõfidebant, alio properauit itinere, eisque declarauit, vt ex scripto vnaquæque religio terminum suæ fidei declararet. Tunc callidi viri singularium hęresum subtiliter sua verba tractantes, dogma proprium conscripserunt. Erat etiam definitus dies, quo singuli episcoporum ad palatium conuenirent. Aderant ergo Nectarius, & Agelius consubstantialitatis præsidentes. Arrianorum vero Demophilus, Eunomianorum ipse Eunomius, Macedonianorum Eleuzius Cyzici. Igitur Imperator eos, qui conuenerant, considerans, & vniuscuiusque dogmatis scripta suscipiens, seorsumque recedens, orauit intente, vt ei cooperaretur deus ad veritatis electionem. Deinde vniuscuiusque dogmatis relegens scripturam, alia quidem omnia, tanquam diuisionem trinitatis introducentia, culpans repente disrupit, & solum consubstantialitatis dogma cum laude suscepit. Hæc enim occasio fuit, vt Nouatiani, bene agentes, intra ciuitatem habe-
C rent rursus ecclesias. Admiratus nanque princeps, eorum concordiam circa fidem, lege præcepit, vt propria oratoria detinerent, & priuilegia suæ ecclesiæ, atque fidei possiderent Verum aliarum religionum antistites, propter discordiam suam in rephensionem populi sui venientes, æstuabant, tristitiaque confusi, discedebant, & literis consolabantur alterutros, vt non affligerentur, cur eos plurimi relinquentes, ad fidem consubstantialitatis accederent, dicentes: Quid enim, multos vocatos, paucos autem electos? Quod vtique non dicebant, quando multum populum per potestatem sibimet aggregabant. Zozomenes.

Gene. 11. b

Præcipua virtus Imperatoris pro fide

Imperator interea lege sanciuit, vt hæretici neque ecclesias haberent, neque de fide docerent, neque episcopos, aut alios ordinarent, & alios quidem e ciuitatibus expelli, alios sine honore esse, neque frui communi ciuilitate permisit. Insuper crudeles pœnas aduersus eos in lege conscripsit, quas tamen executus non est. Studebat enim vt per hæc concordes existerent, non vero supplicio subiacerent.

Aedicta Imperatoris contra hæreticos

Socrates. Sed neque hi, qui tuebantur fidem Nicæni concilii, penitus a tristitia videbantur extranei. Nam Antiocheni eos, qui in concilio præsentes fuerant, declinabant. Aegyptii, & Arabes, & Cyprii Flauianum ab Antiochia expellendum esse dicebant. Palestini vero, & Phœnices, atque Syri pro Flauiano laborabant. Eo siquidem tempore, quo hæc synodus Constantinopoli agebatur, talia circa Hesperiam prouenerunt. Et cætera. Socrates.

Tripart. hist. lib. 9. cap. 20

Tripart. hist. li. 9. cap. 6

Circa hæc itaq; tempora in Antiochia Syriæ Paulino epo moriēte, plebs eius declinabat oīno Flauianū, & propter hoc Euagrium ordinauerūt suæ partis episcopū. Quo in breui tpe mortuo, alter q dē in eius loco factus iam nō est, Flauiano quippe renitēte. Verum hi, qui declinabāt Flauianū propter iusiurādi, pūaricationē seorsum solennia celebrabāt. Porro Flauianus omni virtute curabat, vt eos sibimet aggregaret, quod post paululū hoc modo cognoscit euenisse. Cum Damasus Romanus pōtifex, & Theophilus Alexādrinus indignarent circa Flauianum, nō solum propter periurium, sed etiam quia ipse fuit occasio, vt populus fidelium discordaret, postea Theophilus a Flauiano rogatus, misit Isidorum presbyterum, vt cōtristatū Damasum Flauiano mulceret epo, dicens, vtile fore populi cōcordiæ, si culpa iam facta Flauiano remitteretur. Hoc itaq; modo cōione reddita Flauiano, Antiochenus populus paulatim concordiam reparauit, Arriani vero, ab ecclesiis pulsi, in suburbanis Antiochenis collectas agebant. Inter hæc autem mortuo Cyrillo Hierosolymorum episcopo, Iohannes in eius sede successit.

Damasus papa Romanus

CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM SVB Damaso papa primo.

HVius plane ciuitatis plures scriptores meminerunt sub noīe Byzantium, nō sub nomine Constātinopolis. Scripserunt enim ante tempora Constantini magni, qui hanc nominis mutationem fecit. Ptolo. siquidem lib. iij. ca. xi. tit. Thraciæ situs, & iterum tit. In ore Ponti, addit Byzantium. Et Plin̄ li. iiij. cap. xi. tit. Thracia, dicit. Promontorium Chrysoceras, in quo oppidum Byzantium liberæ conditiōis, antea lygos dictum, Abest a Dyrrachio. d. cc. xxi. m. passuū. Et Anto. in itin̄. tit. Ab aureo mōte Viceia &c. Melanciada, Byzātio, quæ & Constantinopoli Item tit. a Constantinopoli vsq; Antiochiam. Item tit. a Dyrrachio Byzantium &c. Clodiana &c. Melantiada, Byzantio quæ Constantinopolis. Item, tit. Iter rectum ab Hydrunto Aulonam &c. Inde per Macedoniā vsq; Constantinopolim &c. Appollonia &c. Melanciada, Byzantio. Et Strabo libro. vij. vbi dicit: Iam vsq; Byzātium progressi sumus, illustrissimam sane ciuitatem, ad nobiliora confinia propinquam, & Istri ostio vicinam, ab eo flumine nauigationem plane demonstrantem. Supra Byzantiū gens astorum, id est, ciuium iacet, in qua Calyba ciuitas ē.

ARGVMENTVM EX GRATIANO IN CONcilium Constantinopolitanum sub Damaso papa primo.

Distin. 16. Prima autem synodus

SEcunda synodus in Constantinopoli fuit centum quinquaginta patrum, contra Macedonium, Constantinopolitanum episcopum, qui negabat, spiritum sanctū deū esse. Tēporibus Gratiani, & Theodosii principum, Damasi papæ Romani, Cyrilli Hierosolymitani, Nectarij Alexādrini, q cōdēnata pfata hæresi, statuerūt canones tres. Quorum author maxime beatus Nectarius Constantinopolitanus episcopus fuit. Hæc ibi. At vitio scriptorum mendosum esse hunc textum, videre licet, tam ex præfato textu, vbi idem Gratianus dicit Nectarium Constantinopolitanum authorem &c. quàm ex subscriptione episcoporum, vbi Timotheus Alexandrinus scribitur episcopus. Hoc autem concilium quamlibet breue videatur, vnum est de quatuor principalibus. Et quidem proximum post Nicænum. Quamuis vero de Romano pontifice parum dicat, nihil tamen eius authoritati derogare credendum. Nam præfert eum Constantinopolitano, cui post illum attribuit honoris primatum. Et Romano pontifici sua manent priuilegia in Nicæna synodo declarata. Cæterum annotātur in hac pagina dumtaxat tria huius synodi capitula, cum tamen secundum aliam translationem septem assignentur. Verū in his tribus continent, quæ in illis septē.

Tituli

A

¶TITVLI CAPITVLORVM CONCILII Constantinopolitani secundum diuersas translationes.

AEDITIO .I.

B

AEDITIO .II.

CONCILIVM CONSTANTINOPOLITANVM habitum ab C.L. episcopis sub Theodosio maiore, Siagrio & Eucherio consulibus, Era. cccc. xix. aduersus Macedonium.

¶Designat Marianus Scotus istos consulatus gessisse officium anno ad veritatem euangelij. cccc. i. Secundum Dionysii cyclum, anno. ccc. lxxix. Prosper autem Aquitanicus prætermittens eos, assignat eorum successores, Antonium, & Siagrium, quos Marianus ponit, anno. cccc. ij. vbi etiam dicit Synodus. C.L patrum in Augusta vrbe contra Macedonium sub Damaso papa, & Gratiano Imperatore. Conijcitur autem per Augustam vrbem Marianum intelligere Constantinopolim.

C

Hæ regulæ, siue diffinitiones sunt expositæ ab episcopis centum quinquaginta, qui in vnum Cõstãtinopolim conuenerunt, quando beatus Nectarius episcopus ordinatus est, damnato Maximo Cynico, quorum nomina, & prouinciæ nominantur in Græco.

CAPVT I.

Non spernendam esse fidem patrum, trecentorum decem & octo, qui in Nicæam Bithyniæ conuenerũt, sed manere eam ratam oportet, & anathematizari omnem herefim, specialiter autem Eunomianorum, immo Anomianorum, qui latine sine lege dicuntur, & Arrianorum siue Eudoxianorum, & Semiarrianorũ, necnon Pneumatomachorum, id est, qui contra spiritum sanctum pugnant, & Sabellianorum, & Marcellianorum, & Fotinianorum, & Apollinistarum.

CAPVT II.

Sub Theodosio pijssimo Imperatore, apud Constantinopolim expositi sunt canones numero tres. Hæ diffinitiones expositæ sunt, ab episcopis centum quinquaginta, qui in idipsum apud Constantinopolim conuenerunt, quando beatus Nectarius episcopus est ordinatus.

CAPVT I.

Fidem non violandam patrum trecentorum decem & octo, qui apud Nicæam Bithyniæ conuenerunt, sed manere eam firmam, & stabilem. Anathematizandam omnem hæresim, & specialiter Eunomianorum, vel Anomianorum, & Arrianorum, vel Eudoxianorum, & Macedonianorum, & Photinianorum, & Apollinianorum.

CAPVT II.

AEDITIO .I.

9.q.2.Epi, q extra dio. Ca. eodē sy- nod. Nicænæ

Episcopi, q extra diocęsim sunt, ad ecclesias, quæ extra terminos earū sunt, nō accedāt, neq; cōfundāt, & pmisceāt ecclesias secūdum regulas cōstitutas, Alexandriæ qdem epi solius Oriētis curā gerāt, seruatis honoribus primatus ecclesię Antiochenæ, q in regulis Nicænæ synodi cōtinent. Sed & Asianæ diocœsis epi ea quæ sunt in Asia, & q̄ in Asianā tm̄mo do diocœsim ptinēt gubernēt. Ponti aūt epi Ponticæ tm̄ diocœsis habeāt curam, Thrachię vero ipsius tm̄modo Thracię.

Caput III.

9.q.2. Nō inuitati epi

Nicænæ synodi capi. 5

Nō inuitati epi, vltra diocęsim accedere nō debēt, sup ordinādis aliqbus, vel q buscūq; disponēdis eccl'iasticis causis, seruata regula, quæ supra scripta est, de vnaquaq; diocœsi. Manifestū nanq; est, q̄d p singulas quasq; prouincias, prouincialis synodus administrare, & gubernare oia debeat, secūdum ea, quæ sunt in Nicæa definita.

Caput IIII.

Ecclesias autē dei, quæ sunt in barbaricis gētibus cōstitutæ, regere, atq; administrare oportet, secundum consuetudinē, quam a patribus obtinuisse dinoscitur.

Caput V.

Dist. 22. Constātinopolitanæ ciuitatis

Constantinopolitanę ciuitatis epm habere oportet primatus honorem post Romanū epm, propter q̄d sit noua Roma.

Caput VI.

Propter totius indisciplinatiōis eius doctrinā, quæ Constantinopoli orta est, vt neq; Maximus fuisse, aut esse etiā puret eps, statutū est, neq; hi, q ab eo sunt ordinati, qualemcūq; gradū clericatus obtineant, omibus, scilicet quę circa eum, vel ab eo gesta sunt, in irritum reuocatis.

Caput VII.

Credimus in vnum deum patrem omipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium, & inuisibilium cōditorem Et in vnum dominum Iesum Christum filium dei vnigenitū, ex patre natum ante omnia secula, deum ex deo, lumen ex lumine, deum verum ex deo vero, natū non factum, homousion patri, hoc est, eiusdem cum patre substantiæ per quem omnia facta sunt, quæ in cœlo, & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem, descendit de cœlis & incarnatus est de spiritu sancto ex Maria

AEDITIO .II.

D

Qui sunt super diocœsim episcopi, nequaquam ad ecclesias, quæ sunt extra p̄fixos sibi terminos, accedant, nec eas hac præsumptione confundant, sed iuxta canones, Alexādrinus antistes, quæ sunt in Aegypto, regat solummodo, & Orientis episcopi Orientem tantum gubernent seruatis priuilegijs, quæ Nicænis canonibus ecclesiæ Antiochenæ tributa sunt. Asianæ quoque diocœseos episcopi ea solum, quæ sunt in Asiana diocœsi, dispēsent. Necnon & Ponti episcopi ea tātum quæ sunt in Ponto, & Thraciarum, quæ in Thracijs sunt, gubernent. Non vocati aūt episcopi, vltra suam diocœsim non accedant propter ordinationes faciendas, vel propter alias dispensationes ecclesiasticas. Seruata vero, quæ scripta est de gubernationibus regula, manifestum est, quod illa quę sunt per vnamquamq; prouinciam, ipsius prouinciæ synodus dispēset, sicut Nicæno constat decretum esse concilio. Ecclesias autem dei, in barbaricis gentibus constitutas, gubernari conuenit, iuxta consuetudinem, quæ est a patribus obseruata. Veruntamen, Constantinopolitanus episcopus habeat honoris primatum post Romanum episcopum, propterea, quod vrbs ipsa sit iunior Rome.

E

Caput III.

F

De Maximo Cynico, & eius inordinata constitutione, quæ Constantinopoli facta est, placuit, neque Maximum episcopū esse, vel fuisse, nec eos qui ab ipso in quolibet gradu clerici sunt ordinati, cū omnia, quæ ab eodem perpetrata sunt in irritum deducta esse videantur.

¶ Symbolum eiusdem concilij.

Credimus in vnū deum patrem omipotentem, factorem cœli, & terræ, visibilium omnium & inuisibilium. Et in vnū dn̄m Iesum Christum, filium dei, natum ex patre ante omnia secula, deum verum de deo vero, natum, non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & salutem nostram, descendit de cœlis. Et incarnatus est de spū sancto, ex Maria virgine Et inhumanatus est. Et crucifixus ē pro nobis sub Pontio Pilato. Et sepultus est. Et resurrexit tertia die. Ascendit in cœlos se

A

AEDITIO .I.

Maria virgine, Homo factus, passus est sub Põtio Pilato, ac sepultus, & tertia die resurrexit. Ascẽdit in cœlos sedet ad dexteram patris, inde venturus est cum gloria, iudicare viuos & mortuos, cuius regni nõ erit finis. Credimus in spm̃ sctm̃ dñm, & viuificatorẽ, ex pr̃e procedentẽ, cũ pr̃e & filio adorãdum & cõglorificandũ. Qui locutus est p prophetas. Et vnã catholicã & apostolicã ecclesiã. Confitemur vnũ baptisma in remissionẽ peccatorum, expectamus resurrectionẽ mortuorum, & vitam futuri seculi, Amen.

AEDITIO .II.

los, sedet ad dexteram patris. Iterum venturus est cũ gloria iudicare viuos & mortuos. Cuius regni nõ erit finis. Et in spiritum sanctum dominum & viuificantem, ex patre procedentem, cum patre & filio, adorandum, & conglorificandum. Qui locutus est per sanctos prophetas. Et vnam sanctam, catholicam & apostolicam ecclesiam. Confitemur vnum baptisma in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum, & vitam venturi seculi, Amen

¶ SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM CONcilij Constantinopolitani sub Damaso papa primo.

B

¶ Et subscripserunt .C.L. episcopi, qui in eodem concilio conuenerunt.

i Nectarius Constantinopolitanus.

¶ Prouinciæ Aegypti.

ij Timotheus, Alexandrinus
iij Dorotheus, Oxyrinchites

¶ Prouinciæ Palestinæ

iiij Cyrillus Hierosolymitanus,
v Thalassius, al. Gelasius, Cæsarieñ.
vi Macer, Hiericuntius
vij Dionysius Diospolitanus
viij Pristianus, Sebasteñ.
ix Saturninus Scytopolitanns
x Rufus Nicopolitanus, quę Nicopolis, qñq3 dicta Emmaus.

C

xi Auxentius, Ascalonitanus.
xij Aelianus Iamnieñ.

¶ Prouinciæ Phœnices.

xiij Zenon Tyrius
xiiij Paulus, Sidonieñ.
xv Nectabus Ptolemaideñ.
xvi Philippus Damascenus
xvij Batrachus Paneadeñ.
xviij. Timotheus, Berycius, al. Baruti⁹
xix Basilides Bibleñ.
xx Mochimus, al. Mocimus Aradeñ.
xxi Alexãder Aracheñ. alias Arudeñ.

¶ Prouinciæ Syriæ Cœles, alias Curuæ Syriæ.

xxij Melitius Antiochieñ.
xxiij. Pegasius, al. Pelagius, Laodiceñ.
xxiiij. Acatius Beroeñ.
xxv Iohannes Apamieñ.
xxvi Byzus, Seleucieñ.
xxvij, Eusebius Epiphanieñ.
xxviij Martianus Seleucobelitanus, al. Seleucopolitanus, ali. Seleucouallitanus,
xxix Paropilus Larissensis
xxx Seuerus Patreñ.
xxxi Flauianus Antiocheñ.
xxxij Eusebius, Chalcideñ.
xxxiij Domnus Gabaleñ.
xxxiiij Basilius, Rophaneñ.

¶ Prouinciæ Arabiæ.

xxxv Agapius,
xxxvi Bagadius,

¶ Prouinciæ Bostron.

xxvij Elpidius, Dionisteñ.
xxxviij Vranius, Adraeñ.
xxxix Chilon Constantieñ.
xl. Seuerus, Neapolitanus, al. Neaspolitanus

¶ Prouinciæ Osdroenæ

xli Eulogius Edesseñ.
xlij Vitus, Carreñ.
xliij Abramus Bathneñ. alias Bethauneñ. alias Betouensis.

¶ Prouinciæ Mesopotamiæ.

xliiij Maras Amideñ.
xlv Bathes Constantieñ.
xlvi Iobianus, Imerieñ.

¶ Prouinciæ Augustæ Eufratesiæ, al. circa Euphratẽ

xlvij. Theodotus, al. Theodorus, Hierapolitanus
xlviij. Antiochus, Samosaten⁹
xlix Isidorus, Surreñ. ali. Sureñ.
l Iobinus Pelleñ. al. Perreñ.
li Maris Doliceñ.

¶ Prouinciæ Ciliciæ.

Diodo⁹

ij Diodorus Tarſeñ.
liij Cyriacus Adaneñ.
liiij Iſichius Epiphanieñ.
lv Germanus Coriceñ.
lvi. Aerius Zephyriē.al. zephy
lvij Philomuſus, Pōperopolis (rē
lviij Olympius, Mopſieſtieñ.
lix Philomuſes Alexādrinus p
Alpiū pſbyteꝝ Cappadociæ.
lx Elladius, Cæſareeñ.
lxi Gregorius Nyſenſis, alias
lxij. Eſerius al. Epherius, Tyanē. (Niſſē.
lxiij. Boſphorius, Colonieñ. ali. Colonē.
lxiiij Olympius Pharnacieñ
lxv Gregorius Nanzianzenus

¶ Prouinciæ Armeniæ minoris.

lxvi Otreius, al. Oterius, Melitenē.
lxvij Otreius, al. Oterius, Arabiſſeñ.

¶ Prouinciæ Iſauriæ.

lxviij Sympoſius Seleucieñ.
lxix Philothe⁹, Irenopolis, al. Irino
lxx Montanus, Claudio⁄ (polis
politanus p Paulum pſbyteꝝ.
lxxi Ipſiſtius, al. Iſiſtius, Philadelphi
lxxij Marinus Daliſandē. (us
lxxiij Theodoſius Antiochenus.
lxxiiij Artemius, Titiopolitanus, alias
lxxv Neon, Selenūtē (Titopolitanus
lxxvi Euſebius Olbieñ.
lxxvij Montanus Diocæſarieñ.
Muſonius, Celēderitanus

¶ Prouinciæ Cypri.

lxxviij Iulius Papheñ.
lxxix Theopompus, Tremituntis
lxxx Tychon Thamaſſeñ.
lxxxi Mnemius, al. Meminius, Cittieñ,

¶ Prouinciæ Pamphyliæ.

lxxxij Troilus, Geoneñ. al. Gonēſis
lxxxiij Caius Lirbeñ. alias Cyrbeñ.
lxxxiiij Longinus Colobraſſeñ.
lxxxv Theodolus Coraceſieñ.
lxxxvi Iſichius Commaceñ.
lxxxvij Tueſianus Caſſeñ.
lxxxviij. Mydus, Penteneſſeñ.
lxxxix Heraclides, Tituenſis, alias
Ptinſeñ.
xc Theodulus Silui
xci Pāmenius Ariaſſeñ.

¶ Prouinciæ Lycaoniæ.

xcij Amphilochius, Iconieñ.
xciij Cyrillus, Homonadeñ.
xciiij Ariſtophanes, Sobarē.
xcv Paulus Lyſtreñ.
xcvi Inzus Cotneñ.
xcvij Darius Myſtieñ.
xcviij Leontius Pergē.
xcix Theodoſius Hydē. al. Sydē.
c Euſtachius, Cannē.
ci Daphnus, Derbē.
cij Eugenius Paſpanē.
ciij Iluatius Iſaurē.
ciiij Seuerus, Ambladē.

¶ Prouinciæ Piſidiæ.

cv Optimius Antiochenus.
cvi Themiſtius, Adrianopolis.
cvij Attalus Proſtameñ.
cviij Ananius Adadē.
cix Fauſtus Lyſiniē.
cx Ionius Sagaleſſeñ.
cxi Callinicus Podaliē.
cxij. Euſtachius, al. Euſtadius, Metropo
cxiij Patricius Paraliē. (lis
cxiiij Lucius Neopolitanus
cxv Longianus. Sozopolis, ali⁊
per Simplicium preſbyterum.
cxvi Tyrannus pbr̄, Amorij
cxvij Auxanon pbr̄, Apamię
cxviij Helladius pbr̄ Commanē.
cxix Theoſebius Philomelieñ.
p Baſſum pbr̄m Lyciæ
cxx Tacianus Myreñ.
cxxi Pionius Comaſeñ.
cxxij Eudemius Patrareñ.
cxxiij Patricius Oenandē.
cxxiiij Lupicinus Lymirē.
cxxv Macedon Xanthē
cxxvi Romanus Bubonē.
cxxvij Theantinus, Araxenus.

¶ Prouinciæ Phrygiæ ſalutaris.

cxxviij Vitus Primneſiē.
cxxix Auxamanus Eucarpiē.

¶ Prouinciæ Phrygiæ Pacatianæ.

cxxx Nectarius Apirē.
cxxxi. Theodorus, Eumenieñ.
p Profutuꝝ pſbyteꝝ Cęſareæ
cxxxij Eudoxius Aphrodiſiadis
cxxxiij Leontius Cybureñ.

¶ Prouinciæ Bythiniæ.

cxxxiiij Eufraſius, Nicomedieñ.
cxxxv Dorotheus. Nicænus
cxxxvi Olympius Neocæſarieñ.
alias Cæſariē. quæ etiā dicit̄ Smyrdiana.
cxxxvij Theodolus, Chalcedoneñ.
cxxxviij Euſtaſius Pruſeñ.

¶ Prouinciæ Ponti Amaſiæ.

cxxxix Pantophylus, ali. Pazophylus,
Hiberorum.

A

	¶ Prouintiæ Mysiæ		cxliij.	Sebastianus	Anchialeñ.
cxl.	Martyrius	Martianopolis		¶ Prouintiæ *Spaniæ	
	¶ Prouintiæ Scythiæ		cxliiij.	Agrius	*Immontineñ.
cxli.	Gerontius	Tomeñ.		¶ Prouintiæ Ponti Polemoniaci.	
cxlij.	Aetherius	*Tersonitanus.	cxlv.	Atarbius per Cylũ lectorem.	

als, Hispaniæ
alias, Lamini taneñ.
als, Tonsoni tanus

Suprascriptorum episcoporum, episcopatuumq; diligentissima assignatio, si forte haud adamussim reperiatur, aut non semper quadret, venia collectori tribuatur, maxime q exemplariorũ quatuor, vel quinq; numero, ex quibus desumpta est, tanta erat dissonantia, tantaq; diuersitas, vt venari, aut conijci impossibile fuisset, qualis esset ciuitas, quæve diocœsis, quæ tali seu tali episcopo vere debuisset adscribi.

¶ Finit concilium Constantinopolitanũ primum.

CONCILIVM VALENTINVM GALLIAE, SVB DAMASO PAPA PRIMO.

B

HVius ciuitatis Valentiæ Galliæ facit mentionẽ Ptolo. lib. iij. cap. ix. tit. Gallia Narboneñ. (alias Narboneñ. situs) tit. iterũ. Postea a parte Orientali, &c. sunt Allobroges, &c. quorũ ciuitas Vienna. Sub quibus magis Occidentales Setallani, quorũ ciuitas Valentia. Et plinius lib. iij. ca. iiij. tit. Narboneñ. prouintia, vbi dicit: In agro Cauarũ, Valentia, Vienna. Et Anto. in itiñ. tit. A Mediolano per Alpes Gottias, &c. Inde Durocotorũ, &c. Inde Gessoriaco, &c. Ticinum, &c. Augusta, Valentia, Vrsolis, Vienna. Vnde nota, q Valentineñ. epus suffraganeus est archiepiscopi Viennensis

¶ CAPITVLA CONCILII VALENTINI.

CONCILIVM VALENTINVM. XXX. episcoporum, era. CCCCXIII. sub Gratiano, & Valentiniano Imperatoribus, Gratiano. III. & Equitio cõsulibus, sub die. iiij. Idus Iulij.

¶ Hos assignat consules Marianus Scotus, ad veritatem euangelij, anno. cccxcij secundum aũt Dionysii cyclum, anno. ccclxx.

DIlectissimis fratribus per Gallias, & quinq; prouintias constitutis epis, Fegadius, Emerius, Florentius, Artemius, Emilianus, Britto, Iustus, Euodius, Rodamius, Euortius, Crestus, Concordius, *Constantinus, Paulus, Anterius, Felix, Neuterius, Nicetius, Vrbanus, Simplicius, & Vincentius episcopi in domino salutem. Transactis Valentiæ omnibus, & in dei nomine in statu meliore compositis, quæ fuerunt cœpta causa dissidij, quorundã fuit patrum vtilis, & religiosa suggestio *retractata de his, quæ nec recipere possumus ob ecclesiæ sanctitatem, nec tamen *vsquequaq;, consuetudinis causa, damnare. Ita enim per

alias, Constã tius
als, retractãdi, & tã de
als, vsitatæ.

omnes ecclesias eiusmodi vitiorum germen inoleuit, vt ad plena remedia non facilis sit recursus, certe non sine verecundia eorum, quibus causa cõtigit *subcisiuum. Quocirca, fratres, librato diu, moderatoque consilio, ea cautele ratio seruata est, quæ & scãdala submoueret, & sanctitatem ecclesiæ custodiret.

als, succisiuũ.

¶ Capitulum primum.

SEdit ergo, neminem post hanc synodũ, qua eiusmodi illicitis vel sero succurritur, de digamis, aut internuptarum maritis ordinari clericos posse, nec requirẽdum, vtrum ne initiati sacramentis diuinis, an ne Gentiles hac se infelicis sortis necessitate maculaueruut, cum diuini præcepti sit forma. Sed quia fratrũ nostrorum vel imperitiam, vel simplicitatem, vel etiam præsumptionem damnare non possumus, nec per omnes ecclesias, quæ sunt iam pridem male gesta, corrigere, placuit etiã de eorum statu, qui prius ordinati sunt, nihil reuolui, si nulla extrinsecus causa procedit, qua indigni ministerio comprobentur.

II. De puellis vero, quæ se deo vouerunt, & præclari nominis decore floruerunt, si ad terrenas nuptias sponte transierint, id custodiendum esse decreuimus, vt, *pœnitentes, non statim ad pœnitentiam recipiant, & cum data tamen fuerit, nisi plene satisfecerint deo, in quantũ ratio poposcerit, *eisdem cõmunio differatur.

als, pœnitentia his nõ statim detur. als, earundẽ.

III. Circa eorum vero personas, qui se post vnum, & sanctum lauacrum, vel profanis sacrificijs dæmonũ, vel incesta lauatione polluerunt, eam censuræ formam duximus esse seruandam, vt his, iuxta synodum Nicænam, satisfactionis quidẽ aditus non neget, ne infelicibus lachrymis vel solatij ianua desperatione claudat, acturi vero pœnitentiã vsque in diem mortis, non sine spe tamen remissionis, quam ab eo plene sperare debebunt, qui eius largitatem & solus obtinet, & tam diues misericordia est, vt nemo desperet. Deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.

Nicenæ synodi ca. 11.

Sapiæ. 1. d.

IIII. Nec illud, fratres, scribere alienum ab ecclesiæ vtilitate censuimus, vt sciretis, quicũque subordinatione, vel diaconatus, vel presbyterij, vel episcopatus mortali crimine dixerint se esse pollutos, a supradictis ordinationibus submouendos, reos, scilicet, vel veri confessione, vel mendacio falsitatis. Neque enim absolui potest is, qui in seipsum dixerit, quod dictum in alios puniret, cum omnis, qui sibi fuerit mortis causa, maior homicida est. Diuina pietas vos in æternũ custodiat, dilectissimi fratres.

¶ EPISTOLA EIVSDEM CONCILII, Valentini ad Foroiulien.

DIlectissimis fratribus clero, & plebi, ecclesiæ Foroiuliensis, Fegadius, Emerius, Florẽtius, Artemius, Emilianus, Britto, Iustus, *Eusodius, Rodamius, Euortius, Constantius, Paulus, Cretus, Concordius, Anterius, Neuterius, Nicetius, Vrbanus, Felix, Simplicius & Vincentius episcopi in dño salutẽ. Quãuis tam ea, Benedictus frater de sanctissimi Accepti persona suggerit, quæ prudenti, & Christiano viro, sunt condigna, quam quod studio omniũ vestrũ ad honorem sacerdotij poscat, edixerit, tamen quia in synodo iam sederat, ordinationes eiusmodi submouendas, quæ sine scandalo esse non possunt, non potuimus vni præstare, quod cæteris negabat. Et licet non ignoremus, multos verecundia & nonnullos horrore suscipiendi sacerdotij, & vt trepidos (quæ vtique signa sunt sanctitatis) falsa in se, rejciendi honoris causa, dixisse, tamen quia omnium fere ad ea, quæ sunt peiora, procliue iudicium est, & hinc materies disputationum in obtrectationes sacerdotum dei quærit, sedit in synodo, vt quisquis de se vel vera, vel falsa dixisset, fides, quam suimet testimonio confirmaret, haberet. Quapropter decretũ est, submouendos protinus esse ab eo gradu, quẽ ab omni scandalo liberum esse decet. Diuina pietas vos in æternum protegat.

als, Euodius.

cap. 4. Huius concilij.

¶ Decretum, siue statutum vnum dicti concilij Valentini, iuxta decretum Gratiani, vel Iuonis, & iuxta. xxx. cap. lib. ij. codicis. xvi. lib. ex monasterio sancti Bauonis Gandeñ. excerptum est.

Nisi vt

A Nisi vt meliora prospiciat, rẽ ecclesiæ nõ liceat distrahere episcopo.

Irrita erit episcopoꝝ donatio, vel venditio, vel cõmutatio rei ecclesiasticæ, absq; collaudatione, (alias conniuentia) & subscriptione sacerdotum.

Hoc decretum. xij. q. ij. Sine exceptione dicit, aut scribit esse ex epistola Leonis ad epos p vniuersam Siciliã. In dec. aũt Iuonis. lib. ij. legitur secundũ exẽplar impressum eẽ ex concilio apud Valentias. Nec tamen reperit in epistola Leonis, vbi supra, nec in Valentino concilio Galliæ, aut Hispaniæ, sed in decretis concilij. iiij. Carthagineñ. cap. xxxij.

¶ Aliud decretum Valentinum.

Non nisi a proprijs episcopis presbyteri chrisma petant.

Presbyteri, qui diocæsanas ecclesias regunt, nõ a quibuslibet episcopis, sed a suo, non per iuniorẽ clericum, sed per seipsos, aut per illum, qui eiusdem ordinis sit, ante paschæ solennitatem chrisma petant.

De cõ. dist. 4. Presbyteri qui dioc.

¶ Finit concilium Valentinum Galliæ.

DECRETA SIRITII PAPAE.

B

¶ Ex libro pontificali.

SIritius natione Romanus, ex patre Tiburtio, sedit annis. xv. mẽses. xi. dies xxv. Hic constitutũ fecit de omni ecclesia, & cõtra oẽs hæreses, & dispsit p vniuersum mundũ, ac per oẽs prouintias, vt in omni archiuo ecclesię conseruaret, ob oppugnationẽ cõtra oẽs hæreses. Hic cõstituit, vt nullus presbyter missas celebraret p omnẽ hebdomadã, nisi consecratũ epi loci designati susciperet declaratũ, q̃d declarat fermentũ. Hic inuenit Manichæos, q̃s in exilio deportauit. Et hoc cõstituit, vt nõ participaret cũ fidelibus cõmunionẽ, qa ore polluto nõ liceret sanctũ corpus dñi cõuexari. Hoc q̃q; cõstituit, vt si qs cõuersus de Manichęis rediret ad ecclesiã, nullatenus cõicaret, nisi tantũ relegationi monasterij diebus vitæ suæ teneretur obnoxius, vt ieiunijs, & orationibus maceratus, probatus sub omni examinatiõe vsq; ad vltimũ diẽ trãsitus sui, humanitate ecclesiæ viaticũ eis largiretur. Hic cõstituit hæreticos sub manus impositione recipi, & recõciliari p̃sente C cũcta ecclesia. Hic fecit ordinatiões quinq; in vrbe Roma p mẽsem Decẽbrẽ, p̃bros xxxi. diacones. xvi. epos p diuersa loca numero. xxxij. Qui etiã sepultus est in cœmiterio Priscillæ via Salaria. viij. Kaleñ. Martij. Et cessauit episcopatus dies. xx.

Huius aũt Siritij papæ, annos describit Marianus Scotus, anno. v. Imperij Gratiani cũ Valentiniano fratre, & ad veritatẽ euangelij. ccccij. iuxta cyclũ vero Dionysii. ccclxxxi. Merobaude, & Saturnino cõsulibus. Vrsinus (inquiens) q & Siritius xxxvij. papa, sedit annis. xv. Idem q̃q; anno. iij. Imperij Archadij filij Theodosii cũ fratre Honorio, ad veritatẽ euãgelij. ccccxviij. secundũ cyclũ Dionysii. cccxcvi. Honorio, ac Euthiciano consulibus obitum Siritij papæ describens, ait: Siritius papa obijt. ix. Kalendas Martij.

¶ Tituli capituloꝝ sequentis epistolæ.

EPISTOLA SIRITII PAPAE PRIMA, AD HIMERIVM Tarraconeñ.

SIritius Himerio Tarraconeñ. episcopo salutem. Directa ad decessorem nostrū sanctæ recordationis Damasum, fraternitatis tuæ relatio me iam in sede ipsius cōstitutū (qa sic dñs ordinauit) inuenit, quam cum in conuentu fratrū solicitius legeremus, tanta inuenimus, quæ reprehensione, & correctione sunt digna, quanta optaremus laudanda cognoscere. Et qa necesse nos erat, in eius labores, curasq; succedere, cui per dei gratiam successimus in honore, facto, vt oportebat, primitus meę prouectionis iudicio, ad singula (prout dominus aspirare dignatus est) consultationi tuæ responsum competens non negamus, quia pro officij nostri consideratione non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus maior cunctis Christianæ religionis zelus incūbit. Portamus onera omnium, q grauantur, quinimmo hæc portat in nobis beatus apostolus Petrus, qui nos in omnibus, vt cōfidimus, administrationis suæ protegit, & tuetur hæredes.

¶ Capitulum primum.

PRima itaq; paginæ tuæ fronte signasti, baptizatos ab impijs Arrianis, plurimos ad fidem catholicam festinare, & quosdam de fratribus nostris eosdem denuo baptizare velle; quod non licet, cum hoc fieri, & apostolus vetet, & canones cō tradicant, & post cassatum Arimineñ. cōcilium, missa ad prouintias, a venerādę memoriæ prædecessore meo Liberio generalia decreta prohibeant, q̄s nos cū Nouatianis, alijsq; hæreticis (sicut est in synodo constitutū) per inuocationē solā septiformis spūs episcopalis manus impositione, catholicoꝝ conuentui sociamus. Quod etiā totus Oriens, Occidensq; custodit. A quo tramite vos quoq; post hac minime cōuenit deuiare, si nō vultis a nostro collegio synodali separari sententia.

Ephe.4.b.

II Sequitur de diuersis baptizandorum temporibus, prout vnicuiq; libitū fuerit, improbabilis, & emendanda confusio, quæ a nostris consacerdotibus (quod commoti dicimus) non ratione authoritatis alicuius, sed sola temeritate pręsumitur, vt passim, ac libere natalitijs Christi, seu apparitionis, nec non & apostolorum, seu martyrum festiuitatibus innumere (vt asseris) plebes baptismi mysterium consequātur, cum hoc sibi priuilegium & apud nos, & apud omnes ecclesias dominicū specialiter cum pentecoste sua pascha defendat, quibus solis per annum diebus, ad fidē confluentibus, generalia baptismatis tradi conuenit sacramenta, his duntaxat electis, qui ante quadraginta, vel eo amplius dies nomen dederint, & exorcismis, quotidianisq; orationibus, atq; ieiunijs fuerint expiati, quatenus apostolica illa impleatur p̄ceptio, vt

De cō. dist. 4 Non ratione autho.

A ceptio, vt expurgato fermento veteri, noua incipiat esse conspersio. Sicut sacram ergo paschalem reuerentiam in nullo dicimus esse minuendam, ita infantibus, q nondum loqui potuerint per ætatem, vel his, quibus in qualib necessitate opus fuerit sacri vnda baptismatis, omni volumus celeritate succurri, ne ad nostrarum pernitiem tendat animarum, si, negato desiderantibus fonte salutari, exiens vnusquisq; de seculo, & regnum perdat & vitam. Quicūq; etiam discrimen naufragij, hostilitatis incursum, obsidionis ambiguum, vel cuiuslibet corporalis *ægritudinem desperatiōis inciderint, & sibi vnico credulitatis auxilio poposcerint subueniri, eodem, quo poscūt, momento temporis expetitæ regenerationis præmia consequantur. Hactenus erratum in hac parte sufficiat, nunc præfatam regulam omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab apostolicæ Petræ, super quam Christus vniuersalem construxit ecclesiā soliditatæ diuelli.

1. Cor. 5. b

al's, egritudinis desperationem.

Matth. 16. c

III. Adiectum est etiam, quosdam Christianos ad apostasiam (quod dici nefas est) transeuntes, & idolorum cultu, ac sacrificiorum contaminatione profanatos, quos a Christi corpore, & sanguine, quo dudum redempti fuerant, renascendo, iubemus abscindi. Et si resipiscentes, forte ad lamenta fuerint aliquando cōuersi, his, quandiu viuunt, agenda pœnitentia est, & in vltimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda, quia docente domino: Nolumus mortem peccatorum, sed vt conuertantur, & viuant.

B

Ezech. 18. g.

IIII. De coniugali autem *vetatione requisisti, si desponsatam alij puellam, alter in matrimonium possit accipere. Hoc ne fiat, omnibus modis inhibemus, quia illa benedictio, quam nupturæ sacerdos imponit, apud fideles cuiusdam sacrilegij instar est, si vlla transgressione violetur.

27. q. 2. De cōiugali violatione.

V. De his vero non incongrue dilectio tua apostolicā sedem credidit cōsulendam, qui, acta pœnitentia, tanquam canes, ac sues ad vomitus pristinos, & ad volutabra redeuntes, & militiæ cingulum, & ludicras voluptates, & noua coniugia, & inhibitos denuo appetiuere concubitus. Quorum professam incontinentiam, generati post absolutionem, filij prodiderunt. De quibus, quia iam suffugium non habent pœnitendi, id duximus decernendum, vt sola intra ecclesiam fidelibus oratiōe iungantur. Sacris mysteriorum celebritatibus, quamuis non mereantur, intersint. A dominicæ autem mensæ conuiuio segregentur, vt hac saltem districtione correpti, & ipsi in se sua errata castigent, & alijs exemplum tribuant, quatenus ab obscęnis cupiditatibus retrahantur. Quibus tamen (quoniam carnali fragilitate ceciderunt) viatico munere, cum ad dominum cœperint proficisci, per communionis gratiam volumus subueniri. Quam formam & circa mulieres, quæ se post pœnitentiam talibus pollutionibus deuinxerunt, seruandam esse censemus.

33. q. 2 De his vero

C

VI Præterea monachorum quosdam, atq; monacharum, abiecto proposito sanctitatis, in tantam protestaris demersos esse lasciuiam, vt prius clanculo, velut sub monasteriorum prætextu, illicita, ac sacrilega se contagione miscuerint. Postea vero in abruptum conscientiæ desperatione perducti, de illicitis complexibus libere filios procreauerint, quod & publice leges, & ecclesiastica iura condemnant. Has ergo impudicas, detestabilesq; personas, a monasteriorum cœtu, ecclesiarumq; conuentibus eliminandas esse mandamus, quatenus retrusæ in suis ergastulis, tantum facinus continua lamentatione deflentes, purificatorio possint pœnitudinis igne decoqui, vt eis vel ad mortem saltem solius misericordiæ intuitu, per cōmunionis gratiam, indulgentia subuenire possit.

VII Veniamus nunc ad sacratissimos ordines clericorum, quos in venerādæ religionis iniuriam, ita per vestras prouintias calcatos, atq; cōfusos charitate tua insinuante, reperimus, vt Hieremiæ nobis dicendum sit voce, quis dabit capiti meo aquam, aut oculis meis fontem lachrymarum, & flebo populum hunc die ac nocte? Si ergo beatus propheta, ad lugenda populi peccata, nō sibi, ait lachrymas posse sufficere, quanto nos possumus dolore percelli, cum eorum, qui in nostro sunt corpore, compellimur facinora deplorare? Quibus pręcipue, secundum beatum Paulum,

Hiere. 9. a

2.Cor.11.g. 82.dist.Plurimos sacerdo.

instantia quotidiana, & solicitudo omniũ ecclesiarum indesinenter incumbit. Quis enim infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non vror? Plurimos enim sacerdotes Christi, atq; leuitas post longa consecrationis suæ tempora, tã de coniugibus proprijs, q̃ etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, & crimen suũ, hac præscriptione defendere, quia in veteri testamẽto sacerdotibus, ac ministris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nũc, quisquis ille est sectator libidinũ, præceptorq; vitiorum, si æstimat, quod in lege Moysi passim sacris ordinibus a deo nostro laxata sunt frena luxuriæ, cur eos, qbus committebantur sancta sanctorum, præmonet, dicens: Sancti estote, quia & ego sanctus sum dominus deus vester. Cur etiã procul a suis domibus, anno vicis suæ, in templo habitare iussi sunt sacerdotes? Hac videlicet ratione, ne vel cum vxoribus possint carnale exercere commertium, vt cõscientiæ integritate fulgentes, acceptabile deo munus offerrent. Quibus etiam expleto deseruitionis suæ tempore, *vxoris vsus solius successionis causa fuerat relaxatus, quia non ex alia, nisi ex tribu Leui, quisquam ad dei ministerium fuerat præceptus *admitti. Vnde & dñs Iesus, cũ nos suo illustrasset aduentu, in euãgelio protestatur, quia legem venerit implere, nõ soluere. Et ideo ecclesiam, cuius sponsus est speciosus forma, castitatis voluit splendore radiare, vt in die iudicij, cũ rursus aduenerit, sine macula, & ruga eam possit, sicut per apostolũ suũ instituit reperire. Quarum sanctionũ sacerdotes omnes, atq; leuitæ insolubili lege constringimur, vt a die ordinationis nostræ sobrietati, ac pudicitiæ & corda nostra mancipemus, & corpora, dum modo per omnia deo nostro in his, quæ quotidie offerimus, sacrificijs placeamus. Qui aũt in carne sunt, dicente electionis vase, deo placere nõ possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spũs dei habitat in vobis. Et vbi poterit, nisi in corporibus, sicut legimus, sanctis, dei spũs habitare? Et quia aliquanti (de quibus loquimur) (vt tua sanctitas retulit) *ignoranter se lapsos esse deflent, his, hac conditione, misericordiam dicimus non negandam, vt sine vllo honoris augmento, in hoc, quo *detecti sunt, quamdiu vixerint, officio, perseuerent, si tamen post *hac continentes se studuerint exhibere. Hi vero, qui illiciti priuilegij excusatione nituntur, & sibi asserunt veteri hoc lege concessum, nouerint se ab omni ecclesiastico honore, quo indigne vsi sunt, apostolicæ sedis authoritate deiectos, nec vnquam posse veneranda attrectare mysteria, quibus se ipsi, dum obscœnis cupiditatibus inhiant, priuauerunt. Et quia exempla præsentia cauere nos præmonent in futurum, si quilibet episcopus, presbyter atq; diaconus (quod nõ optamus) deinceps fuerit talis inuentus, iam nunc sibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obseratũ, quia ferro, necesse est, excidãtur vulnera, quæ fomentorum non senserint medicinam.

Leuit.20.b
Lucæ.1.a
alias, vxorius
Matth.5.b
alias, accedere.
In Canticis canticorum
Ephe.5.f
Roma.8.b
1.Cor.3.d
& Ibidẽ.6.d
& 2.Cor.6.d
Sapiæ.1.a.
82.dist. Quia aliquãti de.
alias, ignorãtiõe, vel ignorantia
alias, deiecti, vel decreti
alias, hoc.
Leuit.21.c

D E F

VIII. Didicimus etiam licenter, ac libere inexploratæ vitæ homines, quibus etiam fuerint numerosa coniugia, ad præfatas dignitates, prout *cuicunq; libuerit, aspirare. Quod non tantum illis, qui ad hæc immoderata ambitione perueniũt, quãtum metropolitanis specialiter pontificibus imputamus, qui dum inhibitis ausibus *conniuent, dei nostri, quantum in se est, præcepta contemnunt. Et vt taceamus, q̃d altius suspicamur, vbi illud est, quod deus noster, data per Moysen lege, constituit dicens: Sacerdotes mei semel nubant. Et alio loco: Sacerdos vxorem virginem accipiat, non viduam, non repudiatam, non meretricem. Quod sequutus apostolus, ex persecutore prædicator vnius vxoris virum, tam sacerdotem, q̃ diaconum fieri debere mandauit. Quæ omnia, ita a vestrarum regionum despiciuntur episcopis, quasi in contrarium magis fuerint constituta. Et quia non est nobis de huiusmodi vsurpationibus negligendum, ne nos indignantis domini vox iusta corripiat, quæ dicit, vidẽbas furem, & currebas cum eo, & ponebas etiam tuam cum adulteris portionem, quid ab vniuersis post hac ecclesijs sequendum sit, quid vitandum, generali pronũtiatione decernimus.

alias, cuicq;
alias, nõ obsistũt, vel cohibent
Leuit.21.c
& Ezec.44.d
1.Tim.3.a.b.

IX Quicunq; itaq; se ecclesiæ vouerit obsequijs, a sua infantia ante pubertatis annos baptizari, & lectorum debet ministerio sociari. Qui ab accessu adolescẽtiæ vsq; ad *tricesimum ætatis annum, si probabiliter vixerit, vna tantum, & ea, quam

Dist.77. Quicũq; itaq; se
alias. xx. Sed originales &

virginem

A virginem communi per sacerdotem benedictione percepit, vxore contentus, acolythus & subdiaconus esse debebit, posteaq; ad diaconij gradum, si * se ipse primitus, continentia praeeunte, dignum probauerit, accedat. Vbi, si vltra quinq; annos laudabiliter vixerit, & ministrauerit, congrue presbyterium consequatur. Exinde, post decennium, episcopalem cathedram poterit adipisci, si tamen per haec tempora integritas vitae ac fidei eius fuerit approbata.

antiquiores; xxx. infra cap. in dec. Zozimi pp. cap. 3. ponitur. xx

als, seipsum

X. Qui vero iam aetate grandaeuus, melioris propositi conuersatione prouocatus, ex laico ad sacram militiam peruenire festinat, desiderij sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo, quo baptizatur, tempore, statim lectorum, aut exorcistarum numero societur, si tamen eum vnam habuisse, vel habere, & hanc virginem accepisse constet vxorem. Qui dum initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud, acolythus & subdiaconus fiat, & sic ad diaconatum (si per haec tempora dignus iudicatus fuerit) prouehatur. Exinde iam accessu temporum presbyterio, vel episcopatui, si eum cleri, ac plebis euocauerit electio, non immerito societur.

XI. Quisquis sane clericus aut viduam, aut certe secundam coniugem duxerit, omni ecclesiasticae dignitatis priuilegio mox nudetur, laica sibi tantum communione concessa. Quam ita demum poterit possidere, si nihil postea, propter quod hanc perdat, admittat.

Dist. 84 Quisquis cle.

XII. Foeminas vero non alias esse patimur in domibus clericorum, nisi eas tantum, quas propter solas necessitudinum causas, habitare cum ijsdem synodus Nicaena permisit.

Dist. 81. Foeiās

B

Ca. 3. Nic. sy.

XIII. Monachos quoq;, quos tamen morum grauitas, & vitae ac fidei institutio sancta commendat, clericorum officijs aggregari, & optamus, & volumus, ita vt, qui intra tricesimum annum aetatis sunt digni, in minoribus per gradus singulos, crescente tempore, promoueantur ordinibus, & sic ad diaconatus, vel presbyterij insignia maturae aetatis consecratione perueniant. Nec * per saltus ad episcopatus culmen ascendant, nisi in his eadem, quae singulis dignitatibus superius praefiximus, tempora fuerint custodita.

16. q. 1. Monachos quoq;.

als, saltu, vel, statim saltu

XIIII. Illud quoq; nos par fuit prouidere, vt sicut poenitentiam agere cuiquā non conceditur clericorum, ita & post poenitudinem, ac reconciliationem nulli vnq̄ laico liceat honorem clericatus adipisci, quia quamuis sint omnium peccatorū contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum sacramētorum instrumenta suscipere, qui dudum * fuerint vasa vitiorum.

Dist. 50. Illud

alias, fuerunt vel, fuerant

XV. Et quia in his omnibus, quae in reprehensionem veniunt, sola excusatio ignorationis obtenditur, cui nos interim, solius pietatis intuitu, necesse est clementer ignoscere, Quicunque ergo poenitens, quicunque bigamus, quicunque viduae maritus ad sacram militiam indebite & incompetenter irrepserit, hac sibi conditione a nobis veniam intelligat relaxatam, vt in magno debeat computare beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in hoc * quo inuenitur ordine, perpetua stabilitate permaneat, sciturі post hac omnium prouinciarum summi antistites, quod si vltra ad sacros ordines quemquam de talibus crediderint assumendum, & de suo, & de eorum statu, quos contra canones, & interdicta nostra prouexerint, congruam ab apostolica sede promendam esse sententiam.

Dist. 50. Quicunq; poenit.

C

als, q̄q;, in q̄

Explicuimus, vt arbitror, frater charissime, vniuersa, quae digesta sunt in querelam, & ad singulas causas, de quibus per filium nostrum Basianum presbyterum, ad Romanam ecclesiam, vtpote ad caput tui corporis retulisti, sufficientia, quantum opinor, responsa reddidimus, nunc fraternitatis tuae animum ad seruandos canones, & tenenda decretalia constituta, magis ac magis incitamus, vt haec, quae ad tua consulta rescripsimus, in omnium coepiscoporum nostrorum perferri facias notionem, & non solum eorum, qui in tua sunt dioecesi constiti, sed etiam ad vniuersos Carthaginenses, atque Bethicos, Lusitanos, atque

 Gallicos,

als,in vicinis

Gallicos, vel eos, qui * vicinis tibi colliminant hincinde prouincijs, hæc, quę a nobis sunt, salubri ordinatiõe disposita, sub literarũ tuarũ prosecutione mittãtur. Et quanq̃ statuta sedis apostolicæ, vel canonum venerabilia definita nulli sacerdotum dñi ignorare sit liberum, vtilius tamẽ, & pro antiquitate sacerdotij tui, dilectioni tuæ esse admodũ poterit gloriosum, si ea, q̃ ad te speciali noĩe generaliter scripta sunt, per vnanimitatis tuæ solicitudinem, in vniuersorũ fratrum nostrorũ notitiam perferant, quatenus & quæ a nobis nõ inconsulte, sed prouide sub nimia cautela, & deliberatiõe sunt salubriter constituta, intemerata permaneãt, & oĩbus in posterum excusationibus aditus, qui iam nulli apud nos patere poterit, obstruatur. Data tertio Idus Februarij Archadio & Bautone, viris clarissimis consulibus. D

¶ Horum consulum in Mariano Scoto fit mentio sub anno. cccc. v. iuxta euangelij veritatem. Secundum vero cyclum Dionysii anno. ccc. lxxxiij.

EIVSDEM SIRITII

PAPAE, EPISTOLA SECVNDA ADVERSUS Iouinianum hæreticum, eiusq; socios ab ecclesiæ vnitate remouendos.

als, synceritatis gaudia nũtiari. Iohan. 8. f

SYRITIVS Mediolanensi ecclesiæ. Optarem, frẽs chariss fimi, semp dilectiõis, & pacis vestræ * synceritati gaudia nuntiare, ita vt vicissim, discurrẽtibus lr̃is, sospitatis indicia intimarẽt, si qetos nos ab incursiõe sua vacare hostis antiquus fineret, q ab initio mẽdax, inimicus veritatis, æmulus hoĩs (quẽ vt deciperet, se añ decepit) pudicitię aduersarius, luxuriæ magister, crudelitatibus pascitur, abstinẽtia punit, odit ieiunia, ministris suis p̃dicãtibus, eadẽ dicit esse supflua, spem nõ habẽs de futuris, apl̃i sñia pcussus dicẽtis, mãducemus & bibamus, cras eñ moriemur. O infelix audacia, o despata mẽtis astutia. Iã incognitus sermo hæreticorũ itra ecclesiã, cãcri more serpebat, vt occupãs pect⁹, totũ hoiem p̃cipitaret in mortẽ. Et nisi dñs Sabaoth laqueũ, quẽ paucrãt, disrupisset, *techna tãti mali, & hypocrisis publicata multorũ simpliciũ corda traxisset in ruinã, qa facile ad deteriorẽ ptẽ mẽs humana trãsducit, volẽs magis p spatiosã viã ambulare, q̃ arctę vię iter cũ labore trãsire. Qua de re necessariũ satis fuit, dilectissimi, hæc, quę gesta sunt hic, ad vestrã conscĩam cognoscẽda mãdare, ne * ignorãtia cuiuspiã sacerdotis pessimorũ hoĩm ecclesiã irrũpentiũ sub religioso noĩe * cõtagio violaret, sicut scriptũ est, dicẽte dño: Multi veniũt ad vos in vestimẽtis ouiũ, ĩtus aũt sunt lupi rapaces. Ex fructib⁹ eorũ cognoscetis eos Hi sunt, videlicet, q subtiliter chr̃ianos sese iactãt, vt sub velamẽto pij noĩs gradiẽtes domũ oratiõis ingressi, sermonẽ serpẽtinæ disputatiõis effundãt, vt sagittent in obscuro rectos corde, atq; a veritate catholica auertẽdo, ad suæ doctrinæ scabiem diabolico * ore transducant, atq; ouium simplicitatem defraudẽt. Et quidem multarum hæresum malignitatem ab apostolicis temporibus nunc vsq; didicimus, & experti probauimus, sed nunquam tales canes ecclesiæ mysterium latratibus fatigauerunt, quales nũc subito hostes fidei irrumpentes, & doctrina perfidiæ *pullulata, qui cuius sint discipuli, verborum fructibus prodiderunt. Nam cum alij hæretici singula sibi genera quæstionũ, male intelligẽdo proposuerint cõuellere, atq; cõcerpere de diuinis institutiõibus, isti nõ habentes vestem nuptialem, sauciãtes catholicos, noui ac veteris testamenti (vt dixi) cõtinentiam peruertentes, spiritu diabolico, & illecebroso, atq; ficto sermone, aliquantos Christianos cœperunt iam vastare, atq; suæ dementiæ sociare, intra se cõtinentes nequitiæ suæ virus, velut electi blasphemias suas, conscriptiõe temeraria, publice prodiderunt, & desperatæ mẽtis furore cõciti passim in fauorẽ gẽtilium publicarunt. Sed a fidelissimis Chr̃ianis viris, genere optimis, religiõe pclaris, ad meam humilitatẽ subito scriptura * horrifica videtur esse delata, vt sacerdotali iuditio dete

E

F

2. Cor. 15. d
alias, schœna vel, schenos,
Matth. 7. b. & Lucæ. 13. d
Hę duę dictiones. s. Ignorãtia & cõtagio sub eadẽ forma lrãrũ pñt esse ablti vel nti casus.
Matth. 7. c
Psalm. 10
alas, more
2. Thim. 4. b

als, pullulãtes

alias, honorifica,

A cio detecta diuinæ legi contraria, spirituali sententia deleatur. Nos sane nuptiarum vota non aspernanter accepimus, quibus * velamine interfuimus, sed virgines, quas nuptiæ creant, deo deuotas, maiore honorificentia muneramus. Facto ergo presbyterio, constitit doctrinæ nostræ, id est, Christianæ, legi esse cõtraria. Vnde apostolicũ sequuti pceptũ, quia aliter, q̃ quod accepimus, annuntiabant, omnium nostrorum tam presbyterorum, & diaconorum, quam etiam totius cleri vnam * factã constat esse sententiam, vt Iouinianus, Auxentius, Genialis, Geminator, Felix, Plotinus, Martianus, Ianuarius, & Ingeniosus, * qui accentores nouæ hæresis, & blasphemiæ inuenti sunt, diuina sententia, & nostro iudicio in perpetuum damnati, extra ecclesiam remanerẽt. Quod custodituram sanctitatem vestrã non ambigens, hæc scripta direxi per fratres & compresbyteros meos, Crescentem & Leopardum & Alexandrum, qui religiosum officium fidei possint spiritu adimplere feruente.

als forte, vero animo
Galat. 1. b
als, scitote fuisse
als, quia inctores, vel, authores

EPISTOLA SIRITII PAPAE TERtia, ad vniuersos orthodoxos.

B

CAPITVLVM PRIMVM.

SIritius papa orthodoxis per diuersas prouincias. Cogitantibus nobis metum diuini iudicij, fratres charissimi, & post hanc vitam vnumquemq; prout gesserit, recepturum, quid in querelã veniat, tacere non licuit, sed * nos loqui necessitas imperauit, dicente propheta: Exalta vt tuba vocem tuam. Et cui omnium ecclesiarum cura est, si dissimulem, audiam, dño dicente: Reijcitis mandatũ dei, vt traditiones vestras statuatis. Quid enim aliud est, reijcere mandatũ dei, q̃ priuato iudicio & humano consilio nouis rebus cõstituendis liberius delectari? Perlatũ itaq; est ad cõscientiam apostolicæ sedis, contra ecclesiasticũ canonem psumi, & quæ ita sunt a maioribus ordinata, vt ne vel leui susurrio debeãt violari, proprias quosdã obseruatiões nouas inducere, & ptermisso fundamẽto, supra arenã velle cõstruere, dicẽte dño: Nõ trãsibis terminos, q̃s cõstituerũt patres tui. Quod & sanctus q̃q; Apl's, noui & veteris testamẽti pdicator monet, in q̃ loquutus est Chrs: State (inquit) & tenete traditiões vestras, quas didicistis, siue per verbũ, siue p epistolã. Qua de re, videt vestra synceritas, in sacris mysterijs, aut in ordinationibus vestris, q̃tũ sacerdotũ magna cura & diligẽs solicitudo debeat obseruari. Deniq; ad Timotheũ loquit: Manus cito nemini imposueris, neq; cõmunicaueris pctis alienis. Quod propterea memorat, vt examine habito, & probitate morum, & ecclesiastico labore fit cõmẽdatior, qui vocat in mediũ, vt summũ sacerdotiũ possit accipere, probatus iudicio, nõ fauore susceptus, veritate, nõ gr̃a aplico ordine * functus nõ pcipiti volũtate. De q̃, charissimi, mihi añ vestrã synceritatẽ hmõi lr̃æ cucurrerũt, multo fratrũ & cõsacerdotũ cõsensu, vt hac vr̃a subscriptiõe firmata eccl'iastici canonis dispositio, q̃ apud Nicæã tractata est, cõfirmata, suo merito fundatissima pmaneret, vt tales (videlicet) ad eccl'iasticũ ordinẽ pmitterent accedere, q̃les apl'ica authoritas iubet, non q̃les dico, vel eos, q cingulo militiæ secularis astricti, olim gloriati sunt. Qui, posteaq̃ põpa seculari exultauerũt, aut negotijs reipub. optauerũt militare, aut mũdi curã tractare, adhibita sibi q̃rũdã manu, & pximorum fauore stipati, hi frequẽter ingerunt auribus meis, vt epi eẽ possint, q p traditionẽ & euãgelicã disciplinã eẽ non pñt. Quãtis hoc aliq̃ties certatũ est viribus? Sed nihil tale potuit elici, q̃ rõ nõ cõpellit Etiã de longinq veniãt ordinãdi, vt digni possint & plebis & nr̃o iudicio cõprobari.

II. * Quantum illicitum sit illud, æstimari non potest, vt transeuntes (siue simulent, siue sint monachi, q̃d se appellant, quorum nec vitã possumus scire, nec baptismũ, quorum fidem incognitam habemus, nec probatam) nolint sumptibus adiuuare, sed statim

C

als, nobis
Esaiæ. 58. a
Matth. 15. a & Marci. 7. b
Deut. 19. d & Ibi. 27. c & Prou. 22. d
2. Thess. 2. c
1. Timot. 5. d
als, fretus
als. Quam

statim aut diaconos facere, aut presbyteros ordinare festinent, aut quod est grauius, episcopos constituere non formident. Carius apud illos dari sumptum transeūti, q̄ sacerdotium non retento. Inde in superbiam exaltantur, inde insuper ad perfidiam cito corruunt, quia fidem verā in ecclesiasticis, toto orbe peregrini *discere nō asserunt.

als, nō discere

III Certe illud etiam nō fuit p̄termittendū, vt quod semel, aut secūdo necessitas hæreticorum intulit contra apostolica præcepta, velut lege licitum, * præsumi, neophytum, vel laicum, qui nullo ecclesiastico functus fuerit officio, incōsiderate vel p̄sbyterum, vel diaconum ordinare, quasi meliores apostolis sint, quorum audeāt mutare præceptum. Et qui non didicit, iam docere compellitur. Ita nullus reperiturr idoneus clericorum. Nec inter diaconos, nec inter alios clericos inuenitur, qui sacerdotio dignus habeatur, sed ad condemnationem ecclesiæ laicus postulatur, Quod ne fiat, vltra admoneo, Prædico, vt vnam fidem habentes, vnum etiam in traditione sentire debeamus, probantes nos vnanimes, atque concordes, pacifici Christo, & in obseruationibus apostolicis habere charitatem. Medio itaque patre, & vnigenito filio eius, & spiritu sancto, & vnius diuinitatis trinitate conuenio, vt in his fides catholica, & disciplina nostra permaneat. Nec quisquam putet, tanquam ordinatiōes terrenas fieri, cum cœleste sit sacerdotium, vt fidelibus gloria maneat dignitatis eiusdē, & ante tribunal Christi ex hinc non habeat, quod accuset.

alias, cœpisse præsumi

j. Timot. 3. b

Ab hoc loco, probātes nos &c. vsq; in fine cap. passus iste obscurus satis videtur, aut certe deprauatus, vel mēdosus.

CONCILIVM TELENSE, SVPER TRACTATV SYricij Papæ.

CIrca hanc ciuitatem considerandum, quod nec Plinius, nec Ptolo. nec Strabo illius meminerunt, sed solus Antoni. in itinerario de ipsa loquitur, tit. Iter ab Asturica per Cātabriā Cæsaraugustam &c. Brigeco, Itercatia, Tela &c. Dicit autem Antonius Nebrissen. in dictionario suo. Tellene oppidum est Latij, quod interijt. Præterea sciendum, cōcilium istud Telen. seruatum esse tēpore Zozomi papæ primi, qui successit Innocētio papæ, quem p̄cessit Anastasius Syricij papæ successor. Nam ipsius Zozimi tēpore cucurrit annus, quo Honorius. xi. & Constantius. ij. consules sunt designati. Veruntamen ponitur hoc cōcilium in præsenti loco, propter decretales eiusdem Syricij papæ literas, quæ (testibus huius concilij actis) in eodem recensitæ sunt, & lectæ.

¶ Huius concilij consules a Mariano Scoto designantur, sub anno. cccc. xxxviij. ad veritatem euangelij, vel. cccc. xvi. secundum Dionysii cyclum. Secundum Prosperum anno. cccc. xix.

CONCILIVM.

POst consulatum gloriosissimi Honorij. xi. & Constantij. ij. sexto Kalen. Martias congregato in ecclesia Apostolorum concilio * plebis Telen. beatus pater primæ sedis episcopus Donatianus ciuitatis Telen. cū resedisset, considentibus secum Ianuario, Felice,

alias breui Telenen.

Secundo,	Eunomio	Sopatro	*Tertiolo,	Porphyrio,
Fortunio,	Cyrino,	Maximiano,	Restituto	*Micilio
Itē Porphyrio	Quintiano	Victore,	Donato,	Iuliano,
Maximo,	Donato,	Capion	Secundiano,	Cresconio,
Maximino,	Donatiano,	Papiniano	Iuliano,	Geta
Iocundo,	Romano,	Basilio,	Ianuario,	Tuto.

alias, Tertiolo
alias, Militio

Et cæ-

A Et cæteris episcopis, necnon etiam Vincentio & * Fortunatiano, legatis prouinciæ Proconsularis ad Byzacenum concilium directis, Et reliqua.

al. Fortunati.

Vincentius & * Fortunatianus dixerunt.

al. Fortunat.

Etiam quum essemus Tusdrum (sicut mecum recolit memorialis auditio vestra) & epistolas sanctæ memoriæ Syritij sedis apostolicæ episcopi dederamus recitandas, ex quibus cum legeret vnam, sanctimonium fratris nostri episcopi * Latoni, vtrasque nunc nos referre suggestio indicat, has recitari donate. Episcopi dixerunt: Recitentur epistolæ venerabilis memoriæ Syritij, vt nouerimus, quid earum textus contineat. Quumque traderentur, Priuatus notarius dixit: Exemplum * tractoriæ episcopi vrbis Romæ.

al. Ladni.

al. tractatoriæ sedis

EPISTOLA SYRITII PAPAE QVARTA.

Dilectissimis fratribus, & coepiscopis per Aphricam, Syritius.

Quum in vnum plurimi fratres conuenissemus, ad sancti apostoli Petri reliquias, per quem & apostolatus & episcopatus in Christo cœpit exordium, placuitque propter emergentes plurimas causas (quæ in aliquantis non erant causæ, sed B crimina) vt de cætero solicitudo esset vnicuique, in ecclesia curam huiusmodi habere (sicuti apostolus prædicat Paulus) talem deo ecclesiam exhibendam, non habentem maculam aut rugam, ne, per alicuius morbidæ afflatum ouis, cōscientia nostra contaminata videretur, hac de re meliore consilio id sedit, propter eos maxime, qui in præsenti, valitudine corporis, aut fessæ ætatis causa, adesse minime potuerunt, quo perpetuo istiusmodi forma seruetur, literas tales dare placuit, non quæ noua præcepta aliqua imperent, sed quibus ea, quæ per ignauiam, desidiamque aliquorum neglecta sunt, obseruari cupiamus, quæ tamen apostolica & patrum constitutione sunt constituta. Scriptum est: State, & tenete traditiones nostras, siue per verbum, siue per epistolam. Illud certe vestram debet mentem, dilectissimi fratres, vehementius * excutere, vt ab omni labe seculi istius immunes, ad dei conspectum securique veniamus. * Nec enim erimus immunes, qui præsumus plebibus, quum scriptum sit: Cui multum creditum fuerit, plus ab eodem requiretur. Ergo, quoniam non pro nobis tantum, sed pro populo credito cogimur præstare rationem, populum disciplinam deificam & humilem erudire debemus. Extiterunt enim nonnulli, qui statuta maiorum contemnentes, castitatem ecclesiæ præsumptione sua violarunt, * voluntatem C populi sequentes, dei iudicium non timentes. Ergo, ne pari more silentio cōniuere, atque adhibere consensum talibus videamur, vnde gehennæ pœnas possimus incurrere, dicente domino, Furem videbas, & currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas, hæc sunt, quæ deinceps, intuitu diuini iudicij, omnes catholicos episcopos expedit custodire.

Idem habet in epist. Innocentij ad Victricium.

Ephe. 5. f

2. Thess. 2. d

al. excitare

al. Non

Lucæ. 12. f

al. voluptate, vel, fauorē

Psalm. 49

Primum, Vt extra conscientiam sedis apostolicæ, hoc est, primatis, nemo audeat ordinare. Integrum enim iudicium est, quod plurimorum sententia * consequitur.

Dist. 64. Extra conscient.

al. cōfirmat.

II. Ne vnus episcopus episcopum ordinare præsumat propter arrogantiam, ne furtiuum beneficium præstitum videatur. Hoc enim in synodo Nicæna constat esse definitum.

Nicænæ synodi ca. 4

III. Item, si quis post remissionem peccatorum cingulum militiæ secularis habuerit, ad clerum admitti non debet.

IIII. Vt mulierem, id est, viduam, clericus non ducat vxorem.

V. Vt is, qui laicus, viduam duxerit, non admittatur ad clerum.

VI. Vt de aliena ecclesia ordinare clericum nullus vsurpet.

VII. Vt abiectum clericum alia ecclesia non admittat.

Vt ve

D

VIII Vt venientes a Nouatianis, vel Montensibus per manus impositionem suscipiantur, præter eos, quos rebaptizant.

IX Præterea, quod dignum, & pudicum, & honestum est, suademus, vt sacerdotes, & leuitæ cum vxoribus suis non coeant, quia in ministerio diuino quotidianis necessitatibus occupantur. Ad Corinthios nanq; sic Paulus scribit, dicens: Abstinete vos, vt vacetis orationi. Si ergo laicis abstinentia imperatur, vt possint, deprecantes, audiri, quantomagis sacerdos, vtiq; omni momento paratus esse debet, mundiciæ puritate securus, ne aut sacrificium offerat, aut baptizare cogatur? Qui si contaminatus est carnali concupiscentia, quid faciet? Excusabit? Quo pudore, qua mēte vsurpabit? Qua conscientia, quo merito hic exaudiri se credit? cum dictum sit: Omnia munda mundis, coinquinatis autem, & infidelibus nihil mundum? Qua de re, hortor, moneo rogo, tollatur hoc opprobrium, quod potest iure etiam gentilitas accusare, *forte creditur, quia scriptum est: Vnius vxoris virum. Non * permanenti in concupiscentia generandi dixit, sed propter continentiam futuram. Neque enim integros non admisit, qui ait: Vellem autem omnes homines sic esse, sicuti & ego. Et apertius declarat, dicens: Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu.

1. Cor. 7. a
Titum. 1. d
als, Sed forte licere hoc creditur.
1. Timo. 3. a & Titum. 1. b
als, pmanētē.
1. Cor. 7. b
Roma. 8. b
Idē legitur in epl'a Innocētij papæ primi ad Victriciū.

E

Hæc itaque (fratres) si plena vigilantia fuerint ab omnibuus obseruata, cessabit ambitio, dissentio conquiescet, hæreses, & schismata non emergent, locum non accipiet diabolus seuiendi, manebit vnanimitas, iniquitas superata calcabitur. Charitas spiritali feruore flagrabit, pax, prędicata labijs, cum voluntate concordabit. Pax vtique dei nostri saluatoris, quam proximus passioni seruandam esse præcepit, & hæreditario eam nobis iure dereliquit, dicens: Pacem do vobis, pacem relinquo vobis, & dictum Apostoli, vt vnanimes, vnum sentientes, permaneamus in Christo, nihil per contentionem nobis, neq; per inanem gloriam vindicantes, nec hominibus, sed deo nostro saluatori placentes. His præceptis omnibus si fideliter voluerimus obedire, custodiet dominus corpora nostra, & animas nostras, in die, qua redditurus est vnicuique iuxta opera sua. Si quis sane, inflatus mente carnis suæ, ab hac canonis ratione voluerit euagari, sciat se & a nostra communione seclusum, & gehennæ pœnas habiturum. * Præterea, misericordia cum iudicio esse debet, talibus oportet labentibus manum porrigere, qui * sic currentem non pertrahant in ruinam. Data Romæ, in cōcilio episcoporum octoginta, sub die octauo Idus Ianuarij, post consulatum Arcadij Augusti & Bautonis, viris clarissimis consulibus.

Iohan. 4. d.
Philip. 2. a
1. Thess. 2. a
Roma. 2. b
als, forte, Si ve o
als, forte secū

F

¶ Horum consulum annum designat Marianus Scotus. cccc. v. Fitq; in data epistolæ mentio alicuius concilij in vrbe Roma celebrati. lxxx. episcoporum tempore Syricij papæ.

RESCRIPTVM EPISCOPORVM AD SYRICIVM PAPAM.

DILECTISSIMO Domino fratri Syriclo Ambrosius, Sabinus, Bassianus, & cæteri. Recognouimus literis sanctitatis tuæ boni pastoris excubias, qui * diligenter commissam tibi ianuam serues, & pia solicitudine Christi ouile custodias, dignus, quem oues domini audiant, & sequantur. Et ideo, quia nosti ouiculas Christi, lupos facile deprehendis, & occurris quasi prouidus pastor, ne isti morsibus perfidiæ suæ, feraliq; vlulatu dominicum ouile dispergant, laudamus hoc, domine frater nobis dilectissime & toto concelebramus affectu. Nec miramur, si luporum rabiem grex domini perhorruerit, in quibus Christi vocem nō recognouit. Agrestis enim vlulatus est, nullā

alias, fideliter

virgi-

A virginitatis gratiam, nullum castitatis ordinem reseruare, promiscue omnia velle cõfundere, diuersorum gradus abrogare meritorum, & paupertatem quandam cœlestium remunerationum inducere, quasi Christo vna sit palma quam tribuit, ac non plurimi abundent tituli præmiorum. Simulant se isti condonare coniugio. Sed, quæ potest laus esse coniugij, si nulla virginitatis est gloria? Neq; vero nos negamus sanctificatum a Christo esse coniugium, diuina voce dicente: Erunt ambo in vna carne & in vno spũ, sed prius est, ꝙ nati sumus, q̃ ꝙ effecti, multoq; præstantius diuini operis mysterium, q̃ humanæ fragilitatis remedium. Iure laudatur bona vxor, sed melius pia virgo præfertur, dicente Apostolo: Qui iungit virginem suam, bene facit, & qui nõ iungit, melius facit. Hæc em̃ cogitat, q̃ dei sunt, illa, quæ mundi. Illa coniugalibus vinculis colligata est, hæc libera vinculoꝝ. Illa sub lege, ista sub gr̃a. Bonũ coniugium,* quo est inuenta posteritas successionis humanæ, sed melior virginitas, per quam regni cœlestis hæreditas acquisita, & cœlestiũ meritoꝝ reperta successio. Per mulierem cura successit, per virginem salus euenit. Deniq; speciale sibi donum virginitatis Christus elegit, & integritatis munus exhibuit, atq; in se representauit, quod elegit in matre. Quãta amentia funestoꝝ latratuum, vt ijdem dicerent, Christum ex virgine non potuisse generari, qui asserunt, ex muliere, editis humanoꝝ pignoꝝ partubus, virgines permanere. Alijs præstat ergo Christus, quod sibi (vt dicunt) pręstare non potuit? Ille vero carnem sic suscepit, & sic homo factus est, vt hominem re-

B dimeret, atq; a morte reuocaret, inusitato tamen quasi deus itinere venit in terris, vt quemadmodũ dixerat, ecce * faciam omnia noua, partu immaculatæ virginis nasceretur, & (sicut scriptum est) crederetur nobiscum deus. Sed de via peruersitatis prodũtur dicere, virgo concepit, sed non, virgo generauit. Potuit ergo virgo concipere, non potuit virgo generare, quũ semper cõceptus præcedat, partus sequatur? Sed si doctrinis non creditur sacerdotũ, credatur oraculis Christi, credatur monitis angelorum, dicentium, Quia non est impossibile apud deum omne verbũ, credatur symbolo apostoloꝝ, quod ecclesia Romana intemeratũ semper custodit & seruat. Audiuit Maria vocem angeli, & quæ dixerat ante, quomodo fiet istud, non de fide generationis interrogans, respondit postea: Ecce ancilla dñi, contingat mihi secundum verbũ tuum. Hæc est virgo, quæ in vtero concepit, virgoq; peperit filium. Sic em̃ scriptum est: Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium. Non em̃ concepturam tantummodo virginem, sed & parituram virginem dixit. Quæ aũt est sanctuarij illa porta, porta illa exterior ad orientem, quæ manet clausa, & nemo (inquit) pertransibit per eam, sed solus deus Israel transibit per eam? Nonne hæc porta Maria est, per quam in hũc mundũ redemptor intrauit? Hæc est porta iustitiæ, sicut ipse dixit: Sine nos implere omnẽ iustitiam. Hæc porta est Maria, de qua scriptũ est, quia domi-

C nus pertransibit per eam, & erit clausa post partũ, quia & virgo concepit, & genuit. Quid aũt incredibile, si contra vsum originis naturalis peperit Maria, & virgo permanet, quando cõtra vsum naturæ mare vidit, & fugit, atq; in fontem suũ Iordanis fluenta remearunt. Non ergo excedit fidem, ꝙ virgo peperit, quando legimus, ꝙ petra vomuit aquas, & in muri speciem maris vnda solidata est. Nõ excedit fidem, ꝙ homo exiuit de virgine, quando petra fontem profluum scaturiuit, ferrum super aquas natauit, ambulauit homo super aquas. Ergo, si hominẽ vnda portauit, nõ potuit hominem virgo generare, atq; hominem, de quo legimus, & mittet illis dñs hominem, qui saluos faciet eos, & notus erit dñs Aegyptijs? In veteri itaq; testamento, virga Hebræoꝝ per mare duxit exercitum. In nouo testamẽto, virgo regis aula cœlestis electa est ad salutem. Quid aũt? Etiam viduitatis adtexamus præconia, quũ in euangelio, post virginis celeberrimũ partum, Anna vidua subrogetur, quæ vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua, & hæc vidua erat annoꝝ. lxxxiiij. quæ non discedebat de templo, ieiunijs, & obsecrationibus seruiens die ac nocte. Merito ab illis viduitatis despicitur, quæ solet obseruare ieiunia, quibus se dolẽt isti aliquo tẽpore esse maceratos, & propriam vlciscuntur iniuriam, quotidianis quoq; conuiuijs, vsuq; luxuriæ, laborem abstinẽtiæ propulsare desiderant. Qui nihil rectius faciũt, q̃

Gene. 2. d
1. Cor. 7. g
Ibidem. f
al's, per quod
al's, facio
Apoca. 21. b
& Esaię. 43. c
Matth. 1. d
Lucæ. 1. d
Ibidem.
Esaiœ. 7. c
Ezech. 44. a
Matth. 3. d
Ezech. 44. a
Psal. 113
Exodi. 17. b
& Deut. 8. c
Exodi. 14. c
Exodi. 17. b
& Deute. 8. c
4. Reg. 6. b
Matth 14. d
Esaiæ. 19. d
Exodi. 14. d
Lucæ. 2. f

ꝙ ipsi se suo ore condemnent. Sed & metuũt, ne in istis illud ieiunium reputetur. Eligãt, quod volunt. Si aliqñ ieiunauerint, gerant ergo boni facti sui pœnitentiã. Si nunq̃, suam ergo ipsi intemperantiã, & luxuriã confiteanť. Et ideo dicunt, Paulũ luxuriæ magistrũ fuisse. At quis erit sobrietatis magister, si fuit ille luxuriæ, qui castigauit corpus suũ, & in seruitutẽ redegit, atq; ieiuniis multis se debitã, Christo obseruãtiam detulisse memorauit, nõ, vt se, suaq; laudaret, sed, vt nos, quid sequeremur, doceret? Ille ergo luxuriã docuit, qui ait, Quid adhuc, velut viuentes, de hoc mũdo decernitis? Ne tetigeritis, ne attaminaueritis, ne gustaueritis, q̃ sunt omnia in corruptelam, qui ait, Non indulgẽtia corporis, nõ in honore aliquo ad saturitatẽ & diligẽtiam carnis, nõ in desideriis erroris, sed in spũ, quo renouamur, esse viuendũ. Si parꝝ est quod Apostolus dixit, audiant prophetã dicentẽ: Et * cooperui in ieiunio animã meã. Ergo, qui nõ ieiunat, intectus & nudus est, patet vulneri. Deniq;, si Adã se texisset in ieiunio, nõ fuisset nudus effectus. Niniue se a morte ieiunio liberauit. Et ipse dñs ait: Nõ eiiciet hoc genus, nisi ꝑ orationẽ & ieiuniũ. Sed quid plura apud magistrũ atq; doctorẽ? quũ iam dignũ pretiũ retulerint illi perfidiæ suæ, qui ideo huc venerũt, ne superesset locus, in quo nõ damnarenť, qui vere se Manichæos probauerũt, nõ credentes, quia ex virgine vtiq; venisse crediť. Quænã hæc est suppar nouoꝝ Iudæoꝝ amẽtia? Si venisse nõ crediť, nec carnẽ creditur suscepisse, ergo in phantasmate visus est, in phantasmate crucifixus est. Sed nobis in veritate crucifixus est, In veritate redemptor est noster. Manichæus est, qui abnegat veritatẽ, qui carnẽ Christi negat, & ideo nõ est illis remissio peccatoꝝ, sed impietas Manichæoꝝ, quam & clemẽtissimus execratus est Imperator, & oẽs, qui illos viderũt, quasi quædã contagia refugerunt. Sicut testes sunt fratres & cõpresbyteri nostri, Crescẽs, Leopardus, & Alexãder sancto feruẽtes spũ, qui eos omniũ execratione damnatos, Mediolanẽsi ex vrbe * profugos reliquerũt. Itaq; Iouinianũ, Auxentiũ, Germinatorẽ, Felicẽ, Plotinũ, Genialem, Martianũ, Ianuariũ, & Ingeniosum, quos sanctitas tua damnauit, scias apud nos quoq; secũdum iudiciũ tuũ esse damnatos. Incolumem te & florẽtissimum deus noster tueatur omnipotens, dñe dilectissime frater. Item subscriptio, Ego Euentus episcopus saluto sanctitatẽ tuam in dño, & huic epistolæ subscripsi, Maximus epũs, Felix episcopus, * Bazianus episcopus, Theodolus episcopus, Ex iussu dñi episcopi Geminiani, ipso præsente, Aprus presbyter, Eutasius episcopus, Constantius episcopus, Eustasius episcopus, * eo omnes ordine subscripserunt.

1. Cor. 9. d — Coloss. 2. d — Ibidem. — Ephe. 4. f — Psal. 68 — al's, operui — Gene. 3. b — Ionæ. 3. b — Matth. 17. c & Marci. 9. e — al's, quasi profugos reppulerunt. — al's, Bassianus — al's, & omnes ordines

D E F

CONCILIVM CARTHAGINENSE SECVNDVM, CIRca tempora Syritii papæ.

¶ Quæ de ciuitate Carthagineñ. scripserunt Ptolo. Pliñ. cũ cæteris, latius habenť descripta post concilium Arelateñ. secundũ, temporibus Syluestri papæ primi.

¶ Capitula concilii Carthaginensis secundi.

al's, leuitã, indifferenter, secũdũ Calep.

Expliciunt capitula.

A

CONCILIVM SECVNDVM CARTHAGINENSE, HABITUM ERA. CCCCXXVIII.

¶ Consulũ in hoc concilio designatorum annus, quo legunt͛ simuul gessisse cõsulatus officiũ, plurimũ discrepat ab annis Syritij papæ, quẽ Marianus Scotus scribit anno secundũ veritatem euangelij.cccc.xviij.obijsse, quum annis.xv.sedisset. Theodosius enĩ.xv. & Valentinianus.iiij.secundũ Marianũ Scotum, consules fuerunt anno iuxta euangelij veritatem.cccc.lvi. Forte autem accipi debet annus Valentiniani.iiij consulis non senioris, sed iunioris, cũ collega suo Eutropio, Theodosio, simul cum Valentiniano imperante. Quem annũ Marianus Scotus describit iuxta euãgelij veritatem esse.cccc.vij.iuxta cyclum Dionysij.ccc.lxxxv.

GLoriosissimo Imperatore Valentiniano augusto quarto, & Theodosio viris clarissimis consulibus.xiiij.Kalendas Iunij, Carthagine in basilica perpetua restituta, quũ Genedius eps̃ vnà cum Victore * Abderitano, & alio Victore Pupputanen̄. & cæteris coepiscopis suis prouinciarum diuersarum cõsedisset, Genedius episcopus dixit.

alias, Abziritano, vel, Abzuritano

B

CAPITVLVM PRIMVM.

Omnipotenti deo gratias refero, qui permisit, vt secundũ cõmune consilium, habitũ in p̃torio, etiam ita, iuxta tenorem petitionis literarum mearum, ad Carthaginẽ pro fide, atq; vtilitate ecclesiastica veniretis, licet non omnes. Tamen, qm̃ charitas totũ persuadet, vt qui corpore sunt absentes, nobiscũ in spũ videantur esse coniuncti, idcirco, deo propitio, quia p̃sentes estis, pari professione fides ecclesiastica, quæ per nos traditur, in hoc cœtu glorioso primitus confitenda est. Tunc demũ, ordo ecclesiasticus singulorum, ex consensu omnium est extruendus,* atq; roborandus, vt fratrũ & coepiscoporum nuper promotorum mentes de his, quæ proponẽda sunt, roborẽtur. Et sicut a patribus, certa dispositione accepimus, vt trinitatem, quã in nostris finibus cõsecratam retinemus, patris & filij & spũs sancti vnitatem, quæ nullam noscitur habere notitiam, sicut didicimus, dei populos instruamus. Ab vniuersis episcopis dictum est, Plane sic accepimus, Sic tenemus, fidem apostolicam sequentes.

☞ alias, ad corroborãdas aũt fratrum & coepiscoporum nostrorum, nuper promotorum mẽtes, ea proponenda sunt, quæ a patribus certa dispositione accepimus, vt trinitatis, quã nostris sensibus consecratam retinemus, patris, & filij, & spiritus sancti, quæ nullam noscitur habere differentiam, sicuti didicimus, ita dei popul.

C

II. Aurelius episcopus dixit: Quũ in p̃terito consilio de continentiæ & castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres, cõscriptione quadã * castitatis, per consecrationes annexi sunt. Episcopos, inquam, presbyteros, & diaconos ita placuit, vt condecet sacrosanctos antistites, & dei sacerdotes, necnon & leuitas, vel qui sacramẽtis diuinis inseruiunt, continẽtes esse in omnibus, quo possint simpliciter, quod a deo postulant, impetrare, vt quod apostoli docuerũt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoq; custodiamus.* Ab vniuersis episcopis dictũ est: Omnibus placet, vt episcopi, presbyteri, & diaconi, vel qui sacramenta contrectãt, pudicitiæ custodes etiam ab vxoribus se abstineant. Ab omnibus dictum est, Placet, vt in omnibus, & ab omnibus pudicitia custodiatur, qui altario deseruiunt.

Dist.84.Cũ in præterito. ali. castitati, Dist.31.Epos, p̃sbyte. Et in dec.luo.lib.3

☞ alias, Faustinus eps̃ ecclesiæ Potentinæ, prouinciæ Piceni, legatus ecclesiæ Romanæ, dixit, Placet, vt epi, p̃bri, & diaconi, vel q sacra cõtrectãt, pudicitiæ custodes, ab vxorib9 se abstineãt.

III. * Fortunatus eps̃ dixit: Si iubet sanctitas vestra, suggero: Nã memini p̃terito concilio fuisse statutũ, vt chrisma, vel recõciliatio pœnitentiũ, necnon & puellarũ cõsecratio a presbyteris nõ fiant. Si quis aũt emerserit, hoc faciens, quid de eo statuendum sit? Aurelius eps̃ dixit: Audiuit dignatio vestra suggestionẽ fratris & coepiscopi nostri Fortunati. Quid ad hæc dicitis? Ab vniuersis ep̃is dictũ est: Chrismatis confectio, & puellarum consecratio a presbyteris nõ fiant. Vel, recõciliare quemq̃ in publica

alias, Fortuniatianus 26.q.6.Si iubet sanctitas,

26.q.6.Aurelius eps. al',recōciliare

publica missa, presbytero non licere, hoc omnibus placet.

IIII. Aurelius eps dixit: Si quisq̃ in periculo fuerit cōstitutus, & se * recōciliari diuinis altaribus petierit, si eps absens fuerit, debet vtiq; presbyter cōsulere episcopū, & sic periclitantem eius præcepto reconciliare. Quam rem debemus salubri consilio corroborare. Ab vniuersis epis dictum est, Placet, quod sanctitas vestra necessario nos instruere dignata est.

16.q.1.Felix al's, Selambinitanus al's, habuerūt

V. Felix eps *Selemselitanus dixit: Etiā, si hoc placet sanctitati vestræ, insinuo, vt diocœses, quæ nunq̃ epos * acceperunt, nō habeant, & illa diocœsis, quæ aliquando habuit, habeat propriū. Et si, accedēte tēpore, crescēte fide, dei populus multiplicatus desiderauit propriū habere rectorē, eius (videlicet) voluntate, in cuius potestate est diocœsis cōstituta, habeat epm. Secundū aūt hanc prosequutionem sanctitas vestra æstimet, quid fieri debeat. Genedius eps dixit: Si placet insinuatio fratris, & coepiscopi nostri Felicis, ab oibus cōfirmet. Ab vniuersis epis dictū est, Placet.

al's, Masclianitanus, vel, Maxulitanus

VI. Numidius eps * Massylitanus dixit: Præterea sunt q̃plurimi nō bonæ conuersationis, qui existimant maiores natu, vel epos passim, vageq; in accusationē pulsandos. Debent tā facile admitti, nec ne? Aurelius eps dixit: Placet ergo charitati vestræ, vt is, qui aliquibus sceleribus irretitus est, vocem aduersus maiores natu non habeat accusandi. Ab vniuersis episcopis dictum est: Si criminosus est, non admittatur, omnibus placet.

al's, Selambinitanus

VII. Felix episcopus * Selemselitanus dixit: Illud aūt vestræ suggero sanctitati, vt si qui pro facinoribus suis de ecclesia pellunt, & ausi fuerint ad comitatū pergere, aut ad iudicia publica prosilire, aut forsitan ecclesiæ catholicæ limina conturbare, si eps vel clericus cuiuslibet plebis eos sine consensu susceperit, de his qd cēsetis? Epigonius epus Bullensis Regień. dixit: Si quis epus, cōmunionem tenēs catholicam, huiusmodi homines, vanis blandimentis incedentes, temere susceprit, sciat cum his se rectissime deprauatum vel damnatū. Genedius episcopus dixit: Ergo recte suggerunt fratres & coepiscopi, vt qui, merito facinorum suorum, ab ecclesia pulsi sunt (si ab aliquo episcopo aut presbytero vel clerico fuerint in communione suscepti, etiā ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius) refugientes sui episcopi regulare iudicium. Ab vniuersis episcopis dictum est: Omnibus placet.

11.q.3.qui merito fac. Et in dec. Iuo. lib.5

VIII. Alipius episcopus ecclesiæ Tagastēsis, legatus prouinciæ Numidiæ, dixit: Nec illud prætermittendum est, vt si quis forte presbyter, ab episcopo suo * correptus, aut excommunicatus, tumore vel superbia inflatus, putauerit separatim deo sacrificia offerenda, vel aliud erigendum altare contra ecclesiasticam fidem, disciplinamq; crediderit, non exeat impunitus. Valentinus primæ sedis prouinciæ Numidiæ dixit: Necessario disciplinæ ecclesiasticæ & fidei cōgrua sunt, quæ frater noster Alipius prosequutus est. Proinde, quid exinde videtur vestræ dilectioni, edicite. Si quis presbyter contra episcopum suū inflatus, schisma fecerit, anathema sit? Ab vniuersis episcopis dictum est. Si quis presbyter a præposito suo excommunicatus, vel * correptus fuerit, debet vtiq; apud vicinos episcopos conqueri, vt ab ipsis eius causa possit audiri, ac per ipsos suo episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia (q̃d absit) inflatus, secernēdū se ab episcopi sui cōmunione duxerit, ac separatim cū aliquibus, schisma faciens, sacrificium deo obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat. Nihilominus, & de ciuitate, & congregatione, in qua fuerit, longius repellatur, ne vel ignorantes, vel simpliciter viuentes, serpentina fraude decipiat, quoniam (secundum Apostolum) ecclesia vna est, vna fides, vnum baptisma. Et si querimoniam iustam aduersus episcopum habuerit, inquirendum * erit.

al's, correctus

al's, correctus 11.q.3.Si quis presbyter.

Ephe.4.a

alias, est.

al's, Masclianitanus, vl', Maxulitanus,

IX. Numidius episcopus * Massylitanus dixit. In quibusdam locis sunt presbyteri, qui, aut ignorantes simpliciter, aut dissimulantes audaciter, præsente, & inconsulto episcopo, complurimis in domiciliis agant agenda, quod disciplinæ incongruum cognoscit esse sanctitas vestra. Genedius episcopus dixit: Fratris & coepiscopi nostri dignæ suggestioni respondere non immoremur. Ab vniuersis episcopis dictum est: Quisquis presbyter, inconsulto episcopo, agenda in quolibet loco voluerit

celebra

A celebrare, ipse honori suo contrarius existit.

X. Felix eps * Selemselitanus dixit: Etiam hoc adijcio secundũ statuta veterũ conciliorum, vt si quis eps (quod non opinamur) in reatum aliquẽ incurrerit, & fuerit ei nimia necessitas, non posse plurimos congregare, ne in crimine remaneat, à duodecim epis audiat, & a sex presbyteris, & a tribus diaconibus cum proprio suo episcopo. Genedius episcopus dixit: Quid ad hoc dicit sanctitas vestra? Ab vniuersis episcopis dictum est, A nobis veterum statuta debere seruari.

als, Selambianicanus 17.q.7, Felix, 3.q.8. Suggero secũdũ sta.

XI. Victor episcopus * Abderitanus dixit: Roboranda est ecclesiastica disciplina, ne quisquam episcoporum alterius plebes, vel diocœsim sua importunitate pulsare debeat. Qui hoc facere tentauerit, quemadmodum coercendus est? Genedius episcopus dixit: Et lex sancta prohibet, & ipsa veritas definit, non debere quẽquam aliena cõcupiscere. Proinde, quid etiam vobis omnibus placeat, propria voce signate. Ab vniuersis episcopis dictũ est, Placet, secundum diuinæ legis & sancti euãgelij authoritatem, vt nemo nostrum alienos limites transgrediatur.

als, Abziritanus, vel, Abzuritanus, Exodi. 20.c Deut. 5.c & 7.d Deute. 19.d & 27.e, & Prouer. 22.d

XII. Numidius eps * Massylitanus dixit: Aliqui epi vsurpatiõe quadã existimãt, contẽpto primate cuiuslibet prouinciæ, siue ad desideriũ populi, epm ordinare, ne literis ad se primæ cathedræ manãtibus, neq; postea acceptis. Quid de hoc statuit si sanctitas vestra? Genedius eps dixit: Quoniã cõmunis est honorificẽtia, quæ vnicuiq; seruari oportet, idipsum fraternitati vestræ cõuenit pronuntiare. Ab vniuersis

als, Masclianitan9, vel Maxulitanus,

B epis dictũ est: Placet omnibus, vt incõsulto primate cuiuslibet prouinciæ, tam facile nemo præsumat, licet cum multis episcopis, in quocunq; loco sine eius (vt dictum est) præcepto, episcopum ordinare. Si autem necessitas fuerit, tres episcopi, in quocunq; loco sint, cum primatis præcepto ordinare debeant episcopum.

Dist. 31. Placet omnibus

XIII. Genedius episcopus dixit: Omnia ergo, quæ a vestro cœtu gloriosissimo statuta sunt, placet ab oĩbus custodiri. Ab vniuersis episcopis dictum est, Placet, placet, vt custodiantur ab omnibus. Genedius episcopus dixit: Si (quod nõ opinamur) ab aliquo fuerint violata, quid statuitis, quod fieri debeat? Ab vniuersis episcopis dictum est: Qui contra suam professionem vel subscriptionem venerit, ipse se ab hoc cœtu separabit. Genedius episcopus dixit: Gratulemur, dño nostro p̃stante, quod pro statu ecclesiæ catholicæ cuncta nos salubri cõsilio seruãda decreuimus. Et ideo, quæ ab omnibus sunt dicta, propria debemus subscriptione firmare. Ab vniuersis episcopis dictum est, Fiat, fiat. Et subscripserunt.

Explicit concilium Carthaginense secundum.

C

CONCILIVM CARTHAGINENSE TERTIVM, CIRCA tempora Syritij papæ.

¶Capitula concilij Carthaginensis tertij.

CONCILIVM CARTHAGINENSE TERTIVM.

Secundum Marianum Scotum annotatur annus horum consulum, sub numero. CCCC.XVII.

CAESARIO ET ATTICO, VIRIS CLArissimis consulibus,* Kalend. Septembris Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ, quum Aurelius epus, vna cum coepiscopis suis consedisset, astantibus etiam diaconibus, cōstituta sunt hæc, quæ in p̄senti concilio definita sunt.

*alias, sub die Idus Augustarum

CAPITVLVM PRIMVM.

¶ Placuit ergo in principio propter errorē, qui sæpe solet oboriri, vt oēs Aphricanæ prouinciæ epi obseruationē paschalem, ab ecclesia Carthaginēsi curent accipere.

Simili-

A II Similiter placuit, vt propter causas ecclesiasticas, quæ ad perniciem plebium sæpe veterescunt, singulis quibusque annis concilium conuocetur. Ad quod omnes prouinciæ, quæ primas sedes habent, de concilijs suis * binos, aut quãto elegerint, episcopos mittant, vt & minus inuidiosi, minusq́ hospitibus sumptuosi, existant, vt congregato conuentu, plena possit esse authoritas. De tripoli autem, propter inopiam episcoporum, vnus episcopus veniat.

alias, ternos legatos

III Item placuit, vt ordinandis episcopis, vel clericis prius ab ordinatoribus suis* decreta conciliorum auribus eorum inculcentur, ne se aliquid contra statuta concilij fecisse pœniteat, (alias pœniteant.)

Dis.38. Placuit, vt ordinã. alias, placita.

IIII Item placuit, vt ante vigintiquinq; annos ætatis, nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur. Et vt lectores populum non salutent.

Distin.77. placuit, vt añ. annos .25. Et. 20 q.1. placuit vt supra. & ĩ de. Iuo. lib.5

V Item placuit, vt per solennissimos paschales dies sacramentum catechumenis non detur, nisi solitum sal, quia si fideles per illos dies sacramenta non mutant, nec catechumenis oportet mutari.

VI Item placuit, vt corporibus defunctorum eucharistia non detur. Dictum est enim a domino, Accipite & edite. Cadauera autem, nec accipere possunt, nec edere. Cauendum est etiam, ne mortuos baptizari posse, fratrum infirmitas credat, * quibus nec eucharistia dari licitum est.

Matth.26.c

als, cũ eucharistiã mortuis nõ dari aĩaduerterit

B VII Aurelius episcopus dixit: Quisquis episcoporum accusatur, ad primates prouinciæ ipsius causam deferat accusator. Nec a communione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam, * electorum iudicum die statuta, literis euocatus, mĩme occurrerit, hoc ẽ, infra spatiũ mẽsis, ex ea die, qua eũ lr̃as accepisse cõstiterit. Quod si aliquas * veras necessitatis causas probauerit, quibus eum occurrere non potuisse, manifestum sit, causæ suæ dicendæ, intra alterũ mensem, integrã habeat facultatem. Verum tamdiu post mensem secũdũ non communicet, donec * purgetur. Sin autem nec ad cõciliũ vniuersale anniuersarium occurrere voluerit, vt vel ibi causa eius terminetur, ipse in se damnatiõis suæ sententiam dixisse iudicetur. Tempore sane quo non communicat, nec in sua * ecclesia, vel parochia communicet. Accusator autem eius, si nunquam diebus causæ dicendæ defuerit, a communione nõ remoueat. Si vero aliquando defuerit, subtrahens se, restituto in communionem episcopo, remoueatur a communione accusator, ita tamen, vt nec ipsi adimatur facultas causæ peragendæ, si se ad diem occurrere voluisse, sed non potuisse, probauerit. Illud vero placuit, vt cum agere cœperit in episcoporum iudicio, si fuerit accusatoris persona culpabilis, ad * arguẽdum non admittatur, nisi proprias causas, non tamen ecclesiasticas, * asserere voluerit.

4.q.5. Quisqs als, primatis, alias, vere

als, examinetur

alias, plebe

4.q.6. Illud vero placuit.

als, accusandũ, vel agẽdũ

C alias, dicere

VIII Si autem presbyteri, vel diaconi fuerint accusati, adiuncto sibi ex vicinis locis cum proprio episcopo legitimo numero collegarum, quos ab eodem accusati petierint, id est, vna secum in presbyteri nomine * sex, in diaconi tribus, ipsorum causas discutiant, eadem dierum, & dilationum, & a communione remotionum, & discussione personarum, inter accusatores, & eos, & qui accusantur, forma seruata. Reliquorum autem clericorum causas etiam solus episcopus loci agnoscat & finiat.

15.q.7. Si aũt pbr̃i vel diac. alias, quinq; alias, duobus

IX Itẽ placuit, quisqs epoꝝ, pbroꝝ, & diaconoꝝ, seu clericoꝝ, cũ in ecclesia ei crimẽ fuerit * intentatũ, vel ciuilis causa fuerit cõmota, si derelicto ecclesiastico iudicio, publicis iudicijs purgari voluerit, etiã si pro ipo fuerit prolata sentẽtia, locũ suum amittat, & hoc in criminali * actiõe. In ciuili vero pdat, qd euicit, si locũ suũ obtinere maluerit, siq dẽ ad eligẽdos iudices sibi de ecclesiæ cõsortio, dubitat, vileq; ecclesiæ cõsortiũ iudicat, q de vniuersa ecclesia male sentiẽdo, de iudicio seculari poscit auxiliũ, cũ * priuatoꝝ causas apostolus etiam ad ecclesiam deferri, atq; ibi determinari præcipiat.

11.q.1. Placuit vt qsqs epoꝝ alias, institutũ

alias, iudicio, 2.Coꝝ.6. a. alias, priuatorũ Chr̃ianoꝝ

X Hoc etiã placuit, vt a quibuscunq; iudicibus ecclesiasticis, ad alios iudices ecclesiasticos, vbi est maior authoritas, fuerit prouocatum, non eis obsit, quorum fuerit soluta sententia, si * conuinci non potuerint, vel inimico animo iudicasse, vel aliqua cupiditate, aut gratia deprauati. Sane si ex consensu partium iudices electi fuerint, etiã a pauciore numero quàm constitutum est, non liceat prouocari.

2.q.6. placuit & ĩ dec. Iuo. li.4. ali. cõuicti nõ fuerint 2.q.6 Sane si. & ĩ d. Iuo. li.4

alias,eporum alias,quando quidem

XI Vt filij * sacerdotium, vel clericorum spectacula secularia non exhibeant, sed nec spectent, * quoniamquidem ab spectaculo & omnes laici prohibeantur. Semper enim Christianis omnibus hoc interdictum est, vt vbi blasphemi sunt, non accedant.

D

XII Item placuit, vt filij, vel filiæ episcoporum, vel quorumlibet clericorum gentilibus, vel hæreticis, aut schismaticis, matrimonio non iungantur.

alias, donationes, nec per testamentum

XIII Vt episcopi, vel clerici in eos, qui catholici Christiani non sunt, etiam si consanguinei fuerint, nec per * donationes rerum suarum aliquid conferant.

XIIII Vt episcopi, vel clerici suos filios a sua potestate per emancipationem exire non sinant, nisi de moribus eorum fuerint & ætate securi, vt possint ad eos iam propria pertinere peccata.

21.q.3. Placuit, vt epi p. & 2. Timot. 2. a

XV Item placuit, vt episcopi, & presbyteri, & diaconi, vel clerici non sint conductores, neque procuratores, neque vllo turpi, vel inhonesto negotio victum quærant, quia respicere debent scriptum esse, Nemo militans deo, implicat se negotijs secularibus.

14.q.4 Nullus clericorum, & in dec. Iuo. lib. 3

XVI Vt nullus clericorum amplius recipiat, quam cuiquam accommodauerit, si pecuniam, pecuniam accipiat, speciem eandem, quantam dederit, accipiat, & quicquid aliud tantum, quantum dederit, accipiat.

E

Dist. 81. Cum omibus oino

XVII Vt cum omnibus omnino clericis extraneæ fœminæ non cohabitent, sed solę matres, auiæ, & materteræ, amitæ, sorores, & filiæ fratrum, aut sororum, & quæcunque ex familia, domestica necessitate etiam, antequam ordinarentur, iam cum eis habitabant, vel si filij eorum, iam ordinatis parentibus, vxores acceperunt, aut seruis non habitantibus in domo, quas ducant, aliunde ducere necessitas fuit.

XVIII Vt episcopi, presbyteri, & diaconi non ordinentur, priusquam omnes, qui sunt in domo eorum Christianos catholicos fecerint.

Dis. 23. Lectores cũ ad. & in dec. Iuo. lib. 3

XIX Placuit, vt lectores, cum ad annos pubertatis venerint, cogantur, aut vxores ducere, aut continentiam profiteri.

7.q.1. Placuit vt a nullo

XX Placuit, vt a nullo episcopo vsurpentur plebes alienæ, nec aliquis episcoporum supergrediatur in diocœsi suum collegam.

Dist. 71. Clericũ alienũ nisi

XXI Vt clericum alienum, nisi concedente eis episcopo, nemo audeat, vel retinere, vel promouere in ecclesia sibi credita. Clericorum autem nomen etiam lectores, & psalmistæ, & ostiarij retinent, alias retineant.

Dist. 24. Nullus clericorum alias, nisi

XXII Vt nullus ordinetur clericus, * non probatus, vel episcoporum examine, vel populi testimonio.

F

XXIII Vt nemo in precibus vel patrem pro filio, vel filium pro patre nominet. Et cum ad altare assistitur, semper ad patrem dirigatur oratio. Et quascunque sibi preces aliquis describit, non eis vtatur, nisi prius eas cum instructioribus fratribus contulerit.

De cõs. dist. 2 In sacramẽto

XXIIII Vt in sacramentis corporis & sanguinis domini nihil amplius offeratur, quàm ipse dominus tradidit, hoc est, panis & vinum aquæ mixtum. Nec amplius in sacrificijs offeratur, quam de vuis & frumentis.

Dist. 81. Clerici vel cõtinẽt.

XXV Vt clerici, vel continentes ad viduas, vel virgines, nisi iussu, vel permissu episcoporum, & presbyterorum non accedant. Et hoc non soli faciant, sed cum clericis, vel cum his, cum quibus episcopus iusserit, vel presbyter. Nec episcopi aut presbyteri soli habeant accessum ad huiusmodi fœminas, nisi aut clerici præsentes sunt, aut graues aliqui Christiani.

Dist. 99 Primæ sedis epũs

XXVI Vt primæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotũ, aut summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantum primæ sedis episcopus.

Dis. 44. Clerici edẽdi vel bibendi

XXVII Vt clerici edendi, vel bibendi causa, tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.

XXVIII. Item placuit, vt episcopi trans mare non proficiscantur, nisi consulto primæ sedis episcopo, siue cuiuscunque prouinciæ primate, vt ab episcopo præcipue possint sumere formatam, vel commendationem.

Vt sacra-

A XXIX Vt sacramenta altaris non nisi a ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuersario, quo cęna dñi celebratur. Nam si aliquorum, pomeridiano tempore defunctorum, siue episcoporum, siue cæterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi, qui faciunt, iam pransi inueniantur. *De cõs. dist. 1 Sacra altaris*

XXX Vt nulli episcopi, vel clerici in ecclesia conuiuentur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab huiusmodi conuiuijs, quantum fieri potest, prohibeantur. *Dis. 42. Nulli episcopi i ec.*

XXXI Vt pœnitentibus, secundum peccatorum differentiam, episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur. *16. q. 7. Pœnitentib⁹ scdm*

XXXII Vt pres byter, inconsulto episcopo, non reconciliet pœnitentem, nisi absente episcopo & necessitate cogente. Cuiuscũq; pœnitentis publicũ, & vulgatissimũ crimen est, quod vniuersam ecclesiã cõmouerit, ante absidẽ manus eis imponat. *16. q. 6. Pbr̃ in consulto epo.*

XXXIII Vt virgines sacræ,* si parentibus, a qbus custodiebantur, priuatę fuerint, episcopi prouidentia, vel pres byteri, vbi episcopus absens est, in monasterio virginum, vel grauioribus fœminis commendentur, vt simul habitantes, inuicem se custodiant, ne passim vagantes, ecclesiæ lædant * opinionem. *alias, cum* *al's æst ationẽ*

XXXIIII Vt ægrotantes, si pro se respondere nõ possunt, cũ voluntatis eorũ testimoniũ sui dixerint, baptizentur. Similiter & de pœnitentibus agendum est. *De cõs. dist. 4 Aegrotantes & i de. luo. li. 1*

XXXV Vt scenicis, atq; histrionibus, cæterisq; huiusmodi personis, vel apostaticis conuersis, vel reuersis ad dominum gratia, vel reconciliatio non negetur. *De cõs. dist. 2 Scenicis atq;*

B XXXVI Vt pres byter, inconsulto episcopo, virgines non consecret, chrysma vero nunquam conficiat. *16. q. 6. Pbr̃ in consulto epo*

XXXVII Vt clerici in aliena ciuitate non immorentur, nisi causas eorum iustas episcopi loci, vel pres byteri locorum peruiderint.

XXXVIII. Illud autem suggerimus, mandatum nobis, quod etiam in * Capuensi plenaria synodo videtur statutum, quod non liceat fieri rebaptizationes, & reordinationes, vel translationes episcoporum. Nam Cresconius Villeregiensis episcopus, plebe sua derelicta * Tibinensem inuasit ecclesiam, & vsq; hodie, commonitus, secũdum quod statutum fuerat, relinquere eandem, quam inuaserat plebem, contempsit. Aduersus istum, quæ pronuntiata fuerant, confirmata quidem audiuimus, sed petimus, secundum quod nobis mandatum est, vt dignemini dare fidutiam, qua necessitate ipsa cogente, liberum sit nobis, rectorem prouinciæ, secundum statuta gloriosissimorum principum, aduersus illum adire, vt qui miti admonitioni sanctitatis vestræ acquiescere noluit, & emendare illicititum, authoritate iudiciaria, protinus excludat. Aurelius episcopus dixit: Seruata forma disciplinæ, non æstimabitur appetitus, si a vestra charitate modestius conuentus, recedere detrectauerit, cum fuerit suo contemptu, & contumacia faciente, etiam authoritate iudiciaria,* conuentus. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt. Hoc enim omnibus placet. Ab vniuersis episcopis dictum est: Iustum est, Placet. *alias Capsẽ. alias Carpẽ. De cõs. dist. 4 Nõ lз fieri, & in dec. luo. li. 1 alias, Vellegirensis alias, Thubunẽ. 11. q. 1. Petim⁹* C *alias, cõuict⁹*

XXXIX Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Et illud nobis mandatũ est, vt quia proxime fratres nostri Numidiæ duo episcopi ordinare præsumpserunt pontificẽ, non nisi a duodecim censeatis episcoporũ celebrari ordinationes. Aurelius dixit, forma antiqua seruabit, vt nõ minus q̃ tres sufficiant, q fuerint a metropolitano directi, ad ep̃m ordinandum, propterea, quia in Tripoli forte &* Arguze interiacere videnẽ Barbaræ gentes. Nam in Tripoli (vt asseritur) episcopi sunt quinq; tantummodo, & possunt forte de ipso numero vel duo, necessitate aliqua occupari. Difficile est enim, vt de quolibet numero omnes possint occurrere. Nunquid debet hoc ipsum impedimento * ecclesiasticæ esse vtilitati? Nam & in hac ecclesia, ad quam dignata est sanctitas vestra humaniter conuenire, crebro, ac pene per diem dominicam ordinandos habemus. Nunquid nam frequenter potero duodecim, vel decem, vel multominus aduocare episcopos? Sed facile est mihi, duos adiungere meæ paruitati episcopos vicinos. Quapropter, cernit mecum charitas vestra, hoc ipsum obseruari non posse. *alias, Arzyta, alias Arzuge* *alias, ecclesiæ*

Sed illud

Dist. 23. Illud statuẽdum est

alias, tractata

alias, vnꝰ, vel duo,

XL Sed illud est statuendum, vt quando ad eligendum episcopum conuenerimus, si qua contradictio fuerit oborta, (quia talia* facta sunt apud nos) non præsumãt ad purgandum eum, qui ordinandus est, tres iam, sed postulent ad numerum supradictorum* duo vel tres, & in eadem plebe, cui ordinandus est, discutiantur, primo personæ contradicentium, postremo, illa etiam, quæ obijciuntur, pertractentur. Et cum purgatus fuerit, sub conspectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cum vestræ sanctitatis animo concordat, roboretur vestræ dignitatis responsione. Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet satis.

D

alias, cõmonitorio nr̃o oĩa

alias, addimꝰ

Pręsentitis cõcilij capi. prio

alias, adfuerunt

XLI Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Quoniam de* concilio quædam tractata noscuntur,* adijcimus etiam, de die paschæ nobis esse mandatum, vt de ecclesia semper Carthaginensi (sicut prædictum est) instruamur, & non sub angusto temporis spatio. Aurelius episcopus dixit: Si sanctitati vestræ videtur, (quoniam nos spopondisse iam superius meminimus) vt singulis quibusque annis ad tractandum conueniamus, & cum conuenerimus in vnum, tunc diuulgabitur sanctus paschæ dies per legatos, qui* fuerunt in concilio. Honoratus, & Vrbanus episcopi dixerunt: Nunc de præsenti cœtu petimus, vt literis prouinciam nostram de hac die informare dignemini. Aurelius episcopus dixit: Ita fiat, necesse est.

E

16. q. 1. Multis concilijs hoc.

alias, tumidi atq;

alias, vł certe ꝑsuasu maligno, vel illicito fauore

alias, petitores.

alias, cœtui

XLII Epigonius episcopus dixit: Multis in concilijs hoc statutum est a cœtu sacerdotali, vt plebes, quæ in diocœsibus ab episcopis retinentur, quæ episcopos nũquàm habuerunt, non nisi cum voluntate eius episcopi, a quo tenentur, proprios accipiant rectores, id est, episcopos. At vero, quia nonnulli, quodam dominatu adepto, communionem fratrum abhorrent, vel certe, cum eleuati fuerint, quasi in quadam arce, tyrannicam sibi dominationem vindicant, quod plerique* stolidi aduersus episcopos suos ceruices erigunt presbyteri, vel conuiuijs sibi* conciliantes plebem, * vt persuasu maligno, & illicito eosdem velint sibi collocare rectores, quod quidem insigne mẽtis tuæ tenemus votum, frater religiose Aureli, quia hæc sæpe oppressisti, non curando tales* petitiones, sed propter eorum malos cogitatus, & praue concinnata consilia hoc dico, non debere rectorem accipere eam plebem, quæ in diocœsi semper subiacuit, nec vnquam proprium episcopum habuit. Quapropter, si vniuerso sanctissimo* concilio complacet hoc, quod prosecutus sum, confirmetur. Aurelius episcopus dixit: Fratris & consacerdotis nostri prosecutioni non obsisto, sed hoc me & fecisse, & facturum esse confiteor, circa eos sane, qui fuerint concordes, non solum circa ecclesiam Carthaginensem, sed circa omne sacerdotale consortium.

F

XLIII Sunt enim plerique, conspirantes cum proprijs plebibus, quas decipiunt (vt dictum est) earum scalpentes aures, ad seducendum vitiosæ vitæ homines, vel certe inflati, & ab hoc consortio separati, qui putant propriæ plebi incubandum, & nonnunquam conuenti, ad concilium venire refugiunt, & detractant, sua forte ne prodantur flagitia, metuentes. Dico, si placet, circa hos, non tantum diocœses non esse seruandas, verumetiam, & de propria ecclesia, quæ illis male fauerit omnino adnitendum, vt etiam authoritate publica reijciantur, atque ab ipsis principalibus cathedris remoueantur. Oportet enim, vt qui vniuersis fratribus, ac toti concilio inhæserit, non solum sua, iure integro, sed & diocœses possideat. At vero, qui sibimet putant plebes suas sufficere, fraterna dilectione contempta, nec tantum diocœses amittant, sed (vt dixi) etiam proprijs publica careant authoritate, vt rebelles. Honoratus, & Vrbanus episcopi dixerunt: Summa prouisio sanctitatis tuæ cohæsit mentibus singulorum, & puto, omnium responsione ea, quæ prosequi dignatus es, probanda. Vniuersi episcopi dixerunt: Placet, placet.

alias, prudentia

XLIIII Epigonius episcopus dixit: In multis concilijs hoc statutum est, etiam nũc hoc cõfirmãdum est vestra* prouidentia, frẽs beatissimi, vt clericum alienũ nullus sibi præripiat episcopus, præter eius arbitrium, cuius fuerit clericus. Dico autem Iulianum (qui ingratus dei beneficijs per meam paruitatem in se collatis) ita temerarium, & audacem extitisse, vt eum (qui a me baptizatus est, cum esset puer egentissimus

A mus mihi ab eodem, commendatus, cumq; multis annis a me aleretur, atque increſceret) hunc (vt dixi) baptizatum in eccleſia mea, per manum paruitatis meæ, conſtat, (idem in diocœſi Mapalienſi lector eſſe cœperat, immo annis ferme duobus legerat) neſcio, quo contemptu humilitatis meæ, idem Iulianus arripuit, quem dicit, quaſi proprium ciuem ſui loci Vzaritani, me inconſulto, vſurpare, nam & diaconum illum ordinauit, hoc ſi liceat, pateat hæc licentia a vobis beatiſſimi fratres, ſin minus, tam impudens cohibeatur, nec ſe miſceat communioni cuiuſquam. Numidius epiſcopus dixit: Si non poſtulata, neque conſulta tua dignatione, id videatur feciſſe Iulianus, iudicamus omnes inique factum, atque indigne. Quapropter, niſi idem Iulianus correxerit errorem ſuum, & cum ſatisfactione eundem clericum, quem fuit auſus ordinare, reuocauerit tuæ plebi, contra ſtatuta concilij faciens, contumaciæ ſuæ, ſeparatus a nobis, excipiet iudicium. Epigonius epiſcopus dixit: A etate pater, & ipſa promotione antiquiſſimus vir laudabilis, frater, & collega noſter Victor vult, hanc petitionem generalem omnibus effici.

als Vſſaritani alias, Vaſſani tani

XLV Aurelius epiſcopus dixit: Sermonem meum admittite fratres. Contingit nonnunquam, vt poſtulentur ab eccleſijs, quæ præpoſitis egent, * vel epiſcopis, vel preſbyteris, & tamen memor ſtatutorum id ſequor, vt conueniam epiſcopum eius, B atque ei inculcem, quod eius clericus a qualibet eccleſia poſtuletur. Sed forte in hodierno non reluctati ſunt, & ne quando contingat, vt reluctentur, cum fuerint a me in hac cauſa poſtulati, quem ſcitis multarum eccleſiarum, & ordinandorum cauſam ſuſtinere. Iuſtum eſt ergo, vt quemlibet conſacerdotum conueniam cum duobus e conſortio noſtro, vel tribus teſtibus. Si vero indeuotus extiterit, quid cenſet charitas veſtra faciendum? Ego enim cunctarum eccleſiarum, dignatione dei (vt ſcitis fratres) ſolicitudinem ſuſtineo.

alias, vt

Numidius eps dixit: Fuit ſemper hæc licentia huic ſedi, vnde vellet, & de cuius noie fuiſſet cōuentus, pro deſiderio cuiuſq; eccleſiæ ordinaret epm. Epigonius epiſcopus dixit: Bonitas ſequeſtrat poſſibilitatem. Minus enim præſumis, frater. Et cum te bonum, & clementem, omnibus reddit (habes enim hoc in arbitrio) ſatis eſt, vt ſatiſfiat perſonæ vniuſcuiuſque epiſcopi in prima tantummodo conuentione. Si autem, quod libet huic ſedi, * vindicandum fuerit ſibi arbitratus, neceſſe habes tu, omnes eccleſias ſuffulcire. Vnde tibi non poteſtatem damus, ſed * etiam aſſignamus, vt liceat voluntati tuæ, & ſemper tenere, quem voles, vt præpoſitos plebibus, vel eccleſiis, conſtituas, qui poſtulati fuerint, & vnde voles. Poſthumianus epiſcopus dixit: Deinde, qui vnum habuerit, nunquid debet illi ipſe vnus preſbyter auferri? Aure- C lius epiſcopus dixit: Sed epiſcopus vnus eſſe poteſt, per quem, dignatione diuina preſbyteri multi conſtitui poſſunt, vnus autem epiſcopus difficile inuenitur conſtituendus. Quapropter, ſi neceſſarium epiſcopatui quis habet preſbyterum, & vnum (vt dixiſti frater) habuerit, etiam ipſum ad promotionem dare debebit. Poſthumianus epiſcopus dixit: Ergo ſi habet alius abundantes clericos, debet mihi alia plebs ſubuenire. Aurelius epiſcopus dixit: Sane, quomodo eccleſiæ alterius tu ſubueneris, perſuadebitur illi, qui plures habet clericos, vt vnum tibi ordinandum largiatur.

alias, vendicandum alias, tua

XLI Honoratus & Vrbanus, epiſcopi dixerunt: Audiuimus conſtitutum, vt diocœſes non mereantur epos accipere, niſi cū conſenſu eius, ſub quo fuerint conſtitutæ. Sed in prouincia noſtra, cum aliq forte in diocœſi, (concedente eo epo, in cuius poteſtate fuerant conſtitutæ) ordinati ſunt epi, etiam diocœſes ſibi * vindicant. Hoc & corrigi, charitatis veſtræ iudicio, & inhiberi de cætero debet. Epigonius eps dixit: Singulis epiſcopijs ſeruatum eſt, quod decebat, vt ex maſſa * diocœſium nulla caperet, vt proprium epiſcopum habuiſſet, niſi ipſe conſenſum adhibuiſſet concedendi. Sufficiat em ſi * conſenſerit, vt eadem diocœſis permiſſa, proprium tantum epm habeat, & cæteras ſibi non * vindicet diocœſes, quæ exempta de faſce multarum, ſola meruit honorem epiſcopatus ſuſcipere. Aurelius epiſcopus dixit: Non dubito charitati veſtræ omnium placere, eum qui in diocœſi, concedente epiſcopo, q matricem tenuit, ſolam eandem retinere plebem, in qua fuit ordinatus.

als, vēdicant als, diocœſum alias, cōceſſerit.
alias, vēdicet

Item,

¶Ex eo quod in hoc quadrageſimoſeptimo capite ſcribitur. Hoc etiam fratri, & conſacerdoti noſtro Bonifacio innoteſcat, quod de Bonifacio papa ſucceſſore Anaſtaſii, qui ſucceſſit Innocentio, ſucceſſori Syritĳ, intelligitur, iudicari quaſi ineuitabiliter poſſet, hoc concilium non tempori Syritĳ, ſed Bonifacĳ aptandum, niſi in initio huius concilĳ deſignarentur conſules Cæſarius, & Atticus, quos conſtat conſulatus officium ſub Syritio geſſiſſe, authoribus Mariano Scoto, anno ad veritatem euangelĳ. cccc. xvĳ. vel anno ſecundum Dionyſii cyclum. ccc. xcv. Proſpero quocꝗ Aquitanico ſub anno. ccc. xcix. qui authores annotarunt hunc annum temporibus Syritĳ papæ occurriſſe. Præterea, licet dictum capi. xlvĳ. in præſenti exemplari, tanquam aliquod huius concilĳ capitulum habeatur, in alĳs tamen certis conciliorum libris dicitur eſſe Carthagineñ. concilĳ. xxiiĳ capitulum, celebrati poſt conſulatum Honorĳ. xĳ. & Theodoſii octauo, quorum annus currit ſub Bonifacio papa.

XLVII Item, placuit, vt præter ſcripturas canonicas, nihil in eccleſia legatur, ſub nomine diuinarum ſcripturarum. Sunt autem canonicæ ſcripturæ, id eſt, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ieſu naue, Iudicum, Ruth, Regum libri quatuor, Paralipomenon libri duo, Iob vnus, Pſalterium Dauiticum, Salomonis libri quinque, Libri duodecim prophetarum, Eſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Tobias, Iudith, Heſter, Eſdræ libri duo, Machabæorum libri duo. Noui autem teſtamenti vigintiſeptem, Euangeliorum libri quatuor, Actuum Apoſtolorum liber vnus, Pauli apoſtoli epiſtolæ tredecim, Eiuſdem ad Hebræos vna, Petri apoſtoli duæ, Iohannis apoſtoli tres, Iudæ apoſtoli vna, & Iacobi vna, Apocalypſis Iohannis liber vnus, qui ſunt vigintiſeptem. Hoc etiam fratri, & conſacerdoti noſtro Bonifacio, vel alĳs earum partium epiſcopis, pro confirmando iſto canone, innoteſcat, quia a patribus iſta accepimus in eccleſia legenda. Liceat etiam legi paſſiones martyrum, cum anniuerſarĳ dies eorum celebrantur.

1.q 4. Placuit vt de infantibus alias, quo minus promoueantur

XLVIII De Donatiſtis placuit, vt conſulamus fratres, & conſacerdotes noſtros Syritium, & Simplicianum, de ſolis infantibus, qui baptizantur penes eoſdem, ne quod ſuo non fecerunt iudicio, cum ad eccleſiam dei, ſalubri propoſito, fuerint conuerſi, parentum illos error impediat, * ne prouehantur ſacri altaris miniſtri. Quibus inſertis, Honoratus, & Vrbanus, epiſcopi legati, puinciæ Mauritaniæ Sitifenſis dixerunt. Iamdudum, cum apud ſanctitatẽ veſtram allegaremus ſcripta, dilati ſumus, ea contemplatione, quod fratres noſtri aduenire poſſent de Numidia legati, ſed quia non * parui dies ſunt, quibus expectati, minime venerunt, vltra prætermittere, quæ nobis mandata ſunt a noſtris coepiſcopis, non oportet, atcꝗ ideo, fratres, ſuggeſtionem noſtram libẽter admittite. De fide enim Nicæni tractatus audiuimus. Verum & de ſacrificĳs inhibendis poſt prandium, vt a ieiunis, ſicut * dictum eſt, offerantur, & tunc, & nunc confirmatum eſt.

als, pauci dies

alias, dignum

12.q.3. Placuit, vt ep. pſ. diaco. vł cl. qui

alias, nomini,
alias dñicarũ
alias, teneant obnoxĳ.
als, ad eccl'ias ad quam titulati ſunt
alias, propria
als obuenerit
alias euenerit
alias, velint.

XLIX Placuit, vt epiſcopi, preſbyteri, diaconi, vel quicuncꝗ clerici, qui nihil habentes, ordinantur, & tempore epiſcopatus, vel clericatus ſui agros, vel quæcuncꝗ prædia * nomine ſuo comparant, tanquam rerum * diuinaꝝ inuaſionis crimine * teneãtur, niſi admoniti, * eccleſiæ eadem ipſa contulerint. Si autem ipſis * proprie aliquid liberalitate alicuius, vel ſucceſſione cognationis * venerit, faciant inde, quod * eorum propoſito congruit. Quod ſi a ſuo propoſito retrorſum exorbitauerint, honore eccleſiaſtico indigni, tanquam reprobi, iudicentur.

L Aurelius epiſcopus dixit: Quoniam igitur vniuerſa arbitror fuiſſe tractata, ſi omnia cum animo veſtro conuenerunt, ſermone veſtro cuncta roborate. Vniuerſi epiſcopi dixerunt: Omnibus hæc placuerunt, & hęc noſtra ſubſcriptiõe firmamus. Et ſubſcripſerunt Aurelius epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis huic decreto conſenſi, & relicto ſubſcripſi, Epigonius epiſcopus Bulleñ. Regieñ. ſubſcripſi, Auguſtinus epiſcopus plebis Hipponæ ſubſcripſi. Similiter & omnes epiſcopi, quadragintaquatuor numero ſubſcripſerunt.

¶Concilĳ tertĳ Carthaginenſis Finis.

Sequens de-

A ¶ Sequens decretum ex Gratiani decreto excerptum, iuxta eundem dicitur esse ex concilio Gangreñ. cuius certe capitula ex Græco in latinum versa, examussim descripta, nobis plenarie relicta sunt, atq; idipsum concilium tempore papæ Syluestri verisimiliter celebratũ conijcitur. Cũ itaq; in hac ipsa constitutione mentio habeatur sancti Syluestri, tanq̃ ipsius actoris, qũo fit Gangreñ. cõcilij, q̃d tẽpore sancti Syluestri seruatum est, inconueniens omnino iudicatur. Quamobrẽ nõ absurde credi potest, decretum hoc esse concilij alicuius Carthagineñ. commisso p̃scriptores errore in nomine Carthagineñ. in Gãgreñ, maxime quod in vocis sono sibi propinquent.

Presbyter, si fornicationem fecerit, quanquam secundum canones apostolorum debeat deponi, tamen iuxta authoritatem beati Syluestri, si in vitio non perdurauerit, si sua sponte confessus, adiecit, vt resurgat, decẽ annis in hunc modum pœniteat. Tribus quidẽ mensibus a cæteris remotus, pane, & aqua a vespera in vesperã vtat, tantũ aũt diebus dominicis, & p̃cipuis festis modico vino, & pisciculis, atq; leguminibus recreetur, sine carne, & sanguine ouis, & caseo vtat, sacco indutus, humo adhæreat, die ac nocte misericordiam dei omnipotentis imploret. Finitis tribus mensibus continuis exeat, tamen in publicũ non procedat, ne grex fidelis in eo scandalũ patiatur. Nec eñi debet sacerdos publice pœnitere, sicut laicus. Postea, aliquãtisper

B viribus resumptis, vnum annũ, & dimidium in pane, & aqua expleat, exceptis dominicis diebus, & festiuitatibus, quibus vino, & sanguine ouis, & caseo iuxta canonicam mensurã vti poterit. Finito primo anno, & dimidio, corporis & sanguinis dñi (ne indurescat) particeps fiat, & ad pacẽ veniat, psalmos cũ fratribus in choro canat, ad cornu altaris non accedat, iuxta beati Clementis vocẽ, minora gerat officia. Deinde vero vsq; ad expletionem septimi anni, omni quidẽ tẽpore (exceptis paschalibus diebus) tres legitimas ferias in vnaquaq; hebdomada in pane, & aqua ieiunet. Expleto septimi anni circulo, si fratres, apud quos pœnituerit, eius congruam pœnitentiam laudauerint, episcopus in pristinũ honorem, iuxta beati Calixti papæ authoritatem, eum reuocare poterit. Sane sciendum, q; secundam feriam vnũ psalterium canendo, aut vnũ denariũ pauperibus dando, si opus est, redimere poterit. Finitis aũt septem annis, deinde vsq; ad finẽ decimi anni, sextam feriam (nulla interueniente redemptione) obseruet in pane, & aqua. Eadem q̃q; pœnitentia erit sacerdoti de oĩbus alijs peccatis, & criminibus, quæ in depositionẽ eũ inducũt. Neq; hoc cuilibet onerosum videatur, si sacerdos post lapsum digne (vt supra dictũ est) pœnitens, ad pristinos redeat honores.

Dist. 82. Pbr̃ si fornicat. In canonib⁹ apl̃orum, ca. 25. In Romana synodo actione. 2.

In epi. 2. Clemẽtis ad Iacobum.

C ¶ Capitula numero quinq;, ex Gratiano & alias desumpta; quæ scribũtur esse, vel alicuius concilij Carthagineñ. vel Africani. Verũtamẽ nõ satis certũ est, an sint cõcilij primi, vel secũdi, vel tertij, &c.

PRIMVM.

¶ Non est aliquid exigendũ ab his, qui infantes suos ad baptizandum adducunt.

Placuit, vt vnusquisq; episcopus p̃ ecclesias suas hoc faciat, vt hi, q̃ infantes suos ad baptismũ offerunt, si quid voluntarie pro suo voto offerunt, ab eis suscipiatur. Si vero, per necessitatem paupertatis, aliquid non habeant, quod offerant, nullum eis pignus violenter trahatur a clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios suos a baptismo retrahunt. Quidam vero, dum differuntur, si sine gratia baptismi de hac vita recesserint, necesse est, vt ab illis eorum perditio requiratur, quorum spolia pertimescentes, a baptismi gratia se subtraxerunt.

1. q. 1. Placuit vt vnusq̃sq;.

SECVNDVM.

¶ Ecclesiasticarum rerum p̃carię, qualiter fieri debeant.

De precarijs, quæ a rectoribus ecclesiarum irrationabiliter fiebant, suosq; successores pœna graui obligabant, vt facta ipsorum nequiuissent dissoluere, præcipimus, vt nemo successor in antecessoris sui pœna sit obligatus, sed suæ prouidentiæ sit cõcessum,

10. q. 2. De p̃carijs quæ a

D

cessum, vt si antecessor eius res ecclesiæ irrationabiliter distribuit, ab eo ad ius ecclesiæ eiusdem reuocentur.

TERTIVM.

¶ De his, qui clericum falso crimine impetunt.

2.q.3. Si quis epm. sub Damasi noie.

Si quis episcopum, aut presbyterorum, vel diaconũ falsis criminib' appetierit, & probare non potuerit, nisi in fine dandam ei communionem.

QVARTVM.

¶ De clericis scurrilibus.

Ex codice. xvi. librorum, lib. ij. cap. xxx.

Si quis clericus, aut monachus verba scurrilia, ioculatoria, risumq́ mouentia loquatur, acerrime corripiatur.

QVINTVM.

Ex eodem codice libro. xv. cap. iiij.

¶ De præuaricatoribus diuinarum legum.

Vt laici cõtẽptores canonũ excommunicent, clerici honore priuentur.

E

CANONES CARTHAGINEN. CONCILII HABITI SVB DIE

Iduum Augustarum, circa tempora Siritij papæ. Attico, & Cæsario cõsulibus, & epistola Aurelij, & Muzonij, ad episcopos.

Huius concilij sub anno. ccccxvij. Marianus Scotus mentionem facit, dicẽs: Cæsario, & Attico consulibus. Concilium Carthaginis, vbi Hipponensis concilij statuta firmantur & inseruntur.

Dilectissimis fratribus, & coepiscopis diuersarum prouintiarum Numidiæ, Mauritaniæ vtriusq́ Tripolis, & prouintiæ proconsularis, Aurelius, Muzonius, & cæteri epi. Ecclesiasticæ vtilitatis causa, dũ in Carthagineñ. vrbe cõueniremus ĩ vnũ, a plerisq́ suggestũ est, ea, quæ in concilio Hipponensi iamdudum maturata sunt, & legitime ad corrigendã disciplinã salubriter gesta, & statuta noscũtur, effrenata temeritate, quosdã minime custodire. Ad huiusmodi vero excusandos excessus, illud ab aliquibus prætendi, quod ea, quæ iamdudũ legibus statuta sunt, ignorantes prætermiserint. Ob quã rem, hæc cõmuni concilio per vniuersam prouintiã Bizancænã, in notitiã cũctis deducenda censuimus, vt in his, quisquis de cætero temerator extiterit, sciat se status sui operatũ fuisse iacturã. Breuem vero statutorum (in quo omnia videntur esse cõplexa, & quædã diligẽtius custodita) huic epistolæ subdi fecimus, vt cõpendio (q̃ decreta sunt) recensentes, solicitius obseruare curemus. Optamus vos fratres, in deo semper bene valere, & nostri memores esse. Et manu senis Muzonis. Optamus vos, fratres, beatos semper in deo gaudere, & nostri memores esse.

F

¶ Statuta concilij Hipponẽsis breuiata, & quædam eorum in cõcilio Carthagineñ. cũ Bizancenis epis collata, & diligẽtius ptractata, hæc sunt.

¶ Nicæni concilij professio, & fides recitata, & cõfirmata est, q̃ ita se habet.

CRedimus in vnũ deũ, patrem omnipotentẽ, visibiliũ & inuisibiliũ factorẽ. Et in vnũ dñm nostrũ Iesum Christũ, filiũ dei, natũ de patre vnigenitum Homousion, hoc est, de substãtia patris, deũ de deo, lumẽ de lumine, deũ verum de deo vero, natũ, non factũ, vnius substantiæ cũ patre, per quem oĩa

A facta sunt, siue quæ in cœlo, siue quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostrã salutem descendit. Incarnatus est, homo factus est per virginẽ. Passus est, & resurrexit tertia die. Ascẽdit in cœlũ, vẽturus iudicare viuos & mortuos. Et in spm̃ sanctũ. Eos aũt, q dicũt, erat, quãdo nõ erat, & priusq̃ nasceret, nõ erat. Et qa ex vllis nõ extantibus factus est, aut ex alia substãtia dicẽtes mutabilẽ, & conuertibilẽ filiũ dei, hos anathematizat catholica ecclesia, & apostolica disciplina.

¶CONCILII HIPPONEN. ABBREVIAtiones factæ in concilio Carthagineñ. iij.

Placuit etiã, propter errorẽ, qui sæpe solet oboriri, vt oẽs Aphricanæ prouintiæ obseruationẽ diei paschalis ab ecclesia Carthagineñ. curent accipere.

Ponitur hec cõstitutio in Carthagineñ. tertio, supra habito, cap. primo. & xli.

ij. Vt lectores populum non salutent. In eodem ca. iij.
iij Vt clerici instructi promoueantur. Ibidem cap. iiij.
iiij. Vt sacramenta catecuminis non dentur. Ibidem cap. v.
v. Corporibus defunctis eucharistia non detur. Ibidem. cap. vi.
vi. Vt per singulos annos concilium conuocetur. Ibidẽ. cap. ij.
vij Si eps̃ accusat⁹ fuerit, ad primatũ prouintiæ causam suã referat. Ib. ca. vij.
viij Eps̃ accusatus, si ad concilium anniuersarium non venerit, sententiã damnationis suæ tulisse iudicetur. Ibidem cap. vij.
E ix. Pres byter, si accusatus fuerit, cum quinq; collegis ex vicinis episcopis,
x. causa sua discutiatur, Diaconus cum duobus. Ibidem cap. viij.
xi Episcopo aut clerico si fuerit crimen institutum. Ibidem cap. ix
xij. Vt iudices ecclesiastici ad alios iudices causam nõ prouocẽt. Ibidẽ. ca. x.
xiij. Vt filij clericorum spectacula non exhibeant. Ibidem cap. xi.
xiiij. Vt filij episcoporum hæreticis non coniungantur. Ibidem cap. xij
xv. Vt episcopi, & clerici filios suos non eijciant. Ibidem cap. xiij.
xvi. Vt epi, & clerici nihil conferant rerum suarũ, nisi catholicis. Ibidẽ. ca. xiij.
xvij Episcopus, pres byter, aut diaconus non sint conductores. Ibidẽ. cap. xv.
xviij Vt clerici cum extraneis fœminis non habitent. Ibidem cap. xvij.
xix. De sacris gradibus. Ibidem. cap. xviij
xx. De lectoribus. Ibidem ca. xix.
xxi. Vt clericum alienum nemo retineat. Ibidem cap. xxi
xxij Vt clericus non ordinetur, antequam probatus sit. Ibidem. cap. xxij
C xxiij. Vt in p̃cib⁹, nec pater pro filio, nec filius pro patre noĩetur. Ibidẽ ca. xxiij
xxiiij Vt nullus clericus amplius accipiat, q̃ dedit. Ibidem cap. xviij.
xxv. In sacramẽtis aliud non offerat, q̃ panis, & vinũ aqua mixtũ. Ib. ca. xxiiij.
xxvi Ne epi, p̃bri, aut clerici ad viduas, vel virgines soli nõ accedãt. Ib. ca. xxv
xxvij Vt primæ sedis eps̃ princeps sacerdotum nõ appellet. Ibidem ca. xxvi.
xxviij. Clerici in tabernis, nec manducent nec bibant. Ibidem cap. xxvij
xxix. Vt episcopus trans mare non proficiscatur. Ibidem cap. xxvi.
xxx Vt a ieiunis altaris sacramenta celebrentur. Ibidem ca. xxix
xxxi Vt in ecclesia, neq; episcopus, vel clerici conuiuentur. Ibidem. cap. xxx.
xxxij Vt pres byter, inconsulto epo, non reconciliet pœnitentẽ. Ibid. ca. xxxij
xxxiij. Vt virgines grauioribus fœminis commendentur. Ibidem. cap. xxxiij.
xxxiiij. Vt ægrotantes baptizentur. Ibidem cap. xxxiiij.
xxxv Vt reuersis reconciliatio non negetur. Ibidem. cap. xxxv.
xxxvi. Vt pres byter chrisma non conficiat. Ibidem cap. xxxvi.
xxxvij. In aliena ciuitate clerici non morentur. Ibidem cap. xxxvij.
xxxviij. Scripturæ canonicæ in ecclesia legendæ quæ sunt, & præter quas alia non legantur. Ibidem cap. xlvij.
xxxix. Vt episcopus minus q̃ a tribus episcopis nõ ordinetur. Ibidẽ cap. xxxix.
xl. De his qui in nullo testimonio se baptizatos nouerunt, vt baptizentur.

In concilio Carthagineñ.v.cap.vi.

xli. Vt Donatistæ in numero laicorum recipiantur.

¶ Sequitur capitulum seu statutum.

PLacuit etiam, vt quia in præcedentibus concilijs statutũ est, ne quis Donatistarum cum honore suo recipiatur a nobis, sed in numero laicorum, propter salutẽ, quæ nulli deneganda ẽ, (tantũ aũt inopiæ clericorum ordinandorum in Africa patiuntur ecclesiæ, vt quædã loca omnino deserta sint) seruetur quidẽ in istis, q̃d iam antea *creditũ est, sed exceptis his, quos aut non rebaptizatos esse constiterit, aut qui cum suis plebibus ad communionẽ catholicã transire voluerint. Sic em̃ scriptũ est: Quod si duo conuenerint Christiani, quicquid petierint, impetrabũt. Non oportet dubitari quo remoto scandala dissensionis vniuersæ plebis, inuitatæ pacis cõpensatione, & sacrificio charitatis, aboleantur, quæ maiorum suorum authoritatem sequẽtes, repetitione baptismi commiserunt.

*als, traditum

Sed hanc rem, placuit, non confirmari, priusquam exinde transmarina ecclesia consulatur. Et alia manu. Aurelius episcopus ecclesiæ Carthagineñ. placitis a nobis omnibus confirmatis, exceptis emancipationibus, de quibus consulendũ censuimus, relectis, & agnitis subscripsi. Mizonius episcopus, placitis, superius cõprehensis, emancipatione ad tractatum meliorem dilata, subnotaui, primæ sedis episcopus prouintię Bizancenæ.

Victorianus episcopus plebis Masclianeñ. (alias, Mascilianeñ.) subscripsi.

Lupianus episcopus plebis Tamugadeñ. (alias, Thamudateñ.) subscripsi.

Ninus episcopus plebis Tubaltaneñ. (alias, Thabaltaneñ.) subscripsi.

Philologus episcopus plebis Adrumentanæ subscripsi.

Ferox episcopus Macrieñ. subscripsi.

Hoc modo & omnes subscripserunt, qui huic concilio interfuerunt.

¶ Additio quædam seu appendix ad concilium Hipponeñ. immediate præmissum.

Præsens vero concilium ordine suprascripto, habebatur in quodam codice vetusto monasterij sancti Bauonis Flandriæ ciuitatis. Veruntamẽ canonũ ipsius tituli dũtaxat, omissis capitulis, hic scribuntur vitandæ prolixitatis gratia, quod in concilio Carthagineñ.iij. immediate supra habito, fere omnia ad longũ ponãtur. Hic aũt ad illa remittunt. Demptis nihilominus paucis, inferius statim subnectẽdis, quæ vel additionem habent aliquarum sententiarum, aut certe verborum imitationem.

¶ Titulus nempe secundus istius concilij in suprascripto concilio tertio Carthagineñ. sub cap. iiij. comprehensus, cum additione tali & abbreuiatione, ac transpositione ponitur in hunc modum.

Item placuit, vt lectores populum non salutent, & vt ante. xxv. annos, nec clerici ordinentur, nisi primum diuinis scripturis instructi, vel ab infantia eruditi propter fidei professionem vel assertionem.

¶ Similiter & capitulum tituli hic. xvij. quod est in tertio Carthagineñ. cap. xv. sic habet in hoc vetusto.

Vt episcopi, presbyteri, & diacones, non sint conductores, aut procuratores priuatorum, neq; vllo negotio tali victum quærant, quo eos peregrinari, vel ab ecclesiasticis officijs auocari necesse sit.

¶ Itemq; capitulum. xx. cuius titulus est de lectoribus, quod similiter. xx. loco in tertio Carthagineñ. assignatur, mutat verba, in dicto vetusto, modo qui sequitur. Vt lectores vsq; ad annos pubertatis legant, deinceps autem nisi vxores, custodita pudicitia, duxerint, aut continentiam professi fuerint, legere non sinantur.

¶ Capitulo q̃q; tituli. xxv. in isto, q̃d est. cap. xxiiij. suprascripti concilij tertij Carthagineñ. addunt quædã, vt patet in caplo, q̃d subiungit ex codice vetusto antedicto.

Vt in sacramẽtis corporis, & sanguinis dñi nihil amplius offeratur, q̃ ipse dñs tradidit, hoc est, panis, & vinũ aquæ mixtum. Primitiæ vero, seu mel, & lac, quod vno

die so-

A die solênissimo pro infantũ mysterio solet offerri, quis in altari offeratur, suã tamen habent propriã benedictionẽ, vt a sacramẽto dominici corpis, aut sanguinis distinguantur. Nec amplius de primitiis offeratur, q̃ de vuis & frumentis.

Verum capitulum, cuius est titulus. xl. non est hic in suprascripto Carthagineñ. cõcilio. iii. sed legitur in concilio. v. ca. v.

Cætera, quæ in capitulis huius cõcilii, a capitulis Carthagineñ. concilii. iii. in verbis sunt discrepãtia, in margine illius annotata, præ oculis cernuntur. Demũ capitulũ, cuius est titulus. xli. qa vsq; nũc in nullo cõcilio alio repertũ ẽ, modo, q̃ hic scribit mendoso quanq̃, & corrupto (vt vix restitui possit) ex vetusto codice supra memorato excerptum est.

Sciendũ quoq; conciliũ præsens ob certas causas non haberi sub numero aliquo, vt in ordine dicatur quartũ, vel quintum, &c. ne forte error committatur propter sequentia concilia eiusdem ciuitatis, quæ in exemplaribus potioribus sub numero assignantur. Idem sentiendum est de his, quæ immediate sequuntur.

¶ Sequunt hic aliqua concilia in Carthagine celebrata, breuiter annotata, concernentia tempora Siritii papæ, ex impresso conciliorum libro in ædibus Iohannis Schoeffer, anno. M.D.XXV. mense Aprili.

B Gloriosissimo Imperatore Theodosio Augusto. iii. & Abundãtio viro clarissimo consulibus. viii. Idus Octobris Hippone regio in secretario Basilicæ pacis, &c. Gesta huius concilii ideo descripta nõ sunt hic, qa alibi latius exprimuntur.

¶ De concilio Carthagineñ. vbi legati episcopi proconsulares ad concilium Adrumentinum destinantur.

Gloriosissimis Imperatoribus Archadio tertio, & Honorio. ii. August. consulibus. vi. Kalendas Iuliarum Carthagine. In hoc concilio legati *directi sunt episcopi proconsulares ad concilium Adrumetinum.

*alias, delecti.

¶ De concilio Carthagineñ. vbi multa sunt constituta.

Cæsario, & Attico viris clarissimis consulibus, quinto Kaleñ. Septẽbris, Carthagine in secretario basilicæ restitutæ, cũ Aurelius eps vna cum episcopis consedisset, adstantibus etiam diaconibus, aduenietibus quoq; Victore sene Pupputanense, Tuto Murgentineñ. Euangelo Abzuritano.

¶ Allocutio ad episcopos, Aurelii Carthagineñ. episcopi.

Aurelius eps dixit: Post diem præstitutam concilii consedimus, vt recordamini, fratres beatissimi, & arbitrabamur, omnium prouintiarum per Aphricam, &c.

Præmissa tria concilia hic breuiter annotata, etiã refricãtur sub tẽpore Bonifacii papæ primi. Veruntamẽ allocutio hic posterius succincte tacta, ad longũ ibidẽ scribitur. Cui q̃q; iuxta exẽplar vetustissimi codicis Anglicani monasterii wintonieñ. canones. xxiii. quorum tituli hic subnectuntur, immediate cõtinuabãtur. Verum capitula hic omittuntur, q: in cõcilio tẽpore Bonifacii primi exprimunt clare, & diffuse. Vnde & titulis singulis hic positis capitulorum quotationes simul annotabuntur, vt ad loca illa facilis sit recursus, & notitia similiter clarior.

C

TITVLI CANONVM CVIVSDAM Carthagineñ. concilii.

¶ Aliud Carthagineñ. concilium, in quo statutũ est, vt episcopi sine formata non nauigent.

CAEsario & Attico, viris clarissimis consulibus . vi. Kalendas Iulias, Carthagine, placuit, vt nullus episcoporum nauiget sine formata primatis. Gesta in authenticis, qui quærit, inueniet.

¶ Aliud Carthagineñ. concilium, in quo legati ad Imperatores diriguntur episcopi infrascripti.

POst consulatũ gloriosissimi Imperatoris Honorij Augusti. iiij. & Euthiciani viris clarissimis. v. Kaleñ. Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ. In hoc concilio legationem susceperunt, Epigonius, & Vincentius epi, vt pro confugiẽtibus ad ecclesiam, quocũq; reatu inuolutis, legem de gloriosissimis principibus mereantur, ne quis vi eos audeat abstrahere.

CONCILIVM QVARTVM CARTHAGINENSE.

¶ TITVLI CANONVM CONCILII Carthagineñ. quarti.

De con-

¶ Expliciunt capitula.

CONCILIVM QVARTVM CARTHAGINENSE HABITVM AB EPISCOPIS.

pis.cc.xiiij.Era.cccc.xxxvi.Cui concilio dicit, distin.xciij. Diaconi ita se &c. Zozimus papa interfuisse per vicarios, quod putat intelligendum de cõcilio Carthaginẽ. sexto, in quo (vt habet ibidem .ij. & .iij. capitulis) ipsius literæ suis vicarijs, seu legatis datę ad illud cõciliũ, sunt corã synodo lectæ. Præterea, tam in Gemblaceñ. cœnobij codice, q̃ sancti Bauonis in Gandauo pro titulo omnium capitulorum sequentium ponebatur, statuta ecclesiæ antiqua.

Horum consulum annum assignat Marianus Scotus. cccc. xviij. qui etiam scribitur ibidem vltimus Syritij papæ, & primus Anastasii papæ.

AVGVSTO Honorio.IIII. & Eutitiano consulibus. vi. Idus Nouembris, cum Aurelius ep̃us in concilio vniuersali, Carthagine in secretario cum omnibus cõsacerdotibus suis consedisset, placuit cum eo cunctis, qui fuerunt in eadem sancta synodo, constituere hæc, quæ ad ordines ecclesiasticos, canonicis sunt necessaria disciplinis. Ibi in principio constitutum est, qualis ordinari debeat episcopus.

Capitulum primum.

Difti.23. Qui eps ordinã. alias, suis negotijs

Qui episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si semp * sui negotij cauens, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, & ante omnia, si fidei documenta verbis simplicibus asserat, id est, patrem, & filium, & spiritum sanctum, vnum deum esse cõfirmans, totamq; trinitatis deitatem coessentialem, & consubstantialem, & coæternalem, & coomnipotentem prædicans, si * singulas quasque in trinitate personas plenum deum, & totas tres personas vnum deum, si incarnationem diuinam non in patre, neq; in spiritu sancto factam, sed in filio tantum credat, vt q erat in diuinitate dei patris filius, ipse fieret in homine hominis matris filius, deus verus ex patre, homo verus ex matre, carnem ex matris visceribus habens, & animam humanam rationalem, * simul in eo veritas vtriusque naturæ, idem deus & homo, vna persona, vnus filius, vnus Christus, vnus dominus creator omnium, quæ sunt, & author, dominus & rector cum patre & spiritu sancto, omnium creaturarum, qui passus sit vera carnis passione, mortuus vera corporis sui morte, resurrexit, vera carnis suæ resurrectione, & vera animæ resumptione, in qua veniet iudicare viuos & mortuos. Quærendum etiam ab eo, si noui & veteris testamenti, id est, legis & prophetarum, & Apostolorum, vnum eundemq; credat authorem, & deum, si diabolus non per conditionem, sed per arbitrium factus sit malus. Quærendum etiam ab eo, si credat huius, quam gestamus, & non alterius carnis resurrectionem, si credat iudicium futurum, & recepturos singulos pro his, quæ in carne gesserunt, vel pœnas, vel præmia, si nuptias non * prohibeat, si secunda matrimonia non dãnet, si carniũ perceptionẽ non culpet, si pœnitẽtibus reconciliatis cõicet, si in baptismo omnia peccata, id est, tam illud originale contractum, q̃ illa quæ voluntarie admissa sunt, dimittantur, si extra ecclesiam catholicam nullus saluetur. Cum in his omnibus, examinatus fuerit inuentus plene instructus, tunc cum consensu clericorum, & laicorum, & conuentu totius prouinciæ episcoporum, maximeq; metropolitani, vel authoritate, vel præsentia ordinetur episcopus. Suscepto in nomine CHRISTI episcopatu, non suæ delectationi, nec suis motibus, sed his patrum diffinitionibus acquiescat. In cuius ordinatione etiam ætas requiratur, quam

alias, singulã quãq; in trinitate p̃sonam

alias, simul in eo ambæ naturæ, id est homo & deus.

alias, ĩprobet

A quam sancti patres in præeligendis episcopis cõstituerunt. Dehinc disponitur, qualiter ecclesiastica officia ordinantur.

II. Episcopus quum ordinatur, duo episcopi ponant, & teneant euangeliorum codicem super caput, & * ceruicem eius, & vno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant. — Dist. 23. Epũs dũ ordi. Et in dec. Iuo. lib. 3 — als, verticem

III. Presbyter quum ordinatur, episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenente, etiam omnes presbyteri, qui præsentes sunt, manus suas iuxta manum episcopi super caput illius teneant. — Ibi. Presbr cũ ord. Et in decre. Iuo. lib. 3

IIII. Diaconus quum ordinatur, solus episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius ponat, quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur. — Ibi. Diacon9 cũ ord

V. Subdiaconus quum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de episcopi manu accipiat vacuam, & calicem vacuum. De manu vero archidiaconi, vrceolum cum aqua, & * mantile, & manutergium. — Ibi. Subdiac. — als, aquamanilem

VI. Acolythus quum ordinatur, ab episcopo quidẽ doceatur, qualiter in officio suo agere debeat. Sed ab archidiacono accipiat cæriferarium cum cæreo, vt sciat se ad accendenda ecclesiæ luminaria mancipari. Accipiat & vrceolum vacuum, ad suggerendum vinum in eucharistiam sanguinis Christi. — Ibi. Acolyth.

B VII. Exorcista quum ordinatur, accipiat de manu episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo: Accipe, & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum, siue baptizatum, siue catechumenum. — Ibi. Exorcista

VIII. Lector quum ordinatur, faciat de illo verbum episcopus ad plebem, indicans eius fidem, ac vitam, atque ingenium. Post hæc, spectante plebe, tradat ei codicem, de quo lecturus est, dicens ad eum: Accipe, & esto * lector verbi dei, habiturus, si fideliter & vtiliter impleueris, officium, partem cum eis, qui verbum dei ministrauerunt. — Ibidẽ. Lector — als, relator

IX. Ostiarius quum ordinatur, postquam ab archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo dei debeat conuersari, ad suggestionem archidiaconi, tradat ei episcopus claues ecclesiæ de altario, dicens: Sic age, quasi redditurus deo rationem, pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur. — Ibi. Ostiarius

X. Psalmista, id est, cantor potest absque scientia episcopi, sola iussione presbyteri, officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: Vide, vt quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis, operibus comprobes. — Ibi. Psalmista

C XI. Sanctimonialis virgo, quum ad consecrationem sui episcopo offertur, in talibus vestibus applicetur, qualibus semper vsura est, professioni & sanctimoniæ aptis. — Ibidẽ. Sanctimonial. Et in dec. Iuo. lib. 3

XII. Viduæ, vel sanctimoniales, quæ ad ministerium baptizandarum mulierum eliguntur, tam instructæ sint ad officium, vt possint * apto & sano sermone docere imperitas & rusticas mulieres, tempore quo baptizandæ sunt, qualiter baptizatori interrogatæ respondeant, & qualiter, accepto baptismate, viuant. — als, aperto

XIII. Sponsus, & sponsa, quum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus suis vel paranymphis offerantur. Qui quum benedictionem acceperint, eadem nocte, pro reuerentia ipsius benedictionis, in virginitate permaneant. — Dist. 23. & 30 q. 5. Sponsus & spon. Et in dec. Iuo. li. 6

XIIII. Vt episcopus, non longe ab ecclesia, hospitiolum habeat. — Dist. 41. Epũs vilem.

XV. Vt episcopus vilem supellectilem, & mensam, ac victum pauperem habeat, & dignitatis suæ authoritatem, fide & vitæ meritis quærat. — Ibidem.

XVI. Vt episcopus gentilium libros non legat, hæreticorum autem pro necessitate & tempore. — Dis. 37. Epũs gẽti. lib. Et in dec. Iuo. lib. 2

XVII. Vt episcopus gubernationem viduarum, & pupillorum, ac peregrinorum non per seipsum, sed per archipresbyterum, aut per archidiaconum agat. — Dis. 88. Epũs.

XVIII. Vt episcopus tuitionem testamentorum non suscipiat. — Ibidem.

XIX. Vt episcopus, non prouocatus, pro rebus transitorijs litiget. — 14. q. 1. Epũs.

Vt eps

Dis. 88. Epus nullam rei. XX Vt episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed vt lectioni, & orationi, & verbo prædicationis (alias, verbi dei prædicationi) tantummodo vacet.

D

Dis. 18. Eps ad synodum. XXI Vt episcopus ad synodum ire non tardet, si non, sine satis graui necessitate, inhibeatur, sic tamen, vt in sua persona legatum mittat, suscepturus, salua fidei veritate, quicquid synodus statuerit.

Dis. 24. Epus sine concilio. XXII Vt episcopus sine concilio clericorum suorum, clericos nõ ordinet, ita vt ciuium assensum, & conniuentiam, & testimonium quærat.

15. q. 7. Nullius causam. XXIII Vt episcopus nullius causam audiat, absque præsentia clericorum suorum, alioquin irrita erit sententia episcopi, nisi clericorum præsentia confirmetur.

De cõs. disti. 1 Sacerdote &c. XXIIII Sacerdote verbum faciente in ecclesia, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur.

Dis. 90. Dissi. XXV Dissidentes episcopos, si non timor dei synodus reconciliet.

Di. 90. Studẽdum est epis. XXVI Studendum est episcopis, vt dissidẽtes fratres, siue clericos siue laicos ad pacem magis, quàm ad iudicium cohortentur.

7. q. 1. Eps de loco ignobili alias, p̃ sniam. XXVII Vt episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat, nec quisquam inferioris ordinis clericus. Sane si id vtilitas ecclesiæ fiendum poposcerit, decreto pro eo clericorum, & laicorum episcopis porrecto, * in præsentia synodi transferatur, nihilominus alio in loco eius episcopo subrogato. Inferioris vero gradus sacerdotes, vel alij clerici, concessione suorum episcoporum, possunt ad alias ecclesias transmigrare.

E

11. q. 3. Irritam esse & iniustã. XXVIII Irritam esse iniustam episcoporum damnationem, & idcirco a synodo retractandam.

6. q. 2. Epus si cleric. XXIX Episcopus, si clerico, vel laico crimen imposuerit, deducatur ad probationem in synodum.

3. q. 9 Caueãt & i dec. Eleu. 12. q. 2. Sine exceptiõe vbi. XXX Caueant iudices ecclesiæ, ne (absente eo) cuius causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit, immo & causam in synodo pro facto dabunt.

XXXI Vt episcopus rebus ecclesiæ, tanquam commendatis, non tanquam proprijs vtatur.

12. q. 2 Sine exceptiõe, & in decre. Iuo. li. 2 XXXII Irrita erit donatio episcoporum, vel venditio, vel commutatio rei ecclesiasticæ, absque conniuentia, & subscriptione clericorum.

7. q. 1. Epi, vel presbyteri. XXXIII Episcopi, vel presbyteri si causa * visitandæ (alias visendæ) ecclesiæ alterius episcopi, ad ecclesiam venerint, & in gradu suo suscipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem consecrandam inuitentur.

Disti. 95. Eps in q̃libet loco. XXXIIII Vt episcopus, in quolibet loco sedens, stare presbyterum non patiatur.

F

Dist. 59. Eps i ecclesia. XXXV Vt episcopus in ecclesia, in consessu presbyterorum, sublimior sedeat. Intra domum vero collegam se presbyterorum esse cognoscat.

Dist. 95. Presbyteri qui p. XXXVI Presbyteri, qui per diocœses ecclesias regunt, non a quibuslibet episcopis, sed a suis, nec per iuniorem (alias minorem) clericum, sed omni anno aut per seipsos, aut per illum, qui sacrarium tenet, ante paschæ solennitatem chrisma petant.

Dist. 93. Diaconi ita se. XXXVII Diaconus, ita se presbyteri, vt episcopi, ministrum esse cognoscat, Alias, Diacones, ita se presbyteris, vt episcopis, ministros, esse cognoscant.

Disti. 93 Presbytero p̃sen. XXXVIII. Vt diaconus, præsente presbytero, eucharistiam corporis Christi populo (si necessitas cogat) iussus eroget.

Dis. 93. Diac. XXXIX Diaconus quolibet loco, iubente presbytero, sedeat.

Dist. 93. Diacon⁹ sedeat lu. XL Vt diaconus in conuentu presbyterorum, interrogatus, loquatur.

Disti. 93 Diaconus sedeat. XLI Vt diaconus tempore oblationis tantum, vel lectionis alba induatur (alias, vtatur.)

XLII Clericum inter tentationes officio suo incubantem, gradibus sublimandum.

XLIII.

A XLIII. Christianũ catholicũ, qui pro catholica fide, & pro ecclesiastica re, & Christiana religione tribulationes patitur, honore omni a sacerdotibus honorandũ. Etiam & per diaconum ei victus administretur.

XLIIII. Clericus nec comam nutriat, nec * barbam radat, Aliàs, barbam tondeat, ita in lib. Gemblaceñ. Aliàs, barbã radat, additur in libro Gandeñ. sancti Bauonis, tit. Statuta ecclesiæ antiqua. Pleraq; em̃ exemplaria nõ habẽt, radat, vel tondeat.

XLV. Clericus, professionẽ suam & in habitu & in incessu probet, & ideo nec vestibus, nec calciamentis decorem quærat. Dist. 41. Clericus profes.

XLVI. Clericus cum extraneis mulieribus non habitet.

XLVII. Clericus per plateas & andronas, nisi certa & maxima officij sui necessitate, non ambulet.

XLVIII. Clericus, qui non pro emendo aliquid, in nundinis vel in foro deambulat, ab officio suo degradetur. Dist. 91. Clericus quilibet.

XLIX. Clericus, qui absq; corpusculi sui inæqualitate, vigilijs deest, * stipẽdijs priuatus, excommunicetur. Ibi. Cle. vict. aľs, stipendio.

L. Clericum, inter tentationes ab officio suo declinantẽ, vel negligentius agentem, ab officio suo remouendum. Ibi. Cle. qlib.

B LI. Clericus, quantumlibet verbo dei eruditus, * artificio victum quærat. Ibidem. aľs, artificio honesto victũ & vestitũ

LII. Clericus victum & vestimentum sibi artificiolo, vel agricultura, asque officij sui dumtaxat detrimento præparet.

LIII. Omnes clerici, qui ad operandum validi sunt, & artificiola, & literas discant. Ibidem.

LIIII. Clericus, inuidens fratrum profectibus, donec in vitio est, non promoueatur. Dist. 46. Clericus inuidẽs

LV. Vt episcopus accusatores fratrum excommunicet. Et si emẽdauerint, vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum. Ibi. Accusatores fratrum

LVI. Clericus, qui * adulationi, & proditionibus vacare deprehenditur, ab officio degradetur. (aľs, adulationibus) Ibi. Cler. qui adul. Et in decre. Iuo. lib. 5

LVII. Clericus maledicus, maxime in sacerdotibus, cogatur ad postulandum veniam. Si noluerit, degradetur, nec vnquam ad officium absq; satisfactione reuocetur. Ibi. Cle. mal.

LVIII. * Clerici (qui frequenter litigat, & ad causandum facilis est) testimonium nemo absq; grandi examine recipiat. aľs, Eius

LIX Discordantes clericos epũs vel ratione, vel potestate ad concordiã trahat, inobedientes synodus per * audientiam damnet. Dis. 90, Disc. aľs, audaciã

C LX. Clericum scurrilem, & verbis turpibus ioculatorem, ab officio retrahendum, (aliàs, detrudendum, vel, detrahendum. Di. 46. Cleri. Et in cõci. Aghatẽ. ca. 70

LXI. Clericum, per creaturas iurantem, acerrime obiurgandum. Si perstiterit in vitio, excommunicandum. 22. q. 1. Clericũ per creat.

LXII. Clericum, inter epulas cantantem, supradictæ sententiæ seueritate coercendum. Ibidem.

LXIII. Clericum, qui tempore indicti ieiunij, absq; ineuitabili necessitate, ieiunium rumpit, minorem habendum.

LXIIII. Qui dominico die studiose ieiunat, non credatur catholicus. 26. q. 7. Sacerdos pœnitẽ.

LXV. Paschæ solennitas vno die & tempore celebranda. De cõs. dist. 3 Paschæ so.

LXVI. Clericus, qui episcopi circa se districtionem iniustam putat, recurrat ad synodum. 11 q. 3. Cle. q.

LXVII. Seditionarios nunquam ordinandos clericos, sicut nec vsurarios, nec iniuriarum suarum vltores. Di. 46. Sedi. Et in Aghat. concil. ca. 69

LXVIII. Ex pœnitẽtibus (q̃uis sit bonus) clericus nõ ordinet. Si per ignorantiã epi factũ fuerit, deponat à clero, quia se ordinationis tempore nõ prodidit fuisse pœnitentem. Si autem, sciens, episcopus ordinauerit talem, etiam ipse ab episcopatus sui ordinandi dumtaxat potestate priuetur. Dist. 50. Ex pœñ. Et i decre. Iuo. lib. 5

LXIX

LXIX Simili sententiæ subiacebit episcopus, si sciens, ordinauerit clericum eum, qui viduam aut repudiatam vxorem habuit, aut secundam.

D

24.q.3. Clericus hæretico.

LXX Clericus hæreticorum, aut schismaticorum tam conuiuia, quàm sodalitates euitet æqualiter.

LXXI Quod hæreticorum cętus non ecclesia, sed conciliabulum fit. Aliâs, Conuenticula hæreticorum non ecclesias sed concilia diaboli appellanda.

LXXII Cum hæreticis nec orandum, nec psallendum.

11.q.3. Qui cōmunicauerit & in dec. Iuonis lib.5

LXXIII Qui communicauerit, vel orauerit, cum excommunicato, siue clericus siue laicus, excommunicetur.

26.q.7. Sacerdos pœniam

LXXIIII Vt sacerdos pœnitentiam imploranti, absque personæ acceptione pœnitentiæ leges iniungat.

LXXV Vt negligentiores pœnitentes tardius reconcilientur.

26.q.6. Is qui in infirmitate

LXXVI Is qui pœnitentiā in infirmitate petit, si casu, dum ad eum sacerdos, inuitatus, venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium, qui eum audierunt, & accipiat pœnitentiam. Et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius eucharistia. Si superuixerit, admoneatur a supradictis testibus, petitioni suæ satisfactum, & subdatur statutis pœnitentiæ legibus, quamdiu sacerdos, qui pœnitentiam dedit, probauerit.

LXXVII Pœnitentes, qui in infirmitate sunt, viaticum accipiāt.

E

26.q.6. Is qui in infirmitate

LXXVIII Pœnitentes, qui in infirmitate viaticum eucharistiæ acceperint, nō se credant absolutos sine manus impositione, si superuixerint.

26.q.7. Sacerdos pœniam

LXXIX Pœnitentes, qui attente leges pœnitentiæ exequuntur, si casu in itinere, vel in mari mortui fuerint, vbi eis subueniri non possit, memoria eorum & orationibus, & oblationibus commendetur.

26.q.7. Sacerdos pœniam

LXXX Omni tempore ieiunij, manus pœnitentibus a sacerdotibus imponantur.

LXXXI Mortuos pœnitentes ecclesiæ afferant & sepeliant.

LXXXII Pœnitentes etiam diebus remissionis genua flectant.

LXXXIII Pauperes, & senes ecclesiæ plus cæteris honorandi sunt.

De cōs. dist. 1 Eps nul. & in decr. Iuo. li. 2

LXXXIIII Vt episcopus nullum prohibeat ingredi ecclesiam, & audire verbum dei, siue gentilem, siue hæreticum, siue Iudæum, vsque ad missam catechumenorum.

De cōs. dist. 4 Bapti. als, viuāt carnium als crebro examinati

LXXXV Baptizandi nomen suum dent, & diu sub abstinentia * vini, & carnium, ac manus impositione, * crebra examinatione, baptismum percipiant.

F

LXXXVI Neophyti aliquamdiu a lautioribus epulis, & spectaculis, vel coniugibus abstineant.

De cōs. dist. 5 Neophyti al.

LXXXVII Catholicus, qui causam suam siue iustam, siue iniustam, ad iudicium alterius fidei iudicis prouocat, excommunicetur.

2.q.6. Catho.

De cōs. dist. 1 Qui die solē.

LXXXVIII. Qui die solenni, prætermisso solenni ecclesiæ conuentu, ad spectacula vadit, excommunicetur.

26.q.5. Aug. & i de. Iu. li. 8

LXXXIX Augurijs, vel incantationibus seruientem, a conuentu ecclesiæ separandum. Similiter & superstitionibus Iudaicis, vel ferijs inhærentem.

De cōs. dist. 5 Omni die

XC Omni die exorcistæ energumenis manus imponant.

XCI Pauimenta domorum dei energumeni vertant.

XCII Energumenis, in domo dei assidentibus, victus quotidianus per exorcistas, opportuno tempore ministretur.

Dis. 90. Oblatiões dissidēt.

XCIII Oblationes dissidentium fratrum, neque in sacrario, neque in gazophylacio recipiantur.

Dis. 90. Oblatiões. & ibidē Eorum, q paup.

XCIIII Eorum, qui pauperes opprimunt, dona a sacerdotibus refutanda.

13.q.2. Qui oblatiões de.

XCV Qui oblationes defunctorum aut negant ecclesijs, aut cum difficultate reddūt, tanquam egentium necatores excommunicentur.

Quærendū

A XCVI. Quærendum in iudicio, cuius sit conuersationis & fidei, is, qui accusat & is qui accusatur. — 2.q.7. Quærendū est.

XCVII. * Qui religiosis fœminis præponendus est, ab epo loci probetur. — 18.q.2. Qui. alias, Vir. qui

XCVIII. Laicus, præsentibus clericis, nisi ipsis rogantibus, docere non audeat. — Dis.23. Mulier

XLIX. Mulier, quamuis docta & sancta, viros in conuentu docere non præsumat. — De cōs. dist. 3

C. Mulier baptizare non præsumat. — In dec. Iuo. li. 1

CI. Viduæ adolescētes, quæ corpore debiles sunt, sumptu ecclesiæ, cuius viduæ sunt, sustententur.

CII. Ad reatum episcopi pertinet, vel presbyteri, qui parochiæ præest, si sustentandæ vitæ præsentis causa, adolescentiores viduæ, vel sanctimoniales clericorum familiaritatibus subijciantur. — Distin. 81. Ad reatum.

CIII. Viduæ, quæ stipendio ecclesiæ sustentantur, tam assidue in dei opere esse debent, vt & meritis & orationibus suis ecclesiam adiuuent. — Ibi. Viduę q.

CIIII. Sicut bonum est castitatis præmium, ita & maiori obseruantia & pceptione custodiendum est. Vt si quæ viduæ, quantumlibet adhuc in minoribus annis positæ, & matura ætate, à viro relictæ, se deuouerūt dño, & veste laicali abiecta, sub testimonio epi, & ecclesiæ religioso habitu apparuerint, postea vero ad nuptias seculares transierunt, secundum Apostolum, damnationem habebunt, quoniam fi- B dem castitatis, quam domino vouerunt, irritam facere * ausæ sunt. Tales ergo personæ sine Christianorum communione maneant, quæ etiam nec in conuiuio cum Christianis cōmunicent. Nā si adulteræ coniuges reatu suo sunt viris suis obnoxię, quanto magis viduæ, quæ religiositatem mutauerunt, crimine adulterij notabuntur, si deuotionem, quam deo sponte, non coactæ obtulerunt, libidinosa corruperint voluptate, atq; ad * secundas nuptias transitum fecerunt? Quæ & si, violentia irruente, ab aliquo prærepte fuerint, ac postea delectatione carnis atq; libidinis permanere in coniugio, raptori, vel violento viro consenserint, damnationi superius comprehensæ tenebuntur obnoxiæ. De talibus ait Apostolus: Quum luxuriatæ fuerint, nubere volunt, habentes damnationem, quia primā fidem irritam fecerunt. Aurelius eps Carthagineñ. ecclesiæ subscripsi, Donatianus Talabriceñ. primę sedis subscripsi, Augustinus Hipponæ Regieñ. subscripsi. Similiter omnes epi subscripserunt. — 27.q.1. Sicut. — 1. Timot. 5. b — als, nisæ — ali. seculares — 1. Timo. 5. b

Finit concilium Carthaginense quartum.

Capitulum quod subiungitur, scriptum erat in quodam vetusto codice sancti Bauonis, cui præscriptus fuerat talis titulus, Statuta ecclesiæ antiqua, in quo quidē codi C ce etiam præscripta capitula Carthagineñ. concilij quarti habebantur.

Falsus accusator deprehensus, absq; ecclesia fiat, donec pœnitēdo emendetur.

CONCILIVM TAVRINATEN. SERVATVM TEMPORE SYRITIJ PAPÆ, & sancti Ambrosij Mediolaneñ.

TAurinateñ. ciuitatis mentionem facit Plinius libro tertio, capite quinto, vt videtur, tamen cum aliquo dubio id ponitur ex eo, quod Aqueñ. pro eisdem haberi putetur. Nam dicit vbi supra, Aquenses cognominati Taurini. Item Antoninus in itine. tit. De Italia in Gallias, A Mediolano Arelate per alpes * Pontias &c. Ticinū &c. Taurinis. Item, tit. A Mediolano per alpes Gottias Vienna &c. Inde Durocordorum &c. Inde Gesioraco &c. Ticinum &c. Taurinis. — als, Gottias

Capitula concilij Taurinatis.

D

CONCILIVM TAVRINATENSE.

FRatribus dilectissimis per Gallias, & quinq; prouincias constitutis, sancta synodus, quæ conuenit in vrbe Taurinatum, die. x. Kalendas Octobris. Quum ad postulationem prouinciarum Galliæ sacerdotes conuenissemus ad Taurinatū ciuitatem, atq; in eiusdem vrbis ecclesia, authore domino, vel mediatore sederemus, auditis allegationibus epoꝝ, eorū (videlicet) qui ad iudicium nostrum fuerant congregati, de singulis negotijs hæc sententiæ forma processit, ita vt pacis bonum, & instituta canonum seruarentur, & plurimorum contentionibus adhiberetur vtilis medicina.

E

CAPITVLVM PRIMVM.

Nam quū primo omnium vir sanctus Proculus, Massiliensis eps ciuitatis, se tanq̄ metropolitanum ecclesijs, quæ in secunda prouincia Narbonensi positæ videbātur, diceret præesse debere, atq; per se ordinationes in memorata prouincia summorum fieri sacerdotū, siquidē assereret easdē ecclesias vel suas* fuisse, vel epos a se in eisdē ecclesijs ordinatos, & ediuerso, eiusdē regionis epi sibi aliud defensarent, ac sibi alterius prouinciæ sacerdotē præesse non debere, contenderent, id iudicatum est a sancta synodo, cōtemplatione pacis atq; concordiæ, vt nō tam ciuitati eius, quæ in altera prouincia sita est, cuius magnitudinē penitus nesciremus, quam ipsi potissimū deferretur, vt tanq̄ pater filijs honore primatus assisteret. Dignū eñ visum est, vt quāuis vnitate prouinciæ minime tenerentur, cōstringerētur tamē pietatis affectu. Hæc igitur ipsi tantū in* diebus vitæ eius forma seruabitur, vt in ecclesijs prouinciæ secundæ Narbonensis, quas vel suas parochias, vel suos discipulos fuisse constiterit ordinatos, primatus habeat dignitatē. Illud quoq; a partibus sit obseruandum, quod licet ex superfluo, nō tamen inutiliter cōmonetur, vt ipse Proculus, tanq̄ pius pater, consacerdotes suos honoret vt filios, & memoratæ prouinciæ sacerdotes, tanq̄ boni filij, eundem habeant vt parentē, & inuicē sibi exhibeant charitatis affectū, impleto hoc quod ait beatus Apostolus: Honore mutuo p̄uenientes, nō alta sapientes, sed humilibus consentientes. Illud deinde inter epos vrbiū Arelatensis & Viennensis, qui de primatus apud nos honore certabāt, a sancta synodo definitū est, vt qui ex eis comprobauerit suā ciuitatē esse metropolim, is totius prouinciæ honorē primatus obtineat, & ipse, iuxta p̄ceptū, canonū ordinationū habeat potestatē. Certe, ad pacis vinculum cōseruandū, hoc cōcilio vtiliori decretū est, vt si placet memorataꝝ vrbium epis, vnaquæq; de his, viciniores sibi inter prouincias vendicet ciuitates, atq; eas ecclesias visitet, quas oppidis suis proximas magis esse cōstiterit, ita vt memores vnanimitatis atq; cōcordiæ nō alter alteꝝ sibi longius vsurpādo, q̄d est alij propius, inquietet.

als, parochias fuisse

F

als, vita eiusdem

Rom. 12. c. d

II. Gestoꝝ quoq; seriem conscribi placuit ad perpetem disciplinam, quæ circa Octauium, Vrsionem, Remigium, & Triferium epos sancta synodus decreuit,* qui in vsurpatione quadā de ordinatione sacerdotum ad inuidiam vocabantur, quod eis eatenus idcirco videtur indultum, vt de cætero, hac authoritate cōmoniti, nihil tale vsurpare conentur, siquidē ea se ab hac causa excusatione defenderint, qua dicerent prius se non esse cōuentos. Proinde iudicauit synodus, vt si quis ex hoc fecerit cōtra

als, q in vsurpationis quadam deordinationē

statuta

A statuta maiorum, sciat is, qui ordinatus fuerit, sacerdotij se honore priuandū, ille vero, qui ordinauerit, authoritatem se in ordinationibus, vel in concilijs minime retenturum. Non solum autem circa memoratos epos hæc sententia præualebit, sed & circa omnes, qui simili errore decepti, ordinationes huiusmodi perpetrarunt.

III. De Palladio aūt laico, qui Spano presbytero non leue crimen intenderat, inter quos eps Triferius, eiusdem criminis causas se cognouisse testatus est, id concilij decreuit authoritas, vt idem Palladius in eadem sententia maneret, qua, cognitionis tempore, a Triferio fuerat sacerdote mulctatus, hoc ei humanitate reseruato concilij, vt ipse Triferius in potestate habeat, quando voluerit ei relaxare.

IIII. Statuit quoq; de Exuperātio presbytero sancta synodus, qui iniuriam sancti epi sui Triferij grauia & multa cōgesserat, & frequētibus eū contumelijs prouocauerat, ita vt nōnulla fecerit cōtra ecclesiasticam disciplinā, propter quā causam ab eo fuerat dominica cōmunione priuat⁹, vt in eius sit arbitrio restitutio ipsius, in cuius potestate eius fuit abiectio, hoc est, vt quando vel idem Exuperātius satis fecerit, vel epo Triferio visum fuerit, tunc gratiam communionis accipiat.

V. Illud decreuit præterea sancta synodus, vt (quoniam legatos episcopi Galliarum, qui Felici non communicant, destinarunt) si quis ab eius communione se voluerit sequestrare, in nostræ sanctæ pacis consortium suscipiatur, iuxta literas venerabilis memoriæ Ambrosij episcoi, vel Romanæ ecclesiæ sacerdotis dudum latas, quę in concilio, legatis præsentibus, recitatæ sunt.

B

VI. Nec illud ꝑtermittendum fuit, quod synodi sententia definitum est, vt clericum alterius, secundū statuta canonū, nemo suscipiat, neq; suæ ecclesiæ in alio gradu audeat ordinare, neq; abiectū recipiat in communionem.

In Carth. q̄dā ca.21. In Carthа.iij. ca.44 In Carthag.ij ca.7

VII. Hi autem, qui contra interdictum sunt ordinati, vel in ministerio genuerunt filios, ne ad maiores gradus ordinum permittantur, synodi decreuit authoritas. Incolumes vos dominus noster æuo longissimo conseruare dignetur, domini fratres dilectissimi.

Explicit concilium Taurinatē.

Finis decretorum Syritij papæ.

C

DECRETA ANASTASII PAPAE.

Ex libro pontificali.

ANastasius natione Romanus, ex patre Maximo, sedit annos tres, dies decē. Hic constituit, vt quotiescunq; sancta euangelia recitarētur, sacerdotes nō sederent, sed curui starent. Hic fecit constitutū de ecclesia. Hic fecit basilicam, quæ dicitur Crescentiana, in regione secunda in via Mamurtina in vrbe Roma. Et hoc constituit, nulla ratione transmarinum hominem in clericatus honorem suscipi, nisi quinq; episcoporum designaret chirographus, quia & eodem tēpore Manichæi inuenti sunt in vrbe Roma. Hic fecit ordinationes duas in vrbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros octo, diacones quinq;, epos per diuersa loca decem. Qui etiam sepultus est in cœmiterio suo ad vrsum pileatum. v. Kalend. Maij. Et cessauit episcopatus dies. xxi. Hæc ille. Porro Marianus Scotus sub anno tertio imperij Archadij filij Theodosij cum fratre Honorio, ad veritatem euangelij. cccc. xviij. secundum Dionysij cyclum. ccc. xcvi. consulibus Honorio & Euthyciano. Anastasius (ait) papa. xxxviij. sedit annis quinq;. Sed & idē Marianus anno dicti Imperatoris imperij. vij. ad veritatem euangelij. cccc. xxiiij. & iuxta Dionysij cyclum. cccci. Theodosio augusto & Rumorido consulibus, excessum dicti

papæ conſcribit, dicens: Anaſtaſius papa obijt. v. Kalendas Maij. Hæc ille. Addit autem Marianus Anaſtaſio annos duos, quos Innocentio detrahit. D

Tituli canonum ſequentis decretalis epiſtolæ.

EPISTOLA DECRETALIS ANASTASII papæ prima, ad omnes Germaniæ ac Burgundiæ epos.

ANaſtaſius epiſcopus, cunctis Germanicis & Burgundiæ regionis epiſcopis in domino ſalutẽ. Exigit dilectio veſtra, chariſſimi, vt ex authoritate ſedis apoſtolicæ veſtris deberemus reſpodere conſultis. Et quamuis non prolixe, ſed ſuccincte hoc agere, propter quaſdam alias occupationes feſtinaremus, denuo tamen, ſi neceſſe fuerit, ob has, vel alias neceſſitates quaſi ad caput, mittere charitatiue non dubitetis, quia veſtras preces, & nunc & tunc acceptas habemus. E

CAPITVLVM PRIMVM.

Significaſtis eñ, quoſdam ſacerdotes in eccleſia, quando leguntur euãgelia, ſedere, & dñi ſaluatoris verba non ſtantes, ſed ſedentes audire, & hoc ex maiorum traditione ſe accepiſſe narrant, quod vt nullatenus deinceps fieri ſinatis, apoſtolica authoritate mandamus. Sed dum ſancta euangelia in eccleſia recitantur, ſacerdotes, & cæteri omnes præſentes, non ſedentes, ſed venerabiliter curui, in conſpectu ſancti euangelij ſtantes dominica verba intente audiant, & fideliter adorent.

De cõſ. diſt. 1. Apſ'ica auth.

II. Similiter, & tranſmarinos homines, de quibus nos conſuluiſtis, in clericatus honore nolite ſuſcipere, niſi quinq; aut eo amplius epiſcoporum chirographis ſint deſignati, quia multa per ſubreptionem ſolẽt euenire. Ideo & hæc ſummopere ſunt cauenda.

Diſt. 98. Trãſmarinos. Et in de. Iuo. li. 3

III. Manichæos vero, quos in vrbe Roma inuenimus, & ſequaces eorum nolite recipere, neq; eis cõmunicare, aut vllam cum eis participationem habere, priuſq̃ ad rectam conuertantur fidem, ne eorum male pullulantia ſemina, quæ a nobis in vrbe extinguũtur, peſſimis vobiſcum radicibus ſeminentur vel germinent. Plurimos vero eorum, & ſuæ ſequaces impietatis, atq; illorum doctores inueſtigatio noſtra reperit, vigilantia diuulgauit, authoritas & cenſura coercuit. Quos potuimus emẽdare, correximus. Et vt damnarent Manichæum cũ prædicatione & diſciplinis ſuis, publica in eccleſia profeſſione, & manus ſuæ ſubſcriptione cõpulimus, & ita de voragine impietatis ſuæ confeſſos, pœnitentiam concedendo, leuauimus. Aliquanti vero, qui ita ſe demerſerunt, vt * nullũ his auxiliantis remedium poſſet ſubuenire, ſubditi legibus, ſecundum Chriſtianorum principum conſtituta, ne ſanctũ gregem ſua contagione pollucrent, per publicos iudices perpetuo ſunt exilio relegati, & omnia, quæ tam in ſcriptis, q̃ in occultis traditionibus ſuis habent prophana vel turpia, vt noſſet populus, quid fugeret, aut vitaret, oculis Chriſtianæ plebis certa manifeſtatione *probauimus, adeo, vt ipſe, qui eorum dicebatur epiſcopus, à nobis tentus, proderet flagitioſa in ſuis * myſterijs, quæ teneret, ſicut geſtorum vos ſeries poterit edocere. Ad inſtructionem eñ veſtram etiam ipſa direximus, quibus lectis, omnia, quæ a nobis deprehenſa ſunt, noſſe poteritis. Et quia aliquantos de his, quos, ne abſoluerentur, * arctior reatus inuoluerat, cognouimus aufugiſſe, hanc ad dilectionem veſtram epiſtolã miſimus, vt effecta certior ſanctitas veſtra, ſolicitius agere dignetur & cautius, necubi Manichææ peruerſitatis homines, plebes veſtras facultatem lædendi, & huius ſacrilegij F

aſs, nullo his auxiliantis remedio poſſet ſubueniri

aſs, propalauimus

aſs, myſticis

aſs, atrocior

A crilegij possint inuenire doctores. Aliter enim nobis commissos regere non possu-mus, nisi hos, qui sunt* peruersi doctores, & perditi, zelo fidei dominicæ persequa-mur, & a sanis mentibus (ne pestis hæc latius diuulgetur) seueritate, qua possumus, abscindamus. Vnde hortor dilectionem vestram, obtestor & moneo, vt, qua debe-tis & potestis, solicitudine vigiletis ad inuestigandos eos, necubi occultandi se repe-riant facultatem. Hi, fratres, valde cauendi sunt, ne dominicum gregem peruersita-tibus, quibus possunt, contaminare valeant. Sunt ergo quidam eorum veste sua oues significantes, interius vero lupi rapaces existunt, quos (iuxta veritatis vocem) ex fru-ctibus eorum debemus agnoscere. Quando autem cœperint assumere impietatem, illud, quod occultabatur in illis, aperitur, & dolus omnis fit omnibus manifestus. In-ueniuntur quoq; infirmæ fidei homines, & qui diuinas lectiones sitiunt, secum eos in perditionem pcipitant. Dissipant em, & vituperant patrũ disciplinas, & relinquũt sanctas scripturas ad suã perditionem. Quos (vt pdictum est) debemus præuidere, & ab his multum cauere, ne in malitia sui aliqui occupati concidant de sua firmitate. Sa-luto itaq; vos, fratres, & omnes, quæ vobiscum bene sentiunt, ecclesias. Nos quoq;, vt modo facitis, & alloquamini, peto, crebrius literis, & frequentius de fide, & bona intentione vestra, atq; sospitate lætificate, vt & gaudium commune habeamus, & do-mino pari voto fideliter seruiamus. Data Nonas Octobris, Arcadio & Bautone vi-B ris clarissimis consulibus.

alias, proditores, vel, perditores

Matth. 7. c

¶ Aduertendum, q præsentes consules Marianus Scotus designat nõ sub Anastasio, sed sub Syritio consulatus gessisse officium.

EPISTOLA SECVNDA EIVSDEM PA-pæ, Neriano nobilissimo viro directa.

Dilectissimo fratri Neriano Anastasius. Multa mihi in om-nibus fidei & bonitatis tuę literis causa gaudij est, quod tantũ studiũ circa religionis cultũ exhibes, & dñi sacerdotes tuis in partibus adiuuare studes. Vnde & deo gratias ago, qui te ad hoc instigat, & vt perseuerabilem in bonis operibus te faciat, exoro. Vos tñ & in prosperis, & in aduersis deũ laudare ma-gnifice oportet, eiusq; sub potenti humiliari manu, vt in tẽpo re vos tribulationis (iuxta beatũ Petrũ aplm) cõfortet, & exal tet. Fraternitatis ergo vestræ afflictio, quã de amissione parẽ tũ vestrorũ vos habuisse audiuimus, tantã nobis causam mœroris iniecit, vt quia nos C de duobus charitas vnũ fecit, cor nostrũ in vestris specialiter vri tribulationibus sen-tiremus. Sed in hoc dolore multũ me cõsolata est sanctitatis tuæ ad animũ res dedu cta,* quia & patienter ferre tristitiã decet, & de morte plebis tuæ vlterius longã non habere mœstitiã. Ne tñ aliqua adhuc tribulatio in vestra mẽte resideat, hortor,* qui-escere a dolore, quia indecẽs est, de illis tædio affectionis addici, quos credendũ est ad verã moriendo vitã peruenire. Habẽt forsitan illi iustã longi doloris excusationẽ, qui vitã alterã nesciunt, qui de hoc seculo ad melius esse transitũ, nõ confidunt. Nos aũt qui nouimus, q hoc credimus, & docemus, cõtristari nimiũ de obeuntibus nõ de bemus, ne qd apud alios pietatis tenet speciẽ, hoc nobis magis in culpa fit. Nã diffidẽ tiæ quodãmodo genus est, cõtra qd quisq; pdicator quærit, iustitiã amãs, dicẽte apo stolo: Nolumus aũt vos ignorare de dormientibus, vt nõ cõtristemini, sicut & cæte ri, qui spem nõ habẽt. Hac itaq;, frater charissime, ratione* perspecta, studendũ no-bis est, ne (sicut diximus) de mortuis affligamur, sed affectũ viuentibus impẽdamus, quibus & pietas ad vtilitatẽ, & sit ad fructũ dilectio. *Depone ergo, charissime, mœ rorẽ, & assume spũalem fructũ lætitiæ ad vtilitatẽ sanctæ dei ecclesiæ, seruorũq; eius profectũ, & vitæ huius quæcunq; sunt spatia, æternis, diuinisq; officijs illustrare con tende, vt qui insignem te pstitit, reddat sibi per secula clariorẽ. Data. vij. Idus Iunij, Theodosio augusto. vij. & Palladio viris clariss. conss.

1. Petri. 5. b

alias, qua

alias, quiesce

13. q. 2. Habẽt forsitan.

1. Thess. 4. c

alias, prospecta

alias, Desine igitur charissime a mœrore,

¶Circa has duas posteriores Anastasij papæ epistolas non incongrue de eis aliquantulũ profundior seu diligentior inquisitio fit pro veritate habenda, maxime quod illarum datæ ex recensitis consulibus, non gerentibus (vt videt) tẽpore Anastasij consulatus officium, suspectæ redduntur. In prima nempe epistola, quæ ad Germaniæ & Burgundiæ epos intitulatur, legitur data, Archadio & Bautone viris clariss. conss. quorum tamen consulatus, secundũ Cassiodorum, Prosperum, & Gregoriũ Haloandrum, fuit circa annum dñi. CCC.LXXXVII. circa quem annum Theodosius senior, Gratiano occiso, & Valentiniano eiecto, secundũ aliquos solus imperat, tempore (vt conijcitur) Syritij papæ, imo circa initium papatus illius, qui etiam. xv. annis sedisse scribitur. Vnde difficile est intelligere, quomodo consules isti attigisse inueniantur tẽpora Anastasij papæ. Præterea, eiusdẽ Anastasij papæ epistola scripta ad Nerianũ quendã nobilissimũ (vt scribit in titulo) virũ, præfert datã Theodosij augusti. vij. & Palladij consulis, quorum & vnius imperij, & alterius consulatus annus, secundũ tres pscriptos cõsulum designatores scribitur cucurrisse circa annum dñi. CCCCXIX. circa (videlicet) finem seu terminũ papatus Innocentij primi, qui similiter ceu Syritius annis. xv. assignatur præfuisse. Cum ergo sit distantia annorum præscriptorum vsque ad tricenarium, quem numerum in papatu a Petro vsque nunc nemo compleuit, nec attigit summorum pontificum, veritas datarum suspecta quo ad authorem redditur, nisi forte prioris epistolæ scriptor dicatur Syritius, & posterioris Innocentius, commisso errore per scriptores, aut certe erratum in consulibus sit, vel in his locis, siue epistolis, vel etiam in catalogo consulum. Sed & Marianus Scotus, Archadium & Bautonem scribit consulatus officium gessisse anno secundum vnam descriptionem. CCC.LXXXIII. vel secundum aliam. CCCCV. Theodosium autem. vij. & Palladium, anno, secundum vnam descriptionem. CCCCXV. secundum aliam vero. CCCCXXXVII. quo etiam anno scribit idem Innocentium mortuum, & Zozimum papatum sumpsisse. Ex quibus errorem commissum, non absurde, sed iustissima certe ratione perpendi potest.

CONCILIVM CARTHAGINENSE QVINTVM, CIRca tempora Anastasij papæ.

¶Tituli canonum concilij quinti Carthagineñ.

Finiunt capitula.

Conciliũ

A

CONCILIVM QVINTVM CARTHAGINENSE, HABITVM AB EPISCOPIS SEPTVAGINTA TRIBVS, ERA. CCCC. XXXVIII.

POST CONSVLATVM PLACVIT, vt die sexta Kalendas Iunij Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ subter inserta statuerentur. Cum Aurelius episcopus vna cum episcopis suis consedisset, astantibus diaconibus constituta sunt hæc, quæ in sequente concilio definita sunt.

Capitulum primum.

IN principio statuendum est, vt qui forte in ecclesia quamlibet causam, iure apostolico ecclesijs imposito, agere voluerit, & fortasse * discissio clericorum vni parti displicuerit, non liceat clericum, in iudicium ad testimonium deuocari eum, qui cognitor, vel præsens fuit, & nulla, ad testimonium dicendum, ecclesiastici cuiuslibet persona pulsetur.

B

2.q.6.Statutũ est, vt q in. alias, decisio.

II Et illud statuendum, vt si quis cuiuslibet honoris clericus, iudicio episcoporum pro quocunque crimine fuerit damnatus, non liceat eum, siue ab ecclesijs, quibus præfuit, siue a quolibet homine defensari, interposita pœna damni, pecuniæ, atque honoris, quo nec ætatem, nec sexum excusandum esse, præcipimus.

21.q.5. Si qs cuiuslibet ho.

III Præterea, cum de quorundam clericorum, quamuis erga vxores proprias, incontinentia referretur, placuit episcopos, & presbyteros, & diaconos secundum * propria statuta etiam ab vxoribus continere. Quod nisi fecerint, ab ecclesiastico remoueantur officio. Cæteros autem clericos ad hoc non cogi, sed secundum vniuscuiusque ecclesiæ consuetudinem obseruari debere.

Dis.84.Cum de qrundam. Disti.32.Placuit ep.pr.di. alias, priora vel priorũ,

IIII Placuit etiam, vt rem ecclesiæ nemo vendat. Quod si aliqua (alias redditus non habet, & aliqua nimia) necessitas cogit, hanc insinuandam esse primati prouinciæ ipsius, vt cum statuto numero episcoporum, vtrum faciendum sit arbitretur. Quod si tanta vrget necessitas ecclesiæ, vt non possit ante primatem consulere, saltem * post factum curiositatem habeat, & vicinis episcopis hoc ante indicare, & ad concilium referre eas suæ ecclesiæ necessitates. Quod si non fecerit, reus * concilij venditor teneatur.

17.q.4.Nullus res ecclesiæ

C

als, vicinos testes conuocet epos curans. al, deo, & concilio vẽditor.

V Placuit, vt nemini sit facultas, relicta principali cathedra, ad aliquam ecclesiam, in diocœsi constitutam, se conferre, vel in re propria diutius, quàm oportet, constitutum, curam, vel frequentationem propriæ cathedræ negligere.

7.q.1.Placuit vt nemini

VI Placuit de infantibus, quotiens non inueniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine dubitatione testentur, neque ipsi sunt per ætatem idonei, de traditis sibi sacramentis respondere, absque vllo scrupulo eos esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione priuari. Hinc enim legati Maurorum fratres nostri consuluerunt, qa multos tales a Barbaris redimunt. Similiter & de ecclesijs (quotiens super earum consecratione hæsitatur) agendum est, id est, vt sine vlla trepidatione consecrentur.

De cõs.dis.4. Placuit de infantibus & in de. Iuo. lib.1.

VII Placuit, vt dies venerabilis paschæ formatarum subscriptione omnibus intimetur, dies vero concilij vndecimo Kalendas Nouembris seruetur, & scribendum ad singularum quarumque prouinciarum primates, vt quando apud se concilium congregant, istum diem non impediant.

De cõs.dist.3 Placuit vt dies venerabil.

7.q.1.Cōstitutū est vt nulli

VIII Item, constitutū est, vt nulli intercessori licitum sit cathedram, cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studijs, vel seditionibus retinere, sed dare operam, vt intra annum eisdem episcopum prouideat. Quod si neglexerit, anno exempto, interuentor alius tribuatur.

D

23 q.3.ab Imperatoribus vniuersis

IX Ab Imperatoribus vniuersis visum est postulandum, propter afflictionem pauperum, quorum molestijs sine intermissione fatigatur ecclesia, vt defensores eis, aduersus potentias diuitum cum episcoporum prouisione delegentur.

Dist.18.Placuit vt qtiescūq;

X Item placuit, vt quotienscunque congregandum est concilium, episcopi, qui neque ætate, neque ægritudine, neque alia grauiori necessitate impediuntur, competenter occurrant, primatibusque suarum quarumcunque prouinciarum intimetur, vt de vniuersis episcopis, vel duæ, vel tres fiant turmæ, ac de singulis turmis vicissim, quotquot electi fuerint, ad diem concilij instantissime occurrant. Quod si non potuerint occurrere, excusationes suas in tractatoria subscribant, vel si post aduentum tractatoriæ aliquæ necessitates repente forsitan ortæ fuerint, (nisi rationem impedimenti sui apud suum primatem reddiderint) * ab ecclesiæ communione debere esse contemptos.

als, ecclīę suę cōione debere eē cōtētos.

E

Dist.50. Confirmādum est

XI Item confirmatum est, vt si qn̄ presbyteri, vel diaconi, in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint, qua eos a ministerio necesse fuerit remoueri, non eis manus, tanquam pœnitentibus, vel tanquam fidelibus laicis imponatur, neq; vnquam permittendum, vt rebaptizati, ad clericatus gradum promoueantur.

11.q.3. Rursus cōstitutū est.

XII Rursus constitutum est, vt quotiens clericis conuictis, & confessis in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel propter ecclesiæ opprobrium, aut insolentem insultationem hæreticorum, atque gentilium, si forte causæ suæ adesse voluerint, & innocentiam suam asserere, intra annum excommunicationis hoc faciant. Si vero intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox postea penitus audiatur.

Dist 58.Si qs de alterius

XIII Item placuit, vt si quis, de alterius monasterio repertum, vel ad clericatū promouere voluerit, vel in suo monasterio maiorem monasterij constituere, episcopus, qui hoc fecerit, a cæterorum communione seiunctus, suæ tantum plebis communione contentus sit, & ille neque clericus, neque præpositus perseueret.

De cōse d.1. Placuit, vt altaria, quæ. Et in de. Iuo. li. 2

XIIII Item placuit, vt altaria, quæ passim per agros, aut vias, tanquam memoriæ martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus, aut reliquiæ martyrum conditæ probantur, ab episcopis, qui eisdem locis præsunt (si fieri potest) euertantur. Si autem hoc propter tumultus populares non finitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent, vt qui recte sapiunt, nulla ibi superstitione deuincti teneantur. Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, nisi aut ibi corpus, aut aliquæ certæ reliquiæ sint, aut vbi origo alicuius habitationis, vel possessionis, vel passionis fidelissima origine traditur. Nam quæ per somnia, & per inanes quasi reuelationes quorumlibet hominum vbique constituuntur altaria, omnimode reprobentur.

F

XV Item placuit, ab Imperatoribus gloriosissimis peti, vt reliquiæ, non solum in simulachris, sed in quibuscunque locis, vel lucis, vel arboribus omnimodo deleantur. Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginis, supra comprehensis in nostro concilio statutis, subscripsi. Similiter septuagintaduo episcopi subscripserunt.

¶FINIT CONCILIVM CARTHAGINENSE quintum.

A

CONCILIVM TOLETANVM PRIMVM SVB ANASTAsio papa, vel circa illius tempora seruatum.

Ipsius Toletanæ ciuitatis meminit Ptolomæus libro secundo, capite sexto, Tit. Tarraconeñ. situs, vbi dicit. Iterum Australiores Vacceis, & Arenacibus sunt Carpetani, quorum ciuitates Ilurbida &c. Toletum, Complutum. Et Plinius libro tertio, capite tertio, tit. Hispania citerior, vbi dicit: Caputq; Celtiberiæ Segobrigenses, Carpetani, & Toletani, Tago flumini impositi. Atq; Antoñ. in itiñ. tit. Alio itinere ab Emerita Cæsaraugustam &c. Augustobricam, Toletum, Titulatiam. Et iterum, tit. Iter a Limio Toletum &c. Strabo autem & si Celtiberios Vacceos Carpetanos scribat simul & Tagum fluuium, multaq; de his magnifica prosequatur, transit tamen sub silentio Toletum.

¶TITVLI CANONVM CONCILII TOLEtani primi.

CONCILIVM TOLETANVM PRIMVM XIX. EPISCOPORVM, TEMPOre Honorij & Archadij, Stilicone consule habitum, Patrono episcopo præsidente sub die septimo Idus Septembris.

Stiliconis cōsulis, tacito nomine collegę sui Aureliani, meminit Marianus Scotus sub anno ad veritatē euangelij. cccc. xx. secundum vero Dionysii cyclum. ccc. xcviij. Verum in Catalogo consulum Prosperi Aquitanici fit illius mentio, anno. cccc. ij. Et similiter in Gregorio Haloandro.

Conuenien

als, Luciano, alias, Asturio

als, De Gallitia Lucēsis vrbis couētu & municipij celenis oēs decē & nouem, isti sunt

CONVENIENTIBVS EPISCOPIS IN Ecclesia Toleto, id est, Patrono, Marcello, *Aliciano, Afrodisio, Iocundo, Olympio, Seuero, * Asterio, Hilario, Lampadio, Eustochio, Exuperantio, Sereno, Floro, Leporio, Aureliano, Lampadio, Leona, * Gallia Lucentio. His conuentus municipijs celenis actus est. Isti sunt qui & in alijs gestis aduersus Priscilliani sectatores, & hæresim, quam astruxerat, libellarem dedere sententiam. Confidentibus presbyteris, astantibus diaconibus, & cæteris, qui intererant concilio, congregato, Patronus episcopus dixit: Quoniam singuli cœpimus in ecclesiis nostris facere diuersa, & inde tanta scandala sunt, quæ vsque ad schisma perueniunt, si placet, communi concilio decernamus, quid ab omnibus episcopis, in ordinandis clericis, sit sequendum. Mihi autem placet, constituta primitus Nicæni concilij perpetuo esse seruandā, nec ab his esse recedendum. Vniuersi episcopi dixerunt: Hoc nobis placet, ita vt si quis, cognitis gestis Nicæni concilij, aliud q̄ statutum est, facere presumpserit, & non in eo perseuerandum putauerit, hic excommunicatus habeatur, nisi per correptionem fratrum emendauerit errorem.

D E

Capitulum Primum.

Inde, Iuo. li. 3

als, Lusitanos

als, p̄sbyterio ad ep̄atum.

Dis. 50. Plac, & i. de. Iuo. li. 3

als, epistolam

alias, Eum

alias, cilicio

¶ Placuit, vt diacones, si vel integri, vel casti sint, & continentis vitæ, etiam si vxores habeant, in ministerio constituantur, ita tamen, vt si qui, etiam ante interdictum, quod per * priores ante nos episcopos constitutum est, incontinenter cum vxoribus vixerint presbyterij honore non cumulentur. Si quis vero ex presbyteris ante interdictum filios suos susceperit, de *presbytero ad episcopum non admittatur.

II Item placuit, vt pœnitentes non admittantur ad clerum, nisi tantum (si necessitas, aut vsus exegerit) & tunc inter ostiarios deputentur, vel inter lectores, ita vt euangelia, aut * apostolum non legant. Si qui autem ante ordinati sunt diacones, inter subdiacones habeantur, ita vt manum non imponant, nec sacra contingant.* Ex eo vero pœnitentem dicimus, qui post baptismum, aut pro homicidio, aut pro diuersis criminibus grauissimisq́ peccatis, publicam pœnitentiam gerens, sub * concilio diuino fuerit reconciliatus altario.

III Item constituit sancta synodus, vt lector fidelis, si viduam alterius vxorem acceperit, amplius nihil sit, sed semper lector habeatur, aut forte subdiaconus.

F

als, epistolam

IIII Subdiaconus autem, defuncta vxore, si vxorem aliam duxerit, ab officio, in quo ordinatus fuerat, remoueatur, & habeatur inter ostiarios, vel lectores, ita vt euangelium, & * apostolum non legat, propterea, ne qui ecclesiæ seruierit, publicis officijs seruire videatur. Qui vero tertiam (quod nec dicendum est) acceperit, abstentus biennio, postea inter laicos, reconciliatus per pœnitentiam, communicet.

V Pbr̄, vel diaconus, vel subdiaconus, vel qlibet ecclesiæ deputatus clericus, si intra ciuitatem fuerit, vel in loco, in quo ecclesia est, aut castella, aut vici sunt, aut villæ, si ad ecclesiam, aut ad sacrificium quotidianum non venerit, clericus non habeatur si castigatus per satisfactionem, veniam ab episcopo noluit promereri.

VI Itemque puella dei nec familiaritatem habeat cum confessore, aut cum quolibet laico sanguinis alieni, aut conuiuium sola adeat, nisi vbi sit seniorum, aut honestorum, aut viduarum, honestarumq́ frequentia, vbi honeste confessor quilibet, cum plurimorum testimonio testium, conuiuio interesse possit. Cum lectoribus autem in ipsorum domibus non admittendas penitus, nec videndas, nisi forte consanguinea soror sit, vel vterina.

33. q 2. Placuit, vt si quorumcunq́.

VII Placuit, vt si quorumcunque clericorum vxores peccauerint, (ne forte licentiam peccandi plus habeant) accipiant mariti earum hanc potestatem, præter necem custodiendi, ligandi in domo sua ad ieiunia salutaria, non mortifera, eas cogentes, ita vt inuicem sibi clerici pauperes auxilium ferant, si seruitia forte non habeant. Cum vxoribus autem ipsis, quæ peccauerint, nec cibos sumant, nisi forte ad timorem dei, acta pœnitentia, reuertantur.

VIII. Siqs

A VIII Si quis post baptismum militauerit, & chlamydem sumpserit, aut cingulum ad necandos fideles, etiam si grauia non admiserit, si ad clerum admissus fuerit, diaconij non accipiat dignitatem.

Dist.51. Si qs p9 baptismũ.

IX Nulla professa, vel vidua, absente episcopo, vel presbytero, in domo sua antiphonas cum confessore, vel seruo suo faciat. Lucernarium vero nisi in ecclesia nõ legatur, aut si legat in villa, praesente episcopo, vel presbytero, vel diacono legatur.

X Clericos siquidem obligati sint vel pro aequatione, vel de genere alicuius domus, non ordinandos, nisi probatae vitae fuerint, & patroni consensus accesserit.

XI Si quis de potentibus clericum, aut quemlibet pauperem, aut religiosum expoliauerit, & mandauerit, eum ad se venire, episcopus, vt audiatur, & is contempserit, inuicem mox scripta percurrant per omnes prouinciae episcopos, & quoscunque adire potuerint, vt excommunicatus habeatur ipse, donec obediat, & reddat aliena.

24.q.3. Si qs de potentib9.

XII Item, vt liberum nulli clerico sit discedere ab episcopo suo, & alteri episcopo communicare, nisi forte ei, quem episcopus alius libenter habeat de haereticorum schismate discedentem, & ad fidem catholicam reuertentem. Si qui autem de catholicis discesserint, & in communione eorum, vel palam, vel occulte cum eis, (qui B vel excommunicati sunt, vel per sententiam iam notati) fuerint inuenti, habeant illorum, ad quos ire voluerint, etiam in damnatione consortium.

XIII De his, qui intrant in ecclesiã, & deprehenduntur, nunquam communicare, admoneantur. Quod si non communicant, ad poenitentiam accedant. Si communicant, non semper abstineantur, Si non fecerint, abstineantur.

De cõse dis.2 Hi qui intrãt

XIIII Si quis autem, acceptam a sacerdote, eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus propellatur.

XV Si quis laicus abstinetur ad hunc, vel ad domum eius, vel clericorum, vel religiosorum nullus accedat. Similiter & clericus, si abstinetur, a clericis deuitetur. Si quis cum illo colloqui, aut conuiuari, fuerit deprehensus, etiam ipse abstineatur. Sed hoc pertineat ad eos clericos, qui eius sunt episcopi, & ad omes, qui commoniti fuerint de eo, qui abstinetur, siue laico quolibet, siue clerico.

11.q.3. Si qs laicus abstinẽt.

XVI Deuotam peccantem, non recipiendam in ecclesiam, nisi peccare desierit, & si desinens, egerit * aptam poenitentiam decem annis, recipiat communionem. Priusquam autem in ecclesiam admittatur ad orationem, ad nullius conuiuium Christianae mulieris accedat. Quod si admissa fuerit, etiam haec, quae eam receperit, C habeatur abstenta. Corruptorem etiam par poena constringat. Quae autem maritum acceperit, non admittatur ad poenitentiam, nisi adhuc ipso viuente merito, caste viuere coeperit, aut postquam ipse decesserit.

27.q.1. Deuotã peccãtẽ nõ alias, veram.

XVII Si quis habens vxorem * fidelis, si concubinam habeat, non communicet. Caeterum is, qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet, a communione non repellatur, * tamen, vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinae (vt ei placuerit) sit coniunctione contentus. Alias vero viuens abijciatur, donec desinat, & ad poenitentiam reuertatur.

Disti.34. Is qui. & in decretis suo. lib.6 als, fidelẽ, & alias, tantum

XVIII. Si qua vidua episcopi, aut presbyteri, aut diaconi maritum acceperit, nullus clericus, nulla religiosa cum ea conuiuium sumat, nunquam communicet, moriẽti tantum ei sacramentum subueniat.

XIX Episcopi, siue presbyteri, siue diaconi filia, si deuota fuerit, & peccauerit, & maritum duxerit, si eam pater, vel mater in affectum receperint, a communione habeantur alieni, pater vero causas in concilio nouerit se praestaturum. Mulier autem non admittatur ad communionem, nisi marito defuncto, egerit poenitentiam. Si autem (viuente eo) secesserit, & poenituerit, * nullo modo, nisi vitae deficiens, accipiat communionem.

als, vel petierit cõione, in vltimo.

XX Quamuis pene vbiq; custodiatur, vt absque epõ chrysma nemo conficiat, tamen quia in aliquibus locis, vel prouincijs presbyteri dicuntur chrysma conficere, placuit, ex hac die nullum alium, nisi episcopum, chrysma conficere, & per dioecesim

destina

alias, vt confestim
alias, possit occurrere

D

destinare, ita, vt de singulis ecclesiis ad episcopum ante diem paschæ diaconi destinentur, aut subdiaconi, * qui confectum chrysma ab episcopo destinatum, ad diem pasche,* possint ad tempus deferre. Episcopo sane, certum est, quod omni tempore licet chrysma conficere. Sine conscientia autem episcopi nihil penitus presbyteri agere præsumant. Statutum vero est, diaconum non chrysmare, sed presbyterum, absente episcopo, præsente vero non, nisi ab ipso fuerit præceptum. Huiusmodi constitutionem meminerit semper archidiaconus vel præsentibus, vel absentibus episcopis suggerendam, vt eam & episcopi custodiant, & presbyteri non relinquant.

alias Lucian9
alias, Asturi9

Patronus epus subscripsi.	Marcellus epus subscripsi.	Afrodisius eps subscripsi.
*Alicianus epus subscripsi	Olympius epus subscripsi.	*Asterius epus subscripsi.
Lampadius epus subscripsi	Serenus epus subscripsi.	Iocundus epus subscripsi.
Seuerus epus subscripsi.	Leonas epus subscripsi.	Hilarius epus subscripsi.
Florus episcopus subscripsi.	Leporius epus subscripsi.	Exuperātius eps subscripsi
Aurelianus eps subscripsi	Eustochius epus subscripsi	Lampadius eps subscripsi
Ortigius episcopus subscripsi.		

E

Circa hoc capitulum vigesimumprimū paulisper pertractandum condecens admodum putatur, quod ipsum militare videtur, contra hoc concililium Toletanum primum scribitur aut certe iudicatur ex ipsius titulo, quod circa finem papatus Syritij, aut circa initium papæ Anastasii seruatum sit, ac celebratum. Scribitur nempe in titulo sic: Incipit concilium primum Toletanum octodecim episcoporum, tempore Honorij & Archadij, Stilicone consule. In titulo vero præsentis vicesimiprimi capituli dicitur. Regula fidei contra omnes hæreses, quam contra Priscillianistas episcopi &c. fecerunt ex præcepto Leonis papæ, & ad Baleonium episcopum Galliciæ transmiserunt. Hæc ibi. Secundum quippe descriptionem consulum per Cassiodorum, Gregorium Haloandrum, Prosperum Aquitanicum, & Marianum Scotum Imperium præscriptorum, consulatusq; Stiliconis cucurrisse videntur circa annos dñi. cccciј. vel certe. ccccvij. Papatus aūt Leonis circa annos. cccc. xliij. Quomodo ergo intelligatur, hoc concilium tempore præscriptorum pontificum fuisse, & congregatos episcopos eam fidei regulam fecisse, aut transmisisse, difficile est. Quapropter deducta iam circa hoc capitulum præscripta differentia saltem apparenti, relinquitur ipsius decisio, ac concordatio profundius scrutanti.

F

XXI Regulæ fidei contra omnes hæreses, quàm maxime contra Priscillianistas, quas episcopi Tarraconensis, Carthaginensis, Lusitani, & Betici fecerunt, & ex præcepto papæ Leonis ad Balconium episcopum Galliciæ transmiserunt. Ipsi etiam & suprascripta viginti canonum capitula statuerunt in concilio Toletano.

ASSERTIO FIDEI EIVSDEM CONCILII.

Credimus in vnum verum deum, patrem omnipotententem, & filium & spiritum sanctum, visibilium & inuisibilium, factorem, per quem omnia facta sunt, in cœlo & in terra, vnum deum, & vnam esse diuinæ substantiæ trinitatem. Patrem autem non esse filium ipsum, sed habere filium, qui pater non sit, filium non esse patrem, sed filium dei de patris esse natura. Spiritum quoq; esse paracletum, qui nec pater sit ipse, nec filius, sed a patre, filioq; procedens. Est ergo ingenitus pater, genitus filius, non genitus paracletus, sed a patre, filioq; procedens. Pater est, cuius vox hæc audita est de cœlis. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Filius est, qui ait: Ego a patre exiui, & a deo veni in hunc mundum. Paracletus est spiritus, de quo filius ait: Nisi ego abiero ad patrem, paracletus non veniet. Hanc trinitatem personis distinctam, substantia vnitam, virtute & potestate, & maiestate, indiuisibilem, indifferentem, præter hanc nullam credimus diuinam esse naturam, vel angeli, vel spiritus, vel virtutis alicuius, quæ deus credatur. Hunc ergo filium dei deum natum a patre, ante omne omnino principium, sanctificasse vterum virginis Mariæ,

Matth.3.d
Marci.1.b.
Lucæ 3.c
Iohan.16.f
Iohan.16.b

A atq; ex ea verum hominem, sine virili generatum semine, suscepisse, duabus dũtaxat naturis, id est, deitatis, & carnis, in vnam conuenientibus omnino personam, id est, dominum nostrum Iesum Christum. Nec imaginarium corpus, aut fantasmatis alicuius, in eo fuisse, sed solidum, atq; verum, hunc & esurisse, & sitisse, & doluisse, & fleuisse, & omnes corporis iniurias pertulisse. Postremo a Iudæis crucifixum, & sepultum, & tertia die resurrexisse. Conuersatum postmodum cum discipulis suis, & quadragesima post resurrectionem die ad cœlum ascendisse. Hunc filium hominis etiam filium dei, & filium dei *& hominis filium appellamus. Resurrectionẽ vero futuram humanæ credimus carnis, animam autem hominis non diuinæ esse substantiæ, aut dei patris, sed creaturam dicimus dei voluntate creatam. Si qs autem dixerit, aut crediderit, a deo omnipotente mundum hunc factum non fuisse, atq; oĩa eius instrumenta, anathema sit. Si quis dixerit, atq; crediderit deum patrem eundem esse filium, vel paracletum, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, filium eundẽ esse patrem, vel paracletum, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, paracletum esse vel patrem, vel filium, anathema sit. Si quis crediderit, vel dixerit, carnem tãtum sine anima, a filio dei fuisse susceptã, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, Christum innascibilem esse, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, deitatem nascibilem esse, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, deitatem Christi conuertibilem fuisse, vel passibilem, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, alterum deum esse priscæ legis, alterum euangeliorum, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, ab al B tero deo mundum factum fuisse, & non ab eo, de quo scriptum est: In principio fecit deus cœlum & terrã, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, corpora humana non resurgere post mortem, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, animam humanam dei portionem, vel dei esse substantiam, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, alias scripturas, præter quas ecclesia catholica recipit, in authoritate habendas, vel esse venerandas, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, deitatis, & carnis vnam in Christo esse naturam, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, eẽ aliquid, quod se extra diuinam trinitatem possit extendere, anathema sit. Si qs astrologiæ, vel mathesi existimat esse credendum, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, coniugia hominum, quæ secundum legem diuinam *licet habere, execrabilia esse, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, carnes auium, seu pecudum, quæ ad escam datæ sunt, non tantum pro castigatione *hominum abstinẽdas, sed execrãdas esse, anathema sit. Si quis in errore Priscilliani sectam sequitur, vel profitetur, vt aliud in *salubri baptismo contra sedem sancti Petri faciat, anathema sit.

alias, etiam.

Gene. 1. a

alias, licita habentur.

als, corporũ, vel. corporũ hominum

als, salutari.

C Explicit regula fidei catholicæ aduersus Priscillianistas. Patronus episcopus subscripsi. Marcellus episcopus subscripsi. Afrodisius episcopus subscripsi. Subscripserunt & alij episcopi, qui interfuerunt concilio.

¶ Explicit concilium Toletanum primum.

¶ Sequuntur hic aliqua concilia in ciuitate Carthagineñ celebrata, breuiter hic annotata dũtaxat p titulos, capitulis latius alibi exprimendis sub Bonifacio papa, in cõcilio seruato tpe Honorij. xij. & Theodosii. viij.

POst consulatum Fla. Stiliconis, viris clarissimis. xiiij. Kalendas Iulias, Carthagine in basilicæ Restitutæ secretario. Cum Aurelius episcopus vna cũ episcopis suis consedisset, adstantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit. Ecclesiarum dei, per Aphricam constitutarum. Et reliqua, quæ plenius habentur in Aphricano concilio tempore Bonifacij primi.

¶ Tituli capitulorum, quorum iam ante immediate mentio facta est.

D E

¶ Sequitur aliud concilium Anastasii papæ tempore seruatum.

In hoc concilio literæ leguntur Anastasii Romani pontificis, de Donatistis catholicos episcopos admonentis.

F Hoꝝ consulum fit mentio in Mariano Scoto, anno secundū veritatem euangelij. cccc xxi. secundum vero cyclum Dionysii, anno. cccxcix. Et secundū Prosperum Aquitanicum, anno. ccccij.

al's, Flauito.

VIncentio, & *Flabito, viris clarissimis consulibus, Idus Septēbris Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ, cum in concilio cōgregati, in ecclesia Carthagineñ. consedissemus ex Aphricanis omnibus prouintijs ep̄i, id est, Aurelius eiusdē sedis episcopus cū collegis suis, q̄s eorum subscriptio manifestat, ait idē Aurelius ep̄s: Recitatis epistolis beatissimi fratris, & consacerdotis nostri Anastasii, ecclesiæ Romanæ episcopi, quibus nos paternæ, & fraternæ charitatis solicitudine, ac synceritate adhortatus est, vt de hæreticorum, & schismaticoꝝ, Donatistarum insidijs, & improbitatibus, quibus Aphricanam ecclesiam catholicam grauiter vexant, nullo modo dissimulemus, gratias agimus dn̄o nostro, quod illi optimo, ac sancto antistiti suo tam piam curam pro mēbris Christi, quamuis in diuersitate terrarum, sed in vna compage corporis constitutis, inspirare dignatus est.

In concilio Aphricano tempore Bonifacij primi.

i. Vt cum Donatistis leuius agatur. xxxij.

ij. De literis mittendis iudicibus, vt ea, quæ inter Donatistas, & Maximianistas acta sunt, innotescant. xxxiij.

¶ Finis decretorum Anastasii papæ.

DECRETA INNOCENTII PAPAE PRIMI.

Ex libro pontificali.

INnocentius natione Albaneñ. ex patre Innocentio, sedit annis. xv. mensibus duobus, mensibus. xxi. Hic constitutũ fecit de omni ecclesia, & de regulis monasteriorum, & de Iudæis, & de paganis. Et multos Cataphrygas inuenit, quos in exilio monasterij relegauit. Hic inuenit Pelagium, & Celestium hæreticos, & damnauit eos. Et hoc constituit, vt qui natus fuerit de Christiana, denuo nasci debeat per baptismum, hoc est, baptizari, quod Pelagius damnabat. Eodem tempore dedicauit basilicam sanctorum Geruasii, & Prothasii, ex deuotione testamenti cuiusdam illustris fœminæ Vestinæ, laborantibus presbyteris Vrsicino, & Leopardo, ac diacono Libyano. Quæ fœmina suprascripta testamenti paginam sic ordinauit, vt basilica sanctorum martyrum ex ornamentis, & margaritis, venditis iustis existimationibus, construeretur. Et constructa est vsq; ad perfectum. In quo loco beatissimus Innocentius ex delegatione illustris fœminæ Vestinæ titulũ Romanũ cõstituit. Et in *eadem domo obtulit patenas argenteas duas, pensantes singulæ libras xx. Amas argenteas duas, pensantes singulæ libras. xx. Coronas argenteas xij. pensantes singulæ libras. xv. Farum cantarum vnum, pensans libras. xxij.

alias, eodem dominico.

Cerostata argentea. iiij. pensantia singula libras. xxv. Turrim argenteam cum patena, & columbam deauratam, pensantem libras triginta. Ad ornatum baptisterij, ceruum argenteum, fundentem aquam, pẽsantem libras. xxv. Vas ad oleũ chrismatis argenteum, pensans libras quinq;. Vas aliud ad oleum exorcizatum, pensans libras quinq;. Patenas duas ad chrisma, pensantes singulæ libras tres.

Scyphum argenteum anaglyphum, pensantem libras decem. Scyphũ alium argenteum, pensantem libras decem. Calices argenteos quinq;, pensantes libras tres. Calices argenteos baptismi numero tres, pensantes singuli libras. ij Aquamaniles argenteos, pensantes libras. xvi. Fara cantara ærea. xvi. pensantia singula

libras decem. Fara cantara ærea cerostata in gremio basilicæ numero.xx.pensantia singula libras.xl. Domos iuxta basilicam *Libyanam,præstãtes solidos octogintaquinq;,& tremissem. Balneum in eodem loco iuxta templũ Mamuri, præstans solios .xxxij. Domos in cliuum salutis balneatę, præstantes solidos.lxxvij. & tremissem. Possessionem Sorras in Clusino territorio,præstantẽ solidos.lxxi. & tremissem. Possessionem Corbianam in territorio Clusino,præstantem solidos lxxix. Possessionem Fundanensem in territorio Fundano cum adiacentibus attiguis.xv.præstantem solidos.clxxxi.& tremissem. Possessionem Figlinã in territorio Casmate,præstantem solidos.lviij.& tremissem. Possessionem Amandini,quam donauit *illustris fœmina Vestina, consobrinæ suæ in territorio Veientano,præstantem solidos.xlvi. & tremissem. Possessionem Antonianam in territorio Clodiano,præstantem solidos.lxij. Domos Emeriti in cliuo *Mamuri,intra vrbem Romam iuxta basilicam,præstãtes solidos.lxij. Domos in cliuum Patricij *arbitata. Domos iuxta basilicam in vico longo, qui cognominatur ad lacum,præstantes solidos.lxxxij. Domos ad cathedram lapideam Florianam,prę stantes solidos .lviij. Pistrinum in vico longo,qui cognominatur Castoriani, p̃stans solidos *lxi. Balneum in vico longo,qui cognominatur templum ,præstãs solidos quadraginta. Siliquas.iij. vncias Portæ Nomentana , præstans solidos xxij.& tremissem. Hic constituit sabbato ieiunium celebrari, quia sabbato dominus in sepulchro positus est, & discipuli ieiunauerunt. Hic constituit basilicam sanctæ Agnetis martyris a presbyteris Leopardo,& Paulino solicite,ac digne,gubernari,& tegi,& ornari.Et ex dispositione Vestinæ, tituli supradicti presbyteris est concessa potestas. Hic fecit ordinationes quatuor in vrbe Roma per mensem Decembrem,presbyteros triginta,diacones quindecim, episcopos per diuersa loca.liiij.Qui etiam sepultus est in cœmiterio Priscillæ,ad vrsum pileatum.v. Kalendas *Augusti.Et cessauit episcopatus dies.xxij. Hæc ibi.

alias,Blinam | alias,illustri fœminæ Vestinæ. | als,Mamortini. | als,orbitata. | alias,lxxxi. | alias,Iulij,

¶Præterea Marianus Scotus, anno octauo,imperij Archadij filij Theodosii, cum fratre Honorio,ad veritatem autem euangelij.ccccxxiij. & secundum Dionysii cyclum.cccci.Theodosio augusto,& Rumorido consulibus Innocentij papæ annos designans.Innocentius(inquit)papa,tricesimusnonus post Petrum, sedit annis.xiij.Hæc ille. Verum præscindit illi annos duos, quos Anastasio superaddidit.Idem etiam Innocentij mortem conscribens, anno octauo imperij Honorij, cum Theodosio fratris sui filio,ad veritatem euangelij.ccccxxxvij.secundum vero cyclum Dionysii.ccccxv.Theodosio,Palladioq; consulibus. Innocentius(inqt)papa,obijt quarto Kalendas Augusti.

¶TITVLI CANONVM SEQVENTIS epistolæ Innocentij papæ primi.

EPISTOLA REGVLARIS INNOCENTII PAPAE PRIMA,ad Decentium Euglibinum episcopum.

Innocen-

A

INnocentius Decentio episcopo Eugubino, salutem. Si instituta ecclesiastica, vt sunt a beatis apostolis tradita, integra vellent seruare dñi sacerdotes, nulla diuersitas, nulla varietas, in ipsis ordinibus, & cõsecrationibus haberetur. Sed dũ vnusquisq;, non quod traditum est, sed quod sibi visum fuerit, hoc æstimat esse tenendum, inde diuersa in diuersis locis, vel ecclesiis, aut teneri, aut celebrari videntur, ac fit scandalum populis, *qui (alias, quia) dũ nesciunt, traditiones antiquas, humana præsumptione corruptas, putant sibi, aut ecclesiis non conuenire, aut ab apostolis, vel ab apostolicis viris contrarietatẽ inductã. Quis em̃ nesciat, aut non aduertat, id, quod a principe apostolorum Petro Romanæ ecclesiæ traditum est, ac nũc vsq; custoditur, ab omnibus debere seruari, nec superduci, aut introduci aliquid, quod aut authoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? Præsertim, cum sit manifestũ, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Aphricam, atq; Siciliam, insulasq; interiacẽtes nullum instituisse ecclesias, nisi eos, quo venerabilis apostolus Petrus, aut eius successores constituerunt sacerdotes. Aut legãt, si in his prouintijs alius apostolorum inuenitur aut legit, docuisse. Quod si non legũt, quia nusquam *inuenitur, oportet eos hoc sequi, quod ecclesia Romana custodit, a qua eos principium accepisse, non dubium est, ne dum peregrinis *assertionibus student, caput institutionum videantur omittere. Sæpe dilectionẽ tuam ad vrbem venisse, ac nobiscum in ecclesia conuenisse, nec dubium est, & quem morem vel in consecrandis mysterijs, vel in cæteris agẽdis arcanis teneat, cognouisse. Quod sufficere arbitrarer ad informationem ecclesiæ tuæ, vel reformationem, (si q̊d præcessores tui minus aliq d, aut aliter tenuerint, satis certum haberem) nisi de aliquibus consulendos nos esse, duxisses. Quibus idcirco respondimus, non quod te aliqua ignorare credamus, sed vt maiori authoritate, vel tuos instituas, vel, si qui a Romanæ ecclesiæ institutionibus errant, aut commoneas, aut indicare non differas, vt scire valeamus, qui sint, qui aut nouitates inducũt, aut alterius ecclesiæ q̃ Romanæ existimant consuetudinem esse seruandam.

> Dist. 11. Quis em̃ nesciat
> als, inueniũt.
> alias, sermonibus

B

¶Capitulum primum.

Pacem ergo asseris ante cõfecta mysteria quosdã populis imperare, vel sibi *inter sacerdotes tradere, cum post omnia, quæ aperire nõ debeo, pax sit necessario indicenda, per quam constet, populum ad omnia, quæ in mysterijs aguntur, atq; in ecclesia celebrantur, præbuisse consensum, ac finita esse pacis concludentis signaculo demonstrentur.

> De cõ. dist. 2. Pacẽ igitur.
> als, inter se.

C

II. De nominibus vero recitandis, antequam preces sacerdos faciat, atq; eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, sua oratione commendet, quam superfluum sit, & ipse per tuam prudentiam recognoscis, vt, cuius hostiam necdum deo offeras, eius ante nomen insinues, quamuis illi incognitum sit nihil. Prius ergo oblationes sunt commendandæ, ac tunc eorum nomina, quorũ sunt oblationes edicenda, vt inter sacra mysteria nominentur, non inter alia, quæ ante *præmittimus, vt ipsis mysterijs viam futuris precibus aperiamus.

> De cõs. dist. 1. De noĩbus recitandis
> alias, prędmittuntur.

III. De consignandis vero infantibus manifestũ est non ab alio, q̃ ab episcopo, fieri licere. Nam presbyteri, licet sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent. Hęc autem pontificibus solis deberi, vt vel consignent, vel paracletum spiritum tradant, non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat, verum & illa lectio actuum apostolorum, quæ asserit, Petrum & Iohannem, esse directos, qui iam baptizatis traderent spiritum sanctum. Nã presbyteris, seu extra episcopũ, seu pręsente episcopo, cũ baptizant, chrismate baptizatos vngere licet, sed quod ab episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur episcopis, cum tradunt spiritum sanctum paracletum. Verba vero dicere non possum, ne magis prodere videar, q̃ ad consultationem respondere.

> Acto. 4. f
> De cõ. dist. 4 Presbyteris.
> Et in dec. Iuonis lib. 1.

IIII Sabbato vero ieiunandum esse, ratio euidentissima demonstrat. Nam

> De cõ. dist. 3.

 si diem

Sabbato ve. Et in dec. Iuo nis lib. 2

si diem dominicum, ob venerabilem resurrectionem domini nostri Iesu Christi, nõ solum in pascha celebramus, verumetiam per singulos circulos hebdomadarum, ipsius diei imaginem frequentamus, ac si sexta feria propter passionem domini ieiunamus, sabbatum prætermittere non debemus, *quod inter tristitiam, atque lætitiam temporis illius videtur inclusum. Nam vtique constat, apostolos biduo isto, & in mœrore fuisse, & propter metum Iudæorum se occuluisse. Quod vtique non dubium est, in tantum eos ieiunasse biduo memorato, vt traditio ecclesiæ habeat, isto biduo sacramẽta penitus non celebrari, quæ vtique forma per singulas tenẽda est hebdomadas, propter id, quod commemoratio diei illius semper est celebranda. Quod si putant, semel, atque vno sabbato ieiunandum, ergo & dominica, & sexta feria semel in Pascha erit vtique celebrandum. Si autem dominici diei, & sextæ feriæ per singulas hebdomadas reparanda imago est, dementis est bidui agere consuetudinem, sabbato prætermisso, cum non disparem habeat causam a sexta, videlicet feria, in qua dominus passus est, quando & ad inferos fuit, vt, tertia die resurgens, redderet lætitiam post biduanam tristitiam præcedentem. Nõ ergo nos negamus sexta feria ieiunandum, sed dicimus & sabbato hoc agendum, quia ambo dies tristitiam apostolis, vel his, qui Christum sequuti sunt, indixerunt. Qui die dominico exhilarati non solum ipsum festiuissimum esse voluerunt, verumetiam per omnes hebdomadas frequentandum esse duxerunt.

alias, quæ

D

E

V. De fermento vero, quod die dominico per titulos mittimus, superflue nos consulere voluisti, cum omnes ecclesiæ nostræ intra ciuitatem sunt constitutæ. Quarum presbyteri, quia die ipso, propter plebem sibi creditam, nobiscum conuenire non possunt, idcirco fermentum, a nobis confectum, per acolythos accipiunt, vt se a nostra cõmunione, maxime illa die, nõ iudicẽt separatos. Quod p parochias fieri debere non puto, quia non longe portanda sunt sacramenta. Nec nos per cœmiteria diuersa constitutis presbyteris destinamus, vt & presbyteri eorum conficiendorum ius habeant, atque licentiam.

alias, corripiũtur.

alias eis

als, efficiẽdi.

alias, eis.

alias, pferri.

VI De his vero baptizatis, qui postea a dæmonio, aut vitio aliquo, aut peccato interueniente, *arripiuntur, quæsiuit dilectio tua, si a presbytero, vel diacono possint, aut debeant consignari, quod, hoc non nisi episcopus præceperit, non licet. Nam *ei manus imponenda omnino nõ est, nisi episcopus authoritatem dederit id *faciendi. Vt autem fiat, episcopi est imperare, vt manus *ei, vel a presbytero, vel a cæteris clericis imponatur. Nã quomodo id fieri sine magno labore poterit, vt longe constitutus energumenus ad episcopum deducatur, cum, si talis casus ei in itinere acciderit, nec *ferri ad episcopum, nec referri ad sua facile possit?

F

De cõ. dist. 5. De pœnitentibus vero

VII De pœnitentibus vero, qui siue ex grauioribus commissis, siue ex leuioribus pœnitentiam gerunt, si nulla interueniat ægritudo, quinta feria ante Pascha eis remittendum Romanæ ecclesiæ consuetudo demonstrat. Cæterum de pondere æstimando delictorum, sacerdotis est iudicare, vt attendat ad confessionẽ pœnitentis, & ad fletus atque lachrymas corrigentis, ac tum iubere dimitti, cum viderit congruam satisfactionem. Sane si quis in ægritudinem inciderit, atque vsque ad desperationem deuenerit, ei est ante tempus Paschæ relaxandum, ne de seculo absque communione *discedat.

als, decedat.

Iacobi. 5. c

VIII. Sane quoniam de hoc, sicuti de cæteris, consulere voluit dilectio tua, adiecit etiam filius meus Celestinus diaconus, in epistola sua esse a tua dilectione positum illud, quod in beati apostoli Iacobi epistola conscriptum est: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros, & orent super eum, vngentes eũ oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & suscitabit illum dominus, & si in peccatis fuerit, remittentur ei. Quod, non est dubium, de fidelibus ægrotãtibus accipi, vel intelligi debere, qui sancto oleo chrismatis perungi possunt, quo ab episcopo confecto, non solum sacerdotibus, sed omibus vti Christianis licet in sua, aut suorum necessitate *inungendo. Cæterum, illud superfluũ videmus adiectum, vt de episcopo ambigatur, quod presbyteris licere non dubium est. Nam idcirco de presbyteris dictum est,

alias, ad vngendum.

Dist. 95. Illud superfluũ vi.

A ctum est, quia episcopi, occupationibus aliis impediti, ad omnes languidos ire non possunt. Cæterum, si episcopus aut potest, aut dignum ducit, aliquem a se visitandũ, & benedicere, & tãgere chrismate sine cũctatione p̃t, cuius est ip̃m chrisma cõficere. Nã pœnitẽtibus istud fundi nõ potest, quia genus est sacramẽti. Nã quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo vnũ genus putatur posse concedi? His ergo, frater charissime, omnibus, quæ tua dilectio voluit a nobis exponi, prout potuimus, respõdere curauimus, vt ecclesia tua Romanam consuetudinem, a qua originem ducit, seruare valeat, atq; custodire. Reliqua vero, quæ scribi fas nõ erat, quum adfueris, interrogati, poterimus edicere. Erit aũt domini potentiæ, etiam id procurare, vt & tuam ecclesiam, & clericos nostros, qui sub tuo pontificio diuinis famulantur officiis, bene instituas, & aliis formam tribuas, quam debeant imitari. Data.* xiiii. Kalendarum Aprilis, Theodosio augusto septies, & Palladio viris clariss. consſ.

* als, xix.

¶ Hos consules Theod. & Pallad. consulatus officium exercuisse, meminit Marianus Scotus sub anno. cccc.xxxvii. ad euangelii veritatem, Iuxta vero Dionysii cyclum. ccccxv. Et Gregorius Haloander, anno Christi. cccc.xvii. vel. xviii.

EPISTOLA SECVNDA EIVSDEM INnocentii papæ ad Victricium Rothomageñ. episcopum.

B

CAPITVLA EIVSDEM EPISTOLAE.

INnocentius Victricio episcopo Rothomagensi salutem. Et si tibi, frater charissime, pro merito & honore sacerdotii, quo plurimũ polles, viuendi & docendi * ecclesiasticæ regulæ nota sunt omnia, neq; est aliquid, quod de sacris lectionibus tibi minus collectum esse videatur, tamen quia Romanæ ecclesiæ normam, atq; authoritatẽ magnopere postulasti, voluntati tuæ morem admodum gerens, digestas vitæ & morum probabilium disciplinas, annexas literis meis misi, per quas aduertant ecclesiarum regionis vestræ populi, quibus rebus, & regulis Christianorum vita, in sua cuiusq; professione debeat contineri, qualisq; seruetur in vrbis Romæ ecclesiis disciplina. Erit dilectionis tuæ, per plebes finitimas, & consacerdotes nostros, qui in illis regionibus propriis ecclesiis præsident, regularum hunc librum, quasi didascolicum, atq; monitorem sedulo insinuare, vt & nostros cognoscere, & ad fidem confluentium mores valeant, docendi sedulitate formari. Aut enim propositum suum ex hac nostra congruenti lectione cognoscent, aut si quid adhuc desideratur, facile poterunt ex his bona imitatione supplere.

als, Victorio, vel, Victoricio

* als, secũdum ecclesiasticas regulas

alias, annuēte domino
Hæc vsq; ad ca. x. habent supra in ep̄la Siritij papę
Ephe. 5. f

Incipiamus ergo * adiuuante deo, & sancto dei apostolo Petro, per quem & apostolatus, & episcopatus, in Christo cœpit exordium, vt quoniam sæpe plures emerserunt causæ, quæ in aliquantis non erant causæ, se crimina, vt de cætero solicitudo sit vnicuique sacerdoti in sua ecclesia, curam huiusmodi habere, sicut beatus apostolus Paulus prædicat, talem ecclesiam deo exhibendam, non habentem maculam, aut rugam, ne alicuius morbidæ ouis afflatu, conscientia nostra contaminata violetur.

D

Propter eos ergo, qui vel ignorantia, vel desidia non tenent ecclasiasticam disciplinam, & multa non præsumenda præsumunr, recte postulasti, vt in illis partibus istiusmodi, quam tenet ecclesia Romana, forma seruetur. Non quod noua præcepta aliqua imperentur, sed ea, quæ per desidiam aliquorum neglecta sunt, ab omnibus obseruari cupiamus, quæ tamen apostolica, & patrum traditione sunt constituta. Scriptum est nanque ad Thessalonicenses secundo, & ad Timotheum, apostolo Paulo monente: State, & tenete traditiones nostras, quas * tradidimus vobis, siue per verbum, siue per epistolam. Illud certe tuam debet mentem vehementius excitare, vt ab omni labe seculi istius immunis ante dei conspectum, & securus inueniaris. Cui multum enim creditur, plus ab eo exigitur. Ergo, quoniam non pro nobis tantum, sed pro populo * credito cogimur præstare rationem, idcirco * disciplinam dei deificam populum erudire debemus. Quosdam enim asseris extitisse, qui statuta maiorum non tenentes, castitatem ecclesiæ, sua præsumptione, * violant, populi fauorem sequentes, & dei iudicium non timentes. Ergo ne silentio nostro existimemur his præbere consensum, domino dicente per prophetam, videbas furem, & currebas cum eo, hæc sunt, quæ deinceps intuitu diuini iudicij, omnem catholicum episcopum expedit custodire.

2. The. 2. d & 1. Timo. 4. & 2. Timo. 3. d
al's, didicistis
alias, Christi,
al's, disciplina dei sanctificare populū, &
al's, violarunt
Psalm. 49

E

Capitulum Primum.

Primum, vt extra conscientiam metropolitani episcopi nullus audeat ordinare episcopum. Integrum enim est iudicium, quod plurimorum sententijs confirmatur. Nec vnus episcopus ordinare præsumat episcopum, ne furtiuum præstitum beneficium videatur. Hoc enim & synodus Nicæna constituit atque definiuit.

Di. 64. Extra cōsciā; met.
Nicęnæ synodi cap. 4.

II Constituit etiam, atque definiuit. Si quis post remissionem peccatorum cingulum militiæ secularis habuerit, ad clericatum admitti omnino non debeat.

Nicænæ synodi. 11. cap.

III Si quæ autem causæ, vel contentiones inter clericos, * vel inter laicos, tam superioris gradus (alias ordinis) quàm etiam inferioris fuerint exortæ, placuit, vt secundum Synodum Nicænam, congregatis omnibus eiusdem prouinciæ episcopis, iudicium terminetur (alias iudicio terminentur.) Nec alicui liceat, sine præiudicio tamen Romanæ ecclesiæ, cui in omnibus causis debetur reuerentia custodiri, relictis his sacerdotibus, qui in eadem prouincia dei ecclesias, nutu diuino, gubernant, ad alias conuolare prouincias, aut aliarum prouinciarum prius episcoporum iudicium * experiri. Quod si quis forte præsumpserit, & ab officio cleri submotus, & iniuriarum reus ab omnibus iudicetur. Si autem maiores causæ in medium fuerint deuolutæ, ad sedem apostolicam, sicut synodus statuit, & beata consuetudo exigit, post iudicium episcopale referantur.

11. q 1. Si q̄ causæ vel.
al's, vel iter laicos, vł cleric.
al's, & laicos, vł iter cler c.
Nicęnæ synodi cap. 5
3. q. 6. Nō lic.
al's, expetere.
In Nicæa synodo ca. 5

E

IIII Vt mulierem viduam clericus non ducat vxorem, quia scriptum est: Sacerdos vxorem virginem accipiat, non viduam, non eiectam. Vtique, qui ad sacerdotium labore suo, & vitæ probitate contendit, cauere debet, ne hoc præiudicio impeditus, peruenire non possit.

Leuit. 21. c & Ezech. 44. f

V Vt si quis viduam, licet laicus, duxerit vxorem, seu ante baptismū, seu post baptismum, non admittatur ad clerum, quia eodem videtur vitio exclusus. In baptismo enim crimina dimittuntur, non acceptæ vxoris consortium relaxatur.

34. disti. Si qs viduam licet

VI Ne is, qui secūdam duxerit vxorem, clericus fiat, quia scriptum est. Vnius vxoris virum. Et iterum: Sacerdotes mei semel nubant. Et alibi: Sacerdotes mei non nubāt amplius. * Ac ne ab aliqbus existimet, ante baptismū, si forte qs acceperit vxorē, & ea de seculo recedēte, alterā duxerit, in baptismo eē dimissum, satis errat a regula

1. Timo. 3. a & Titū. 1 b
alias, Et si

quia in

A quia in baptismo peccata dimittuntur, non acceptarum vxorum numerus aboletur, quum vtiq; vxor ex legis præcepto ducatur, in tantum, vt & in paradiso quum parẽtes humani generis * iungerentur, ab ipso domino sint benedicti, & Salomon dicat, A deo præparabitur viro vxor. Quam formã etiam sacerdotes omnes seruare, vsus ipse demonstrat ecclesiæ. Satis eñ absurdum est, aliquem credere, vxorem ante baptismum acceptam, post baptismum non computari, quum benedictio, quæ per sacerdotem super nubentes imponitur, non materiam delinquendi dedisse, sed formã tenuisse legis, à deo antiquitus institutæ doceatur. Quod si non putatur vxor esse computanda, quæ ante baptismum ducta est, ergo nec filij, qui ante baptismum geniti sunt, pro filijs habentur (alš, habeantur, vel, haberentur.)

Gene.1.d
alš, cõiũgerẽt
Prouer.19.c

VII. Vt de aliena ecclesia clericum ordinare, aut iudicare nullus vsurpet, nisi eius episcopus, precibus exoratus, concedere voluerit, quod etiam Nicæna videtur synodus continere. Abiectus a sua ecclesia clericus, ab altera non suscipiatur ecclesia. (Aliàs, Hoc etiam synodus statuit Nicæna, vt abiectum ab altero clericum, altera ecclesia non recipiat.)

Dist.34. Si qs viduam.
Dis.71. De aliena. Et in decre. Iuo. lib.5
Nicæ. synod. 16. & 17. cap.

VIII. Vt venientes a Nouatianis, vel Montensibus, per manus tantum impositionem suscipiantur, quia quamuis ab hæreticis, tamen in Christi nomine sunt

B baptizati, præter eos, si qui forte a nobis ad illos transeuntes, rebaptizati sunt. Hi, si resipiscentes, & ruinam suam cogitantes, redire maluerint, sub longa pœnitentiæ satisfactione admittendi sunt.

IX. Præterea, quod dignum, & pudicum, & honestum est, tenere ecclesia omnino debet, vt sacerdotes & leuitæ cum vxoribus suis non misceantur, * quia ministerij quotidiani necessitatibus occupantur. Scriptum est enim: Sancti estote, quoniam & ego sum sanctus, dominus deus vester. Nam si priscis temporibus, de templo dei sacerdotes anno vicis suæ non discedebant, sicut de Zacharia legimus, nec domum suam omnino tangebant, quibus vtiq; propter sobolis successionẽ vxoris vsus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & * præter ex semine Aaron, ad sacerdotium nullus fuerat præceptus accedere, quanto magis hi sacerdotes, vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ seruare * debeant, quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successiõe est, nec præterit dies, qua vel a sacrificijs diuinis, vel a baptismatis officio vacẽt? Nam si beatus apostolus Paulus ad Corinthios scripsit dicens: Abstinete vos ad tempus, vt vacetis orationi, & hoc vtiq; laicis præcepit, multo magis sacerdotes,

C quibus & orandi & sacrificandi iuge officium est, semper debebunt ab huiusmodi consortio abstinere. * Quod si contaminatus fuerit carnali concupiscentia, quo pudore sacrificare vsurpabit? aut qua conscientia, quoue merito exaudiri se credit, quum dictum sit, Omnia munda mundis, coinquinatis autem, & infidelibus nihil mundũ. Sed forte licere hoc credit, quia scriptum est, Vnius vxoris virum, non * permanenti in concupiscentia generandi dixit, sed propter futuram continentiam. Neq; eñ integros corpore non admisit, qui ait, Vellem autem omnes esse, sicut & ego. Quod apertius declarat, dicens: Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu.

Dist.31. Tenere deb. Et in dec. Iuo. lib.5
alias, qui
Leu.11.g. 20 b
Lucæ.1.a
Leuit.21.c
Nume.18.a
alš, pterquã
alš, debent
1.Cor.7.b
alias. Qui
Tit.1.d
1.Timoth.3.a & Tit.1.b
alš, pmanentẽ
1.Cor.7.b
Roma.8.b.

X. De monachis, qui diu morantes in monasterijs, si postea ad clericatus ordinem peruenerint, non debere eos a priore proposito deuiare. Aut enim, sicut in monasterio fuit, & quod diu seruauit, id in meliori gradu positus, amittere non debet. Aut si corruptus, postea baptizatur, & in monasterio sedens, ad clericatus ordinem accedere voluerit, vxorem omnino habere non poterit, quia nec benedici cũ sponsa potest, iam ante corruptus. Quæ forma seruatur in clericis maxime, quum vetus regula hoc habeat, vt quisquis corruptus, baptizatus, clericus esse voluisset, sponderet se vxorem omnino non ducere.

16.q.1. De monachis.

XI. Præterea, frequenter quidam ex fratribus nostris, curiales, vel quibuslibet publicis functionibus occupatos, clericos facere contendunt, quibus postea maior tristitia, quum de reuocandis eis aliquid ab Imperatore pcipitur, q̃ gratia nascitur de accito. Constat enim eos in ipsis munijs etiam voluptates exhibere, quas

Dist.51. Præterea freque.

a dia-

alias, mimorum — alias, quod — alias, quibus,

a diabolo inuentas esse, non dubium est, & ludorum, vel * munerum apparatibus, aut præesse, aut forsitan interesse. Sit certe in exemplum, & solicitudo, & tristitia fratrum quam sæpe pertulimus, Imperatore præsente, cum pro his sæpius rogaremus, *quam ipse, nobiscum positus cognouisti, * ex quibus non solum interiores clerici ex curialibus, verum etiam in sacerdotio constituti, ingens molestia, vt redderentur, instabat.

27.q.1. Quæ Christo spiritualiter

XV Item quæ Christo spiritualiter nubunt, & a sacerdote velantur, si postea vel nupserint publice, vel occulte corruptæ fuerint, non eas admittendas esse ad agendam pœnitentiam, nisi is, cui se iunxerant, de hac vita decesserit. Si enim de omnibus hæc ratio custoditur, vt quæcunque, viuente viro, alteri nupserit, habeatur adultera, nec ei agendæ pœnitentiæ licentia concedatur, nisi vnus ex eis defunctus fuerit, quantomagis de illa tenenda est, quæ ante immortali se sponso coniunxerat, & postea ad humanas nuptias * transire elegit?

alias, transmigrauit

27.q.1. Hæ vero quæ nondum.

XVI Hæ vero, quæ necdum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali semper se simulauerunt permanere, licet velatæ non fuerint, si forte nupserint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia est, quia sponsio earum, a domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolui, quanto magis ista pollicitatio, quàm cum deo pepigerunt, solui sine vindicta non poterit? Nam si apostolus Paulus, quæ a proposito viduitatis discesserant, dixit eas habere condemnationem, quia primam fidem irritã fecerunt, quanto potius virgines, quæ prioris promissionis fidem minime seruauerunt? Hæc itaque regula, frater charissime, si plena vigilantia fuerit ab omnibus dei sacerdotibus custodita, cessabit ambitio, dissensio conquiescet, hæreses & schismata non emergent, locum non accipiet diabolus sæuiendi, sed manebit vnanimitas, iniquitas, superata calcabitur, veritas spirituali feruore flagrabit, pax, prædicata labiis, cum voluntate animi concordabit. Implebitur & dictum Apostoli, vt vnanimes, vnum sentientes, permaneamus in Christo, nihil per contentionem nobis, neque per inanem gloriam * vendicantes, non hominibus, sed deo nostro saluatori placentes, cui est honor, & gloria in secula seculorum, Amen. Datum sub die. xv. Kalen. Martii, * Honorio Augusto, & Aristo. consulibus.

1. Timo. 5. b — Idẽ habet in epl'a Siricii papæ, cuius principiũ est, Diuersa quamuis. — Philip. 2. a — alias, vindicantes — al's, Honorio August. vi. & Aristeneto viris clarissimis consulibus

¶ Istorum consulum annũ designat Marianus Scotus. cccc. xxiiii. & nominat alterum Aristhenum. Et Gregorius Haloander anno Christi. cccc. vi.

¶ EPISTOLA EIVSDEM TERTIA, AD Exuperium Tholosanum Episcopum.

INNOCENTIVS EXVPERIO EPISCOPO Tholosano salutem. Consulenti tibi (frater charissime) quid de proposita specie vnaquaque sentirem, pro captu intelligentiæ meæ, quæ sunt visa, respõdi, quid sequendum, vel quid vitandum docilis ratio persuaderet, vel authoritas lectionis ostẽderet, vel custodita series temporum demonstraret. Et quidem dilectio tua, institutum sequuta prudentium, ad sedem apostolicam referre maluit, quid de rebus dubiis custodire deberet, potius quàm vsurpatione præsumpta, quæ sibi viderentur, de singulis obtinere. Cur enim magis pudẽ

A pudendum putemus, discere aliquid, quàm omnino nescire? Mihi quoque ipsi de collatione * docilitas accedit, dum perscrutatis rationibus, ad proposita respondere compellar, eoq; fit, vt semper aliquid addiscat, qui postulatur, vt doceat. Proponam igitur singula, subijciamq; responsum.

al', docibilitas

CAPITVLVM PRIMVM.

Proposuisti, quid de his obseruari debeat, quos in diaconij ministerio, aut in officio presbyterij positos, incontinentes esse, aut fuisse, generati filij prodiderunt. De his & diuinarum legum manifesta est disciplina, & beatæ recordationis viri Syritij epi monita euidentia commearunt, vt incontinentes, in officijs talibus positi, omni ecclesiastico honore priuarentur, nec admittantur ad tale ministerium, quod sola cōtinentia oportet impleri. Est eñ vetus admodum sacræ legis authoritas, iam inde ab initio custodita, q̄ in templo anno vicis suæ habitare p̄cepti sunt sacerdotes, vt seruientes sacris oblationibus, puri, & ab omni labe mundati sibi vindicent diuina * mysteria, ne q̄ eos ad sacrificia fas sit admitti, qui exercent vel cum vxore carnale consortiū, quia scriptum est: Sancti estote, quia & ego sanctus sum, dñs deus vester. Quibus vtiq; propter sobolis successionem vxoris vsus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & * p̄ter ex semine Aaron, ad sacerdotium nullus fuerat p̄ceptus accedere, quanto magis B hi sacerdotes vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ seruare debent, quibus, vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est, nec præterit dies, qua vel a sacrificijs diuinis, vel a baptismatis officio vacent? Nam si beatus Paulus apostolus ad Corinthios scribit, dicens: Abstinete vos ad tempus, vt vacetis orationi, & hoc vtiq; laicis p̄cepit, multo magis sacerdotes, quibus & orandi & sacrificandi iuge officium est, semper debebunt ab huiusmodi cōsortio abstinere.* Quod si contaminatus fuerit carnali cōcupiscentia, quo pudore vel sacrificare vsurpabit, aut qua conscientia, quove merito exaudiri se credit, quū dictū sit: Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum? Sed fortasse hoc licere credit, quia scriptū est: Vnius vxoris virum, non permanentem in concupiscentia generandi hoc dixit, sed propter * continentiam futuram. Neq; enim integros corpore non admisit, qui ait: Vellem omnes autem sic esse, sicut & ego. Quod & apertius declarat, dicens: Qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. Vos autem iam non estis in carne, sed in spiritu, & habētem filios, non generātem, dixit. Sed ea plane dispar & diuisa sententia est. Nam si ad aliquos forma illa ecclesiasticæ vitæ, pariter & disciplinæ, quæ ab episcopo Syritio ad prouincias cōmeauit, non probabitur peruenisse, His * ignorantibus venia remittitur, ita vt de cætero penitus incipiant abstinere. Et ita gradus suos, C in quibus inuenti fuerint, sic retentent, vt eis non liceat ad potiora conscendere. Quibus in beneficio esse debet, q̄ hunc ipsum locum, quē retinēt, nō amittunt. Si qui autem scisse formā viuendi, missam a Syritio, deteguntur, neq; statim cupiditates libidinis abiecisse, illi sunt modis omnibus submouendi, quia post admonitionem cognitam, præponendam arbitrati sunt voluptatem.

Dist.82. Proposuisti. Et in dec. Iuo. lib.3

Lucæ.1.a. & 1. Para.24.c

al', ministeria

Distin.31. Eos ad sac.

Leuit.11.g &.20.b

al's, p̄terquā

Nume.18.a

1. Cor.7.a

alias, Qui

Tit.1.d

1. Timoth.3.a & Tit.1.b

al's, incontinentiam

1. Cor.7.b

Roma.8.b.

Idē in concil. Agath. ca.9

al's, ignorationis

II. Et hoc quæsitum est, quid de his obseruari oporteat, qui post baptismum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ suæ pœnitētiam, simul & reconciliationem communionis exposcunt. De his obseruatio prior, durior, posterior, interueniente misericordia, inclinatior est. Nam consuetudo prior tenuit, vt concederetur pœnitentia, sed communio negaretur. Nam cum illis temporibus crebræ persequutiones essent, ne communionis concessa facilitas, homines de reconciliatione securos non reuocaret a lapsu, negata merito communio est, concessa pœnitentia, ne totum penitus negaretur, & duriorem * esse remissionem fecit temporis ratio. Sed postquam dominus noster pacem ecclesijs suis reddidit, iam depulso terrore, communionem dari obeuntibus placuit, & propter domini misericordiam, quasi viaticum profecturis, & ne, Nouatiani hæretici negantis veniam, asperitatem & duritiam subsequi videamur. Tribuitur ergo cum pœnitentia extrema communio, vt homines huiusmodi vel in supremis suis, permittente saluatore nostro, a perpetuo exitio vindicentur.

al's, nō habet, esse

Quæsitū

23.q.4.Quęsitum est etiã super his Roma.13.a.b

III Quæsitum etiam est super his, qui post baptismum administrauerunt, & aut tormenta sola exercuerunt, aut etiam capitalem protulere sententiam. Nihil de his legimus a maioribus definitum esse. Meminerant enim, a deo potestates has fuisse concessas, & propter vindictam noxiorum gladium fuisse permissum, & dei ministrum esse datum in huiusmodi vindicem. Quomodo ergo reprehenderent factum, quo authore deo viderent esse concessum? De his ergo, ita, vt hactenus seruatum est, sic habeamus, ne aut disciplinam euertere, aut contra authoritatem domini venire videamur. Ipsis autem, in ratione reddenda, gesta sua omnia seruabuntur.

D

32.q.5.Chrĩana religio ad.

IIII Et illud desideratum est sciri, cur communicantes viri cum adulteris vxoribus non conueniant, cum econtra vxores in consortio adulterorum virorum manere videantur. Super hoc Christiana religio adulterium in vtroq; sexu pari ratione condemnat. Sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant, & non habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberius vxores adulteras apud sacerdotes deferre consueuerunt, & ideo mulieribus, prodito earum crimine, communio denegatur. Virorum autem, latente commisso, non facile quisquam ex suspitionibus abstinetur. Qui vtiq; submouebitur, si eius flagitium detegatur. Cum ergo par causa sit, interdum probatione cessante, vindictæ ratio conquiescit.

23.q.4.Illud etiã sciscitari

alias, causa cognita

V Illud etiam sciscitari voluisti, an preces dictantibus liberum concedatur. Vtique, post baptismi regenerationem, a principibus poscere mortem alicuius, vel sanguinem de reatu, quam rem principes nunquam sine causæ cognitione concedunt, sed ad iudices commissa ipsa, vel crimina, semper remittunt, vt * causæ cognitæ vindicentur. Quæ cum quæsitori fuerint delegata, aut absolutio, aut damnatio, pro negotij qualitate profertur. Et dum legum authoritas in improbos exercetur, erit dictator immunis.

E

VI De his etiam requisiuit dilectio tua, qui interueniente repudio, alij se matrimonio copularunt, quos in vtraq; parte adulteros esse manifestum est. Qui vero, vel vxore viuente, (quàmuis dissociatum videatur esse coniugium) ad aliam copulam festinarunt, neq; possunt adulteri non videri, intantum, vt etiam hæ personæ, quibus tales coniuncti sunt, etiam ipsę adulterium commisisse videantur, secundum illud quod legimus in euangelio: Qui dimiserit vxorem suam, & duxerit aliam, mœchatur. Similiter, & qui dimissam duxerit, mœchatur. Et ideo tales omnes a communione fidelium abstinendos. De parentibus autem, aut de propinquis eorum, nihil tale statui potest, nisi incentores illiciti consortij fuisse detegantur.

Matth.19.b & ca.5.c

VII Qui vero libri recipiantur in canone sanctarum scripturarum, breuis annexus ostendit. Hęc sunt ergo quæ desiderata moneri voce voluisti, Moysi libri quinq; id est, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, necnon & Iesu naue, & Iudicum, & Regnorum libri quatuor, simul & Ruth, Prophetarum libri sedecim, Salomonis libri quinq;, Psalterium. Item historiarum, Iob liber vnus, Tobiæ vnus, Hester vnus, Iudith vnus, Machabæorum duo, Esdræ duo, Paralipomenon duo. Item noui testamenti, Euangeliorum libri quatuor, Pauli apostoli epistolæ quatuordecim, epistolæ Iohannis tres, epistolæ Petri duæ, epistola Iudæ, epistola Iacobi, Actus apostolorum, Apocalypsis Iohannis. Cætera autem, quæ vel sub nomine Matthiæ, siue Iacobi minoris, vel sub nomine Petri, & Iohannis, quæ a quodam Leutio scripta sunt, vel sub nomine Andreę, quę a Nexocharide, & Leonide philosophis, & sub nomine Thomæ, & si qua sunt alia, non solum repudianda, verumetiã noueris esse damnanda. Datum, decimo Kaleñ. Martij Stilicone. ij. & Antemio, viris clarissimis consulibus.

F

¶ Istorum consulum meminit Marianus Scotus sub anno .cccc .xxv. ad veritatem euangelij. Sed secundum Dionysij cyclum, anno.cccc.iij. At Prosper Aquitanicus meminit eorum anno.cccc.vij. Gregorius quoque Haloander anno Christi.cccc. vij.

Epistola eius

A

EIVSDEM EPISTOLA QVARTA, ad Felicem Nucerianum episcopum.

INnocentius Felici episcopo Nuceriano. Mirari nõ possumus, dilectionem tuã sequi instituta maiorũ, omniaq́, quæ possunt aliquã recipere dubitationẽ, ad nos, quasi ad caput, atq́ ad apicem episcopatus referre, vt cõsulta (videlicet) sedes apostolica, ex ipsis rebus dubijs, certũ aliquid faciendum pronuntiet. Quod & nos libenter accipimus, & dilectionẽ tuam memorem canonũ approbamus. Scripsisti ergo, ꝙ feruore fidei, quo polles, & amore sanctæ plebis, vel reparaueris ecclesias dei, vel nouas quasq́ construxeris, sed in his clericos, q̃s constituas, non habere: aliquos vero * mutilos, aliquos digamos esse. Ad quod B stupuimus, prudentẽ virum de his voluisse consulere, quæ omnibus sunt certa ratione cõperta. Ergo non quasi ignoranti dicimus, sed, in alijs forsitan occupatos, istud oblitos vos esse dicimus.

alias, mãcos, vel, murcos

CAPITVLVM PRIMVM.

Qui igitur partem cuiuslibet digiti * sibi ipse volens abscidit, hunc ad clerũ canones non admittunt. Cui vero casu aliquo contigit, dum aut operi rustico curam impendit, aut, aliquid faciens, se non sponte percussit, hos canones ꝑcipiunt, & clericos fieri, & si in clero fuerint reperti, non abijci. In illis enim voluntas * iudicata est, quæ sibi ausa fuerit ferrum inijcere, quod (scilicet) & alij id facere * dubitari non possit, in istis vero casus veniam meruit.

alias, sui
Dist. 55. Qui partem. Et in dec. Iuo. lib. 5 Nic. sỹn. ca 1.
alí. vindicata
ali. dubitare non possunt.

II. De digamis aũt nec cõsuli debuit, quod manifesta lectio sit apostoli, vnius vxoris virũ ad sacerdotium, siue ad clericatum admitti debere, & hanc ipsam tamen si virginem accepit. Nam ea, quæ habuerit ante virum, licet defunctus sit, tamen si clerico postea fuerit copulata, clericus, qui eam acceperit, esse nõ poterit, quia in lege cautum est, Non viduam, nõ abiectam habere posse coniugem sacerdotem.

1. Timo. 3. a & Tit. 1. b
Leuit. 21. c

C III. De laicis vero religio tua consuluit, quos canones ordinare prohibeant. Certum est quidẽ, hoc regulas ecclesiasticas cõtinere, sed non ita definitũ est, vt de omnibus sit laicis constitutũ. Neq́ eñ clerici nasci, & nõ fieri possunt, sed designata sunt genera, de quibus ad clericatũ peruenire nõ possunt, id est, si quis fidelis militauerit, si quis fidelis causas egerit, hoc est, postulauerit, si quis fidelis administrauerit. De curialibus aũt manifesta ratio est, qm̃ & si inueniantur huiusmodi viri, qui debeãt clerici fieri, tamen, quoniam sæpius ad curiam repetuntur, cauendum ab his est, propter tribulationem, quæ sæpe de his ecclesiæ prouenit.

Dist. 51. Designata sunt

IIII. Laici vero, qui, habẽtes vxores, baptizati sunt, ac sic se instituerunt, vt opinio eorũ in nullo vacillet, vt aut clericis iuncti sint, aut monasterijs, ex quo baptizati sunt, hæserint, & si nõ cõcubinã, nõ pellicem nouerint, si in bonis operibus vigilauerint, non prohibentur huiusmodi ad clericatus sortem assumi.

Dist. 33. Laici qui habẽtes

V. Ita sane, vt in eos tẽpora a maioribus cõstituta seruent. Nec cito quilibet lector, cito acolythus, cito diaconus, cito sacerdos fiat, qa in minoribus officijs si diu perdurẽt, & vita eorũ, pariter & obsequia cõprobant, vt ad sacerdotiũ post hac emensis stipendiorũ meritis veniãt, nec ꝑripiant, q̃d vita probata meret accipere. Quoniam ergo certa diffinitione monstratũ est, qui debeãt admitti, quive reprobari, ex his omnibus, q̃s videt dignatio tua, nõ posse reprobari, eligere debebis, q̃s clericos facias. Si eñ nullam grãm hominibus, aut beneficiũ ꝑstare velimus, tales inuenire possumus, de quorũ assumptione nec incurrere scandalũ, nec erubescere valeamus.

D

EPISTOLA EIVSDEM QVINTA.

De his, qui in presbyterio filios genuerunt, vt ab officio remoueantur.

als, Brutios

Dist. 81. Maximilianus

INnocentius Maximo & Seuero episcopis per * Britios. Ecclesiasticorum canonum norma nulli esse debet incognita sacerdoti, quia, nesciri hæc a pontifice, satis est indecorum, maxime quũ a laicis, religiosis viris & sciatur, & custodienda esse ducatur. Nuper quidẽ Maximilianus filius noster agens in rebus huiusmodi, qualem querelam detulerit, libelli eius series annexa declarat. Qui zelo fidei & disciplinæ ductus, non patitur ecclesiam pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios asserit procreasse. Quod non licere exponerem, nisi nossem vestram prudentiam legis totius habere notitiam. Et ideo, fratres charissimi, libelli, qui subiectus est, tenore perspecto, eos, qui talia perpetrasse dicuntur, iubebitis in medio collocari, discussisq; obiectionibus, quæ ipsis presbyteris impinguntur, si conuicti fuerint, a sacerdotali remoueantur officio, quia, qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt, atq; alieni efficiantur a ministerio, quod viuendo illicite polluerunt. Miramur autem hæc eorum dissimulare episcopos, vt aut conniuere, aut nescire esse illicita iudicent.

EPISTOLA EIVSDEM SEXTA.

Quod pœnitentium nullus ad clerum possit admitti.

E

als, Mariano
als, Apuliæ

INnocentius Agapito, Macedonio, & *Mauriano episcopis* Apulis. Multa in prouincia cõtra canones ecclesiasticos, decretaq; maiorum vsurpari a plurimis, & relationes diuersorum, & suggestiones fidissimæ retulerunt, quæ quidem possent facile resecari, si episcopi in his non inuenirentur authores. Qui dum aut amicis, aut obsequentibus gratiam præstare nituntur, religionem violant, ordinesq; corrumpunt. Ac sic euenit, vt indigni quiq; honores suscipiant ecclesiasticos, & admittantur ad clerum, qui nec inter laicos quidem dignũ locum habere mererentur, sicuti in nunc dato nobis libello monstratum est. Modestum quendam multis criminibus inuolutum, propter quæ etiam pœnitentiam egisse dicitur, non solum clericum effectum, quod non licet, verumetiam ad episcopatus apicem eum tendere, quũ canones apud Nicæam constituti, pœnitentes etiam ab infimis officijs clericorum excludant. Et ideo, fratres charissimi, perspecto tenore libelli, eum iubete præsentari, ac si vere constiterit talem, qualem libellus affirmat, non solum ab episcopatus ambitione, sed etiam a clericatus remoueatur officio.

Dis. 50. Canones apud Nicæam.
Cap. 10. Nic. concilij.

EPISTOLA EIVSDEM SEPTIMA.

De Bubalio & Tauriano damnatis a prouincialibus episcopis, quorũ sententiam sedes apostolica retractare curauit.

F

als, Aristeo

INocentius Rufo, Gerontio, Sofronio, Flauiano, Macedonio, Prosdotio, & * Oristeo episcopis per Macedoniam constitutis. Mora coepiscoporum nostrorum Maximiani & Eumenij, vel potius importunitas temporum fecit, vt vos iteraretis de Bubalio & Tauriano querimoniam, & nos iterum in homines perditissimos insurgeremus. Sed, vt possum, paucioribus verbis tantorum malorum imitabor compendium, & strictim, quæ in volumine literarum vestrarum conspexerim, retractabo. Graue non oportuit videri pijssimis mentibus vestris, cuiuscunq; retractari iudicium, quia veritas exagitata sæpius, magis splendescit in luce, & pernities reuocata in iudicium, grauius, & fine * pœnitentia condemnatur. Nam fructus diuinus est, iustitiam sæpius recenseri, fratres charissimi. Verum, illud video mouisse animos vestros, quod in multis Bubalius sæpe fallacijs deprehensus, obiecerit exemplaria fictarum quasi a nobis literarum, quum pro cõsuetudine hominis nihil, q̊d proferret, iam fide dignissimũ videretur. Sed sileatur omne iam de tali negotio murmur, & conuicti diaboli ipsi anhelitus comprimantur. Subiunximus autem his priores li

35. q. 9. Graue non.

als, illius, qui primo iudicauit, pœnia

A res literas, quas per memoratos episcopos miseramus, quibus ita plenaria sensuum nostrorum sententia designata est, vt dum relegeritis, nihil ambiguū, nihil requirendum in hac causa, de cætero repetatis. Hanc aūt paginulam nostram solicitius, credētibus sibi episcopis, relegendam mittite; vt sciant plenissime, quid sit de Bubalio & Tauriano, cæterisq; pronuntiatum, vt seruent, qui digni admonitione sunt, cauere à talibus, ne * talibus socientur.

als, talia sortiantur.

EIVSDEM EPISTOLA VIII.

De inuasione parochiæ alterius, vel de terminis minime transferendis.

INnocentius Florentio episcopo Tiburtinensi. Non semel, sed aliquoties clamat scriptura diuina, Transferri non oportere terminos, a patribus constitutos, quia nefas est, si quod alter semper possederit, alter inuadat, quod tuam bonitatem frater & coepiscopus noster Vrsus asserit perpetrasse. Nam Nomentanā, siue Feliciensem parochiam, ad suam diocœsim a maioribus pertinentem, inuasisse te, atq; illic diuina celebrasse mysteria, inconsulto eodem ac nesciente, non sine dolore conquestus est. Quod si verū est, non leuiter te culpā incurrisse cognoscas. Vnde si declinare cupis tantæ vsurpationis inuidiam, nostris literis admonitū te conuenit abstinere. Certe si aliquid tibi credis iustitiæ suffragari, integris omnibus, & in pristino statu manentibus, post dies venerabiles paschæ adesse debebis, vt memoratis possis intentionibus respondere, partibusq; in medio collocatis, quid antiquitas, aut veritas habeat, inquiramus.

Deut. 19. d & 27. c. & Proue. 22. c

B

EIVSDEM EPISTOLA IX.

De eo, cuius de captiuitate reuersa est vxor, vt eam recipiat, altera, quam duxerat, repudiata.

INnocentius Probo. Conturbatio procellæ Barbaricæ facultati * legis intulit casum. Nam bene constituto matrimonio inter Fortunium & Vrsam, captiuitatis incursus fecerat neuum, nisi sancta religionis statuta prouiderent. Cum em̄ in captiuitate prædicta Vrsa mulier teneretur, aliud coniugium cum Restituta Fortunius memoratus inisse cognoscitur. Sed, fauore domini, reuersa Vrsa nos adijt. Et, nullo diffitente, vxorem se memorati esse perdocuit. Qua de re, domine fili merito illustris, statuimus, fide catholica suffragante, illud esse coniugium, quod primitus erat gratia diuina fundatum, conuentumq; secundæ mulieris, priore superstitæ, nec diuortio eiectæ, nullo pacto posse esse legitimum.

als, legum

34. q. 1. & 2 Cū in ca. & in dec. Iuo. lib. 6

C

EIVSDEM EPISTOLA X.

Epistola familiaris ad sanctos dei sacerdotes, Aurelium Carthaginensem & Augustinum Hipponensem.

INnocentius Aurelio & Augustino episcopis. Acceptissimi mihi germani compresbyteri * illo recursus vacuus officio * nostro esse nō debuit. Percharos enim salutare charissimos, naturale quodammodo nobis videtur, & consequens. Gaudere igitur in domino vestram germanitatem, amantissimi, cupimus, & pro nobis paria ad deum vota rependere precamur, quia (vt bene nostis) communibus & alternis plus agimus orationibus, q̄ singularibus aut priuatis.

alias, ille
als, vestro

EIVSDEM EPISTOLA XI.

De ratione paschali ad eundem Aurelium.

INnocentius Aurelio. Charitatis nostrę officium nullo interuallo dirimitur, etiam si charta nullos apices ferat. Viuit em̄ spiritualis gratia alternis in cordibus, & amorem nostrū confouet sacerdotalis ipsa societas. Cur ergo indignum est, vnitatem

alias, custodire

ecclesiæ * custodiri? Idem'q; omnes pariter & sentiamus, & pronũtiemus, frater charissime. Has ergo literas de ratione paschali alterius, dico, futuri anni pſcripsi. Nam quũ ante diem vndecimũ Kalendaꝝ Apriliũ pene luna.xvi. colligatur, (nam quippiam minus est) itemq; quũ in ante diem quartũ Kalendaꝝ earundem veniat.xxiiij. existimaui.xi. Kalendaꝝ memorataꝝ die, festa paschalia celebranda, qm̃ in vigesima tertia luna, nullũ pascha vnquã, ante hoc pascha, factũ esse cognoscimus, sententiæ meæ exposui, atq; edixi tenorem. Iam prudentiæ tuæ erit, consors mihi frater, cum vnanimis & consacerdotibus nostris, hanc ipsam rem in synodo religiosissima tractare, vt si nihil dispositioni nostræ resultat, nobis plenissime, aperte'q; rescribas, quo deliberatam paschalem diem, iam literis ante (vt moris est) seruandã, suo tempore pſcribamus. Compresbyterum aũt Archidamũ, quamuis nouerim, q; libentissime ac more suscipias consueto, tamen ex abundanti postulo, vt eũ inter tuos habere digneris.

EIVSDEM EPISTOLA XII.

Vt nullus contra ordinationem canonum fiat episcopus ad eundem.

Dilectissimo fratri Aurelio, Innocentius. Qua indignitate, qua molestia male tractetur ecclesia, præcipue'q; episcopus, relegam, vel audiam, & tua fraternitas bene nouit, & ego tam idonea tanto dolori verba inuenire non possum, dũ facile imponuntur manus, dum negligenter summus sacerdos eligitur. Ecce facta est querela publica, quæ fecit semper, vt comunis omnibus tremenda sit reuerentia. Sic clerici ecclesiasticorũ dogmatum nutriti vel honorati intra altaria Christi, respuuntur, sic prætereunter promouentur, quasi nefas sit, ad primatum per ordinem peruenire. Nam quũ inuoluti mundanis nexibus, actibus vel moribus abrupte asciscuntur ad tanti collegium sacerdotij, & illi videntur cõtemni, de quibus oportuerat eligi, & isti male intromitti, qui præter ordinem irrumpunt potius, q̃ eliguntur. Quàm em̃ miserum est, eum magistrum fieri, qui nunquam discipulus fuit, eum summum fieri sacerdotem, qui nunq̃ in vllo gradu obsequutus fuerit sacerdoti? Relege præfectorum literas, & vide, quæ vel falso, vel pro certo sublimium potestatũ annotentur scriptis. Perdimus profecto nosipsi, nos inquam sanctimoniæ reuerentiam, qui, quasi vilissimũ aliquid, summos efficimus sacerdotes, vt iam incipiat, quasi noxium aliquid, publicis interloquutionibus condemnari. Frater charissime, hæc velim cuncta, recitanda per omnes Aphricanas ecclesias, scripta dirigas, & istis connectas, quas adiunximus, literas pfectorũ, vt consilium, de his, quæ inique laudãtur, iudicium'q;, si quid tale probari poterit, fiat, vt præterita mala, si doceantur admissa, digna seueritate coerceantur, & de cætero caueatur, ne ecclesiæ sanctitas, per nostrã fatigata negligẽtiam, perdat priuilegia, quæ est per viros venerabiles consequuta. Deus te incolumem custodiat. Data.* iiij. Nonas Iunij, Iulio. iiij. & Palladio viris clariss. conss.

Dist. 61. Miserum est em̃.

alias, iij.

¶ Istoꝝ consulũ annus in Mariano Scoto nõ reperit, nec in Cassiodoro, aut Gregorio Haloandro. Veꝝ de cõsulatu Palladij habet circa finẽ eplæ primæ Innocentij.

EIVSDEM EPISTOLA XIII.

Ad Iulianam nobilem fœminam.

Singulare membrum ecclesiæ, tuæ religionis amplitudinem existere, & a nobis reuerentissime coli, satis est omnibus manifestũ. In ipso em̃ apice nobilitatis, multo nobiliorẽ ecclesiæ deuotionẽ impendis, & magis læta Christi agnitione, pceptis eius obtemperas, & in fide potius exultas, q̃ tãti generis flore iactaris. Summæ virtutis est, vicisse gloriã carnis, & magnę est Chri gr̃æ, nobilitatẽ moribus superasse, dña filia merito illustris. Certa igitur existens, dilectissima, huius vitæ quæcũq; sunt spatia, æternis, diuinis'q; officijs illustrare cõtende, vt qui insignẽ te pstitit, reddat sibi per secula clariorem.

Eiusdem

A

EIVSDEM EPISTOLA XIIII.
De Antiochæna ecclesia.

INnocentius Bonifacio presbytero. Ecclesia Antiochæna, quam, priusquã ad vrbem perueniret Romam, beatus apostolus Petrus sua præsentia illustrauit, velut germana ecclesiæ Romanæ, diu se ab eodẽ alienam esse, non passa est. Nam, missis legatis, ita pacem postulauit, & meruit, vt & Euagrianos, suis ordinibus ac locis, intemerata ordinatione, quam acceperant a Memorato, susciperet, & Iohãnis sanctæ memoriæ vel clericos, vel laicos in vnũ colligeret, atq; congregaret, promittens ipsius ciuitatis episcopus, frater meus Alexander, etiam si quis forte, vel a nobis, vel aliunde, posterioris ordinationis ad eosdẽ venerit, se sine controuersia receptu rum, ac nomen episcopi Memorati inter quiescentes episcopos recitaturum. Cui rei nos noueris tradidisse manus, frater charissime, & eos in nostra viscera recepisse, ne diu membra, quæ requisierant sanitatem, ab vnitate corporis haberentur aliena. Omnia vero, quæ per ordinem gesta sunt, filius meus diaconus Paulus, harum (scilicet) portitor literarum, dilectioni tuæ poterit enarrare, vt & gaudium cõmune nobiscũ habeas, & eos informes, qui pro Attici partibus interuenire consueuerunt.

EIVSDEM EPISTOLA XV.
B
Ad Alexandrum Antiochænum episcopum de pace.

INnocentius Alexandro episcopo. Quàm grata mihi, quàm pia, quàm necessaria legatio a tua sanctitate, frater charissime, ad nos directa fuerit, gestorum ipsorum replicatione cognosces. Voluit enim compresbyter noster Cassianus, hanc amicitiarum nostrarum paginulam per compresbyterum nostrum Paulum, Nicolaum diaconum, & Petrum subdiaconum, filios nostros, quasi primitias pacis nostræ conscribi. Saluto itaq; & tuam mihi in Christo germanitatem, & omnem illã, quæ tecũ tam bene sentit, ecclesiam. Nosq;, vt facitis, & alloquamini, peto, crebrius literis, & frequentius de vestra salute lætificetis. Dabit enim, vt confido, dominus, totius nos præteriti temporis dispendia amantissimo literarum colloquio recompensare.

EIVSDEM EPISTOLA XVI.
De Attico episcopo Constantinopolitano.

INnocentius Maximiano episcopo. Miramur, prudentiam tuam scripta ad Atticum episcopum Constantinopolitanæ vrbis a nobis, & prosequutione propria, & dato libello, qui subter annexus est, postulare, a quo nec missas vllas saltem epistolas ad nos, vel ad vestram synodum vtiq; pertulisti, Idq; non petenti C tribuendum existimes, quod vides deprecantibus, discussa ratione, concessum. Communio enim suspensa restituitur demonstranti causas, quibus id acciderat, iam esse detersas, & profitẽti cõditiones pacis impletas. Quod neq; apud vos, neq; apud nos (vt ꝑdixi) Atticus, missis aliquibus suorum, vel dicere voluit, vel demõstrare completum, quemadmodum Antiochænæ ecclesiæ frater & coepiscopus noster Alexander, digna legatione, & prosequutus est, & probauit. Quibus omnibus vtiq; interesse dignatus, cognouisti, quemadmodum singillatim, omnia scriptorum nostrorum ante hac de causa, beatissimi Iohannis quondam episcopi nostri, discusserim, vt quæ illi in omnibus satis euidenter ostenderint, vniuersa, quæ apud Antiochiam fieri debuerint, fuisse completa. Quorũ amplexati pacem, vtiq; fidẽ fecimus, & magno tramite omnibus eandẽ postulaturis ostendimus, si modo, quæ discussa sunt, atq; completa, etiam ipsi se pro suo loco fecisse, vel complesse, aliquando monstrauerint, communionemq;, vt isti, legatione solenniter destinata, sibi rogauerint redhiberi. Expectamus ergo & professionem Memorati, de completis omnibus conditionibus, quas diuersis temporibus prædiximus, & petitionem communionis, vt recte & pe-

tenti, & probanti se eandem mereri, reddamus, frater chariſſime. Nam de omnibus D pleniſſimas ad ſanctā noſtroꝝ fratrum ſynodū dudū literas percepiſti.

EIVSDEM EPISTOLA XVII
Ad Alexandrum Antiochænum epiſcopum de pace.

APoſtolici fauoris gratia, magno pacis vſq; ad nos decore reſplēduit, tantumq; lucis, gaudiorumq; infulſit fidelibus, vt dicentes deo maximas laudes, maiores debere nos fateamur. Pluſq; a deo iucundati ſumus, ꝙ diſcuſſis omnibus lateribus actionum, tuæ fraternitatis ita totū pietate ac patientia geſtū cognouimus, vt in omnibus dñm laudaremus, ſucceſſumq; ipſum ideo præſtitū tuis laboribus videamus, quod tota virtute, pacis amator exiſtens, eam requiſitam inueneris, & repertam ſumma charitate tenueris, quū erga omnes, tum præcipue circa illos, qui quondam Paulini, atq; Euagrij epiſcoporum cenſiti fuerant nomine, habeam ſummam votorum meorum, quod antiqui neui purgatio, tuis temporibus, tuiſq; meritis prorogatur. Quorū etiam illos eiuſ E dem nominis, qui in Italia meritum clericatus acceperant, cenſui bono quietis, gratiam retinere ſuſceptam. Et quia noſter compreſbyter Caſſianus gratum *duxit tuæ fore dignationi, ſi meo conſilio in ciuitate veſtra clericatus ordinem ducere cenſerētur, ſtatui propter beniuolentiam tuā, promiſſaq; Memorati, vt inter cæteros ſacerdotes, miniſtroſq;, qui in ciuitate ſunt, annumerentur, frater chariſſime. Libenter præterea de epiſcopis Helpidio atq; * Papo cognoui, ꝙ ſine quæſtione ſuas eccleſias recuperauerint, & multū in geſtis (vt ſubſcripta teſtantur) ſolicitus inquiſiui, vtrū omnibus eſſet cōditionibus ſatiſfactū, in cauſa beati, & vere deo digni ſacerdotis Iohannis. Et quū per ſingula aſſertio legatoꝝ ex voto completa eſſe fateretur, gratias agens dño, communionē eccleſiæ veſtræ ita recepi, vt præ me feram, apoſtolicæ ſedis cōdiſcipulos primos dediſſe cæteris viam pacis, in qua firmatos vos, noſq; domini Chriſti ita benignitas amplexabitur, atq; cōmuniet, vt nullo de cætero titillamento, vel leui cuiuſquā contentionis pudore pulſetur. Scripta aūt Attici epi, quoniam cum veſtris ſunt porrecta, ſuſcepimus, ne per veſtram iniuriam ille, qui olim a nobis ſuſpenſus fuerat, repudiaretur. Et tamen ſatis abunde quæ in actis ſtatuimus, ſicut dignāter relegere procurabis, quid in eius perſona debeat cuſtodiri, vt ſi per omnia ve F ſtris conſilijs, actibuſq; tam ſanctis ſe rogauerit eſſe communē, præſtetur * ſeni fauore veſtro, noſtroq; iudicio communionis, atq; literarum a nobis gratia prorogata. Subſcripſerunt epiſcopi. * xx. Italiæ. xxiij.

Marginalia: a̅ls, dixit — a̅ls, Pappo — a̅ls, ſane — a̅ls, xx. Italiæ

Epiſtola eiuſdem. XVIII. ad Alexandrum epiſcopum.

Eiuſdem epiſtolæ tituli capitulorum.

¶ Quod prima ſedes beati Petri apud Antiochiam eſſe memoretur. .i.
Quod nō oportet, ſecundū conſtituta imperatorū, duos eſſe metropolitanos epos. ij
Quod Arrianorum clerici non ſunt recipiendi in ſuis officijs, quāuis eorum baptiſmum, qui catholicus conſtat, confirmet eccleſia. iij

CAPITVLVM PRIMVM.

INnocentius Alexandro epo. Et onus, & honor nobis a tua fraternitate impoſitus, neceſſarij tractatus cauſas induxit, quo literis, vel cōmonitorio veſtro, vt dat ſancti ſpūs gratia, reſpondere poſſimus. Reuoluētes itaq; authoritatē Nicænæ ſynodi, q̄ vna omniū per orbē terraꝝ explicat mentē ſacerdotū, quę cenſuit de Antiochæna, eccleſia, cunctis fidelibus, ne dixerim ſacerdotibus, eſſe neceſſarium cuſtodire, qua ſuper diocœſim ſuā prædictā eccleſiam, nō ſuper aliquā prouinciā, recognoſcimus conſtitutā. Vnde aduertimus, nō tam pro ciuitatis magnificentia, hoc eidē attributū, q̄, ꝙ prima primi apoſtoli ſedes eſſe monſtretur, vbi & nomē accepit religio Chriſtiana, & quæ conuentū apoſtolorum apud ſe fieri celeberrimū meruit, quæq;

Marginalia: Nicæ. ſynodi, ca. 6 — Acto. 11. d

A quæq; vrbis Romæ sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit ista, susceptum apud se, consummatumq; gaudet. Itaq; arbitramur (frater charissime) vt sicut metropolitanos authoritate ordinas singulari, sic & cæteros, non sine pmissu, conscientiaq; tua, sinas episcopos procreari. In quibus hunc modū recte seruabis, vt longe positos literis datis ordinari censeas ab his, qui nunc eos suo tantum ordinant arbitratu, vicinos autem, si æstimas, ad manus impositionem tuæ gratiæ statuas peruenire. Quorum enim te maxima expectat cura, præcipue tuum debent mereri iudicium.

II Nam quod sciscitaris, vtrum diuisis imperiali iudicio prouincijs, vt duæ metropoles fiant, sic duo metropolitani episcopi debeant nominari, non vere visum est, ad mobilitatem necessitatum mundanarum dei ecclesiam commutari, honoresq; aut diuisiones perpeti, quas pro suis causis faciendas duxerit Imperator. Ergo secūdum pristinum prouinciarum morem metropolitanos episcopos conuenit nominari. Cyprios sane asseris, olim Arrianæ impietatis potentia fatigatos, non tenuisse Nicænos canones in ordinandis sibi episcopis, & vsq; adhuc habere psumptum, vt suo arbitratu ordinent, neminem consulentes. Quocirca persuademus eis, vt curent, iuxta canonum fidem, fidem catholicam sapere, atq; vnum cum cæteris sentire prouincijs, vt appareat, sancti spiritus gratia ipsos quoq; vt omnes ecclesias gubernari.

Nicænę synodi cap. 4. & 6

B III Arrianos præterea, cæterosq; huiusmodi pestis, quia eorum laicos conuersos ad dominum, sub imagine pœnitentię, ac sancti spiritus sanctificatione per manus impositionem suscipimus, non videtur clericos eorum cum sacerdotij, aut ministerij cuiuspiam suscipi debere dignitate, quoniam quibus solum baptisma ratum esse permittimus, quod vtiq; in nomine patris, & filij, & spiritus sancti perficitur, nec spiritū sanctum eos habere ex illo baptismate, illisq; mysterijs arbitramur, quoniā cum a catholica fide eorum authores desciscerent, perfectionem spiritus quam acceperant, amiserunt. Nec dare eius plenitudinem possunt, quæ maxime in ordinationibus operatur, quam per impietatis suæ perfidiam potius quàm per fidem dixerim, perdiderūt. Quomodo fieri potest, vt eorum prophanos sacerdotes dignos Christi honoribus arbitremur, quorum laicos imperfectos (vt dixi) ad sancti spiritus percipiendam gratiam, cum pœnitentiæ imagine recipiamus? Grauitas itaq; tua hæc ad notitiam coepiscoporum, vel per synodum, si potest, vel per harum recitationem faciat puenire, vt ea quæ ipse tam necessario * percunctatus es, & nos tam elimate respondimus, cōmmuni omnium consensu, studioq; seruentur.

1. q. 1. Arrianos præterea cæteros. Et in dec. Iuo. lib. 5

1. q. 1. Qui perfectionem.

alias, pcontatus, idifferēter

C

EIVSDEM INNOCENTII PAPAE EPISTOla. XIX. ad Atticum Beroe Episcopum de sancto Iohanne Constantinopolitano Episcopo.

ADgaudere literis fraternitatem tuam de receptis Paulini, vel Euagrij Episcorum clericis, populisq;, & de restitutis Helpidio, atque * Papo coepiscopis percensuimus, & vel sero receptæ pacis gratiam te fouere postposita omni contentione peruidimus. Vnde has ad præstantissimum fratrem, & coepiscopum nostrum Alexandrum, reddendas tuę transmisimus vnanimitati, videlicet, vt si omnes inimicitiæ, omnis æmulatio, tam de nomine sancti Iohannis mirandi episcopi, quàm de omnibus eiusdem communionis participibus, a tua animositate discessit, has nostræ societatis recipias literas, (frater charissime) modo, vt omnia, quæ * his actis firmata sunt apud mediatorem nostrum amabilem Alexandrum, ore proprio, vt communicantem conuenit, fatearis. Vt enim nobis hæc vnanimitatis, charitatisque causa venerabilis est, sic inhæret solicita, ne quid obliquum, aut succisiuum in quoquam residere, cognoscat.

alias, Pappo.

alias, hic

alias, de his

EPISTOLA INNOCENTII PAPAE XX. Ad Laurentium episcopum Seniensem, De Bonosiacis, quod sunt Iudæis comparandi.

D

alias, Senen.

INnocentius Laurentio episcopo *Seniensi. Diu mirati sumus, dilectionis tuæ literis lectis, hæreticos Fotini venena sectantes, in territorio dilectiõis tuæ non solum esse, sed & publice sibi conuenticula in aliquorum possessionibus præparare, cum de toto pene orbe nusquam tam multi, q̃ apud vos delegerint habitare. Quorum doctrinæ nefariæ author Marcus, dudum de vrbe pulsus, temeritatis tantæ ductus est audacia, vt primum sibi inter eos vendicet locum. Sed ne vlterius debacchandi habeant facultatem, & animas simplicium, ac rusticanorum secum in gehennam, cui destinati sunt, trahant, actum est aduersus eos a defensoribus ecclesiæ nostræ, quod eos possint expellere, vt qui Christum deum ex patris substantia ante secula negant genitum, hi cum Iudæis, qui eius deitatem negauerunt, & nunc vsq; negant, participium habeant damnationis. Tuum est (frater charissime) quæ præcepta sunt, non segnius agere, ne plebem tibi creditam dissimulatione deperdas, & incipias deo de perditis reddere rationem.

EPISTOLA EIUSDEM INNOCENTII PAPAE XXI. Ad Martianum episcopum Naresitanum (alias Naxitanum) De suscipiendis clericis, quos Bonosus antequam damnaretur, ordinasse cognoscitur.

E

Scribi tñ debet nõ in hoc loco, s; p⁹ eã q̃ seqr̃, & scribit ad Rufus & Eusebiũ, q̃ finita ista cõtinueť ad illam

alias, Naresitano

alias, Naxensibus

als, Germani⁹

INnocentius Martiano episcopo * Naxitano. Superiori tempore, si tamen recte recordor, memini me tam ad dilectionem tuam, q̃ ad fratres & coepiscopos nostros Rufum, & cæteros huiusmodi, literas de cleris * Naresiensibus transmisisse, his videlicet, qui se ante damnationem Bonosi asserebant, ab eodem tã presbyteros, q̃ diaconos ordinatos, vt si relicto atq; damnato eius errore, vellent ecclesiæ copulari, libenter reciperentur, ne forte qui essent digni recuperandæ salutis, in eodẽ errore deperirent. Verum nunc in Rauennati vrbe mihi constituto, propter Romani populi necessitates creberrimas, * Germanio qui asserit se esse presbyterum, atque Lupentius, qui se diaconum dicit, multorum talium quasi legatione suscepta, prece fusa, dolores proprios exprimere gestiuerunt, se quidẽ ecclesias in dilectionis tuæ constitutas parochijs retinere, sed tuam communionẽ nõ potuisse se mereri, ea videlicet ratione, quia Rusticius quidam nomine, iterata ordinatione presbyterium suscepisset. Et non leui impedimento fit, dum aut illi dolent, huiusmodi hominem in ecclesia retineri, aut ille sic peccare debere in alio arbitretur, queadmodum in se agnoscit eẽ peccatum. Et quamuis de eadem re plenius literæ meæ contineant, quas superius memoraui, tamen nunc etiam admonendam duximus fraternitatem tuam, vt si vere cõstat, aliquos ante damnationem Bonosi ab eodem ordinatos, postea voluisse, vel nũc velle, reuerti eos recipiẽdos esse censemus, maxime cum memorati asserant, se in tantum anteriori tempore ordinatos, vt sanctæ recordationis virum Cornelium episcopum Sirmiensis vrbis, necnon & fratrem nostrum Nicetam, aliosq; nonnullos fuisse præsentes, cum honoribus, quos se habere commemorant, augerentur. Vnde (frater charissime) si eorum assertio fidem recipit veri, suscipiẽdos esse ambigere nõ debes, quos tamdiu ecclesias sibi creditas, passus es retinere.

F

EPISTOLA EIUSDEM VICESIMASECUNDA Ad Episcopos Macedoniæ.

Quod

INnocentius Rufo, & Eusebio, Eustachio, Claudio, Maximiano, Eugenio, Gerontio, Iohanni, Polychronio, Sophronio, Flauiano, Hilario, Macedonio, Calicrati, Zozimo, Profuto, Nicętę, Hermogeni Vincētio, Asiologo, Terentiano, Herodiano, & Martiano & cæteris epis Macedonibus, & diaconis in dn̄o salutem. Magna me gratulatio habuit, cum post tot discrimina totius (vt ita dixerim) mundi, Vitalis archidiaconus vestrarum portitor literarum, ex illis partibus ad nos vsq; directus, aduenit. Quem cū vidissemus, illico vt oportebat, percunctati de vestro statu sumus. Verū, vbi reperimus, vos ex sentētia degere, dn̄o deo nostro vberes grās retulimus, quod vos famulos suos, suisq; altaribus seruiētes, & in aduersis tuetur, & in prosperis gubernare dignat. B Qui cū tradidisset epistolas, eas p̄cepi illico recenseri, in q̄bus multa posita esse p̄uidi, quæ stuporē mētibus nostris indicecēt, facerētq; nos nō modicū dubitare, vtrū aliter putaremus, an ita illa eēnt posita, queādmodum p̄sonabāt. Quę cū sępius repeti fecissem, aduerti, sedi apostolicæ, ad quam relatio, quasi ad caput ecclesiarum, missa currebat, fieri iniuriam, cuius adhuc in ambiguum sententia duceretur. Vnde, de q̄bus iamdudum scripsisse me memini, nunc iterare formam argumentis euidentioribus relationis vestræ geminata percontatio compellit.

Capitulum Primum.

EOs qui viduas accepisse suggeruntur vxores, non solum clericos effectos agnoui, verūetiam vsq; ad infulas summi sacerdotij peruenisse, quod contra legis esse præcepta nullus ignorat. Nam cum Moyses legislator clamitet, sacerdos vxorem virginem accipiat, ac ne in hoc pręcepto aliq̄d putaretur ambiguum, addidit, nō viduam, neq; eiectam, contra quod præceptum, diuina authoritate subnixum, nulla defensio mandati alterius opponitur, nisi cōsuetudo vestra. Quæ (vt ipsi fatemini) ex ignorantia (vt verecundius dicam) non ex apostolica traditiōe, & rōne integra constituta est. C Nos autem omnes, q̄ per Orientē, Occidētemq; ecclesias regimus, nouerit vestra dilectio, hæc penitus non admittere, nec ad vltimum ecclesiastici ordinis locū tales assumere, & si reperti fuerint, submouere. [Leuiti.21.c]

II Deinde ponit, non dici oportere digamū, eum q̄ catechumenus habuerit, atq; amiserit vxorē, si post baptismū fuerit aliā sortitus, eamq; primā videri, quæ nouo homini copulata sit, q̄a illud cōiugiū, post baptismi sacr̄m, cū cęteris criminibus sit ablutū. Quod cū de vna vtiq; dicit, certe si tres habuerit, in vetere positus hoīe, vxor erit eius, quæ post baptismū quarta est, sic interp̄tātibus, prima virginis æque nomē accipiat, quæ quarto ducta est loco. Quis (oro) istud nō videat cōtra apostoli eē p̄ceptū, q̄ ait: Vnius vxoris virū oportere fieri sacerdotē? Sed obijcit, q̄ in baptismo totū, q̄cq̄d in vetere hoīe gestū est, sit * lotū. Dicite mihi, cū pace vr̄a loq̄r, crimina tm̄ dimittunt in baptismo, an & illa quæ scd̄m dn̄i p̄cepta, ac dei instituta cōplent. Vxorē ducere, crimē est, an nō est crimē? Si crimē est, ergo (p̄fata venia dixerim) erit author in culpa, q̄ vt crimina cōmitterent, in paradiso, cū ip̄e eos iungeret, benedixit. Si vero nō est crimen, q̄a q̄d deus iūxit, nefas sit crimē appellari, & Salomon addidit, etenim a deo p̄parat viro vxor, q̄uo credit inter crimina esse dimissum, q̄d authore deo legitur consummatum? Quid de taliū filijs p̄censetur? Nunq̄d non erunt admittēdi in hæreditatis consortio, quia ex ea suscepti sunt, quæ ante baptismum fuit vxor? Eruntq; appellandi, vel naturales, vel spurij, quia non est legitimum matrimonium, nisi illud (vt vobis videtur) quod post baptismum assumitur. Ipse dominus cum interrogaretur a Iudæis, si liceret dimittere vxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit, quod ergo deus iunxit, homo non separet. Ac ne de his loquutus esse credatur, * quæ post baptis

[Dist.26. Deinde opponitur non.]
[1.Timo.3.a & Tit.1 b]
[alias, solutū]
[Gene.1.d]
[Gene.2.d & Matth.19.a]
[Prouer.19.c]
[28.q.1. Nūq̄d nō euenit, & in de. Iuo. li.6]
[Matth.19.a & Marci.10.a]
[alias qui.]

D

baptiſmum vxores ſortiuntur, meminerint hoc, & a Iudæis interrogatum, & Iudę is eſſe reſponſum. Quæro, & ſolicitus quæro, ſi vna eademq́ꝫ ſit vxor eius, qui ante catechumenus, poſtea ſit fidelis, filiosq́ꝫ ex ea, cum eſſet catechumenus ſuſceperit, ac poſtea alios cum fidelis, vtrum ſint appellandi fratres, an non habeant poſtea, defuncto patre, herciſcũde hæreditatis conſortium, qbus filiorum nomẽ regeneratio ſpũalis creditur abſtuliſſe. Quod cum * ita ſentire, atqꝫ iudicare, abſurdũ eſt, quæ ratio eſt, hoc malum defendi, & vacua magis opinione iactari, q̃ aliqua authoritate roborari, cum non poſſit inter peccata deputari, quod lex præcepit, & deus iunxit, & lex iũgit. Nunquid ſi qs catechumenus virtutibus ſtuduerit, humilitatem ſecutus fuerit, patiẽtiam tenuerit, eleemoſynas fecerit, morti deſtinatos qualibet rõne, eripuerit, adulteria exhorruerit, caſtitatem tenuerit, quæro, ſi hęc cum fuerit factus fidelis, amittit, qa per baptiſmũ totum, quod vetus homo geſſerat, putatur auferri? Aſpiciamus gentilẽ hominem Cornelium, orationibus, atqꝫ eleemoſynis vacantem per reuelationem angelum, Petrumq́ꝫ, ipſum vidiſſe. Nunqd per baptiſmũ hæc illi * ablata ſunt, propter quę ei baptiſmus videt̃ conceſſus? Si ita credit̃, mihi credite, non modicũ errat̃, qa quicqd bene geſtũ fuerit, & ſecundũ pręcepta legalia cuſtoditũ, nõ p̃t facientibus deperire.

alias, id

Actorũ.10.a
alias, abluta

E

Nuptiarꝫ ergo copula, qa dei mãdato perficitur, non poteſt dici peccatum. Et quod peccatum non eſt, ſolui inter pc̃tã, credi omnino non debet. Eritq́ꝫ integrũ æſtimare, aboleri non poſſe prioris nomen vxoris, cum non dimiſſum ſit pro peccato, quia ex dei ſit voluntate completum.

1.q.1.Ventũ ẽ ad tertiam

III Ventũ ẽ ad tertiã q̃ſtionẽ q̃ pro ſui difficultate longiorẽ exigit diſputationẽ. Cum nos dicamus, ab hæreticis ordinatos, vulneratũ per illam manus impoſitionem habere caput, vbi vulnus infixum eſt, medicina eſt adhibenda, qua poſſit recipere ſanitatem. Quæ ſanitas poſt vulnus pc̃ĩ ſecuta ſine cicatrice eſſe nõ poterit, atque vbi pœnitentiæ remedium neceſſarium eſt, illic ordinationis honorẽ locũ nõ poſſe habere. Nam ſi (vt legitur) quod tetigerit immũdus, immundum erit, quomodo ei tribuetur, quod munditia, ac puritas conſueuit accipere? Sed econtrario aſſeritur, eum, qui honorem amiſit, honorem dare non poſſe, nec illum aliquid accepiſſe, quia nihil in dante erat, quod ille poſſet accipere. Acquieſcimus & verum eſt certe, qa quod non habuit, dare non potuit. Damnationem vtiqꝫ, quam habuit, per prauam manus impoſitionem dedit, & qui particeps effectus eſt damnato, quomodo debeat honorem accipere, inuenire non poſſum.

Nume.19.d & Leuitic.15. per totũ ca.
1.q.1. Arrianos præterea
1.q.1.Qui pfectionẽ ſancti.
1.q.1. Arrianos præterea
1.q.1.Vẽtũ eſt ad tertiam

F

IIII At (alias Sed, alias Et) dicitur, vera ac iuſta legitimi ſacerdotis benedictio auferre omne vitium, quod a vitioſo fuerat iniectum. Ergo ſi ita eſt, applicentur ad ordines ſacrilegi, adulteri, atque omnium criminum rei, quia benedictione ordinationis crimina, vel vitia putantur auferri. Nullus ſit pœnitentiæ locus, quia id poteſt præſtare ordinatio, quod longa ſatiſfactio præſtare conſueuit. Sed noſtræ lex eccleſiæ eſt, venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati ſunt, per manus impoſitionem, laicam tantum tribuere communionem, nec ex his aliquem, in clericatus honorem, vel exiguum, ſubrogare.

1.q.1.Homĩ q ſiſ. parag. Cũ ergo de. & in decr. Iuo. li.5

V At vero hi, qui a catholica fide ad hæreſim tranſierũt, quos non aliter oportet, niſi * pœnitentia ſuſcipi, apud vos non ſolum pœnitentiam non agunt, verumetiam honore cumulantur. Sed Aniſĳ quondam fratris noſtri, aliorumq́ꝫ conſacerdotum ſumma deliberatio hæc fuit, vt quos Bonoſus ordinauerat, ne cum eodem remanerent, ac ne fieret non mediocre ſcandalum, ordinati remanerent, (alias reciperẽtur.) Vicimus (vt opinor) ambigua. Iam ergo, quod pro remedio, ac neceſſitate temporis ſtatutum eſt, conſtat primitus non fuiſſe, ac fuiſſe regulas veteres, quas ab apoſtolis, vel apoſtolicis viris traditas, eccleſia Romana cuſtodit, cuſtodiendasq́ꝫ mandat his, qui eam audire cenſuerunt (alias conſueuerunt.) Sed neceſſitas temporis id fieri magnopere poſtulabat.

alias, p pœniam

1.q.1.Qd pro neceſſitate

alias, repperit
indrñr dicit̃
1.q.1.Qd pro neceſſitate

Ergo q̃d neceſſitas pro remedio * reperit, ceſſante neceſſitate, debet vtiqꝫ ceſſare pariter, q̃d vrgebat, qa alius ẽ ordo legitimus, alia vſurpatio, quã ad pñs fieri tp̃s impellit. Sed canones apud Nicæam cõſtituti de Nouatianis fieri pmiſerũt, prius ille canon, a

patribus

A patribus institutus, ponendus est, vt possimus aduertere, vel quid, vel qualiter ab eisdem sensum sit, vel preceptum. De his (inquit) qui nominant seipsos Catharos, id est mundos, & aliquando veniunt ad catholicam ecclesiam, placuit sanctae & magnae synodo, vt accepta manus impositione, sic maneant in clero. Possumus vero dicere, de solis* his Nouatianis esse praeceptum, nec ad aliarum haeresum clericos pertinere. Nam si vtique de omnibus ita definirent, addidissent, a Nouatianis, aliisque hereticis reuertentes, debere in suum ordinem recipi. Quod ita esse, etiam illud maxime, quod de Paulianistis dictum est, poterit confirmare, a quibus venientes, etiam baptizari praecipiuntur. Nunquid nam, cum de Paulianistis iubent, omnes, qui ab haereticis reuertuntur, erunt hoc exemplo baptizandi? Quod cum nullus audeat facere, de ipsis tantum esse praeceptum, ratio ipsa demonstrat. Denique, baptizatos rite ab Euangelista Philippo, Petrus & Iohannes, sola manus impositione consummãt. Illos vero, quos apostolus Paulus, Iohannis baptismate baptizatos, repererat, interrogauit, an spiritum sanctum accepissent. Fatentibusque se, ne illud quidem nomen audisse, iussit eos baptizari. Videtis ergo, rite baptizatos, illo dono iterari non posse, & aliter, sola aqua lotos, baptizari in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, necessarium peruideri. Ita & de Nouatianis tantum iussum esse, lucida manifestatione perlegitur. Quod, B idcirco distinctum esse ipsis duabus haeresibus, ratio manifesta declarat, quia Paulianistae in nomine patris, & filii, & spiritus sancti minime baptizant, & Nouatiani iisdem tremendis venerandisque nominibus baptizãt, nec apud istos de vnitate potestatis diuinae, hoc est, patris, filii, & spiritus sancti quaestio aliquãdo mota est, & ideo * omnibus segregatis, nec sola electa est, cui istud crederent concedendum, quia nihil in patris & filii & spiritus sancti sacramento peccarent. Si quis vero, de catholica ad haeresim transiens, aut fidelis, ab apostasia reuertens, & resipiscens, redire voluerit, nunquid eadem ratione poterit ad clerum permitti, cuius cõmissum nõ, nisi per longã poenitentiam poterit aboleri, nec post poenitentiã clericum fieri, ipsi canones sua authoritate permittũt. Vnde cõstat, qui de catholica ad Bonosum transierũt damnatũ, atque se passi sunt, aut cupierũt, ab eodẽ ordinari, nõ oportuisse ordinatiõis ecclesiasticae suscipere dignitatem, qui commune omniũ ecclesiarum iudicium deserẽtes, suã peculiariter in Bonoso vanitatẽ sequẽdam esse duxerũt. Sed multos cõstat vim passos, atque inuitos, attractos, repugnãtesque ab eodẽ ordinatos. Dicat mihi, volo, quisquis hoc credit, si non post ordinationẽ Bonosi interfuit, cũ cõficeret sacramenta, si communioni eius participatus nõ est, si statim discedẽs de eius pessimo cõciliabulo, ad ecclesiã rediit, iste talis potest habere colorẽ aliquẽ excusatiõis. Caeterum alii qui vel post annũ, aut mensem C ad ecclesiã redierũt, intelligimus eos, q in catholicã, nouerãt se propter vitia sua, non posse suscipere ordinationẽ, idcrico ad illũ perrexisse, q passim & sine vlla discussione ordinationes illicitas faciebat, credentes se posse per istam institutionẽ, locũ in ecclesia catholica recipere, de quo antea desperarãt. Nunc illud quod superest interrogo, q post mensem, aut eo amplius rediit, cũ se presbyterum a Bonoso cõsideret ordinatũ, si non sacramenta confecit, si non populis * tribuit, si non missas secundum consuetudinem compleuit, quid de his censeatis, quaeso, promatis apertius? Ad summam certe, qui nihil a Bonoso acceperunt, rei sunt vsurpatae dignitatis, qui conficiendorum sacramẽtorum sibi vendicauerunt authoritatem, atque ad se putauerunt esse, quod de his nulla fuerat regulari ratione concessum.

VI Peruideat ergo dilectio vestra, hactenus talia transisse, & aduertite, quod vtique (vt dicitis) necessitas imperauit, in pace iam ecclesias cõstitutas, nõ presumere, sed vt saepe accidit, quoties a populis, aut a turba peccatur (quia in omnes propter multitudinem, non potest vindicari) inultum soleat transire. Priora ergo dimittenda dico dei iudicio, & de reliquo maxima solicitudine praecauendum.

VII Veniam nunc ad maximũ * quasi ad quoddã thema Fotinũ, & quod mihi anxium est, ac difficillimũ, maiorum meorum reuoluã sentẽtias. Fuerat de illo quoquo pacto (vt etiam ipsi commeministis) aliquid vtique grauius cõstitutũ. Verum quoniam id per rumorẽ falsum (vt asseritis) subreptum huic sedi, & elicitum per insidias demonstratis,

Ca.8. Nicaenae synodi
alias, hoc
Ca.19. Nicaenae synodi
Acto.8.c
Acto.19.a
1.q.1. Paulianistae in nomine
alias, omnibus haeresibus.
1.q.1, Constat multos vim. Sed partim in forma, sed sententialiter quoad omnia.
alias, distribuit
1.q.7. Quotiens a populis
35.q.9. Veniam nũc ad max.
alias, quasi quandam thema Fotinum

qua res

quia res ad salutem rediit, veniam nos hanc in tantum, vobis annitentibus, post condemnationem, more apostolico, subrogamus, tantisque vestris assertionibus, vobisque tam bonis, tam charis, non dare consensum omnibus rebus duris durius arbitramur. Pro vestra ergo * approbatione, fratres charissimi, & sententia, ac postulatione, episcopum Fotinum habetote. Licitum est enim ita constituere, vt deprecamini, & nostram in melius conuersam sententiam, labore, vel testimonio vestro compotes * votis suscipite * atque Eustachium, a me sæpissime comprobatum, nolite expectare, vt diaconii gratia expolietur. Solicitos enim vos pro salute libenter audio, contra caput etiam si faciendum sit, non libenter admitto. Cui manum porrigitis, vobiscum porrigo. Cui porrigo, mecum porrigite. Hæc enim ad Corinthios apostolica est declarata benignitas, vt in vno spiritu ductam, ac reductam sententiam, boni semper indifferenter sequantur. Nam fateor, hęc me primum res bene habet erga Eustachium diaconum, quod nec contra fidem vnquam quicquam locutus sit, nec loquentem admiserit, nec ad mortem crimen aliquod commisisse, vel iactatum vnquam, vel fictum recognouerim. Et qui in his saluus est, si quo pacto conuersationes amabiles non habet, habendus est, vt minus pro tempore dilectus, non vt inimicus existimatus, diabolo in perpetuo mancipandus. Cognosco illum, inter illas simultates, ac turbines contra multorum studia, non dico qualia, diuersa sensisse, & * cum hinc res, ac calamitates ipsæ emendatæ sint, adhuc Dizoniani, & * Siriaci subdiaconorum non potuisse apud vos * emendationem reuiuiscere. Compescite, quæso, ab illo, prædictisque, quorumcunque videtis animos, ac non iustas æmulationes, vt ipse apud nos integer, apud vos, cum suis reparatus, mereatur pacem, non fictam peruidens charitatem. Omnibus igitur vobis, ac singillatim occurrat charitas, & vinculis, quæ nullis modis a Christo soluuntur, vobiscum pariter imperpetuum connexa lætetur in domino. Datum Idus Decembris, Constantio viro clarissimo consule.

alias, arbitratione, alias, voti alias, Ecque

alias, hinc, cum alias, Cyriaci

alias, commendationem.

¶ Istius Consulis cum adiuncto sibi collega Constante meminit Marianus Scotus, sub anno. cccc. xxxv. ad euangelii veritatem. Iuxta Dionysii autem cyclum .cccc.xiii. Gregorius vero Haloander anno Christi. cccc. xvi.

¶ EIVSDEM EPISTOLA VICESIMAQVARTA. ad synodum in Toletana ciuitate constitutam.

De Hispanorum reprehensione, qui inordinate constituunt clericos, i.
Vt causidici, vel curiales, vel seculari militiæ dediti ad clerum non admittantur. ii.
Vt quicunque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur iii.
De commemoratione Nicæni concilii, in quo supradicta prohibentur, iiii.
Quales eligendi sunt in ordine clericorum. v.
De eo, qui ante baptismum vxorem habuit, & post baptismum aliam vt clericus non fiat. vi.

CAPVT PRIMVM.

INnocentius vniuersis episcopis in Toletana synodo constitutis, dulcissimis fratribus, in domino salutem. Sæpe me & nimium cum teneret cura solicitum, super dissentionis schismate ecclesiarum, quod malum per Hispanias latius indies separationis gradu incedere fama proloquitur, necessarium tempus emersit, quo non possit emendatio tanta differri, & deberet congrua medicina prouideri. Nam de ordinationibus, quas prauæ consuetudinis vitio, Hispanienses episcopos celebrare cognoscimus, fuerat aliquid secundum maiorum traditionem statuendum, nisi perpenderemus, ne perturbationes quamplurimas ecclesiis moueremus. Quorum factum ita reprehendimus, vt propter numerum corrigendorum, ea quæ quoquo modo facta sunt, non in dubium vocemus, sed dei potius dimittamus iudicio.

II. Quantos

A II. Quantos eñi ex eis, qui post acceptã baptismi gratiã, in Forensi exercitatione versati sunt, & obtinendi pernaciã susceperũt, accitos ad sacerdotiũ esse, cõperimus, e quorũ numero Rufinus, & Gregorius perhibẽtur, quãtos ex militia, q cũ potestatibus obedierũt, seuera necessario p̃cepta sunt executi, quãtos ex curialibus, qui dum parẽt potestatibus, quę sibi sunt imperata, fecerunt, quãtos, q voluptates, & æditiones populo celebrarunt, ad honorem summi sacerdotij peruenisse, quorum omnium neminem, ne ad societatem quidem ordinis clericorum, oportuerat peruenisse. Quæ si singula discutienda mandemus, nõ modicos motus, aut scandala Hispaniensibus prouintijs, quibus mederi cupimus, de studio emendationis inducem⁹. Idcirco, remittenda potius hæc, putamus. Sed, ne deinceps similia committantur, dilectionis vestræ maturitas prouidere debebit, vt tantæ vsurpationi, saltem nunc, finis necessarius imponatur, eo videlicet constituto, vt quicũq; tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur.

Dist. 51. Aliquãtos ex

III. Post hæc, si quis aduersus formas canonũ, vel ad ecclesiasticũ ordinẽ, vel ad ipsum sacerdotiũ venire tentauerit, vna cũ ordinatoribus suis, ipso, in quo inuenti fuerint, ordine & honore priuentur. Et q̃uis dilectioni vestræ, fratres charissimi, regulæ Nicænæ sint cognitæ, secundum quas ordines esse faciendos per sententiã decernitis, tamen aliquam partem, quæ de ordinationibus est prouisa, inserendã putaui, vt secundũ eam ordinationes in posterũ celebrandas eẽ sciamus, ne cui interpretandi aliter, liberũ arbitriũ relinquat. Ac primũ, quæ sunt prohibita, digerantur.

B

IIII. Ne quispiã, qui post baptismum militauerit, ad ordinem debeat clericatus admitti, neq;, qui causas post acceptũ baptismum egerint, aut, qui post acceptam dei gratiã administrauerint, neq; de curialibus aliquem ad ecclesiasticũ ordinem venire posse, qui post baptismum vel coronati fuerint, vel sacerdotium (quod dicitur) sustinuerint, & æditiones publicas celebrauerint. Nam & hoc de curialibus est cauendum, ne ijdem, q ex curialibus fuerint, aliquãdo a suis curijs, quod freq̃uẽter vidimus accidere, poscantur. Quæ omnia, rationabiliter prohibita, oportet modis omnibus custodiri.

Nicenæ synodi, ca. 11. vl. 12 Et in epist. Innocẽtij ad Victritiũ Rothomageñ, ca. 11.

V. Quales vero eligendi sunt in ordine clericorũ, euidens forma declarat, id est, q ab ineunte ætate baptizati fuerint, & lectorum officio sociati, vel, si maiores sunt, cũ fuerint dei gratiã cõsecuti, statim se ecclesiasticis ordinibus mãcipauerint. Et si vxores habuerint, quærendũ, si vxorẽ virginẽ habuerint, qa scriptum est in veteri testamẽto. Vxorẽ virginem accipiat sacerdos. Et alibi: Sacerdotes mei semel nubãt. Neq; q duas vxores habuerit, qa Paulus apostolus ait: Vnius vxoris virum.

Supra in dec. Siritij ad Hymeriũ Tarraconeñ. ca. 9 Leuit. 21. c 1. Timoth. 3. a & Tit. 1. b

C

VI. Nec illud debere admitti, quod aliquãti pro defensione praui erroris opponunt & asserunt, quod ante baptismum omnia dimittuntur, non intelligẽtes huiusmodi, q̃d sola in baptismo p̃ctã dimittuntur, non vxoris numerus aboletur. Nã si a deo, vt scriptum est, præparatur viro vxor, & quod deus iunxit, homo non separet, & ipsi authores generis humani in origine a deo benedicuntur, q̃uo inter peccata ista credũtur posse dimitti? Quod si secundũ illos, qui ita credunt, verũ est, ergo omnis iniustitia, quæ a catechumenis ante baptismũ fuerit operata, per baptismũ aufertur. Nullus ergo cõtra apostolũ tale aliquid sentiat, nec admittat, sed fideliter intelligat, vnius vxoris virum, siue ante baptismum esse nominatum, siue post baptismum. Si enim vxor, ante baptismum accepta, non ducitur in numerum, nec filij, ex eadem suscepti, inter filios poterunt nominari. Quod, quam absurdum sit, atq; alienum, prudentia vestra melius æstimabit. Vnde neminem liceat interpretari aliter diuinas scripturas, nisi quod recta ratio permittit, ne dum quidã remedia sibi iniqua ad excusationem præparant, ex eo rupisse legem, & regulas euertisse, iudicentur, sed ea tenenda sunt, quæ diuinarum scripturarum series continet, & a sacerdotibus vtili ratione sunt constituta. Bene valeatis, fratres charissimi.

Supra ĩ epl'a Innoc. ad Rufum, & Eusebiũ, &c. ca. 2. Prouer. 19. c Math. 19. a & Marci. 10. a

¶EPISTOLA CONCILII CARTHAGInensis, ad sanctum Innocentium papam.

D

DOmino beatiſſimo & honoratiſſimo fratri Innocentio papę, Aurelius, Numidius, Ruſticianus, *Fidetius, Euagrius, *Antonius, Palatinus, Adeodatus, Vincentius, Publianus, Theaſius, Tutus, Pannonius, Victor, Reſtitutus, alius Reſtitutus, Ruſticus, Fortunatianus, Ampelius, Auinius, Felix, Donatianus, Adeodatus, Octauius, Serotinus, Maiorinus, Poſthumianus, *Criſpolis, Victor, alius Victor, Leutius, *Marinus, Fructuoſus, Fauſtinianus, Quoduultdeus, Candorius, Maximus, Magarius, Suſticus, Sufinianus, Proculus, Thomas, Ianuarius, Octauianus, Prætextatus, Sixtus, Quoduultdeus, Pentadius, Cyprianus, Seruilius, Pelagius, Marcellus, Venantius, Didimus, Saturninus, *Bazecenus, *Germanianus, *Germamenus, Iuuentius, Maiorinus, Iuuentius, Candidus, Cyprianus, & Emilianus, Romanus, Africanus, & Marcellinus, qui in concilio eccleſiæ Carthaginenſis affuimus. Cũ ex more ad Carthaginenſem eccleſiam ſoleniter veniremus, atq; ex diuerſis cauſis, congregata ex nobis, ſynodus haberetur, cõpreſbyter noſter Oroſius nobis literas ſanctoꝝ fratrũ, & conſacerdotũ, noſtroꝝ dedit *Auerothis & Lazari, quaꝝ formam his conſtituimus eſſe ſubdendam. His ergo lectis, Pelagiũ & Celeſtium authores nefarij prorſus, & anathematizandi ab omnibus nobis erroris, aduertimus. Vnde factũ eſt, vt recenſendũ peteremus, qd ante ferme quinquenniũ ſuper Celeſtij nomine, hic apud eccleſiam Carthaginẽſem fuerit exagitatum. Quo recitato, ſicut ex ſubditis aduertere poterit ſanctitas tua, q̃uis iudicatio manifeſta cõſtaret, qa illo tempore, epiſcopali iudicio, exciſum hoc tantũ vulnus ab eccleſia videretur, nihilominus tamen id, communi deliberatione, cenſuimus, vt huiuſmodi pſuaſionis authores, q̃uis & ad preſbyteriũ idem Celeſtius poſtea peruenisse dicat, niſi hæc apertiſſime anathematizauerint, ipſos quoq; anahematizari oportet, vt ſi ipſoꝝ non potuerit, ſaltem eoꝝ, q decepti ſunt ab eis, vel decipi poſſunt, cognita ſententia, quæ in eos lata eſt, ſanitas procuret. Hoc itaq; geſtũ, dñe frater, ſanctæ charitati tuæ intimandũ duximus, vt ſtatutis noſtræ mediocritatis, etiam apoſtolicæ ſedis adhibeatur authoritas, pro tuenda ſalute multoꝝ, & quorundam etiam peruerſitate corrigẽda. Id eñ agunt iſti damnabilibus diſputationibus ſuis, vt non defendendo, ſed potius in ſacrilegam ſuperbiam, extollendo liberum arbitriũ, nullũ relinquant locum gratiæ dei, qua Chriſtiani ſumus, qua & idipſum noſtræ voluntatis arbitriũ vere fit liberum, dum a carnaliũ concupiſcentiaꝝ dominatione liberatur, dicẽte dño: Si vos filius liberauerit, tũc vere liberi eritis. Quod auxiliũ fides impetrat, quæ eſt in Chriſto Ieſu dño noſtro. Dicũt hæretici, q̃d naturaliter poſſit legẽ implere, qui vult, & ꝙ deus legem ad adiutoriũ dediſſet. Iſti aũt aſſerũt (ſicut a fratribus, q eoꝝ libros legerunt cognouimus) in eo dei gratiam *putandã, quod talem hominis inſtituit, creauitq; naturam, quæ per propriam volũtatem legem dei poſſit implere, ſiue naturaliter in corde conſcriptam, ſiue in literis datam. Eandem quoq; legem ad gratiã pertinere, quod illam deus in adiutoriũ hominibus dedit. Illam vero gratiam, qua (vt dictum eſt) Chriſtiani ſumus, cuius apoſtolus prædicator eſt, dicens: Cõdelector eñ legi dei ſecundũ interiorem hominem, video aũt aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in mẽbris meis, miſer ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei p Ieſum Chriſtum dñm noſtrũ, nolũt cognoſcere omnino, nec aperte quidem oppugnare audent. Sed quid aliud agunt, cum hominibus animalibus, non percipientibus, quæ ſunt ſpũs dei? Perſuadere non ceſſant, ad operandam, perficiendamq; iuſtitiã, & dei mandata complenda, ſolam ſibi humanã ſufficere poſſe naturam, non attendentes, quod ſcriptum eſt: Spũs adiuuat infirmitatem noſtram. Et non volentis, neq; currẽtis, ſed miſerentis eſt dei. Et, quod vnũ corpus ſumus in Chriſto Ieſu, ſinguli autem alter alterius membra, habentes dona diuerſa ſecundum gratiam, quę data eſt nobis. Et: Gratia dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit, ſed plus omnibus illis laboraui, non ego autem, ſed gratia dei mecum. Et gratias ago deo, q dedit nobis

[Marginalia:]
alias, Fidentinus.
alias, Antoninus
als, Criſpul⁹.
alias, Marinianus.
als, Bazacen⁹
alias, Germanus
alias, Germenianus.
als, Nerothis vel, Herothis vel, Erotis
E
Iohan. 8. d.
F
alias, deputãdam.
Roma. 7. d
1. Coꝛ. 2. d
Roma. 8. e.
Roma. 9. c
Roma. 12. b.
1. Coꝛ. 15. b
1. Coꝛ. 15. g.
2. Coꝛ. 3. b.

nobis victoriam, per dominum nostrum Iesum Christũ. Et quia idonei nõ sumus,
A aliquid cogitare, quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Et habem⁹
thesaurum istũ in vasis fictilibus, vt eminentia sit virtutis dei, & non ex nobis. Et in-
numerabilia, quæ de scripturis omnibus, si colligere velimus, tomus non sufficit. Et
veremur, ne apud te, ipsa ista commemorando (qui maiore gratia de sede apostoli-
ca prædicas) incõuenienter facere videamur. Sed ideo facimus, quia in eo, quod in-
firmiores sumus (quanquam versus quisq; nostrũ, verbum dei prædicando, putatur
attentior) crebrius eos patimur, in nos audacius insurgentes. Si ergo Pelagius epis-
copalibus gestis, quæ in Oriente confecta dicũtur, etiam tuæ venerationi iuste vi-
sus fuerit absolutus, error tamen ipse, & impietas, quæ iam multos assertores habet,
per diuersa dispersos, etiam apostolicæ sedis authoritate, anathematizanda est. Cõ-
sideret enim sanctitas tua, & pastoralibus nobis compatiatur visceribus, quam sit pe
stiferum, & exitiale ouibus Christi, quod istorum sacrilegas disputationes necessa-
rio sequitur, vt nec orare debeamus, ne intremus in tẽtationem, quod dominus dis-
cipulos monuit, & posuit in oratione, quam docuit, & vt non deficiat fides nostra,
quod pro apostolo Petro se rogasse, ipse testatus est: Si eñ possibilitate naturę, & ar
bitrio voluntatis in potestate sunt constituta, quis non ea videat inaniter a domino
peti, & fallaciter orari, cum orando poscũtur, quæ naturæ, iam ita conditæ, sufficiẽ-
tibus viribus obtinentur, nec debuisse dicere dominum Iesum Christum, vigilate, &
B orate, sed tantummodo, vigilate, vt non intretis in tentationem, nec beatissimo Pe-
tro primo apostolorum, rogaui pro te, sed moneo te, vel impero, ac præcipio, ne defi-
ciat fides tua. Contradicitur enim istorum contentione benedictionibus nostris, vt in-
cassum supra populum dicere videamur, quicquid eis a domino precamur, vt recte
ac pie viuendo, illi placeant, vel illa, quæ pro fidelibus precatur apostolus, dicens:
Flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas
in cœlo, & in terra nominatur, vt det nobis, secundum diuitias gloriæ suæ, virtute
corroborari per spiritum eius. Si ergo voluerimus, benedicẽdo, super populum di-
cere, da illi virtutem, domine, corroborari per spiritum tuum, istorum nobis dispu-
tatio contradicit, affirmans, liberum negari arbitrium, si hoc a deo poscitur, quod in
nostra potestate est. Virtute enim corroborari, si volumus (inquiunt) possumus, ea
possibilitate naturæ, non misericordiæ, quam non nunc accipimus, sed quam, cum
crearemur, accepimus. Paruulos etiam, propter salutem, quæ per saluatorem Chri-
stum datur, baptizandos negant, ac sic eos mortifera doctrina in æternum necant,
promittentes etiam, si non baptizentur, habituros vitam æternam, nec pertinere ad
C eos, de quibus dominus ait: Venit enim filius hominis quærere & saluare, quod pe
rierat. Quia, inquiunt, isti non perierant, nec est, quod in eis saluetur, vel tanto pre-
tio redimatur, quia nihil est in eis vitiatum, nihil tenetur sub diaboli potestate capti-
uum, nec pro eis fusus esse sanguis in remissionem legitur peccatorum, quanquam
per baptismum Christi, etiam paruulorum fieri redemptionem, libello suo Celestius
in Carthaginensi ecclesia iam confessus est. Sed multi, qui eorum perhibentur esse,
vel fuisse discipuli, hæc mala, quibus fundamenta Christianæ fidei conantur euer-
tere, quacunq; possunt astutia, affirmare non cessant. Vnde etiam si Pelagius, Cele-
stiusq; correcti sunt, vel si ista nunquam sensisse se dicunt, &, quæcunq; scripta con-
tra eos prolata fuerint, sua esse negabunt, nec est, quemadmodum de mendacio cõ-
uincantur, generaliter tamen, quicunq; dogmatizat, & affirmat, humanã sibi, ad vin-
cenda peccata, & dei mandata facienda, sufficere posse naturam, & eo modo gratiæ
dei, quæ sanctorum euidentius orationibus declaratur, aduersarius inuenitur, & q-
cunq; negat, paruulos per baptismum Christi a perditione liberari, & salutem per-
cipere sempiternam, anathema sit. Quæcunq; autem alia eis obijciuntur, non dubi-
to, venerationem tuam, cum gesta episcopalia perspexerit, quæ in Oriente in eadẽ
causa confecta dicuntur id iudicaturam, vnde omnes in dei misericor-
dia gaudeamus. Ora pro nobis, domine, beatissime
papa, Contuli.

Matth. 6. b
Luc. 22. c
Marci. 14. d.
Lucæ. 22. c
Ephe. 3. c.
Lucæ. 19. b.

RESCRIPTVM INNOCENTII PAPAE ad concilium Carthaginense, Et est epistola in ordine præcedentium eiusdem papæ. XXV.

D

alias, vel. alias, in requirendis.

INnocentius Aurelio, & omnibus sanctis episcopis, *& cæteris, qui in concilio Carthaginensis ecclesiæ affuerunt, dilectissimis fratribus, in domino salutem. *Inquirendo de his rebus, quas omni cum solicitudine decet a sacerdotibus, maxime a vero, iustoque, & catholico tractari cõcilio, antiquæ traditionis exempla seruantes, & ecclesiasticæ memores disciplinæ, nostræ religionis vigorem *mentis non minus nunc in consulendo, q̃ antea cum pronuntiaretis, vera ratione firmatis, qui ad nostrum referendum *approbatis esse iudicium, scientes quid apostolicæ sedi (cum omnes, hoc loco positi, ipsum sequi desideremus apostolũ) debeatur, a quo ipse episcopatus, & tota authoritas huius nominis emersit. Quem sequentes, tam mala iam damnare nouimus, quàm probare laudanda, vel id velut ꝙ vera patrũ instituta sacerdotali officio custodientes, non cessetis esse calcanda, quod illi non humana, sed diuina decreuere sententia, vt quicquid, quamuis de disiunctis, remotisque prouintijs ageretur, non prius ducerent finiendũ, nisi ad eius sedis notitiam perueniret, vt tota, huius authoritate, iusta (quæ fuerit) pronuntiatio, firmaretur, indeque sumerent cæteræ ecclesiæ (velut de natali suo fonte aquæ cunctæ procederent, & per diuersas totius mũdi regiones puri capitis incorrupte manarent) quid præcipere, quos abluere, quos, veluti in cœno inemundabili sordidatos, mundis digna corporibus vnda vitaret. Gratulor igit, charissimi fratres, quod per fratrem, & coepiscopũ nostrũ Iuliũ literas ad nos destinastis, &, cum pro illis curam geritis, quibus præsidetis ecclesiis, solicitudinem vestrã pro omniũ vtilitate monstratis, & per cunctas totius orbis ecclesias, quod omnibus profit, decernendum esse vna deposcitis, vt suis constabilitę regulis ecclesiæ, & hoc quod illos caueat pronũtiationis iusta firmata decretalibus patere non possit, qui ꝑuersis instructi, imo destructi verborum argutijs, sub imagine catholicæ fidei disputãtes, velut pestiferum exhalantes virus (vt hominũ, recte sentientiũ, in deteriorẽ partem corda corrumpant) totam veri dogmatis quærunt euertere disciplinam. Sanandum ergo celerius, ne longius execrãdus animis morbus inserpat. Vt si medicus (cũ viderit huius terreni corporis aliquem esse languorem) magnũ suæ artis æstimat documentum, si cito quis illius interuẽtu, desperatus, euadat. Vel cũ postea putre vulnus aspexerit, adhibet fomenta, vel cætera, quibus illud possit, quod natũ fuerat, vulnus obduci. Ac si id manens, sanari non poterit, ne corpus reliquũ sua tabe corrumpat, ferro amputet, quod nocebat, quo reliquũ integrũ seruet & intactũ. Præcidendum ergo, id est, quod, velut puro, sanoque nimiũ corpori vulnus obrepsit, ne (cũ tardius abstergitur) in ipsis pene visceribus huius mali nõ exhauriẽda post sentina cõsidat. Nunquid nos post hæc rectũ de his mentibus ęstimemus, qui sibi se putãt deberi, quod boni sunt, nec illũ considerant, cuius quotidie gratiã consequuntur? Sed iam isti, qui tales sunt, nullã dei gratiã consequuntur, qui sine illo tantum assequi se posse confidũt, quantũ vix illi (qui ab illo postulant & accipiunt) promerent. Quid enĩ tam iniquum eẽ potest, tam barbarum, tam totius religionis ignarum, tam Christianis mentibus inimicum, q̃ huic denegare debere, quicquid in quotidiana gratia consequeris, cui tu ipse confiteri deberes, quod natus es? Ergo eris tibi in prouidendo ꝑstantior, quam potest is esse, qui te, vt esses, effecit? Et cum te putes ei debere, q̃d viuis, quomodo te non putas illi debere, quod (quotidianam eius cõsequendo gratiã) taliter viuis. Et q nos adiutorio negas indigere diuino, quasi ex nostra *ex toto possibilitate perfectos, quomodo non adiutorium in nos (cum tales a nobis etiã eẽ possumus) prouocamus? Qui enĩ adiutorium dei negat, vellem interrogare, quid dicat, Nos non mereri, an illum hoc nõ posse præstare, an nihil esse, propter quod vnusquisque hoc debeat postulare? Posse hoc deũ, opera ipsa testantur. Adiutorio quotidiano nos egere, negare non possumus. Hoc enĩ seu bene viuimus, prouocamus, vt me-

E

F

alias, mentis, nõ habet

alias, adprobastis

Istud allegat infra. r. cap. primæ decretalis asscriptę Celestino papæ.

als, in totũ.

A vt melius, sanctiusq; viuamus, seu prauæ sentientes, a bonis auertimur, vt ad rectam redeamus viã, eius auxilio plus egemus. Nũquid tam mortiferũ, tam præceps videatur ad casum, tam expositũ ad omnia pericula, si (hoc solũ nobis putantes posse sufficere, quod liberũ arbitriũ (cũ nasceremur) accepimus) vltra iam a dño nihil quæramus, id est, authoris nostri obliti, eius potentiã (vt nos ostendamus liberos) abiuremus, quasi iam amplius, quod dare possit, non habeat, qui te in tuo ortu liberũ fecit, nescientes, quod nisi magnis precibus gratia in nos implorata descendat, nequaquã terrenæ labis & mundani corporis vincere conemur errores, cum *pares nos ad resistendũ non liberũ arbitriũ, sed dei solius facere possit auxiliũ. Nã si ille clamat adiutorio sibi opus esse diuino (qui digne hoc non quæreret, si cui liberum arbitriũ plus prodesset, quippe cũ vir beatus *& iam electus a dño nihil egeret, tamen ita deũ deprecatur postulans. Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neq; despicias me, deus salutaris meus) nos nobis liberũ arbitrium, ille deum postulat adiutorẽ, quod nati sumus, posse sufficere nobis, dicimus, ille deũ, ne derelinquatur, exorat. Non rogo, manifeste discimus quod oremus, cũ ille tantopere beatus (sicut supra diximus) vir, ne despiciatur exoptat? Illi eñ, necesse est, ista arguant, qui illa confirmant. Dauid eñ, orationis ignarus, & suæ naturæ nescius, accusetur, qui cũ sciat tantum in sua natura esse adiutorem sibi deũ, & assiduum adiutorẽ, nec illi sufficit assiduũ, sed ne aliquando illum despiciat, orationibus pronus exoptat, & per corpus omne psalterij hoc &

B prædicat, & clamat. Si ergo hoc ille ita magnũ scit, vt assidue diceret, ita necessarium confessus est, vt doceret, quemadmodũ Pelagius, Celestiusq; seposita omni responsione psalmorũ, taliq; abdicata doctrina, suasuros se aliquibus esse confidũt, nos adiutorium dei nec debere quærere, nec egere, cũ omnes sancti nihil se sine hoc agere posse testentur? Liberũ enim arbitriũ olim ille perpessus, dum suis incõsultius vtitur bonis, cadens, in præuaricationis profunda demersus est, & nihil queadmodũ exinde surgere posset inuenit, suaq; in æternum libertate deceptus, *huic ruinæ iacuisset oppressus, nisi eũ postea Christi, per suam gratiã, releuasset aduentus, qui per nouæ regenerationis purificationẽ, præteritũ omne vitium sui baptismatis lauacro purgauit, & eius confirmans statũ, quo rectius, constabiliusq; procederet, tamen suã gratiã in posterũ non denegauit. Nam quamuis hominem redemisset a præteritis ille peccatis, tamẽ sciens, iterũ posse peccare, ad reparationem sibi (queadmodũ posset illum & post ista corrigere) multa seruauit, quotidiana præstans illi remedia, qbus nisi freti, confisiq; nitamur, nullatenus vincere humanos poterimus errores. Necesse est eñ

C vt quo auxiliante, vincimus, eo iterũ non adiuuante vincamur. Sed possem plura dicere, nisi vos constaret, cuncta dixisse. Quisquis ergo huic assentiens videtur eẽ sententiæ *qua dicat, adiutorio nobis non opus esse diuino, inimicũ se catholicæ fidei, & dei beneficio profitetur ingratũ. Nam nec nostra cõmunione sunt digni, quam, prædicando taliter polluerũt. Sic eñ sua sponte (dum sequunt illa, quæ dicũt) longius a vera religione fugerũt. Cũ eñ hoc totũ in nostra professione consistat, quotidianisq; precibus nihil agamus, nisi queadmodũ dei misericordiã consequamur, queadmodum ferre possumus ista iactantes? Quis, rogo, tantus illorũ pectora error obcæcat, vt si ipsi nullam dei gratiam sentiant, qa nec digni sunt, nec merent, ne de alijs considerent, quid quotidie singulis gratia diuina largiatur? Sunt quidẽ isti oẽs cæcitate dignissimi, q nec hoc sibi reliquerũt, vt se auxilio diuino reuocari ab erroribus posse credant. Negantes eñ dei adiutoriũ, non alijs, sed sibi hoc penitus abstulerunt, q *euellendi sunt longius, & ab ecclesiæ procul remouẽdi visceribus, ne diutius multa occupãs, insanabilis post error increscat. Si eñ diu fuerint sub hac impunitate versati, necesse est, multos in hac suæ prauitate mẽtis inducãt, decipiantq; innocentes, vel potius imprudẽtes, q fidem catholicã non sequũtur. Putabũt eñ eos recte sentire, quos adhuc vident in ecclesia perdurare. Separetur ergo a sano corpore vulnus insanũ, remotoq; morbi sæuientis afflatu, cautius, quæ sunt syncera, pdurent, & grex purior ab hac mali pecoris cõtagione purgetur. Sit totius corporis illibata pfectio, quam vos sequi, & tenere hac in illos pronuntiatione cognouimus, &

AAA iij vna

Marginal notes: als, potẽtes. — Psal. 26 — alias, etiam. — Verba hæc Innocentij refricant in ca. 4. decret. primæ ascripte Celestino papæ. — als, hui9 ruina latuisset oppressus. — alias, quod. — als, auellẽdi

alias, tandem

vna vobiscum pari assentione seruamus. Qui si *tamē aliquando in se dei adiutoriū, quod huc vsq; negauerūt, prouocauerint, & opus sibi eius auxiliū esse cognouerint, vt de hac labe (in qua, sui cordis incuruatione, corruerant) liberentur, & quasi in lucē de fœda tracti caligine (remotis, abdicatisq; omnibus, qbus totus hc veꝝ aspiceret, fœdebatur, & caligabat aspectus) dānent hæc, quæ hucusq; senserūt, & aliquādo animum rectis disputationibus cōmodantes, ab hac aliquantulum labe correcti, veris se sanandos consilijs tribuant atq; submittāt, quod si fecerint, erit in potestate pontificū, istis aliquatenus subuenire, & talibus aliquā curā præstare vulneribus, quam solet lapsis (cūm resipuerint) ecclesia nō negare, vt a suis reuocati pcipitijs, intra ouile dñi redigātur, ne foris positi, & tanto præsidio a fide munitionis exclusi, periculis omnibus exponant, deuorandi lupoꝝ dentibus, atq; vexandi, quibus obsistere, hac, qua illos in se irritauerant, doctrinæ peruersitate nō possunt. Sed satis vestris monitis, & sic satis abundantibus nostræ legis exēplis probatur esse responsum. Nec qcquam superesse dicimus, quod dicamus, cūm nihil prætermissum a vobis, nihil constet esse suppressum, quo illi refutati, & penitus cognoscantur esse conuicti. Ideo a nobis testimonia nulla ponuntur, quia & his plena relatio est, & satis constat, vt doctissimos sacerdotes cūcta dixisse. Nec decet credere, vos aliquid (quod ad causam possit proficere) præterisse. Et alia manu. Bene valete, fratres.

¶EPISTOLA CONCILII MILEVITANI, ad Innocentium papam.

DOmino beatissimo meritoq; venerabili & in Christo venerādo papæ Innocentio Siluanus senex, Valentinus, Aurelius, Donatus, Restitutus, Lucianus, Alypius, Augustinus, Placentius, Seuerus, Fortunatus, Possidius, Nouatus, Secūdus, Maurētius, Leo, Faustinianus, Cresconius, Innocētius, Felix, Antoninus, Gigantius, Cresconius, Adeodatus, Processus, Secundus, Felix, Asiaticus, Rufinus, Faustinus, Victor, Antoninus, Malchus, Lictorius, Fortunatus, Donatus, Pōtianus, Saturninus, Cresconius, Possidonius, Lucius, Honorius, Seruius, Therentius, Cresconius, Sperantius, Quadratus, Lucillus, Sabinus, itē Sabinus, Cresconius, Victor, Honoratus, Donatus, Petrus, Præsidius, Cresconius, Lampadius, Delphinus ex concilio Mileuitano in dño salutē. Quia te dñs gratiæ suæ pcipuo munere in sede apostolica collocauit, talemq; nostris tēporibus præstitit, vt nobis potius ad culpā negligētiæ valeat, si apud tuā venerationē, quæ pro ecclesia sunt suggerēda, tacuerimus, quā ea tu possis vel fastidiose, vel negligenter accipere, magnis periculis infirmoꝝ mēbroꝝ Christi pastoralē diligentiā (quæsumus) adhibere digneris. Noua quippe hæresis, & nimiū pernitiosa tentat assurgere inimicorum gratiæ Christi, qui nobis dominicā etiam orationem impijs disputationibus conantur auferre. Cum enim dñs docuerit, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, isti dicūt, posse hominem in hac vita, pceptis dei cognitis, ad tātam perfectionem iustitiæ, sine adiutorio gratiæ saluatoris, per solū liberę volūtatis arbitriū peruenire, vt etiā non sit necessariū dicere, dimitte nobis debita nostra. Illud vero, qđ sequitur, ne nos inferas in tentationē, nō ita intelligendū, tanquam diuinū adiutoriū poscere debeamus, ne in peccatū tentati decidamus, sed hoc in nostra positū esse potestate, & ad hoc implendū solā sufficere hominis voluntatem, tanquā frustra apostolus dixerit: Nō volentis, neq; currentis, sed miserentis est dei. Et: Fidelis deus, q vos nō permittit tentari super id, quod potestis, sed faciet cū tentatione etiā exitū, vt possitis sustinere. Frustra etiā dñs dixerit apostolo Petro: Rogaui pro te, ne deficiat fides tua. Et omnibus suis. Vigilate & orate, ne intretis in tētationem. Si hoc totū est potestatis humanæ, pueros qq; paruulos (si nullis imbuantur Christianæ gratiæ sacramētis) habituros vitā æternā nequaq̄, Christi ana psumptione

Matth. 6. b
Lucę. 11. a

Marci. 6. b
Lucæ. 11. a

Roma. 9. c
1. Cor. 10. c
Lucæ. 22. d.
Matth. 26. d
& Luc. 22. e

A ptione contendunt, euacuantes, quod dicit Apostolus: Per vnum hominem peccatum intrauit in mūdum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Et alio loco: Sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur, vt ergo alia omittamus, quæ contra scripturas sanctas plurima disserunt, hæc interim duo (quibus omnino totum, ꝙ Christiani sumus) conantur euertere, quæ fidelia corda sustineant, non esse rogandum deum, vt contra peccati malum, atq; ad operandam iustitiam sit noster adiutor, & non opitulari paruulis, ad consequendam vitam æternam, Christianæ gratiæ sacramentum. Hæc insinuantes apostolico pectori tuo, nō habemus opus multa dicere, & tantam impietatem verbis exaggerare, quum proculdubio te ista permoueant, vt ab eis corrigendis, ne latius serpant, multosq; contaminent, vel potius interimant (dum sub nomine Christi a gratia Christi penitus alienant) omnino dissimulare non possis. Huius autem perniciosissimi erroris authores esse perhibentur Pelagius & Celestius, q̊s quidem in ecclesia sanari maluimus, quàm desperata salute, ab ecclesia resecari, si necessitas vlla compellat. Quorum vnus, id est, Celestius etiam ad presbyterium in Asia peruenisse dicitur. De quo, ante paucos annos quid gestum fuerit, sanctitas tua de Carthaginensi ecclesia melius instruitur, Pelagius vero (sicut a quibusdam fratribus nostris missæ loquuntur epistolæ) Hierosolymis constitutus, nōnullos fallere asseritur. B Veruntamen multo plures, qui eius sensus diligentius indagare potuerunt, aduersus eum pro Christi gratia, & catholicæ fidei veritate confligunt, sed præcipue sanctus filius tuus, frater, & compresbyter noster Hieronymus. Sed arbitramur (adiuuante misericordia domini dei nostri Iesu Christi, quæ te & regere consulentem, & orantem exaudire dignatur) authoritati sanctitatis tuæ, de claro scripturarum lumine deprompte, facilius eos (qui tam peruersa, & tam perniciosa sentiunt) esse cessuros, vt de correctione potius eorum gratulemur, quam contristemur interitu, domine beatissime. Quamlibet autem ipsi eligant certe vel alios plurimos, quos possunt, si ab eis dissimuletur, suis laqueis implicare, cernit venerabilitas tua, instanter, & celeriter prouidendum. Hæc ad sanctitatem tuam de concilio Numidiæ scripta direximus, imitantes Carthaginensem ecclesiam, & Carthaginēsis prouintiæ coepiscopos nostros, quos ad sedem apostolicam (quam beatus illustras) de hac causa scripsisse comperimus. Et alia manu. Memor nostri in domini gratia augearis, domine beatissime, meritoq; venerabilis, & in Christo honorande, sanctissime papa.

Roma.5.b

1.Cor.15.c.

RESCRIPTVM INNOCENTII PAPAE ad Mileuitarum concilium, Et est in ordine præcedentium epistolarum. XXVI.

C

INnocentius Siluano seni, Valentino, & cæteris, qui in Mileuitana synodo interfuerunt, dilectissimis fratribus, in domino salutem. Inter cæteras ecclesiæ Romanę curas, & apostolicæ sedis occupationes, q̄bus diuersorum cōsulta fideli, ac *modica disceptatione tractauimus, frater, & coepiscopus noster Iulius dilectionis vestræ literas, quas ex Mileuitano, nostra authoritate, concilio cura fidei propensiore misistis, mihi inopinanter ingessit, Carthaginensis etiam synodi quærelæ parilis scripta subiungēs. Nimirum, exultat ecclesia, tantā solicitudinē commissis gregibus exhibere pastores, vt nō solū neminē ex his patiant̄ errare, sed si quas magis ouiū seuæ delectatiōis herba seduxit, ac sic in errorē p̄maserint, aut segregari penitus velint, aut illicite, vel inlicēter dudū petita vitātes custodiæ pristinæ circūspectiōne tutari, in vtraq; parte videlicet cōsulētes, ne, vel, suscipiēdo tales, simili cæterę ducātur exēplo, vel, spernēdo redeūtes, lupoꝶ morsib⁹ videant̄ ingestę. Prudēs admodū, & catholicæ fidei plena cōsultatōis volūtas. Quis em̄ aut tolerare possit errātē, aut nō recipere corrigētē? Nā vt, duꝶ arbitror, cōniuētiā p̄bere peccātib⁹, ita impiū iudicio manū negare cōuersis.

alias, medica

alias, arcam
2.Cor.11.g

Diligenter ergo & congrue apostolici consulitis honoris* arcana. Honoris(inquã) illius, quẽ præter illa (quæ sunt extrinsecus) solicitudo manet omnium ecclesiarum, super anxijs rebus, quæ sit teneda sententia, antiquæ, scilicet, regulæ formam secuti, quam toto semper ab orbe mecum nostis esse seruatam. Verum hæc missa facio. Neq; enim hæc vestram credo latere prudentiam, qui id etiam actione firmastis, scientes, quod per omnes prouincias de apostolico fonte petentibus responsa semper emanent. Præsertim quotiẽs fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres, & coepiscopos nostros non nisi ad Petrum, id est, sui nominis, & honoris authorem referre debere, velut nunc retulit vestra dilectio, quod per totum mundum possit ecclesijs omnibus in commune prodesse. Fiant eñ necesse est cautiores, cũ inuentores malorum* ad duplicis relationem synodi sententiæ nostræ statutis viderint ab ecclesiastica communione seiunctos. Gemino igitur bono charitas vestra fungetur. Nam & canonum potiemini gratia seruatorum, & beneficio vestro totus orbis* tutabitur. Quis eñ catholicorũ virorũ cum aduersarijs Chri velit vlterius miscere sermonem? Quis saltem ipsam vitæ lucẽ communione partiri nouæ hæreseos, nimirum fugiantur authores. Quid eñ acerbius in dominũ fingere potuerũt, q̃ cum adiutoria diuina cassarent, causamq; quotidianę precationis auferrẽt? Hoc est dicere: Cur mihi opus deo? Merito in hos* Dauid hymnum dicit: Ecce homines, qui non posuerunt deum adiutorem sibi. Negantes ergo auxilium dei (inquiunt) hominẽ sibi posse sufficere, nec gratia hunc egere diuina, qua priuatus, necesse est, diaboli laqueis irretitus occumbat, dum ad oĩa vitæ perficienda mandata, sola tantummodo libertate contendat. O prauissimarũ mentiũ peruersa doctrina. Aduertat id tandẽ, quod primũ hominẽ ita libertas ista decepit, vt dum indulgentius frenis eius vtitur, in* præuaricationis p̃sumptione conciderit. Neq; ex hac potuit erui, nisi prouidentia ei regenerationis statum pristinæ libertatis Christi domini reformasset aduentus. Audiat Dauid dicentẽ: Adiutorium nostrum in noĩe dñi. Et, adiutor meus* es tu, ne derelinquas me, neq; despicias me, deus salutaris meus. Quæ incassum dixerit, si tantum in eius erat positum volũtate, quod a domino flebili sermone poscebat. Quæ cum ita sint, cumq; in oĩbus diuinis paginis voluntati liberæ non nisi adiutoriũ dei legamus esse nectendũ, eamq; nihil posse cœlestibus præsidijs destitutam, quonam modo huic soli possibilitatem hãc pertinaciter (vt asseritis) defendẽtes sibimet, immo quod est dignius dolore communi. (Nam plurimis Pelagius, Celestiusq; persuadent) multifarijs *equidem ad instruendum tale magisterium vti possemus exemplis, nisi sciremus, & sanctitatem vestram ad plenum scripturas omnes scire, intelligere, callere diuinas, p̃sertim cũ vr̃a relatio tantis, ac talibus testimonijs sit referta, vt his solis valeat præsens dogma rescindi, opusq; non esse recognitis, cum his (quæ facile vobis occurrentia posuistis) nec audeant obuiare, nec possint. Ergo dei gratiam conantur auferre, quàm necesse est, etiam restituta nobis status pristini libertate, quæramus, quippe nec alias diaboli machinas, nisi eadem possumus iuuante, vitare. Illud vero, quod eos vestra fraternitas asserit prædicare, paruulos æternæ vitæ præmijs, absque baptismatis gratia, posse donari, perfatuum est. Nisi enim manducauerint carnem filij hominis, & biberint sanguinem eius, non habebunt vitam in semetipsis. Qui autem hanc in eis sine regeneratione defendunt, videntur mihi, ipsum baptismum velle cassare, cum prædicant, hos id gratiæ habere, quod in eis credunt, non nisi baptismate conferendum. Si ergo nihil volunt officere, non renasci, fateantur necesse est, nec regenerationis sacra fluenta prodesse. Verum vt superfluorum hominum praua doctrina celeri veritatis possit ratione discindi, proclamat dominus in euãgelio, dicens: Sinite infantes, & nolite eos prohibere, venire ad me, talium est eñ regnum cœlorũ. Quare Pelagiũ Celestiumq; id est, inuentores vocum nouarũ (quæ sicut dixit Apostolus, ædificationis nihilũ, sed magis vanissimas consueuerunt parare quæstiones) ecclesiastica communione priuari, apostolici vigoris authoritate censemus, donec resipiscant a diaboli laqueis, a quo captiui tenentur secundum ipsius voluntatem, eosque interim duminico ouili non recipi, quoad ipsi, peruersæ viæ (quem secuti sunt) tramitem deserere voluerint.

24.q.1.Quotiens rõ fidei.
alias, ad duplices
alias, vtetur,
alias, dicat hymnidicus
Psalmo.51
alias, præuaricatione p̃sumptionis
Psalm.123
Psal.26
alias, esto
alias, siquidẽ.
Iohan.10.f
Matth.19.a
1.Timo.1.a
2.Timo.2.a

D E F

Abscindẽ

A Abſcindendi ſunt eñ,qui nos cõturbant,& volunt euangeliũ Chriſti * perdere. Simul aũt præcipimus,vt quicunq; id pertinacia ſimili defenſare nituntur,par eos vindicta conſtringat(nõ ſolũ eñ qui faciunt,ſed etiam qui cõſentiunt facientibus)quia non multũ intereſſe arbitror,inter cõmittentis animũ,& conſentientis fauorẽ. Addo & amplius. Plerunq; dediſcit errare,cui nemo cõſentit. Hæc igitur, fratres chariſſimi,in ſupradicta * maneat fixa ſententia,abſint atrijs dñi, careant dumtaxat cuſtodia paſtorali,ne duaꝝ ouiũ dira contagia ſerpãt forſitan per vulgus incautũ,rapaciq; lupus corde lætetur intra ouile dñi, quũ per tantas ouium fuſas cateruas (dum a cuſtodibus diſſimulantur)habetur vulnus duaꝝ. Proſpiciendũ eſt ergo,ne,permittendo lupos,mercennarij magis q̃ paſtores videamur eſſe. Iubemus ſane,quia Chriſtus dominus noſter propria voce ſignauit,nolle ſe mortem morientis tantum , ſed reuertatur,& viuat,vt ſi vnquam ad ſanum(depoſito praui dogmatis errore)reſipuerint,damnauerintq; ea, (quorum ſe * ipſos præuaricatione damnauerunt) eis medicinam ſolitam,id eſt,receptaculum ſuum,ab eccleſia non negari, ne dum eos redeuntes forſitan prohibemus,vere extra ouile remanentes,expectantis hoſtis rapidis faucibus glutiantur,quos in ſemetipſos ſpiculis malæ diſputationis amarunt. Bene valete fratres. Data ſexto Kalendas Februarij,Honorio & Conſtantio viris clariſſimis B conſulibus.

Gala.5.b
aľs,euertere
aľs, maneant
Ezech.18.g &.33.c
aľs, ipſi

¶ Marianus Scotus hos conſules ponit ſub anno.cccc.xxxviij.quum tamen ſcribat Innocentium papam anno præcedenti defunctum,niſi forte eodem anno in principio ſcripſerit,ſcilicet in Februario,quo mortuus eſt in Auguſto.

EPISTOLA FAMILIARIS QVINQVE epiſcoporum ad ſupradictum papam.

DOmino beatiſſimo,meritoq; * honoratiſſimo fratri Innocentio papæ, Aurelius, Alypius, Auguſtinus, Euodius, & Poſſidius,in domino ſalutem. De concilijs duobus prouinciæ Carthaginenſis,atq; Numidiæ ad tuam ſanctitatem a nõ paruo epiſcopoꝝ numero ſubſcriptas literas miſimus, cõtra inimicos gratiæ Chriſti,qui confidunt in virtute ſua,& creatori noſtro quodammodo dicunt,Tu nos creaſti homines,iuſtos aũt ipſi nos fecimus. Qui naturã humanam ideo dicunt C liberam,ne quærant liberatorem,ideo ſaluam,vt indicent ſuperfluum ſaluatorem. Tantum enim dicunt valentem,vt ſuis viribus, ſemel in origine ſuæ creationis acceptis,poſſint per liberum arbitrium (nihil vlterius adiuuante illius gratia,qui creauit)domare,& extinguere omnes cupiditates,tentationesq; ſuperare. Multi eorum inſurgunt aduerſum nos,& dicunt animæ noſtræ,non eſt ſalus illi in deo eius. Familia Chriſti(quæ dicit,quando infirmor,tunc fortis ſum,& cui dicit dominus eius,ſalus tua ego ſum)ſuſpenſo corde,cum timore,& tremore adiutorium dei,etiam per charitatem tuæ venerationis expectat. Audiuimus enim eſſe in vrbe Roma(vbi ille diu vixit)nonnullos,qui diuerſis cauſis eius faueant. Quidã ſcilicet,qui * nobis talia perſuaſiſſe perhibentur,plures vero,qui eum talia ſentire non credunt,præſertim,quia in Oriente(vbi degit)geſta eccleſiaſtica facta eſſe iactantur, quibus putatur eſſe purgatus, vbi quidem,ſi epiſcopi eum catholicum pronuntiarunt,non ob aliud,factum eſſe,credendum eſt,niſi,quia dixit ſe dei gratiam confiteri,& ita poſſe hominem ſuo labore,ac voluntate iuſte viuere,vt ad hoc adiuuari dei gratia non negaret. His enim auditis verbis,catholici antiſtites nullam aliam dei gratiam intelligere potuerunt,niſi quam in libris dei legere , & populis dei prædicare conſueuerũt,eam vtiq;,de qua dicit Apoſtolus: Non irritam facio gratiam dei. Nam ſi per legem iuſtitia,ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Sine dubio gratiam,qua iuſtificamur ab iniquitate, & qua ſaluamur ab infirmitate, non qua creati ſumus cum

aľs, honorandiſſimo
Pſalm.48
Pſalm.3
2.Cor.12.c
Pſalm.34
aľs,quia vos, vel,qui vos
Galat.2.d

cum propria voluntate. Nam si intellexissent illi epi illum eam dicere grām, quam etiam cum impijs habemus, cum qbus homines sumus, negare vero eam, qua Christiani, & filij dei sumus, qs catholicorum sacerdotum eum patienter non dicimus, audiret, sed ante oculos suos ferret? Quapropter non culpandi sunt iudices, qui ecclesiastica consuetudine grǣ nomen audierunt, nescientes, qd huiusmodi homines, vel in suæ doctrinæ libris, vel in suorum solent auribus spargere. Non agitur de vno Pelagio, qa iam fortasse correctus est (quod vtinam ita sit) sed de tam multis, qbus loquaciter contendentibus, & infirmas atq; ineruditas animas, velut conuinctas, trahentibus, firmas autē, & in fide stabiles, ipsa contentione fatigantibus, vsquequaq; iam plena sunt omnia. Aut ergo, a tua veneratione accersendus est Romā, & diligēter interrogandus, quam dicat grām, quam fateatur, si tamen iam fateatur, non ad peccandū, sed iuste viuendum, homines adiuuari, aut hoc ipsum cum eo per literas agendum. Et cum inuentus fuerit hanc dicere, quam docet ecclesiastica, & apostolica veritas, tunc sine vllo scrupulo ecclesiæ, & sine latibulo ambiguitatis vllius absoluendus est, tunc est reuera de eius purgatione gaudendum. Siue enim dixerit, grām esse liberum arbitrium, siue grām esse remissionem peccatorum, siue grām esse legis præceptum, nihil eorum dicit, quod per subministrationem spūs sancti pertinet ad concupiscentiam, tentationesq; vincendas, quem ditissime effudit super nos, q ascendit in cœlum, & captiuauit captiuitatem, deditq; dona hominibus. Hinc em̄ oramus, vt peccatorum tentationem superare possimus, vt spūs dei (vnde pignus accepimus) adiuuet infirmitatem nostram. Qui autem orat, & dicit, ne nos inferas in tentationem, non vtique id orat, vt homo sit, quod est natura, neque orat id, quod habeat liberum arbitrium, quod iam accepit, cum crearetur ipsa natura, neque orat remissionem peccatorum, qa hoc superius dicitur, dimitte nobis debita nostra, neq; orat, vt accipiat mandatum, sed plane orat, vt faciat mandatum. Si em̄ in tentationem inductus fuerit, hoc est, in tentatione defecerit, facit vtiq; peccatum, quod est contra mandatum. Orat igitur, vt non peccet, hoc est, vt ne q d faciat mali, quod pro Corinthijs orat Apostolus, dicens. Oramus aūt ad dn̄m, ne qd faciatis mali. Vnde satis apparet, q̄ non ad peccandum, id est, non ad malefaciendū, q̄uis esse non dubitet liberum arbitrium voluntatis, tamē eius potestas non sufficiat, nisi adiuuet infirmitas. Ipsa igit orō clarissima est gr̄a & testificatio est. Hanc ille confiteat, & eū gaudebimus siue rectū siue correctū. Distinguēda est lex & gr̄a. Lex iubere nouit, gr̄a iuuare. Nec lex iuberet, nisi esset voluntas, nec gr̄a iuuaret, si satis esset voluntas. Iubet, vt habeat intellectus, vbi dr̄: Nolite eē sicut equus & mulus, qbus nō est intellectus, & tamē oramus, vt habeamus intellectum, vbi dr̄: Da mihi intellectū, vt discā mādata tua. Iubet, vt habeamus sapiētiam, vbi dicit: Stulti aliqn̄ sapite, & tn̄ orat, vt sapiam habeamus, vbi dicit: Si q s autē vestrum indiget sapiētia, postulet a deo, q dat omnibus afflueter, & non improperat, & dabit ei. Iubet, vt habeamus cōtinentiā, vbi dicit: Cū scirem, qa nemo potest eē cōtinēs, nisi deus det, & hoc ipsum erat sapiētiæ, scire, cuius esset hoc donum. Adij dn̄m & deprecatus sum illum. Postremo, ne nimium longum sit, cuncta percurrere, iubetur, vt non faciamus malum, vbi dicitur: Declina a malo, & tamen oratur, vt non faciamus malum, vbi dicitur: Oramus autem ad dominum, ne quid faciatis mali. Iubemur, vt faciamus bonum, vbi dicitur: Declina a malo, & fac bonum, & tamen oratur, vt faciamus bonum, vbi dicitur: Non cessamus, pro vobis orantes, & postulantes, atque inter cætera, quæ illis orat, dicit: Vt ambuletis digne deo in omne placitum, in omni opere, & sermone bono. Sicut ergo agnoscimus voluntatem, cum hæc præcipiuntur, sic & ipse agnoscat gratiam cum petuntur.

Tit. 3.d
Psalm̄. 67
Matth.6.b
Roma.8.c
2.Cor.5.a
Matth.6.b
2.Cor.13.c
Psalm.31
Psal.118
Psal.93
Iaco.1.a
Sapiæ.8.d
Psal. 33
2.Cor.13.c
Psalm.33
Col.1.b
1.Thess.2.c

Misimus reuerentiæ tuæ librum, quem dederūt religiosi, & honesti adolescentes, serui dei, quorum etiam nomina non tacemus, nam Thimasius & Iacobus vocātur. Qui sicut audiuimus & etiā nosse dignaris, ipsius Pelagij exhortatione, spem (quā habebant in seculo) reliquerūt, & nūc cōtinētes, deo seruiūt. Qui cum errore eodem tādem aliquando, per qualemcūq; operam nostram, dn̄o inspirāte, caruissent, protulerūt eundē librum, Pelagij esse dicentes, & vt ei responderetur, impendio rogauerunt.

Factū

A Factum est, ad eosdem dum rescripta est ipsa responsio, agentes gratias, rescripserũt. Vtrumq; misimus, & cui responsum est, & quod responsum est. Et ne nimium essemus onerosi, signa fecimus his locis, vbi petimus, inspicere non graueris, quemadmodum, sibi obiecta quæstione, q; gratiam dei negaret, ita respondit, vt eam esse nõ diceret nisi naturam, in qua nos condidit deus. Si autem hunc esse suum librum negat, aut eadem in libro loca (non contendimus) anathematizet illa, & eam confiteatur apertissime gratiam, quam doctrina Christiana demonstrat, & prædicat esse propriam Christianorum, quæ non est natura, sed qua saluatur. Quæ natura (non auribus doctrina sonante, vel aliquo adiumento visibili) sicut plantatur quodammodo, & irrigatur extrinsecus, sed subministratione spiritus, & occulta misericordia, sicut ille facit, qui dat incrementum deus. Si enim, quadam non improbanda ratione, dicitur gratia dei, qua creati sumus, vt nonnihil essemus, nec ita essemus aliud, aut cadauer, quod non viuit, aut arbor, quæ non sentit, aut pecus, quod non intelligit, sed homines, qui, vt essemus, & viueremus, & sentiremus, & intelligeremus, & de hoc tanto beneficio creatori nostro gratias agere valeamus, vnde & merito gratia ista, gratia dici potest, quia non præcedentium aliquorum operum meritis, sed gratuita bonitate dei donata est. Alia est tamen, qua prædestinati vocamur, iustificamur, glorificamur, vt dicere possimus: Si deus pro nobis, quis contra nos? Qui filio suo proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. De hac gratia quæstio vertebatur, quando ab his (quos Pelagius grauiter offendebat, atq; turbabat) dicebatur ei, q; eam suis disputationibus oppugnaret, quibus assereret, non solum ad facienda, verumetiam ad perficienda mandata diuina, per liberũ arbitrium sibi humanã sufficere naturã. Hanc apostolica doctrina gratiam nõ immerito isto nomine appellat, qua saluamur, & iustificamur ex fide Christi. De hac scriptũ est: Non irritam facio gratiam dei. Nam si per legẽ iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. De hac scriptum est: Euacuati estis a Christo. Qui in lege iustificamini, a gratia excidistis. De hac scriptum est: Si aũt gratia, iam nõ ex operibus. Alioqui gratia iam nõ est gratia. De hac scriptũ est: Ei aũt (qui nõ operatur, credenti aũt in eũ, qui iustificat impiũ) deputatur fides eius ad iustitiã. Ei aũt (qui operatur) merces nõ imputatur secundũ grãm, sed secundũ debitũ. Et multa alia, quæ melius potes ipse meminisse, & intelligere, prudentius & illustrius ꝑdicare. Illam vero grãm, qua creati sumus homines, etiã si ita appellandã nõ immerito intelligimus, mirũ est tamen, si ita appellatã in vllis legitimis propheticis euangelicis, apostolicisq; literis legimus. Cũ itaq; de hac gratia a Christianis fidelibus, catholicisq; nouissima illi obijceret quæstio, vt eã oppugnare desineret, qd est, quod cũ hoc sibi in libro suo, velut ab aduersante persona, idẽ ipse obiecisset, vt se respondẽdo purgaret, nihil aliud rñdit, nisi naturã creati hominis referre grãm creatoris, atq; se ita dicere, sine peccato implere posse iustitiã, per liberꝫ arb. cũ adiutorio diuinæ gratiæ, q; deus hoc dederit homini, ipsa possibilitate naturæ. Cui merito respondetur. Ergo euacuatũ est scandalũ crucis. Ergo Chrs gratis mortuus est. Non enĩ (si nõ moreretur propter delicta nostra, & resurgeret propter iustificationem nostrã, nec ascendisset in altũ, & captiuans captiuitatem, daret dona hoĩbus) ista naturæ possibilitas, quã defendit, nõ esset in hoĩbus. An forte dei mandatum deerat, & ideo Chrs mortuus est? Imo etiã & hoc erat sanctũ & iustũ & bonũ. Iam dictũ fuerat, nõ cõcupisces, iã dictũ fuerat, diliges proximũ tuũ tanq̃ teipsum. In quo sermone Apostolus omnẽ legẽ dicit impleri, & q̃m nisi diligat deum, nemo diligit seipsum, ideoq; dñs in his duobus ꝑceptis totã legẽ dixit, prophetasq; impleri. Quæ duo ꝑcepta iam erant hoĩbus diuinitus data. An æternũ præmium iustitiæ promissum nondũ erat? Hoc ipse nõ dicit, qui in suis literis posuit, etiam in veteri testamento regnum cœlorum esse promissum. Si ergo ad faciẽdam, perficiendamq; iustitiam, iam erat naturæ possibilitas per liberum arbitrium, iam erat legis dei sanctum, iustum, benignumq; mandatũ, iam erat promissum præmium sempiternũ, Ergo Christus gratis mortuus est. Ergo neq; per legẽ iustitia, neq; per naturę possibilitatem, sed ex fide ac dono dei per Iesum Christum dominum nostrum, vnum mediatorem dei & hominum.

Qui

1. Cor. 3. b
B Roma. 8. f
Galat. 2. d
Galat. 5. a
Roma. 11. a
Roma. 4. a
C
Gala. 5. b
Roma. 4. d
Psalm. 67
Exodi. 20. e
Deut. 5. b. & 7. d. Ecci. 25. d
Roma. 13. c
Leuit. 19. c
Matth. 22. d
Marci. 12. c
Lucæ. 10. e
Roma. 13. c
Galat. 5. c
Roma. 4. d
& Gala. 2. d

hoc aperte probare voluimus tuis rescriptis de communi participatione vnius gratiæ consolari. Contuli.

D

EIVSDEM EPISTOLA XXVII.

Rescriptũ Innocentij papæ de Pelagio hæretico, ad suprascriptos epos.

INnocẽtius Aurelio, Alipio, Augustino, Euodio, Possidio epis. Sanctæ fraternitatis vestræ literas plenas fidei, totoq́ religionis catholicæ vigore firmatas, a vobis missas, & concilijs vestris p fratrẽ & coepiscopũ nostrũ Iuliũ pergrato suscepimus animo, ꝙ eorũ tenor, omnisq́ cõtextio in consideratione quotidianæ grãæ dei, & in eorũ correctione, qui cõtra sentiũt, integra ratione consistit, vt & illis omnẽ tollere possit errorẽ, & idoneo dato quouis nostræ legis exẽplo, quẽ sequi debeãt, dignũ possint pbere doctorẽ. Sed de his, vt arbitror, iam satis supra diximus, cũ vestris relationibus rñdentes, rescripsimus, quid vel de illorũ perfidia, vel de vestra sentẽtia sentiremus. Sed subinde cõtra eos subuenit & suppeditat, ꝙ dicat, nec potest aliqñ deesse ꝙ vincat, quũ tã miserũ, impiũq́ sit, ꝙ nostræ virtute fidei, & ipsa plenius veritate vincat. Qui em̃ omnẽ vitæ spem respuit atq; cõtempsit, inimica, dãnabiliq́ cor suũ disputatione cõfundẽs, quũ credit nihil esse, q̃d a deo accipiat, nec aliquid superesse, q̃d petat ad sanandũ,* si qui sibi hoc abstulit, vlterius quid reliquit? Si ergo sunt aliqui, quos in sui defensionẽ peruersitas tanta deuinxit (ꝙ huic se dogmati dedant atq; coniungãt, sperãtes hoc ad catholicã pertinere doctrinã, q̃d oberrans longius, & penitus approbat aduersum) infecti illorũ & monitis & verbis, vt laberent, inducti, quatenus ad rectũ viæ tramitẽ redeant, festinabũt, ne diutius mẽtem obsidẽs, velut pestis, eorũ sensibus error inuadat. Nã si Pelagius, quocũq; restitit loco, eorũ animos (qui facile vel simpliciter crederẽt disputãti) hac affirmatione decepit (seu hic illi in vrbe sunt, quod nescientes, nec manifestare possumus, nec negare, quũ & si sunt, lateant, nec aliqñ audeant, vel illũ pdicantẽ ista defendere, vel talia aliquo nostrorũ pſente iactare, & in tanta populi multitudine deprehẽdi aliquis facile, nec alicubi possit agnosci, siue in quouis terrarũ loco degant) dei nostri misericordia, gratiaq́ credimus, ꝙ facile corrigãtur, audita eius dãnatione, qui fuerit pertinax, & resistens* huius dogmatis author inuentus. Nec interest, vbi isti fuerint, dũ, vbicunq; inueniri potuerint, sint sanãdi. Nobis tamẽ nec persuaderi potest, eũ esse purgatum, quãuis ad nos (a, nescio, quibus laicis) sint gesta perlata, quibus ille & auditũ se crederet, & absolutũ. Quæ, vtrũ vera sint, dubitamus, ꝙ sub nulla illius concilij * exequutione venerunt, nec eorũ aliquas accepimus de hac re literas, apud quos istius rei iste pstitit causas. Quod si de sua ille potuisset purgatione cõfidere, hoc magis credimus, quod egisset, q̃d multo verius esse poterat, vt illos cogeret epistolis suis, qui dijudicauerant, iudicare. Verũ quũ sint aliqua in ipsis posita gestis, q̃ obiecta, partim * musitando, ille suppressit, partim, multa in se verba retorquẽdo, tota obscuritate confudit, aliqua magis falsis argumentis, q̃ vera ratione (vt ad tẽpus videri poterat) purgauit, alia negando, alia falsã interpretatione vertendo. Sed vtinã (q̃d magis optandũ est) etiam ille se ad verã catholicæ fidei viam, ab illo sui tramitis errore conuertat, vt cupiat, velitq́ purgari, considerans quotidianã dei grãm, adiutoriumq́ cognoscens, vt videatur vere, & approbetur ab omnibus manifesta ratione correctus, nõ gestorum indicio, sed ad catholicã fidẽ corde conuerso. Vnde nõ possumus illorũ nec approbare, nec culpare iudiciũ, quũ nesciamus, vtrũ vera sint gesta, aut si vera sunt, illũ subterfugisse constet magis, q̃ se in tota virtute purgasse. Qui si cõfidit, nouitq́, nõ *omni dignũ esse * indignatione, quod dicat, aut iam hoc totũ se refutasse, q̃d dixerat, nõ a nobis accersiri, sed ipse debet potius festinare, vt possit absolui. Nam si adhuc taliter sentit, quando se nostro iudicio, quibusuis acceptis literis, quũ sciat damnandum se esse, committet? Quod si accersiendus esset, ab his melius fieret, qui magis proximi, & non longo terrarum spatio videntur esse disiuncti. Sed non deerit cura, si medicinæ præbeat ille materiam. Potest em̃ damnare, quæ senserat, ac datis literis erroris sui, regressus ad nos (vt decet) veniam postulare, fratres charissimi. Liberum sane (qui eius esse dicebatur) nobis a vestra charitate transmissum euoluimus, in quo multa blasphema erant, nihil quod placeret, nihil quod penitus non displiceret, a quouis damnan-

E

F

Marginal notes: al's, sed — al's, huic dogmati — al's, prosequutione — al's, vitando. — al's, nostra — al's, dãnatiõe

A dãnandũ,atq; calcandũ,cuius similia (nisi q̃ ista scripserat)nemo alter in mentẽ recipe ret,atq; sentiret. Nã hoc loco de lege latius disputare, velut corã posito repugnãtiq; Pelagio,necessariũ esse non duximus,cum vobiscũ,totã rem scientibus, pariq; nobiscum assenssione gaudentibus,colloquamur. Tunc eñ melius hæc exempla ponunt, qñ cum his,quos harũ constat rerũ prudentes esse tractamus. Nam de naturæ possibilitate,ac de libero arbitrio,& de omi dei gratia,& quotidiana gratia,cui non sit recte sentienti vberrimũ disputare? Anathematizet ergo ista,quæ sensit,vt illi,qui eius sermonibus fuerant, præceptisq; collapsi, quid tandem habeat fides vera,cognoscant. Facilius eñ reuocari poterunt,cum ista a suo senserint authore damnari. Quod si ille pertinaci in hac voluerit impietate persistere, est agendum, quatenus vel his possit subueniri,quos non suus,sed huius magis error* induxit,ne & illis hæc medicina pereat,cuius iste talem nõ admittit,nec postulat curam. Deus vos custodiat incolumes, fratres charissimi. Data. vi. Kaleñ. Februarij.

alias,seduxit.

EPISTOLA FAMILIARIS EIVSDEM PAPAE XXVIII. ad Aurelium Carthaginensem episcopum.

B INnocentius Aurelio epõ Carthaginẽsi: In familiaribus scriptis dilectio vera cõsistit,& firmius charitatis officia & melius se orsa mercant. Quãobrẽ per frẽm nostrum Iulium epistolæ extrinsecus missæ respondere gestiui, ne apud me forsitan remaneret peculiaris negatæ salutationis offensa frater charissime. Supradictũ igit̃ frẽm nostrũ tuę dilectioni restituo, cum apostolicæ *sedi dignum ad relationem duplicis synodi iudicatis. Supest,vt oratus a nobis dominus, præstare dignetur, quatenus omnis ecclesiæ suæ macula continuis laboribus nostris possit abstergi. Dominuus custodiat te incolumem, frater charissime. Data. vi. Kaleñ. Februarij.

alias,sedis.

CONCILIVM MILEVITANVM CIRCA TEMPORA INNOcentij Papæ primi.

HVius ciuitatis meminit Pto.li.iiij.ca.viij.tit. Meroes insulæ situs vbi ante medium ca. ponit Melibe, & Megabardi. Tamen satis ambigitur,an sit ea ciuitas, de qua loquitur concilium. Pliñ.etiam lib.v.ca.iiij.tit. Aphrica, vbi dicit, Op-C pida libera.xxx. ex quibus &c. Melzitanum. quod similiter an conueniat huic loco incertum est. Anto. autem in itiner.tit. A Carthagine Vtica &c. Sicilibra &c. Cyrta colonia, Milleum &c. Istud putatur conuenire loco concilij.

CONCILIVM *MILEVITANVM

alias,Milleuitanum

GLoriosissimis Imperatoribus Archadio & Honorio, augustis.v. consſ. vi. Kaleñ. Septẽbris in ciuitate* Melibetana,in secretario basilicæ,cũ Aurelius eps̃ Carthagineñ.in cõcilio vniuersali cõsedisset, adstãtibus diaconibus Aurelius eps̃ dixit: Qm̃ ecclesiæ sanctæ vnũ est corpus, omniumq; membrorum caput est vnum,factũ est, volente deo,& nostrã infirmitatẽ iuuante,vt ad hanc ecclesiã veniremus, dilectionis & fraternitatis gratia inuitati. Vnde quæso charitatem vestrã(qa ita credendũ est,quod noster accessus ad vos nec sup̃fluus,nec insuauis est cunctis)vt consensus omniũ vestrũ manifestet cõcordare cõplacitis decretorum, quæ iamdudũ vel in Hipponeñ. synodo firmata sunt, vel postmodũ meliore cõcilio apud Carthaginẽ definita,nũc quoq; nobis ex ordine recitent. Tũc demũ fraternitatis vestræ cõcordia luce clarior apparebit,si hæc quæ a nobis sup̃ioribus cõcilijs legaliter definita noscunt,nõ solũ consensu vestro his actis, verum & subscriptionibus manifestetis, Xantippus eps̃ primę sedis Numidiæ sua manu cõfirmauit, subscribẽdo,etiã nobis placere posse,& nostra subscriptione firmamus Nicetius episcopus primæ sedis Mauritaniæ Sitifeñ. dixit. Quæ recitata sunt decreta, quoniam ratione non caret,

alias,Milleuitana.

& sunt approbata cunctis, etiam meæ paruitati hæc placent, quæ quidem propria subscriptione firmabo. D

Titulorũ præmissorũ capitula latius habent in concilio Africano, sub Bonifacio papa primo, ad numerum posterius hic designatum.

Concilium Mileuitanum præmissum, vna cũ duobus alijs concilijs Carthagine celebratis, quæ habentur sub Anastasio annotata, quorũ vnũ incipit, Fla. Stiliconis, &c. alterũ Vincentio, & Flauito, viris clarissimis consulibus, excepta sunt ex libro impresso Moguntiæ in ædibus Iohannis Schoeffer, circa annũ. xxv. Et continent hæc tria in se. lvij. aut certe. lviij. capitula, quæ in cõcilio sub papa Bonifacio ponẽdo, Honorio. xij. & Theodosio. viij. consulibus, clarius patebunt. Porro, vt exemplariũ huius Mileuitani concilij aliquã differentiam repertam adnotemus, sciendũ, quod in quodam, Parrhisius impresso, exẽplari, habetur aliquod conciliũ Mileuitanum. xxvij. capitulorũ, cõcordans cũ præscripto in parte procemij sui, vsq; ad locũ illũ in quo legitur, nec insuauis est cũctis, quo iam lecto, quæ sequuntur in Moguntino plurimũ discrepant ab impresso Parisien. At vero quoad capitula vtriusq; exẽplaris nulla cõueniẽtia est. Nã Moguntinum exemplar. vi. capitulorum est duntaxat, quorum nullum conuenit cum Parisien, quod est. xxvij. capitulorum. E

Iterum considerandum circa Parisien. exemplar iam sub nomine Mileuitani cõcilij subiungendum, quod octo ipsius capitula prima in vetusto quodam sancti Bauonis Ganden. insignis Flandriæ vrbis monasterij codice habita, sunt tanquã ordinata in concilio Carthaginen. ponẽdo tandem sub Zozimo papa, Honorio. xij. & Theodosio. viij. consulibus ex exemplari Moguntino. Nec fit in aliquo illorũ mẽtio de concilio Mileuitano, præmittitur quoq; procemium simile fere per omnia in vtroq;, vt patet conferenti vtrũq;. Nũc itaq; præmissis istis, conciliũ Mileuitanũ, modo, qui subnectitur ex exemplari Parisien. acceptum est. F

¶TITVLI CANONVM MILEVITAni concilij.

Vt de

alias, eligitur.

B
CONCILIVM MILEVITANVM, DE HOC CONCILIO
dicit tit. de consecra. distin. iiij.

GLoriosissimis Imperatoribus Archadio & Honorio augustis, viris clarissimis cõsulibus. vi. Kaleñ. Septembris, in ciuitate Mileuitana, in secretario Basilicæ, cũ Aurelius ep̃us ecclesiæ Carthaginis in cõcilio vniuersali cõsedisset, astãtibus diaconibus, Aurelius ep̃s dixit: Q̃m ecclesiæ sanctę vnũ ẽ corp⁹ oĩmq; mẽbro℞ caput est vnũ, factũ est, volẽte dño, ac nostram infirmitatẽ iuuante, vt ad hãc ecclesiã cõueniremus, dilectionis & fraternitatis gr̃a inuitati. Vnde quæso charitatem vestram, q̃a ita credendum est, quod noster accessus ad vos, nec sup̃fluus, nec insuauis est cunctis, ideoq; pariter quædã de causis fidei, vnde nunc C quęstio Pelagiano℞ imminet, in hoc cœtu sanctissimo primitus tractent, deinde subsequant & aliqua, quæ disciplinæ ecclesiasticæ necessaria existunt.

Capitulum primum

PLacuit ergo omnibus ep̃is, q̃ fuerunt in hac sancta synodo, cõstituere hæc, quæ in præsenti concilio definita sunt. Vt quicũq; dicit: Adam primũ hominẽ mortalem factũ, ita vt siue peccaret, siue nõ peccaret, moreret in corpore, hoc est, de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturæ, anathema sit.

De cõs. dist. 4 Placuit igit oibus ep̃is

II Item placuit, vt quicũq; paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit, in remissionem q̃dem peccato℞ eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro expiet, vnde fit consequens, vt in eis forma baptismatis, in remissionem peccato℞, non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit. Quoniam non aliter intelligẽdum est, quod ait Apostolus, per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in oẽs hoĩes p̃transiit, in quo oẽs peccauerunt, nisi quemadmodum ecclesia catholica, vbiq; diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, etiam paruuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissionem veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerũt.

De cõs. dist. 4 Placuit q̃cunq; paruulos. Roma. 5. b

III Item placuit, vt quicunque dixerit gratiam dei, in qua iustificamur, per Iesum Christum dominum nostrum ad solam remissionem peccatorum valere, quæ iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium, vt non committantur, anathema sit.

De cõs. dist. 4 Placuit vt q̃cũq; dixerit.

De cō. dist. 4 Quisqs dixe.

IIII. Item, quisquis dixerit, eandem gratiam dei, per Iesum Christum dominum nostrum, propter hoc tantum nos adiuuare ad nō peccandum, quia per ipsam nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, vt sciamus, quid appetere, qd vitare debeamus, non autem per illam nobis præstari, vt quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus atq; valeamus, anathema sit. Cum enim dicat apostolus, scientia inflat, charitas vero ædificat, valde impium est, vt credamus, ad eam, quæ inflat, nos habere gratiā Christi, ad eam, quæ ædificat, non habere, cū sit vtrūq; donum dei, & scire, quid facere debeamus, & diligere, vt faciamus, vt ædificāte charitate, scientia non possit inflare. Sicut autem de deo scriptum est, qui docet hominē scientiam, ita etiam scriptum est, charitas ex deo est.

1. Cor. 8. a

Psalm. 93

1. Iohā. 4. b

De cō. dist. 4. Placuit vt qcunq; dixe.

V. Item placuit, vt quicunq; dixerit, ideo nobis gratiam iustificationis dari, vt quod facere per liberum iubemur arbitrium, facilius possimus implere per gratiā, tanquam & si gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa, implere diuina mandata, anathema sit. De fructibus enim mandatorum dominus loquebatur, vbi non ait, sine me difficilius potestis facere, sed ait, sine me nihil potestis facere.

Iohan. 15. a

1. Iohan. 1. c.

VI. Item placuit, quod ait sanctus Iohannes apostolus, si dixerimus, qa peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis nō est, quisquis sic accipiendum putauerit, vt dicat, propter humanitatem non oportere dici, nos non habere peccatum, non quia veritas est, anathema sit. Sequitur eum apostolus, & adiungit: Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est, & iustus, qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Vbi satis apparet, hoc non tātum humiliter, sed etiam veraciter dici. Poterat enim apostolus dicere, si dixerimus, quia non habemus peccatum, nosipsos extollimus, & humilitas in nobis non est, sed cum ait, nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est, satis ostendit eum, qui se dixerit non habere peccatum, non verum loqui, sed falsum.

1. Iohan. 1. e.

Matth. 6. b

VII. Item placuit, vt quicūq; dixerit, in oratiōe dominica ideo dicere sanctos, dimitte nobis debita nostra, vt non pro seipsis hoc dicant, quia nō est eis iam necessaria ista petitio, sed pro alijs, qui sunt in suo populo peccatores, & ideo non dicere vnumquemq; sanctorum, dimitte mihi debita mea, sed dimitte nobis debita nostra, vt hoc pro alijs potius, q̄ pro se iustus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus em̄ & iustus erat apostolus Iacobus, cum dicebat, in multis enim offendimus omnes. Nam quare additum est omnes, nisi vt ista sententia conueniret & psalmo, vbi legitur: Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Et in oratione sapientissimi Salomonis: Non est homo, qui non peccet. Et in libro Iob: In manu omnis hominis signat, vt sciat omnis homo infirmitatem suam. Vnde etiam Daniel sanctus, & iustus cum in oratione pluraliter diceret, peccauimus, iniquitatem fecimus, & cætera, quæ ibi veraciter, & humiliter cōfitetur, ne putaretur, quemadmodum quidam sentiunt, hæc non de suis, sed de populi sui potius dixisse peccatis, postea dixit: Cum orarem, & cōfiterer peccata mea & peccata populi mei domino deo nostro, noluit dicere, peccata nostra, sed populi sui dixit, & sua, qa futuros istos, q tam male intelligūt, tanq̄ propheta præuidit.

Iacobi. 3. a

Psal. 142

Eccles. 7. c

Iob. 37. b

Danie. 9. a

Danie. 9. c

Matth. 6. b

VIII. Item placuit, vt quicunq; verba ipsa dominicæ orationis, vbi dicimus, dimitte nobis debita nostra, ita volunt a sanctis dici, vt humiliter, non veraciter hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat, orantem, & non hominibus, sed ipsi domino mentientem, qui labijs sibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quæ sibi dimittantur, debita non habere? Hucusq; de fide contra Pelagianos, nunc regulæ tractentur ecclesiasticæ.

IX. Placuit, vt nō sit vltra fatigandis fratribus anniuersaria necessitas, sed quoties exegerit causa cōmunis, id est, totius Africæ, vndecūq; ad hanc sedem pro cōcilio datæ literæ fuerint, congregandā esse synodū in ea prouintia, vbi oportunitas persuaserit. Causæ autem, quæ cōmunes non sunt, in suis prouintijs iudicentur.

X. Placuit etiam pati, vt omnium episcoporum epistolis omnibus, de concilio dandis, sanctitas tua sola subscribat.

XI. Placuit,

A XI Placuit & illud aduersus hæreticos, vel paganos, vel eorum superstitiones, vt legati, missi de hoc glorioso concilio, quicquid vtile prouiderint, a gloriosissimis principibus impetrent.

XII Placuit etiam & illud, vt preces, vel orationes, seu missæ, quæ probatæ fuerint in concilio, siue præfationes, siue commendationes, seu manus impositiones ab omnibus celebrentur. Nec aliæ omnino dicantur in ecclesia, nisi quæ a prudentioribus tractatæ, vel comprobatæ in synodo fuerint, ne forte aliquid contra fidem, vel per ignorantiam, vel per minus studium sit compositum.

XIII * Palentinus episcopus dixit: Si permittit bonum patientiæ vestræ, prosequar ea, quæ necessaria sunt ecclesiasticæ disciplinæ. Scimus enim, sic inuiolate p. mansisse ecclesiasticam disciplinam, ita vt nullus fratrum prioribus suis se aliquando auderet anteponere, sed officijs * legitimis id semper exhibitum est prioribus, quod ab insequentibus rationabiliter semper acciperetur. Hunc ordinem iubeat sanctitas vestra, melius vestris interlocutionibus roborare. Aurelius episcopus dixit: Non decuerat quidem, vt hæc repeteremus, nisi forte existerent inconsideratæ mentes quorundam, quæ & hęc statuenda nostros acuerent sensus. Sed & communis hæc causa est, quam insinuauit frater, & coepiscopus noster, vt vnusquisque nostrum ordinem, sibi decretum a deo, cognoscat, & posteriores anterioribus deferant, nec eis inconsultis, aliquid agere præsumant. Qua de re oportet eos, qui putauerint, spretis maioribus, aliquid præsumendum, competenter esse ab omni concilio coercendos. Vniuersi episcopi dixerunt: Hic ordo & a patribus & a maioribus est seruatus, & a nobis, deo propitio, seruabitur, saluo etiam iure primatus Numidiæ & Mauritaniæ.

als, Valētin⁹ vel Placenti⁹

als, charitatis

B

XIIII Deinde placuit, vt quicunque deinceps ab episcopis ordinantur, literas accipiant ab ordinatoribus suis, manu eorum subscriptas, continentes consulem, & diem, vt nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur.

XV Item placuit, vt quicunque in ecclesia, vel semel * legerit ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur.

Dist.72.Placuit vt quicunq; in eccl.

als, suscepta

XVI Placuit præterea, vt exequutoribus in omnibus iustis desiderijs impertiatur. Placuit etiam, vt petatur a gloriosissimis Imperatoribus, vt iubeant iudicibus, * dare petitos sibi defensores scholasticos, qui in actu sint, vel in officio defensionum causarum ecclesiasticarum, more sacerdotū vt prouinciæ, idem ipsi qui defensionem ecclesiarum susceperint, habeant facultatem pro negotijs ecclesiarum (quotiens necessitas flagitauerit) vel ad obsistendum callide decipientibus, vel obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi iudicum secretaria.

officio eligit.

alias, dari

C

XVII Placuit, vt secundum euangelicam & apostolicam disciplinam, neque dimissus ab vxore, neque dimissa a marito, alteri coniungantur, sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur. Quod si contempserint, ad pœnitentiam redigantur. In qua causa legem imperialem petendam promulgari.

32.q 7.Placuit vt secundū 1.Cor.7.b

XVIII. Placuit, vt quicunq; nō communicat in prouincia propria, & in alijs prouincijs, vel transmarinis partibus ad communicandum obrepserit, iacturam communionis, vel clericatus excipiat.

XIX Placuit, vt quicunque ab Imperatore cognitionem iudiciorum publicorum petierit, honore proprio priuetur. Si autem episcopale iudicium ab Imperatore postulauerit, nihil ei obsit.

11.q 1.Placuit quicunq; ab impe.

XX Placuit, vt quicunque clericus, propter necessitatem suam alicubi ad comitatum ire voluerit, formatam ab episcopo suo accipiat. Quod si sine formata voluerit pergere, a communione remoueatur. Quod si alicubi ei repentina necessitas orta fuerit, ad comitatum pergendi, alleget apud episcopum loci eius ipsam necessitatem, & de hoc scripta eiusdem episcopi deferat, formatæ autem, quæ a primatibus, vel a quibuscunque episcopis clericis proprijs dantur, habeant diem paschæ. Quod si adhuc eiusdem anni paschæ dies incerta est, ille præcedēs adiungatur, quomodo solet, post consulatum, in publicis gestis asscribi.

16 q.6. Placuit, vt quicunque epi ecclesias

XXI Item placuit, vt quicunque episcopi, quascunque ecclesias, vel plebes, quas ad suam cathedram æstimant pertinere, non ita repetierint, vt causas suas, episcopis iudicantibus, agant, sed alio retinente irruerint, siue volentibus, siue nolentibus plebibus, causæ suæ detrimentum patiantur. Et quicunque iam hoc fecerint, si nondum est inter episcopos finita contentio, sed adhuc inde contendunt ille discedat, quem constiterit, prætermissis * iudicijs ecclesiasticis, irruisse. Nec sibi quisq; blandiatur, si a primate, vt retineat, literas impetrarit, sed siue habeat literas, siue non habeat, conueniat eum, qui tenet, & eius literas accipiat, vt eum appareat, pacifice tenuisse ecclesiam ad se pertinentem. Si autem ille aliquam quæstionem retulerit, per episcopos iudices causa finiatur, siue quos eis primates dederint, siue quos ipsi vicinos ex consultu primatis delegerint.

als, iudicibus

2.q.6. Placuit vt pbri, &. 11. q.3 Presbyteri, diaconi.

XXII Item placuit, vt presbyteri, diaconi, vel cæteri inferiores clerici in causis quas habuerint, si de iudicijs episcoporum suorū quæsti fuerint, vicini episcopi * eos audiant, & inter eos quicquid est, finiant adhibiti ab eis * ex consensu episcoporum suorum. Quod si & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent, * nisi ad Aphricana concilia, vel ad primates prouinciarum suarum. Ad transmarina autem, qui putauerit appellandum, a nullo intra Aphricam in communione suscipiat.

als, cū cōsensu epi eos

alias, episcopi

alias, ad transmarina iudicia, sed ad primates suarum prouinciarum, sicut & de episcopis sæpe constitutum est.

XXIII Placuit, vt quicunque conuersus ab hæreticis, dixerit, se apud eos pœnitentiam accipere, vnusquisque catholicus episcopus requirat, vbi & ob quam causam apud eosdem hæreticos pœnitentiam susceperit, vt cum documentis certis hoc ipsum approbauerit, sibi pro qualitate peccati, sicut eidem episcopo catholico visum fuerit, tempus pœnitentiæ, vel reconciliationis decernat.

16.q.3. Placuit, vt qcunq;.

XXIIII Item placuit, vt quicunque negligunt loca, ad suam cathedram pertinentia, in catholicam vnitatem lucrari, conueniantur a diligentibus vicinis episcopis, vt id agere non morentur. Quod si intra sex menses a die conuentionis, non hoc fecerint, qui potuerit ea lucrari, ad ipsum pertineant, ita sane vt (si ille, ad quem pertinuisse videbantur, probare potuerit, magis illius electam negligentiam ab hæreticis, impune vt ibi sint, & suam diligentiam fuisse præuentam, vt eo modo eius cura * solertior vitaretur, cum hoc iudices episcopi cognouerint) suæ cathedræ loca restituant. Sane, si episcopi inter quos causa versatur, diuersarum sunt prouinciarum, ille Primas det iudices, in cuius prouincia est locus, de quo contenditur. Si autem ex communi placito, vicinos iudices elegerint, aut * duo eligantur, aut tres. Quod si tres elegerint, aut omnium sententiam sequantur, aut duorum. A iudicibus autem, quos communis consensus elegerit, non liceat prouocari. Et quisquis probatus fuerit, pro contumacia nolle obtemperare iudicibus, cum hoc primæ sedis episcopo fuerit probatum, det literas, vt nullus ei communicet episcoporum, donec obtemperet.

als, solicitior, als, videretur als, vetaretur

als, vnus, aut tres eligantur aut duo als, vnus eligat aut tres.

2.q.6. a iudi.

2.q.6. Quisqs

XXV Si in matricibus cathedris episcopus negligens fuerit aduersus hæreticos, conueniatur a vicinis episcopis diligentibus, & ei sua negligentia demonstretur, vt se excusare non possit. Quod si ex die, quo conuenitur, intra sex menses, si in eius prouincia executio fuerit, & non eos ad vnitatem catholicam conuertendos curauerit, non ei communicetur, donec impleat. Si autem executor ad loca non venerit, non ascribatur episcopo. Si autem probatum fuerit, eum de communione illorum fuisse mentitum, dicendo eos communicasse quos (eo sciente) non communicasse cōstiterit, etiam episcopatum amittat.

In de. Iuo. li. 3

XXVI Item placuit, vt quicunque episcoporum necessitate periclitantis pudicitiæ virginalis (cum * vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel si aliquo etiam mortis scrupulo periculoso compuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet) velauerit virginem, seu velauit intra vigintiquinq; annos ætatis, non ei obsit concilium, quod de isto annorum numero constitutum est.

als, vel competitor.

Carthaginē. 3. ca. 4

XXVII Itē placuit, ne diutius vniuersi epi, q ad cōciliū cōgregati sunt, tenerentur, ab vniuerso cōcilio ternos iudices de singulis prouincijs eligi. Et electi sunt de prouin

A prouincia Carthaginē. Vincētius, Fortunatianus & Clarus. De prouincia Numidię Alypius, Augustinus, & Restitutus. De prouincia Byzancena, cum sancto sene Donatiano primate Cresconius, Iocundus, & Emilianus. De Mauritania Sitifensi, Seuerianus, Asiaticus, & Donatus. De prouincia Tripolitana Plautius, qui ex more legatus vnus est missus, qui om̄es cum sancto sene Aurelio vniuersa cognoscāt. A quo petijt vniuersum cōcilium, vt cunctis siue gestis, quæ confecta iam sunt, siue epistolis ipse subscribat. Et subscripserunt, Aurelius episcopus ecclesię Carthaginensis huic decreto consensi, & perlecto subscripsi Donatianus * Telepiensis primæ sedis subscripsi. Augustinus Hyppon ę Regiensis subscripsi. Similiter & omnes episcopi subscripserunt.

* als, Tibuleñ, vl, Tebesteñ.

¶ Finit Concilium Mileuitanum.

SEQVVNTVR QVAEDAM CONCILIA CARTHAGINE CELE

B brata tempore Innocentij papæ, hic breuiter annotata, dumtaxat per titulos, capitulis latius exprimendis in concilio sub Bonifacio papa seruato post consulatum Honorij. xij. & Theodosii. viij. Ca. lvij.

¶ In hoc concilio, quid egerint episcopi, qui ad transmarina legati directi sunt, intimatur.

GLORIOSISSIMO Imperatore Theodosio Augusto, & Rumorido viris clarissimis Conss. viij. Kalē. Septembris Carthagine in basilica regionis secundæ, cum Aurelius episcopus in vniuersali concilio consedisset, adstantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit: Exigente ratione, fraternitas vestra a mea tenuitate ad hoc concilium congregata est. Iamdudum enim, sicut vestra sanctitas recordatur, habito concilio, destinauimus fratres nostros ad transmarina legatos, quos oportuit in cœtu sanctitatis vestræ perfunctæ legationis cursum narrare. Et licet hesterno die de hac re, confidentibus nobis, præter gesta ecclesiastica diligentius, quæ gesserint, tractaremus, hodie tamen oportet tractatum hesterni diei actis ecclesiasticis confirmari.

C

¶ De episcopis prouinciarum Aphricæ, qui non affuerunt præsenti concilio.

Ordo itaq; rerum deposcit, vt primitus de fratribus nostris, & consacerdotibus, q ad hoc concilium vel de Byzantio, vel certe de Mauritania conuenerunt, quęramus, quemadmodum huic concilio decreuerint interesse. Et offerentibus Phylologo gesta, Venustiano & Feliciano episcopis prouinciæ Byzancenæ legationis literas, & recitatis, offerentibus etiam Luciano, & Syluano legatis prouinciæ Mauritaniæ Sitifeñ. legationis literas, & recitatis, Aurelius episcopus dixit: Horum scriptorum textus sociabitur gestis.

¶ De Episcopis Byzantinis.

Numidius episcopus dixit: Animaduertimus (fratres) & coepiscopos nostros Byzantinæ prouinciæ, & Mauritaniæ Sitifeñ. ad concilium destinasse legatos, nūc quæramus, vtrum legati Numidiæ aduenerint, vel certe prouinciæ Tripolitanæ, vel Mauritaniæ Cæsarieñ.

De episcopis Mauritaniæ Sitifeñ.

Lucianus & Syluanus episcopi, legati prouinciæ Mauritaniæ Sitifeñ. dixerunt. [illegible] ad Cæsarieñ. fratres nostros tractatoria venit, nam iam & illi venirent, tamen necesse est, veniant. Et confidimus de animis illorum, quia si quid in hoc concilio gestum fuerit, & ipsi sine dubio suos consensus adhibebunt.

De epis

¶ De episcopis Numidiæ.

D

Alypius episcopus ecclesiæ Tagasteñ. dixit. Nos quidem de Numidia venimus, ego & sancti fratres Augustinus & Possidius. Sed de Numidia legati mitti non potuerunt, quod adhuc tumultu Tyronum, episcopi proprijs necessitatibus in ciuitatibus suis aut impediti, aut occupati sunt. Nam etiam tractoriam sanctitatis tuę cum ad sanctum senem sancti spiritus deferrem, in præsenti tractatu hoc visum fuerat, vt concilium indiceretur, quod instructa legatio posset ad hoc concilium destinari. Sed cũ eum posterioribus literis admonerem de impedimento Tyronum (vt superius dixi) rescriptis proprijs excusauit. De Tripolitanis vero fratribus nostris hoc potui con discere, quod Dulcitium fratrem nostrum destinauerunt legatum, sed quia non potuit occurrere, hoc asseuerauerunt quidam filij nostri, venientes de supradicta prouincia, quod memoratus naui se commiserat. Et credendum est, accidisse nonnullam de tempestatibus moram, quæ retardaret eius aduentum. Tamen etiam circa ipsos, si charitati vestræ placet, hæc forma seruabitur, vt placita ad eosdem concilij transmittantur. Ab vniuersis episcopis dictum est. Hæc quæ statuit sanctitas tua, omnibus placent.

E

¶ TITVLI CAPITVLORVM HVIVS Concilij.

¶ Alia synodus Carthagineñ.

Hæc synodus aduersus Donatistas legationem ad principem dirigit.

Gloriosissimo Imperatore Honorio Aug. vi. Cons. xvi. Kalendas Iulias Carthagine in basilica regionis secundæ. In hoc concilio legationem susceperunt Theasius & Euodius contra Donatistas. In quo concilio insertum est * commonitorium, quod ita se continet.

alias, commu nitorium

¶ Aliud concilium Carthagineñ.

Stilicone iterum & * Arthemio, viris clarissimis consulibus, decimo Kalendas Septembris Carthagine in basilica regionis secundæ. Huius concilij gesta, ideo non ex integro descripsi, quoniam magis ea, quæ in tempore necessaria fuerunt, quam aliqua generalia, constituta sunt, sed ad instructionem studiosorum, eiusdem concilij breuem digessi.

alias, Anthemio.

F

¶ Alia synodus Carthagineñ.

In hoc concilio quædam de constitutis superioribus corriguntur, vt concilium vniuersale, non nisi necessitate, faciendum.

Gloriosissimis Imperatoribus Honorio septimo, & Theodosio secundo, iterum Augg. Conss. Idus Iunij Carthagine in basilica regionis secundæ, cum Aurelius episcopus vnà cum episcopis suis consedisset, adstantibus diaconibus, ait.

.I.

Quoniam constitutum fuerat in concilio Hipponensi, vt singulis annis contraheretur concilium Aphricæ plenarium, non tãtum hic apud Carthaginem, verũetiam per diuersas prouincias suo ordine, & hoc reseruatum est, vt indiceremus aliquando in Numidia, aliquando in Byzantio. At quia hoc laboriosum omnibus fratribus &c. Vbi supra. lxij.

ix. De

¶ Aliud Concilium Carthaginense.

Concilium contra paganos & hæreticos.

Basso & Philippo viris clarissimis consulibus. xvi. Kalendas Iulias Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ. In hoc concilio legationem iterum suscepit Fortunatianus (alias Fortunatus) episcopus contra paganos, & hæreticos.

¶ Alia synodus Carthaginen.

Item concilium contra paganos, & hæreticos.

Basso & Philippo, viris clarissimis consulibus, tertio Idus Octobris Carthagine legationem susceperunt Restitutus & Florentius episcopi, contra paganos & hæreticos, eo tempore, quo Seuerus & Macarius occisi sunt, & propter eorum causam Euodius & Theasius, & Victor, episcopi, cæsi sunt.

B

¶ Aliud Concilium Carthaginense.

Concilium de cognitione episcopi.

Gloriosissimis Imperatoribus Honorio octauo, & Theodosio tertio, vbi supra lxxiiij.

¶ Alia synodus Carthaginen.

Concilium contra Donatistas.

Post consulatum gloriosiss. Impe. Honor. & Theodo. iij. augg. vbi supra. lxxv.

¶ FINIS DECRETORVM INNOCENTII Papæ primi.

DECRETA ZOZIMI

PAPAE, EX LIBRO PONTIFICALI.

C

ZOzimus natione Græcus, ex patre Abrahamio sedit annum vnum, menses duos, dies vndecim. Hic constituit multa in ecclesia. Et constituit vt diacones leuas tectas de pallis linostimis haberent. Et per parochias concessit licentiam benedicendi cereum paschalem. Et præcepit, vt nullis clericis poculum in publico propinaretur, nisi tantum in cellis fidelium maxime clericorum. Hic fecit ordinationem vnam per mensem Decembrem, presbyteros decem, diacones tres, episcopos per diuersa loca numero octo. Sepultus est via Tyburtina, iuxta corpus beati Laurentij martyris, septimo Kalendas * Ianuarij, Et cessauit episcopatus dies vndecim. *alias, Iunij.*

At vero Marianus Scotus anno octauo Imperij Honorij cum Theodosio fratris sui filio, & ad euangelij veritatem. cccc. xxxvij. Secundum Dionysij vero cyclum. cccc. xv. Describens Zozimi papæ annos Theodosio, atque Palladio consulibus. Zozimus (ait) post Petrum xl. sedit annis quatuor.

Idem vero anno decimo Imperij præmemorati Imperatoris, & ad veritatem euangelij. cccc. xxxix. secundum Dionysii cyclum. cccc. xvij. Honorio duodecimo, & Theodosio octies consulibus, Concilio (ait) apud Carthaginem habito. cc. xiiij. vel amplius episcoporum ad papam Zozimum synodi decreta perlata sunt. Quibus probatis per totum mundum, hæresis Pelagiana damnata est. Et infra idem dicit. Zozimus papa, obijt septimo Kalen. Ianuarij.

Tituli

TITVLI EPISTOLAE DECRETALIS Zozimi Papæ.

EPISTOLA EIVSDEM PRIMA AD ISYCHIVM SALONITANVM EPISCOPVM.

CAPVT PRIMVM.

ZOZIMVS Episcopus vrbis Romæ, *Hesycho epo Salonitano. Exigit dilectio tua pceptũ apostolicæ sedis, in quo patrum decreta cõsentiũt & significas, nonnullos ex monachorũ cętu, quorum solitudo quauis frequentia maior est, sed & laicos, ad sacerdotium festinare. Hoc autem specialiter & sub prædecessoribus nostris, & nuper a nobis interdictum constat, literis ad Gallias Hispaniasq; trãsmissis, in quibus regionibus familiaris est ista præsumptio q̃uis nec Aphrica super hac admonitione nostra habeatur aliena, ne quis penitus cõtra patrum pręcepta, qui ecclesiasticis disciplinis imbutus per ordinem non fuisset, & temporis approbatione diuinis stipendijs eruditus, nequaq̃ ad summũ ecclesiæ sacerdotium adspirare præsumeret, & non solum in eo ambitio inefficax haberetur, verũ etiam in ordinatores eius, vt carerent eo ordine, quem sine ordine contra præcepta patrum crediderant præsumendum. Vnde miramur ad dilectionẽ tuam statuta apostolicæ sedis non fuisse perlata. Laudamus igitur propositum constantiæ tuæ (frater charissime) nec aliud de pontificij censura veteris authoritatis genus expectandum fuit, quam vt talibus ambitionibus pro præceptis patrum, in procinctu fidei constitutus, occurreres. Igitur si quid authoritati tuæ (quod nos non opinamur) æstimas defuisse, supplemus. Vos obsistite talibus ordinationibus, obsistite superbiæ, & arrogantię venienti. Tecum faciunt pręcepta patrum, tecum apostolicæ sedis authoritas. Si eñ officia secularia * pricipem locum, non vestibulum actionis ingressis, sed per plurimos gradus examinatis, temporibus deferunt, quis ille tam arrogãs, tam impudens, inuenitur, vt in cœlesti militia, quæ propensius ponderanda est, & sicut aurum repetitis ignibus exploranda, statim dux esse desiderat, cum Tyro * ante nõ fuerit? & prius velit dicere q̃ discere? Adsuescat in domini castris, in lectorũ primitus gradu diuini rudimenta seruitij, nec illi vile sit, exorcistam, acolythum, subdiaconum, diaconum per ordinem fieri, nec hoc saltu, sed statutis maiorum ordinatione temporibus. Iam vero ad presbyterij fastigium talis accedat, vt & nomen ætas impleat, & meritum probitatis stipendia anteacta testentur. Iure inde summi pontificis locum sperare debebit, facit hoc nimia remissio consacerdotum nostrorũ, qui pompam multitudinis quærunt & putant ex hac turba aliquid sibi dignitatis acquiri. Hinc passim numerosa popularitas etiam his locis, vbi solitudo est, taliũ reperitur, dum parochias extendi cupiunt, aut quibus aliud præstare non possunt, diuinos ordines largiuntur. Quod oportet districti semper esse iudicij. Rarum est enim omne, quod magnum est.

Margin: als, Hysichio, a ss, Hesychio — Disti. 36. Qui ecclesiasticis. Et di. 59. Qui ecclesiasticis. — alias, principalem — als, hactenus,

II Proinde nos, ne quid meritis dilectionis tuæ derogemus, ad te potissimum scripta direximus, quæ in omnium fratrum, & coepiscoporum nostrorum facies ire notitiam, non tantum eorum, qui in ea prouincia sunt, sed etiam qui vicinis dilectionis tuæ prouincijs adiunguntur. Sciet (quisquis hoc, postposita patrum, & apostolicæ sedis authoritate neglexerit) a nobis districtius vindicandum, vt loci sui minime dubitet sibi non constare rationem, si hoc putat post tot prohibitiones, impune posse tentari. Contumeliæ eñ studio fit, quicquid interdictum toties vsurpatur.

Margin: Deponẽdi sũt qui dicto papæ nõ audiũt

III. Hæc

A III. Hæc autẽ in singulis gradibus obseruanda sunt tempora. Si ab infantia ecclesiasticis ministerijs nomẽ dederit, inter lectores vsq; ad vicesimũ ætatis annum, continuata obseruatione perduret. Si maior iam, & grandæuus accesserit, ita tamẽ, quod post baptismũ statim se diuinæ militiæ desideret mãcipari, siue inter lectores, siue inter exorcistas quinquẽnio teneatur, exinde acolythus, vel subdiaconus, quatuor annis, & sic ad benedictionẽ diaconat⁹ (si meretur) accedat, in quo ordine qnq; annis, si inculpatæ se gesserit, hærere debebit. Exinde suffragantibus stipendijs, per tot gradus datis propriæ fidei documẽtis, presbyterij sacerdotiũ poterit promereri. De quo loco (si eũ exactior ad bonos mores vita perduxerit) summum pontificatum sperare debebit. Hac tamen lege seruata, vt neq; digamus, neq; pœnitens ad hos gradus possit admitti. Sane, vt etiã defensores ecclesiæ, qui ex laicis fiunt, supradicta obseruatione teneantur, si meruerint esse in ordine clericatus. Datũ. VIII. Kalẽ. Martias, DD. NN. Honorio. XII. & Theodosio. VIII. Aug. Conss.

Distin. 77. In singulis, & in decre. Syritij ad Hymeriũ Tarraconẽ. ca. 8. & 9.

¶ Annus consulatus horum Augustorum, seu consulum, quadrat cum suprascriptis in initio Zozimi papæ.

¶ ITEM EPISTOLA ZOZIMI PAPAE secunda ad clerum, & ad presbyteros Rauennatium.

B Zozimus commonitorium presbyteris, & diaconibus, qui Rauennæ sunt. Ex relatione fratris nostri Archidami presbyteri, qualiter suscepti fitis, vel quid egeritis, agnouimus, vel qualiter illi suscepti sunt, q contra canones aduersum nos ad comitatũ (nescio, qua audentes temeritate) ire voluerũt. Ad quos hæc, quæ nũc misimus, olim scripta feceramus, eorum, quas iniuriose miserant, respondentes epistolis. Sed quoniam non potuerunt rei in sua, hoc est in nostra ecclesia Romana, cum nostris compresbyteris commorari, has ad vos, illis tradendas, literas destinauimus, in quibus decreto nostro *sanximus, memoratos perturbatores omnium ab apostolicæ nostræ sedis communione alienos fuisse, atq; nostra subscriptione prolatam sententiã suscepisse. Illos etiam qui effrenato huic facto, consilioq; assensum commodare voluerũt, vestræ charitatis est ęstimare, qualiter habeatur. Quibus hoc obijcere vos debetis, quod * iuxta canonũ præcepta fortiter incurrere, & qualiter presbyteros non decebat, rebelles existere, tentauerunt. Vos tamen monemus, in speculis esse debere, ne qua eorũ prorumpat audacia, quos
C anathematizatos scit sancta, & apostolica ecclesia. De his vero, qui eorum se societati iunxerunt, quid de his agere debeamus, cum reuersi fueritis, consilio meliori tractabimus. Et alia manu. Datum quinto Nonas Octobr. Honorio. xij. & Theodosio viij. August. Conss.

als, Zozimus eps vrbis Romæ commonitorium

Sardicẽ. cõcilij ca. 8. 9. 10. 11

Excõicandi p turbatores pacis

als, sancimus.

alias, contra

EIUSDEM ZOZIMI PAPAE DECRETUM Ex Gratiano desumptum.

¶ Apostolicæ sedis authoritas contra sanctorum statuta aliquid condere non valet.

¶ Contra statuta patrum condere aliquid, vel mutare, nec huius quidem sedis potest authoritas. Apud nos enim inconuulsis radicibus viuit antiquitas, cui decreta patrum sanxere reuerentiam.

CONCILIUM TELENSE CIRCA ZOzimi Papæ tempora.

HUius Telẽ. synodi gesta cum his, quæ illam concernunt, supra in decretis Syritij papæ sunt plene memorata. Verum in hoc loco placuit idem concilium, dumtaxat annotando, recensere, eo quod post statim præmissa concilia Carthagineñ. sub breuibus verbis posita, etiam ipsum celebratum iudicatur tempore Zozimi papæ ex annis in ipso designatis, qui scribuntur. Post consulatum Honorij. xi. & Constantij. ij. consul, circa quem annum Zozimus præfedisse

putatur. Verum in vltimo Carthaginen. cōcilio, quod circa finē decretorum Innocentij scribitur, assignatur annus Honorij. viij. & Theodosij. iij. q a se differūt annis. iij. Itaque pro huius Telen. concilij pleniori notitia, recursus fiat ad Siritij papæ decreta. D

¶ Sequitur concilium quoddā Carthaginen. sub tēpore (vt videtur) Zozimi papæ celebratū, hic breuiter videlicet per titulos dūtaxat annotatū. Nam illius capitula latius exprimentur, in concilio sub Bonifacio papa primo seruato, post cōsulatum Honorij. xij. & Theodos. viij.

¶ Porro, in vetusto quodam codice monasterij sancti Bauonis in Gandauo insigni Flandriæ vrbe, tale habebatur initium.

HOnorio augusto duodecies consule, Kalendis Maij, Carthagine in basilica Fausti, cū Aurelius eps simul cū Donatiano Telepten. primæ sedis epo prouintiæ Bizancenæ, & alijs ducētis *tribus coepis suis, tā ex prouintia Bizancena, quā Mauritania Sitifen. Tripolitana, Mauritania Cæsarien. & Hispania, in cōcilio cōsedisset, adstantibus diaconis, placuit omibus, in sancta synodo Carthaginen. ecclesiæ constitutis, vt quicūque dixerit Adam primum hominem, &c. vt infra in cōcilio sub Bonifacio numero. lxxvi.

alias. xiiij. & amplius sicut dicit Marianus Scotus, sub anno. 439

E

¶ Verum in codice impresso Moguntiæ in ædibus Iohannis Schoeffer, circa annum. xxv. atque secundum exemplar Anglicanū vetustissimum monasterij wintonien. tale fuit initium.

GLoriosissimis Imperatoribus Honorio. xij. & Theodosio. viij. August. consulibus, Kalendis Maij, Carthagine in secretario basilicæ Fausti, cū Aurelius eps in vniuersali cōcilio cōsedisset, adstātibus diaconibus, placuit omnibus episcopis, quorum nomina, & subscriptiones inditæ sunt, in sancta synodo Carthaginen. ecclesiæ constitutis, vt quicūque dixerit, Adam primū hoiem, &c. vt infra in cōcilio sub Bonifacio numero. lxxvi.

ij. Quod paruuli in peccatorum remissionem baptizentur. lxxvij
iij Quod gratia dei, non solum remissionem tribuit peccatorum, sed etiā præstat adiutorium, ne peccetur. lxxviij.
iiij. Quod gratia Christi, non solum scientiā tribuit, quod agamus, sed etiā dilectionem nobis inspirat, vt quod scimus, implere valeamus. lxxix.
v. Quod sine dei graiia nihil boni possimus implere. lxxx
vi Quod non solum humilis, sed verax, sanctorum vox ista est, si dixerimus, qa peccatum non habemus, nosipsos seducimus. lxxxi.
vij Quod in oratione dominica sancti pro se dicant, dimitte nobis debita nostra. lxxxij. F
viij Quod veraciter a sanctis dicatur, dimitte nobis debita nostra lxxxiij.
ix. De plebibus conuersis a Donatistis. lxxxiiij.
x. De diocœsibus, qualiter eas diuidant inter se episcopi, tam catholici, quàm qui ex Donati parte conuersi sunt. lxxxv
xi. Vt si quam diocœsim episcopus, ab hęresi liberans, triennio possederit, nullus eam repetat. lxxxvi.
xij. De his, qui in plebes, quas ad se putant pertinere, inconuentis his, a quibus tenentur, irruerint. lxxxvij
xiij De his, qui plebes, ad se pertinentes negligunt lxxxviij.
xiiij. Quod electorum iudicum sententia sperni non debeat. lxxxix.
xv. Vt si episcopus negligat suam diocœsim, communione priuetur. xc
xvi. De episcopis, qui Donatistas communicasse, mentiti fuerint. xci.
xvij De presbyteris, & clericis, vt nō appellent, nisi ad Aphricana cōcilia. xcij.
xviij De virginibus etiam minoribus velandis. xciij.
Ne diutius episcopi teneantur in concilio, ternos ex se singularum prouintiarum iudices eligant.

Decreta

A

DECRETA BONIFACII PAPAE PRIMI.

Ex Libro Pontificali.

BONIFACIVS natione Romanus, ex patre Iucundo presbytero, sedit annos tres, menses octo, dies septem. Hic sub contentione ordinatur cum Eulalio. Et fuit dissentio in clero menses septem, dies. xv Eulalius ordinat in basilica Constantiniana. Bonifacius autem in basilica Iulij. Eodem tempore audiens hoc Placidia Augusta cum filio suo Valentiniano augusto, dum sederent Rauennæ, retulit Honorio augusto Mediolani sedenti. Eodem tempore ambo augusti, missa authoritate hoc præceperunt, vt ambo exirent ciuitatem. Qui cum pulsi exissent, habitauit Bonifacius in cœmiterio sanctæ Felicitatis martyris via Salaria. Eulalius vero in ciuitate Antio ad sanctum Hermem. Veniente autem die proximo Paschæ præsumpsit Eulalius, eo B quod ordinatus fuisset in basilica Constantiniana, & introiuit in vrbem, & baptizauit & cebrauit pascha in basilica Constantiniana. Bonifacius vero, sicut consuetudo erat, celebrauit baptismum paschæ in basilica sanctæ martyris Agnetis. Hoc audito, Augusti vtrique miserunt, & eiecerunt Eulalium, & missa authoritate, reuocauerunt Bonifacium, & constituerunt episcopum, Eulalium vero miserunt foras in Campaniam. Et facta synodo, deponitur Eulalius ab. cc. lij. episcopis, quia iuste non fuerat ordinatus, & ex consensu omnium. Et sedit Bonifacius præsul, & constituitur Eulalius in ciuitate Nepesina episcopus. Post annos tres, & menses octo defunctus est Bonifacius. Et petierunt clerus, vel presbyteri, Eulalium reuocari. Quod tamen non consensit Eulalius, Romam scilicet reuerti. Qui tandem in eodem loco Campaniæ, post annum mortis Bonifacij, defunctus est Eulalius. Hic Bonifacius constituit, vt nulla mulier, aut monacha, pallam sacratam contingeret, aut lauaret, C aut incensum poneret in ecclesia, nisi minister. Nec seruum clericum fieri, nec obnoxium curiæ, vel cuiuslibet rei. Hic fecit oratoriũ in cœmiterio sanctæ Felicitatis, iuxta corpus eius, & ornauit sepulchrum sanctæ martyris Felicitatis, & sancti Syluani, vbi & posuit hæc. Patenam argenteam, pensantem libras viginti. Scyphum argenteum, pensantem libras decem. Amam argenteam, pensantem libras tredecim. Calices minores duos, pensantes libras quatuor. Coronas argenteas tres, pensantes libras quindecim.

Hic fecit ordinationem vnam in vrbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros tredecim, diacones tres, episcopos per diuersa loca trigintasex. Sepultus est via Salaria in cœmiterio sanctæ Felicitatis martyris, iuxta corpus illius, octauo Kalendas Nouembris. Et cessauit episcopatus dies nouem. Hæc ibi.

¶Porro, Marianus Scotus sub anno. xi. Imperij Honorij cum Theodosio fratris sui filio, ad veritatẽ vero Euangelij. cccc. xl. Iuxta aũt Dionysii cyclum. cccc. xviij. Monaxio, ac Plinta consulibus meminit Bonifacij papæ, dicens. Bonifaciu s. xli. papa post Petrum sedit annis quatuor.

Anno quoque Imperij dicti Imperatoris. xiij. & ad euangelij veritatem. cccc. xliij atque secundum cyclum Dionysii. cccc. xx. Agricola, atque Eustachio consulibus. Bonifacius (ait) papa decreuit, seruum clericum non fieri, nec obnoxium curiæ, aut cuilibet rei. At idem anno Imperij Honorij &c. xiiij. Ad veritatem vero euangelij. cccc. xliij. iuxta cyclum quoque Dionysii. cccc. xxi. eiusdem excessum designans Honorio. xiij. & Theodosio. x. consulibus. Bonifacius (inquit) papa obijt. viij Kalend. Nouembris.

EPISTOLA BONIFACII PAPAE PRIMA, AD HONOrium Augustum.

Supplicatio papæ Bonifacij, vt constituatur a principe, quatenus in vrbe Roma nunquam per ambitum ordinetur antistes.

Dist. 97. Ecclesiæ meæ, cui.

BOnifacius episcopus Honorio Augusto, ecclesiæ meæ, cui deus noster meũ sacerdotium, vobis res humanas regẽtibus deputauit, cura constringit, ne causis eius, quãuis adhuc corporis incõmoditate detinear, propter conuẽtus, qui a sacerdotibus vniuersis, & clericis, & Christianæ plebis perturbationibus agitantur, apud aures Christianissimi principis desim. Siquidẽ secus (quam oportet) eueniat, nõ vos id facere, qui cuncta æqua moderatione cõponitis, sed nos per nostrã tacentes desidiam videbimur, q̃d ciuitatis quietem, ecclesiæ pacem peruertere valeat, admisisse. Cum eñ humanis rebus diuinæ cultor religionis, dño fauente, præsideas, nostra culpa erit, si non id sub vestra gloria (quam certũ est diuinis semper rebus animo promptiore fauisse) firmo, & stabili iure custodiatur, quod per tot annorũ seriem, & sub illis etiã principibus obtinuit, quos nulla nostræ religionis cura constrinxit, id est, *vt fidens vtar licitis, & sub vestræ imperio clemẽtiæ minime, quæ sunt illicita, formidentur. Ipsa enim ecclesia deuotionem tuã Christianissime Imperator, meo quidẽ sermone, sed suo venerabili appellat *affectu, quã Christus deus noster vestri fidus rector, & gubernator imperij vni desponsatã sibi, & intactam virginẽ seruat, ne in eam aliquos patiamini insidiantium procellarũ fluctus inlidi, & quietam faciem tẽpestatis insolitæ tumore turbari, gloriosissime & trãquillissime Imperator auguste. Ipsa ergo (quæ vni desponsata, *vestra tamẽ mater est) ecclesia, hac pietatem vestrã legatione, quam suis sacerdotibus commisit, appellat, p̃terita, præsentiaq; repetit. Vobis (inq̃t) religiose imperãtibus creuit meus, q modo tuus est populus, tã fidus deo, q̃ tibi, q es princeps Christianus. Ecce eñ inter ipsa mysteria, inter p̃ces suas, quas pro vestri felicitate depẽdit imperij, teste (apud quẽ, & de cuius sede agitur) sancto Petro, solicitis pro religionis obseruãtia vocibus clamat, cũ solicita petitione miscet oratio, ne *hos in varias res semel euulsa distrahat a cultu solito, tẽtatore solicitate, discordia. Angeretur pluribus, princeps Christianissime, mater ecclesia, nisi apud te suarũ esset secura causarũ, & nisi in oppressionibus idolorũ, in hæreticorũ correctionibus, fide tua, diuino cultu pariter cũ imperio semper florẽte, vicisset. Habet refugiũ piũ tuæ mansuetudinis animũ cum suæ religionis veneratione coniunctũ, cũ quicquid *huic proficiat, vos agatis & conferatis fratribus, & consacerdotibus meis, probatissimis viris a me, & ab omnibus (qui ecclesiã faciunt) istiusmodi legatis, quibus precamur, sacræ *causa religionis prosequẽtibus, in vrbe vestræ mansuetudinis, hoc animo, quo postulatis, adnuitis, in perpetuũ statui vniuersalis ecclesiæ consulatis. Datum Kalen. Iulias.

alias, vt licita seruentur.
alias, affatu.
alias, nostra.
alias, vos
alias, huic ecclesiæ.
alias, causam.

RESCRIPTVM HONORII AVGVSTI, AD Bonifaciũ papã Romanũ, in quo statuit, vt si denuo Romæ epi ordinati fuerint duo, ambo de ciuitate pellantur.

Dist. 97. Victor Honorius inclytus.

VIctor Honorius, inclytus triumphator, semper augustus, sancto ac venerabili Bonifacio, papæ vrbis æternæ. Scripta beatitudinis tuæ debita reuerentiæ gratulatione suscepimus, q̃bus recensitis, egimus omnipotenti deo maximas gratias, quod sanctimoniã tuam post longũ incõmodum optatæ redditã didicimus sanitati. Et ideo *reuertẽtibus venerabilibus viris, gaudium nostrũ sacrorũ apicũ attestatione signamus, ac petimus, vti q̃o

alias, reuertẽtibus.

A vti quotidianis orationibus apostolatus tuus studiũ ac votum suũ circa salutem, atq; imperiũ nostrũ dignetur impendere. Illud aũt pietati nostræ satis placitũ esse cognosce, quod sanctimonia tua de ecclesiarum, aut populi perturbatiõe solicita est. Quæ vt ne aliqua rõne possit euenire, satis clemẽtia nostra credidit esse prouisum. Deniq; beatitudine tua prædicante, id ad cunctorum clericorum notitiã volumus peruenire, vt si qd forte religioni tuæ (quod nõ optamus) humana sorte cõtigerit, sciãt oẽs ab ambitionibus esse cessandũ. At si duo cõtra fas temeritate certãtes, fuerint ordinati, nullũ ex his futurũ penitus sacerdotẽ, sed illũ solũ in sede apostolica permansurum, quẽ ex numero clericorum noua ordinatione diuinum iudiciũ, & vniuersitatis cõsensus elegerit. Vnde id obseruandũ est, vt oẽs tranquillã mentẽ, & pacificos animos ex serenitatis nostræ admonitiõe custodiãt, nec aliqd seditiosis conspiratiõibus tentare conent, cum certum sit, nulli partium sua studia profutura.

Distin. 79. Si duo forte

¶EPISTOLA BONIFACII PAPAE II. AD Epos Galliæ de Maximo Epo, diuersis criminibus accusato.

B Onifacius eps Patroclo, Remigio, Maximo, Hilario, Seuero, Valerio Iuliano, Castorio, Leontio, Constãtino, Iohãni, Montano, Marino, Mauritio, & cæteris epis, p Gallias, & septẽ prouincias cõstitutis. Valẽtine nos clerici ciuitatis adierũt, proponẽtes per libellũ crimina, quæ Maximũ, teste tota prouincia, asserũt commisisse. Delegata totiẽs cognitione, illũ cõstituta semper subterfugisse iudicia, nec *cõfusum cõsciẽtia festinasse, vt si esset innocens, examinatis omnibus, purgaretur, quæ totiẽs decreta, ex vestrarum quoq; chartarum instructione cognouimus. Qui e contrario probauit de se illa, quæ dicta sunt, cui ad ea confutanda, cum essent innumera, a decessoribus meis prouincialis est delegata cognitio. Conuentus etiam dicitur euitasse & adesse minime voluisse. Et nullus dubitat, quod ita iudicium nocens subterfugit, quemadmodum vt absoluatur, qui est innocens, quærit. Sed astuta cauillatio eorum, qui versutis agendum credunt esse consiliis, nunquàm innocentiæ nomen accipiet. Confitetur eñ de omnibus, quisquis se subterfugere iudicium dilationibus, putat. Veniet tamen aliquando ille (qui talis perhibetur) in medium, nec proderit illi, totiens latuisse, totiens subterfugisse, quem sui actus, & commissa, quocunq; fugerit, ea quæ obiiciuntur illi, si vera sunt, crimina persequuntur. Debueram quidem iam nunc dignam, pro eius accusatis in nostro iudicio actibus, qui cognitionem, & decretum iudicium sæpe declinando, credidit illudendum, ferre sententiam. At ne aliquis * pręcoquam forsitan * iudicaret, & sibi (qui absens est, licet sit quæsitus a nobis) reseruatum esse nihil diceret, maluimus, intercapedine temporis data differri, cum hoc etiam eius accusatores* asserent, de *quorum intentionibus, & moribus sit securum, Maximum tanto magis damnanda committere, quanto tardius se constituto iudicio præsentarit. Quem Manichæorum inuolutum caligine (arguunt, turpi secta olim ita (ne eum posset abluere) animum sordidasse) in probationem obiectæ rei gesta synodalia proferentes, & commissis inuolutum vndique flagitiis, nullum eum sanitatis habuisse respectum, quem furore suo, & insana temeritate ad secularium quoque iudicum tribunalia subditum quæstioni (quod in vili quoque persona turpissimum est) obiicerent peruenisse, & homicidii damnatum asserũt gestis prolatis in medium, & hunc talem, post tanta taliaq; commissa, episcopatus adhuc sibi nomẽ in suis latibulis * vẽdicare, in propriæ ciuitatis infamiã, nimiis doloribus cõquerunt, & sanctũ nomẽ, * vendicãdo sibi, velle polluere. Ideoq; (frẽs charissimi) qa audiendus hic pñtare se noluit, ne cõuictus forsitã ab accusantibus se clericis, posset digna tandẽ aliqñ p̃sentatus episcopali iudicio, pronũtiatiõis cõgrue feriri snĩa (quanq̃ illi cũ hæc edocta fuerint, quæ põt huius nominis esse iactura, q pudorem nunq̃ sacerdotii habuisse phibet, & locũ suum, ne modico quidem tempore custodisse) dilationẽ tamẽ dedimus, & decreuimus, * vestrũ debere intra prouinciam esse iudicium, & congregari synodum ante diem Kaledarum

alias, cõfusum

C

als, p̃coce idest indifferenter secundum Calepinũ dr.
als, p̃dicaret.
alias, asserunt
alias, cuius

als, vindicare indifferenter.
als, vĩdicãdo

3. q. 9. Decernimus vestrũ
alias, vestram

 Noue-

Nouembrium, vt si adesse voluerit, præsens, si confidit, ad obiecta respondeat. Si vero adesse neglexerit, dilationem sententiæ de absentia non lucretur. Nã manifestũ est, confiteri eum de crimine, qui indulto, & toties delegato iudicio purgandi se, occasione nõ vtitur. Nihil eñ interest, vtrũ in præsenti examine oĩa, quæ dicta sunt, comprobentur, cum ipsa quoq; pro confessione procurata toties constet absentia. Nos autem per omnes prouintias literas dirigemus, ne excusationem sibi ignorationis obtendat, vt ad prouintiam venire cogatur, & illic se constituto p̃sentare iudicio. Quicquid autem vestra charitas de hac causa duxerit decernendum, cũ ad nos relatum fuerit, nostra, vt condecet, necesse est, authoritate firmetur. Data sub die Idus Iunias, Monaxio, viro clarissimo cons. D

¶ Concordat hæc data consulis Monaxij cũ initio papatus Bonifacij, q̃d dicitur fuisse a Mariano Scoto, anno. ccccxl. Monaxio, & Plinta consulibus.

EPISTOLA EIVSDEM TERTIA.

Vt nullus, contempto Metropolitano, ordinetur eps.

BOnifacius episcopus vrbis Romæ, Hilario episcopo Narbonensi salutem. Difficilem quidem fidẽ querimonijs cõmodamus, quas sacerdotes dñi pulsat intentio, maxime cũ eos loquũtur quippiã contra patrum statuta tentasse, sed frequẽter *has asserit, sicut nunc, multitudo causantium. Ecce eñ, vt charitas tua recognoscit ex subditis, Lucenensis ecclesiæ cleri ordo, vel plebis, p̃ces suas, vel lachrymas ad nos (quantũ datur intelligi) magno cum dolore miserũt, dicentes, coepiscopũ nostrũ Patroclũ, sua petitione cessante, in locũ decedẽtis episcopi, nescio quem, in aliena prouintia, prætermisso Metropolitano, contra patrũ regulas ordinasse. Quod nequaq̃ possumus ferre patienter, quia conuenit, nos paternarum sanctionum esse diligẽtes custodes. Nulli etem videtur incognita synodi constitutio Nicenę, quæ ita præcipit, vt eadem proprie verba ponamus. Per vnamquãq; prouintiam, ius Metropolitanos singulos habere debere, nec cuiquam duas esse posse subiectas. Quod illi (quia aliter credendũ non est) seruandũ, sancto spiritu suggerente, sibimet censuerunt. Vnde frater charissime, si ita res sunt, *& ecclesiam supradictam prouintiæ tuę limes includat, nostra authoritate cõmunitus, quod quidem facere sponte deberes, desiderijs supplicantiũ, & voluntate respecta, ad eundem locum, in quo ordinatio talis celebrata dicit, Metropolitani iure munitus, & præceptionibus nostris fretus, accede, intelligẽs, arbitrio tuo secundũ regulas patrum, quæcunq; facienda sunt, a nobis esse concessa, ita vt p̃actis omibus, ap̃licæ sedi, quicquid statueris, te referente, clarescat, cui totius prouintiæ suæ ordinationem liquet esse mandatã. Nemo ergo eorum terminos audax temerator excedat, nec *aliquid in illorum contumeliam partibus suis in his quæ sibi non videntur cõcessa, defendat. Cesset huiusmodi, pressa nostra authoritate, præsumptio eorum, qui vltra dignitatis suæ limitem digitum extendunt. Quod idcirco dicimus, vt aduertat charitas tua, adeo nos canonum præcepta seruare, vt ita constitutio q̃q; nostra definiat, quatenus Metropolitani sui vnaquæq; prouintia in omnibus rebus semper ordinationem expectet. Data. v. Kalendas Februarij, dominis nostris Honorio. xiij. & Theodosio. x. augustis consulibus.

alias, hoc.

Cap. 6. sed satis obscure

alias, vt.

als, aliquis

E F

¶ Hos consules recenset Marianus Scotus, sub anno. ccccxliij.

DECRETA BONIFACII PAPAE PRIMI,

quæ nõ habentur in prioribus, numero quinq;.

Sunt aũt desumpta ex decretis Gratiani, & ex vetustis codicibus alijs.

PRIMVM.

¶ Ante annos. xxx. presbyter non ordinetur.

Dist. 78. Si quis. xxx.

Si quis. xxx. ætatis suæ non impleuerit annos, nullo modo presbyter ordinetur, etiam

A etiam si valde sit dignus. Et ipse dominus tricesimo anno baptizatus est, & sic cœpit docere. Oportet ergo, eum, qui consecrandus est, vsque ad hanc legitimam ætatem non consecrari.

SECVNDVM.

Primati deferuntur negotia, quæ metropolitanus explicare non valet.

Si inter episcopos eiusdem concilij dubitatio emerserit de ecclesiastico iure, & de alijs negotijs, primum metropolitanus eorum cum alijs quibusdam in concilio considerans rem dijudicet. Et si non acquiescat vtraque pars iudicatis, tunc primas illius regionis inter ipsos audiat, & quod canonibus, & legibus, consentaneum sit, hoc diffiniat. Et nulla pars valeat calculo eius contradicere.

6.q.4. Si inter epos eiusdem

TERTIVM.

Quicquid domino consecratur, ad ius pertinet sacerdotis.

Nulli liceat ignorare, omne quod domino consecratur, siue fuerit homo, siue animal, siue ager, vel quicquid fuerit semel consecratum, sanctum sanctorum erit domino, & ad ius pertinet sacerdotum. Propter quod inexcusabilis erit omnis, qui quæ a domino, & ecclesia, cui competunt, aufert, vastat, & inuadit, vel eripit, & vsque ad emendationem, ecclesiæque satisfactionem, vt sacrilegus iudicetur, & si emendare noluerit, excommunicetur.

12.q.2. Nulli liceat ignora. Leui.27.d

B

QVARTVM.

EX EIVSDEM LIB. IIII. CA. XXI.

De episcopis qui fratribus nocere desiderant.

Sicut omnis, qui diligit fratrem suum, ex deo natus est, ita & omnis, qui odit proximum, ex diabolo est. Dilectione enim sola discernimur, quis ex quo genitus approbetur, dicente Iohanne: In hoc manifesti sunt filij dei, & filij diaboli. Omnis qui non facit iustitiam, & qui non diligit fratrem suum, non est ex deo, quoniam hæc est annuntiatio, quam ab initio audistis, vt diligamus alterutrum. Et post paululum: Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. Ecce homicida esse probabiliter declaratur, qui a fraterna societate diuiditur. Nam & si manus non moueat ad occidendum, pro eo tamen, quia nititur ad nocendum, iam a deo homicida tenetur. Viuit ille, & iste iam interfector conuincitur. Cum igitur his præceptis beatus apostolus Paulus consona prædicatione concordet, dicens: Non occidat sol super iracundiam vestram. Et: nolite locum dare diabolo. Relatæ sunt nobis quorundam sacerdotum personæ, in tantam obstinationis efferbuisse discordiam, vt non solum illos ab ira occasus solis non reuocet, sed ne annosa quidem transactio temporis ad bonum charitatis reclinet, quippe in quorum cordibus idem sol iustitiæ Christus occubuit, vt ad lumen charitatis redire vix possit. Horum igitur, & similium discordantium fratrum oblationes, iuxta antiqui canonis diffinitionem, nullo modo recipiendas esse censemus. Personis tamen discordantibus, id speciali diffinitione præcipimus, vt eos ante reconciliatio vera innectet, quàm vllus eorum accedere ad altare domini audeat, vel gratiā communionis sanctæ percipiat, sed geminato tempore per pœnitentiam, compensabunt, quo discordiæ seruierunt. Quod si vnus eorum, alio contemnente, ad satisfactionem charitatis cucurrerit, ex eo tempore iam pacificus intra ecclesiam recipietur, ex quo ad concordiam festinasse conuincitur. Sententia tamen superiori seruata, vt tempus, quod in ira expandit, geminatum pœnitentię satisfactione persoluat.

1.Iohan.4.b 1.Iohan.3.b Ibidem.c Ephe.4.f

C

QVINTVM.

EX EODEM CA. XXXVII.

Si episcopus expulsus ausus fuerit ingredi ciuitatem.

Et annotatur istud cap. haberi ex epistola eiusdem ad episcopos Galliæ.

Si episcopus expulsus ausus fuerit ingredi ciuitatem, qua expulsus est, vel exire de loco, in quo degere iussus est, iubemus eum in monasterio, in alia prouincia constituto, tradi, vt qui in sacerdotio peccauit, degens in monasterio corrigatur.

D

CAPITVLA CONCILII CARTHA. VI.

CONCILIVM CARTHAGINENSE SEXTVM, AB EPISCOPIS. CC. XVII. gestum.

E

IN hoc concilio actum est, vt Nicænũ concilium ab episcopis Orientalibus peteretur, cui synodo interfuit legatio ecclesiæ Romanę Faustinus eps, Philippus & Asellus presbyteri.

Post cõsulatũ gloriosissimorũ Imperatorũ Honorij. xij. & Theodosii. viij. augustorũ. viij Kalen. Iunij, scripta hæc sunt Carthagine, in secretario basilicæ Fausti, cũ Aurelius papa, vnà cũ Valẽtino primæ sedis Numidiæ, & Faustino ecclesiæ Potẽtinę primæ sedis, prouĩciæ Italiæ Piceni, legato ecclesię Romanæ, sed & legatis diuersarũ prouinciarũ Aphricanarũ, id est, Numidiarũ duarũ, Byzancenæ, Mauaritaniæ Sitifensis, & Mauritaniæ Cæsariensis, sed & Tripolis, & Vincentio Culucitano, Fortunatiano, & cęteris episcopis prouinciæ Proconsularis, ducentis decem & septem, necnon Philippo, & Asello presbyteris Romanæ ecclesiæ, cum consedisset astantibus diaconibus, Aurelius eps dixit.

F

Capitulum primum

POst diem præstitutam cõcilij, vt recordamini (fratres charissimi) multa flagitata sunt, per expectãtes fratres nostros, q̃ nunc ad præsentem synodum legati aduenerunt, quæ gestis, necesse est, consocient. Qua de re dño nostro, de tãtæ cõgregationis cętu, grãs referimus. Superest, vt tam exemplaria Nicæni cõcilij, quæ nunc habemus, & a patribus constituta sunt, quã etiã hic a decessoribus nostris, eandem firmantes synodum, vel quæ secundum eam formam, per omnes clericorum gradus, a summo vsq; in vltimum, salubriter ordinata sunt, in medium proferãtur. Ab vniuerso concilio dictum est: Proferantur. Daniel notarius recitauit, Nicæni concilij fidei professio, vel statuta, sic sę habent.

II Et cũ legisset, Faustinus eps plebis Potẽtinæ, prouinciæ Italiæ Piceni, legatus Romanæ ecclesiæ dixit: Iniuncta nobis sunt a sede apostolica aliqua per scripturam, aliqua etiam in mandatis, cum vestra beatitudine tractanda, sicut & gestis superioribus meminimus. Hoc est, de Nicænis canonibus, vt cõseruentur, & * constitutio eorum, & consuetudo, quia aliqua ordine & canone tenentur, aliqua consuetudine firmata sunt. De his ergo primitus, si placet beatitudini vestræ, tractemus, & postea cętera, quæ acta vel inchoata sunt, inserta firmabuntur, vt ad sedem apostolicam rescriptis vestris intimare possitis, atq; nos vos admonuisse, apud venerabilem papam euidenter pateat, licet & capitula actionum iam inserta sint gestis. De ipsis ergo (vt dictũ est superius) quid vestræ beatitudini placeat, agere debemus. Veniat ergo commonitorium in medium, vt scire possit vestra beatitudo, quid in eo contineatur, vt ad singula respondeatur.

* alias, constituta

III. Aurelius

A III Aurelius episcopus dixit: Proferatur commonitorium, quod fratres, & cõsacerdotes nostri in actis nuper allegauerũt, & cætera quæ acta sunt, vel quæ agenda sunt, subsequant. Daniel notarius recitauit commonitoriũ fratri Faustino, & filijs Philippo & Asello presbyteris. Zozimus eps: Vobis cõmissa negotia nõ latẽt. Vos ita, vt nostra, immo qa nostra ibi in vobis præsentia est, cũcta peragite, maxime, cum & hoc nostrũ possitis habere mandatum, & verba canonum, quæ in pleniorem firmitatem, huic commonitorio inseruimus. Ita em̃ dixerunt (dilectissimi fratres) in concilio Nicæno, cum de eporum appellatione decernerent. Placuit autem, vt si episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo deiecerint eum, & appellasse episcopus videatur, & confugerit ad beatissimum ecclesiæ Romanę episcopum, & voluerit audiri, & iustum putauerit, vt renouet examen, scribere his episcopis dignetur, qui in finitima, & propinqua prouincia sunt, vt ipsi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quod si is, qui rogat, causam suam iterum audiri, deprecatione sua, mouerit episcopum Romanum, vt e latere suo presbyterum mittat, erit in potestate episcopi Romani, quid velit, & quid existimet. Et si decreuerit mittendos esse, qui præsentes cum episcopis iudicent, habentes authoritatem eius, a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit sufficere episcopos, vt negotio terminũ imponant, faciet, quod sapientissimo consilio suo iudicauerit.

Sardicen. concilij ca. 7. Et in decre. 2. q. 6. Si quis episcopus accusat.

IIII Et cum recitaret Alypius episcopus Tagastensis, legatus prouinciæ Numidiæ, dixit: De hoc iam superioribus etiã literis concilij nostri rescripsimus, & id nos seruaturos profitemur, quod in Nicæno concilio constitutũ est. Adhuc tamen me

B mouet, quoniã cum inspiceremus græca exemplaria huius synddi Nicænæ, ista ibi, nescio qua ratione, minime inuenimus. Vnde petimus venerationẽ tuã, sancte papa Aureli, vt qa hoc auctenticũ conciliũ Nicænũ in vrbe dicitur esse Constãtinopolitana, aliquos cũ scriptis tuæ sanctitatis mittere digneris, & non solũ ad ipsum sanctũ fratrem nostrũ Constãtinopolitanũ episcopũ, sed etiã ad Alexandrinum, & Antiochenum venerabiles sacerdotes, q hoc nobis conciliũ substipulatione literarũ suarũ dirigant, vt om̃is postmodũ ambiguitas auferatur, qa nos ita, vt frater Faustinus attulit, minime inuenimus. Ista nos tamen tantisper seruaturos (vt antea dixi) donec integra exemplaria veniãt, profitemur. Petẽdus est aũt literis nostris, & venerabilis ecclesiæ Romanæ epus Bonifacius, vt ipse quoq; dignetur, ad memoratas ecclesias aliquos mittere, qui eadem exemplaria prædicti Nicæni concilij, secundum eius possint scripta proferre. Nunc autem, memorati concilij Nicæni, qualia exemplaria habeamus, his gestis sociemus.

C V Faustinus episcopus, legatus ecclesiæ Romanæ dixit: Nec vestra sanctitas p̃iudicat ecclesiæ Romanæ, siue de hoc capitulo, siue de alijs, qa dicere dignatus est frater noster, & coepiscopus Alypius, dubios esse canones. Sed hæc ipsa ad sanctum & beatissimũ papam nostrũ scribere dignemini, vt & ipse, integros canones inquirẽs, cum vestra sanctitate de omnibus constitutis tractare possit. Sufficit autem, vt & ipse beatissimus episcopus vrbis Romæ, sicuti vestra sanctitas apud se tractat, ita & ipse inquirat, ne contentio inter ecclesias nasci videatur, sed magis, charitate fraterna, deliberare possitis, ipso rescribente, quid melius obseruari debeat. Aurelius episcopus dixit: Præter ista, quæ promisimus actis, necesse est, vt etiam nostræ paruitatis literis, sancto fratri, & consacerdoti nostro Bonifacio singula, quæ tractamus, plenissime intimemus. Ergo si omnibus placet prosecutio nostra, ore omnium condiscamus. Vniuersum concilium dixit, Placet.

VI Nouatus epus, legatus Mauritaniæ Sitifensis dixit: Nunc meminimus, in hoc p̃senti cõmonitorio lecto, etiã de presbyteris, siue diaconibus cõtineri, qualiter ab epis suis, vel a finitimis audiri debeãt, quod in Nicæno cõcilio minime legimus. Vñ hoc ipsum iubeat sanctitas vestra nobis recitari. Aurelius episcopus dixit: Recitetur ad locum etiam hoc, quod deposcitur. Daniel notarius recitauit. De appellationibus autem clericorum, id est, minoris loci, restat ipsius synodi certa responsio. De quare, quid acturi sitis, credimus inserẽdũ, quod taliter dictum est ex Sardicensi concilio.

Osius

In Sardicensi cōcilio ca. 17.

Osius episcopus dixit: Quid me adhuc moueat reticere non debeo. Si episcopus forte iracundus (quod esse non debet) cito, aut aspere commoueatur aduersus presbyterum, siue diaconum suum, & exterminare eum de ecclesia voluerit, prouidendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habeat potestatem eiectus, vt finitimos interpellet episcopos, vt causam suam audiant, & diligenter tractent, quia non oportet negari audientiam roganti. Et ille episcopus, qui aut iuste, aut iniuste eum eiecit, patienter accipiat, vt negotium discutiatur, aut probetur eius, aut emendetur sententia &c.

VII Cumq; recitatetur, Augustinus ecclesiæ Hipponis Regiensis, legatus prouinciæ Numidiæ dixit: Et hoc nos seruaturos profitemur, salua diligentiore inquisitione concilij Nicæni. Aurelius episcopus dixit: Si hoc etiam omnium vestræ charitati placet, responsione firmate. Vniuersum concilium dixit. Omnia quæ in Nicæno concilio statuta sunt, nobis omnibus placent. Iocundus episcopus ecclesiæ Sufetulæ, legatus prouinciæ *Byzācenæ dixit: Quod constitutum est in Nicæno concilio, violari a quoquam nullatenus potest.

als, Bizacenę

VIII Faustinus episcopus, legatus ecclesię Romanæ dixit: Adhuc secūdū professionem sanctitatis vestræ, tam sancti Alypij, quàm & fratris nostri Iocundi aliqua infirmari credo, aliqua firmari debeant, cum iam in dubium ipsi canones venerint. Ergo vt placet & nobis, & beatitudini vestræ, ad sanctum & venerabilē ecclesiæ Romanæ Bonifacium episcopum, vestra * scribere dignetur sanctitas, vt & ipse, quod sanctus Augustinus statuere dignatus est, deliberare possit, vtrum nam & hoc concedendum sit, an reticendum, hoc est, de appellationibus inferioris gradus. Si ergo adhuc in dubium venit de hoc capitulo, iustum est, vt beatissimæ Romanæ sedis episcopus informari debeat, si tamen in approbatis canonibus hoc inueniri possit.

alias, referre.

IX Aurelius episcopus dixit: Etiam, quæ dudum vestræ charitati intimauimus, nunc patimini exemplaria statutorum Nicæni concilij, sed & quæ hic salubriter a nostris decessoribus, secundum eiusdem concilij normam, formata sunt, vel quæ nunc ordinata sunt, a nobis recitari, & gestis inseri. Omne concilium dixit: Exemplaria fidei, & statuta Nicænæ synodi, quæ ad nostrum concilium, per beatæ recordationis olim prædecessorem tuæ sanctitatis (qui interfuit) Cecilianum episcopum allata sunt, sed & quæ patres ea exemplaria sequentes, hic constituerunt, vel nunc communi tractatu statuimus, his gestis ecclesiasticis inserta manebunt, ita vt superius dictum est, venerabilibus viris Antiochenæ, & Alexandrinæ, sed & Constātinopolitanæ ecclesiarum episcopis scribere vestra beatitudo dignetur, vt exemplaria verissima concilij Nicæni sub astipulatione literarum suarum dirigant, quo declarata veritate, ea capitula (quæ in commonitorio præsens frater, & coepiscopus noster Faustinus, & compresbyteri Philippus, & Asellus secum attulerunt) aut ibidem reperta, a nobis firmabuntur, aut si non inueniuntur, collecta synodo, de hoc in sequenti tractabimus, Daniel notarius Nicæni concilij professionem fidei, vel eius statuta recitauit, in concilio Aphricano.

SYMBOLVM NICAENVM.

X Credimus in vnum deum, patrem omnipotentem, omnium visibilium, & inuisibilium conditorem. Et in vnum dominum Iesum Christum, filium dei, natum de patre, vnigenitum, hoc est, de substantia patris, deum de deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero, natum non factum, vnius substantiæ cum patre, quod græci dicunt Homousion, per quem omnia facta sunt, siue quæ in * cœlis, siue quæ in * terris. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est de spiritu sancto, & homo factus, passus est, & resurrexit tertia die. Ascendit in cœlos, sedet ad dexteram patris, inde venturus, iudicare viuos & mortuos, Et in spiritum sanctum. Eos autem, qui dicunt, erat, quando non erat, & priusquam nasceretur, non erat, & quia ex nullis existentibus factus est, vel ex alia substantia, vel natura dicentes mutabilem, & conuertibilem filium dei, hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia.

alias, cœlo
alias, terra.

Epistola

EPISTOLA APHRICANI CONCILII AD BONIFACIUM Papam primum.

DOmino beatissimo & honorabili fratri Bonifacio Aurelius, Valentinus primae sedis prouinciae Numidiae, & caeteri, qui praesentes affuimus, numero ducenti decē & septem, ex omni concilio Aphricae. Quoniam deo placuit, vt de his, quae nobiscum egerunt sancti fratres nostri, coepiscopus &c. sicut in concilio Aphricano plenissime haec epistola descripta circa concilij finem reperitur, simul cum certis alijs, videlicet, rescripto Cyrilli Alexādrini ad conciliū Aphricanū, & epistola Attici Cōstantinopolitani ad idē conciliū. Quae oīa ad cōciliū Carthagineñ. vi. pertinent, quanquā in Aphricano refricentur concilio, quod vtiq; Aphricanum concilium ad septimum Carthagineñ. continuatur.

CAPITVLA EIVSDEM NICENI CONCILIJ per Teilonem & Thearistum Constantinopolitanum de Graeco in Latinum versa.

B

Capitulum primum

SI quis p languorem à medicis sectus est, aut a Barbaris abscisus est, iste remaneat in clero. Si qs aūt sanus se abscidit, istum, & in clero positum abstinere oportet, & de caetero nullum talium debere promoueri. Sicut autem hoc manifestum est, quia de his, qui hāc rem excogitant audentq; seipos abscindere, dictum sit, sic eos, qui a Barbaris, aut a dn̄is, castrati sunt, inueniuntur aūt alias digni, tales ad clerum applicat canon.

Dist. 55. Si qs a medicis. & 1 dec. Iuo. lib. 5

II Quia multa aut necessitate, aut aliter, cogentibus hominibus, facta sunt contra canonem ecclesiasticū, vt homines ex gētili vita nuper accedentes ad fidem, & in paruo tempore catechizati, statim ad spirituale lauacrum ducantur, & simul, cum baptizati fuerint, promoueantur ad episcopatum, aut ad presbyterium, placuit, de caetero nihil tale fieri. Nam & tempore opus est ei, qui catechizatur, & post baptisma approbatio amplior. Manifesta est em̄ apostolica scriptura, quae dicit: Non neophytum, ne forte in superbiam elatus, in iudicium incidat, & laqueum diaboli. Si autem, procedente tempore, aliquod animi peccatum inueniatur circa huiusmodi personā, & cōuincat a duobus, aut tribus testibus, ipse cesset a clero. Si quis aūt praeter haec facit, quasi aduersus magnum concilium se efferens, ipse periclitabitur de clero.

Disti. 48. Qm̄ mlta sunt sine

1. Timot. 3. d

III Interdixit omnimodo sanctum concilium, neque episcopum, neque presbyterum,

Dist. 32. Interdixit p oīa, & in de. Iuo. li. 3

byterum, necq; diaconum, necq; ex toto eum, qui in clero est, habere secum subintroductam mulierem, nisi forte matrem, aut sororem, aut eas solas personas, quæ refugiunt omnes suspitiones.

Dist.64. Epi ab oibus qui

IIII Episcopum oportet maxime quidem ab omnibus, qui sunt intra prouinciam, episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, aut propter vrgentem necessitatem, aut propter longitudinem itineris omnimodo tres in vnum conuenientes, consentientibus & his, qui absentes sunt, episcopis & spondentibus per scripta, tunc manus impositionem fieri. Confirmatio autem eorum, quæ fiunt, danda est vnicuique, à suæ prouinciæ metropolitano.

11.q.3. Seruetur ista sententia.

V De eis, qui excommunicant, siue de clero sint, siue de laico agmine, ab episcopis, per singulas prouincias obtineat sententia iuxta canones, eos, qui ab alijs abijciunt, ab alijs nō recipiēdos. Reqrat aūt, ne pusillanimitate, aut ptinacia, aut aliqua alia molestia episcopi sint excommunicati. Vt ergo hoc decentius requiratur, bene placuit, singulis annis, per singulas prouincias, bis in anno concilia fieri, omnibus simul episcopis in vnum congregatis, vt tales quæstiones requirantur. Et ita, qui manifeste offenderint episcopum, rationabiliter excommunicati apud omnes esse putentur, q̃diu aut in commune, aut episcopo placeat, humaniorem pro his ferre sententiam. Concilia autem fiant, vnum quidē ante quadragesimā paschæ, vt omi pusillanimitate sublata, munus mundum offeratur deo, secundum autem circa tempus autumni.

Distin.18. Habeatur semel concilium

Dist.65. Mos antiquus perduret.

VI Antiquiores obtineant, qui apud Aegyptum sunt, & Lybiam, & Pentapolim, ita vt Alexandrinus episcopus horum oīm habeat solicitudinē, quia & vrbis Romæ episcopo similis mos est. Similiter autem & circa Antiochiam, & in cæteris prouincijs, priuilegia propria reseruentur metropolitanis ecclesiis. Omnino autem, manifestum est illud, quia si quis, præter consilium metropolitani, factus fuerit episcopus, hunc, concilium magnum definiuit, non debere esse episcopum. Si vero communi omnium decreto rationabili, secundum canonem ecclesiasticum comprobato, duo aut tres propter proprias inimicitias contradixerint, obtineat snīa plurimorum.

Dis.64. Illud generaliter in

Dist.65. Sane si coi omniū.

Dist.65. Qm̄ mos antiqu⁹

VII Hierosolymitana consuetudo antiqua seruetur, vt Eliæ episcopus honoretur, & habeat ordinem honoris, salua tn̄ metropolitani dignitate eiusdē prouinciæ.

1.q.7. Si qui voluerint

VIII Si aliquando venerint ad catholicam ecclesiam cathari, placuit, sicut & magnæ synodo, eos ordinatos, sic manere in clero. Ante oīa aūt, hæc profiteri ipsos p scripturam oportet, quod consentiant, & sequantur catholica & apostolica dogmata. Hoc est, & bigamis communicare, & his, qui in persecutiōe lapsi sunt, circa quos & tempus constitutum est, & dies definitus, & sequantur in omnibus, quæ placuerunt catholicæ ecclesiæ episcopo, vel presbytero. Vbicunq; autem omnes siue in castellis, siue in ciuitatibus, ipsi inuenti fuerint ordinati, qui inueniuntur in clero, sint in eodem habitu. Quotquot autem vbi catholicę ecclesiæ episcopus vel presbyter extat accedunt, manifestum est, quod episcopus ecclesiæ habebit dignitatem episcopi. Qui autem nominatur apud eos episcopus, presbyterij honorem habebit, nisi forte placuerit episcopo, honoris eum nomine frui. Sin vero non hoc ei placuerit, prouidebit ei locum, aut chorepiscopatus, aut presbyterij, vt in clero omnino esse videatur, quatenus non in ciuitate duo sint episcopi.

Dist.81. Si qs sine exa.

IX Si qui sine examinatione, promoti sunt episcopi, aut presbyteri, vel, cum discutiuntur, confessi sunt, quæ peccauerunt, vel si ab alijs conuincantur, & confitentibus, contra canonem homines commoti, manus eis imposuerint, tales canon nō suscipit, sed abijcit. Hoc enim, quod irreprehensibile est, defendit catholica ecclesia.

Dist.81. Quicūq; ex his

X Quicunque de lapsis ordinati sunt, per ignorantiā, aut dissimulationem ordinantium, hoc non præiudicat canoni ecclesiastico, cogniti etenim deponuntur.

XI De his, qui præuaricati sunt præter necessitatem, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculum, vel tale aliquid, quod factum est sub tyrannide Licinij, placuit sancto concilio, (licet indigni sint) humanitate tamen subuenire eis. Quotquot igitur syncere pœnitent, tres annos inter audientes sint, Qui lapsi sunt fideles,* septem annos succumbant, duobus vero annis, sine oblatione, populo communicent in orationibus.

alias, sex

XII.

A XII Quicunq; vocati sunt per gratiam, & primordia demõstrantes bona, depo suerunt cingulum militiæ postea vero ad proprium vomitũ reuoluti sunt, ita vt ali qui & pecuniam conferant, & beneficijs militiam repetant, isti decem annos succum bant, post triennium auditionis tempus. Sed in his omnibus oportet discutere, voluntatem & speciem pœnitẽtiæ. Quotquot eñ timore, & lachrymis, & perseuerantia, & bonis operibus, cõuersationem nõ simulatiõe demonstrãt, isti, adimplentes cõstitutum tempus auditiõis, orõnibus merito cõicabunt, & postea licebit epõ, humanius de his aliqd cogitare. Qui aũt indiscrete tulerunt, & ingressum sibi sufficere arbitrati sunt ad conuersionem, definitum omne compleant tempus.

De penĩa dis. 5. Si q vero p

XIII De exeuntibus de corpore vetus, & canonica lex custodiatur & nunc, vt qui mori sperãtur, nouissimo iuuamine nõ priuentur. Si vero desperatus, cõione sumpta, & oblatione percepta, iterũ conualescat, sit inter eos, qui orationibus tantũ communicant. Generaliter autem homini morituro, petenti sibi communionis gratiam, episcopus probabiliter oblationem ei contradat.

26. q. 6. De his vero q re.

XIIII De catechumenis lapsis placuit, sicut & magnæ synodo, vt triennio tantum audiant, postea orent cum catechumenis.

XV Propter grãdem tumultũ, & seditiões quæ fiũt, placuit, oĩmimode auferri cõsuetudinẽ, quæ est cõtra canonẽ in aliqbus partibus admissa, ita vt de ciuitate in ciuitatem, nec epm, nec presbyterũ, neq; diaconũ transferri liceat. Si qs aũt post sancti, & magni cõcilij definitionem, tale aliqd agere tentauerit, aut se dederit huiuscemodi negotio, cassabitur huiusmodi machinatio, & restituatur ecclesiæ, in qua aut episcopus, aut presbyter, aut diaconus fuerit ordinatus.

7. q. 1. Nõ oꝫ epm, vel rel

B XVI Hi q facile, se periculis ingerẽtes, neq; timorem dei ante oculos habentes, neq; ecclesiasticũ canonẽ sciẽtes, discedũt ab ecclesia, presbyteri, aut diaconi, aut quicunq; sunt in canone cõstituti, isti, nullo modo suscipi debẽt ab alia ecclesia, sed oẽm eis necessitatem imponi oportere, vt ad proprias parochias reuertant. Pertinaces aũt excõicatos esse oportet. Si aũt aliqs, ausu temerario, subripuerit ad alterũ pertinẽtem, & ordinauerit in sua ecclesia, nõ cõsentiente epo, a quo discesserat, clericus q in canone constituitur, infirma sit huiusmodi manus impositio.

7. q. 1. Si q vero ne rel.

XVII Qm̃ plures, in canone cõstituti, cupiditatem, & lucra turpia sectãtur, obliti q; sacræ scripturæ, dicentis, q pecuniã suã nõ dedit ad vsurã, cũ fœnerãtur alijs, centesimas exigunt, iuste statuit sanctum, & magnum cõcilium, vt si qs inuentus fuerit post hanc definitionẽ, vsuram accipiens, aut aliud aliquid excogitans, turpis lucri gratia, abijciatur a clero, & alienus a canone sit.

14. q. 4. Qm̃ multi clerici, & dis. 47. Qm̃ multi sub re. Psalmo. 14

XVIII. Peruenit ad sanctũ, & magnũ cõciliũ, qd in qbusdã locis, aut ciuitatibus
C presbyteris grãm sacræ cõionis diaconi porrigãt, quod neq; canon, neq; consuetudo tradidit, vt q potestatẽ offerẽdi nõ habent, his, q offerunt corpus Christi, porrigant. Sed etiam hoc quoq; innotuit, quod qdam diaconi ante epos contingant eucharistiam. Omnia igitur hæc amputẽtur, & maneant diaconi in proprio ordine, scientes, quod eporum qdem ministri sunt, presbyteris autem inferiores existunt, accipiant autem ex ordine eucharistiã post presbyteros, eis dante, aut episcopo, aut presbytero. Sed nec sedere eis in medio presbyterorũ liceat. Quod si hoc fiat, præter canonem, & præter ordinem probatur existere. Si quis autem obtemperare noluerit post hanc definitionem, cesset a diaconio.

Dist. 93. Peruenit ad sctãꝫ

XIX De Paulianistis refugientibus ad ecclesiam catholicã, definitio prolata est, rebaptizari eos oĩno. Si q vero ex eis, præterito tpe, fuerint in clero, si qdem sine querela, & reprehensione fuerint post baptismum, ordinentur ab epo ecclesiæ catholicæ. Si vero discussio eos minus idoneos inuenerit, deponi eos conuenit. Similiter autem & de diaconibus, & omnino de his, qui sub canone conuersantur, eadem forma seruabitur. Meminimus autem de diaconissis, quæ in eadẽ specie sunt, qa manus impositionem aliquam non habent, vt omnino inter laicas computentur.

1. q. 1. Si quis confugerit

XX Quoniam sunt qdam, qui die dominico flectunt genua, & in diebus pentecostes, placuit de hoc sanctæ & magnæ synodo, cunctos in omnibus locis consonanter, & consentienter stantes, deum orare debere.

De cõs. dist. 5 Qm̃ sunt i die

XXI. Sanctum concilium, traditis omnibus, & rite dispositis, vt ecclesiarum pax & fides in Orientis, atq; Occidentis partibus vna, eademq; seruetur, hæc ecclesiastica statuta necessario credimus inserenda. D

¶ Explicit exemplar Nicæni concilij.

¶EPISTOLA AFRICANI CONCILII, AD Celestinum papam, ac vrbis Romæ episcopum.

als, Martinus

DOmino dilectissimo, & honorabili patri Celestino, Aurelius, Palatinus, Antonius, Tutus, Seruus dei, Terẽtius, Fortunatus, *Martianus, Ianuarius, Optatus, Celticius, Donatus, Theasius, Vincentius, Fortunatianus, & cæteri, qui vniuersali Africano concilio Carthaginis affuimus. Optaremus, si quemadmodum sanctitas vestra de aduentu Apiarij lætatos vos fuisse, missis per cõpresbyterum nostrum Leonem literis, intimauit, ita nos quoq; de eius purgatione, &c. Hanc quoq; epistolam, sicut huius cõcilij priores epistolas in præmemorato concilio Aphricano, post hoc. vij. Carthaginen. secuturo, explicatam lector quisq; offendet. E

CAPITVLORVM CONCILII SEPTIMI tituli.

CONCILIVM CARTHAGINEN. VII. XXXVIII. EPISCOPORVM.

POst cõsulatũ gloriosissimorum Imperatorum Honorij. xij. & Theodosij viij. Augustorum, tertio Kalen. Iulij, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ, cum Aurelius eps vna cum Faustino ecclesiæ Potentinæ, prouintiæ Italiæ Piceni, legato Rom. ecclesiæ Vincẽtio Culucitano, F

Fortunatiano Neapolitano.
Mauriano, alias Martiano, alias Marino, Vlizibiritano.
Pentadio, Carpitano.
Adeodato, Simiten. alias Simittuen. alias Sumiten, alias Simoethen.
Rufiniano, Muzuten, alias Musten.
Prætextato, Sicilibrensi.
Quoduultdeo, Veren. alias Viren. alias Vren. alias Vinen.
Candido, Abbiritano, alias Abdiritano.
Galloniano, alias Callonio, Vticen. legatis prouintiæ Numidiæ proconsularis.
Alypio, Tagasten.
Augustino, Hippone Regien.
Posidio, Calamensi, legatis prouintiæ Numidiæ.
Maximiano, Aquæ Regien.
Iocundo, Sufetulen.
Hilarino, Orreocelen, legatis prouintiæ Bizancenæ. Et
Nouato, Sitifensi.
Leone, Ospinen. alias Opinen. alias Mocten.
Leone alio, legatis prouintiæ Muritaniæ Tingitanę, alias Sitifen.

Niuello

A Niuello, alias Nicello, Ruſcurien. alias Ruſuccuren. alias Ruſocoren.
Laurentio, Icoſitano.
Numeriano * Ruſgunienſi legatis prouinciæ Mauritaniæ Cæſarienſis, ac vniuerſis in concilio iudicibus delectis, aſtantibus diaconibus, conſediſſet, & quibuſdam peractis, multi epiſcopi cæterorum peragendorum moras, ſe conquererentur ſuſtinere non poſſe, & ad proprias eccleſias feſtinarent, placuit vniuerſo concilio, vt ab omnibus eligerentur de ſingulis qbuſq; prouincijs, qui propter alia peragenda reſiderent. Et factum eſt, vt hi adeſſent, quorum ſubſcriptiones eos affuiſſe teſtatur.

als, Rūgoniē.

Capitulum primum.

PLacuitq;, quoniam ſuperioribus conciliorum decretis de perſonis, quæ admittendæ ſunt ad accuſationem clericorum, iam conſtitutum eſt, & quæ perſonæ non admittantur, iam expreſſum non eſt, idcirco definimus, eum rite ad accuſationem non admitti, qui poſteaquam excommunicatus fuerit, in ipſa adhuc excommunicatione conſtitutus, ſiue ſit clericus, ſiue laicus, accuſare voluerit.

4.q.1. Diffinimus eū rite, & in decretis Iuo.lib.4

II Item placuit, vt omnes ſerui, vel proprij liberti ad accuſationem non admittantur, vel omnes, quos ad accuſanda publica crimina, leges publicæ non admittunt. Omnes etiam infamiæ maculis aſperſi, id eſt, hiſtriones, ac turpitudinibus ſubiectæ perſonæ. Hæretici etiam, ſiue Pagani, ſiue Iudæi. Sed tamen omnibus, quibus accuſatio denegatur, in cauſis proprijs accuſandi licentia non neganda.

4.q.1. Diffinimus eum rite
4.q.6. Oībus qbꝰ accuſatio

B

III Item placuit, quotienſcunque clericis ab accuſatoribus multa crimina obijciuntur, & vnum ex ipſis, de quo prius egerit, probare non voluerit, ad cætera iam non admittatur.

3.q.10. Placuit vt quotieſcunq;

IIII Teſtes autem ad teſtimonium non admittendos, qui nec ad accuſationem admitti præcepti ſunt, vel etiam quos ipſe accuſator de domo ſua produxerit. Ad teſtimonium autem infra annos quatuordecim ætatis ſuæ non admittantur.

4.q.2.&3. Teſtes autem ad teſtimonium

V Item placuit, vt ſi quando epiſcopus dicit, aliquem ſibi ſoli proprium crimen fuiſſe confeſſum, atque ille neget, non putet ad iniuriam ſuam epiſcopus pertinere, quod illi ſoli non creditur: Et ſi ſcrupulo propriæ conſcientiæ ſe dicit neganti nolle communicare, quamdiu excommunicato non communicauerit ſuus epiſcopus, eidem epiſcopo ab alijs non communicetur epiſcopis, vt magis caueat epiſcopus, ne dicat in quenquam, quod alijs documentis conuincere non poteſt. Et ſubſcripſerunt Aurelius epiſcopus eccleſiæ Carthaginenſis, Fauſtinus Potentinæ prouinciæ Piceni.

C

Alypius, Tagaſten. legatus prouiciæ Numidiæ.
Auguſtinus Hipponæ Regien. legatus prouinciæ Numidiæ.
Poſidius, Calamen. legatus prouinciæ Numidiæ.
Nouatus, Sitifen. legatus prouinciæ Sitifen. vel Mauritaniæ, Tingitanæ.
Leo, Oſpinen. alias Opinen. alias Mocten. legatus prouinciæ Sitifen. vel Mauritaniæ, Tingitanæ.
Leo alius, legatus prouinciæ Sitifen. vel Mauritaniæ Tingitanæ.
Iocundus, Suſetulen. legatus prouinciæ Byzacenæ.
Maximianus Aquæ Regien. legatus prouinciæ Byzacenæ.
Hilarinus, Orreocelen. legatus prouinciæ Byzacenæ.
Niuellus, alias Nicellus, Ruſcurien. alias Ruſuccurren. alias Ruſocoren. legatus prouinciæ Mauritaniæ Cæſarien.
Leurentius, Icoſitanus, legatus prouinciæ Mauritaniæ Cæſarien.
Numerianus Ruſgonien. al. Rungonien. legatus prouincię Mauritaniæ Cæſarien.
Maurianus, alias Marianus, alias Marinus Vlizibiritanus.
Rufinianus, Muzuten. alias Muſten.
Quoduult deus, Viren. alias Veren. alias Vren. alias Vinen.
Candidus, Abbiritanus, alias Abdiritanus Germianoꝝ, alias Germanitianoꝝ.
Gallonianus, alias Callonius, Vticenſis.

¶ Finis Concilij Carthaginen. Septimi.

CONCILIVM APHRICANVM CIRCA TEMPORA BONIfacij papæ primi.

D

TITVLI CANONVM DIVERSORVM conciliorum Aphricanæ prouintiæ. Numero.CV.

E

F

als, eliguntur

alias, commonitorium

D

CANONES CONCILIORVM DIVERSORVM APHRIcanæ prouintiæ, Numero. CV.

In iſta Carthagineñ, ſcilicet, ſupra pmiſſa Theod. ſeniore ſcilicet

RECitata ſunt etiam in iſta ſynodo diuerſa concilia vniuerſæ prouintiæ Aphricæ, tranſactis temporibus Aurelij Carthaginẽſis epiſcopi celebrata. Glorioſiſſimo Imperatore Theodoſio Auguſto. III. & Abundantio viro clariſſimo conſulibus. VIII. Idus Octobris, Hippone regio, in ſecretario baſilicæ pacis. Geſta huius cõcilij ideo deſcripta non ſunt, qa ea, quæ ibi ſtatuta ſunt, ſuperioribus probantur inſerta.

B

De concilio Carthaginenſi, vbi legati epiſcopi proconſulares ad concilium Adrumetinum deſtinantur.

al's, delecti.

GLorioſiſſimis Imperatoribus, Archadio. III. & Honorio. II. Auguſt. cõſulibus. VI. Kalendas Iulias, Carthagine. In hoc concilio legati, *directi ſunt epiſcopi Proconſulares ad concilium Adrumetinum.

¶De concilio Carthaginenſi, vbi multa ſunt conſtituta.

CAeſario & Attico, viris clariſſimis conſulibus, quinto Kalendas Septembris, Carthagine, in ſecretario baſilicæ Reſtitutæ. Cum Aurelius epiſcopus vna cũ epiſcopis conſediſſet, adſtantibus etiam diaconibus, aduenientibus quoq; Victore ſene Pupputanenſi, Tuto *Migirpenſe, Euangelo Abſuritano,

alias, Murgẽtineñ.

AVRELIVS epiſcopis dixit: Poſt diem præſtitutam concilij conſedimus, vt recordamini, fratres beatiſſimi, & arbitrabamur, omnium prouintiarum per Aphricam legationes conueniſſe ad diem (vt dixi) præſtitutam noſtri tractatus, ſed cum ſacerdotum noſtrorum *Byzacenorum epiſtola fuiſſet recitata, vel quid mecum ijdem, qui tempus, & diem concilij præuenerant, tractaſſent, veſtræ charitati legeretur, lecta eſt etiam a fratribus. Honorato, & Vrbano (qui nobiſcum hodie *concilio participantur) legatio Sitifenſis prouintiæ deſtinata. Frater etiam Reginus eccleſiæ Vegeſelitanæ literas ad paruitatem meam datas Creſcentiani primæ ſedis, vt ipſe inſinuat, Numidiarum, & Aurelij coepiſcoporum noſtrorum, in quibus ſcriptis veſtra mecum charitas recognoſcit, promiſiſſe eoſdem, quod aut ipſi dignarẽtur venire, aut ad hoc concilium fuiſſent ex more deſtinaturi legatos. Sed hoc, quia minime factum videtur, diu ſe detineri, de longinquo veniẽtes legati Mauritaniæ Sitifenſis, non poſſe teſtantur. Et ideo, fratres, ſi veſtræ charitati videtur, literæ fratrum noſtrorum Byzacenorum, ſed & breuiarium, quod eidem epiſtolæ adiunxerunt, ad hunc cœtum *conrogatum legantur, vt ſi qua forte illic mouere charitatis veſtræ animum poſſunt, in eodem breuiario, quæ diligentius fuerint animaduerſa, in melius reformentur. Hoc enim frater, & coepiſcopus noſter primæ ſedis, vir pſpectus merito ſuæ grauitatis, atq; prudentiæ *Mizanius, ſcribens ad meam paruitatem, poſtulauit. Si ergo placet, quæ tractata ſunt, legantur, & ſingula a veſtra charitate conſiderentur.

F

al's, Byzachenorum

al's, conciliũ.

alias, Byzachenorum

al's, cõgregatum.

al's, Myſoni⁹, alias, Muzonius.

¶In hoc concilio ſtatutum eſt, vt epiſcopi ſine formata non nauigent.

CAeſario, & Attico, viris clariſſimis conſulibus, ſexto Kalendas Iulias, Carthagine, placuit, vt nullus epiſcoporum nauiget ſine formata primatis. Geſta in authenticis, qui quæret, inueniet.

De con-

A

¶ De concilio isto legati ad Imperatores, infrascripti diriguntur episcopi.

POst consulatum gloriosissimi Imperatoris Honorij Augusti. IIII. & Eutychiani. V.C. Quinto Kalendas Maias, Carthagine, in secretario basilicæ Restitutæ. In hoc concilio legationem susceperunt Epigonius, & Vincentius episcopi, vt pro confugientibus ad ecclesiam, quocunque reatu inuolutis, legem de gloriosissimis principibus mereantur, ne quis eos audeat abstrahere.

V.C. Viriclarissimi, In vetustis exemplaribus habet, Vic. aut Vc.

¶ In hoc concilio legatio destinatur ad Romanum, & Mediolanensem episcopos de paruulis, qui apud hæreticos baptizati sunt, & ad Imperatorem de idolorum reliquijs auferendis, & de alijs rebus quàmplurimis.

POst consulatum * Fl. Stiliconis. V.C. XIIII. Kalendas Iulias, Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ. Cum Aurelius episcopus vnà cum episcopis suis consedisset, adstantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit: Ecclesiarum dei, per Aphricam constitutarum, necessitates mecum optime nouit charitas vestra, sanctissimi fratres. Et quoniam præstitit dominus, vt ex aliqua parte sancti cœtus vestri esset congregata præsentia, videtur mihi, vt has easdem necessitates, quas pro solicitudine nostra indagare potuimus, in medium proferamus. Quas cum approbauerit vestra synceritas, fit consequens, eligendum esse vnum a nostro numero consacerdotem, qui (auxiliante dño) & orationibus vestris, & has ipsas necessitates suscipere possit, & gnauiter peragendas implere, perrecturus ad transmarinas Italiæ partes, vt tam sanctis fratribus & consacerdotibus nostris, venerabili sancto fratri Anastasio, sedis apostolicæ episcopo, quam etiam sancto fratri Venerio sacerdoti Mediolanensis ecclesiæ, necessitatem ipsam, ac dolorem, atque inopiam nostram valeat intimare. Ex his enim sedibus hoc fuerat prohibitum, quo nouerint, communi periculo prouidendum, maxime, quia tanta indigentia clericorum est, multæq; ecclesiæ ita desertæ sunt, vt ne vnum quidem diaconum, vel * in literarum habere reperiantur. Nam de cæteris superioribus gradibus, & officijs tacendum arbitror, quia (vt dixi) si ministerium diaconi facile non inuenitur, multo magis superiorum honorum inuenire non posse certissimum est. Et quotidianos planctus diuersarum pene emortuarum plebium iam non sustinemus, quibus, nisi fuerit aliquando subuentum, grauis nobis, & inexcusabilis innumerabilium animarum pereuntium causa apud deum mansura est.

B

Fl. lege Flauij Stiliconis viri clarissimi

C

alias, literarū, vel forte lectorem.

Capitulum primum.

EPigonius episcopus dixit: In hoc breuiario (quod decerptum est de concilio Hipponensi) nihil arbitramur esse emendādum, vel assuendum, nisi vt dies sanctæ paschæ tempore concilij innotescat.

II Vt episcopi, vel clerici filios suos a sua potestate per emancipationem exire non sinant, nisi de moribus eorum fuerint, & de ætate securi, vt possint ad eos iam propria pertinere peccata.

Et in Carthagin. 3. cap. 14

III Vt episcopi, & presbyteri, & diaconi non ordinentur, priusquàm omnes, qui sunt in domo eorum, Christianos catholicos fecerint.

Et in Carthagin. 3 cap. 18.

IIII Vt in sacramentis corporis, & sanguinis domini nihil amplius offeratur, quam quod ipse dominus tradidit, hoc est panis, & vinum aqua mixtum. Primitiæ vero, seu mel, & lac, quod vno die solennissimo in infantum mysterio solet offerri, quamuis in altari offerantur, suam tamen habeant propriam benedictionem, vt a sacramento dominici corporis, & sanguinis distinguantur. Nec amplius in primitijs offeratur, quam de vuis & frumentis.

De cōs. dist. 2 In sacro. Et in Carth. 3. c. 24

Ibidem

Dist.81. Clerici vel cōtinētes,& in Carthag.3.ca.25

V Clerici, vel continentes ad viduas, vel virgines, nisi ex iussu, vel permissu episcoporum, aut presbyterorum non accedant, & hoc non soli faciant, sed cum conclericis, vel cum quibus episcopus, aut presbyter iusserit. Nec ipsi episcopi, & presbyteri soli habeāt accessum ad huiusmodi fœminas, sed vbi aut clerici præsentes sunt aut graues aliqui Christiani.

D

Dis.99.c.Primæ sedis eps, & in Cartha.3.ca.26

VI Vt primæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantum primæ sedis episcopus.

Dist.44.Cle. Et i Cartha.3 ca.27

VII Vt clerici edendi, vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.

De cōs. dist.1 Sacra al.& in Cart.3.ca.29

VIII Vt sacramenta altaris non nisi à ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuersario, quo cena domini celebratur. Nam si aliquorum pomeridiano tēpore defunctorum, siue episcoporum, siue cœterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi qui faciunt, iam pransi inueniuntur.

Dist.42.Nulli epi in.& in Cart.3.ca.30

IX Vt nulli episcopi, vel clerici in ecclesia conuiuentur, nisi forte traseuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab huiusmodi conuiuijs, quantum fieri potest, prohibeantur.

26.q.27.Pœnitētib⁹, & in Carth.3.ca.31 Itē.26.q.6.presbyter in.& in Cart.3 ca.32

X Vt pœnitentibus secundum differentiam peccatorum episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur. Et vt presbyter, inconsulto episcopo, non reconciliet pœnitentem, nisi absentiæ episcopi necessitate cogente. Cuiuscunque autem pœnitentis publicum, & vulgatissimum crimen est, quod vniuersam ecclesiam commouerit, ante absidem manus ei imponatur.

E

Et in Carthagi.3.ca.33

XI Vt virgines sacræ, cum parentibus (à quibus custodiebantur) priuatæ fuerint, episcopi prouidentia, vel presbyteri, vbi episcop⁹ absens est, in monasterio virginum, vel grauioribus fœminis commendētur, vt simul habitantes, inuicem se custodiant, ne passim vagando, ecclesiæ lædant * existimationem.

al's, opinionē, De cōs.disti.4 Aegrotantes si pro.& i Carthag.3.ca.34 De cōs.dist.2 Scęnicis atque hist. & in Carthagi.3.ca.35

XII Vt ægrotantes, si pro se respondere non possunt, cum voluntatis eorum testimonium sui dixerint, baptizentur. Vt scænicis, atque histrionibus, cæterisque huiusmodi personis reconciliatio non negetur.

XIII Liceat etiam legi passiones martyrum, cum anniuersarij dies eorum celebrantur.

1.q.4.c.Placuit,vt. & i Carthag.3.ca.48 al's, ne pucharetur, vel, q̄ minus promoueantur

XIIII De Donatistis placuit, vt consulamus fratres & consacerdotes nostros Syricium & Simplicianum, de solis infantibus, qui baptizantur penes eosdem, ne (quod suo non fecerunt iudicio) cum ad ecclesiam dei salubri proposito fuerint conuersi, parentum illos error impediat, * ne promoueantur sacri altaris ministri.

Quibus insertis, Honoratus & Vrbanus episcopi, legati prouinciæ Mauritaniæ Sitifensis dixerunt. Iamdudum, cum apud sanctitatem vestram allegaremus scripta, dilati sumus ea contemplatione, quousque fratres nostri aduenire possent de Numidia legati, sed quia non parui dies sunt, quibus expectati, minime venerunt, vltra prætermittere, quæ nobis mandata sunt a nostris coepiscopis, non oportet, atque ideo, fratres suggestionem nostram libenter admittite. De fide enim Nicæni tractatus audiuimus. Verum & de sacrificijs inhibendis post prandium, vt ab ieiunis (sicuti dignum est) offerantur, & tunc & nunc firmatum est.

F

al's, Capsen. vel, Carpē. De cōs.dist.4 Nō li fieri & i Cart.3.ca.38 al's villa Regē alias, Thibinensem. 11 q 1.ca Petim⁹, vt dignemini, & i Carthagi.3.ca.38 alias, qua

XV Illud autem suggerimus mandatum nobis, quod etiam in * Capuensi plenaria synodo videtur statutum, vt nō liceat fieri rebaptizationes & reordinatiōes, vel translatiōes eporum. Nam Cresconius * villæ Rhegeñ. eps, plebe sua derelicta, * Tubuniensem inuasit ecclesiā, & vsque hodie cōmonitus (secūdum quod statutum fuerat) relinquere eādem, quam inuaserat, plebem cōtempsit. Aduersum istum, quæ pronūtiata fuerant, confirmata quidem audiuimus, sed petimus (secūdum quod nobis mandatum est) vt dignemini dare fidutiam, * quo iam, necessitate ipsa cogente, liberum nobis sit rectorem prouinciæ, secundum statuta gloriosissimorum principum, aduersus illum adire, vt qui miti admonitioni sanctitatis vestræ adquiescere noluit, & emēdare illicitū, authoritate iudiciaria protinus excludatur. Aurelius episcopus dixit: Seruata forma disciplinæ, nō æstimabitur appetitus, si a vestra charitate modestius conuentus recedere detractauerit, cum fuerit, suo contemptu, & contumacia faciente, etiā

A te, etiam authoritate iudiciaria * cõuentus. Honoratus & Vrbanus epi dixerũt: Hoc em̃ omnibus placet. Ab vniuersis epis dictum est: Placet, & iustum est.

alias, cõuictꝰ discedat

XVI Honoratus & Vrbanus epi dixerunt: Et illud nobis mandatum est, vt qa proxime fratres nostri Numidiæ duo epi ordinare præsumpserunt pontificem, non nisi à duodecim cẽseatis celebrari eporum ordinationes. Aurelius eps dixit: Forma antiqua seruabitur, vt nõ minus q̃ tres sufficiant, qui fuerint a metropolitano directi ad epm ordinãdum. Propterea, quia in Tripoli forte, & in * Arzuge interiacere videntur barbaræ gentes, nam in Tripoli (vt asseritur) epi sunt quinq; tantummodo, & possunt forte de ipso numero vel duo necessitate aliqua occupari, difficile est * em̃, vt de quolibet numero om̃es possint occurrere. Nunquid debet hoc ipsum impedimẽto esse * ecclesiasticæ vtilitati? Nã & in hac ecclesia, ad quã dignata est vestra sanctitas humaniter cõuenire, crebro, ac pene per diem dominicã ordinãdos habemus. Nunquid nam frequenter duodecim potero, vel decem vel non multo minus aduocare epos? Sed facile est mihi duos adiungere meæ paruitati vicinos. Quapropter cernit mecũ charitas vestra, hoc ipsum obseruari non posse.

Et in Carthagiñ. 3. ca. 39

als, Arguze. alias, Arzyta, forte als ergo

alias, ecclesiæ

XVII Sed & illud est statuẽdum, vt quando ad eligẽdum epm conuenerimus, si qua contradictio fuerit oborta (quia talia tractata sunt apud nos) nõ præsumant ad purgãdum eũ, qui ordinãdus est, tres epi iã, sed postulẽtur ad numerũ supradictorum (si haberi possunt) * vnus vel duo, & in eadem plebe, cui ordinãdus est, discutiantur primo personæ cõtradicẽtium, Postremo etiam illa, quæ obijciuntur, pertractentur. Et cum purgatus fuerit, in conspectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cum vestræ sanctitatis animo concordat, roboretur vestræ dignatiõis responsione. Ab vniuersis episcopis dictum est. Satis placet.

Dist. 23. Illud statuendũ est Et in Carthagiñ. concilio 3. ca. 40

als, duo vel tres

B

XVIII. Honoratus & Vrbanus epi dixerunt: Quoniam de * commonitorio nostro om̃ia tractata noscũtur, * addimus etiam de die paschæ nobis esse mãdatum, vt de ecclesia semp Carthaginensi, (sicuti adsolet) instruamur, & non sub angusto tpis spatio. Aurelius episcopus dixit: Si sanctitati vestræ videtur, (quoniam nos spopondisse iam dudum meminimus) vt singulis quibusq; annis ad tractãdum cõueniamus, & cum conuenerimus in vnum, tũc diuulgabitur sanctus paschæ dies per legatos, q adfuerint concilio. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt: Nunc de præsenti cetu petimus, vt literis prouinciam nostram de hac die informare dignemini. Aurelius episcopus dixit: Ita fiat, necesse est.

alias, concilii quædam

als, adijcimus

XIX Honoratus & Vrbanus epi dixerunt: Et illud nobis verbo mãdatum est, vt quia cõstitutum est in concilio Hipponensi, singulas debere prouincias tempore cõcilij visitãdas esse, dignemini etiam, (quod hoc anno secũdum ordinem distulistis) vel alio anno Mauritaniam prouinciam visitare. Aurelius eps dixit: * Tũc de prouincia Mauritania (propter quod in finibus Aphricæ posita sit) nihil statuimus, siqdem vicinæ sunt barbarico. Sed præstet deus, vt ex abundãti, non pollicentes, venire possimus ad vestram prouinciã. Cogitare em̃ debetis, fratres, qa hoc sibi & Tripolitani & * Arzugitani fratres potuerunt exigere, si ratio pateretur.

C

forte als, nũc

als, Arguzitani, als, Arzytani

XX Epigonius epus dixit: Multis concilijs hoc statutum à cœtu sacerdotali est, vt plebes, quæ in diocœsibus ab episcopis retinentur, quæ * episcopos nũquam habuerunt, non nisi cum voluntate eius episcopi, a quo tenentur, proprios accipiant rectores, id est, episcopos. At vero, quia nonnulli, dominatu quodam adepto, communionem fratrũ abhorrent, vel certe, cũ * eleuati fuerint, quasi in quadam arce, tyrãnicam sibi dominationem * vendicant, quod pleriq; tumidi, atque stolidi aduersum * episcopum suas ceruices erigunt presbyteri, vel conuiuijs sibi * concinnantes plebem, * vel certe persuasu maligno, vt illicito fauore eosdem velint sibi collocare rectores. Quod quidem insigne mentis tuæ tenemus votum, frater religiose Aureli, qui hæc sæpe oppressisti, non curando tales * petitores. Sed propter eorum malos cogitatus, & praue concinnata cõsilia hoc dico, nõ debere rectorẽ accipere eam plebẽ, quæ in diocœsi semp subiacuit, nec vnquam proprium epm habuit. Quapropter si vniuerso sanctissimo cœtui placet hoc, quod prosequutus sum, confirmet. Aurelius episcopus dixit: Fratris, & consacerdotis nostri prosecutioni nõn obsisto, sed hoc

16. q. 1. c. Multis concilijs, hoc sta. Et in Carthagiñ. 3 cap. 42.

alias, epm.

als, deprauati

als, epos suos

als, vindicant

als, cõciliãtes

als vt persuasu maligno, & illicito

als, petitiones

Et in Carthagi.3.ca43 hoc me & fecisse, & facturum esse profiteor circa eos sane, qui fuerint cōcordes, non solum circa ecclesiam Carthaginēsem, sed circa omē sacerdotale consortium. Sunt eñ pleriq; conspirantes cum plebibus proprijs, quas decipiunt (vt dictum est) earum scalpentes aures, blandi ad seducendum vitiosæ vitæ homines, vel certe inflati, & ab hoc cōsortio separati, q putant propriæ plebi incubandum, & nōnunquam conuenti ad concilium venire detractant, sua forte ne prodantur flagitia, metuentes. 2.Timo.4

D

Dico, si placet, circa hos non tantum diocœses non esse seruandas, verum & de propria ecclesia, quæ illis male fauerit, omnimodo adnitendum, vt etiam authoritate publica rejciātur, atq; ab ipsis principalibus cathedris remoueātur. Oportet eñ, vt qui vniuersis fratribus, ac toti cōcilio inhæserit, non solm sua, iure integro, sed & diocœses possideat. At vero, q sibimet putāt plebes suas sufficere, fraterna dilectione cōtempta, nō tñ diocœses amittāt, sed (vt dixi) etiā proprijs publica careāt authoritate, vt rebelles. Honoratus & Vrbanus epi dixerunt. Summa prouisio sanctitatis tuæ cohæsit mētibus singulorꝝ, & puto, omium respōsione ea, quę prosequi dignatus es, roboranda. Vniuersi episcopi dixerunt. Placet, placet.

Et in Carthagi.3.ca.94 al's, ꝓuidētia

XXI Epigonius eps dixit: In multis cōcilijs hoc statutū est, etiā nūc hoc confirmādum est a vestra* prudētia, beatissimi frēs, vt clericū alienū nullus sibi ꝑripiat epus præter eius arbitriū, cuius fuerit clericus. Dico aūt Iulianum (qui ingratus est dei beneficijs per meā paruitatem in se collatis) ita temerarium, & audacē extitisse, vt eum, (qui a me baptizatus est, cū esset puer egentissimus, mihi ab eodē cōmendatus, cumq; multis annis a me aleret, atq; incresceret) hunc (vt dixi) baptizatū esse in ecclesia mea per manū paruitatis meæ, constat, (idem in diocœsi Mappaliēsi lector esse cœperat, immo annis ferme duobus legerat) nescio, quo cōtemptu humilitatis meæ, idem Iulianus eū arripuit, quē dicit quasi proprium ciuē sui loci* Vazaritani, me inconsulto vsurpare, nam & diaconū illū ordinauit, Hoc si liceat, pateat hæc licētia a vobis, beatissimi frēs. Sin minus, tam impudens cohibeat, ne se misceat cōmunioni cuiusquam. Numidius eps dixit: Si non postulata, neq; consulta tua dignatione, id videtur fecisse Iulianus, iudicamus oēs inique factum atq; indigne. Quapropter nisi idem Iulianus correxerit errorem suum, & cum satisfactione eundem clericum (quem fuerat ausus ordinare) reuocauerit tuæ plebi, contra statuta concilij faciens, contumaciæ suæ, separatus a nobis, excipiet iudicium. Epigonius epus dixit: Aetate pater, & ipsa promotione antiquissimus, vir laudabilis frater & collega noster Victor vult hanc petitionem generalem omnibus effici.

E

al's Vssaritani al's, Vzaritani

F

Et in Carthagi.3.ca.45 alias, vel

XXII Aurelius eps dixit: Sermonem meum admittite, fratres. Contingit nonnunquam, vt postulent ab ecclesiis, quę ꝓpositis egent, *vt presbyteris, vel episcopis, & tamen memor statutorum id sequor, vt conueniam episcopum eius, atq; ei inculcem, quod eius clericus a qualibet ecclesia postuletur. Sed forte in hodierno non reluctati sunt, & nequando contingat, vt reluctentur, cum fuerint a me in hac causa postulati, quē scitis multarꝝ ecclesiarꝝ, & ordināndorum curam sustinere, iustum est ergo, vt quemlibet consacerdotum conueniam cum duobus e consortio nostro, vel tribus testibus. Sin vero indeuotus extiterit, quid censet charitas vestra faciendum? Ego enim cunctarum ecclesiarum, dignatione dei (vt scitis, fratres) solicitudinē sustineo. Numidius episcopus dixit: Fuit semper hæc licentia huic sedi, vt vnde vellet, & de cuius nomine fuisset conuentus, pro desiderio cuiusq; ecclesiæ ordinare episcopum. Epigonius eps dixit: Bonitas sequestrat possibilitatē. Minus eñ præsumis, frater. Et cum te bonum, & clementem omnibus * præbes, (habes eñ hoc in arbitrio) satis est, vt satisfiat personæ vniuscuiusq; episcopi in prima tantummodo conuentione. Si autem quod * libet huic sedi, * vēdicandum sibi fuerit arbitratus, necesse habes tu, omnes ecclesias suffulcire. Vnde tibi non ptātem damus, sed * tuā adsignamus, vt liceat voluntati tuæ, & semper tenere, quem voles, vt præpositos plebibus, vel ecclesiis constituas, qui postulati fuerint, & vnde voles. Posthumianus episcopus dixit: Deinde q vnū habuerit, nunq d debet illi ipse vnus presbyter auferri. Aurelius episcopus dixit: Sed episcopus vnus esse potest, per quem dignatione diuina, presbyteri multi constitui possint, vnus autem episcopus difficile inuenitur constituendus.

Cunctarꝝ per Aphricā tm, nō ꝑ totū orbē sicut Ro. pont. Disti.19 Ita dominus. al's, reddis

alias, licet al's vindicādū alias, tua

Quapro-

A Quapropter, si necessarium episcopatui quis habuerit presbyterum, & vnum (vt dixisti frater) habuerit, etiã ipsum ad promotionem dare debebit. Posthumianus epus dixit. Ergo si habet alius abundãtes clericos, debet mihi alia plebs subuenire. Aurelius epus dixit. Sane quando tu ecclesiæ * alteri subueneris, persuadebitur illi, qui plures habet clericos, vt vnum tibi ordinandum largiatur.

alias, alterius

XXIII Honoratus & Vrbanus epi dixerunt: Audiuimus constitutum, vt dioecœses nõ mereãtur epos accipere, nisi cum consensu eius, sub quo fuerint constitutæ, sed in prouincia nostra, cum aliqui forte in diocœsi (concedẽt eo epo, in cuius potestate fuerant constitutæ) ordinati sunt epi, etiam diocœses sibi * vendicant, hoc & corrigi charitatis vestræ iudicio, & inhiberi de cætero debet. Epigonius episcopus dixit: Singulis epis seruatum est, quod decebat, vt ex massa * diocœsium nulla caperetur, vt proprium episcopum habuisset, nisi ipse consensum adhibuisset concedendi. Sufficiat em̃ si consenserit, vt eadem diocœsis, permissa proprium tantum epm̃ habeat, & cæteras sibi non * vindicet diocœses, quia exempta de fasce multarum, sola meruit honorem episcopatus suscipere. Aurelius epus dixit: Non dubito charitati vestræ omnium placere, eum, qui in diocœsi, concedente epo, qui matricem tenuit, solam eandem retinere plebem, in qua fuerit ordinatus, quoniam igitur vniuersa arbitror fuisse tractata, si omnia cum animo vestro conuenerunt, sermone vestro cuncta roborate. Vniuersi episcopi dixerunt: Omnia nobis hæc placuerunt, & hæc nostra

Et in Carthagiñ.3.ca.46

als, vindicant

als, diocœsiũ

alias, vẽdicet

B subscriptione firmauimus. Et subscripserunt, Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis huic decreto consensi, & prælecto subscripsi. Similiter & cæteri episcopi subscripserunt.

XXIIII Vnde qm̃ superiori concilio statutum esse mecum recognoscit vnanimitas vestra, vt hi, q apud Donatistas paruuli baptizati sunt, nondũ scire valentes erroris eorũ interitum, & postea quàm ad ætatem ratiõis capacẽ peruenerũt, agnita veritate, falsitatẽ eorũ abhorrẽtes, ad ecclesiã dei catholicã, per vniuersum mũdum diffusam, ordine antiquo, per manus impositionẽ, recepti sunt) debere talibus suscipiendũ munus clericatus nõ impedire nomen erroris, cum verã ecclesiã illorũ putauerint, ad fidem accedẽdo, & ibi Christo crediderint, & trinitatis sacramẽta perceperint, quæ omnia vera & sancta, atq; diuina esse, certissimũ est, & in his oẽm animæ spem cõstitutam. Quanq̃ & hæreticorũ præsumpta audacia, veritatis nomine palliata, hæc tradere audeat. Quæ qm̃ simplicia sunt, vt pr̨monet beatus Apostolus, dicẽdo: Vnus deus, vna fides, vnum baptisma, & iterari nõ liceat, quod semel dari oportet, anathematizato nomine erroris, recipiantur per manus impositionẽ in vnã ecclesiã, columbam (vt dictum est) & vnã matrẽ oĩm Chrianorũ, vbi oĩa illa sacra salubriter, & æterne & vitaliter accipiunt, quæ pseuerãtibus in h̨resi magnã dãnatiõis pœnã conqrũt, vt quod eis in veritate ad æternã vitam consequendã esset luminosius, hoc in errore sit tenebrosius, atq; dãnosius. Quod fugiẽtes nonnulli, & matris ecclesiæ vbera cognoscentes, q illa oĩa sancta mysteria amore veritatis crediderũt, atq; perceperũt, quibus sacramentorũ rebus, cum vitæ bonæ probitas accesserit, sine dubio ad officiũ clericatus tales esse applicãdos, & maxime in tãta rerũ necessitate, nullus est, q nõ concedat. Quanquã nõnulli eiusdem sectæ clerici cum plebibus, atq; honoribus suis ad nos transire desiderent, qui amore honoris, aut persuadent ad vitam, aut retinent ad salutem. Sed hoc maiori fratrum supradictorum considerationi dimittendum censeo, vt prudentiori suo consilio nostræ suggestionis sermonem cum perpenderint, quid de hac re eis placeat, nos informare dignentur. Tantum de his, qui infantes baptizati sunt, satagimus, vt nostræ, si placet, in ijsdem ordinandis consentiant voluntati. Omnia ergo, quæ superius comprehendimus, apud sanctos episcopos agenda esse, mecum honorabilis fraternitas vestra perpendit.

Supra ca.14. 1.q.4.ca. Qui apud Donatistas.

Ephe.4.a

C

XXV Instant etiam aliæ necessitates, a religiosis Imperatoribus postulandæ vt reliquias idolorum per omnem Aphricam iubeãt penitus amputari (nam plerisq; in locis maritimis, atq; possessionibus diuersis adhuc erroris istius iniquitas viget) vt p̃cipiant, & ipsa deleri, & templa eorũ, quæ in agris, vel in locis abditis constituta nullo ornamento sunt, iubeantur omni modo destrui.

XXVI. Pe

2.q.6.Statutū est,vt qui.

XXVI Petendum etiam,vt statuere dignentur,vt si forte in ecclesia quamlibet causam,iure apostolico ecclesiis imposito,agere voluerint(& fortasse decisio clericorum vni parti displicuerit)non liceat clericum iniudicium ad testimonium deuocari eum,qui cognitor,vel* præses fuerit. Et nulla ad testimonium dicendum* ecclesiastici cuiuslibet persona pulsetur.

alias,præsens

als ecclesiastica

XXVII Illud etiam petēdum, vt quæ cōtra præcepta diuina conuiuia multis in locis exercētur,quæ ab errore gētili attracta sunt,(ita vt nunc à paganis Christiani ad hæc celebrāda cogātur,ex qua re temporibus Christianorum Imperatorum persecutio altera fieri occulte videatur)vetari talia iubeant,& de ciuitatibus, & de possessionibus,imposita pœna,prohiberi,maxime,cum etiam in natalibus beatissimorū martyrum per nōnullas ciuitates,& in ipsis locis sacris talia committere nō reformident. Quibus diebus etiam(quod pudoris est dicere) saltationes sceleratissimas per vicos, atq; plateas exerceant,vt matronalis honor,& innumerabilium fœminarum pudor, deuote veniētiū ad sacratissimum diem,iniurijs lasciuientibus appetatur,vt etiam ipsius sanctæ religionis pene fugiatur accessus.

alias,atracta ta.

XXVIII Necnon & illud petēdum, vt spectacula theatrorum, cæterorumq; ludorum die dominica, vel cæteris religionis Christianæ diebus celeberrimis amoueantur , maxime , quia sancti Paschæ octauarum die populi ad circum magis, quam ad ecclesiam conueniunt, & deberi transferri deuotionis eorum dies(siquādo occurrerint) nec oportere etiam quēquam Christianorum cogi ad hæc spectacula, maxime,quia in his exercēdis,(quę contra præcepta dei sunt) nulla persecutionis necessitas a quoquàm adhibenda est, sed (vti oportet) homo in libera voluntate subsistat sibi diuinitus cōcessa. Corporatorum em̄ maxime periculum cōsiderādum est,q contra præcepta dei magno terrore coguntur ad spectacula conuenire.

XXIX Et illud petēdum, vt statuere dignentur , vt si quis cuiuslibet honoris clericus iudicio episcoporū quocunq; crimine fuerit damnatus,nō liceat eum , siue ab ecclesiis,quibus præfuit, siue a quolibet homine defensari , interposita pœna damni, pecuniæ,atq; honoris,quo nec ætatem,nec sexum excusandum esse præcipiāt.

XXX Et de his etiam petēdum , vt si quis ex qualibet ludicra arte ad Christianitatis grām venire voluerit , ac liber ab illa macula permanere, non eum liceat a quoquam iterum ad eadem exercenda reduci,vel cogi.

XXXI De manumissionibus sane in ecclesia dicendis,si id nostri consacerdotes per Italiam facere reperiūtur,nostræ etiam erit fidutiæ istorum ordinem sequi,data plane licētia misso legato,vt quæcunq; digna fide pro statu ecclesiæ & salute animarum agere potuerit,nos laudabiliter in cōspectu dn̄i accepturos. Quæ omnia,si sanctitati vestræ placent,edicite, vt & meam suggestionem ratam esse vobis aduertant, & nostram omnium cōsensionem synceritas eorum libenter accipiat . Ab vniuersis episcopis dictum est. Omnibus placet hæc,quæ iniuncta sunt peragenda,& prudenter a tua sanctitate narrata.

XXXII Aurelius episcopus dixit: Equitij etiam, olim merito suo episcopali sentētia damnati,nō arbitror prætereundam esse legationis causam, vt si forte eum in illis partibus repererit,sit eidem fratri nostro curæ,pro ecclesiæ statu(quod oportuerit,vel vbi licuerit)aduersus eum peragere. Ab vniuersis episcopis dictum est. Multum placet,& ista prosecutio,maxime,cum olim damnatus sit Equitius,& eius impudens inquietudo pro statu, & salute ecclesiæ magis,magisq; vbiq; repellenda. Et subscripserunt. Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginē. huic decreto consensi, & prælecto subscripsi. Similiter & cæteri episcopi subscripserunt.

¶In hoc concilio literæ leguntur Anastasii Romani pontificis,de Donatistis catholicos episcopos admonentis.

¶Vincentio & Flabito. vv.cc.con. Idus Septembris,Carthagine in secretario basilicæ Restitutæ, cū in cōcilio cōgregati in ecclesia Carthaginensi consedissemus ex Aphricanis om̄ibus prouincijs ep̄i,id est, Aurelius eiusdē sedis ep̄s cū collegis suis, quos eorū subscriptio manifestat,ait idē Aurelius ep̄s,Recitatis epistolis beatissimi fratris,& consacerdotis nostri Anastasii,ecclesiæ Romanæ ep̄i, quibus nos paternæ,& frater-

A fraternæ charitatis solicitudine, ac synceritate adhortatus est, vt de hæreticorum, & schismaticorum Donatistarum insidijs, & improbitatibus, quibus Aphricanã ecclesiã catholicã grauiter vexãt, nullo mõ dissimulemus. Grãs agimus dño nostro, quod illi optimo, ac sancto antistiti suo tam piã curã pro membris Chri(quis in diuersitate terrarum sed in vna compage corporis constitutis) inspirare dignatus est.

XXXIII Deinde pertractatis & cõsideratis omibus, quæ vtilitati ecclesiæ conuenire videbant, annuente atq; admonẽte spũ dei, eligimus cum memoratis hominibus (quis de dñici corporis vnitate iniquieta dissensione præcisis) leniter, & pacifice agere, vt(quantũ in nobis est) omibus, q eorum cõione, & societate irretiti sunt per vniuersas prouincias Aphricanas, penitus innotescat, quã miserabili errore deuincti sunt ne forte(sicut dicit apostolus) nobis in mansuetudine corripiẽtibus diuersa sentientes det illis deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant de diaboli laqueis, captiuati ab ipso in ipsius voluntatem.

2. Timo. 2. d

XXXIIII Itaq; placuit, vt ex concilio nostro literæ darent ad iudices Aphricanos, à qbus hoc peti congruum videret, vt in hoc adiuuent cõem matrẽ ecclesiã catholicã, in quo episcopalis authoritas cõmuniri in ciuitatibus pt, id est, vt iudiciaria potestate, atq; diligẽtia, ex fide Chriana, q d gestũ sit in oibus locis, in qbus Maximianistæ basilicas obtinuerũt, q ab eis schisma fecerunt, inquirãt, & gestis publicis propter firmam notitiam omnibus necessariam faciant inhærere.

XXXV Deinde placuit, vt lræ mittãtur ad fratres, & coepos nros, & maxime ad sedẽ apostolicam(in qua præsidet memoratus venerabilis frater & collega noster Anastasius) quo nouerit habere Aphricã magnã necessitatẽ, propter ecclesiæ pacẽ,

B & vtilitatẽ, vt & ipsis Donatistis, quicũq; clerici correcto consilio ad catholicam vnitatem transire voluerint, secundum vniuscuiusq; epi catholici voluntatem, atq; consilium, qui in eodem loco gubernat ecclesiã (si hoc paci Christianæ prodesse visum fuerit) in suis honoribus suscipiantur, sicut prioribus eiusdem diuisionis temporibus factum esse manifestum est. Quod multarum, & pene omnium Aphricanarum ecclesiarum, in quibus talis error exortus est, exempla testãtur. Non vt concilium, quod in transmarinis partibus de hac re factum est, dissoluatur, sed vt illud maneat circa eos, qui sic transire ad catholicam volunt, vt nulla per eos vnitatis compensatio procuretur. Per quos autem, vel omni modo * perfici, vel adiuuari manifestis fraternarum animarum lucris catholica vnitas in locis, in quibus degunt, visa fuerit, non eis obsit, quod contra honores eorum (quamuis salus nulli interclusa sit) in transmarino concilio statutum est, id est, vt ordinati in parte Donati, si ad catholicam correcti transire voluerint, non suscipiantur in honoribus suis secundum transmarinum concilium,

als, proficere.

C exceptis his, per quos catholicæ vnitati consuletur.

XXXVI Deinde placuit, vt his peractis legati etiam prædicandæ pacis, atque vnitatis gratia(sine qua salus Christiana nõ potest obtineri) e numero nostro ad ipsorum Donatistarum, siue quos habent epos, siue ad plebes mittãtur, per quos omibus innotitiam perferatur, quã nihil habeant, quod aduersus ecclesiã catholicã iuste possint dicere, maxime, vt manifestũ fiat omibus p gesta etiã municipalia, propter documentorum firmitatem, quid ipsi de Maximianistis schismaticis suis egerint, vbi eis diuinitus demonstratur, si attendere velint, tam inique tunc illos ab ecclesiæ vnitate præcisos, q inique nunc clamant a se Maximianistas schisma fecisse, ex quorum tamen numero, quos iam plenarij concilij sui anthoritate damnauerãt, in suis honoribus denuo receperunt, & baptismũ, quem damnati, & exclusi dederant, acceptauerunt, vt videant, q stulto corde resistant paci ecclesiæ toto orbe diffusæ, cum ista faciant pro parte Donati, neq; se istorum, quos ita receperunt, communione, propter intuitum pacis, cõtaminari dicant, & nos condemnent, id est, ecclesiam catholicã, etiam in extremis terrarum partibus constitutam, per eorum communionem inquinatam, quos tunc accusantes conuincere nequiuerunt.

XXXVII Præterea, cum de quorũdam clericorum, quis erga vxores proprias, incõtinẽtia referret: placuit, episcopos & pres byteros, & diaconos secũdũ priora statuta etiam ab vxoribus continere. Quod nisi fecerint, ab ecclesiastico remoueantur

Disti. 84. Cũ de qrundã. Et dist. 32. Placuit epi. pſ. diac. subd. Et supr. in cõc. 5. Carthag. ca 3

 officio

officio. Cæteros autem clericos ad hoc non cogi, sed secundum vniuscuiusq; ecclesiæ consuetudinem obseruari debere. D

8.q.1.c.Placuit, vt nemini. Et in cō. Carthag.5.ca.5

XXXVIII. Rursum placuit, vt nemini sit facultas (relicta principali cathedra) ad aliquam ecclesiā in diocœsi constitutā, se conferre, vel in re propria diutius (quā oportet) constitutū, curam, vel frequentationem propriæ cathedræ negligere.

De cō.dist.4. Placuit de in. Et in Cartha. 5.ca.6

XXXIX. Item placuit de infantibus, quoties non inueniuntur certissimi testes, qui eos baptizatos esse sine dubitatione testent, neq; ipsi sunt per ætatem de traditis sibi sacramentis idonei respondere, absq; vllo scrupulo eos esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat sacramentorū purgatione priuari. Hinc em̄ legati Maurorū, fratres nostri, consuluerunt, quia multos tales a Barbaris redimunt.

De cō.dist.3. Placuit vt vene. Et in Carthag.5. ca.7.

XL. Item placuit, vt dies venerabilis paschæ formatarū subscriptione omnibus intimetur, dies vero concilij idem seruetur, qui in Hipponensi concilio cōstitutus est, id est. X. Kalen. Septēbris. Et scribēdū ad singularū quarūq; prouintiarū Primates, vt quādo apud se conciliū congregant, istū diem non impediant.

7.q.1.c.Constitutū est, vt. Et in Cartha. 5.ca.8.

XLI. Item cōstitutum est, vt nulli intercessori licitum sit cathedram, cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studijs, vel seditionibus retinere, sed dare operam, vt intra annum eisdem episcopū prouideat. Quod si neglexerit, anno exempto interuentor alius tribuatur. E

23 q.5. Ab Imperatoribus Et in Cartha. 5.ca.9.

XLII. Ab Imperatoribus vniuersis visum est, postulādum propter afflictionem pauperū, quorū molestijs sine intermissione fatigatur ecclesia, vt defensores eis aduersus potentias diuitum cum episcoporum prouisione delegentur.

Dist.18. Vt quotiescūq;. Et in Carth. 5.cap.10

XLIII. Item placuit, vt quotiescūq; cōciliū congregandum est, epi, q neq; ætate, neq; ægritudine, neq; aliqua grauiori necessitate impediuntur, competenter occurrāt, & primatibus suarū quarūq; prouintiarum intimetur, vt de vniuersis episcopis vel duæ, vel tres turmæ fiant, ac de singulis turmis vicissim, quotquot electi fuerint, ad diem concilij instantissime occurrant. Quod si non potuerint occurrere, excusationes suas in *tractatoria subscribant, vel si post aduentū tractatoriæ aliquæ necessitates repente forsitan ortæ fuerint (nisi rationem impedimēti sui apud suum primatem reddiderint) ecclesiæ suæ communione debere esse contentos.

* al's, Gratian⁹ habet literatoria conscribant.

XLIIII. De Cresconio villa Regensi hoc omnibus visum est. vt hinc q̄q; primati Numidiæ intimetur, quo cognoscat memoratum Cresconium scriptis suis conueniendum esse, vt proximo vniuersali Aphricano concilio suam præsentiam non differat exhibere. Quod si venire contempserit, in se cognoscat sententiā *promulgatam.

* alias, promulgandam.

XLV. Rursum placuit, vt quoniā Hipponensium Diaretorū ecclesiæ destitutio non est diutius negligenda, (& ecclesiæ ibi ab his retinentur, qui Equitij facinorosam communionē declinauerunt) missis ex præsenti concilio episcopis, Regino, Alypio, Augustino, Materno, Theasio, Euodio, Placiano, Vrbano, Valerio, Ambiuio, Fortunato, Quoduultdeo, Honorio, Ianuario, Apto, Honorato, Ampelio, Victoriano, Euangelo, & Rogatiano, conuentis ergo, & correctis his, qui culpabili pertinacia fugā eiusdem Equitij expectādam putabant, cum omnium voto eis episcopus ordinetur. Si aūt illi pacem considerare noluerint, non impediant in eligendo ad ordinandū præposito vtilitatem tanto tēpore ecclesiæ destitutæ. F

11.q.3. Rursus cōstitutū est. Et in Carthaginēsi.5.ca.12

XLVI. Rursus constitutum est, vt quoties clericis conuictis, & confessis in aliquo crimine, vel propter eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel propter ecclesiæ opprobrium, aut insolentem insultationem hæreticorum atque gentilium (si forte causæ suæ adesse voluerint, & innocentiam suam asserere) intra annum excommunicationis hoc faciant. Si vero intra annum causam suam purgare cōtempserint, nulla eorum vox postea penitus audiatur.

Dist.58. Si qs de alter. Et in Carth.5.ca.13

XLVII. Item placuit, vt si quis de alterius monasterio repertum, vel ad clericatum promouere voluerit, vel in suo monasterio maiorem monasterij constituerit, episcopus, qui hoc fecerit, a cæterorum communione contemptus sit, & ille neq; clericus, neq; præpositus perseueret.

XLVIII. Item constitutū est, vt si quis episcopus hæredes extraneos a cōsanguini-

A sanguinitate sua, vel hæreticos etiã consanguineos, aut paganos ecclesiæ prætulerit, saltem post mortem anathema ei dicatur, atq; eius nomen inter dei sacerdotes nullo modo recitetur. Nec excusari possit, si intestatus defecerit, qui vtiq; debuit, factus episcopus, rei suæ ordinationẽ, congruã suæ professioni, nequaquã differre.

XLIX. Item placuit, vt de manumissionibus in ecclesia celebrãdis ab Imperatore petatur.

L. Item placuit, vt altaria, quæ passim per agros, & per vias, tanquam memorię martyrum constituuntur, in quibus nullũ corpus, aut reliquiæ martyrum conditæ probantur, ab episcopis, qui locis eisdẽ præsunt (si fieri potest) euertant. Si autem hoc per tumultus populares non finitur, plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequententent, vt qui recte sapiũt, nulla ibi superstitione deuincti teneant. Et omnino nulla memoria martyrũ probabiliter acceptetur, nisi vbi corpus, aut aliquæ reliquiæ sunt, aut origo alicuius habitationis, vel possessionis, vel passionis fidelissima origine traditur. Nam quæ p somnia, & per inanes quasi reuelationes quorũlibet hominũ vbicũq; constituuntur altaria, omni modo reprobentur.

De cõs. dist. j. Placuit, vt al. Et in Cartha. 5. cap. 14

LI. Item placuit, ab Imperatoribus gloriosissimis peti, vt reliquiæ idololatriæ, non solum in simulachris, sed in quibuscunq; locis, vel lucis, vel arboribus omni modo deleantur.

Et in cõc. Cartha. 5. ca. 15.

B LII. Vt si quæ literæ dictandæ in cõcilio placuerint, venerandus episcopus, qui huic sedi præsidet, omniũ nomine dictare, & subscribere dignetur, in q; bus etiam ad episcopos legatos (qui per prouintias Aphricanas in causa Donatistastarum mittendi sunt) placuit literas dari tenorem mandati continentes, quem non egrediantur. Et subscripserũt: Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginẽsis, huic decreto consensi, & prælecto subscripsi, Similiter & cæteri episcopi subscripserũt.

¶ In hoc concilio præterita decreta firmantur.

GLoriosissimis Imperatoribus Archadio, & Honorio Augustis, viris clarissimis consulibus, sexto Kalendas Septembris, in ciuitate *Melibitana, in secretario basilicæ. Cũ Aurelius eps Carthaginẽsis in cõcilio vniuersali cõsedisset, adstantibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit: Quoniam ecclesiæ sanctæ vnũ est corpus, omniũq; mẽbrorũ caput est vnũ, factũ est, volente deo, & nostrã infirmitatem iuuante, vt ad hãc ecclesiã veniremus, dilectionis, & fraternitatis gratia inuitati. Vnde quæso charitatem vestrã (quia ita credẽdũ est, qa noster accessus ad vos nec superfluus, nec insuauis est cũctis) vt cõsensus omniũ vestrũ manifestet concordare complacitis decretorũ, quæ iamdudum, vel in Hipponensi synodo firmata sunt, vel C postmodũ meliore concilio apud Carthaginẽ definita, nũc qq; nobis ex ordine recitetur. Tũc demũ fraternitatis vestræ cõcordia luce clarior apparebit, si hæc, quæ a nobis superioribus cõciliis legaliter definita noscũtur, non solum consensu vestro his actis, verũ & subscriptiõibus manifestetis. Xantippus episcopus primæ sedis Numidiæ *sua manu confirmauit subscribẽdo etiam nobis placere posse, & nostra subscriptione firmamus. Nicetius episcopus primæ sedis Mauritaniæ Sitifensis dixit: Quæ recitata sunt decreta (quoniã ratione nõ carent, & sunt approbata cũctis) etiã & meæ paruitati hæc placent, quæ quidẽ propria subscriptione firmabo.

alias, Mileuitana.

als, dixit. Credo, qd omni fraternitati placuit, & statuta sua manu cõfirmauerunt.

LIII. *Valentinianus episcopus dixit: Si permittit bonũ patiẽtiæ vestrę, prosequor ea, quæ præterito tẽpore in ecclesia Carthagineñ. gesta sunt, & subscriptionibus fratrũ firmata claruerunt, & iam nos *hæc seruaturos esse profiteor. Sed illud scimus, inuiolatæ semper mansisse ecclesiasticã disciplinã, ita vt nullus fratrum prioribus suis se aliquãdo auderet anteponere, sed officiis charitatis id semper exhibitũ est prioribus, quod ab insequentibus gratãter semper acciperet. Hũc ordinẽ iubeat sanctitas vestra melius vestris interlocutionibus roborari. Aurelius episcopus dixit: Non decuerat quidẽ, vt hæc repeteremus, nisi forte existerent inconsideratæ mentes quorundã, quæ ad hæc statuenda nostros acuerent sensus. Sed & cõmunis hæc causa est, quã insinuauit frater, & cõsacerdos noster, vt vnusquisq; nostrum ordinẽ sibi decretum a deo cognoscat, *ne posteriores anterioribus se præferant, nec eis inconsultis, aliquid agere præsumant. Qua de re dico (prout captus animi mei

als, Palẽtin9, vel Placẽtius vel, Valẽtin9 Et in cõc. Mileuitano. c. 13 alias, ex hoc.

als, & posteriores anterioribus deferãt

mi mei retinet) eos, q putauerint, spretis maioribus, aliquid p̄sumendū, competenter ab omni esse cōcilio coercendos. Xantippus ep̄s primæ sedis Numidiæ dixit: Audiuit omniū fratrū præsentia prosecutionē fratris, & cōsacerdotis nostri Aurelij, qd ad hæc respondēt. Datianus ep̄s dixit: Quæ maioꝝ decreuit sententia, nostro assensui mancipabūtur, vt quæ præteritoꝝ conciliorum gestis tenentur Carthaginensis ecclesiæ, nostra assensione plene apud oēs firma teneantur. Vniuersi episcopi dixerūt. Hic ordo & a patribus, & a maioribus seruatus est, & a nobis, deo propitio, seruabitur, saluo etiam iure primatus Numidiæ, & Mauritaniæ.

D

¶De Archibo, & matricula Numidiæ.

DEinde placuit omnibus episcopis, qui in hoc concilio subscripserunt, vt matricula, & *Archibus Numidiæ, & apud primam sedem sit, & in Metropoli, id est, *Constantina.

Archibus, p̄ Archiuus. al's, Constātia

LIIII. De Quoduultdeo etiā Centuriensi (qm̄ aduersarius ipsius, cum se petisset introduci ad conciliū nostrū (interrogatus) vtrū cum eo vellet apud episcopos experiri) primo promiserat, & alia die respondit, hoc sibi nō placere, atq; discessit) placuit omnibus episcopis, vt nullus eidem Quoduultdeo communicet, donec causa eius, qualem potuerit, terminum sumat. Nam adimi ei episcopatum, antequā causæ eius exitus appareret, nulli Christiano videri iure potuisset.

LV. De Maximiano aūt Bagaiensi, & ad eū, & ad ipsam plebē placuit de cōcilio literas dari, vt & ipse ab episcopatu discedat, & illi sibi alium requirant.

E

LVI. Deinde placuit, vt quicūq; deinceps ab episcopis ordinātur p̄ prouintias Aphricanas, literas accipiāt ab ordinatoribus suis, manu eoꝝ cōscriptas, continētes consulē, & diē, vt nulla altercatio de posterioribus, vel anterioribus oriatur.

Et in Mileuitano ca. 14

LVII. Itē placuit, vt quicunq; in ecclesia vel semel *legerit, ab alia ecclesia ad clericatū nō teneatur. Et subscripserūt. Aurelius ep̄s ecclesiæ Carthaginēsis huic decreto cōsensi, & prælecto subscripsi. Similiter & cæteri episcopi subscripserūt.

Disti. 71. Placuit, vt qcūq; & ī Mile. ca. 15 alias, eligitur vel suscepto officio eligit.

¶In hoc concilio, quid egerint episcopi, q ad transmarina legati directi sunt, intimatur.

GLoriosissimo Imperatore Theodosio Augusto, & Rumorido, viris clarissimis consulibus. VIII. Kalen. Septēbris Carthagine, in basilica regionis secūdæ, cū Aurelius episcopus in vniuersali cōcilio cōsedisset, adstātibus diaconibus, Aurelius episcopus dixit: Exigēte ratione, fraternitas vestra a mea tenuitate ad hoc cōcilium congregata est. Iamdudum em̄ (sicut vestra sanctitas recordatur) habito concilio, destinauimus fratres nostros ad transmarina legatos, quos oportuit in cœtu sanctitatis vestræ perfunctæ legationis cursum narrare. Et licet hesterno die de hac re *cōsidentibus nobis, præter gesta ecclesiastica diligentius, quæ gesserint, tractaremus, hodie tamē oportet tractatū hesterni diei actis ecclesiasticis confirmari.

F

alias, considerantibus.

¶De episcopis prouintiarum Aphricæ, qui non adfuerunt præsenti concilio.

ORdo itaq; reꝝ deposcit, vt primitus de fratribus nostris, & cōsacerdotibus, qui ad hoc conciliū vel de Byzantio, vel certe de Mauritania conuenerunt, quæramus, quemadmodum huic concilio decreuerint interesse, & offerētibus Philologo, *Gesta, Venustiano, & Feliciano, episcopis prouintiæ Byzātinæ legationis literas, & recitatis, offerentibus etiam Luciano, & Syluano legatis prouintiæ Mauritaniæ Sitifensis legationis literas, & recitatis, Aurelius episcopus dixit. Hoꝝ scriptorum textus sociabitur gestis.

alias, Testa, vt sit proprium nomē aut cognomē.

¶De episcopis Byzantinis.

NVmidius episcopus dixit: Animaduertimus, fratres, & coepiscopos nostros Byzantinæ prouintiæ, & Mauritaniæ Sitifensis ad concilium destinasse legatos, nunc quæramus, vtrum legati Numidiæ aduenerint, vel certe prouintiæ Tripolitanæ, vel Mauritaniæ Cæsariensis.

De episcopis Mauritaniæ Sitifensis.

LVcianus & Syluanus ep̄i, legati prouinciæ Mauritaniæ Sitifensis dixerūt. Sero ad Cæsarienses frēs nostros tractatoria venit, nam iam & illi venirent, tamen necesse

A necesse est, veniant. Et confidimus de animis illorum, quia si qd in hoc concilio gestum fuerit, & ipsi sine dubio suos consensus adhibebunt.

¶ De episcopis Numidiæ.

ALypius eps ecclesiæ Tagastensis dixit: Nos quidē de Numidia venimus, ego & sancti fratres Augustinus, & * Posidius, sed de Numidia legati mitti nō potuerunt, quod adhuc tumultu tyronū epi propriis necessitatibus in ciuitatibus suis aut impediti, aut occupati sunt. Nam etiā tractatoriā sanctitatis tuæ cum ad sanctum senem sancti spūs deferrē, in præsenti tractatu hoc visum fuerat, vt cōcilium indiceref, quod instructa legatio posset ad hoc cōcilium destinari. Sed cū eum posterioribus lrīs admonerē de impedimēto tyronū (vt superius dixi) rescriptis propriis excusauit. De Tripolitanis vero fratribus nostris hoc potui cōdiscere, quod Dulcitium fratrem nostrū destinauerunt legatū, sed quia nō potuit occurrere, hoc asseuerauerunt qdam filii nostri, veniētes de supradicta prouincia, quod Memoratus naui se commiserat. Et credēdum est accidisse nōnullam de tēpestatibus morā, quæ retardaret eius aduētum. Tamē etiam circa ipsos (si charitati vestræ placet) hæc forma seruabitur, vt placita ad eosdem concilii transmittantur. Ab vniuersis epis dictum est. Hæc, quæ statuit sanctitas tua, omnibus placent.

alīs, Possidius

LVIII Aurelius eps dixit: Quod in tractatum venit charitatis vestræ, puto hoc ecclesiasticis gestis esse firmādum. Professio vestrum omniū hoc deprompsit, debere vnumquēq; nostrū in ciuitate sua per se cōuenire Donatistarum pp̄ositos, aut adiūgere sibi vicinum collegā, vt pariter eos in singulis qbusq; ciuitatibus, vel locis, per magistratus, vel seniores locorum conueniant. Hoc, si omibus placet, edicatur. Ab vniuersis epis dictum est. Omnibus placet, & omes hac subscriptiōe nostra firmabimus. Petimus etiam, vt epistolis ad iudices de cōcilio mittendis, pro omnibus subscribat sanctitas tua. Aurelius eps dixit: Si videtur charitati vestræ, forma conuētionis eorum recitetur, vt hūc tenorē prosecutionis omnes (si placuerit) teneamus. Ab vniuersis epis dictum est. Recitetur. Lætus notarius recitauit.

B

LIX Ille eps ecclesiæ illius dixit: Quid de authoritate illius amplissimæ sedis impetrauerimus, petimus grauitatē vestrā recitare & gestis innecti, atq; vt in effectum deduci iubeatis. Recitata aūt iussione, atq; actis innexa, dicat. Ille eps ecclesiæ illius dixit. Quid ergo nobis de cōcilio ecclesiæ catholicæ mādatū sit, ad Donatistas p vrām grauitatē perferēdum audire, & actis inserere, & ad eos perferre dignemini, eorumq; responsionē rursus apud acta vestra nobis insinuare. Conuenimus vos, ex cōcilii nostri catholica authoritate missi, de vestra *correptione gaudere cupiētes, considerātes dñi charitatem, q dixit: Beati pacifici, qa ipsi filii dei vocabūtur, & admonuit per prophetam, etiam his, qui dicunt se fratres nostros non esse, dicere nos debere, fratres nostri estis. Hanc ergo pacificā ex charitate veniētem cōionem nostrā contēnere non debetis, vt si quid veritatis habere vos arbitramini, nō dubitetis adserere, id est, vt cōgregato vestro concilio, deligatis ex vobis, quibus causam assertionis vestræ cōmittatis, vt & nos possimus hoc facere, vt etiam de nostro concilio deligantur, q cum eis, quos delegeritis, constituto loco, & tēpore, quicquid quæstionis est, quod vestram a nobis separat communionem, cum pace discutiant, & tandem aliquando, adiuuante dño deo nostro, finem veternosus error accipiat, ne propter animositatem hominū infirmi nostri, & ignari populi sacrilega dissensione dispereant. Si em hoc fraterne acceperitis, veritas facile dilucescet. Si aūt hoc facere nolueritis, diffidentia vestra facile innotescet. Cūq; recitata esset, ab vniuersis epis dictum est. Satis placet. Hoc fiat. Et subscripserunt. Aurelius eps ecclesiæ Carthaginensis, huic decreto consensi, & prælecto subscripsi. Similiter & cæteri episcopi subscripserunt.

C

alias, correctione

Matth. 5. a

Hoc factū fuisse, patet ex epla. 152. ex cōcil. Zertēsi.

Hæc synodus aduersus Donatistas legationem ad principes dirigit.

GLoriosissimo Imperatore Honorio Augusto. VI. Conf. XVI. Kalen. Iulias, Carthagine, in basilica regionis secundæ. In hoc concilio legationem susceperunt Theasius, & Euodius contra Donatistas, in quo concilio insertum est commonitorium, quod ita in se continet,

LX. *Communitorium fratribus, Theasio, & Euodio, legatis ex Carthaginensi concilio ad gloriosissimos, religiosissimosq; principes missis, cum domini auxilio piissimos Imperatores adierint, eis insinuent, quemadmodum plena fiducia, secundum superioris anni concilium, Donatistarum præpositi actis municipalibus sunt conuenti, vt si confiderent de assertionibus suis, electis ex suo numero aliquibus idoneis, nobiscũ pacifice cõferrent, & mãsuetudine Christiana, si qd veritatis teneret, nõ ambigerẽt demõstrare, quo ita synceritas catholica, quæ iam pridẽ superioribus tẽporibus claruit, nũc quoq; per imperitiã, vel pertinaciã resistentibus, innotesceret, sed qa *diffidẽtia premebant, nihil pene ausi sunt respondere. Vnde quia impletũ est erga eos episcopale, ac pacificũ officiũ, & illi, qui veritati respondere nequiuerũt, ad immanes violentias sunt conuersi, ita vt multos episcopos, multosq; clericos (vt de laicis taceamus) insidijs oppresserint, ecclesias etiã aliquas inuaserint, aliquas inuadere ptentauerint, ipsorũ iam clemẽtiæ est cõsulere, vt ecclesia catholica, quæ eos religioso vtero genuit, & fidei firmitate nutriuit, eorũ etiã prospectione muniatur, ne temerarij hoies religiosis tẽporibus infirmos populos terrẽdo præualeãt, quoniam secundo deprauare non possunt. Nota est eñ, & sæpe legibus cõclamata circũcellionum, qua furiunt, detestabilis manus, quæ etiã ipsorũ religiosissimorũ supra principum frequentibus sanctionibus cõdemnata est, aduersus quorũ furorem possemus non insolita, nec a scripturis sanctis aliena impetrare *subsidia, quãdo apostolus Paulus (sicut in apostolorũ actibus fidelibus notum est) factiosorũ cõspirationem militari etiam submouit auxilio. Sed nos illud poscimus, vt catholicis ecclesiis ordinum per ciuitates singulas, & vicinorũ quorumq; possessorũ per diuersa loca, sine vlla dissimulatione tuitio prębeatur. Simul etiã petẽdum, vt illã legem, quæ a religiosæ memoriæ eorũ patre Theodosio de auri libris decem in ordinatores, vel ordinatos hæreticos, seu etiã in possessores (vbi eorũ congregatio deprehẽditur) promulgata est, ita deinceps cõfirmari præcipiant, vt in eos valeat, cõtra quos, propter eorũ insidias catholici prouocati, cõtestationem deposuerũt, vt hoc saltem terrore a schismatica, vel hæretica prauitate desistant, qui cõsideratione æterni supplicij emẽdari, corrigiq; dissimulant. Petendũ etiam, vt lex, quæ hæreticis vel ex donationib9, vel ex testamentis aliquid capiendi, vel relinquendi denegat facultatem, ab eorũ quoq; pietate hactenus repetatur, vt eis relinquendi, vel sumendi ius adimat, q pertinaciæ furore cæcati, in Donatistarũ errore perseuerare voluerint. Cæterorũ illis, qui cõsideratione vnitatis, & pacis se corrigere voluerint, absq; interdicto huius legis capiendæ hæreditatis aditus pateat, si adhuc in errore hæretico constitutis, aliqd ante donationis, vel hæreditatis obuenit, his sane exceptis, qui lite pulsati, putauerint ad catholicam transeundũ, quia de talibus credibile est, non metu cœlestis iudicij potius, quam terreni cõmodi auiditate vnitatem catholicã præoptasse. Ad hæc aũt omnia præsidio opus est potestatũ suarũ quarumcũq; prouintiarũ. Sane pro vtilitatibus ecclesiæ, quicquid intellexerint prodesse, agendi, & imperandi liberam decernimus legationem. Illud præterea cunctis nobis placuit, vt literæ de cœtu nostro ad gloriosissimos Imperatores, & eminẽtissimas potestates dirigantur, quibus instruantur, nostro omniũ consensu ad beatissimũ comitatũ legatos a nobis esse directos. Sed quia ijsdem literis ab omnibus subscribi tardissimum est, *nisi singulorũ subscriptionibus eædem epistolæ onerentur, petimus, frater Aureli, vt ijsdẽ tua charitas nostro omnium nomine subscribere dignetur. Et subscripserunt, Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginẽsis huic decreto consensi & subscripsi, Similiter & cæteri episcopi subscripserũt. Literæ etiam ad iudices mittendæ sunt, vt donec dñs legatos ad nos redire permittat, tuitiones per ordines ciuitatum, & possessores prædiorum ecclesiæ catholicæ impertiant. Adiungẽdum etiã de Equitio, vt improbitas eius, qua sibi ius *sacerdotale improbissime *vendicat, ab Hipponensi Diaretorũ diocœsi secundum statuta Imperatorum repellatur. Literæ etiam ad episcopum Romanæ ecclesiæ cõmendatione legatorũ mittẽdæ sunt, vel ad alios, vbi fuerit Imperator, Et subscripserunt. Item Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginensis huic decreto consensi, & plecto subscripsi. Similiter & cæteri episcopi subscripserunt.

Marginalia: aliás, Cõmonitorium. — aliás, differẽtia. — alias, psidia. — Acto. 23. per totum. — Lex Theodosij senioris in hæreticos. — Lex alia. — Lex tertia. — aliás, Forte, si. — aliás, sacerdotiũ — aliás, vindicat.

D E F

In hac

A ¶In hac synodo quæ statuta sunt, breuis declarat adnexus

STilicone iterum & Arthemio, VV.CC. Coss. x. Kalen. Septeb. Carthagine in basilica regionis secundæ. Huius concilij gesta ideo non ex integro descripsi, quoniam magis ea, quæ in tempore necessaria fuerunt, quam aliqua generalia constituta sunt, sed ad instructionem studiosorum eiusdem concilij breuem digessi.

LXI Vt libera legatio ab omnibus prouincijs ad concilium dirigatur, ad Mizonium legati, & literæ, propter liberam dirigendam legationem, destinare præcepta sunt, vt quia apud Carthaginem tantum vnitas facta est, dentur etiam literæ ad iudices, vt & alijs prouincijs, & ciuitatibus operam impendi iubeant vnitati, vt gratiarum actiones de Carthaginensi ecclesia pro vniuersa Aphrica de exclusione Donatistarum cū episcoporum literis ad comitatum mittantur. Recitatæ sunt literæ papæ Innocentij, vt episcopi ad transmarina pergere facile non debeant, quod hoc ipsum episcoporum sententijs confirmatur, vt propter gratiarum actionem, & exclusionem Donatistarum duo clerici ecclesiæ Carthaginensis ad comitatum mittantur.

¶In hoc concilio quædam de constitutis superioribus corriguntur, vt conciliū vniuersale non, nisi necessitate, faciendum. Ca. LXII.

B GLoriosissimis Imperatoribus Honorio. vij. & Theodosio. ij. iterum Augustis. Conss. Idus Iunij, Carthagine in Basilica regionis secundæ, cum Aurelius episcopus vnà cum episcopis suis consedisset, adstantibus diaconibus, ait: Quoniā constitutum fuerat in concilio Hipponensi, vt singulis annis contraheretur concilium Aphricæ plenarium, non tantum hic apud Carthaginem, verumetiam per diuersas prouincias suo ordine, & hoc reseruatum est, vt indiceremus aliquādo in Numidia, aliquando in Byzatio. At quia hoc laboriosum omnibus fratribus visum est, placuit, vt non sit vltra fatigandis fratribus anniuersaria necessitas, sed quoties exegerit causa communis, id est, totius Aphricæ, vndecunque ad hanc sedem de hac re datæ literæ fuerint, congregandam esse synodum, in ea prouincia, vbi opportunitas psuaserit. Causæ aūt, quæ communes non sunt, in suis prouincijs iudicentur.

Item habetur i Mileuitano concilio tempore Innocētij cap. 9. 2. q. 6. Si autē prouocatum.

LXIII Si autem fuerit prouocatum, eligat, qui prouocauerit, iudices, & cum eo & ille, contra quem prouocauerit, vt ab ipsis deinceps nulli liceat prouocare.

Cum vniuersæ legationes diuersarum prouinciarum adlegarentur, gratissime acceptæ sunt, id est, Numidiarum Byzacenorum, Maurorum Sitifensium, itemq; Cæsariensium, sed & Tripolitanorum.

LXIIII. Placuit etiam, vt petant ex nomine prouinciarum omnium legati perrecturi, Vincētius & Fortunatianus a gloriosissimis Impatoribus, vt dent facultatem defensores constituendi scholasticos, qui in actu sunt, vel in munere defensionis

C causarum, vt more sacerdotum prouinciæ idem ipsi, qui defensionem ecclesiarum susceperint, habeant facultatem pro negotijs ecclesiarum, quoties necessitas flagitauerit, vel ad obsistendum obrepentibus, vel, ad necessaria suggerenda, ingredi iudicum secretaria.

Placuit, vt legationem liberam habeant ad comitatum missi delecti legati.

¶Protestatio Maurorum pontificum de Primoso.

PRotestatos esse præterea Mauros Cæsarienses constat, Primosum per principales ciuitatis Tigauensis conuentū literis eorum fuisse, vt secundum principalia scita plenario concilio sui præsentiam faceret, & (vt oportuit) requisitus Primosus, repertus non est, sicuti diaconi renuntiauerunt. Sed quia poposcerunt ijdem Mauri, de plenario concilio oportere literas destinari ad venerabilem fratrem senem Innocentium, has placuit mitti, vt agnoscat, requisitum Primosum in concilio, & minime fuisse repertum.

Tigaue, Tigaua, ciuitas est Mauritaniæ Cæsariensis

LXV Placuit & illud, vt plebes, quæ nunquā habuerunt proprios epos, nisi ex concilio plenario vniuscuiusq; prouinciæ, & primatis, atq; consensu eius, ad cuius diocœsim eadem ecclesia pertinebat, decretum fuerit, minime accipiant.

LXVI Sane vt illæ plebes, quæ conuersæ sunt a Donatistis, & habuerūt epos, sine dubio, inconsulto concilio, habere mereantur, quæ autem plebes habuerunt episcopum, & eo defuncto, voluerint non episcopum proprium habere, sed ad ali-

cuius epi diocœsim ptinere, non eis esse denegandum. Necnõ & illud suggestũ est, quod plebes ante legem Imperatorum de vnitate latam, quicunq; conuerterent epi ad catholicam, ipsi eas obtinere debeãt. Verum a lege vnitatis, & deinceps oporteat vniuersas ecclesias vendicare sibi epos catholicos eorũ locorũ, ad * quæ loca sub hæreticis pertinebant, vel conuersorũ ad catholicam, vel nõ conuersorũ hæreticorũ, & diocœses, & si qua forte sunt instrumenta ecclesiæ, vel ad eius ius pertinentia. Qui vero aliqua vsurpauerunt, post legem vsurpata, conuenti restituant.

als, q̃s locos

LXVII Ad suggestionem, vel postulationem epi Maurentij (cum lecta fuisset scheda, quam obtulit eps * Placetius, qui personam legati Numidarũ gestabat) sententia eiusdem Placentij recitata est in conspectu eporum. Et cum quęrerentur hi quos adesse voluit a diaconis pro foribus. i. seniores a noua Germania, ac minime inuenirentur, secundo, vel tertio requisiti, propterea censuit sanctum concilium, vt literæ ad eundem senem Xantippum p̃rogentur, quo nouerit voluntati plebis memoratæ nullo modo iniuriã episcopi succumbendum. Maurẽtius episcopus dixit. Quoniam requisiti sunt seniores a noua Germania secundo, ac tertio, & non sunt inuenti, quibus præceptum erat a primate, vt huc occurrerent ad venerabile cõcilium, quod nunc agitur Idibus Iunijs, suiq; absentiam procurarũt, idcirco decernat ex hac re aliquid sanctitas vestra, ne sub molestia calumniæ ipsorum innocens videar laborare. Concilium sanctum statuit, debuisse quidem secundum censuram sacerdotalem, ex hoc concilio aduersus contumaces ferri sententiam, sed quia mansuetudo ecclesiastica seruanda est in omnibus causis * promiserunt ad senem Xantippum, vt nouerit, iudices de concilio electos sine dilatione considerare debere in ciuitate * Thubursicensi vt negotio congruum adhibeatur examen. Maurentius eps dixit: Iudices peto sanctum senem Xantippum, sanctum Augustinum, Florentium, Theasium, Sansucium, Secundum, & * Posidium. Hos decerni mihi iubeatis, Sanctum concilium concessit iudices postulatos. Reliquos autem iudices, ad complendũ numerũ necessarios, eligentibus ipsis senioribus a noua Germania, senex Xantippus curauit decernere.

als, Placẽtin⁹

alias, præmiserunt.

als, Thubursbineñ. vel Tubusupteñ.

als, Possidiũ.

LXVIII Placuit etiam, vt de dissensione Romanæ atque Alexandrinæ ecclesię ad sanctum papam Innocentium scribatur, quo vtraque ecclesia intra se pacem, quã præcepit dominus, teneat.

Iohã. 14 d

LXIX Placuit, vt secundum euangelicam & apostolicam disciplinam, neque dimissus ab vxore, neque dimissa a marito alteri coniungatur, sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur. Quod si cõtempserint, ad pœnitentiam redigantur. In qua causa legem imperialem petendam promulgari.

32. q. 7. Placuit vt scdm. Et in cõc. Miuitano cap. 17 Matth. 5. e, & 1. Corĩ. 7. b Et in cõc. Mileuitano c. 12.

LXX Placuit etiã hoc, vt p̃ces, quæ probatæ fuerint in cõcilio, siue p̃fationes, siue cõmẽdatiões, seu manus impositiões ab omnibus celebrent, nec aliæ omnino cõtra fidẽ proferant, sed quæcũq; cũ prudentioribus fuerint collatæ, dicantur.

LXXI Placuit, vt quicunque ab Imperatore cognitionem iudiciorum publicorum petierit, honore proprio priuetur. Si autem episcopale iudicium ab Imperatore postularit, nihil ei obsit.

1. q. 1. Placuit, vt qcũq; ab iperatore, & in conci. Mileuitano ca. 19

LXXII Quicunque autem non communicant in Aphrica, si in transmarinis ad communicandum obrepserint, iacturam clericatus excipiant.

LXXIII Placuit, vt qcũq; ad comitatũ ire voluerit, in formata, quę ad vrbis Romę ecclesiã mittit, intimet, vt inde etiã ad comitatũ formatã accipiat. Q̃d si accipiẽs ad Romanã tñmodo formatã, & tacẽs necessitatẽ, quæ ad comitatũ illius pagenda est, voluerit etiã ad comitatũ p̃gere, a cõione remoueat. Quod si ibi Romæ ei repẽtina necessitas orta fuerit ad comitatũ pergẽdi, alleget apud epm vrbis Romæ ipsam necessitatẽ, & de hoc scripta eiusdẽ Romani epi perferat. Formata aũt, quæ a primatibus, vel a quibuscũq; epis clericis proprijs dantur, habeant diem paschæ. Quod si adhuc eiusdem anni paschæ dies incertus est, ille præcedens adiũgatur, quomodo solet post consulatum in publicis gestis adscribi.

Placuit & illud, vt aduersus Donatistas, & Paganos, vel eorum superstitiones, legati missi de hoc glorioso concilio, quicquid vtile peruiderint, de gloriosissimis principibus impetrent

Placuit

Placuit etiam petitu omnium eporum, vt epistolis omnibus de cõcilio dandis, sanctitas tua sola subscribat. Et subscripserũt. Aurelius eps Carthaginẽsis huic decreto consensi, & prælecto subscripsi. Similiter & cæteri epi subscripserunt.

¶Concilium contra paganos & hæreticos.

BAsso, & Philippo VV.CC.Cõss.xvi.Kaleñ.Iulias, Carthagine, ĩ secretario basilicæ Restitutæ. In hoc concilio legationem iterum suscepit Fortunatianus episcopus contra paganos & hæreticos.

¶Item concilium contra paganos & hæreticos.

BAsso & Philippo VV.CC.Conss.tertio Idus Octob.Carthagine. In hoc cõcilio susceperunt legationem Restitutus, & Florentius epi cõtra paganos, & hęreticos, eo tempore, quo Seuerus & Macarius occisi sunt. Et propter eorum causam, Euodius & Theasius & Victor episcopi cæsi sunt.

¶Conclium de cognitione episcopi. Ca.LXXIIII.

GLoriosissimis Imperatoribus Honorio.viĳ.& Theodosio.iĳ.Aug.conss.xviĳ Kal. Iulias, Carthagine in basilica secunda. In hoc cõcilio placuit, vt nõ sibi vnus eps * vendicet cognitionem. Gesta huius conciliĳ ideo non descripsi, quoniam prouinciale, non vniuersale celebratum est.

als, vindicet.

¶Concilium contra Donatistas. Ca.LXXV.

POst consulatum gloriosissimorum Imperatorum Honorĳ.viĳ.& Theodosii iĳ. Augg.xviĳ. Kaleñ.Iulias, Carthagine in basilica regionis secundæ. In hoc concilio legationem susceperunt contra Donatistas Florentius, Posidius, Præsidius, & Benenatus episcopi, eo tempore, quo lex data est, vt libera voluntate quis cultum Christianitatis exciperet.

¶Concilium cõtra hæresim Pelagĳ & Cœlestĳ: Quod Adam non sit factus a deo mortalis. Ca.LXXVI.

GLoriosissimis Imperatoribus Honorio.xĳ.& Theodosio.viĳ. Augg. Conss. Kalẽ.Maĳ, Carthagine in secretario basilicæ Fausti, cum Aurelius eps in vniuersali cõcilio cõsedisset, adstãtibus diaconibus, placuit omibus epis (quorꝫ nomina, & subscriptiões inditæ sunt) in sancta synodo Carthaginẽsis ecclesiæ constitutis, vt quicunqꝫ dixerit, Adam primũ hominem mortalem factum, ita vt siue peccaret siue non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturæ, anathema sit.

De cõs.dist.4 Placuit oibꝰ epis vt qui. & in cõc.Mileuitano, ca.1

LXXVII Item placuit, vt quicũqꝫ paruulos recẽtes ab vteris matrum baptizãdos negat, aut dicit in remissionem qdem peccatorꝫ eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod lauacro regeneratiõis expiet, vnde sit consequẽs, vt in eis forma baptismatis in remissionẽ peccatorꝫ nõ vera, sed falsa intelligat, anathema sit. Qm̃ nõ aliter intelligẽdum est, quod ait apostolus: Per vnũ hominẽ pctm̃ intrauit in mũdum, & per pctm̃ mors, & ita in omes homines pertrãsiit, in quo omes peccauerũt, nisi queadmodũ ecclesia catholica vbiqꝫ diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, etiam paruuli, qui nihil peccatorꝫ in seipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorꝫ remissionem veraciter baptizãtur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt.

De cõsc.di.4 Placuit vt qc. pauulos, & in cõc.Mileuitano, ca.2.

Roma.5.b

LXXVIII. Item placuit, vt quicũqꝫ dixerit grãm dei (qua iustificamur p Iesum Christum dñm nostrum ad solã remissionẽ peccatorꝫ valere, quæ iam cõmissa sunt, non etiam ad adiutorium, vt non committantur, anathema sit.

De cõs.dist.4 Placuit vt qc. & i cõci.Mileuitano, ca.3

LXXIX Itẽ quisqs dixerit, eandẽ grãm dei p Iesum Christũ dñm nostrũ pro pter hoc tãtum nos adiuuare ad nõ peccandum, qa per ipsam nobis reuelat, & aperit intelligẽtia mãdatorꝫ, vt sciamus, qd appetere, qd vitare debemus, etiã facere diligamus, nõ aũt per illã nobis præstari, vt quod faciẽdum agnouerimus, agere valeamus, anathema sit. Cum eñ dicat apostolus: Scientia inflat, charitas vero ædificat, valde impium est, vt credamus ad eã, quæ inflat, nos habere grãm Chri, ad eam, quæ ædificat, non habere, cum sit vtrunqꝫ donum dei, & scire, quid facere debeamus, & diligere, vt faciamus, vt (ædificãte charitate) sciẽtia nos nõ possit inflare. Sicut aũt de deo scriptum est, qui docet hominem scientiam, ita etiam scriptum est, charitas ex deo est.

De cõs.dist.4 Quisqs dixerit grãm, & i cõcili.Mileuitano,.ca.4

1.Corꝫ.8.b

Psal.93

1.Iohã.4.b

LXXX.

De cõſ, diſt. 4 Placuit, vt q cũ, dixe, ideo Et in Mileuit. conc, cap. 5 Iohan. 15, a Et i cõci. Mileuitano ca. 6 1. Iohan. 1. c

LXXX Item placuit, vt quicũq; dixerit, ideo nobis grãm iuſtificationis dari vt quod facere per liberꝝ iubemur arbitrium, facilius poſſimus implere ꝑ grãm, tanq̃ & ſi gr̃a nõ daretur, nõ quidem facile, ſed tñ poſſimus etiã ſine illa implere diuina mã- data, anathema ſit. De fructibus em̃ mandatoꝝ dñs loquebatur, vbi nõ ait: Sine me difficilius poteſtis facere, ſed ait, ſine me nihil poteſtis facere. D

LXXXI Item placuit, quod ait ſanctus Iohãnes apoſtolus, ſi dixerimus, quia peccatum nõ habemus, noſipſos decipimus, & veritas in nobis nõ eſt, quiſq; ſic ac- cipiẽdum putauerit, vt dicat, propter humilitatem oportere dici, nos nõ habere pc̃m nõ quia * vere ita eſt, anathema ſit. Sequit̃ em̃ apoſtolus, & adiungit. Si aũt cõfeſſi fue rimus pc̃ã noſtra, fidelis eſt & iuſtus, q remittat nobis pc̃ã, & mundet nos ab omni iniquitate. Vbi ſatis apparet, hoc nõ tñ humiliter, ſed etiã veraciter dici. Poterat em̃ apoſtolus dicere: Si dixerimus, qa nõ habemus pc̃m, noſipſos extollimus, & humi- litas in nobis non eſt, ſed cum ait, noſipſos decipimus, & veritas in nobis non eſt, ſatis oſtẽdit, eum q dixerit ſe nõ habere peccatum, non verum loqui, ſed falſum.

al's, veritas eſt — 1. Iohan. 1. c

Et in cõc. Mileuitano, cap. 7 Matth. 6. b

LXXXII Item placuit, vt quicũq; dixerit, in orõne dñica, ideo dicere ſanctos, dimitte nobis debita nr̃a, vt nõ pro ſeipſis hoc dicãt, qa nõ eſt eis iam neceſſaria iſta petitio, ſed pro alijs, q ſunt in ſuo populo pc̃õres, & ideo nõ dicere vnumquẽq; ſan- ctoꝝ: Dimitte mihi debita mea, ſed dimitte nobis debita noſtra, vt hoc pro alijs potius, q̃ pro ſe iuſtus petere intelligat̃, anathema ſit. Sanctus em̃ & iuſtus erat apoſto lus Iacobus, cum dicebat. In multis em̃ offendimus oẽs. Nã quare additũ eſt oẽs, niſi vt iſta ſentẽtia cõueniret. Et pſalmo vbi legit̃: Nõ ĩtres in iudiciũ cũ ſeruo tuo, qm̃ nõ iuſtificabit̃ in cõſpectu tuo om̃is viuens. Et in orõne ſapiẽtiſſimi Salomonis. Non eſt homo, q non peccet. Et in libro ſancti Iob: In manu om̃is hominis ſignat, vt ſciat oĩs homo infirmitatẽ ſuã. Vnde etiã Daniel ſanctus & iuſtus, cũ in orõne pluraliter di- ceret, peccauimus, iniquitatẽ fecimus, & cætera, quæ ibi veraciter & humiliter confi- tetur, ne putaret̃ (quẽadmodũ qdã ſentiũt) hoc nõ de ſuis, ſed de ppl'i ſui potius dixiſ ſe peccatis, poſtea dixit: Cum orarem, & cõfiterer pc̃ã mea, & pc̃ã populi mei dño deo meo, noluit dicere peccata noſtra, ſed peccata populi ſua dixit, & ſui, qm̃ futuros iſtos, qui tam male intelligerent (tanquam propheta) præuidit. E

Iaco. 3. a Pſalm. 142 3. Regũ. c, & 2. Para. 6. g & Ecci. 7. c Iob. 37. b Dani. 9. a Dani. 9. c

Matth. 6. b Et in cõc. Mileuitano ca. 8

LXXXIII Itẽ placuit, vt quicũq; ipſa verba dñicæ orõnis, vbi dicimus: Dimit- te nobis debita noſtra, ita volunt a ſanctis dici, vt humiliter, nõ veraciter hoc dicatur, anathema ſit. Quis em̃ ferat orantẽ, & nõ hominibus, ſed ipſi dño mẽtientẽ, qui labijs ſibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quæ ſibi dimittantur, debita non habere? F

In conc. Mileuitano ca. 24

LXXXIIII. Itẽ placuit, qm̃ quidẽ ante aliquot annos in eccleſia plenario con- cilio conſtitutũ eſt, vt quæcũq; eccleſiæ in diocœſi conſtitutæ, ante leges de Donati ſtis latas, catholicæ factæ ſunt, ad eas cathedras pertineãt, per quaꝝ ẽpos factũ eſt, vt catholicæ vnitati cõicarent, poſt leges aũt, quæcũq; cõicauerint, illuc pertineãt, quo pertinebãt, cum eſſent in parte Donati. Sed qa multæ controuerſiæ poſtea inter epi- ſcopos de diocœſibus ortæ ſunt, & oriuntur, quibus tunc minus videtur eſſe proſpe ctum, nunc iſto concilio ſancto placuit, vt vbicunq; catholica fuit, & pars Donati, & ad diuerſas cathedras pertinebant, quocunq; tempore illic vnitas facta eſt, vel facta fuerit, ſiue ante leges, ſiue poſt leges, ad eam cathedram pertineant, ad quam catholi- ca, quæ iam ibi fuerat, pertinebat.

LXXXV Ita ſane, vt ſi ẽps ex Donatiſtis ad catholicã vnitatẽ cõuerſus eſt, æq̃ liter inter ſe diuidãt eas, q̃ ſic fuerint inuẽtæ, vbi ambæ ꝑtes fuerũt. i. vt alia loca ad illũ, alia ad illũ ꝑtineãt, ita vt ille diuidat, q amplius tp̃is in ẽpatu habet, & minor eligat. Qđ ſi forte vnus fuerit locus, ad eũ ꝑtineat, cui vicinior inueniť. Qđ ſi ambabus cathedris æqualiter vicinus eſt, ad eũ ꝑtineat, q̃ plebs elegerit. Qđ ſi forte antiq catholici ſuum ẽpm voluerint, & illi ſuũ, q ex Donati parte cõuerſi ſunt, plurimoꝝ volũtas paucio- ribus præferatur. Si autem partes æquales ſunt, maioris temporis epiſcopo deputet̃. Si aũt ita plurima loca inueniunt̃, in qbus ambæ partes fuerunt, vt non poſſint æqua- liter diuidi, velut ſi impari numero fuerint, diſtributis eis locis, qui parem habent nu- merum, quicunq; locus remãſerit, hoc in eo ſeruetur, quod ſuperius dictum eſt, cum de vno tractaretur loco.

LXXXVI

A LXXXVI Item placuit, vt etiam, si quisquã post leges aliquẽ locũ ad catholicã vnitatẽ cõuerterit, si eũ per trienniũ, nemine repetẽte, retinuit, vlterius ab eo nõ repetat. Si tñ per ipm triẽnium fuit eps, q potuit repetere, & tacuit, præiudiciũ patiet. Si aũt nõ fuit, nõ præiudicet matrici, sed liceat (cũ locus acceperit epm, quẽ nõ habebat) ex ipo die intra triẽnium repetere. Itemq; si fuerit episcopus ad catholicã ex Donati parte cõuersus, nõ ei piudicet pfinitũ tps, sed ex quo die cõuersus est, habeat p triennium potestatem repetendi loca, quæ ad ipsam pertinebãt cathedram.

LXXXVII Item placuit, vt quicũq; epi plebes, quas ad suã cathedram æstimãt pertinere, nõ ita * repetũt, vt causas suas, epis iudicãtibus, agãt, sed alio retinẽte irruerint, siue volẽtibus, siue nolẽtibus plebibus, causæ suæ detrimẽtum patiãtur. Et quicũq; iam hoc fecerint, si nõdum est inter epos finita contẽtio, sed adhuc inde cõtendũt, ille inde discedat, quem cõstiterit, prætermissis iudicijs ecclesiasticis irruisse. Nec sibi quisq; blandiatur, si à primate (vt retineat) literas impetrarit, sed siue habeat literas, siue non habeat, conueniat eum, qui tenet, & eius literas accipiat, vt eum appareat pacifice tenuisse ecclesiam ad se pertinentem. Si autem ille aliquam quæstionem retulerit, per episcopos iudices causa finiatur, siue quos eis primates dederint siue quos ipsi vicinos ex consensu * elegerint

B

LXXXVIII. Itẽ placuit, vt quicũq; negligũt loca ad suã cathedrã pertinẽtia in catholicã vnitatẽ lucrari, cõueniãtur a diligẽtibus vicinis epis, vt id agere nõ morentur. Quod si intra sex menses a die cõuentionis, nõ hoc effecerint, qui potuerit ea lucrari, ad ipm ptineãt. Ita sane, vt si ille ad quẽ ptinuisse videbãtur, probare potuerit magis illius electã negligẽtiam ab hæreticis, vt impune ibi sint, & suam diligẽtiam fuisse præuentam, vt eo modo eius cura solicitior* vetaretur, cum hoc iudices epi cognouerint, suæ cathedræ loca restituãt. Sane, si epi, inter quos causa versatur, diuersaꝝ sunt prouinciaꝝ, ille* primas det iudices, in cuius prouincia est locus, de quo contẽditur. Si aũt ex cõmuni placito vicinos iudices elegerint, aut vnus eligatur, aut tres.* Quod si tres elegerint, aut omnium sententiam sequantur, aut duorum.

LXXXIX A iudicibus autẽ, quos communis cõsensus elegerit, nõ liceat prouocare. Et quisqs prouocatus repertus fuerit per cõtumaciam nolle obtemperare iudicibus, cum hoc primæ sedis epo fuerit probatum, det literas, vt nullus ei communicet episcopo, donec obtemperet.

C

XC Si in matricibus cathedris eps negligens fuerit aduersus hereticos, cõueniatur a vicinis episcopis diligentibus, & ei sua negligentia demonstretur, vt se excusare non possit Quod si ex die, quo conuenitur, intra sex menses, si in eius prouincia executio fuerit, & non eos ad vnitatem catholicam conuertendos curauerit, nõ ei communicetur, donec adimpleat. Si autem executor ad loca non venerit, non asscribatur episcopo.

XCI Si aũt probatũ fuerit, eũ de cõione illoꝝ fuisse mẽtitũ, dicẽdo eos cõmunicasse, quos, eo sciẽte, nõ cõmunicasse cõstiterit, etiam episcopatum amittat.

XCII Item placuit, vt presbyteri, diaconi, vel cæteri inferiores clerici in causis quas habuerint (si de iudicijs eporum suoꝝ quæsti fuerint) vicini epi eos audiãt, & inter eos qcq d est, finiãt adhibiti ab eis *ex consensu eporum suoꝝ. Quod si & ab eis prouocãdum putauerint, nõ prouocẽt * nisi ad Aphricana concilia, vel ad primates prouinciaꝝ suarum. Ad transmarina autem, qui putauerit appellandum, a nullo intra Aphricam in communionem suscipiatur.

XCIII Item placuit, vt quicunq; eporum necessitate periclitãtis pudicitiæ virginalis (cum vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel si etiam aliquo mortis periculoso scrupulo compuncta fuerit, ne nõ velata moriatur, aut exigẽtibus parentibus, aut his, ad quorum curam pertinet) velauerit virginẽ, seu velauit intra viginti & quinq; annos ætatis, non ei obsit concilium, quod de isto annorum numero constitutum est.

XCIIII Item placuit, ne diutius vniuersi epi, q ad concilium congregati sunt, tenerẽt ab vniuerso cõcilio, iudices ternos de singulis prouĩcijs eligi. Et electi sunt de puincia Carthaginẽsi Vincẽtius, Fortunatianus, & Clarus De prouincia Numidiæ

Alypi

als, repetierit
16 q. 6. Placuit, vt quicũq; epi eccl. & in cõc. Mileuitano, ca. 21

als, delegerit
16. q. 3. Placuit, vt q. & in cõc. Mileuitano ca. 24

alias, vitaret

als, primatus

alias, vt

2. q. 6. A iudi. & i cõci. Mileuitano ca. 24

Et in Mileuitano, ca. 25

Et in Mileuitano, ca. 25

2. q. 6. Placuit, vt pſ. diac. Et. 11. q. 3. pſb. Et i Mil. cõc. 22.

als, epi

als, ad trãsmarina iudicia.

In de. Iuo. li. 5 Et i cõc. Mile. cap. 26

Carth. 3. ca. 4

Et in cõci. Mileuit. ca. 27

& tertio, id est, vt Romã liceat episcopis prouocare, & vt clericorum causæ apud suarum prouintiarum ẽpos finiantur, Iam priore anno, etiã literis nostris ad eundẽ venerabilis memoriæ Zozimũ episcopum datis, insinuari curauimus, vt ea seruare sine vlla eius iniuria paulisper sineremus, vsq; ad inquisitionem statutorum concilij Niceni. Et nũc de tua poscimus sanctitate, vt queadmodũ ea apud Nicęam a patribus acta, vel cõstituta sunt, si ea a nobis facias custodiri, & ibi apud vos ista, quæ in cõmonitorio attulerunt, facias exerceri, id est, Si ẽps accusatus fuerit, & iudicauerint congregati ẽpi regionis ipsius, & de gradu suo deiecerint eum, & appellasse videatur, & cõfugerit ad beatissimum ecclesiæ Romanæ episcopũ, & voluerit audiri, & iustũ putauerit, vt renouetur examen, scribere his episcopis dignetur, q in finitima, & propinqua prouintia sunt, vt ipsi diligenter omnia requirant, & iuxta fidẽ veritatis definiant. Quod si is, qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua mouerit episcopũ Romanum, vt e latere suo presbyterum mittat, erit in potestate ẽpi quid velit & quid æstimet. Et si decreuerit mittendos esse, qui p̃sentes cum ẽpis iudicent, habentes authoritatem eius, a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit, sufficere episcopos, vt negotio terminum imponant, faciet, quod sapientissimo suo consilio iudicauerit. Item de presbyteris & diaconibus. Si ẽps quis iracundus (quod esse non debet) cito, aut aspere cõmoueatur aduersus presbyterum, siue diaconum suũ, & exterminare eum de ecclesia voluerit, prouidendũ est, ne innocẽs damnetur, aut perdat cõmunionem, habeat potestatem eiectus, vt finitimos interpellet episcopos, & causa eius audiatur, & diligentius tractetur, quia non oportet ei negari audientiã rogãti, & ille episcopus, qui aut iuste, aut iniuste eum reiecit, patienter accipiat, vt negotium discutiatur, vt aut probetur eius, aut emendetur sententia. Hæc vtiq; vsq; ad aduentum verissimorum exemplariorum Nicæni concilij inserta gestis sunt, quæ si ibi, (quemadmodum ipso, quod apud nos fratres ex apostolica sede directi, commonitorio allegauerunt) continerentur, eoq; ordine vel apud vos in Italia custodirentur, nullo modo nos talia (qualia commemorare iam nolumus) vel tolerare cogeremur, vel intolerabilia pateremur. Sed credimus, adiuuãte misericordia domini dei nostri, quod tua sanctitate Romanæ ecclesiæ præsidente, non sumus iam istum typũ passuri, & seruabuntur erga nos ea, quæ nobis etiam nõ differentibus, custodiri debeãt, cum fraterna charitate, quæ secundum sapientiam atq; iustitiã, quam tibi donauit altissimus, etiam ipse *prospicis esse seruanda, si forte aliter se habent canones concilij Nicæni. Quamuis enim plurimos codices legeremus, sed nusquã in Nicæno concilio in latinis codicibus legimus, quemadmodum in supradicto commonitorio, inde directa sunt, tamen qa hic in nullo codice Græco ea potuimus inuenire, ex Oriẽtalibus ecclesiis, vbi perhibentur eadem decreta posse etiam authentica reperiri, magis nobis desideramus afferri. Pro qua re tuam quoq; venerationem obsecramus, vt scribere etiam ipse digneris ad illarum partium sacerdotes, hoc est, ecclesiæ Antiochenæ, Alexandrinæ & Constantinopolitanæ, & alijs, si etiã tuæ placuerit sanctitati, vt inde ad nos ijdem canones, apud Nicæam ciuitatem a patribus cõstituti, veniant, te potissimum hoc beneficium cunctis Occidentalibus ecclesiis in domini adiutorio conferente. Quis enim dubitet, exemplaria esse verissima concilij in Græcia Nicęnæ synodi congregatæ, quæ de tam diuersis locis, & de nobilibus Græcis ecclesiis adlata, & comparata concordant? Quod donec fiat, hæc, quæ in commonitorio supradicto nobis allegata sunt, de appellationibus episcoporum ad Romanæ ecclesiæ sacerdotem, & de clericorum causis apud suarum prouintiarum episcopos terminandis, nos vsq; ad probationem seruaturos esse profitemur, & beatitudinem tuam ad hoc nos adiuturam, in dei voluntate confidimus. Cætera vero, quę in nostra synodo gesta, vel firmata sunt, quoniam supradicti fratres nostri Faustinus coepiscopus, Philippus & Asellus cõpresbyteri secum ferunt, si dignatus fueris, tuæ nota facient sanctitati. Et alia manu. Dominus noster te nobis annis plurimis custodiat, beatissime frater. Subscripserunt quoq; Alypius, Augustinus, Posidius, Marinus, & cæteri episcopi. CC.XVII.

Ex cõcil. Sardicẽsi, cap. 7. Et. 2. q. 6. Si quis eps accusatus.

Ex cõ. Sardicensi. cap. 17. Et. 11. q. 3. Si forte ẽps iracundus. Et in dec. Iuonis, lib. 5.

*al. perspicis.

D E F

¶ Rescri-

A ¶ Rescripta ad concilium Aphricanū Cyrilli Alexandrini epi, vbi & authentica cōcilij Nicæni translata de Græco per Innocentiū presbyterꝝ, transmisit. Quæ, & etiam aliæ epistolæ, cum eodem concilio Nicæno per memoratum presbyterum Innocentium, & Marcellnm subdiaconum ecclesiæ Carthagiñ. sancto Bonifacio epo ecclesiæ Romanæ, sub die. VI. Kaleñ. Decembris, sunt directa.

Capitulum CII.

DOminis honorabilibus, sanctis fratribus coepis, Aurelio, Valentino, sed & omni sanctæ congregationi in Carthagineñ. synodo cōgregatæ, Cyrillus, salutans in deo charitatē vestrā. Scripta veneratiōis vestræ, multā habētia querimoniā, cū omi lætitia p filiū vestrū Innocentiū presbyterꝝ suscepi, q bus à nobis speratis, vt de scrinio nostræ ecclesiæ verissima exemplaria, ex authentica synodo apud Nicænam ciuitatē, Metropolim Bythiniæ, a sanctis patribus cōstituta, atq; formata, sub nostræ fidei professione vestræ dilectioni porrigamus. Vnde, domini venerabiles fratres, (salute præeunte) necesse habui, per harꝝ latorem filium nostrum Innocentium presbyterum, fidelissima exēplaria, ex authentica synodo in Nicæna Bythiniæ habita, vestræ charitati dirigere, quæ & in ecclesiastica historia requirentes, inuenietis. De pascha vero (vt scripsistis) nuntiamus vobis. XVII. Kaleñ. Maias, nos futura indictiōe celebrare. Et alia manu. Deus & dñs noster sanctam vestram cōgregationem custodiat, quod optamus, charissimi fratres.

Eccl'asticæ hi sto. li. 10. ca. 6.

B

¶ Epistola Attici epi Constantinopolitani ad eosdē. Ca. CIII.

DOminis sanctis, merito beatissimis fratribus, coepis Aurelio, Valentino, vel cæteris charissimis in synodo, apud Carthaginem habita, constitutis, Atticus eps. Per filium nostrum Marcellum subdiaconum vestrum, scripta vestræ dilectionis cum omi gratiarꝝ actione suscepi, dño gratias agēs, quod merui tantorꝝ fratrum benedictiōe perfrui, dñi beatissimi fratres. Scribitis sane, vt verissimos canones, apud Nicæam ciuitatem, Metropolim Bythiniæ, a patribus cōstitutos, sub fidei adstipulatione dirigam. Et quis est, q cōmunem fidē, vel statuta, à patribus firmata, suis fratribus deneget? Qua de re, per eūdem filium meum Marcellum subdiaconum vestrum, nimium festinantem, sicut statuti sunt in Nicæa ciuitate a patribus, canones * in integro (vt iussistis) direxi, petens, vt pro me plurimum vestra sancta cōgregatio orare iubeat. Et alia manu. Deus noster sanctitatem vestram custodiat, quod optamus, sancti fratres.

alias, integros

¶ Exemplaria cōcilij Nicæni directa sub die. VI. Kaleñ. Decemb. post consulatum gloriosissimorum Imperatorum * Honorij. XII. & Theodosii. IX. Augg. Bonifacio vrbis Romæ epo. Ca. CIIII.

C

alias, Honorij. xiij alias, Theodosij. viij

CRedimus in vnū deū, patrē omipotētem, visibiliū, necnō & inuisibiliū creatorē. Et in vnū dñm nostrū Iesum Christū, filiū dei, natū ex patre vnigenitū, hoc est ex substātia pris, deū ex deo, lumē ex lumine, deū verꝝ ex deo vero natū nō creatum, eiusdē cum patre substātiæ, p quē omia facta sunt, cœlestia & terrena. Qui propter nos homines, & propter nostrā salutē descēdit, & incarnatus est, & homo factus passus ē. Et resurrexit tertia die. Ascēdit in cœlū, vēturus inde iudicare viuos & mortuos. Et in spm sanctum. Eos vero, q dicūt, erat tps, qñ non erat, & qa ex nihilo factū vel ex alia substātia, vel essentia esse, aut mutabilem, aut conuertibilem filium dei dicunt, anathematizat catholica & apostolica ecclesia.

¶ Huic symbolo fidei etiā exemplaria statutorꝝ eiusdē cōcilij Nicæni a memoratis pōtificis annexa sunt, de Græco in latinū a Teilone, & Thearisto Constātinopolitano trāslata, sicuti in concilio Carthagineñ. sexto latius explicant. Quapropter nos hic ea denuo conscribi superfluum iudicamus.

¶ Epistola concilij Aphricani ad papam Cœlestinum vrbis Romæ episcopum. Ca. CV.

DOmino dilectissimo, & honorabili fratri Cœlestino Aurelius, Palatinus, Antonius, Tutus, Seruus dei, Terentius, Fortunatus, * Martinus, Ianuarius, Optatus, Celticius, Donatus, Theasius, Vincentius, Fortunatianus, & cæteri, qui in vniuersali Aphricano concilio Carthaginis affuimus. Optaremus, si quemad-

alias, Marinus

modum sanctitas tua de aduentu Apiarij lætatos vos fuisse, missis per compres byterum nostrum Leonẽ literis, intimauit, ita nos quoq; de eius purgatione hæc scripta cũ lætitia mitteremus. Esset profecto & nostra, & vestra modo alacritas certior, nec festinata, nec præpropera videret, quæ adhuc tã de audiendo, q̃ de audito præcesserat. Adueniente sane ad nos sancto fratre, & coepiscopo nostro Faustino, cõcilium cõgregauimus, & credidimus ideo eũ illo missum, qm̃ sicut per eius operam presbyterio ante reddit⁹ fuerat, ita nũc posset de tãtis criminibus, a Tabracenis obiectis, eo laborãte, pugari, cuius tãta, ac tam immania flagitia decursus nostri cõcilij examen inuenit, vt & memorati patrociniũ potius, q̃ iudicium, ac defensoris magis operã, q̃ disceptatoris iustitiã superaret. Nã primũ, quantũ obstiterit omni congregationi diuersas iniurias ingerẽdo, quasi ecclesiæ Romanæ asserens priuilegia, & volens eũ a nobis in cõmunionẽ suscipi, quem tua sanctitas (credens appellasse, quod probare nõ potuit) cõmunioni reddiderat, q̃d minime tamẽ licuit, quod etiã gestorũ ex lectione melius cognosces. Triduano tamen laboriosissimo agitato iudicio, cum diuersa eidem obiecta afflictissimi quæreremus, vel moras coepiscopi nostri Faustini, vel tergiuersationes ipsius Apiarij, qbus nefandas turpitudines occulere conabatur, deus iudex iustus, fortis, & longanimis magno impendio resecauit. Tetriore quippe, ac putidiore obstinatione cõpressa, qua tantũ liuidũ cœnum impudẽtia negationis volebat obruere, deo nostro eius conscientiã coartante, & occulta, quæ in illius corde tanq; *inuoluta criminũ iam damnabat, etiam hominibus publicante, repente in confessionẽ cunctorũ obiecto flagitiorũ dolosus negator erupit. Et tandem de omnibus incredibilibus opprobrijs vltroneus se ipse conuicit, atq; ipsam quoque nostrã spem, qua eum & credebamus, & optabamus, de tam pudẽdis maculis posse purgari, cõuertit in gemitus, nisi qm̃ istam nostrã mœstitiã vno tantũ solatio mitigauit, quod & nos labore diuturnioris quæstionis absoluit, & suis vulneribus qualẽcunq; medelam, & si inuita (ac sua conscientia reluctante) confessione prouidit, dñe frater. Præfato itaq; debitæ salutationis officio, impendio deprecamur, vt deinceps ad vestras aures hinc venientes nõ facilius admittatis, nec a nobis excõmunicatos in communionẽ vltra velitis excipere, qa hoc etiã Nicæno concilio definitũ facile aduertet venerabilitas tua. Nam & si de inferioribus clericis, vel laicis videtur ibi præcaueri, quanto magis hoc de episcopis voluit obseruari, ne in sua prouintia cõmunione suspensi, a tua sanctitate vel festinato præpropere, vel indebite videantur cõmunioni restitui. Presbyterorũ quoq;, & sequẽtiũ clericorũ improba refugia (*sicut te dignũ est) repellat sanctitas tua, qa & nulla patrũ definitione hoc ecclesię derogatum est Aphricanæ, & decreta Nicæna siue inferioris gradus clericos, siue ipsos episcopos suis metropolitanis apertissime cõmiserunt. Prudentissime enim, iustissimeq; *viderũt, quæcũq; negotia, in suis locis (vbi orta sunt) finiẽda, nec vnicuiq; prouintiæ gratiam sancti spiritus defuturã, qua æquitas a Christi sacerdotibus & prudenter videatur, & constantissime teneatur, maxime, quia vnicuiq; concessum est, si iudicio offensus fuerit cognitorũ, ad cõcilia suæ prouintiæ, vel etiã vniuersale prouocare. Nisi forte quisquã est, qui credat, vnicuilibet posse deũ nostrũ examinis inspirare iustitiam, & innumerabilibus, congregatis in concilium, sacerdotibus denegare. Aut quõ ipsum transmarinum iudiciũ ratum erit, ad quod testium necessariæ personæ vel propter sexus, vel propter senectutis infirmitatem, vel multis alijs intercurrentibus impedimentis adduci non poterũt. Nã vt aliqui, tanquam a tuæ sanctitatis latere, mittantur, nulla inuenimus patrũ synodo constitutum. Quia illud (q̃d pridem per eundem coepiscopũ nostrum Faustinũ, tanquam ex parte Nicæni concilij exinde transmisistis, in concilijs verioribus (quæ accipiuntur Nicæni) a sancto Cyrillo coepiscopo nostro Alexandrinæ ecclesiæ, & a venerabili Attico Cõstantinopolitano antistite, ex authentico missis, quæ etiã ante hoc per Innocentiũ presbyterũ, & Marcellũ subdiaconũ, per quos ad nos ab eis directa sunt, venerabilis memoriæ Bonifacio episcopo prædecessori vestro, a nobis transmissa sunt) in quibus tale aliquid non potuimus reperire. Executores etiam clericos vestros quibusq; potentibus nolite mittere, nolite concedere, ne fumosum typũ seculi in ecclesiã Christi (quæ

Psal. 7.

al's, inuoluta libro.

Nicæni cõc. cap. 5

alias, sicuti.

Nicæni cõc. cap. 6.

alias, prouiderunt.

Nicæni cõc. cap. 5

A sti (quæ lucem simplicitatis, & humilitatis diem, deum videre cupiētibus præfert) videamur inducere. Nam de fratre nostro Faustino (amoto iam pro suis nefandis nequitijs de Christi ecclesia dolendo Appiario) securi sumus, quod eum (probitate, ac moderatione tuæ sanctitatis salua) * fraterna charitate vlterius in Aphrica minime sustinere patiatur. Et alia manu: Dominus noster sanctitatem vestram æuo longiore orantem pro nobis, custodiat, domine frater.

alias, fraterna charitas.

¶ Aphricani Concilij Finis.

DECRETA COELESTINI PAPAE, I. EX LIB. PONTIFICALI.

COElestinus natione Romanus ex patre Prisco, sedit annis. viij. mēsibus. x. diebus. xvij. Hic multa cōstituta fecit, & cōstituit, vt psalmi Dauid. c.l. ante sacrificiū psallerent antiphonatim ex oībus, q̄d antea nō fiebat, sed tm̄ ep̄læ B. Pauli recitabant, & sc̄tm̄ euāgeliū. Hic fecit cōstitutū de oī ecclesia maxime & de religiōibus, q̄d hodie archiuis ecclesiæ tenet recōditū. Hic dedicauit basilicā B Iulij, in qua obtulit * postigē zeticū. Patenā argēteā, pēsantē libras. xxv. Scyphos argēteos. ij. pēsantes singuli libras. viij. Amas argēteas. ij. pēsantes singulæ libras. x. Calices minores argēteos. v. pēsantes singuli libras. iij. Aquamanilos argēteos, pensantes libras. *x. Cādelabra argētea. ij. pēsantia singula libras. xxx. Cātara cerostata ærea vel ænea. xxiiij. pēsantia singula libras. xxx. Itē coronas argēteas. x. pēsantes singulæ libras. x. Ad btm̄ Petrū apostolū, Farū cantarū, pēsans libras *. xxv. ex argēto purissimo. Cantara argētea cerostata in gremio basilicæ. xxiiij. pensantia singula libras. xx. Ad btm̄ Paulū apostolū, Farum cantarū argenteum, pensans libras. xxv. Cantara cerostata. xxiiij. pensantia singula libras. xx.

aliās, postignē

alias xx

alias. xv.

Hic fecit ordinatiōes tres in vrbe Roma p mēsem Decēbrē, p̄sbyteros. xxxij. diacones. xij. ep̄os. p diuersa loca. xlvi. Qui etiā sepultus est in cœmiterio Priscillæ via Salaria. viij. Idus Aprilis. Et cessauit episcopatus in vrbe Roma dies. xx. Hæc ibi.

¶ Præterea Marianus Scotus anno. xv. Imperij Honorij cū Theodosio fratris sui filio, ad veritatem euāgelij. cccc. xliij. secundū vero cyclū Dionysii. cccc. xxij. Mariniano, & Asclepiodato cōsulibus huius Cœlestini mētionē facit, dicēs: Cœlestinus C papa. xlij. annis. ix. sedit. Et idē de eodē papa scribit anno. vi. Imperij Theodosii iunioris Archadij filij, ad veritatē euā. cccc. l. secūdū vero Dionysii cyclū. cccc. xxviij Florētio, ac Dionysio cōsulibus. Cœlestin⁹ (inquiēs) papa cōstituit, vt psalmi Dauid c. l. an̄ sacrificiū antiphonatim decātarent, nā antea ep̄la & euāgeliū recitabant Et anno p̄fati Impatoris. viij. ad veritatē aūt euāg. cccc. lij. sc̄dm Dionysii cyclū. cccc. xxx de eodem quoq; scribit. Ad Scotos in Chr̄m credētes, ordinatus a papa Cœlestino Palladius, primus ep̄s missus est, post ip̄m S. Patricius. At vero anno sequēti illius papæ obitū describit, dicitq; Cœlestinus papa obijt. vi. Idus Aprilis, Aetio ac Valerio consulibus.

¶ TITVLI CANONVM SEQVENTIS epistolæ Cœlestini papæ primi.

D

¶EPISTOLA COELESTINI PAPAE prima, ad episcopos Galliæ.

Dilectissimis fratribus Venerio, Marino, Leontio, Auxonio, Archadio, Sillucio, & cæteris Galliarum episcopis Cœlestinus. Apostolici verba præcepti sunt, apud Iudæos, atq; Gentiles, sine offensione nos esse debere. Hoc, quisquis Christianus est, tota animi virtute custodiat. Quod cum ita sit, non parum periculi illi manere poterit ante deum, qui hoc detractat etiam fidelibus exhibere. Nam qualiter nos (qui neminem perire volumus) ista contristent, quę, authoribus Christianis, percellũt animos Christianos, dominicus in euangelio sermo testatur. Ait enĩ ipse saluator, quod expediat scandalizanti vnum de pusillis in maris profundum demergi, ideo, quæ sit iam eius pœna, quæramus, cui tale supplicium legimus expedire.

E

Math.18.a & Marci.9.f. & Lucę.17.a.

¶Capitulum primum.

Filij nostri præsentes Prosper, & Hilarius, quorum circa deum nostrũ solicitudo laudanda est, tantum (nescio quibus presbyteris illic licere, qui dissentioni ecclesiarum studeant) sunt apud nos prosecuti, vt indisciplinatas quæstiones vocãtes in medium, pertinaciter eos dicant prædicare aduersantia veritati. Sed vestræ dilectioni iustius imputamus, quando illi supra vos habẽt copiã disputandi. Legim^9, super magistrũ non esse discipulũ, hoc est, non sibi debere quenq̃ ad iniuriã doctorum *vendicare doctrinam. Nam & hos ipsos a deo nostro positos nouimus ad docendum, cum sit, docente apostolo, eis tertius locus intra ecclesiam deputandus. Quid illic spei est, vbi, magistris tacentibus, hi loquuntur? Qui, si ita est, eorum discipuli non fuerunt. Timeo, ne conniuere sit, hoc tacere. Timeo, ne magis ipsi loquãtur, q permittunt illis taliter loqui. In talibus causis non caret suspitione taciturnitas, quia occurreret veritas, si falsitas displiceret. Merito nãq; causa nos respicit, si silentio faueamus errori. Ergo corripiantur huiusmodi. Non sit his liberum habere pro volũtate sermonem. Desinat, si ita res sunt, incessere nouitas vetustatẽ, desinat ecclesiarum quietem inquietudo turbare. Conantur sæpe naufragio mergere, quos intra portũ stãtes, statio facit fida securos. Fida quippe est omnium statio, quorum perfectis gressibus vestigia non mouentur. Recurrerunt ad apostolicam prędicti sedem, hæc ipsa nobis, quæ tentat perturbatio, conquerentes. Habetote, fratres charissimi, pro catholicæ plebis pace tractatum. Sciant, se (si tamen censeantur presbyterij dignitate) vobis esse subiectos. Sciant omnes, qui male docent, quod sibi discere magis ac magis competat, q̃ docere. Nam quid in ecclesiis vos agitis, si illi summã teneant prædicandi? Nisi forte illud obsistat, quod non authoritate, non adhuc ratione colligitur, vt aliqui e fratrum numero, nuper de laicorum consortio in collegium nostrum fortassis admissi, nesciant, quid sibi debeant *vendicare. Super his multa iã dicta sunt eo tempore, quo ad fratris *Tuendi dedimus scripta responsum. Nunc tamen, repetentes sæpius, admonemus *vetentur huiusmodi, qui laborant per terras aliud, quam ille noster iussit agricola seminare. Nec tamen mirari possumus, si hæc erga viuentes hi nunc tentare audent, qui nituntur, etiam quiescentium fratrũ memoriam dissipare.

Matth.10.c.
als, vindicare
1.Corin.12.d

F

als, vindicare
als, Tuenti.
als, vt vitentur

II. Augustinum sanctæ recordationis virum, pro vita sua, atq; meritis in nostra com-

A stra communionem semper habuimus, nec vnq̄ hunc sinistræ suspitionis saltem rumor aspersit, quē tantæ sciētiæ olim fuisse meminimus, vt inter magistros optimos, etiam ante a meis decessoribus haberetur. Bene ergo de eo om̄es in cōmune senserunt, vtpote, q vbiq; cunctis & amori fuerit, & honori. Vnde resistat talibus, quos male crescere videmus. Nefas est, hæc pati religiosas animas, quarū afflictiōe (qui membra nostra sunt) nos quoq; cōuenit macerari, q̄uis maneat hos beatitudo promissa, qcunq; probātur persecutionē propter iustitiā sustinere. Quibus quid promittat dn̄s in futurum, sequēs sermo declarat. Non est agētium causa *solorū, quādo vniuersalis ecclesia quacūq; nouitate pulsat. Intelligamus, hæc ipa vobis, q̄ nobis nō placēt, displicere. Quod ita demū probare poterimus, si imposito improbis silētio, de tali re imposterū querela cessauerit. Dn̄s incolumes vos custodiat, fratres charissimi.

Matth.5.a

al's, sola cum

III Quia nōnulli, q catholico nomine gloriātur, in dānatis hæreticorū sensibus, seu prauitate, siue imperitia demorātes, piissimis disputatoribus obuiare præsumunt. Et cum Pelagiū, atq; Cœlestiū anathematizare nō dubitēt, magistros tamen nostros (tanq̄ necessarium modum excesserint) obloquuntur, eaq; tm̄modo sequi, & probare, profitētur, quæ sacratissima beati apostoli sedes contra inimicos grāe dei per ministerium præsulum suorū sanxit, & docuit. Necessarium igitur fuit, diligēter inquirere, B quid rectores Romanæ ecclesiæ de hæresi, quæ eorum temporibus exorta fuerat, iudicauerint, & contra nocentissimos liberi arbitrij defensores, quid de grā dei sentiendum esse censuerint, ita vt etiam Aphricanorum conciliorum quasdam sentētias iungeremus, quas vtique suas fecerunt apostolici antistites * cum probarunt. Vt ergo plenius, qui in aliquo dubitant, instruantur, constitutiones sanctorum patrum compendioso manifestemus indiculo. Quod si quis non nimium est contentiosus, agnoscat, omnium disputationum connexionem ex hac subditarum authoritatum breuitate pendere, nullamq; sibi contradictionis superesse rationem, si cum catholicis credat, & dicat.

Seq̄ntia.xi capitula vide nt̄ posti⁹ ab alio q̄piā interposita, q̄ eē ipsius Cœlestini pp.

alias, cū probarent.

IIII In præuaricatiōe Adæ om̄es homines naturalem possibilitatē, & innocentiā perdidisse, & neminem de profundo illius ruinæ p liberum arbitrium posse cōsurgere, nisi eum grā dei * miserētis erexerit, pronuntiāte beatæ memoriæ Innocentio papa atq; dicente in epistola ad Carthaginense cōcilium. Liberū eñ arbitrium olim ille perpessus, dum suis incōsultius vtitur bonis, cadens, in præuaricatiōis profunda demersus est, & nihil quēadmodū exinde resurgere posset, inuenit, suaq; in æternum libertate deceptus, huius * ruina iacuisset opp̄ssus, nisi eum postea Chri, p suam grām C releuasset aduentus, q per nouæ regenerationis purificationem omne præteriti peccati vitium sui baptismatis lauacro purgauit.

al's, miserātis. Cui⁹ initiū est ingrendo de his reb⁹, quas omni

alias, ruinæ latuisset opp̄ssu

V Neminem esse p semetipsum bonum, nisi participationem sui ille donet, q solus est bonus. Quod in eisdē scriptis eiusdem pontificis sententia protestat, dicens: Nunqd nos de eorum post hæc rectum mentibus æstimemus, q sibi se putant deberi, quod boni sunt, nec illum considerant, cuius quotidie gratiam consequuntur, q sine illo tantum se assequi posse confidunt.

Ep̄læ hui⁹ initiū est. In ingrendo

VI Neminē etiam baptismatis grā renouatum, idoneū esse, ad superandas diaboli insidias, & ad euincēdas carnis cōcupiscētias, nisi p quotidianū adiutoriū dei, perseuerātiam bonæ cōuersationis acceperit. Quod eiusdem antistitis in eisdē paginis doctrina cōfirmat, dicēs: Nam q̄uis hoīem redimeret a præteritis ille peccatis, tñ * sciens iterum posse peccare ad reparationem sibi (quemadmodum posset illum, & post ista corrigere) multa seruauit, quotidiana præstans illi remedia (q bus nisi freti, confisiq; nitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Necesse est eñ, vt quo auxiliante vincimus, eo iterum non adiuuante vincamur.

In ep̄la priore capi. allegata

al's, eum sciēs

VII Quod nemo, nisi per *gratiam, libero bene vtatur arbitrio, idem magister, in epistola ad Mileuitanum concilium data, prædicat, dicens: Aduerte tandem, o prauissimarum mentium peruersa doctrina, quod primum hominem ita libertas ipsa decepit, vt dum indulgentius frenis eius vtit, in præuaricationem præsumptionis * incideret. Nec ex hac potuit erui, nisi ei, prouidentia regenerationis, statum pristinæ libertatis Christi domini reformasset aduentus.

al's, Chr̄m vel gratiā Chri

al's, cōciderit

VIII Quod omnia ſtudia, & omnia opera, ac merita ſanctorum ad dei gloriam laudemq́ referenda ſunt, quia nemo aliunde ei placet, niſi ex eo, quod ipſe donauerit, in quam nos ſententiam dirigit beatæ recordationis papæ Zozimi regularis authoritas, cum ſcribens ad totius orbis epiſcopos, ait: Nos autem inſtinctu dei (omnia enim bona ad authorem ſuum referenda ſunt, vnde naſcuntur) ad fratrum, & coepiſcoporum noſtrorum conſcientiam vniuerſa retulimus. Hunc autem ſermonem, ſynceriſſimæ veritatis luce radiantem, tanto Aphri epiſcopi honore venerati ſunt, ita vt ad eundem virum reſcriberent. Illud vero, quod in literis, quas ad vniuerſas prouincias curaſti eſſe mittendas, poſuiſti, dicens, nos tamen inſtinctu dei & cætera, ſic accepimus dictum, vt illos, qui contra dei adiutorium extollunt humani arbitrij libertatem, diſtricto gladio veritatis, velut curſim tranſiens amputares. Quid enim tam libero feciſtis arbitrio, quam quod vniuerſa in noſtræ humilitatis conſcientiam retuliſtis? Et tamen inſtinctu dei factum eſſe fideliter ſapienterq́ vidiſtis, veraciter fidenterq́ dixiſtis. Ideo vtiq́ quia præparatur voluntas a domino, &, vt boni aliquid agant, paternis inſpirationibus ſuorum ipſe tangit corda fidelium. Quotquot enim ſpiritu dei aguntur, hi filij ſunt dei, vt nec noſtrum deeſſe ſentiamus arbitrium, &, in bonis quibuſq́ voluntatis humanæ ſingulis motibus, magis illius valere non dubitemus auxilium.

Hoc epiſtoliũ Zozimi papę adhuc ꝓ tẽpore latet nos

Proue. 21. a
Roma. 8. c

IX Quod ita deus in cordibus hominum, atq́ in ipſo libero operetur arbitrio, vt ſancta cogitatio, pium conſilium, omniſq́ motus bonæ voluntatis ex deo ſit, quia per illum aliquid boni poſſumus ſine quo nihil poſſumus. Ad hanc enim nos profeſſionem idem doctor inſtituit, qui cum ad totius orbis epiſcopos de diuinæ gratiæ opitulatione loqueretur. Quod ergo tempus (ait) interuenit, quo eius non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus, cauſis, cogitationibus, motibus, adiutor & protector orandus eſt. Superbum eſt enim, vt quicquam ſibi humana natura præſumat, clamante apoſtolo: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed contra principes, & poteſtates aeris huius, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Et ſicut ipſe iterum dicit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. Gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Et iterum: Gratia dei ſum id, quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit, ſed plus illis omnibus laboraui. Non ego autem, ſed gratia dei mecum.

Iohan. 15. a
Zozimus pp. in epiſtola ad omnes epos quã vt ſupra dictũ eſt, non habetur apud nos
Ephe. 6. b
Roma. 7. d
1. Cor. 15. b

X Illud etiam quod intra Carthaginenſis ſynodi decreta conſtitutum eſt, quaſi proprium apoſtolicæ ſedis amplectimur, quod ſcilicet tertio capitulo definitum eſt, vt quicunq́ dixerit gratiam dei, qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, ad ſolam remiſſionem peccatorum valere, quæ iam commiſſa ſunt, non etiam ad adiutorium, vt non committantur, anathema ſit. Et iterum quarto capitulo ait: Vt ſi quis dixerit gratiam dei per Ieſum Chriſtum, propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipſam nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, vt ſciamus, quid appetere, & quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præſtari, vt quod faciendum cognouimus, etiam facere diligamus, atq́ valeamus, anathema ſit. Cum enim dicat apoſtolus: Scientia inflat, charitas vero ædificat, valde impium eſt, vt credamus, ad eam, quæ inflat, nos habere gratiam Chriſti, & ad eam, quæ ædificat, non habere, cum ſit vtrunq́ donum dei, & ſcire, quid facere debeamus, & diligere, vt faciamus, vt ædificante charitate, ſcientia non poſſit inflare. Sicut autem de deo ſcriptum eſt, qui docet hominem ſcientiam, ita ſcriptum eſt etiam, charitas ex deo eſt. Item quinto capitulo: Vt quiſquis dixerit, ideo nobis gratiam iuſtificationis dari, vt quod facere per liberum arbitrium iubemur, facilius poſſimus implere per gratiam, tanquam & ſi gratia non daretur, non quidem facile, ſed tamen poſſimus etiam ſine illa diuina implere mandata, anathema ſit. De fructibus enim mandatorum dominus loquebatur, vbi non ait, ſine me difficilius poteſtis facere, ſed ait, ſine me nihil poteſtis facere.

In Mileuita. ſynodo, ca. 3
Vbi ſupra in Mileuitana ſynodo.
Roma. 8. a
Pſal. 93
1. Iohan. 4. b
Vbi ſupre in Mileuitana ſynodo.
Iohan. 15. a

XI Præter eas autem beatiſſimæ & apoſtolicæ ſedis inuiolabiles ſanctiones, quibus nos piiſſimi patres peſtiferæ nouitatis elatione deiecta, & bonæ voluntatis exordia, & incrementa probabilium ſtudiorum, & in eis, vſq́ in finem, perſeuerantiam ad Chriſti gratiam referre docuerunt, obſecrationum quoq́ ſacerdotalium ſacramenta reſpiciamus, quæ ab apoſtolis tradita in toto mundo, atque in omni eccleſia catholica vniformiter

Omnes qui ſiunt in die paraſceues.

miter

A miter celebrãtur, vt legẽ credẽdi, lex statuat supplicãdi. Cum eñ sanctarum plebium presules mãdata sibimet legatiõe fungãtur, apud diuinã clemẽtiam humani generis agũt causam, & tota secum cõgemiscẽte ecclesia, postulãt, & precãtur, vt infidelibus donet fides, vt idololatræ ab ĩpietatis suæ liberẽt erroribus, vt Iudæis, ablato cordis velamine, lux veritatis appareat, vt hæretici, catholicæ fidei perceptione, resipiscãt, vt schismatici spm̃ rediuiuæ charitatis accipiãt, vt lapsis pœnitẽtiæ remedium cõferat, vt denique catechumenis, ad regeneratiõis sacra perductis, cœlestis aula misericordiæ reseretur. Hæc autẽ nõ perfunctorie, neque inaniter a dño peti, rerum ipsarum monstrat effectus, quãdoquidem, ex om̃i errorum genere, plurimos deus dignatur attrahere, quos, erutos de potestate tenebrarum, transferat in regnum filij charitatis suæ, & ex vasis iræ faciat vasa misericordiæ. Quod adeo totum diuini operis esse sentitur, vt hæc efficienti deo gratiarum semper actio, laudisque confessio pro illuminatione talium, vel correctione referatur.

Col.1.b
Roma.9.d

XII Illud, quod circa baptizãdos in vniuerso mũdo sancta ecclesia vniformiter agit, nõ otioso cõtemplamur intuitu, cum siue paruuli, siue iuuenes ad regenerationis veniũt sacrm̃, nõ prius fontẽ vitæ adeũt, q̃ exorcismis, & exufflatiõibus clericorum spũs ab eis im̃ũdus abigatur, vt tũc vere appareat, qũo princeps mũdi huius mittatur foras, & qũo prius alliget fortis, & deinceps vasa eius diripiãtur, in possessionẽ trãslata victoris, q captiuam ducit captiuitatem, & dat dona hominibus. His ergo ecclesiasticis regulis, & ex diuina sumptis authoritate documẽtis, ita adiuuãte dño * confortati sumus, vt omniũ bonorum affectuum, atque operũ, & omniũ studiorum, omniumque virtutũ quibus ab initio fidei ad deum tẽditur, deũ* fateamur authorẽ, & nõ dubitemus, ab B ipsius grã om̃ia hominis merita præueniri, p quem fit, vt aliqd boni & velle incipiamus, & facere. Quo vtique auxilio, & munere dei nõ aufertur liberum arbitrium, sed liberatur, vt de tenebroso lucidum, de prauo rectũ, de languido sanũ, de imprudẽte fit prouidum. Tanta eñ erga om̃es homines est bonitas dei, vt nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius dona, & pro his, quæ largitus est, æterna præmia sit donaturus. Agit quippe in nobis, vt quod vult, & velimus, & agamus. Nec otiosa in nobis esse patitur, quæ exercẽda, nõ negligẽda donauit, vt & nos cooperatores simus gratię dei. Ac si quid in nobis ex nr̃a viderimus remissiõe languescere, ad illũ solicite recurramus, q sanat omnes languores nostros, & redimit de interitu vitam nostram, & cui quotidie dicimus, ne inducas nos in tentationem, sed libera nos a malo.

Iohan.12.e
Matth.12.c
Marci.3.d
Ephe.4.b, &
Psal.67
al's, informati,
vel cõformati
al's, profiteamur.
Philip.2.b
1.Cor.3.b
Psalm.102
Matth.6.b

XIII Profundiores vero, difficilioresque partes * occurrẽtium quæstionum, quas latius ptractarunt, q hæreticis restiterũt, sicut nõ audemus cõtemnere, ita nõ necesse habemus astruere, qa ad confitẽdum gratiam dei, cuius operi, ac dignationi nihil penitus subtrahẽdum est, satis sufficere credimus, quicqd secundum prædictas regulas, C apostolicæ sedis nos scripta docuerunt, vt prorsus non opinemur catholicum, quod apparuit præfixis sententijs esse contrarium.

alias, incurrẽtium, intercurrentiũ.

¶AD EPISCOPOS GALLIAE, EPIstola eiusdem secunda.

COElestinus vniuersis epis per Viennensem & Narbonensem prouincias constitutis, in domino salutem. Cuperemus qdem de vestrarum ecclesiarum ita ordinatione gaudere, vt congratularemur potius de prouectu, q̃ aliquid admissum disciplinã ecclesiasticã doleremus. Ad nostram eñ lætitiam & benefacta perueniunt, & mœroris aculeis nos, quæ fue-

quæ fuerint malefacta, compungunt. Nec silere possumus, cum ad hoc, vt ab illicitis reuocemus aliquos, officij nostri prouocemur instinctu, in speculis a deo constituti, vt vigilantiæ nostræ diligentiam comprobantes, & quæ coercēda sunt, resecemus, & quæ obseruanda sunt, sanciamus. Et quamuis circa longinqua spiritualis cura non deficiat, sed se per omnia, qua nomen dei prædicatur, extendat, nec notitiam nostram subterfugiunt, quæ in euersionem regularum, nouellæ præsumptionis authoritate tentantur.

D

¶Capitulum primum.

Didicimus enim, quosdam dñi sacerdotes superstitioso potius cultui inseruire, q̄ mentis, vel fidei puritati. Sed non mirum, si contra ecclesiasticum morem faciunt, q in ecclesia non creuerunt, sed alio venientes itinere, secum hæc in ecclesiam, quæ in alia conuersatione habuerant, intulerunt. Amicti pallio, & lumbos præcincti, credunt se sanctæ scripturæ fidem, nō per spm̄, sed per literam * complexuros. Nam si ad hoc ista præcepta sunt, vt taliter seruarētur, cur non fiunt pariter, quæ sequuntur, vt lucernæ ardentes in manibus vnà cum baculo teneantur? Habent autē suum ista mysterium, & intelligentibus ita clara sunt, vt ea magis, qua decet, significatione seruētur. Nam in lumbo℞ præcinctione castitas, in baculo regimen pastorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis indicatur. De quo dicit: Sic opera vestra luceant. Habent tamen istum forsitan cultum, morem potius q̄ rationem sequentes, q remotioribus habitant locis, & procul a cæteris degunt. Vnde hic habitus in ecclesiis Gallicanis, vt tot anno℞, tantorumq; pontificum in alterum habitum consuetudo * vertat? Discernēdi a plebe, vel cæteris sumus doctrina non veste, conuersatione nō habitu, mentis puritate non cultu. Nam si studere incipiamus nouitati, traditum nobis a patribus ordinem calcabimus, vt locum superuacuis superstitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere. Docendi enim potius sunt, q̄ illudendi. Nec imponendum est eorum oculis, sed mētibus infundenda præcepta sunt. Erant quidem multa, quæ pro disciplina ecclesiastica, vel ipsius rei dicere ratione possemus, sed ab his ad alia * reuocamur.

alias, cōplexuros, vel cōplecturos.

Luc. 12. c

E

Matth. 5. b

als, versetur.

alias, deuocamur

II Agnouimus enim pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum desiderijs annui, qui obitus sui tempore, hoc animæ suæ cupiunt remedio subueniri. Horremus (fateor) tantæ impietatis aliquem reperiri, vt de dei pietate desperet, quasi non possit, ad se quouis tēpore concurrenti, succurrere, & periclitantem sub onere peccatorum hominem redimere, quo se ille expediri desiderat, & liberari? Quid hoc rogo aliud est, q̄ morienti mortem addere, eiusq; animam, sua crudelitate, ne absolui possit occidere? cum deus ad subueniendum sit paratissimus, & inuitās ad pœnitentiam, sic promittat, peccatori (inquiens) quacunq; die conuersus fuerit, peccata eius non imputabuntur ei. Et iterum: Nolo mortem peccatoris, sed tantum conuertatur, & viuat. Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis tempore pœnitentiam denegauerit. Et desperat de clementia dei, qui eum ad subueniēdum morienti sufficere, vel in momento posse non credit. Perdidisset latro in cruce præmium, ad Christi dexteram pēdens, si illum vnius horæ pœnitentia non iuuisset. Cum esset in pœna, promittit, & p vnius sermonis promissionem habitaculum paradisi, deo pœnitente, promeruit. Vera ergo ad deum conuersio, in vltimis positorum, mente potius est existimēda, quàm tempore, propheta hoc taliter asserente. Cum cōuersus, ingemueris, tunc saluus eris Cum ergo dominus sit cordis inspector, quouis tempore non est deneganda pœnitentia postulanti, cum ille se obliget iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari.

26. q. 6. agnouim⁹ morient.

F

Ezech. 33. c. d

Ibi. c. & 18. e

Lucæ. 23. f

Ezec. 18. & 33

III Ordinatos vero quosdā, frēs charissimi, epos, q nullis ecclesiasticis ordinibus ad tātæ dignitatis fastigiū fuerint instituti, cōtra patrū decreta huius vsurpatione, q se hoc recognoscit fecisse, didicimus, cum ad episcopatum his gradibus, quibus frequētissime cautum est, debeat perueniri, vt minoribus initiati officijs, ad maiora firmentur. Debet enim ante esse discipulus, quisqs doctor esse desiderat, vt possit docere, quod didicit. Omnis vitæ institutio hac, ad id, quo tendit, se ratione confirmat. Qui minime literis operam dederit, præceptor non potest esse literarum?

Dist. 59. Ordinatos vero quosdam.

Qui nō

A Qui non per singula stipendia creuerit, ad meritum ordinē stipendij non potest peruenire. Solū sacerdotiū inter ista, rogo, vilius est? Quod facilius tribuitur, cum difficilius impleat. Sed iam nō satis est laicos ordinare, quos nullus fieri ordo permittit, sed etiā quorum crimina longa, lateq; per oēs pene prouincias nota sunt, pontifices ordinātur. Daniel enī, nuper missa relatione ex Orientalibus ad nos partibus, ab omni, quod tenuerat, virginum monasterio nefarijs est obiectationibus accusatus. Multa de multis obiecta flagitia, in quanam lateret terrarum parte, quaesitus est, vt si suae innocentiae cōsideret, cōtra se iudiciū postulatū minime declinaret. Missae sunt ad Arelatensem epm p Fortunatum subdiaconū nostrū pceptiones, vt ad iudiciū destinaret episcopale. Tantis grauatus testimonijs, tanta facinorum accusatione pulsatus, sacrarum (vt dicitur) virginū pollutus *incesto, eps asserit ordinatus. Et vt in nostri libellis scrinij continet, quorum ad vos quoq; exemplaria direximus, in pōtificij dignitatē, hoc tēpore, quo ad causam dicēdam, missis a nobis literis, vocabat, obrepsit. Sacro nomini absit iniuria. Facilius est, vt hanc dignitatē tali dando, ipse amiserit ordinator, quā eam obtineat ordinatus. Cui cōuicto sociabit, qui sibi eum credidit largiendo pōtificium sociādum. Qualis enī ipse sit, quisqs tales ordinauerit, ostendit. His ergo in medium nūc deductis, cum plerique vestrū sint, q apostolicę sedis statuta cognouerint, nobiscū tempore aliquanto versati, ad disciplinae normam, nostris conuenta adhortationibus omnia fraternitas vestra festinet reuocare.

Dist. 81. Tātis Daniel gra. al's, incestu, in differēter

B IIII Primum iuxta canonum decreta, vnaquaeq; prouincia suo metropolitano contēta sit, vt decessoris nostri data ad Narbonēsem epm cōtinēt cōstituta, nec vsurpationis locus alicui sacerdoti in alterius concedat iniuriam. Sit cōcessis sibi cōtentus vnusquisq; limitibus, alter in alterius prouincia nihil praesumat, nec emeritis in suis ecclesiis clericis peregrini, & extranei, & q ante ignorati sunt, ad exclusionem eorum, q bene de suorum ciuium merētur testimonio, praeponātur, ne nouum quoddam, de quo episcopi fiant, institutum videatur esse collegium.

Bonifacij ver. capi. 4

Dist. 61. Nec emeritis

V Nullus inuitis detur eps. Cleri, plebis, & ordinis cōsensus, & desideriū requiratur. Tunc alter de altera eligat ecclesia, si de ciuitatis ipsius clero, cui est eps ordinādus, nullus dignus (quod euenire nō credimus) poterit reperiri. Primū enī illi reprobādi sunt, vt aliqui de alienis ecclesiis merito praeferātur. Habeat vnusqsq; fructū suae militiae in ecclesia, in qua suā per oīa officia trāsegit aetatem. In aliena stipēdia minime alter obrepat, nec alij debitam, alter sibi audeat vendicare, mercedem. Sit facultas clericis renitēdi, si se viderint praegrauari, & quos sibi ingeri ex transuerso agnouerint, non timeant refutare Qui & si non debitum praemium, vel liberum de eo, qui eos recturus est, debent habere iudicium.

Dist. 61. Nullus iuitis det. Et dis. 63. Cleri, plebisq;, & in de. luo. li. 3

C VI Abstineat etiā ab illicitis ordinatiōibus. Nullus ex laicis, nullus digamus, nullus, q sit viduae maritus, aut fuerit, ord[illegible]et, sed irreprehēsibilis, & qualē elegit apostolus fiat. Per Moysen dns pcepit: Virginē accipiat sacerdos vxorē. Subsequit, & supplet apls, eodē locutus spū, vni[us] vxoris virū, epm debere cōsecrari. Ad hāc ergo eligātur formulā sacerdotes, & si q factae sunt ordinatiōes illicitae, remoueant, qm stare nō possunt, nec discussionē nostrā subterfugere poterūt, q uis latere se aestimēt, q * taliter puenerūt. Et vt nulla religionis reuerētia obscuritate fucet, nō sit vana gloriatio palliatis. Episcopalē morē, q epi sunt, sequant. Daniel (vt diximus) q accusationē pontificali honore subterfugere se credidit, posse, & ad fastigiū tm, accusatores suos latēdo, puenit, a sanctitatis vestrae coetu interim se nouerit segregatū, q se nostro iudicio debet obijcere, si consciae suae nouit* fiduciā obtinere. Massiliēsis vero ecclesiae sacerdotē, q dicit (qd dictu nefas est) in necē fratris taliter gratulatus, vt huic, q eius sanguine cruētatus, aduenerat, portionem cum eodem habiturus occurreret, ex vestro eum audiendum collegio delegamus. Data septimo Kalendas Augusti, Felice, & Tauro viris clarissimis consulibus.

1. Timo. 3. a
Leui. 21. c
1. Timo. 3. a

alias, aliter

al's, cōfidētiā

¶ Istorum consulum annus assignatur, a Mariano Scoto. cccc. xlix. secundum veritatem euangelij, sed iuxta Dionysii cyclum. cccc. xxvij. Et fuit Coelestini papae annus sextus. A Gregorio vero Haloandro anno. cccc. xl.

Episto

EPISTOLA EIVSDEM CELESTINI PAPAE tertia, ad episcopos Apuliæ, & Calabriæ.

¶ Capitulum primum.

Dist. 38. Nulli sacerdotũ lic. alias, digne alias, obseruabitur

CElestinus vniuersis ep̄is per Apuliam, & Calabriam constitutis. Nulli sacerdotum liceat canones ignorare, nec quicq̃ facere, quod patrum possit regulis obuiare. Quæ em̃ a nobis res *digna* seruabitur, si decretalium norma constitutorũ, pro aliquorum libitu, licentia populis permissa frangatur?

als, illic his,

Dist. 61. Quid proderit per. alijs, qui his profuturi.

II Audiuimus, quasdam proprijs destitutas rectoribus ciuitates, ep̄os sibi velle petere de laicis, tantumq́; fastigium tam vile credere, vt hoc his, qui non deo, sed seculo militauerint, æstiment nos posse conferre, non solum male de suis clericis (in quorum contemptum hoc faciunt) iudicantes, sed de nobis pessime (quos credunt hoc posse facere) sentientes. Quod nunq̃ auderent, si non quorundam *illicitis consentiens sentẽtia cõniueret. Ita nihil, quæ frequẽtius sunt decreta, proficiunt, vt hoc quasi nunq̃ de hac parte scriptum fuerit, ignoretur. Quid proderit, per singula clericos stipendia militasse, & omnem egisse in dñicis castris ætatem, si *hi, qui præfuturi sunt ex laicis requirantur. Qui vacantes seculo, & omnem ecclesiasticum ordinem nesciẽtes, saltu ꝑpropero, in alienũ honorẽ ambiũt, immoderata cupiditate trãscendere, & in aliud vitæ genus, calcata reuerẽtia ecclesiasticæ disciplinæ transire. Talibus itaq;, fratres charissimi, qui iuris nostri, id est, canonum gubernacula custodimus (necesse est) obuiemus, hisq́; fraternitatem vestram epistolis commonemus, ne quis laicum ad ordinem clericatus admittat, & sinat fieri, vnde & illum decipiat, & sibi causas generet, quibus reus constitutis decretalibus fiat.

Dist. 62. Docẽdus ẽ pp̄ls

III Docendus est populus, non sequendus. Nosq́; (si nesciunt) eos, quid liceat, quidve non liceat, commonere, non his consensum præbere debemus. Quisquis vero conatus fuerit tentare prohibita, sentiat censuram apostolicæ sedis minime defuturam. Quæ enim sola admonitionis authoritate non corrigimus, necesse est, per seueritatem congruẽtem, regulis vindicemus. Per totas ergo hoc (quæ proprijs rectoribus carẽt) ecclesias volumus, innotescat, vt nullus sibi spe aliqua forsitan *blanditus illudat. Data. xij. Kal. Augusti. Florentio & Dionysio consulibus.

blandicus, secundũ Calepinũ, q̃ blãdit

¶ Horum consulum annum designat Marianus Scotus. cccc. l. iuxta veritatem euãgelij, secundum vero Dionysii cyclum. cccc. xxviij. Et Celestini papæ, anno. vij. Gregorius quoque Haloander anno Christi. cccc. xxxi.

DECRETA CELESTINI PAPAE, QVAE SVNT in corpore decretorũ Gratiani, nec habentur in superioribus ipsius epistolis, vel decretis, numero. iiij.

PRIMVM.

In alterius parochia, nisi eo vocante, nulli aliquid agere licet.

9. q. 2. Nullus primas, null9 metropolita.

Nullus primas, nullus metropolitanus, nullus reliquorũ episcoporũ alterius adeat ciuitatem, quæ ad eum non pertinet, & alterius ep̄i parochiam super eius dispositione, nisi vocatus ab eo, cuius iuris esse cognoscitur, vt quicq̃ ibi disponat, vel ordinet, aut iudicet, si sui gradus honore potiri voluerit, finaliter præsumpserit, damnabitur, & non solum ille, sed cooperatores, & consentiẽtes ei, quia sicut ordinatio, ita eis & iudicatio, & aliarũ rerum dispositio prohibetur. Nam qui ordinate non poterit, quõ iudicabitur? Nullatenus proculdubio iudicabit, aut iudicare poterit.

SECVNDVM.

Par pœnitentia ei indicitur, qui spiritualem filiam, & pœnitentialem suam violare monstrat.

30. q. 1. Si quis sacerdos cũ.

Si q̃s sacerdos cum filia sp̄uali fornicatus fuerit, sciat se graue adulteriũ commisisse. Idcir-

A Idcirco fœmina,si laica est,omnia derelinquat,& res suas pauperibus tradat,& conuersa,in monasterio deo vsq; ad mortē seruiat. Sacerdos autem, q malū exemplū dedit hominibus,ab omni officio deponatur,& peregrinando duodecim annis pœniteat. Postea vero ad monasterium vadat,ibiq; cunctis diebus vitæ suæ deo seruiat

TERTIVM.

¶ De Eodem.

Non debet episcopus,aut presbyter,commisceri cum mulieribus,quæ ei sua fuerint confessæ peccata. Si forte(quod absit)hoc contigerit, sic pœniteat,quo modo de filia spūali,eps.xv.annos,presbyter.xij.& deponatur,tamen si in conscientia deuenerit.

30 q.1. Non debet

QVARTVM.

Videtur nobis,q̄ secunda quam contra prohibitionem ecclesiæ duxit,non sit vxor, etiam si primā non haberet desponsatam. Nam quod contra interdictum,& *ordinē ecclesiæ factum est,ratum nō haberi, tam humanæ q̃ diuinæ legis proclamat authoritas,qa ea,quam inordinate superduxit,prohibitione renitente, vxor nō est. Eam cogēdus est recipere,quam iurauit,& desponsauit,& ex ea prolem genuit,vt iuramenti religio nō vilipendatur,& fides adinuicē promissa seruet,proles in cultu dei nutriat,& educetur,& alij exinde occasionē peccādi,& alios decipiēdi,assumere nō valeāt. Quod aūt parētes,fratres, & cognati vtriusq; sexus in testificationē filij, & filiæ ad matrimonium cōiungendū,vel dirimendū admittātur,tam antiqua cōsuetudine,legibus approbata, q̃ diuinis,& humanis legibus approbat. In dirimēdo aūt m̄rimonio,ideo maxime parētes recipiūtur,*siue si defuerint parentes,proximiores admittūtur, qa vnusq;q; suam genealogiam cum testibus, & chartis,cum exercitatione,& recitatiōe maiorum scire laborat. B Quia igitur alijs melius sciunt, ideo maxime admittūtur. Similiter etiā recipiūtur, & in testificationē matrimonij cōiungēdi. Qui em̄ melius recipi debēt, q̃ illi,q melius sciunt, & quoꝝ est interesse,ita vt si nō interfint,& cōsensum nō adhibuerint,secūdū leges nullum fiat matrimonium. Quod vero legit,pater nō recipiat in causa filij,nec filius in causa patris, in criminalibus causis,& contractibus verum est. In matrimonio cōtrahēdo,& disiungēdo,ipsius cōiugij prærogatiua qa & fauorabilis res est,cōgrue recipiunt.

35.dist.6. Videtur nobis. alias,ordinationem.

alias,&.

COELESTINI PAPAE .IIII. EPISTOLAE ad synodum Ephesinam fragmentum.

SPiritus sancti testatur præsentiam congregatio sacerdotum. Certum est em̄ quod legimus,quia nec potest veritas nostra mentiri,cuius in euangelio ista sententia est: Vbi duo, vel tres cōgregati fuerint in noīe meo,ibi & ego sum in medio eoꝝ. Quod cum ita est, nā nec huic tam breui numero spūs deest, C quantomagis eum nunc interesse credamus in vnum conuenientium turbæ sanctoꝝ? Sanctū nāq; concilium est pro debita veneratione collectum,in quo vtiq; nunc apostolorum frequentissimæ illius,quā legimus,congregationis aspiciēda reuerētia est. Nunq̃ his defuit,quē receperant prædicādum. Affuit semp his dn̄s & magister, nec docentes a suo doctore deserti sunt. Docebat ille,q̃ miserat,docebat,q & dixerat,quod docerēt, docebat,qui & in apostolis suis se confirmat audiri. Hæc ad omnes in commune,domini sacerdotes,mandatæ prædicationis cura peruenit. Hæreditario nanq; in hanc solicitudinem iure constringimur,quicunq; per diuersa terrarum eorum vice nomen domini prædicamus,dum illis dicitur: Ite, docete omnes gentes. Aduertit vestra fraternitas,quia accepimus generale mandatum. Omnes etiam nos agere voluit, quod illis sic in commune mandauit officium. Necesse est,nostrum sequamur authorem, subeamus omnes eorum laborem,quibus omnes successimus in honorem. Perstemus,eorum diligentiam prædicantes, postquam monente apostolo, nullam prædicationem iubemur admittere. Non est minor tradentis officio custodia traditionum. Illi iactauerunt semina,nostra hæc solicitudo custodiat,vt incorruptum, & multiplicem fructum nostri patrisfamilias aduentus inueniat,cui soli vtiq; assignatur veritas,loquente electione sua,se plantare,& rigare,deum autem incrementum dare.

Matth.18.c

Acto.1.a

Leuiti.o.c Luc.10.a Marc.16.d

1.Coꝝ.3.b

¶ Finis præsentis fragmenti, atque totius concilij Ephesini, necnon & decretorum Cœlestini papæ.

CONCILIVM EPHESINVM SVB COELESTINO PAPA I.

¶ Concilij Ephesini quædam præambula ex Cassiodori historia tripartita. lib. xij. cap. iiij. & sequentibus, &c.

Defuncto Sisinnio Imperatoribus visum est, nullum ex Constantinopolitana ordinari pontificē, eo q̄d essent vanæ gloriæ, & sibimet arrogātes. Interea Nestorius venit ab Antiochia euocatus. Erat em̄ ibi quidā Nestorius noīe, genere Germanicieñ. bonæ vocis, & simul eloquij, ideoq; eum, quasi opportunū doctrinis euocauerunt. Cūq; transissent tres mēses Nestorius venit ab Antiochia, qui castitate inter plurimos præcipuus habebatur. Quibus autē fuerit moribus institutus, sapientes a primo eius sermone non latuit. Ordinatus em̄ decima die mēsis Aprilis, consulatu Felicis & Tauri, mox illā diuulgatam coram omni populo protulit vocem, faciens sermonē ad principem. Da mihi, o Imperator, terram purgatam ab hæreticis, & ego cœlū tribuo. Debella mecū hæreticos, & ego debello Persas. Hæc cū dixisset, licet quidā odio haberent hæreticos, tamē leuitas sensus eius, & indignationis initium, & vanæ gloriæ tumor eis valde displicuit, quia neq; paruulum tempus sustinens, ad talia verba descendit, & secundum prouerbium (vt ita dicam) cum neq; ciuitatis adhuc gustasset aquā, persecutor feruentissimus apparebat. Quinta vero ordinationis die Oratorium Arrianorum, in quo latenter cōueniebant, auferre volens, eos ad tantum furorem perduxit, vt idem Oratorium concremarent, quæ causa etiā vicinas consumpsit ædes, turbaq; vehemens in ciuitate prouenit. Et post pauca.

E

Nouatianos autē depopulari tentabat, eo quod Paulus eps̄ præditus esse reuerentia diceretur, sed proceres eius impetū refrenarunt. Quæ vero circa Asiam, Lydiam, Cariam, contra Quartadecimanos mala cōmiserit, & quanti propter eū circa Miletū, & Sardis, facta seditione, sint mortui, nunc omitto. Quam vero propter hæc, & propter ineffrenatam linguam receperit vltionē, post pauca narrabo. Nūc ita res memorabilis indicanda est. Quædā gens vltra Rhenū fluuium est Burgundionum. Isti vitā quietā agunt, & pene omnes fabri lignoꝝ sunt, ex qua mercede pascuntur. Regionem Huni crebra inuasione vastarunt, & plurimos occidebant. At illi licet anxietate cōstricti, ad nullum se tamen hominū contulerunt, sed alicui se committere deo cogitabant. Tunc audientes, q̄a Romanorum deus fortiter adiuuat se timentes, omnes communi consilio ad credulitatē Christi confugiunt, venientesq; in vnam ciuitatem Galliaꝝ, rogabant, vt ab ep̄o Christianū baptisma mererentur. At ille septem diebus faciens eos ieiunare, & imbuens fide, baptizatos octaua die abire præcepit. Qui sumpta fiducia cōtra tyrannos alacriter festinantes, & spe sua priuati non sunt. Nā rex Hunoꝝ nomine Suptarus, cum per noctē fuisset ciboꝝ nimia voracitate corruptus, Burgundiones Hunorum gētem inimicam sine duce reperientes, & pauci pluribus resistentes, facta cōgressione vicerūt. Nā cū essent isti tria milia, circa decē milia peremerūt, & ex illo cūcta gens feruentissime in Christianitate permansit. Et post pauca.

F

Sed sicut ait scriptura, vinum non deesse ebriosis, neq; contentioso lites, sic quoque Nestorio amanti p̄secutiones euenit, vt persequeretur semper ecclesiam dei. Erat cū eo Anastasius presbyter, ab Antiochia pariter destinatus, quē nimis honorabat, & veluti consiliarium habebat in causis. Aliquando igitur coram ecclesia docens Anastasius, dixit, dei genitricem Mariam nullus appellet. Maria em̄ homo fuit, & deū ab homine generari, nimis est impossibile. Hoc cū auditum fuisset, plurimos clericoꝝ, & laicorum pariter conturbauit. Olim năq; didicerant, deum fateri Christū, & nullatenus eum per dispensationem velut hominem a diuinitate separari, credētes apostolicæ voci, quæ dixit: Et si cognouimus secundum carnem Christū, sed nūc nequaquam cognoscimus. Quapropter relinquentes de Christo sermonem, ad perfectionem procedamus. Tumultu siquidem (sicut dixi) in ecclesia facto, Nestorius Anastasii sermonē confirmari volens, & non redargui, velut blasphemū, qui ab eo videbatur honorari, frequenter ex hoc coram ecclesia docuit, & cū maiori contentione quæstionē hanc

2. Corī. 5. d.

habebat,

A habebat, sermonem dei genitricis abijciens. Vnde diuisio nata est in ecclesia, & velut in nocturna lite, diuersi nunc his, nũc alijs consentiebant, & verba propria denegabãt. Nestorius autẽ apud multos in ea erat opinione, quia purũ hominem diceret Christũ, & tanquã Pauli Samosateñ. atq; Photini dogma, inter ecclesias introduceret. Sed maxima de his quæstio mota est, ita vt vniuersalis synodus ageretur. Ego vero legẽs Nestorij libros, quos intellexisse comperi, hunc virũ, & cũ veritate cõspexi, neq; pro eius inimicitijs, neq; pro gratia alterius explanabo. Non mihi videtur Nestorius, neque Samosatenus sequutus Paulum, neq; Photinum, neq; purum hominem dixisse Christũ, sed sermonẽ tantummodo, quasi metuendum expauisse, & hoc passum, quia nõ erat decenter eruditus. Qui dũ naturaliter eloquens fuisset, se putabat edoctũ, & libris antiquorum interpretũ dedignabatur incumbere, omniũq; se meliorem putabat esse, ignorans, quia in catholica Iohannis epistola in antiquis exemplarijs habeatur, omis spiritus, qui soluit Iesum, a deo non est. Hunc enim sensum ex veteribus exemplaribus abstulerunt, qui separare nolunt ab hominis dispensatione diuinitatem. Quapropter veteres interpretes hoc ipsum designauerunt, quoniam aliqui adulterati sunt hãc epistolam, soluere hominem a deo volentes. Est enim humilitas copulata diuinitati, & iã non sunt duo, sed vnum. Hac ratione confidenter antiqui, Mariam dei non timuerũt

B dicere genitricẽ. Pamphylus enim Eusebij, tertio libro de vita Cõstantini, dixit. Etenĩ generationem sustinere, quæ nobiscum est, propter nos voluit, & locus eius in charitate generationis nominatus est apud Hebræos Bethleem. Quamobrem & Helena augusta deo amabilis, locum, vbi dei genitrix peperit, memorijs memorabilibus adornauit, hanc sacratissimam speluncam decenter irradians. Sed & Origenes in primo tomo de epistola Pauli ad Romanos ait: Quomodo dei genitrix dicatur, licet latius animaduertere. Apparet igitur Nestorium ignorasse lectiões antiquorum. Quapropter (sicut dixi) in sermone solo moratus est, & non solum eum sermonẽ ex animo dedit, sed etiam omnino deum esse, qui natus est, denegauit. Nos enim fatemur, quoniã qui de sancta virgine natus est, crucifixus est, est & dominus gloriæ, sicut dicit apostolus: Si cognouissent, nunq̃ dominũ gloriæ crucifixissent. Porro Nestorius dicit. Noli gloriari Iudææ. Non crucifixisti deum, tanquã ipse dñs gloriæ idem non sit deus. Nã quod purum non dicit hominẽ Christum, sicut Photinus, aut Paulus Samosatenus etiã Homiliæ, quas fecit, ostendũt. Nusquam enim dei verbi substantiã peremit, sed vbiq; eũ subsistere confitetur, & habere substantiam, non sicut Photinus, & Samosatenus eius existentiam perimentes. Hoc enim & Manichæi a Montano dogmatizare p̃sumũt. Sic ergo Nestoriũ ego inuenio sapuisse ex eius libris. Non ergo mediocrẽ concussionẽ orbi terrarũ tepidissima Nestorij ratiocinatio concitauit.

C

1. Iohan. 4. a

1. Cor. 2. b

Socrates.

Non multo post tempore iussio principalis episcopos vndiq; ad Ephesum conuenire præcepit. Mox igitur post paschalẽ festiuitatem Nestorius cum maxima multitudine venit ad Ephesum, inueniťq; plurimos episcoporum ibi fuisse collectos. Porro Cyrillus Alexandrinus, modicũ retardatus, circa Pentecosten occurrit. Quinta vero die post Pentecosten & Iuuenalis Hierosolymorum venit. Porro Iohanne Antiochæno tardante, mouebant præsentes episcopi quæstionem. Cyrillus autem Alexãdrinus episcopus, deflorationes quasdam librorum Nestorij faciebat, eum turbare volens, etenim erat inimicus eius. Et cum plurimi deum confiteantur esse Iesum, ego, inquit, Nestorius bimembrem, & trimembrem nequaquam confiteor deum, qua gratia mundus sum a sanguine vestro, & amodo ad vos non venio. Dum itaq; hæc dixisset, cum reliquis congregabatur episcopis, qui eius sententiam sequebantur. Præsentes ergo in duos ordines sunt diuisi. Porro Cyrillus cum suis facto concilio Nestorium vocauerunt. At ille non obediuit, differens in præsentiam Iohannis Antiocheni. Qui vero circa Cyrillum homilias Nestorij, quas de hac quæstione protulerat, sæpius relegentes, & ex ipsis iudicantes eum, velut blasphemantem dei filium, damnauerunt. Hoc facto, qui circa Nestorium, aliud apud se concilium facientes, damnauerunt Cyrillum, & cum eo Memnonem Ephesiæ ciuitatis episcopum. Non vero post multũ venit etiam Iohannes Antiochænus episcopus, & cognoscens, quæ facta sunt, indignabatur contra Cyrillum, tanquam seditionis authorem, eo quod sic feruentissime Nestorij fecisset damnationem. Porro Cyrillus, cum Iuuenale volens se vlcisci

Vbi sup. ca. 5

contra Iohannem, damnauit etiam ipsum. His tali commixtione confusis, cognoscēs Nestorius contentionem ad quandam pernitiem peruenisse, dei genitricem Mariam vocabat dicens. Dicatur etiam dei genitrix Maria, & ea, quæ *ferūt tristitiā, conquiescant. Sed nullus eum ex pœnitentia talia dicentem suscepit. Quapropter hactenus cā natus, & in exilium missus, eas *Onasin inhabitare dinoscitur. Hunc ergo terminū tūc synodus habuit, quæ gesta sunt consulatu Bassi, & Antiochi. xxviij. die Iunij mensis.

D

als, afferunt.

alias, Omsam

¶ Testimonia cosmographorum de hac ciuitate Ephesina.

Ptolo. em illius meminit lib. v. ca. ij. tit. Asia proprie dicta, & minor, vbi dicit, In Icario Pelago Erythræ, &c. Ephesus. Plinius aūt lib. v. ca. xxix. tit. Laodicea, Apamia, Ionia, Ephesus sic scribit. In ora aūt Manteū Ephesus Amazonū opus, multis an̄ expetita noībus. Alopes, cū pugnatū apud Troiā ē, mox Ortygia, & Morges vocata ē, & Smyrna cognoīe Trachea, & Samornion, & Ptelea. Attollit mōte Pyone, alluit Caistro ī Sylbianis iugis orto, multosq; amnes deferēte, & stagnū Pegaseū, q̄d Phyrites amnis expellit. Ab his multitudo limi est, qua terras propagat, medijsq; iā cāpis Syrien insulam adiecit. Fons in vrbe Callippia templum Dianæ complexa. Antoninus autem in itinerario non ponit Ephesum, sed Ortygiam, quæ vix æstimatur huic loco conuenire. Ponit autem illam tit. Inter Egenum & Manteum mare, &c.

E

Strabo lib. xij. vbi dicit, Amazonas inter Mysiam, Cariam ac Lydiam (vt Ephorus putat) prope Cumam patriam suam. Sed rationem aliquam habet. Fortasse enim regionē dicit, quæ prius ab Amazonibus habitabatur, postmodū ab Aeolibus, & Ioribus habitatam, & vrbes quasdam ab illis cognominatas, vt Ephesum Smyrnam, Cumam, & Magnesiam. Et idem libro. xiiij. vbi ait: Nunc rursum singula percurrenda sunt, initio a principalibus sumpto, a quibus alia cōdita fuere. De Mileto, inquam, atq; Epheso. Hæ nanq; optime vrbes sunt atq; clarissimæ.

Præterea de hoc concilio pauca per se descripta habentur. Verum latius prosequitur de eodem prima actio synodi Calcedonen̄. ad quam recurrendum est pro istius clariori notitia. Ibi nāq; tam primi prophani, q̄ secundi concilij Ephesini acta, & episcoporum subscriptiones latius q̄ alias alibi describuntur. Similiter & in breuiario sancti Liberati archidiaconi ecclesiæ Carthaginen̄. septimæ regionis (quod nuncupatur breuiarium causæ Nestorianorum & Euthycianorum) dictus author admodum pulchre de hoc concilio prosequitur, & diffuse satis. Habetur autem idem breuiarium p ordinem circa tempora Vigilij papæ.

INcipit synodus Ephesina prima ducentorum episcoporum, habita aduersus Nestorium Constantinopolitanum episcopum, qui purum hominem ex sancta virgine Maria natum asseruit, vt aliam personā carnis, aliam faceret deitatis. Nec vnū Christum in verbo dei, & carne sentiret, sed separatim, atq; seiunctim alterū filiū dei, alterum hominis prædicaret. Conuenit autem hæc synodus, Theodosio iuniore terdecies, & Valentiniano ter, consulibus, Era. cccclx viij. Cui synodo vice sancti Cœlestini papæ (cuius anno penultimo hæc synodus secundum Marianum Scotum celebrata est) præsedit beatissimus quondam Cyrillus Alexandriæ episcopus, qui cum omni cōcilio, ad eundē Nestorium hæc synodalia decreta transmisit.

F

¶ EPISTOLA CONCILII EPHESINI ad Nestorium.

Matth. 10. d

REligioso, & deo amabili consacerdoti Nestorio Cyrillus, vel quicunq; sunt apud Ephesinam synodum. Cum saluator noster aperte pronūtiet, qui diligit patrem, aut matrem super me, non est me dignus, & qui diligit filium, aut filiam super me, non est me dignus, quid nos faciemus, q deposcimur a tua religione, vt te super Christum, saluatorem omnium, diligamus? Quid enim nobis in die iudicij proderit, aut quam satisfactionem reperire poterimus, propter tam diuturnum silentium, de prolatis a te cōtra eum blasphemijs? Et si quidem, te tantummodo læderes, docēs ista vel sentiens solicitudo nobis minor existeret, cum vero totam scandalizaueris ecclesiam, & fermentum insolitę prauitatis,

& nouæ

A & nouæ hæresis miscueris in populis, nec tantum ibidem positis, sed vbiq; consisten-tibus, (nam tuarum expositionũ libri per cuncta vulgati sunt) pro nostro silentio, quę ratio vltra, vel excusationis sermo sufficiat? Aut quomodo non necesse sit, meminisse Christi domini, sic dicentis: Non putetis, quod venerim pacem mittere in terram. Nõ veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrẽ suũ, & filiam aduersus matrem suam. Nam cum læditur fides, parentum reuerentia velut inutilis, & periculosa despicitur, & amor erga filios, fratresq; vitatur. Ad postremum etiam, super ipsam vitam mors potius a pijs viris eligitur, vt meliorem resurrectionẽ, (sicut scriptum est) consequantur. Ecce itaq; te simul cum sancta synodo, quæ apud amplam vrbem Romam congregata est, præsidente sanctissimo, & reuerentissimo pa tre, & consacerdote nostro Cœlestino episcopo his scriptis synodicis, te etiam tertio conuenimus, consilium dantes, vt a tam prauis abstineas, distortisq; dogmatibus, quæ & sentire, cognosceris, & docere, recipias vero fidem rectam, ecclesiis per beatissimos apostolos, & euangelistas ab initio traditam, qui & oculis inspexerunt, & ministri ver bi fuisse monstrantur. Quod si hoc religio tua facere distulerit, iuxta dilationem, literis B præfinitam sanctissimi, & reuerentissimi consacerdotis nostri Romanæ præsulis eccle-siæ Cœlestini, scias, te nullam sortem habere nobiscum, nec locum, aut *conuiuium cum dei sacerdotibus, & episcopis obtinere. Non enim fas est, *conteri, non solum ec clesias ita turbatas, & scandalizatos populos, fidemq; rectissimam violatam, dissipatãq; quinetiam gregem, quem custodire debueras (si quidem iuxta nos amator recti do-gmatis extitisses) sanctorum patrum vestigia pia consectans. Omnes itaq;, quos pro pter fidem tua religio a communione remouit, aut ab ordine suo deposuit laicos, & clericos, in nostram communionem recipimus. Non enim iustum est, eos, tuis decre-tis opprimi, qui nouerunt recta sentire, qui etiam, benefacientes, tibi prudẽtissime re-stiterunt. Hoc idem namq; in epistola, quam *misimus ad præsulẽ amplæ Romæ san-ctum, & coepiscopum nostrum Cœlestinum significare curasti. Non autem sufficit vel tuæ religioni, tantummodo fidei symbolum confiteri, quod expositum est per idẽ tempus, spiritu sancto largiente, a venerando, & magno concilio apud Nicæam con-gregato. Hoc enim non intellexisti, nec recte interpretatus es, quinimmo peruer-se, licet sono vocis eadem verba protuleris. Sed consequens est, etiam iureiurando fa teri te, ꝙ anathematizes quidem tua polluta, & prophana dogmata, sentias autem, & doceas, quæ nos vniuersi per Orientem, seu per Occidentem episcopi, & magistri, præsulesq; populorum credimus & docemus. Epistolis autem, ab Alexandrina eccle sia tuæ religioni directis consensum præbuit, tam ea, quæ apud vrbem Romanã con-C uenit sancta synodus, quam etiam nos omnes velut recte, irreprehensibiliterq; conscri ptis. Subdimus autem his nostris, quæ te sentire oporteat, & docere, & ea, a quibus ab-stinere conueniat. Hæc est enim fides catholicæ ecclesiæ, cui cuncti consentiunt or-thodoxi per Orientem, Occidentemq; pontifices.

Matth. 10. d

Heb. 11. g

al, colloquiũ

als, cõtemne-re nos.

alias, misisti

CRedimus in vnum deum, patrem omnipotentem, omnium visibilium, & inuisibi lium conditorem. Et in vnum dominum nostrum Iesum Christum, filium dei, natum de patre vnigenitum, hoc est, ex substantia patris, deum ex deo, lumẽ de lumine, deum verum ex deo vero, natum non factum, homousion patris, hoc est, vni-us cum patre substantiæ, per quem omnia facta sunt in cœlo, & in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est, & ho mo factus, passus est. Et resurgens tertia die, ascendit in cœlos, inde venturus iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem, qui dicunt, erat tempus, quan-do non erat, &, antequam nasceretur, non erat, & quia ex nullis existẽtibus factus est, aut ex alia substantia, vel essentia esse dicunt, aut conuertibilem, vel commutabilem dei filium, anathematizat catholica & apostolica ecclesia. Sequentes itaq; omnium sancto rum patrum confessiones, quas, loquente in eis sancto spiritu, protulerunt, & intentio-ni, quæ est in eorum intellectibus, æquis vestigijs inhærentes, atque iter ambulantes regium, profitemur, quod ipsum vnigenitum dei verbum natum ex ipsa patris essen tia, de deo vero deus verus, lumen de lumine, per quem omnia facta sunt, siue in cœ-lis, siue in terra, salutis nostræ causa descendens, ad exinanitionem sese dignatus est in-clinare, natus autem, & homo factus, id est, carnem de virgine sancta suscipiens, eamq;

propriam faciens, natiuitatem nostram ex vulua sustinuit, homo de muliere procedẽs, nec quod erat abijciens. Nam licet factus sit, in assumptione carnis & sanguinis, tamen etiam sic quod erat deus, natura scilicet, & veritate persistit. Nec carnem itaq; dicimus in naturam deitatis esse conuersam, nec *in substantiam carnis inseparabilem dei verbi essentiam commutatam. Inconuertibilis est enim, & incommutabilis, idemq; ipse, iuxta scripturas, iugiter permanens. Visus est autem & paruulus, positusq; in cunabulis, & sinibus genitricis virginis constitutus, vniuersam creaturam replebat, vt deus genitori suo indiuisus existeret. Quod diuinum est enim, sine quantitate, & sine mole cognoscitur, nec vllis terminis continetur verbum dei. Secundum subsistentiam confitentes, vnum adoramus filium, & dominum Iesum Christum, non seorsum ponẽtes, & determinãtes hominem, & deum, velut inuicem sibi dignitatis, & authoritatis vnitate coniunctos. Hoc enim nouitas vocis est, & nihil aliud. Nec item Christum specialiter nominantes *dei verbum, quod ex deo est, nec alterum similiter Christum specialiter, qui de muliere natus est, sed vnum solummodo Christum, dei patris verbũ, cum propria carne cognoscimus. Tunc enim etiam iuxta nos *vnctus est, quamuis spiritũ dignis ipse contulerit, & non ad mensuram, sicut beatus Iohannes euangelista asseruit: Sed nec illud dicimus, quod dei verbum velut *hominem communem, qui de sancta virgine natus est, habitauerit, ne deum homo Christus habitatorem possidere credatur. Quamuis enim habitauerit in nobis, & dictum sit, in Christo habitare omnem plenitudinem deitatis corporaliter, attamen intelligimus, eum, quod caro factus, non sicut in sanctis habitare dicatur, nec talem in ipso habitationem factam diffinire tentauimus, sed vnitus iuxta naturam, nec in carnem penitus commutatus, talem sibi fecit habitationem, qualem & anima hominis habere creditur ad proprium corpus. Vnus igitur est Christus filius, & dominus, non velut *coniunctione qualibet in vnitate dignitatis, & authoritatis *hominis habentis ad deum. Non enim potest vnire naturam sola dignitatis æqualitas. Deniq; Petrus, & Iohannes, æquales sunt ad alterutrum dignitatis, propter quod apostoli, & sancti discipuli esse monstrantur. Veruntamen vterque non vnus est. Nec iuxta collationem, vel connexionem modum coniunctionis aduertimus. Hoc enim ad vnitatem non sufficit naturalem. Nec secundum participationis effectum, sicut nos etiam, adhærentes domino, vnus cum eo spiritus sumus, imo potius coniunctionis nomen euitamus, tanquam non existens idoneum, quod significet vnitatis arcanum. Sed neque deum, aut dominum Christi, verbum dei patris asserimus, ne iterum manifestius in duo diuidamus vnum Christum, filium, & dominum, & in crimen sacrilegij recidamus, deum illi, seipsum facientes, & dominũ. Vnitus quippe (sicut superius diximus) deus verbum carni secundum *substantiam, deus quidem est omnium, & dominator vniuersitatis. Veruntamen nec seruus est sibi ipse, nec dominus, quoniam ineptum est, vel potius impium hoc sentire, vel dicere. Quãuis enim *dicat deum suum patrem cum sit deus & de substantia eius, tamen nullatenus ignoramus, quod manens deus, homo quoque factus sit, qui sub deo iuxta debitam legem naturæ humanitatis existeret. Ipse vero sibi quomodo vel deus poterit esse, vel dominus? Ergo sicut homo, quantum decenter exinanitionis mensuræ congruit sub deo se nobiscum esse disseruit. Hoc etiam, quomodo sub lege factus est, q̃uis ipse promulgauerit legem, & legislator vt deus existeret, cauemus de Christo dicere. Propter assumẽtem veneror assumptum, & propter inuisibilem adoro visibilẽ. Horrendum vero super hoc, est etiam illud dicere, is, qui susceptus est, cum eo, qui suscipit, connuncupatur deus. Qui enim hæc dicit, diuidit iterũ in duos Christos, eum, qui vnus est, hominem seorsum in parte, & deum similiter in parte constituens. Euidenter enim denegat vnitatem, secundum quam, non alter cum altero coadoratur, aut connũcupatur deus, sed vnus intelligitur Christus Iesus, filius dei vnigenitus, vna seruitute cum propria carne venerandus. Confitemur etiam, quod idem ipse, qui ex deo patre natus est, filius vnigenitus deus, licet iuxta naturam suam, expers passionis extiterit, pro nobis tamen, secundum scripturas, *carne percussus, vel perpessus sit, & erat in crucifixo corpore propriæ carnis impassibiliter ad se referẽs passiones. Gratia vero dei pro omnibus gustauit mortem, tradens & proprium corpus, quamuis & naturaliter ipse vita sit, & resurrectio mortuorum. Nam vt mortem ineffabili potentia pro

Marginal notes: alias, substantiã carnis in ineffabilem. vel, substãtiã carnis in inseparabilem — alias, deum. — als, coniũctus. — Iohan. 3. d. — alias, in hoĩe cõmuni. — Iohan. 1. b. — Coloss. 1. c. — als, coiunctione qualibet. — als, hõ habẽs vel hoĩs habens. — 1. Cor. 6. d. — als, subsistẽtiã — als, deũ patrẽ suũ dixerit, cũ deus sit etiã ipse natura, & de illius essentia. — als, carnẽ pperpessus sit. vel, in carne passus est. — Heb. 2. b

A tia proculcaret, ac prius in sua carne primogenitus ex mortuis fieret, & primitiæ dormientium, viamq; faceret humanæ naturæ, ad incorruptionis recursum, gratia dei (sicut supra dictũ est) pro omnibus gustauit mortem, & tertia die resurgens, expoliauit infernum. Idcirco, quamuis dicatur, ꝙ per hominem facta sit resurrectio mortuorum, tamen intelligimus hominem factum verbum, quod ex deo est, & per ipsum, mortis imperium fuisse destructum. Veniet autem temporibus præfinitis (sicut est vnus filius & dominus) in gloria patris, vt iudicet orbem terrarum in æquitate, sicut scriptura testatur. Necessario igitur & hoc adijcimus. Annuntiantes enim, sicut secundum carnem, mortem vnigeniti filij dei, id est, Iesu Christi, & resurrectionem eius, & in cœlis ascensionem pariter confitentes, incruentam celebramus in * ecclesijs sacrificij seruitutem, sic etiam ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamur, participes sancti corporis, & pretiosi sanguinis Christi, omnium nostrum redemptoris, effecti, non vt communem carnem percipientes (quod absit) nec vt viri *sanctificati, & verbo coniuncti secundum dignitatis vnitatem, aut sicut diuinam possidentis habitationem, sed vere viuificatricem, & ipsius verbi propriam factam. Vita eñ naturaliter, vt deus existens, quia propriæ carni vnitus est, viuificatricem eam esse professus est. Et ideo, quamuis dicat ad nos, Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non tamen eam, vt hominis, vnius ex nobis, existimare debemus (quo modo eñ iuxta naturam suam viuificatrix esse caro poterit hominis?) sed vt vere pro-

B priam eius factam, qui propter nos filius hominis est factus, & vocatus. Eas autem voces, quas saluator noster in euangelijs protulit, non in duabus * substantijs, aut personis omnino partimur (non eñ duplex est, vnus Christus, & deus solus, quãuis ex duabus, diuersisq; rebus ad vnitatem cognoscitur indiuiduam * conuenisse, sicut homo quoque ex anima constans & corpore, non duplex, sed vnus potius est ex vtroq;) Humanas ergo & diuinas insuper voces ab vno Christo dictas, animaduertentes, recte sentimus. Quum eñ de*duobus dignissime loquitur de seipso, qui me videt, videt & patrem, & ego & pater vnum sumus, diuinam eius intelligimus, ineffabilemq; naturam, secundum quam, vnus est cum patre suo, propter vnam eandemq; substantiam, imago, & character, splendorq; gloriæ eius existens. Quũ vero, humanæ naturæ mensuram nullatenus ignorans, Iudæos alloquitur, nunc me quæritis occidere hominem, qui veritatem loquutus sum vobis, item non minus eum, qui in similitudine & æqualitate patris est, deum verum, etiam in mensuris humanitatis eius, agnoscimus. Si autem necessario creditur, ꝙ natura deus existens, factus sit caro, imo potius homo, animatus anima rationali, quæ causa est, vt in eius quibuslibet vocibus erubescat, si eas homine dignas effatus est? Quod si sermones homini congruentes abijcit, iuxta nos hominem fieri, * quid coegit? Quum vero se propter nos ad exinanitionem spõtaneam misericorditer inclinauerit, quam ob causam dignos exinanitione sermones effugerit? Vni igitur personæ cuncta eius in euangelio ascribimus, vni * substantiæ, verbi (scilicet) incarnati, quia vnus est dominus Iesus Christus, vt scriptum est. Appellatum vero ab apostolo apostolũ,

C & pontificem confessionis nostræ, tanquam sacrificantem deo, & patri fidei nostræ confessionem (quæ a nobisipsis & per ipsum ipsi deo patri incessanter offertur) iterum eum dicimus, qui ex deo secundum naturam filius vnigenitus est, nec homini præter eum alteri sacerdotij nomen & officium deputamus. Factus est eñ mediator dei & hominum, & reconciliator ad pacem, semetipsum deo & patri pro nobis offerens in odorem suauitatis. Ideoq; dicebat: Sacrificium & oblationem noluisti. Holocausta & pro peccato non tibi placuerunt, corpus autem perfecisti mihi. Tunc dixi, ecce venio. In capite libri scriptũ est de me, vt facerem, deus, voluntatẽ tuam. Obtulit eñ proprium corpus, nõ pro se, sed pro nobis, in odorem suauitatis. Nam qua pro se vel oblatione, vel sacrificio indigeret, omni peccato liber, vt deus existens? Quod si omnes peccauerunt, & egent gloria dei, secundũ hoc, ꝙ sumus ad mutabilitatis excessum proniores effecti, & peccatis ægrotauit humana natura, ipse vero nõ ita, ideoq; & nos gloria eius egemus, Cur erit vltra iã dubiũ, ꝙ agnus verus pro nobis sit immolatus? Qui aũt dicit, quia seipsum tã pro se, q̃ pro nobis obtulerit, nullatenus impietatis crimẽ effugiet, quũ nihil prorsus iste deliquerit, nec vllum fecerit omnino peccatũ. Qua igitur egeret oblatione, nullo suo existente facinore? pro quo (si esset) satis admodũ cõuenienter offerret.

1.Cor.15.e
Hebr.2.c
1.Cor.15.c
Heb.2.d
Psal.95.
als, ecclesiastícis sacrificijs
alias, sancti facti.
Iohan.6.f
alias, subsistentijs
alias, coiisse.
als, discipulis
Iohan.14.b
Iohan.10.f
Heb.1.a
Iohan.8.e
alias, quis
alias, hypostasi, vel subsistẽtiæ
1.Cor.8.b
Heb.3.a
1.Timot.2.b
Ephe.5.a
Psal.39
Roma.3.d.
Esaiæ.53.e

Iohan.16.c
De cõ.dist.5.
De spũ dicit.

De spiritu quoq; cum dicit, ille me clarificabit, hoc rectissime sentientes, vnũ Christum dominum, & filium, non velut alterius egẽtem gloria, confitemur a spiritu sancto gloriam cõsecutũ, qa eius spũs, nec melior, nec superior ipso est. Sed quia humana opera faciens ad demonstrationem suæ deitatis, virtute proprij spiritus vtebatur, ab ipõ glorificari dicitur, quod virtus sua, vel disciplina quælibet vnumquenq; clarificet. Quamuis ẽm in sua sit substantia spiritus eius, & intelligatur in persona proprietas, iuxta id, quod spiritus est, & non filius, attamen alienus ab illo non est. Nam spiritus appellatus est veritatis, & veritas Christus est, vñ & ab isto similiter, sicut ex deo patre procedit. Deniq; hic ipse spiritus etiam per sanctorum manus apostolorum, miracula gloriosa perficiens dominum glorificauit Iesum Christum, postquam ascendit in cœlum. Nam creditus est Christus, natura deus existens, per suum spiritum virtutes efficiens, ideoq; dicebat, de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Nequaquã vero, participatione alterius, idem spiritus sapiens, aut potens dicitur, quia per omnia perfectus est, & nullo prorsus indigens bono. Nam paternæ virtutis & sapientiæ, id est, filij spiritus creditur, & ideo ipsa re, & *subsistente virtute, virtus & sapientia comprobatur. Igitur quia deum carne vnitum iuxta subsistentiã, sancta virgo corporaliter peperit, idcirco eam dei genitricem esse profitemur, non quod verbi natura existendi principium de carne sortita sit (erat ẽm in principio verbum, & deus erat verbum, & verbum erat apud deum, & ipse conditor seculorum, patri coæternus, & vniuersitatis creator) sed (quod superius dximus) iuxta subsistentiam sibimet vniens humanam naturam, natiuitatem sustineret ex ipsa vulua corporea. Non quod eguerit necessario, propter suam naturam, natiuitate, quę ẽ in extremis seculi facta tẽporibus, sed vt ipsas benediceret substantiæ nostræ primitias, & dum * deum, carni vnitum, mulier edidisset, illa quæ aduersus omne genus humanũ, maledictio fuerat prolata, desineret, nec iam morti nostra corpora destinaret, illud quoq; quod dictum est, in tristitia paries filios, ipse dissoluens, verum esse monstraret, quod prophetę voce prædixerat, absorpta est mors in victoria. Et iterũ: Abstulit deus oẽm lachrymã ab omni facie. Propter hanc enim causam dicimus, eum dispensatorie & ipsis tunc benedixisse nuptijs, cum in Cana Galilææ cũ sctis * vocatus fuit apłis. Hæc sapere, edocti sumus, tam a sanctis apostolis, quàm euangelistis, & ab omni scriptura diuinitus inspirata, necnon & a beatis patrum confessionibus, veritate subnixis. His omnibus etiam religionem tuam concordare, & præter aliquem dolum consentire conuenit. Quæ vero religionem tuam, anathematizare, necesse est, huic epistolæ nostræ subiecta sunt.

Iohan.15.d
Iohan.14.a
Iohan.16.c
al's, subsistentiæ virt⁹, vel, subsistẽria virtus.
Iohan.1.a
alias, eũ, vel ipsum.
Gene.3.c
1.Cor.15.g.
Esa.25.c.&
Apoca.7.d.
Ibidẽ.21.a.
Iohan.2.a
al's, vocatus apłis adeẽ dignatus est.

Capitulum primum.

Iohan.1.a.

SI quis non confitetur, deum esse veraciter Emmanuel, & propterea dei genitricem sanctam virginem (peperit enim secundum carnem, carnem factum dei verbum, secundum quod scriptum est, verbum caro factum est) anathema sit.

II Si quis non confitetur, carni secundum substantiam vnitum dei patris verbum, vnumq; esse Christum cum propria carne, eundem scilicet deum, simul & hominem, anathema sit.

III Si quis in vno Christo diuidit substantias post vnitatem, sola eas connexione coniungens, eamq;, quæ secundum carnis dignitatem fit, vel etiam authoritatem, & potestatem, ac non potius conuentu, qui per vnitatem factus est naturalem, anathema sit.

IIII Si quis in personis duabus, vel subsistẽtijs eas voces, quæ in apostolicis scriptis continentur, & euangelicis diuidit, vel quæ de Christo dicuntur a sanctis, vel ab ipso, & aliquas quidem ex his, velut homini, qui præter dei verbum specialiter intelligatur, apparuit, illas autem tanquam dignas deo, soli dei patris verbo deputauerit, anathema sit.

V Si quis audeat dicere, hominem Christum theophoron, id est, * deiferum ac non potius, deum esse veraciter, dixerit, tanquam filium per naturam, secundum quod verbum * factum est caro, & communicauit, similiter & nos carni & sanguini, anathema sit.

al's deũ ferẽtẽ vel deũ fortẽ
al's, caro factũ

VI Si quis dicit deum * esse vel dominum Christi dei patris verbum, & non magis eundem ipsum confitetur deum simul & hominem, propterea, quod verbum caro factum est, secundum scripturas, anathema sit.

al's, eẽ, vel deum Christi
al's, eẽ Christi
Iohan.1.a

VII Si quis velut hominem Iesum, * operante deo verbo, dicit adiutum, & vnigeniti gloriam, tanquam alteri præter ipsum existenti, tribuit, anathema sit.

al's opantẽ dei vel opatiõe dei verbi

A VIII. Si qs audet dicere,assumptũ hominẽ coadorandũ * deo verbo,& cõglorificandũ,& connuncupandũ deũ,tanq̃ alterũ cũ altero(nã,con,syllaba superadiecta,hęc cogit intelligi)ac nõ potius vna supplicatione veneratur Emmanuel, vnamq́ ei glorificationẽ dependit,iuxta quod verbum caro factum est,anathema sit.

als,dei

Iohan.1.a

IX. Si quis vnum dominum Iesum Christum glorificatum dicit a spiritu sancto,tanquam qui aliena virtute per eum vsus fuerit,& ab eo acceperit efficaciam contra immundos spiritus,posse & coram hominibus diuina signa perficere,ac nõ potius proprium fatetur eius spiritum,per quem diuina signa expleuit,anathema sit.

X. Pontificem,& apostolum confessionis nostræ factum esse Christum,diuina scriptura commemorat.Obtulit enim semetipsum pro nobis in odorem suauitatis deo,& patri.Si quis ergo pontificem, & apostolũ nostrum dicit factum nõ ipsum dei verbum (quando caro factum est,& homo iuxta nos homines) sed velut alterum præter ipsum specialiter hominem ex muliere,aut qui dicit, quod pro se obtulisset semetipsum oblationem,& non potius pro nobis solis (non enim eguit oblatione, qui peccatum omnino nesciuit)anathema sit.

Hebr.3.a.
Ephe.5.a

Esaię.53.c

XI. Si quis non confitetur,carnem domini viuificatricem esse, & propriam ipsius verbi dei patris,sed velut alterius præter ipsum, cõiuncti eidem per dignitatem, aut quasi diuinam habentis habitationem, ac non potius viuificatricem esse, quia facta

B est propria verbi cuncta viuificare valentis,anathema sit.

XII. Si quis non confitetur dei verbum passum carne,& crucifixum carne,& mortem carne gustasse,factumq́ primogenitum ex mortuis,secundum quod vita est, & viuificator vt deus, anathema sit.

1.Cor.5.c

XIII. Ait igitur magna,& sancta synodus,ipsum,qui est ex deo patre, naturaliter natus,filium vnigenitum,deum de deo vero,lumen de lumine, per quẽ, & cũ quo omnia fecerit pater,hunc descẽdisse,incarnatum esse,& hominem factum,passum esse,& resurrexisse tertia die,ascẽdisse rursus in cœlos.Hæc nos sequi verba debemus, his nos conuenit obtemperare dogmatibus,considerantes,quid sit incarnatum esse, & hominem factum dei verbum.Non enim dicimus,quod dei natura conuersa,vel immutata facta sit caro,nec quod in totum hominem, qui est ex anima & corpore trãsformata sit,sed magis,quod carnem,animatã anima rationali,sibi copulauerit, verbũq́ substantialiter,ineffabiliter,& incomprehensibiliter factus sit homo, & nuncupatus sit etiam filius hominis,non nuda tantummodo voluntate,sed nec assumptione sola personæ,sed quod diuersæ quidem naturæ in vnum conuenerint, vnus tamen ex ambabus Christus,& filius,non euacuata,vel sublata diuersitate naturarum per cõiunctionem,sed quia simul nobis effecerũt,vnum deum,& Christum,& filium,id est,diuinitas,& humanitas,per arcanam illam,ineffabilemq́ copulationis adunationem. Itaque is,qui ante secula omnia est natus ex patre, etiam ex muliere carnaliter est procreatus in tempore.Non quia diuina ipsius natura de sacra virgine sumpsit exordiũ, nec propter seipsam opus habuit secundo nasci post illam natiuitatem, quam habebat ex patre(est enim ineptum, & stultum, hoc dicere,quod is, qui ante omnia secula est, & consempiternus patri,secundæ generationis eguerit, vt esse inciperet)sed quia, propter nostram salutem,naturam sibi copulauit humanam,& processit ex muliere, idcirco dicitur esse natus carnaliter.Neque enim primum natus est homo communis de sancta virgine, & tunc demum inhabitauit in eo verbum, sed in ipsa vulua,vteroq́ virginali secum carnem coniunxit, & sustinuit generationem carnalem, carnis suæ natiuitatem suam faciens. Sic illum, dicimus & passum esse,& resurrexisse, non quia deus verbum in sua natura passus sit,aut plagas, aut clauorum transfixiones, aut alia vulnera susceperit. (Deus nanque incorporalis, extra passionem est) sed quia corpus illud, quod ipsius proprium factum est,*hoc sustinuit, ideo hæc omnia pro nobis ipse dicitur passus.Inerat enim in eo corpore,quod patiebatur,deus,qui pati nõ poterat.Simili modo & mortem ipsius intelligimus. Immortale enim, & incorruptibile est naturaliter & vita, & viuificans * deus verbum, sed quia corpus ipsius proprium, gratia dei(iuxta Pauli vocem) pro omnibus mortem gustauit, idcirco ipse dicitur mortem passus pro nobis. Non quod * ipse mortem esset expertus, quantum ad ipsius naturam pertinet(insania enim est,hoc vel sentire,vel dicere)sed quod (vt diximus) vera caro ipsius mortẽ gustauit,Ita &,resurgẽte carne ipsius,rursus resurrectionẽ dicimus

Idẽ habet in concil. Chalced. actiõe.1.

alias,se cum carne

als,passum ẽ.

Hebr.2.b.c
als,dei
als,in se

dicimus, nō quia in corruptionem ceciderit, quod absit) sed quia eius resurrexit corpus. Ita Chrm̄ vnū, & dn̄m cōfitemur, nō tanq̄ hominē cū verbo coadorātes, ne diuisionis quædam species inducatur, sed vnū iam, & eūdem adorātes, qa nō est alienum a verbo corpus suū, cum quo ipse etiā assidet patri. Nec hoc ita dicimus, quasi duobus filijs assidentibus, sed vno cum carne per vnitatem, quasi talem copulationē factā per substātiam, aut quasi *præpassibilem, aut quasi parum decorā, voluerimus accipere, in id incidemus, vt duos filios esse dicamus. Necesse est em̄ discernere, & dicere hominem separatim fuisse, sola filij appellatiōe honoratum, & rursus verbum, quod est ex deo* in homine, in veritate filium dei. Sed discernere in duos filios nō debemus vnū dn̄m Iesum Christum. Neq; em̄ adiuuat (alias tenet) rectā fidei rationē, licet nōnuulli copulationē (nescio quam) perhibeāt personarum. Non em̄ dicit scriptura, verbum dei p̄sonā sibi hominis assumpsisse, sed carnem factum esse. Id autem est ostendere, dei verbum, similiter ac nos,* principium habuisse carnis, & sanguinis, & corpus nostrum propriæ suum fecisse, & hominem ex muliere processisse, nō abiecta, vel deposita deitate, aut generatione illa, quam habebat ex patre, sed mansisse etiā in assumptione carnis deum, quod erat. Hoc itaq; rectæ fidei ratio protestatur. In tali sensu sanctos patres fuisse comperimus. Ideoq; illi nō dubitauerunt, sanctam virginem dicere Theotocon, non quia verbi natura, deitasq; in sancta virgine sumpsit exordium, sed quod ex ea natum sit sacrum illud corpus, animatum anima rationabili, cui substantialiter adunatum dei verbum, carnaliter natum esse dicitur. Hæc igitur pro charitate in Christo scribo tibi, quærens tanquā frater, & contestans coram deo, & electis eius angelis, vt hæc nobiscum sentias, simul & doceas, vt ecclesiarum pax, salua seruetur, & concordiæ, charitatisq; vinculum indissolubile maneat sacerdotibus dei.

(margin: al's, impassibilem, vel impossibilem — alias, & nomine &. — Iohan. 1 b — al's participiū)

DECRETA SIXTI PAPAE TERTII.

¶ Ex libro pontificali.

Sixtus natiōe Romanus ex patre Sixto, sedit annis. viij. diebus. xix. Hic post annum vnū, & menses. viij. incriminatur a quodā Basso. Eodē tempore audiēs hoc Valentinianus Augustus, iussit cōciliū, & sanctā synodū cōgregari. Et facto conuētu cū magna examinatiōe p̄ iudiciū synodicū purgat̄, a. lvi ep̄is. Et cōdemnat̄ Bassus a synodo, ita tñ vt vltimo die viaticū ei non negaret̄ propter humanitatē pietatis ecclesiæ. Hoc audiēs Valētinianus Augustus, cū matre sua Placidia Augusta furore sancto cōmoti proscriptiōe Bassum cōdemnauerūt, & om̄ia prędia facultatum eius ecclesiæ catholicæ sociauit. Qui Bassus nutu diuino intra tres menses defunctus morit̄. Cuius corpus Sixtus ep̄s cū linteaminibus & aromatibus, manibus suis tractās, recondidit, & sepeliuit ad beatū Petrum apostolum in cubiculo parētum eius.

Hic fecit basilicā sanctæ Mariæ matris dn̄i, quæ ab antiqs Liberi cognominabat̄, iuxta macellū Libyæ, vbi & obtulit hæc. Altare argēteum purissimū, pensans libras ccc. Patenas argēteas. iij. pēsantes libras. lx. Amas argēteas. iiij. pēsantes libras. lx. Scyphum aureū purissimū, pēsantē lib. xij. Scyphos argēteos. v. pensantes libras. l. Calices ministeriales aureos duos, pensantes singuli libras* singulas. Calices ministeriales argenteos. x. pensantes singuli libras. iij. Aquamanulos argenteos, pensantes libras. viij. Coronam faram ante altare argenteam, pensantem libras. xxx. Coronas farales. xxxiiij. argenteas, pensantes singulæ libras. x. Candelabra argentea quatuor, pensantia singula libras. xx. Thymiamaterium argenteum, pensans libras. v.

(margin: Hanc ecclesiā Mariano Scoto authore fecit anno papatus secūdo — alias, tres)

Cantara. cerostata auricalchea. xxiiij. pensantia singula lib. xv. Possessionem Scauerianam in territorio Caietano, præstantem cum omnibus adiacentibus attiguis solidos. ccc. xij. & tremissem. Possessionem Marmoratam in territorito Penestrino, præstantem solidos. xcij. Possessionem Celeris in territorio Afiliano, præstantem solidos. cxi. & tremissem. Domum Palmatij intra vrbem iuxta inibi basilicam cum balneo, & pistrino, præstantem solidos. c. liiij. & siliquas tres. Domos Claudij in Sicimino, præstantes solidos. c. iiij.

Ccruū

A Ceruum argenteum fundentē aquā in fonte baptisterij, pensantē libras. xx. Omnia vasa sacra baptismi argētea, pensantia libras. xv. Cœnacula aregiæ gradorum adhærentia basilicæ, vel quicquid intrinsecus esse videtur. Hic * ornauit de argento confessionē beati Petri apostoli, quæ habet libras. cccc. Huius supplicatione obtulit Valentinianus Augustus imaginem auream cum duodecim portis, & duodecim apostolos. Et saluatorem gemmis pretiosissimis ornatū supra confessionem beati Petri apostoli. Fecit & Valentinianus Augustus ex rogatu Sixti episcopi fastigium argenteum in basilica Constantiniana, quod a Barbaris sublatum fuerat, pensans libras Mille DC.X. Huius etiam temporibus fecit Valentinianus Augustus confessionem beati Pauli apostoli ex argento,* quæ habet libras. cc. Item, fecit Sixtus episcopus confessionem beati Laurentij martyris cum columnis porphyreticis, & ornauit transennā, (alias exedram, alias suggestum) & altare & confessionem sancti martyris Laurentij de argento purissimo. Fecit altare, pensans libras. l. Cancellos argenteos supra platonias porphyreticas, pensantes libras. ccc. Absidem supra cancellos, cum statuta beati Laurentij martyris argenteam, pensantem libras. cc. Fecit autem basilicā beato Laurentio, quod Valentinianus Augustus *concessit, vbi & obtulit hæc. Patenas argenteas tres, pensantes singulæ libras. *xv. alias. xx. Amas argenteas tres, pensantes singulæ libras. xv. Scyphos argenteos quatuor, pensantes singuli libras octo. Scyphū singularem aureum, ornatum de margaritis, pensantem libras. x. Lucernā *nixorum .x. auream, pēsantem libras. x. Calices argenteos ministeriales duodecim, pensantes singuli libras. ij. Aquamanulos argenteos, pensantes libras octo. Ministerium ad baptismum, vel pœnitentiam, ex argento libras quinque. Concham aurochalceam, pēsantem libras. xx. Coronas argenteas farales. xxx. pensantes singulæ libras sex.

Locus restituendus

als, ordinauit

alias, quod

als, cōsensit

B

alias, lichnorum

Fara cantara. iij. ex argento, pensantia singula libras quindecim. Candelabra argētea duo, pēsantia singula libras. xxx. Cantara cerostata ærea in basilicæ gremio. xxiiij Fara ærea. lx. Hic fecit in basilica Cōstātiniana ornamentū super fontē, quod añ nō erat, id est, epistylia marmorea, & columnas porphyreticas erexit, quas Constantinus Augustus congregatas dimisit, & iussit, vt erigerentur, quas & versibus exornauit.

Hic fecit Platoniam in cœmiterio Calixti via Appia, vbi nomina episcoporum, & martyrum scripsit * commemorans. Hic fecit ordinationem in vrbe Roma p mensem Decembrem, presbyteros vigintiocto, diacones duodecim, episcos per diuersa loca quinquagintaduo. Qui etiam sepultus est via Tyburtina in crypta, iuxta corpus beati Laurentij. v. Kal. April. Et cessauit episcopatus dies vigintiduos. Hæc ibi.

alias, cum memorijs

¶ At vero Marianus Scotus huius papæ Sixti tertij annotando annos, anno nono Imperij Theodosii iunioris filij Archadij, atque ad euangelij veritatem. cccc. liij. secundum quoque Dionysii cyclum. cccc. xxxi. Aetio Valerioque consulibus, ait. Sixtus quadragesimustertius papa, annis octo sedit. Idem vero anno vndecimo Imperij Imperatoris Theodosii iunioris. ad veritatem vero euangelij. cccc. lv. secundum autem Dionysii cyclū. cccc. xxxiij. scribit hoc modo de eodem. Astpro, ac Ariouindo consulibus. Sixtus papa fecit basilicam sanctæ Mariæ matris domini. Sed & anno xvij. Imperij prætacti Imperatoris, ad veritatem quoque euangelij. cccc. lxi. iuxta cyclum nihilominus Dionysii. cccc. xxxix. Valentiniano. v. & Anatholio consulibus, scribens Sixtum in fata concessisse. Defuncto (ait) Sixto episcopo. xl. amplius diebus Romana ecclesia sine antistite fuit, mirabili pace atque patientia præsentiam diaconi Leonis expectans, qui tunc inter Aetium, & Albinum amicitijs integrandis gratia in Gallia detinebatur.

Tituli

D

¶TITVLI CANONVM SEQVENTIS Epistolæ.

¶EPISTOLA SIXTI PAPAE TERTII AD episcopos Orientales.

SIxtus eps omibus Orietalibus epis in dño salutem. Gratias vestræ referimus sanctitati, quod in tribulatione, & persecutione nostra, nos visitare misistis, & causæ nostræ finẽ bonũ scire, & esse optastis, precibusq; deum exorastis, vt mihi in tribulatiõe succurreret mea, meq; adiuuaret, & ab æmulis tribulantibus, & persequẽtibus me liberaret. O q̃ bona ẽ charitas, quæ absentes per imaginẽ, præsentes sibimetipsis exhibet per amorem, diuisa quoq; vnit, & cõfusa ordinat, inæqualia sociat, impfecta cõfirmat. Quàm recte prædicator egregius apostolus, videlicet, Paulus vinculum perfectionis vocat, qm̃ virtutes qdem cæteræ pfectionẽ generant, sed tñ eas charitas ita ligat, vt ab amantis mẽte dissolui iam nequeãt. Hac quoq; virtute, fratres, plenos vos spũs sancti grã esse reperio, dum * solaciari mihi in meis anxietatibus sentio. Nec mirum, charissimi, si me persequunt æmuli mei, cũ caput nostrũ, quod est Christus, olim æmuli sanctæ dei ecclesiæ, seruorumq; eius sint persecuti. Vnde & ipsa p se veritas dicit: Si patrẽfamilias Beelzebub vocauerũt, quãtomagis domesticos eius? Quæ iteꝝ dicit: Si de hoc mũdo essetis, mũdus, q̃d suũ erat, diligeret. Sed qa de hoc mũdo nõ estis, sed ego elegi vos de mũdo, propterea odit vos mũdus. Hæc (frẽs) cũ & nos sciam⁹ & * alijs nosse, p̃dicamus, vosq; ea pfecte scire, nõ dubitemus, ꝑpter insidiãtiũ vituperationes, aut accusationes, vel propter * adulantiũ laudationes, nec ad dexterã, nec ad sinistrã declinare debemus, sed inter verba laudantiũ, siue vituperantiũ ad mentem semper recurrendũ est. Et si in ea non inuenitur bonum, quod de nobis dicit, magnam tristitiã generare debet. Et rursum, si in ea non inuenitur malum, quod de nobis hoĩes loquunt, in magnã * debemus lætitiã prosilire. Quid eñ si om̃es laudent, & conscientia nos accuset, aut si om̃es accusent, & consciẽtia nos liberos demonstret? Habemus Paulum dicentẽ: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Iob quoq; dicit: Ecce in cœlis testis meus. Si ergo est nobis testis in cœlo, testis in corde, dimittamus, stultos foris loqui, quod volunt. Quid enim aliud detrahẽtes faciunt, nisi in puluerem sufflant, atq; in oculos suos terram excitant, vt vnde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant. Vocandi tamen sunt etiam ipsi, & tranquille admonendi, eisq; satisfieri modis omnibus debet, scientes, quod de Iudæis veritas ait: Ne forte scandalizemus eos. Si autem satisfieri sibi ex veritate noluerint, habes consolationem, quam in euangelio aspicias. Quia cum domino dictum fuisset, scis, quia audito hoc verbo, scãdalizati sunt, respondit. Sinite illos, cæci sunt, duces cæcoꝝ. Paulus quoq; apostolus admonet, dicens: Si fieri potest, quod ex vobis est, cum om̃ibus hominibus pacem habẽtes. Dicturus, cum om̃ibus hominibus pacem habentes, quia hoc difficile esse perspexit, præmisit. Si fieri potest. Et subiunxit, quod potest fieri, cum dicit: Quod ex vobis est. Quia si nos in mente charitatem erga odientes seruare cupimus, & si illi pacem nobiscum non habẽt, nos tamẽ cum illis sine dubio habemus. Quod ergo mandastis, vt scriberem vobis, qualiter instans iurgium contra me suscitatum sit, vel a quo, vt vestro adminiculo pelleretur, & causa mea firmaretur, scitote, me criminari a quodam Basso, & iniuste persequi. Quod audiens Valentinianus Augustus, nostra authoritate synodũ congregari iussit. Et facto concilio, cum magna examinatione, satisfaciens omnibus, licet euadere satis aliter potuissem, suspitionem tamen fugiens, coram omnibus me purgaui, me scilicet a suspitione, & æmulatione liberans, sed non alijs, qui noluerint, aut sponte hoc non elegerint, faciendo formam, exemplumq; dans, cum scriptum sit: Si qs crimen obijcere voluerit, scribat se prius probatuꝝ. Et alibi: Criminationes aduersus doctorem

E

F

Col.3.b
alias, solari
Ephe.4.d. & Ibi.5.e, & ad Col.1.c
Matth.10.c
Iohan.15.c
alias, alios, als, laudantiũ opiniones, 11.q.4. Inter v̄ba laudãtiũ Et ponitur ibi sub noĩe Gregorij papæ als, habemus
2.Coꝝ.1.c
Iob.16.d
Matth.17.d
Mat.15.b.
Roma.12.d n
2.q.4. Mãdastis vt scribe.
2.q 8. Qui crimẽ obijcit, & 3.q.6. Qui crimẽ obij. & in dec. Iuo. lib.3

A ctorem nemo * recipiat. Et itez. Si quis eps, presbyter, aut diaconus, vel quilibet clerici apud epm a qualibet persona fuerint accusati, quicunq; fuerit, siue ille sublimis vir honoris, siue vllius alterius generis persona, qui hoc genus illaudabilis intentionis arripuerit, nouerit, docẽda probationibus, monstranda documẽtis, se debere inferre. Si quis ergo circa huiusmodi personas nõ probanda detulerit, intelligat, se iacturã infamiæ sustinere, & sub magna excõmunicatione exilio deportari. Ista oĩa postposui, nõ alijs (vt paulo superius p̃libatũ est) exemplũ dando, sed me a p̃fata infamia & suspitione liberando. Condẽnatus est aũt memoratus Bassus a iam dicta synodo, ita tñ, vt in vltima die viaticũ ei nõ denegetur, propter humilitatẽ pietatis ecclesiæ. Valentinianus quoq; antedictus Imperator scripto eũ condemnauit, cũ augusta matre Placidia, & oĩa p̃dia facultatũ eius, futuris de talibus dans hoibus formã ita faciendi, ecclesię catholicæ sociauit. Sæpedictus ergo Bassus nutu diuino nõ multo post morit. Cuius corpus, licet dignũ non esset sepulturæ, propter misericordiã tamen, sepeliui eũ in cubiculo parentũ eius. Et q̃q̃ ipse erga me stulte & imprudẽter egisset, ego vero misericorditer circa eũ egi, cogitans illud, quod dñs in euangelio loquitur, dicẽs. Si non dimiseritis hoibus peccata eoz, nec pater vester cœlestis dimittet vobis peccata vestra. Et in ipsa dñica oratiõe, quã saluator noster discipulos orare docuit, quotidie supplicãdo dño dicimus: Dimit- B te nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et multa sunt talia his similia. His ita de me peractis, quia cõtra voluntatẽ omniũ epoz, qui nobiscũ erãt, propter humilitatẽ sensus mei, nullius cõpulsus iudicio, aut vim passus, sed sponte eligens, hæc (nec formã (vt iam dictũ est) alijs dando, sed me purificãdo) feci, in alijs tamẽ epis cõpetens adhibenda est talibus medicina vulneribus, ne immatura curãdi facilitas mortifera capitis peste nihil possit, sed, segnius tracta pernities, reatu non legitimæ curationis, inuoluat pariter sauciatos & medentes.

Marginalia: ars, suscipiat. / 2.q.7. Si quis eps, presbr. / 2.q. 8. fnialiter. Qui crimen obijcit. / Matth.6.b / Ibidem / Idẽ habet supra in dec. Fabiani papæ

II. Ob id ergo, statuentes, decernimus, vt hi, qui nõ sunt bonæ conuersationis, & quoz vita est accusabilis, vel quoz fides, vita & libertas nescitur, nõ possint dñi sacerdotes accusare, nec viles psonæ ad accusationẽ eoz admittant. Similiter hi, q in aliquibus criminibus irretiti sunt, vel qui sunt suspitiosi, vocem aduersus maiores natu nõ habeant accusandi, quia suspitiosa vox & inimica, veritatem solet opprimere.

III. Peregrina vero iudicia, salua in oĩbus apostolica authoritate, generali sanctione prohibemus, qa indignũ est, vt ab externis iudicentur, qui prouinciales, & a se electos debent habere iudices, nisi fuerit appellatũ. Vnde oportet, si aliquis epoz sup certis accusetur criminibus, vt ab oĩbus audiatur, qui sunt in prouincia epis, quia nõ oportet, accusatũ alicubi, q̃ in foro suo audiri. Si quis vero iudicẽ aduersum sibi senserit, vo- C cem appellationis exhibeat. Appellantem aũt non debet afflictio vlla, aut detentionis iniuriare custodia. Sed liceat appellatori, vitiatã causam appellationis remedio subleuare. Liceat etiã in causis criminalibus appellare. Nec appellandi vox denegetur ei, quem supplicio sententia destinarit. Pulsatus ante suũ iudicẽ causam dicat, & ante nõ suũ iudicem pulsatus, si voluerit, taceat, & vt pulsatis, quoties appellauerint, induciæ dentur. Si quis ergo iratus, crimen aliquod cuilibet temere obiecerit, conuitiũ non est pro accusatione habendum, sed, permisso tractandi spatio, id quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur, vt, si fortasse resipiscens, quæ pro iracundia dixit, iterare, aut scribere noluerit, non vt reus criminis teneatur.

Marginalia: 3.q.6. Peregrina iudicia / 2.q.6. Si quis eporum. / 2.q.6. Appellantẽ nõ deb. / 2.q.6. Liceat appellari. / 3.q.6. Pulsatus ante suũ. / 2 q.3. Si quis iratus. Et in dec. Iuo. li.4

IIII. Oĩs ergo, q crimen obijcit, scribat se probatuz. Reuera ibi semp causa agat, vbi crimẽ admittit. Et q nõ probauerit, q̃d obiecit, pœnã, quã intulerit, ipse patiatur.

V. Placuit etiam, vt si eps accusatus appellauerit apostolicã sedẽ, id statuendũ, q̃d eiusdẽ sedis pontifex censuerit. Hæc tñ omnino in sacerdotũ causa forma seruetur, ne quemq̃ snia, nõ a suo iudice dicta, cõstringat. Occurrere q̃q; quisq; fideliũ ruinis debet oppressoz & miseroz * consilio, q̃ valeant ex releuatione alienæ vindictæ a se dei remouere vindictã. Libat em dño prospera, qui ab afflictis pellit aduersa. Vnde scriptũ est: Frater fratrẽ adiuuans exaltabitur. Ecclesia em dei sine macula & ruga debet existere, & ideo non oportet eã a quibusdã conculcari, aut maculari, quia scriptũ est: Vna est columba mea, perfecta mea. Hinc itez dñs ad Moysen ait. Est locus penes me, & stabis supra petrã. Quis est locus, qui non sit dñi, dum cuncta in ipso, per quẽ creata sunt, continentur? Est tñ locus apud eũ, videlicet sanctæ ecclesiæ vnitas, in qua supra petrã staur, dum confessio n is sol iditas humiliter tenetur. Vos quoq;, & oẽs fratres nostros,

Marginalia: 2.q.8. Qui crimen. Et 3.q.6. Qui crimẽ, & in dec. Iuonis lib.4 / ars, subsidio / Prouer.18.c / Cant.6.c / Exodi.33.d

ecclesiam Christi sanguine redemptā regētes, monemus, vt oēs a pcipitio, in quo fratres, & dñi pastores detrahendo, & persequendo verbis & factis labuntur, laqueis, quibus potestis, retentetis, & * labi eos in ima nō permittatis, quia scriptū est: Ira viri iustitiam dei nō operat. Hinc rursus dicitur: Sit oīs homo velox ad audiendū, tardus ad loquendū, & tardus ad iram. Hæc aūt vos, authore deo, oīa seruare nō ambigo, sed, occasione admonitionis exorta, bonis vestris operibus, & desiderijs me furtiue subiungo, vt quod, nō admoniti, facitis, qn̄ vobis etiā admonēs additur, iam nō soli faciatis. Quapropter, fratres, oportet vos, & omnes fideles diligere inuicē, & nō detrahere, aut accusare alterutrū. Scriptū est em̄: Dilige proximū tuū, & * coniunge fidē cū illo. Quod si denudaueris absconsa illius, nō persequeris post eū. Sicut em̄ homo qui perdit amicū suum, sic qui perdit amicitiam proximi sui. Et sicut qui dimittit auem de manu sua, sic qui dereliquisti proximū tuū, & nō eum capies. Nō illū sequaris, qm̄ longe abest. Effugit em̄ quasi capræa de laqueo, qm̄ vulnerata est anima eius. Vltra eū non poteris colligare, & maledicti est cōcordatio. Denudare aūt amici mysteria, desperatio est animæ infelicis. Annuēs oculo fabricat iniqua, & nemo eū abijciet. In cōspectu oculoꝝ tuoꝝ conculcabit os suum, & super sermones tuos admirabitur. Nouissime aūt peruertet os suū, & in verbis tuis dabit scandalū. Multa audiui, & nō coæquaui ei, & dñs odiet illū. Qui in altū mittit lapidē, super caput eius cadet, & plaga dolosa, dolosi diuidet vulnera. Qui fodit foueā, incidet in illā, & qui statuit lapidē proximo, offendet in eo, & qui laqueum alio ponit, peribit in illo. Facienti nequissimū consiliū, super ipsum deuoluet, & non agnoscet, vnde * adueniet illi. Illusio & improperiū superboꝝ, & vindicta, sicut leo insidiabitur illi. Laqueo peribunt, qui oblectantur casu iustoꝝ, dolor aūt consumet illos, anteq̄ moriātur. Ira & furor vtraq; execrabilia sunt, & vir peccator continens erit illoꝝ. Qui vindicari vult, a deo inueniet vindictā, & peccata illius seruans, seruabit. Relinque proximo tuo nocenti * te, & tunc deprecanti tibi, peccata soluentur. Homo homini reseruat iram, & a deo quærit medelā? In hominē similē sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur altissimū? Ipse dum caro sit, reseruat iram, & propitiationem petit a deo? Quis exorabit pro delictis illius? Memento nouissimoꝝ, & desine inimicari. Tabitudo em̄ & mors imminēt in mandatis. Memorare timorē dei, & nō irascaris proximo. Memorare testamenti altissimi, & despice ignorantiā proximi. Abstine te a lite, & minues peccata. Homo em̄ iracundus incendit litē, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacē habentiū immittet inimicitiā. Secundū em̄ ligna syluæ, sic ignis exardescet, & secundū virtutē hominis, iracundia illius erit, & secundū substantiam suā, exaltabit iram suā. Certamen festinatū incendet ignē, & lis festinans effundet sanguinē, & lingua * testificans adducet mortē. Si sufflaueris, quasi ignis exardebit, & si expueris super illā, extinguetur, & vtraq; ex ore proficiscuntur. Susurro & bilinguis maledictus, multos em̄ turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit, & dispersit illos de gente in gentē. Ciuitates * muratas diuitū destruxit, & domos * magnatorum effodit. Virtutes populoꝝ concidit, & gentes fortes dissoluit. Lingua tertia mulieres viritas eiecit, & priuauit illas laboribus suis. Qui respicit illā, nō habebit requiem, * nec habitabit cū requie. Flagelli plaga liuorē facit, plaga aūt linguæ cōminuet ossa. Multi ceciderunt in ore gladij, sed non sic, quomodo qui interierunt per linguā suam. Beatus, qui tectus est a lingua nequā, qui in iracundiā illius non transiuit, & qui nō attraxit iugū illius, & vinculis eius non est ligatus. Iugum em̄ illius iugum ferreum est, & vinculū illius, vinculū æreum est. Mors illius mors nequissima, & vtilis potius * infe rus q̄ illa. Perseuerantia illius non permanebit, sed obtinebit vias iniustoꝝ, *in flamma sua nō comburet iustos. Qui derelinquunt dñm, incident in illā, & exardescet in illis, & non extinguetur, & immittetur in illos quasi leo, & quasi pardus lædet *illos. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguā nequā, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis. Aurum tuū & argentū tuum cōfla, & verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos. Et attende, ne forte labaris in lingua tu, & cadas in conspectu inimicoꝝ insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis * in mortem. Ista caueant omnes, & cohibeant linguam suam a malo, & labia eorum, ne loquantur dolum. De cætero, charissimi, confortamini in dño, & in potentia virtutis eius. Induite vos armatura dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebraꝝ harum, contra

spiritua-

alias, lacerari eos in hamo iræ.
Iacobi. I. c
Ecci. 27. c. d
als, coniungere fide
als, eueniet
Ecci. 28. a. b. c
als, tibi
als, festinans
als, munitas
als, magnatū
als, nec habebit amicū, in q̄ requiescat.
als, infernus
alias, &
als, eos
als, ad
Psalm. 33
Ephe. 6. b. c

D E F

A spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Propterea accipite armaturã dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo, succincti lũbos vestros in veritate, & induti loricã iustitiæ, & calciati pedes in p̃paratione euangelij pacis, in oĩbus sumentes scutũ fidei, in quo possitis oĩa tela nequissimi ignea extinguere. Et galeã salutis assumite, & gladiũ spũs, quod est verbũ dei. Hæc, fratres, quæ vobis scripsimus, generaliter oĩbus nota fieri volumus, vt quæ cæteros tangunt, oĩbus nota fiant. Omnipotens deus vos, & reliquos fratres nostros vbiq; cõsistentes protegat vsq; in finẽ, qui cunctũ mundũ dignatus est redimere, Iesus Chr̃s dñs noster, qui est bñdictus in secula. Amẽ. Data Kalend. Aprilis, Valentiniano & Florentio viris clariss. conss.

Istorũ consulum, saltem Valentiniani, annũ ponit Marianus Scotus iuxta veritatem euangelij anno. ccccclxi. Sed secundũ Dionysij cyclum, anno. ccccxxxix.

CONCILIVM REGIENSE TEMPORE SIXTI PAPAE III. ab episcopis. xiij. Era. CCCCLXXII.

B

Ciuitatis huius Rhegiensis meminit in sua Geographia Ptolomæus libro tertio, capite. i. de Italia, loquitur primo, tit. Brutiorum iuxta Tyrenum pelagus, de Rhegio Iunio. Iterũ secundo, tit. Gallia togata Apenninis subiacet montibus &c̃. ibi ponit Rhegiũ Lepidi Coloniã. Conijcit verisimilius, q̃d secũdo loco posita ciuitas cõueniat. Pliñ. li. iij. ca. v. tit. Italia &c̃. vbi dicit circa initiũ ca. Patet longitudine ab Alpino fine, &c̃. Rhegiũ oppidũ in humero eius sitũ. Itẽ idẽ circa finẽ ca. ita dicit. Vnde Rhegium xij. mil. d. pass. Inde Apennini sylua. Antoñ. tit. Italiæ iter q̃d a Mediolano p̃ Picenũ Cãpaniã. Itẽ idẽ tit. ab Equo tutico p̃ Rossianũ Rhegio. Idẽ, tit. A Cremona Bononiã Itẽ idẽ tit. ab Arimino Dertonã. Strabo li. vi. dicit, Ab ipsa vero Columella ad Rhegiũ stadia. c. &c̃. Cæterũ Chalcidẽses cõdidere Rhegiũ, &c̃. Quocirca Rheginorũ principes vsq; ad Anaxilai tempora e Messeniorũ stirpe constituti fuere, &c̃. Ingens olim Rheginæ ciuitatis potentia fuit, validis quaqua versum castellis munita, &c̃. Est autem ep̃s Rhegieñ. suffraganeus archiepiscopi Aquensis.

¶ Tituli canonum sequentis Rhegieñ. concilij.

Canones, & capitula Rhegieñ. concilij.

Sequentium consulum meminit Marianus Scotus, anno iuxta veritatem euangelij. ccccclx. Verum secundũ Dionysij cyclum, anno. ccccxxxviij.

SVb Imperatoribus Theodosio iuniore & Valentiniano, Theodosio decimoseptimo, & Festo consulibus, quũ de voluntate dñi apud Regiensem ecclesiam cõuenissemus, & transgressionis, apud Ebredunensem ecclesiam habitæ, remediũ quæreretur, qua sanctis ecclesiæ canonibus, ac reuerendis patrũ constitutionibus omni parte neglectis, absq; triũ episcoporũ p̃sentia, absq; cõprouincialiũ literis, absq; metropolitani authoritate, irritã ordinationis speciẽ, a duobus temere cõuenientibus, p̃sumptã esse clarebat, nõ minus doloris, de* p̃sumpto lapsu, q̃ de ecclesiæ ipsius cõuulsione, in pectoribus omnium diutina collatione versatũ est. Primũ itaq;, quia non vlciscẽdi, sed remediandi studiũ nutu dñi vniuersorũ pectoribus prorsus sacerdotali cõsilio insederat, in sermonibus singulis pro pietate perspecta, placuit, q̃ sicut reproba, quæ p̃sumpta essent, in irritũ sunt deuocãda, ita eos, qui reproba p̃sumpsissent, quãuis confundere censura cogeret, charitati liceret

*al's, præsumentium

absoluere, pr̄sertim, quū hi, qui in tam peruersa incidissent, a primo ipsius lapsus die, adhibitis passim precib⁹, culpā sibi *pœnitētes, cū ignorātiæ proscriptione imputassent, quia & si, inueniale crederetur, sacerdotē sacerdotalia statuta nescisse, leuius tamē erat, q̄ si ore impudenti fateretur se nota calcasse. D

als, pœniæ

¶ Capitulū primū, De mulcta duorꝫ, qui ordinationē præsumpserunt.

Itaq; eos, qui tā incondita, ac tā instabilia vsurpauerant, placuit, misericordiæ & charitatis occursu, ita in cōmunionē, dilectionem'q; recipi, vt scirent, secundū recentē & saluberrimā Taurinatis synodi definitionē, ad perpetuā vitæ istius suffusionē, nullis se de cætero ordinationibus, nullis ordinariis futuros interesse consiliis, qui nihil salubre ab illis statuendū expectaretur, q tantæ corruptionis detestāda exempla p̄buerāt Ebredunensi ecclesiæ, cui ante omnia mature visum est cōsulendum (quia quatuor & biennio mēsibus sacerdote legitimo destituta hoc grauius ægrotauerat) q̊d clerus innocēs disciplinæ (vt probatū est) memor, quorundā laicorꝫ insolentia, ac varia perturbatione *vexatus, etiā in sacerdotibus, ac ministris minas, ac iurgia, & vim acerbissimam periculose pernitiosa nuper cæde pertulerat, nec poterat differri bonorꝫ; ac disciplinæ mœror, ne vel *expectatione videret cōtumaciū & inquietorꝫ *vota palpare, quorꝫ cōspirationes iniquæ, machinationes'q; & in p̄teritum (quantū deprehendi possint) animaduersione ecclesiastica puniēdæ, & in futurꝫ mancipādæ erāt supplicio. Itaq; ordinationē, quā canones irritam definiunt, nos quoq; vacuandam esse censuimus, in qua prætermissa triū præsentia, nec expetitis comprouincialium literis, metropolitani quoq; voluntate neglecta, prorsus nihil, quod episcopum faceret, ostensum est. E

Cap. 2. Taurinaten. cōci.

als, vexata

al. expectatōi

alias, votis palpari

¶ Cap. II. De remotione eius, quē ordinare perperā duo p̄sumpserunt.

Item'q;, de voluntate dn̄i placuit, remoto hoc, qui perperam assumptus erat ep̄s, fieri omnino fratrū cōstitutionē, ecclesiastica traditione seruata. Verꝫ, quia hæc sancta synodus nō *disciplinā tantū, sed & misericordiā gestit (quūq; occurrerit, ꝙ se Armentarius diebus proximis eidē ecclesiæ multa assentatorꝫ insolētia *retulisset, occurrebat tn̄, ꝙ ante admonitionē discessisset, ꝙ a nonnullis sacerdotibus in hocipsum cōfirmatus, se etiā priuatæ domui reddidisset, ꝙ epistolas ad clerꝫ ipsum emiserat, quibus episcopatū, *quē se *indeptū agnoscebat appetere, renuntiauerat, eradi nomē suum petens, & hoc ipsum quod instabiliter in se p̄sumptū erat, iam tunc inordinatū, & irritū futurꝫ protestatū esse cōfirmans) in illā potius partē declinata sentētia est, vt iuueni, educato in timore dn̄i, plus suffragaretur, quod in actu vitiosissimo interdū sana sensisset, q̄ quod iuuenilibus titillationibus aliqua in parte cessisset. Itaq; p̄termissis his, q̄ *in ingressu ipsius eū absq; vllius excusationis effugio, *culpæ associatū asseuerāt, velut innocentē, eundem p̄terire sacerdotes dn̄i, qui huic concilio aderant, damnatione vacuū, maluerunt.

als, disciplinę tantū curam, sed & m̄iæ

al', p̄tulisset

als, indebitū, quem se

alias, se non

alias, regressu

als, societatis culpæ respersi ferant

¶ Cap. III. De indulto eidem peregrini, vel chorepiscopi nomine. F

Quod ergo in quibusdā schismaticis magis q̄ hæreticis recipiendis Nicænū concilium statuit a singulis per territoria sua, hoc etiā p̄sens cōuentus in hoc statuit ab omnibus seruari debere, id est, vt cuicunq; de fratribus tale aliquid charitatis cōcilia dictauerint, liceat ei in vnā parochiarꝫ suarꝫ ecclesiam *cedere, in qua aut chorepiscopi nomine (vt idem canon loquitur) aut peregrina (vt aiunt) cōmunione foueat. Primum itaq; statuitur, vt hoc in qualibet prouincia, p̄terquā in Alpina maritima liceat, quam si in aliqua parte accesserit, vt malorꝫ incitator, & quietis impatiens, damnationi, quā in se prouocauerat, subiacebit. Sed & si quis eidē quicq̄ ex his, q̄ statuta sunt, transgredienti, cōmunicauerit, a cōmunione omniū fiat alienus. Deinde, vt quolibet in loco, p̄terquā in publico *gerent, ne quisq̄ ei locus decernat, quem curiæ, & ciuitatis species, aut ordo nobilitat. Additur, ne vnquā in ciuitatibus, nisi sub episcoporꝫ absentia offerre p̄sumat, nec ordinare vel vltimū clericū, nec in eadē quidē ecclesia, q̄ illi cuiuscūq; misericordia fuerit attributa, nec vlli epo꞉rꝫ, vel, succedēte ætate, assumpto aliq̊, in rudimētis suis huic in aliquo quasi pro ætatis reuerentia, cedere liceat, nec vsquā ipsi quicquā de episcopalibus officiis vsurpare, p̄terquā in ecclesia, quā cuiusquā misericordia fuerit *indeptus, in qua ei solum neophytos cōfirmare, & ante presbyteros offerre conceditur. Quod si vnquā aliter aliquis, charitate alterius prouocatus, de habitationis cōmutatione variauerit, nō aliter in alia ecclesia requiē accipiat, quam in priori habuit, cui renuntiauerat. Nec omnino vnquā gubernationē obtineat, cui etiā in ea, q̄ ipsi conceditur, ministros a ciuitatis ep̄o necesse est ordinari. Sane, quia ministrorꝫ mentio facta est, & nōnulli ab

Nicæ. concil. cap. 8

ali. cōcedere

ali. egerint

ali. adeptus

ipso

A ipſo inuenti, excõmunicati, temere in clero dicuntur prouecti, ſtatutum eſt, eos, qui ita aſſumpti ſunt, deponẽdos. Quibus aũt nulla macula cõuerſationis præiudicarit, prout Ebredunenſi ſacerdoti conſtituendo viſum eſt, aut in eccleſiæ ſuæ miniſterio tenẽdos, aut ad ipſum, quocunq; habitaſſet, transferendos, plebiq; quã acceperit, ex cõſtitutionis huius permiſſu benedicere, & (vt ſupra definitũ eſt) in vna, eademq; eccleſia neophytos confirmare in caſtellis ac vicis, totum illi ante presbyteros (ſicubi venerit) liceat, q̃d in ciuitatibus omnino præſcribitur.

¶ Cap. IIII. Vt preſbyteri priuatim fidelibus deſiderantibus benedicant.

Et inter minutas has diſcuſſiones & indefinitas, viſum eſt omni preſbytero per familias, per agros, per priuatas domos pro deſiderio fideliũ habere facultatẽ benedictiones aperire, quod nõnullas iam prouincias habere occurrit. Huic aũt etiam in eccleſiarum plebibus, per loca tamen magis q̃ per vrbes, hoc idẽ viſum eſt eſſe tribuendũ. In eccleſia quoq;, in qua ordinatus fuerit, conſecrandi virginẽ, ſicut confirmandi neophytum, ius habebit. Et per oĩa, vt ſit multæ indulgentiæ teſtimoniũ, ſemper ſe inferiorem ẽpo, ſuperiorẽ preſbytero agat. Mandatis, votiſq; omniũ ſanctorum proſequentibus, viuat in timore domini, & * ẽpm ſuũ colat, deo ſeruiat, ſynodi circa ſe beniuolentiæ gratias agat, ſemperq; indignũ ſe indultis, etiã negatis imparem eſſe fateatur.

alias, quietẽ

B ¶ Cap. V. De ordinanda eccleſia, defuncto epiſcopo.

In cõmune aũt omnes, qui cõuenerant ſacerdotes, ſibimetipſis cõtra huiuſmodi ſcandala p̃cauendum cenſuerunt. Itaq;, propter eiuſmodi temeritatẽ, ſtabili definitione conſultum eſt, vt de cætero obſeruaretur, ne quis ad eã eccleſiam, quæ ẽpm perdidiſſet, niſi vicinæ eccleſiæ ẽps exequiarum tempore accederet, qui tamen ſtatim eccleſiæ ipſius curam diſtrictiſſime gereret, ne quid ante ordinationem, diſcordantium in nouitatibus clericorum ſubuerſioni liceret. Itaq; quum tale aliquid accidit, vicinis, vicinarum eccleſiarum inſpectio, deſcriptio, recenſioq; rerum, mandatur.

¶ Cap. VI. Ne quis ad ordinationẽ veniat, niſi metropolitani literis inuitatus.

Hæc autem omnia exequiarum tempore vſq; ad ſeptimã defuncti agat diem. Exinde eccleſiæ referens mandatũ metropolitani, ſimul cũ omnibus ſanctis epiſcopis ſepeliatur. Nec quiſquã ad eccleſiam, quæ ſummũ amiſerat ſacerdotẽ, niſi metropolitani literis inuitatus (ne a plebe decipiatur) accedat, & vim pati voluiſſe videatur.

¶ In exemplari Parrhiſijs impreſſo, continue epiſcoporum ſubſcriptiones (vt infra conſcribuntur) ſubſequebantur. Verum in vetuſto Gemblaceñ. codice, titulus & canon ſequens interponebãtur.

C ¶ Cap. VII. De conuentu annuo.

Hæc, quæ cõmuni conſenſu de voluntate dñi ſeruanda ſunt, neq; (quod abſit) ſine offenſa dei, ac omniũ a quoquã tranſgredienda, definierunt ita dicentes, vt ſecundũ antiquã conſuetudinẽ (ſi qui ex tempore ruerint) bis in anno cõuentus agant, ac certe inter quaſlibet anxietates, neglectis proprijs & domeſticis neceſſitatib9, gratias ſimul deo agentes, quicquid in ſpũ conſiderant, cõſurgentes, ſolũ eccleſiæ remediũ, remota vltionis prurigine, atq; omni animoſitate, quærant.

Ego Hilarius epiſcopus (iuxta id quod vniuerſis ſanctis coepiſcopis meis, qui mecũ ſubſcripſerunt, placuit) definita patrum ſequutus, his definitionibus ſub * die. xvi. Decẽbris, Theodoſio auguſto. xvij. & Feſto viris clariſſ. conſſ. ſubſcripſi.

alias, iij. Kalẽ.

Ego Seuerianus epiſcopus huic definitioni interfui, & ſubſcripſi, die & conſulibus ſupraſcriptis. Ego Audentius epiſcopus his ſtatutis interfui, & die ac conſulibus ſupraſcriptis ſubſcripſi. Ego Iulius epiſcopus his &c̃. Ego Archadius epiſcopus his &c̃. Ego Auſpicius epiſcopus his &c̃. Ego Seuerus epiſcopus his &c̃. Ego Claudius epiſcopus his &c̃. Ego * Valerius epiſcopus his &c̃. Ego * Nectarius epiſcopus his &c̃. Ego Aſclepius epiſcopus his &c̃. Ego Theodorus epiſcopus his &c̃. Ego Maximus epiſcopus his &c̃. Ego Vincentius presbyter epiſcopi * Conſtantiniani, ab eodem ordinatus, interfui vice ipſius, & ſubſcripſi.

ali. Valarian9
al's, Neuteri9
alias, Conſtãtini

Finis concilij Rhegieñ.

AD LECTOREM PRAEMONITIO IN EX- purgationem Sixti papæ tertij, a crimine imposito.

PRopter exemplariorum intolerabilem, nimiamque & differentiam & deprauationem, quorum alterum vetustum fuit ac mendosum, quanquam de optimo charactere, atque in pergameno exaratum, alterum magis vetustum, sed æque deprauatum, ceu ad oculum intuentibus liquet, adeo vt nonnunquam quid intendant, non valeat intelligi, idcirco vtriusque exemplaris de syllaba in syllabam, nulla facta mutatione, litera est posita, vnius quidem in columna anteriori, cui praeponitur litera A, alterius in posteriori, cui praeponitur litera C, Verum media columna, cui litera B praescribitur, pro illius capacitate, seu potius coniectura, qui vtramque literam admodum differentem concordare nisus est, & ad sensum aliquem reducere, quantum ei pro sua virili licuit, litera, vbi illius intellectus haberi potuit, manente, ex vtroque exemplari desumptis his, quae literæ magis congruere, illi visa sunt, aut certe quibusdam vel mutatis, vel additis, vbi litera nimis deprauata extabat, aptata est. Nemo ergo caput subsannando moueat, qui vel exemplaribus correctioribus nactis, aut ex ingenij nobilitate, aut lympiditate concordantiam illam minus aptam considerans, potens est emendare, quinimo patienter ferat, & in meliorem formam ipse restituat. Proinde visum collectori non est, omnino ista propter praemissas ineptias praetermittere, quod patres priores nobis suis posteris opera ac diligentia tanta reliquerunt, quin potius etiam nostræ posteritati illa communicare decreuit.

DE EXPVRGATIONE SIXTI PAPAE III.

¶ Collectiones Sixti papæ, quas collegit, impetitus a Mariniano & Basso.

Capitula sequentis processus, habiti circa Sixtum papam tertium.

¶ Ipse Sixtus colligi præcepit, Valentiniano & Anatholio viris clariss. conss.

A

CAP. .I.

CRescentius quidam timens deum, quas ex nobilitate composuerat per annos vitæ suæ omnes facultates suas ecclesiæ reliquit, in integro fecit ecclesiam hæredemque instituit. In qua dimisit prædium in partes Siciliæ quod nominatur Argianum, qui praestat solidos septingentos. Huic prædio proxime non longe erat prędium Mariniani. Veniens autem in vrbem Romam Octauius seruus Mariniani, intimauit Ma-

B

CAP. .I.

VAlentiniano & Anatholio viris clariss. consulibus, Crescentius quidam ex nobilibus timens deum, quas comparauerat per annos vitæ suæ omnes facultates suas, ecclesiæ reliquit, & ex integro ecclesiam fecit, hæredemque instituit. In qua dimisit prædium in patribus Siciliæ, quod nominatur Argianum, quod præstat solidos septingentos. Secus hoc prædium proxime non longe erat prædium Mariniani. Veniens autem

C

CAP. .I.

CRescentio quidam timens deum ex nobilitate, cum poneret annos vitæ suæ, omnes facultates suas ecclesiæ reliquit. In integro fecit ecclesiam hæredem atque instituit, in quibus dimisit prædium in parte Siciliæ, quod nominatur Argianum, quod præstat solidos septingentos, Latus hoc prędium proxime non longe erat prędium Mariani. Veniens autem in vrbem Romam Octauius seruus Mariani

A

Mariniano, & laudauit prædium ecclesiæ. Tunc Marianus pergit ad episcopum vrbis rome syxtum, & cepit rogans, postulare ab eo fundum supradictum ecclesiæ. Respondens syxtus episcopus vrbis rome dixit. Nihil ex meis reditibus creuit ecclesiæ. Vnde charissime fili, pauperum senecta subleuari desiderat, nec veni ecclesiam subuertere. Hoc audito Marinianus habuit in semetipsum, & discessit ab eo.

CAP. II.

Epiphanius igitur ingenuus ex nobilibus parentibus procreatus, & facultatibus. Hic nutritus fuerat, quasi in domo bassi exconsulis. Litigies ergo inter seruum Bassi, & Epiphanium nascitus euentu. Hic venit ad syxtum episcopum & cepit rogare eum, vt ingenuitas eius seruaretur per ecclesiam. Veniens autem Syxtus episcopus vrbis romæ ad bassum, cœpit rogare eum de ingenuitate munimentum. Iratus autem Bassus respondit ad Syxtum episcopum. Nemo enim iudicauit dominũ in consilio serui. Nam & misit & vniuersa prædia eius occupauit.

CAP. III.

Exiens autem & Syxtus episcopus venit ad Valentinianũ Augustum, & cœpit rogare eum de ingenuitate Epiphanij, tantum vt cyrographo augusti munitus per ecclesiam vindicaretur, & cepit studiose sicut decet semper subleuare grauatos. Iratus autem Marinianus, de his, quæ supradicta sunt, venit ad Bassum dicens, quasi de malitia Syxti episcopi, & quod per petrum audierat seruũ episcopi Syxti, eo quod consecratam crisogontem stuprasset.

CAP. IIII.

Consi

B

autem in vrbem Romam Octauius seruus Mariniani, intimauit Mariniano, & laudauit prædium ecclesiæ. Tunc Marinianus perrexit ad episcopum vrbis Romæ Sixtum, & cœpit rogans postulare ab eo fundũ ecclesię supradictum. Respondẽs Sixtus episcopus vrbis Romæ dixit: Nihil ex meis reditibus, charissime fili, accreuit ecclesiæ, vnde pauperum senecta subleuari desiderat, nec ego veni ecclesiam subuertere. Hoc audito Marinianus tabuit intra semetipsum, & discessit ab eo.

CAP. II.

XXXIIII. Iudæi (quorum perfidia frequenter ad vomitum redit) si ad legem catholicam venire voluerint, octo menses inter catechumenos ecclesiæ limen introeant. Et si pura fide noscuntur venire, tum demum baptismatis gratiam mereantur. Quod si casu aliquo periculum infirmitatis, intra præscriptum tempus, incurrerint, & desperati fuerint, baptizentur.

XXXV. Si episcopus metropolitanus ad comprouinciales episcopos epistolas direxerit, in quibus eos aut ad ordinationem summi pontificis, aut ad synodum inuitet, postpositis omnibus (excepta graui infirmitate corporis, aut p̃ceptione regia) ad cõstitutũ diẽ adesse nõ differãt. Quod si defuerint (sicut prisca canonũ p̃cepit authoritas) vsq; ad proximã synodum, charitate fratrum, & ecclesiæ communione priuentur.

B

XXXVI. Clerici etiam omnes, qui ecclesiæ fideliter, vigilanterq; deseruiunt, stipendia, sanctis laboribus debita, secũdum seruitij sui meritum,* vel ordinationem canonum a sacerdotibus consequantur.

XXXVII. Itaq; censuimus, homicidas, & falsos testes a communione ecclesiastica submouendos, nisi pœnitentiæ satisfactione crimina diluerint.

XXXVIII. Clericis, sine commendatitijs epistolis episcopi sui, licentia non pateat euagandi. In monachis quoque præsentis sententiæ forma seruetur. Quos si verborum increpatio non emendauerit, etiam verberibus statuimus coerceri. Seruandum quoq; de monachis, ne eis ad solitarias cellulas liceat a congregatione discedere, nisi forte probatis post emeritos labores, aut propter infirmitatis necessitatem, asperior ab abbatibus regula pręmittatur. Quod ita demum fiet, vt intra eadem monasterij septa manentes, tamen sub abbatis potestate separatas habere cellulas permittantur.* Abbati quoque * singulas diuersas cellulas, aut plura monasteria habere non liceat, nisi tantum propter incursum * hostilitatis intra muros receptacula collocare.

C

XXXIX. Presbyteri, diacones, subdiacones, vel deinceps, quibus ducẽdi vxores licentia non est, etiam alienarum nuptiarum euitent conuiuia. Nec his cœtibus misceantur, vbi amatoria cantantur, & turpia, aut obsceni motus corporum * choris, & saltationibus efferuntur, ne auditus, & * obtutus sacris * mysterijs deputati, turpium spectaculorum, atq; verborum contagione polluantur.

XL. Omnes deinceps clerici, siue laici Iudæorum conuiuia euitent. Nec eos ad conuiuium quisquis excipiat, quia quum apud Christianos cibis communibus non vtantur, indignum est, atq; sacrilegum, eorum cibos a Christianis sumi, quum ea, quæ, apostolo permittente, nos sumimus, ab illis iudicentur immunda, ac sic inferiores incipiant esse Christiani, q̃ Iudæi, si nos, quæ ab illis apponuntur, vtamur, illi vero, a nobis oblata, contemnant.

XLI. Ante omnia, clericis * vetetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes, ac nutrix est. Itaque eum, quem ebrium fuisse constiterit (vt ordo patitur) aut triginta dierum spatio communione statuimus submouendum, aut corporali subdendum supplicio.

XLII. Ac ne id fortasse videatur omissum, quod maxime fidem catholicæ religionis infestat, q̃d aliquanti clerici, siue laici studẽt augurijs, & sub nomine fictę religionis per eas, quas sanctoꝝ sortes vocãt, diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcunq; scripturarum inspectione futura promittunt. Hoc, quicunq; clericus, vel laicus detectus fuerit, vel consulere, vel docere, ab ecclesia habeatur extraneus.

III iiij XLIII. De

Marginal notes:
- 11. q. 1. Clericũ nulli⁹ p̃sumat
- 5. q. 6. Si q̃s v̄o secularium
- 12. q. 2. Ep̃s q̃ filios — al's, præsumpserit
- De cõs. dist. 4 Iudæi quoꝝ
- Dist. 18. Si ep̃s. Et in decre. Iuo. lib. 4 In Arelatẽ. ij cap. 19. Et in Vasioñ. c. 25
- 1. q. 2. Clerici — alias, per
- 24. q. 3. Itaq;
- 20. q. 4. Monachum, & in dec. Iuo. lib. 5
- al's, Abbatib⁹ — al's, singulis — al's, hospitalitatis
- Dist. 34. Pbr̃i — al's, choræis — al's, obtuitus — al's, misterijs
- 28. q. 1. Omnes deinceps
- Dist. 35. Ante — al's, vitetur
- 26 q. 5. Aliq̃ti cle. studẽt

alias, statuerit In cõci. Arela teñ. 2. cap. 25 26. q. 6. Mini.

XLIII De pœnitentibus id placuit obseruare, quod sancti patres nostri synodali sententia *censuerunt, vt nullus de his clericus ordinetur, & q iam sunt p ignorantiam ordinati, aut sicut bigami, aut inter nuptarum mariti locum teneant. Ministrare diaconus, aut consecrare altare pres byter non præsumat.

D

26. q. 6. Ministrare diaco.

XLIIII Benedictionem super plebem in ecclesia fundere, aut pœnitentem in ecclesia benedicere, pres bytero penitus non licebit.

12. q. 2. Terrulas aut viue.

XLV Terrulas, aut vineolas exiguas, & ecclesiæ minus vtiles, aut longe positas, paruas eps sine cõsilio fratrum (si necessitas fuerit) distrahendi habeat potestatem.

12. q. 2. Fugitiui

XLVI Fugitiui, domos suas, aut familias deserẽtes, qui etiam, si reuocati fuerint, non possunt tenere, simili ratione ab epo, si voluerit, aut si ita illi meruerint, distrahantur.

¶ Hucusq; inclusiue Geblaceñ. exemplar extẽdebat. Hinc cõtinuabat conclusio finalis cũ subscriptionibus infra positis. (alias audire)

De cõs. dist. 1. Missas die domico

XLVII Missas de dominica secularibus *tenere, speciali ordine præcipimus ita vt ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat. Qui si fecerint, ab episcopo publice confundantur.

12. q. 1. Epi de. als, oia in iure

XLVIII. Vt de rebus epi propriis, vel acquisitis, vel quicquid epus de suo proprio habet, hæredibus suis si voluerit, derelinquat. Quicquid vero de prouisione ecclesiæ suæ fuerit, siue de agris, siue de frugibus, siue de oblationibus, omnia* iure ecclesiæ reseruare censuimus.

E

12. q. 2. Diac.

XLIX Diacones vel presbyteri in parochia cõstituti, de rebus ecclesiæ, sibi creditis, nihil audeãt commutare, vẽdere, vel donare, quia res sacratæ deo esse, noscuntur. Similiter & sacerdotes, nihil de rebus ecclesiæ sibi commissæ (vt superius comprehensum est) alienare præsumant. Quod si fecerint, conuicti in concilio, & ab honore depositi, de suo aliud tm̃ restituãt, quantũ visi sunt præsumpsisse. Sane si* quis pro qualibet conditione, de rebus ecclesiæ aliquid alienare præsumpserit, si de suo proprio tantum ecclesiæ contulerit, quantum visus est, abstulisse, tunc demum istud stare licebit. Libertos tamen, quos sacerdotes, vel diaconos, de ecclesia sibi commissa, facere voluerint, actus ecclesiæ prosequi iubemus. Quod si facere contempserint, placuit eos ad proprium reuerti seruitium.

12. q. 2. Si qs qualibet

als, qs q̃libet, 12. q. 2. Diac.

Dis. 50. Si eps vel, Si qs eps, als, monasterio detrudat

L Si episcopus, pres byter, aut diaconus, capitale crimen commiserit, aut chartam falsauerit, aut testimonium falsum dixerit, ab officii honore depositus, in* monasterium *retrudatur & ibi quàmdiu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat.

F

12. q. 5. Si eps cõdito testa.

LI Si episcopus, condito testamento, aliquid de ecclastici iuris proprietate legauerit, aliter non valebit, nisi tantum de iuris proprii facultate suppleuerit.

LII Pres bytero, aut diacono, vel clerico, sine antistitis sui epistolis ambulanti, communionem ei nullus impendat.

12. q. 2 Quicqd parochia.

LIII Quicquid parochiarum pres byter, de ecclesiastici iuris possessione, distraxerit, inane habeatur, & vacuum vendicatione comparantis, & actione vendentis.

12. q. 4. Pbr. Et i de. Iu. li. 2

LIIII Presbyter, dum diocœsim tenet, de his, quæ emerit ad ecclesiæ nomen, scripturam faciat, aut ab eius (quam tenet) ecclesiæ ordinatione, discedat.

Dist. 34. Epm pbrm, Vetꝝ titul⁹ eiusdem ca. talis est Ex cõci. Arelatẽ.

LV Episcopis, pres byteris, diaconibus, canes ad venandum, aut accipitres habere non liceat. Quod si quis talium personarum in hac voluntate detectus fuerit, si episcopus est, tribus mensibus se suspendat a communione, pres byter duobus mensibus se abstineat, diaconus vero ab omni officio, vel communione cessabit.

27. q. 4. In vẽditione als, licentia

LVI In venditiouibus, quas abbates facere præsumunt, hæc forma seruetur, vt quicquid sine episcopi * notitia venditum fuerit, ad potestatem episcopi reuocetur. Mancipia vero, monachis donata ab abbate non liceat manumitti. Iniustum enim putamus, vt monachis quotidianum rurale opus facientibus, serui eorum libertatis otio potiantur.

21. q. 1. Vnum

LVII Vnum abbatem duobus monasteriis præsidere interdicimus.

18. q. 2. Cellulas nouas,

LVIII Cellulas nouas, aut cõgregatiũculas monachorum, absque notitia episcopi prohibemus, institui.

LIX. Cleri-

A LIX. Clerici quilibet, quātacunq; diuturnitate temporis, de ecclesiæ remuneratione aliqua possederint, in ius proprium, præscriptione temporis, non vocentur, dummodo pateat ecclesiæ rem fuisse, ne videantur etiam episcopi administrationes* prolixas, aut * precatorias, quum ordinati sunt, *facere debuisse, aut diu retentas facultates, in ius proprietatis suæ posse transscribere.

16.q.3.Clerici quilibet als,prolixæ als,pcarias als,facere nō debuisse

LX. Lapsis, id est, qui in catholica fide baptizati sunt, si præuaricatione damnabili post in hæresim transierint, grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas. Quibus nos, annorum multitudine breuiata, pœnitentiam, biennij conditione infrascriptæ obseruationis, imponimus, vt præscripto biennio, tertio sine relaxatione ieiunent, & ecclesiam studeant frequentare. In pœnitentum loco standi & orandi humilitatem ita nouerint obseruandam, vt etiam ipsi, quum catechumeni egredi commonentur, abscedant. Hoc si obseruare voluerint, constituto rempore admittendis ad altarium obseruatio relaxetur. Quod si ardua, vel dura forte putauerint, statuta præteritotum canonum implere debebunt.

LXI. De incæstis coniunctionibus nihil prorsus veniæ reseruamus, nisi quum adulterium separatione sanauerint. Incæstos vero, nullo coniugij nomine deputādos, quos etiam designare funestum est. Hos enim censemus esse. Si quis relictam fratris, quæ pene prius soror extiterat, carnali coniunctione polluerit, si quis frater germanam B vxorem acceperit, si quis nouercam duxerit, si quis cōsobrinæ suæ se sociauerit, si quis relictæ, vel filiæ auunculi misceatur, aut patrui filiæ, vel priuignæ suæ, aut qui ex propria consanguinitate aliquam, aut quam consanguineus habuit, concubitu polluat, aut duxerit vxorem, Quos omnes & olim, atq; sub hac constitutione, incæstos esse non dubitamus, & inter catechumenos, vsq; ad legitimam satisfactionē manere, & orare præcipimus. Quod ita præsenti tempore prohibemus, vt ea, quæ sunt * hactenus instituta, non dissoluamus. Sane, quibus coniunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris coniugij libertatem.

36.q.2.3.De incæstis

als,ante nos,

LXII. Si quis seruum proprium sine conscientia iudicis occiderit, excommunicatione, vel pœnitentia biennij reatum sanguinis emendabit.

LXIII. Vt ciues, qui superiorum solennitatum, id est, paschæ, ac natalis domini, vel pentecostes festiuitatibus, cum episcopis interesse neglexerint (quum in ciuitatibus, communionis vel benedictionis accipiendæ causa positos se nosse debeant) triennio a communione priuentur ecclesiæ.

LXIIII. Si quis in clero constitutus, ab ecclesia sua diebus solennibus defuerit, id est, natiuitate dn̄i, Epiphania, pascha, vel pētecoste, dū potius * singulari lucro studeat, q̄ seruitio * suo parere, cōuenit, vt triennio a cōione suspēdatur. Similiter diaconus, vel C presbyter, si p tres hebdomadas ab ecclesia sua defuerit, huic damnationi succumbat.

7.q.1.Si quis. als, secularib⁹ lucris studet als, dei

LXV. Quoniam non oportet, diaconem sedere, præsente presbytero, sed ex iussione presbyteri sedeat. Similiter autem honorificetur diaconus a ministris inferioribus & omnibus clericis.

Dist.93.Non Et in cōci. Laodiceñ.ca.20

LXVI. Quoniam non oportet, insacratos ministros licentiam habere, in secretarium (quod Græci diaconicon appellant) ingredi, & contingere vasa dominica.

Dist.23.Non oport. insac.

LXVII. Quoniam non oportet, cum omnibus hæreticis miscere connubia, & vel filios, vel filias dare, sed potius accipere, si tamen profitentur, Christianos futuros esse se, & catholicos.

28.q.1. Non opor. cū oib. Et in concil. Laod. ca.31.

LXVIII. Quoniam non oportet, ministros altaris, aut clericos, magos, & incantatores esse, aut facere, quæ dicunt, philacteria, quæ sunt magna obligamenta animarum. Hos autem, qui talibus vtuntur, proijci ab ecclesia iussimus.

26.q.5. Nō. Et in concil. Laod.ca.36

LXIX. Seditionarios, nunquam ordinandos clericos, sicut nec vsurarios, vel iniuriarum suarum vltores.

Di.46. Sedi. Et in cō. Carthа.4. ca. 67

LXX. Clericum scurrilem, & verbis turpibus ioculatorem, ab officio retrahendum (als, detrahendum.)

Dist. 46. Clericū scur. Et in cō. Carth. 4.ca.60

LXXI. Synodum etiam secundum constituta patrum, annis singulis placuit congregari. Et quia in nomine domini, omnibus salubriter constitutis, synodus cū pace dimittitur, gratias deo primitus, & domino nostro regi agamus, orantes diuinā clementiam, vt hæc eadem facere & docere per multos annos in honorem domini possimus.

Ego

Ego Cæsarius in Christi nomine episcopus iuxta id, quod vniuersis coepiscopis meis, q mecum subscripserũt, placuit, instituta patrum secutus, his diffinitionibus annuens, sub die *. quinto Kalendas Septembris anno. xxij. regis Alarici subscripsi.

D

* als, iiij. Idus septembris, anno. xxij. regni Alarici

¶ Cyprianus episcopus subscripsi. Clarus episcopus subscripsi. Tetradius episcopus subscrip. Eraclianus episcopus subscrip. Sophronius episcopus subscripsi. Sedatus episcopus subscripsi. Quintianus episcopus subscripsi. Sabinus episcopus subscripsi. Gratianus episcopus subscripsi. Nicetius episcopus subscripsi. Suauis episcopus subscripsi. Galactarius episcopus subscripsi. Gratus episcopus subscripsi. Vigilius episcopus subscripsi. Glicerius episcopus subscripsi. Petrus episcopus subscripsi. Cronopius episcopus subscripsi. Probatius episcopus subscripsi. Maternus episcopus subscrip. Agretius episcopus subscripsi. Marcellus episcopus subscripsi. Pendatius episcopus subscripsi. Abilius episcopus subscripsi. Ingenuus episcopus subscripsi. Paulinus episcopus subscripsi. Polemius episcopus subscripsi. Pompeius episcopus subscripsi. Firminus epus subscripsi.

¶ DECRETA AGATHEN. CONCILII PRIORIBUS non inserta, secundum Gratianum, numero tria.

PRIMVM.

Non liceat episcopo proprijs manibus aliquem cędere.

E

Dist. 86. Non liceat aliquẽ.

Non liceat episcopo manibus suis aliquem cedere. Hoc enim alienum a sacerdote debet esse,

SECVNDVM.

Quando amplius quàm debetur, exigitur, vsura committitur.

13. q. 3. Vsura est.

Vsura est, vbi amplius requiritur, quàm datur. Verbi gratia: Si dederis solidos decem & amplius quęsieris, vel dederis frumenti modium vnum, & sup aliquid exegeris.

TERTIVM.

De purgatione clericorum, si conuinci non potuerint.

2. q. 4. habet finis hui9 decreti, sed totũ cap. est apud Iuo. lib. 5

Si quis presbyter vitæ suæ negligens, prauis exemplis mala de se suspicari permiserit, & populus ab episcopo iuramento, seu banno Christianitatis constrictus, infamiam eius patefecerit, & certi accusatores criminis eius defuerint, admoneatur primo seorsum ab epo, deinde sub duobus, vel tribus testibus. Si non emendauerit, in conuentu psbyterorum episcopus eum publica increpatione admoneat. Si vero neq sic correxerit, ab officio suspendatur, vsque ad dignam satisfactionem, ne populus in eo scandalum patiatur. Si vero accusatores legitimi non fuerint, qui eius crimina manifestis indicijs probare contenderint, & ipse negauerit, tunc ipse cum socijs septem eiusdem ordinis (si valet) a crimine seipsum expurget. Diaconus vero si eodem crimine accusatus fuerint, semetipsum cum tribus expurget.

¶ Ex Decreto Iuonis.

F

Libro. 8

Perquirendum est, si aliqua fœmina sit, quæ per quædam maleficia, & incantationes mẽtes hominum immutare se posse dicat, id est, vt de odio in amorem, vel de amore in odium conuertat, vt bona hominum aut damnet, aut subripiat. Et si est, quæ se dicat cũ dæmonum turba in similitudinem mulierum transformata, certis noctibus æquitare super quasdam bestias, & in eorum consortio annumeratam esse, hæc talis, omnimodis scopis correcta, ex parochia ejciatur.

¶ DECRETA QVAEDAM EX CODICE librorum. xvi. libro. v. cap. xxij.

De illis, qui contentiones & rixas amauerint.

Si quis contentiones & rixas amauerit, vel manifestum vitium fratri intulerit, iuxta arbitrium rectoris modumq peccati diuturna expietur pœnitentia.

Ex eisdem libris & cap.

De illis, qui faciles sunt ad detrahendum.

Si quis promptus, facilisq est ad detrahendum, dicens, quod verum non est, septem dies in pane & aqua, sequestratus a fraterno consortio, pœniteat.

Ex eodem libro. xv. cap. viij.

De falso testimonio, quod capitale sit crimen.

Nouerint

A Nouerint falsi testes, quod si falsum testimonium capitale crimen non esset, nequaquã deus in euangelio inter principalia crimina enumerasset. Ait enim: De corde exeunt homicidia, adulteria, furta, falsa testimonia. Et ideo debet pœnitere, similiter & excõmunicari falsus testis, sicut adulter, fur & homicida. Matth. 15.

Finis concilij Agatheñ.

CONCILIVM AQVILEIENSE, TEMPORE DAMASI papæ primi celebratum.

¶ Concilium hoc Aquileieñ. tardius repertũ, tempore quoque beati Ambrosij Mediolaneñ. epi celebratũ, circa Damasi papæ primi tẽpora, situari cõuenientius debuisset. Verũ quia, quæ tẽpus memorati papæ cõcernunt, & alia (donec p̃sens prodiret concilium) iam impressa sunt plura, necesse est ipm Aquileieñ. conciliũ ad dictũ tempus, locumque referendũ, hoc tamẽ loco, quo ad collectoris manus venit, scribi atque locari.

B

¶ Porro, huius Aquileieñ. ciuitatis mẽtionẽ facit Ptol. lib. geographiæ suæ. iij. ca. i. tit. Italiæ situs, vbi dicit. Ciuitates aũt sunt mediterraneæ Istriæ, Pucinũ &c. Carnorũ mediterraneæ Concordia, Aquileia. Et Pliñ. lib. iij. naturalis historiæ, cap. xviij. tit. Venetia, Decima regio, vbi ait. Alsa, Natiso cũ Turro profluente Aquileiam Coloniam. xij. p. a mari sitam. Carnorũ regio &c. Et Antoñ. in itiñ. tit. Ab Arimino recto itinere Rauennã &c. Aquileia. Item tit. Ab Arimino Cesenam &c. Concordia, Aquileia. Item tit. Iter ab Aquileia p Istriam extra mare Salonas. Item tit. Ab Aquileia p Liburniã Scisciam. Item tit. Ab Aquileia Lauriacũ. Itẽ tit. Ab Aquileia p cõpendiũ Veldidenã. Item tit. Ab Aquileia Bononiam &c. Concordia. Item tit. Ab Aquileia Bononiã &c. Hostilia. Strabo quoque in geographia sua lib. v. Dicit enim ibidem. Aquileia simul proxima a Romanis condita est incumbentibus imposita Barbaris. Ad eam flumine aduerso onerarijs nauigatur nauibus per Natisonẽ fluuiũ plus stadia. lx. Gentes ad Istrum Illyrice ad ipsum subuehuntur emporiũ. Conuectant aũt res hi sane maritimas, vinũ ligneis dolijs, quæ plaustris imponunt, oleum p̃terea. Illi autem mãcipia, pecora, pelles. Extra Venetiæ quidem fines Aquileia est, quæ flumine ab alpibus descendente disterminatur.

C

Episcopi qui huic concilio interfuerunt.

Valerianus eps Aquileieñ. Ambrosius eps Mediolaneñ. Eusebius eps Bononiensis. Limenius eps Vercelleñ. Amenius epũs Sirmieñ. Illyrici. Sabinus epũs Placentinus. Abundantius eps Tridentinus. Philaster epũs Brixianus. Cõstantius episcopus Arausicus (al's, Auraficeñ.) Theodorus episcopus Octodoreñ. Domninus episcopus Gratianopolitanus. Amantius episcopus Nicieñ. Maximus episcopus Emoneñ. Basilianus episcopus Laudeñ. Proculus episcopus Massilieñ. Heliodorus episcopus Altineñ. Felix episcopus Iadreñ. (al's, Iadertinus.) Euentius episcopus Citinieñ. (al's, Tinieñ.) Exuperantius episcopus Dertonensis. Diogenes episcopus Genueñ. Constantius episcopus Sciscianeñ. legatus Gallorũ. Iustus legatus Gallorum. Felix legatus Aphrorum. Numidius legatus Aphrorum. Euagarius presbyter & legatus. Artemius. Almachius. Ianuarius. Iouinus. Macedonius. Cassianus. Marcellus. Eustachius. Maximus. Cromatius presbyter.

Gesta

GESTA CONCILII AQVILEIENSIS TEMpore Damasi papæ primi.

D

¶ Epiſtola concilij ad epiſcopos Italiæ.

Concilium, quod conuenit Aquileie, dilectiſſimis fratribus epiſcopis prouinciæ Viennenſium & Narbonenſium, primæ & ſecundæ. Agimus grãs ſanctę vnanimitati veſtræ, quod in dominis & fratribus noſtris Conſtantio, & Proculo omnium nobis veſtram præſentiam contuliſtis, ſimul per ſcripta maiorum ſequentes, non mediocre addidiſtis pondus ſententijs noſtris, cum quibus etiam veſtræ ſanctitatis conuenit profeſſio, domini fratres dilectiſſimi. Itaq; vt libenter ſuſcepimus memoratos, de veſtro noſtroq; conſortio ſanctos viros, ita etiam vberi gratiarum actioni dimittimus. Quàm neceſſarius autem conuentus hic fuerit, rebus ipſis pateſcet, quando aduerſarij & inimici dei, Arrianæ ſectæ hæreſis defenſores, Palladius, ac Secundianus, duo tantum qui auſi ſunt ad concilium conuenire, debitam præſentes excepere ſententiam, ſup impietate conuicti. Valete, Incolumes, vos & florentiſſimos deus noſter tueatur omnipotens, domini fratres dilectiſſimi, Amen.

EPISTOLA EIVSDEM CONCILII AD GRAtianum, & Valentinianũ, & Theodoſium Imperatores.

E

Imperatoribus clementiſſimis & Chriſtianis, beatiſſimiſq; principibuſq; Gratiano, & Valentiniano, & Theodoſio ſanctum concilium, quod conuenit Aquileie. Benedictus deus pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui vobis Romanũ Imperium dedit, & benedictus dominus noſter Ieſus Chriſtus vnigenitus dei filius, qui regnum veſtrum ſua pietate cuſtodit, apud quem gratias agimus vobis, clementiſſimi principes, quod & fidei veſtræ ſtudium probauiſtis, qui ad remouendas altercationes congregare ſtuduiſtis ſacerdotale concilium, & epiſcopis dignatione veſtra honorificentiam reſeruaſtis, vt nemo deeſſet volens, nemo cogeretur inuitus. Itaq; iuxta manſuetudinis veſtræ ſtatuta conuenimus ſine inuidia multitudinis, & cum affectu diſceptationis, nec vlli de hæreticis epiſcopi ſunt reperti, niſi Palladius ac Secundianus hoies vetuſta perfidiæ, propter quos congregari concilium poſtulabant, de extrema parte orbis Romani. Ecce nullus ſenectutis annis grauatus, cuius vel ſola eſſet reuerenda canicies, de vltimo ſinu motus Oceani venire compulſus eſt, & concilio nihil defuit. Nullus debile corpus trahens, ieiuniorũ ſtipendijs oneratum, itineris eſt coactus iniuria, fortitudinis amiſſæ dãna deflere. Nullus poſtremo pauperiem in ſacerdotibus glorioſam ſubſidio veniendi deſtitutus ingemuit. Vnde completum in te eſt, clementiſſime principum Gratiane, quod ſcriptura diuina laudauit: Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem. Quàm graue autem, ſi propter duos in fide carioſos, toto in orbe eſſent eccleſiæ ſacerdotibus deſtitutæ? Qui etiam ſi venire propter prolixitatẽ itineris, nequiuerũt, tamen oẽs prope ex oĩbus prouincijs Occidẽtalibus miſſis affuere legatis, & altercatiõibus euidentibus id ſe tenere, q̃d nos aſſerim⁹ & ĩ tractatu Nicæni congruere cõcilij deſignarũt, ſubiecta declarãt. Vbi ergo nũc pro veſtro Imperio concinũt vota populorũ, nec tñ arbitrio veſtro aſſertores fidei defuerunt, Nam licet euidẽtia eſſent præſcripta maiorũ, a qbus impiũ eſt, & ſacrilegũ deuiare tñ diſceptãdi obtulimus facultatẽ. Ac primũ principium ipm abortæ diſcuſſimus quæſtionis, atq; Arrij epiſtolã putauimus eſſe recitãdam, qui author Arrianæ hæreſis inuenitur. Vnde & nomen hæreſis accepit, ea videlicet gratia, vt qm̃ Arrianos ſe negare conſueuerant, Arrij blaſphemias aut incuſando damnarent, aut aſtruendo defenderent aut certe non recuſarent nomen eius, cuius impietatem perfidiamq; ſequerẽtur. Sed qa authorem ſuum, nec damnare poterant, nec probare, cum ipſi ad diſceptandum ante triduum prouocaſſent, locoq; & tempore conſtituto, non expectata conuentione prodiſſent ſubito, qui dixerant ſe (quia Chriſtiani eſſent) facile probaturos, quod nos libenter accepimus, & optauimus, vt probarent refugere congreſſum, illico dſiceptationẽ declinare cœperunt. Multis tamen nobiſcum his ſermo fuit propoſitæ diuinæ in medio ſcripturæ, diſceptandi de primo ortu diei in horam ſeptimam copia data, delata patientia.

Pſalm. 41

F

Atq;

A Atq; vtinã pauca dixiſſent, vel certe quæ audiuimus, poſſemus abolere. Nã ſacrilegis vocibus (quũ Arrius ſolũ patrẽ ſempiternũ, ſolũ bonũ, ſolũ verũ deũ, ſolũ immortalitatẽ habentẽ, ſolũ ſapientẽ, ſolũ potentẽ dicẽdo, expertẽ eorũ filiũ, impia cõmotiõe voluiſſet intelligi) iſti Arriũ potius ſequi, q̃ ſempiternũ deũ dei filiũ, & verũ deũ, & bonũ deũ, & ſapientẽ, & potentẽ, & immortalitatẽ habentem voluerunt fateri, multas horas fruſtra cõſumpſimus. Creſcebat illorũ impietas, nec corrigi vllo poterat modo. Deniq; quũ viderẽt ſe Arrij epoſtolæ ſacrilegijs perurgeri, quã ideo ſubdidimus, vt eam etiã veſtra clemẽtia perhorreſceret, reſilientes de media epiſtola, electionẽ petierũt, vt eorũ propoſitis reſponderemus, quanq̃ non eſſet ordinis neq; rationis, vt propoſita interrumperemus, reſpõſumq; eſſet a nobis, vt damnarẽt Arrij impietates, & de quibus vellent, ordine, locoq; ſeruato, eorũ intentionibus reſponderemus, tamen acquieuimus præpoſteræ voluntati. Ibi tamẽ euangelij ſcripta falſantes, propoſuerunt nobis, dixiſſe dñm, Qui me miſit, maior me eſt, quũ aliter ſcriptũ doceat ſeries ſcripturarũ. Redarguti de falſitate ſunt, vt faterentur, nec tamen ratione correcti. Nã quũ diceremus, ſecundum carnis ſuſceptionẽ minorẽ patre ſuo filiũ dici, ſecundũ diuinitatẽ aũt pro teſtimonijs ſcripturarũ parem, & æqualẽ probari, nec poſſe ibi eſſe diſcretionis gradus alicuius aut magnitudinis, vbi eſſet vnitas poteſtatis, non ſolũ illi noluerunt emendare errorẽ,

B ſed etiã veſaniã augere cœperunt, vt & ſubiectũ ſecundũ diuinitatẽ dicerent, quaſi vlla dei ſecundũ diuinitatẽ poſſit eſſe ſubiectio. Mortem deniq; nõ ad ſacramentũ noſtræ ſalutis, ſed ad infirmitatẽ quandã diuinitatis referunt. Horremus, clementiſſimi principes, tam dira ſacrilegia, prauoſq; doctores, & ne vlterius populos deciperent, q̃s tenebant, ſacerdotio putamus abdicandos. Neq; eñ dignũ eſt, vt ſacerdotiũ eius ſibi vendicent, quẽ negauerunt. Veſtrã fidẽ, veſtrã gloriã deprecamur, vt reuerentiã imperij veſtri deferatis authori, cenſeatiſq; impietatis aſſertores, & adulteros veritatis, datis apicibus clementiæ veſtræ ad iudicia cõpetentia, ab eccleſiæ arcendos eſſe liminibus, vt in damnatorũ locũ per noſtræ paruitatis legatos, ſancti ſubrogentur ſacerdotes. Attalum quoq; preſbyterũ de præuaricatione confeſſum, & palã ſacrilegijs inhærentẽ par ſententia cõprehendat. Nã quid de magiſtro eius Valente dicemus, qui quũ eſſet proximus, declinauit ſacerdotale conciliũ, ne euerſæ patriæ, perditorũq; ciuiũ, præſtare cauſas ſacerdotibus cogeretur, qui etiã torquem (vt aſſeritur) & brachialis impietate Gothica prophanatus, more indutus gentiliũ, auſus ſit in proſpectũ exercitus prodire Romani. Quod ſine dubio nõ ſolũ in ſacerdote ſacrilegiũ, ſed etiã in quocunq; Chriſtiano abhorretur more Romano, niſi forte ſic ſolent idololatræ ſacerdotes prodire Gothorum. Moueat pietatẽ veſtrã ſacerdotale nomẽ, quod ille ſacrilegus infamat, qui etiam

C ſuorũ vocibus, q tamẽ ſupereſſe poſſunt, nefandi ſceleris arguitur. Certe domũ repetat ſuã, non cõtaminet florentiſſimas Italiæ ciuitates, q nunc illicitis ordinationibus conſimiles ſui ſociat ſibi, & ſeminariũ quærit ſuæ impietatis atq; perfidiæ, p quoſq; perditos delinqueret, qui eps eſſe nec cœpit. Nã primo Petauione ſuperpoſitus fuerat, ſancto viro Marco admirabilis memoriæ ſacerdos, & poſteaq̃ deformiter deiectus a plebe eſt, q Petauione eſſe nõ potuit, is nunc Mediolani poſt euerſionem patriæ (ne dicamus proditionẽ) inquietauit. Super oĩbus igitur pietas veſtra cõſolari dignetur, ne obtemperantes veſtræ tranquillitatis ſtatutis fruſtra cõueniſſe videamur. Non ſolũ eñ cauẽdũ eſt, ne noſtra, ſed etiã veſtra decreta infamẽtur. Petimus igitur, vt legatos cõcilij ſanctos viros æque clementia veſtra audire dignetur, & cum effectu eorũ, quæ poſcimus maturius redire præcipiat, vt mercedẽ accipiatis a dño deo Chr̃o, cuius eccleſias ab omni ſacrilegorũ labe purgaſtis. Fotinianos quoq;, quos & ſuperiori lege cenſuiſtis, nullos facere debere cõuentus, & eã, quæ de concilio ſacerdotũ data eſt congregãdo, remouiſtis, petimus, vt qm̃ in Sirmienſi oppido adhuc cõuentus tentare cognouimus, clemẽtia veſtra, interdicta etiã nunc coitione, reuerentiã primum eccleſiæ catholicæ, deinde etiam legibus veſtris deferre iubeatis, vt & vos, deo præſtante, triumphetis, qui paci eccleſiarũ quietiq; conſulitis. ¶ Finit epiſtola.

Sylagrio & Eucherio viris clariſſ. conſſ. Nonis Septemb. Aquileiæ in eccleſia conſidentibus, cũ epis Aquileienſiũ ciuitatis, Valeriano, Ambroſio, Euſebio, Limenio, Amenio, Sauino, Abundantio, Artemio, Conſtantio, Iuſto, Filaſtro, Conſtãtio, Theodoro, Almachio, Domnino, Amantio, Maximo, Felice, Baſiliano, Numidio, Ia

nuario, Proculo, Heliodoro, Iouino, Felice, Exuperantio, Diogene, Maximo, Macedonio, Cassiano, Marcello & Eustachio episcopis. Ambrosius episcopus dixit. D

Diu citra acta tractauimus. Et quõ tanta sacrilegia a parte Palladij & Secundiani nostris auribus ingeruntur, vt difficile quisq; credat, tam aperte eos blasphemare potuisse, vel ne qua ipsi calliditate dicta sua postea negare conentur, licet de tantorũ sacerdotum testificatione dubitari non queat, tñ quõ de oĩbus episcopis placet, fiant acta, vt vnusquisq; professionẽ suã negare non possit. Quid ergo vobis, sancti viri, placeat, declarandum est. Omnes epĩ dixerunt: Placet. Ambrosius epũs dixit: Disceptationes nostrę ex re firmandæ sunt scripto imperiali, vt allegentur. Sabinianus diaconus recitauit. Ambigua dogmatũ reuerentia ne diffideant sacerdotes, quã primũ experiri cupientes, conuenire in Aquileiensiũ ciuitatẽ ex diocœsi meritis excellentiæ tuæ creditũ episcopos iusseramus. Neq; controuersiæ dubiæ sententiæ rectius poterant experiri, q̃ si obortæ altercationis in interpretes ipsos cõstituissemus antistites, vt videlicet a qbus proficiscuntur instituta doctrinæ, ab eisdẽ discordię eruditionis repugnãtia solueretur. Neq; sane nunc aliter iubemus ac iussimus, nõ inuertentes p̃cepti tenorẽ, sed superflua cõuenarum copia recolentes. Nam quod Ambrosius & vitæ & merito & dei dignatione cõspicuus epũs Mediolanẽsium ciuitatis, ibi multitudinẽ non opus esse suggerit, vbi veritas nõ laboraret in pluribus, si locata esset in paucis, seq; eorũ, qui contra astarẽt assertionibus, & sacerdotes vicinarũ ex Italia ciuitatũ satis abundeq; sufficere posse suggerit abstinendũ venerabiliũ virorũ fatigatione censuimus, ne quis vel maturo æuo grauis, vel corporali debilitate confectus, vel laudabili paupertate mediocris insuetas repetãt terras, & reliqua. Ambrosius epũs dixit: Ecce quod Christianus constituit Imperator. Noluit iniuriã facere sacerdotibus, ipsos interpretes cõstituit epõs. Ac per hoc, quoniam in sacerdotali cõcilio considemus, responde ad ea, quæ tibi proponunt. Arrij epistola lecta est, etiã nũc recitabit, si tibi videt. A principio habet blasphemias, solũ patrẽ æternũ dixit. Si tibi videt, q̃ dei filius sempiternus nõ sit, hoc ipsum (queadmodũ vis) astrue, si dãnandũ putas, damna euãgelium. Præsens est & Apl̃us, oẽs scripturæ præsto sunt, vnde vis, astrue, si putas non esse dei filiũ sempiternũ. Palladius dixit: Vestro studio factũ est (sicut dictat lectio sacra a vobis prolata) vt nõ esset generale & plenum conciliũ. Absentibus sacerdotibus nostris nos r̃ndere nõ possumus. Ambrosius epũs dixit: Qui sunt cõsortes vestri? Palladius dixit: Orientales epĩ. Ambrosius epũs dixit: Interim quia superioribus tp̃ibus conciliũ sic factũ est, vt Orientales in Orientis partibus cõstituti, haberẽt cõciliũ, Occidẽtales in Occidente, nos in Occidẽtis partibus constituti, cõuenimus ad Aquileiensiũ ciuitatẽ iuxta Imperatoris p̃ceptũ. Deniq; etiã p̃fectus Italiæ literas dedit, vt si vellent cõuenire, in potestate haberent. Sed quia scierunt consuetudinẽ huiusmodi, vt in Oriẽte Orientaliũ esset cõciliũ, intra Occidentẽ Occidentalium, ideo putauerũt nõ esse veniẽdũ. Palladius dixit: Imperator noster Gratianus iussit Orientales venire, negas tu iussisse eũ? Ipse Imperator nobis dixit, se Orientales iussisse venire. Ambrosius epũs dixit: Vtiq; iussit, qui nõ prohibuit huc venire. Palladius dixit: Sed ne venirẽt, tua petitio fecit, sub specie falsæ voluntatis hoc impetrasti, & distulisti conciliũ. Ambrosius epũs dixit: Non opus est euagari diutius, responde nunc. Bene dixit Arrius, solũ æternũ patrẽ, & secundũ scripturas hoc dixit, an nõ? Palladius dixit: Non tibi respondeo. Cõstantius epũs dixit: Non r̃ndes, q tam diu blasphemasti? Eusebius epũs dixit: Sed debebis simpliciter fidei tuæ prodere libertatẽ. Si te gentilis exigeret, quemadmodũ in Christũ crederes confiteri, erubescere nõ deberes. Sauinus epũs dixit: Tu petisti, vt r̃nderemus hodie ex voluntate tua, & vrgẽte te cõuenimus, & non expectauimus reliquos fratres, q poterant venire. Proinde nõ tibi liberum est euagari. Christũ dicis esse creatũ, aut sempiternũ dicis esse filium dei? Palladius dixit: Dixi tibi, nos ideo diximus vobis, vt veniremus, & cõueniremus, quod non recte fecissetis subrepere Imperatori. Ambrosius epũs dixit: Legatur epistola Palladij, vtrũ nobis hoc mandauerit, & docebitur, quod etiam nunc fallit. Palladius dixit: Legatur plane. Episcopi dixerunt: Imperator quum esset præsens Sirmio, tu illum interpellasti, an ipse te compulit? Et addidit: Quid ad ista respondes? Palladius dixit: Dixit mihi, vade. Diximus, Orientales conuenti sunt? Ait: Conuenti sunt. Nunquid si Orientales non fuissent conuenti, nunquid nos conuenissemus? Ambrosius episcopus dixit: Sequestrata sit causa Orientalium, sententiam tuã hodie quære. Arrij tibi epistola lecta est. Soles te

Arria

A Arrianum negare. Aut damna hodie Arrium, aut defende. Palladius dixit: Non est hoc authoritatis tuæ, vt hoc a me quæras. Eusebius epus dixit: Non credimus, religiosum Imperatorem aliud dixisse, q̃ scripsit. Episcopos iussit conuenire, nõ potuit tibi soli cõtra rescriptum suũ dicere, vt sine Orientalibus causa minime diceretur. Palladius dixit: Si Itali soli iussi sunt cõuenire? Euagarius presbyter & legatus dixit, vt ante quatuor dies, & ante biduũ rñderet se affuturũ. Quid ergo expectabas (vt dicis) Orientalium cõsortium tuorũ, sentẽtiam expectandã, sic debuisti mandare, nõ promittere conflictũ? Palladius dixit: Quia quasi ad cõcilium plenũ venerã, vidi non meos consortes conuenisse, vt cõuenirem & dicerem, secũdum iussionẽ egeritis in præiudidiciũ futuri concilij. Ambrosius eps dixit: Vt hodie resideremus, ipse exegisti. Deniq;, etiã hodie tuipse dixisti, quia Christiani ad Christianos venimus. Christianos nos probasti. Promisisti te conflictaturũ, promisisti te allaturũ esse rationem. Libenter itaq; accepimus p̃fationem tuã. Optauimus, vt quasi Christianus venires. Obtuli tibi epistolã Arrij, quã scripsit Arrius, de cuius nomine dicitis vos iniuriam frequẽter sustinere. Dicitis q̃ Arrium nõ sequamini. Hodie aperta debet esse sentẽtia. Aut cõdemna illũ, aut astrue quibus vis lectionibus. Et addidit: Ergo, iuxta epistolã Arrij, Chrs dei filius nõ est sempiternus? Palladius dixit: Nos diximus, probaturos nos Christianos, sed in concilio pleno.

B Non vobis rñdemus omnino in præiudicium cõcilij futuri. Eusebius eps dixit: Sine calliditate fidei tuæ professionem debes exponere. Palladius dixit: Et quid concilio reseruamus? Ambrosius eps dixit: Omni ori cõdemnatio facta est in eum, qui negaret dei filium sempiternũ. Negauit Arrius, hunc sequitur Palladius, qui nõ vult cõdemnare Arriũ. Itaq; vtrum huius probanda sententia sit, considerate, & vtrum secũdum scripturas dicat, aut contra scripturas intelligere liquet. Lectũ est em̃, sempiterna virtus dei atq; diuinitas, dei virtus Christus est. Si igitur sempiterna dei virtus est, sempitern⁹ vtiq; Christus est, qa Christus est dei virtus. Eusebius eps dixit: Hæc fides nostra est, hæc intelligentia catholica. Qui hæc non dixerit, anathema. Omnes epi dixerũt, Anathema. Eusebius eps dixit: Specialiter dicit solum patrem sempiternũ, & filium aliqñ cœpisse? Palladius dixit: Arrium nec vidi, nec scio qui scit. Eusebius epus dixit: Arrij blasphemia prolata, in qua negat dei filium sempiternũ. Hanc perfidiam damnas cũ authore, aut asseris? Palladius dixit: Vbi authoritas pleni concilij non est, non dico. Ambrosius eps dixit: Dubitas damnare post diuina iudicia, quũ crepuerit medius? Et addidit: Dicant em̃ sancti viri legati Gallorũ. Constãtius eps & legatus Gallorũ dixit: Hanc impietatem eius hominis & semp damnauimus & nunc dãnamus, nõ solum Arriũ, sed & quicunq; filium dei nõ dixerit sempiternũ. Ambrosius epus dixit: Quid etiam dicit dñs meus iustus? Iustus eps & legatus Gallorũ dixit: Qui filium dei coæternũ cum patre nõ confitetur, anathema habeatur. Omnes epi dixerunt, Anathema. Ambrosius

C eps dixit: Dicant etiam Aphrorũ legati, qui omniũ ciuium huc attulere sentẽtias. Felix eps & legatus dixit: Si qui filium dei negauerit & sempiternũ, & coæternũ negauerit, non solus ego legatus totius Aphricanæ prouinciæ dãno, sed & cunctus chorus sacerdotalis, qui ad hunc cœtũ sanctissimum me misit, etiã ipse ante damnauit. Amenius eps dixit: Caput Illyrici, nõ nisi ciuitas est Sirmiensis. Ego igitur eps illius ciuitatis sum. Eum, qui nõ confitetur filium dei æternũ & coæternũ patri, quod est sempiternũ, anathema dico, sed etiam is quidẽ non confitetur. Ambrosius eps dixit: Audite sequẽtia. Et recitatum est. Solum æternũ, solum sine initio, solum verũ, solum immortalitatem habẽtem. Ambrosius eps dixit: Et in hoc damna eum, qui negat filium deum verum. Quum em̃ ipse sit veritas, quemadmodum non est deus verus? Et addidit: Quid est hoc? Palladius dixit: Filium verum qui non dicat? Ambrosius epũs dixit: Arrius negauit. Palladius dixit: Quũ Aplus dicat, Christũ super oĩa deũ, potest aliquis negare verũ filiũ dei. Amb. epũs dixit: Vt scias q̃ simpliciter veritas a nobis requirat, ecce dico ego vt dicis, sed semiplenũ habeo. Cũ em̃ ita dicis, videris negare deũ verũ, si autem simpliciter cõfiteris verũ deũ filiũ dei, eo ordine astrue, q̃ ipse propono. Palladi⁹ dixit: Ego secũdũ scripturas tibi loq̃r, verũ filiũ dei dñm dico. Amb. eps dixit, Verũ dñm dicis filiũ dei? Palla. dixit, Quũ verũ filiũ dicã, qd amplius? Amb. eps dixit, Nõ q̃ro tantummodo, vt verũ filiũ dicas, sed vt verũ dñm dei filiũ dicas. Eusebius eps dixit, Christus deus verus est, secũdũ omniũ fidẽ & catholicã professionẽ. Palladius dixit, Verus

1. Iohan. 5. d

dei filius est. Eusebius eps dixit: Nã & nos p adoptionẽ filij sumus, ille secundũ proprietatẽ generationis diuinæ. Et addidit: Confiteris ergo verũ filiũ dei, dñm verũ esse, secundũ natiuitatẽ & proprietatẽ. Palladius dixit: Verũ dei filiũ vnigenitũ dico. Eusebius eps dixit: Hoc ergo putas cõtra scripturas, si Chrs deus verus est, dicatur? Cũq; Palladius reticeret, Ambrosius eps dixit: Solũ verũ filiũ dei q dicit, & non vult dicere dñm, verũ videtur negare. Hoc igitur ordine cõfiteatur, si tñ confitetur Palladius, & dicat, vtrũ verum dñm dei filiũ dicat. Palladius dixit: Quũ dicat filius, vt cognoscant te solũ verũ * dñm, & quẽ misisti Iesum Christũ, cũ affectu an veritate? Amb. eps dixit: Iohannes dixit in epistola sua, hic est verus deus. Nega hoc. Palladius dixit: Quũ dicã tibi verum filium, profiteor verã etiã diuinitatẽ. Amb. eps dixit: Et in hoc est fraus. Sic enim soletis dicere, vnã & verã diuinitatẽ, vt patris tantummodo, nõ etiam filij verã & vnam diuinitatẽ dicatis. Ergo si aperte vis dicere, quia ad scripturas me prouocas, dic, quod dixit euangelista Iohannes, hic est verus deus, aut nega dictũ. Palladius dixit: Absq; filio alius genitus nõ est. Eusebius eps dixit: Christus verus deus secundũ omnium fidẽ & catholicã professionẽ. An in sñia tua deus verus non est? Palladius dixit: Virtus dei nostri est. Amb. eps dixit: Non habes libertatẽ profitendi, ac per hoc anathema ei, qui nõ confitetur verũ filiũ deũ dei. Omnes epi dixerunt: Anathema habeatur, q Christũ filiũ dei, dñm verum non dixerit. Iterum addidit: Solum verũ, solum immortalitatẽ habentem. Ambrosius eps dixit: Filius dei habet immortalitatẽ, aut non habet secundũ diuinitatem? Palladius dixit: Apostolum admittis, an non? Rex regũ, qui solus habet immortalitatem. Ambrosius epus dixit: De Christo filio dei quid dicis? Palladius dixit: Christus nomen diuinum est, an humanũ? Eusebius eps dixit. Secundũ carnis quidem sacramentũ Christus dicitur, sed idẽ deus & homo est. Palladius dixit: Christus nomẽ carnis est, Christus nomen humanũ est, & respondete vos mihi? Eusebius epus dixit: Quid superfluis immoraris? Quum legeret impietas Arrij, q hoc dicit de patre, qa solus habet immortalitatẽ, attulisti testimonium ad cõsensum impietatis Arrij ex Aplo, dicens: Qui solus habet immortalitatẽ & lucem inaccessibilẽ habitat. Sed si intelligis, totius naturæ dignitatẽ in dei nomen expressit, siquidẽ in dei nomine, pater & filius designãtur. Palladi⁹ dixit: Et ego vos quod interrogaui, rñdere noluistis. Amb. eps dixit: Aperte de te sentẽtiam quæro: Filius dei habet immortalitatẽ secundum generationẽ diuinã, an nõ habet? Palladius dixit: Secũdũ gñationẽ diuinã incorruptibilis, & per carnem mortuus est. Ambrosius eps dixit: Nõ diuinitas mortua est, sed caro mortua est. Palladius dixit: Ante vos mihi respondete. Amb. eps dixit: Filius dei secundum diuinitatem habet immortalitatẽ, an non habet? Sed etiam fraudes & insidias tuas, non secũdum Arrij professionẽ prodidisti. Et addidit: Qui filium dei negat habere immortalitatem, quid vobis videtur? Omnes epi dixerunt, Anathema habeatur. Palladius dixit: Status diuinus immortalis est. Ambrosius eps dixit: Astute & hoc vt de dei filio nihil exprimas euidenter. Et ego dico, Immortalitatẽ habet dei filius secundũ diuinitatem? Aut nega, qa non habet immortalitatem. Palladius dixit: Christus mortuus est, an nõ? Ambrosius eps dixit: Secundũ carnẽ anima nostra non moritur. Scriptũ est em: Nolite timere eos, q occidunt corpus, animã autem nõ possunt occidere. Quũ igitur anima nostra mori nõ possit, putas, ꝙ Christus secundum diuinitatẽ mortuus sit? Palladius dixit: Mortis appellationem quare tu horres? Amb. eps dixit: Imo non horreo, sed cõfiteor secundum carnẽ meã. Est em per quã a mortis vinculis sum reuinctus. Palladius dixit: Mortẽ, separatio facit spũs. Nam Christus filius dei carnẽ suscepit, & per carnem mortuus est. Amb. eps dixit: Scriptum est, Christum passum. Secundum carnẽ igitur passus est, secundum diuinitatẽ habet immortalitatẽ. Hoc q negat, diabolus ẽ. Palladius dixit: Ego Arrium nõ noui. Amb. eps dixit: Ergo male dixit Arrius, quum etiã filius dei habeat immortalitatẽ secundum diuinitatẽ. Et addidit, Bene dixit, an male? Palladius dixit: Non cõsentio. Amb. eps dixit: Cui nõ consentis? Anathema illi, q nõ explicat fidei libertatẽ. Oẽs epi dixerũt: Anathema. Palladius dixit: Dicite, qd vultis, eius est diuinitas ĩmortalis. Ambrosius epus dixit: Cuius? Patris, an & filij? Et addidit: Multas impietates congessit Arrius, ad alias transeamus. Et recitatum est, solum sapientem. Palladius dixit: Pater a se sapit, filius autẽ sapiens non est. Ambrosius eps dixit: Ergo filius non est sapiens, quum ipse sit sapientia? Nam & nos dicimus, qa ex pa-

Iohan. 17. a
afs, deum
1. Iohan. 5. d
1. Timo. 6. c
1. Timot. 6. c
Matth. 10. c

D
E
F

tre

A tre natus est filius. Eusebius eps dixit: Est aliquid tam impium, tam prophanum, q̃ ꝙ dixit, sapientem filiũ dei negare. Palladius dixit: Sapientia dicitur. Qui potest sapientiã denegare. Amb. epũs dixit: Sapiens est, an non? Palladius dixit: Sapientia est. Ambr. epũs dixit: Sapiens ergo, quũ sit sapientia. Palladius dixit: Secundum scripturas vobis respondemus. Ambrosius eps dixit: Etiam sapientẽ (quantũ video) filium dei Palladius negare conatus est. Eusebius eps dixit: Qui negat filium dei sapientem, anathema sit. Omnes epi dixerunt: Anathema. Eusebius eps dixit: Etiam Secundianus ad hoc respondeat. Quumq; Secundianus reticeret, Ambrosius eps dixit: Qui tacet, integrũ vult habere iudicium. Et addidit: Solũ patrem bonũ quũ dicit, filium cõfessus est, an negauit? Palladius dixit: Legimus. Ego sum pastor bonus, & nos negamus? Quis non dicat bonum dei filium? Ambrosius episcopus dixit. Ergo bonus est Christus. Palladius dixit, Bonus. Ambrosius eps dixit, Male ergo Arrius de solo patre dixit, quum etiam filius dei deus omnibus sit. Palladius dixit, Qui bonũ non dicit, Christũ maledicit. Eusebius eps dixit, Christũ bonum cõfiteris? Nam & ego bonus sum. Mihi dixit, Euge serue bone. Et, homo bonus profert de thesauro suo bona. Palladius dixit, Iam dixi, nunc vobis nõ respondeo vsq; ad plenũ concilium. Ambrosius eps dixit: Iudaei dicebant, bonus est, & Arrius negat, quia filius dei bonus est. Palladius dixit, Quis potest hoc negare? Eusebius eps dixit, Bonus est ergo deus filius dei. Palladius dixit, Bonus pater, bonũ filium genuit. Ambrosius eps dixit, Et nos bonos genuit, sed non secundum diuinitatẽ. Deum bonũ dei filium dicis? Palladius dixit, Filius dei bonus est. Ambrosius eps dixit, Vides ergo qa Christum bonũ, bonũ filium, nõ bonũ deũ dicis, quod a te quaeritur. Et addidit, Qui bonũ deũ, filium dei deũ non cõfitetur, anathema. Omnes epi dixerunt, Anathema. Item recitauit, Solum potentẽ. Amb. eps dixit, Potens est filius dei, an non? Palladius dixit, Qui omnia fecit nõ est potens, qui omnia fecit, minus potest? Ambrosius eps dixit, Ergo Arrius male dixit. Et addidit, Vel in hoc damnas Arrium? Palladius dixit, Vnde scio, q sit? Ego pro me respondeo tibi. Ambrosius eps dixit, Filius dñi dei potens est? Palladius dixit, Potens. Amb. eps dixit, Deus bonus est? Palladius dixit, Iam dixi filiũ dei vnigenitũ esse potentẽ. Amb. epus dixit, Dñm potentem? Palladius dixit, Filium dei potentẽ. Ambrosius eps dixit, Potentes & homines sunt? Scriptũ est, Quid gloriaris in malitia, q potens es in iniquitate? Et alibi, Quũ infirmor, tunc potens sum. Illud a te requiro, vt confitearis dñm potentem, esse dei filiũ Christum aut si negas, astrue. Nam q'vnam potẽtiam dico patris & filij, sic filiũ dei dico potentẽ sicut & patrẽ. Dubitas ergo confiteri potentẽ esse dñm dei filiũ? Palladius dixit, Iam dixi, secundũ disputationẽ (prout possumus) rñdemus vobis. Vos C etñ soli vultis esse iudices. Vos litigatores esse vultis. Non vobis rñdemus nunc, sed in concilio generali & pleno respondebimus vobis. Amb. eps dixit: Anathema illi, q negat dñm potentẽ Christũ. Omnes epi dixerunt, Anathema. Item recitatũ est, Solũ potentem, omniũ iudicẽ. Palladius dixit, Omniũ iudicẽ filium dei. Est q dat, est qui accipit. Amb. eps dixit, Per grãm dedit, an per naturã? Et hominibus datur iudiciũ. Palladius dixit, Patrẽ maiorẽ dicis, an non? Amb. eps dixit, Postea respondebo tibi. Palladius dixit, Ego tibi nõ respondebo, si nõ respondes mihi. Eusebius eps dixit, Nisi impietatẽ Arrij ex ordine damnaueris, interrogãdi tibi nõ dabimus facultatẽ. Palladius dixit, Nõ tibi respondeo. Amb. eps dixit, Filius dei (sicut lectũ est) iudex est, an nõ? Palladius dixit, Si nõ respondes mihi, ego tibi vt impio nõ respondeo. Amb. eps dixit, Habes professionẽ meam, qua respondebo tibi. Interim perlegatur epistola Arrij. Et addidit, In epistola Arrij inuenies & hoc sacrilegiũ, q̃d tu moliris. Palladius dixit, Ego quae interrogo, nõ rñdetis. Eusebius eps dixit, Filiũ dei deũ aequalẽ dicimus. Palladius dixit, Tu iudex es, tui exceptores hic sunt. Amb. eps dixit, Scribãt tui, q nolũt. Palla. dixit, Pr̃ maior ẽ, an nõ? Euse. eps dixit Secũdũ diuinitatẽ aequalis ẽ filius patri. Habes in euãgelio, ꝙ Iudaei psequebant eũ, qa nõ solũ soluebat sabbatũ, sed & patrẽ suũ dicebat deũ, ęqualem se faciens deo. Quod ergo impij persequentes confessi sunt, nos credentes negare nõ possumus. Amb. eps dixit, Et alibi habes: Qui quũ esset in forma dei, non rapinam arbitratus est esse se aequalẽ deo, sed semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens, in similitudinẽ hominũ factus obediens vsq; ad mortẽ. Et addidit, Vides, qa in forma dei aequalis est? Et formã, inquit, serui accepit. In quo ergo minor est? Secundum formam

Iohan. 10. c
Matth. 25. b
Lucae. 6. g
Iohan. 7. b
Psalm. 51
2. Cor. 12. c
Iohan. 5. c
Philip. 2. a.

vtiq; serui nō dei. Euse. eps dixit, Sicut in forma serui cōstitutus, inferior seruo nō fuit, ita in forma dei constitutus, inferior deo esse nō potuit. Amb. eps dixit, Aut dic, quia secundū diuinitatē minor est filius dei. Palladius dixit: Pater maior est. Amb. epus dixit, Secundū carnē. Palladi⁹ dixit, Qui me misit, maior est me. Caro missa est a deo, aut filius dei? Ambrosius eps dixit: Falsari a vobis diuinas scripturas hodie cōprobamus. Sic eīm scriptū est: Pacem meā do vobis, pacem meā relinquo vobis. Non turbet cor vestrum. Nō quomodo hic mundus dat, & ego do vobis. Si diligeretis me, gauderetis, quia dixi, vado ad patrē, quia pater maior me est. Non dixit, qui me misit, maior me est. Palladius dixit, Pater maior est. Ambrosius episcopus dixit, Anathema illi, qui diuinis scripturis addit aliquid aut minuit. Omnes epi dixerunt, Anathema. Palladius dixit, Pater maior est filio. Ambrosius eps dixit, Secundū carnē filius minor est patre, secundū diuinitatē æqualis est patri. Legi igitur æqualē dei filiū patri, sicut iam & prolata exemplaria testantur. Secundū carnē aūt quid miraris minorē, quū dixerit se seruum, quū dixerit se lapidem, quū dixerit se vermem, quū dixerit se minorē angelis, qa scriptū est, Minorasti eum paulo minus ab angelis. Palladius dixit, Impie vos asserentes video, nō respondemus vobis sine auditoribus. Sabinus eps dixit: Nemo requirat ab eo sentētiam, qui tam innumeris sententijs blasphemauit. Palladius dixit, Nō vobis respondemus. Sabinus eps dixit, Ab omnibus iam damnatus est Palladius, Arrij blasphemiæ multo minores sunt q̄ Palladij. Et quum Palladius surrexisset atq; foras exire voluisset, Ideo (inquit) surgit Palladius, qm̄ apertis scripturaꝝ testimonijs conuincendum esse se cernit, sicut iam conuictus est. Sic eīm lectū est secundū diuinitatē, φ ęqualis patri filius sit Accipiat aūt quod secundū diuinitatem maiorem nō habet. Scriptum est: Abrahę, quū repromisisset deus, quoniam nullū alium habebat maiorē, per quem iuraret, iurauit per semetipsum. Vides igitur scripturā, quia nullū alium maiorē habet, per quē iuraret. Filius aūt est, de quo dicitur, qm̄ ipse visus est Abrahæ. Vnde & ait: Abraham diem meū vidit, & gauisus est. Palladius dixit, Pater maior est. Eusebius eps dixit: Quando vt deus loquutus, maiorē non habuit, quando vt homo loquutus, maiorem habuit. Palladius dixit, Pater genuit filiū, pater misit filiū. Amb. eps dixit: Anathema illi, q negat filium secundū diuinitatē æqualē patri. Omnes epi dixerunt, Anathema. Palladius dixit, Filius subiectus patri, filius p̄cepta patris custodit. Amb. eps dixit, Subiectus secundū carnis rationē, cæterū & ipse meministi, quia legisti, Nemo venit ad me, nisi quē pater attraxerit. Sabinus eps dixit, Dicat si secundū diuinitatē subiectus est patri, an secundū incarnationē. Palladius dixit, Ergo pater maior est. Amb. eps dixit, Et alibi scriptum est, Fidelis deus, per quem vocati estis in communionem filij eius. Ego dico patrē maiorē esse secundū carnis assumptionem, quā suscepit filius dei, non secundū diuinitatē. Palladius dixit, Quæ eīm cōparatio est filij dei? Et caro potest dicere, deus me maior est. Caro loquebatur, aut diuinitas, quia ibi erat caro? Amb. eps dixit, Caro sine anima non loquitur. Eusebius eps dixit: Deus in carne loquebatur secundum carnē, quando dicebat, Quid me persequimini hominē? Quis hoc dixit? Palladius dixit, Filius dei. Amb. eps dixit, Deus ergo filius dei est secundū diuinitatem, & homo est secundū carnē. Palladius dixit, Carnē suscepit. Eusebius eps dixit, Ergo humanis verbis vsus est. Palladius dixit, Carnē humanam suscepit. Amb. eps dixit, Dicat quia nō secundū diuinitatē Apostolus dixit subiectum, sed secundū carnē, Scriptū est eīm: Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortē. In quo ergo mortem gustauit? Palladius dixit, Quia se humiliauit. Ambrosius eps dixit, Non diuinitas, sed caro humiliata est atq; subiecta. Et addidit, Creaturā perfectam bene dixit Arrius, an male dixit? Palladius dixit: Ego tibi non respondeo, authoritatem non habenti. Ambrosius eps dixit, Profitere, quod vis. Palladius dixit, Non respondeo vobis. Sabinus epus dixit, Pro Arrio nō respondes, ad interrogata nō respondes? Palladius dixit, Pro Arrio ego non respondi. Sabinus episcopus dixit, Vsqueadeo respondisti, vt filium dei negares potētem, negares veꝝ deū. Palladius dixit, Ego te iudicem nō patior, quem impietatis arguo. Sabinus eps dixit, Ipse nos coegisti sedere. Palladius dixit, Mandaui, vt sederetis, vt arguerē vos. Quare subripuistis Imperatori. Vt plenū cōciliū nō esset, obripuistis. Ambrosiuseps dixit, Quum Arrij impietates legerentur, & impietas tua pariter condemnata est, quæ consensit Arrianæ impietati, Placuit tbi in media epistola lectionē

Iohan. 14. d

Hebr. 6. c

Iohan. 8. g

Iohan. 6. c

1. Cor. 1. b

Iohan. 8. e

Philip. 2. a

A ctionem proponere, quam volebas. Responsum tibi est, quemadmodum patrem maiorem dixerit filius dei, eo quod secundum carnis susceptionem, filius maiorem patrem dixerit. Proposuisti etiã subiectum esse filium dei, & in hoc responsum tibi est, q̃a subiectus filius dei secundum carnem est, non secundum diuinitatem. Habes professionem nostram, nũc audi cætera. Qm̃ tibi responsum est, responde ad ea, q̃ leguntur. Palla. dixit: Non tibi respondeo, q̃a quæcunq; ego dixi, non sunt scripta. Vestra tantummodo scribuntur verba, non vobis respondeo. Ambrosius episcopus dixit: Omnia vides, scribi. Denique quæ scripta sunt, abundãt ad tuæ impietatis iudicium. Et addidit: Creaturam dices Chr̃m, an negas? Palladius dixit: Non respondeo. Ambrosius epũs dixit: Ante horam citra actam, cum legeretur, quia Arrius dixit creaturam, Chr̃m negasti. Oblatum est tibi, vt damnares perfidiam, noluisti. Vel nunc dic, vtrum natus ex patre Chr̃us sit, an creatus? Palladius dixit: Si vultis, exceptores nostri veniant, & sic totum excipiatur. Sabinus epũs dixit: Adducat suos exceptores. Palladius dixit: Pleno concilio vobis respondebimus. Ambrosius epũs dixit. Attalus in tractatu Nicæni cocilij subscripsit, neget factum, q̃a venit ad cõcilium. Dicat hodie, vtrum subscripserit in tractatu Nicæni concilij, an non? Cumq; Attalus reticetet. Ambrosius ep̃s dixit. Attalus pbr̃ licet inter Arrianos sit, tamẽ habet authoritatem loquendi. Libere profiteat̃, vtrũ subscripserit in tractatu Nicæni cõcilij, sub ep̃o suo Agripino, an non? Attallus dixit: Iam dixisti, ne aliquoties damnatum, non tibi r̃ndeo. Ambrosius ep̃s dixit: Subscripsisti in tractatu cõcilij Nicæni, an non? Attalus dixit: Nõ tibi respõdeo. Palladius dixit:

B Modo vultis tractatum plenum haberi, an nõ? Cromatius presbyter dixit. Creaturam nõ negasti, potẽtiam negasti. Om̃ia negasti, quæ fides catholica profitetur. Sabinus episcopus dixit: Testes sumus nos Attalum subscripsisse in concilio Nicæno, & nũc nolle respondere. Quid cunctis videtur? Cumq; Attalus reticeret. Ambrosius epũs dixit. Dicat, vtrum subscripserit in tractatu cõcilij Nicæni, an non? Palladius dixit. Exceptor vester & noster stent, & oia scribant. Valerianus epũs dixit. Iam quæ dixisti & negasti, scripta sunt oia. Palladius dixit. Dicite, quod vultis. Ambrosius epũs dixit. Quia sępius vult damnari Palladius, q iam frequenter damnatus est, lego ep̃lam Arrij, quam ille noluit condemnare. Profitemini, qd vobis videtur? Omnes episcopi dixerũt. Legatur. Et recitata est. Nato aũt nõ putatiue, & reliqua. Ambr. ep̃s dixit. Respõdi tibi de maiore r̃ndi tibi & de subiecto, nunc & ipse responde. Palladius dixit. Non respondebo, nisi authores veniant post dñicam diem. Ambrosius episcopus dixit. Veneras tractaturus, sed posteaquam obieci tibi, vidisti epistolam Arrij, quã damnare noluisti, asserere aũt non potes, idcirco nunc refugis & cauillaris, plenarie ipsam recito. Ad singula, dic vtrũ

C Christus creatus videat̃, an fuit, quando non fuit Christus, an vero semper fuit vnigenitus dei filius. Cum Arrij epistolam audieris, aut damna, aut proba. Palladius dixit. Cum impietatis te arguam, te iudice nõ vtor. Trangressor es. Sabinus episcopus dixit. Quas impietates obijcis fratri nostro, & consacerdoti Ambrosio, dicito. Palladius dixit. Iam vobis dixi, Pleno concilio respondebo, & præsentibus authoribus. Ambrosius episcopus dixit, In consessu fratrum cupio confutari, & redargui. Quæ igitur impie dixerim, dicito, si impius tibi videor, qui pietatem astruo. Sabinus episcopus dixit. Ergo impius tibi videtur, qui Arrij blasphemias arguit? Palladius dixit. Ego non negaui, bonum filium dei. Ambrosius episcopus dixit. Dicis ergo Christum deum bonum? Palladius dixit. Non vobis respondeo. Valerianus episcopus dixit. Nolite multum adigere Palladium, non potest vera nostra simpliciter confiteri. Ipsius enim conscientia duplici blasphemia confusa est. Nam a Fotinianis est ordinatus, & cum ipsis est damnatus, & nunc plenius damnabitur. Pallidius dixit. Hoc proba. Sabinus episcopus dixit. Non aliter poterat Christum verum negere, nisi authores suos sequeretur. Ambrosius episcopus dixit. Obiecisti me esse impium, hoc proba. Palladius dixit. Expositionem afferimus. Cum attulerimus, tunc dispositio habebitur Ambrosius episcopus dixit. Damna impietatem Arrij. Cum reticeret Palladius. Eusebius episcopus dixit. Superfluis immoramur. Tot impietates Arrij Palladius noluit condẽnare, immo potius asserẽdo cõfessus ẽ. Hũc, q nõ dãnat, filis illius ẽ, & hereticus iure dicẽdus ẽ. Oẽs ep̃i dixerũt. A nobis oĩbis anathema sit Palladi⁹ Amb. ep̃s dixit. Acqesces, vt cętera legant̃ Arrij, Palladi. Palladius dixit. Date auditores, veniãt & ex vtraq; pte exceptores.

Non poteſtis eſſe iudices, ſi auditores non habuerimus, & niſi ex vtraq; parte venerint D q audiant, nõ vobis reſpondemus. Ambroſius epiſcopus dixit, quos quæris auditores? Palladius dixit: Sunt hic honorati multi. Sabinus epũs dixit: Poſt tot blaſphemias auditores petis? Ambroſius epũs dixit: Sacerdotes de laicis iudicare debẽt, non laici de ſacerdotibus, ſed tamẽ quos iudices petas, dicito. Palladius dixit: Auditores veniãt. Cromatius pr̃ſbyter dixit: Salua condẽnatione ſacerdotali, qn & q Palladiĳ ſunt etiam in pleno legãtur. Palladius dixit: Nõ pmittãtur loqui. Auditores veniãt, & ex vtraq; parte exceptores, & rñdebunt vobis hi in cõcilio generali. Ambroſius eps dixit: Et ſi in multis impietatibus deprehenſus ſit, erubeſcimus tamẽ, vt videatur, q ſacerdotiũ ſibi vẽdicat, a laicis eſſe damnatus. Ac p hoc qm̃ & in hoc ipſo damnãdus eſt, q laicorum expectat ſentẽtiam, cum magis de laicis ſacerdotes debeant iudicare, iuxta ea, quæ hodie audiuimus Palladium profitẽtem, & iuxta ea, quæ condẽnare noluit, pronuntio illum ſacerdotio indignum & carẽdum, & in loco eius catholicus ordinetur. Om̃es epi dixerunt. Anathema Palladio. Ambroſius epũs dixit: Impator clemẽtiſſimus & Chr̃ianus ſacerdotũ iudicio cauſam, vt & ipſi arbitri eſſent altercationis, ipſi (inqt) conſtituiſſemus, qm̃ igitur nobis iudicium videtur delatum, interpres eſſe ſcripturarum, condẽnemus Palladium, q impĳ Arrĳ noluit damnare ſnĩam. Et qa ipſe filium dei ſempiternum, & cætera, quæ actis hærent, negauit, ergo anathema habeatur. Om̃es epi dixerunt: Omnes condẽnamus eum. Anathema habeat. Ambroſius epũs dixit. Qm̃ om̃es cõſiſtunt viri Chr̃iani & deo probati fratres & cõſacerdotes noſtr, idicat vnuſqſq;, q d ſibi videatur Valerianus epũs dixit. Mihi qdem videtur, qa qui Arrium defendit, Arrianus eſt, q blaſphemias nõ ipſius condẽnat, ipſe blaſphemus eſt. Ideoq; huiuſmodi hoĩem a conſortio ſacerdotum cenſeo eſſe alienum. Palladius dixit. Cœpiſtis ludere, ludite, ſine concilio Orientali vobis non reſpondemus. Amenius epũs Syrmienſis dixit. Quicunq; hæreſes Arrianas non condẽnat, Arrianus ſit, neceſſe eſt. Hunc igitur alienum etiam a noſtra communione, & ſacerdotali cœtu priuatum eſſe cenſemus. Cõſtantius epũs Arauſicus dixit. Palladium Arrĳ diſcipulum, cuius impietates iam olim damnatæ ſunt a patribus noſtris in concilio Nicæno, & nunc hodie probate, cum recenſerẽtur à Palladio ſingulæ, quia non confuſus eſt, dum dei filium a deo patre eſſe alienum, cum creaturã confitetur, cũ tẽpore dicit, dñm verum negat, in ſempiternum cẽſeo eſſe damnandum. Iuſtus epũs dixit. Palladius q blaſphemias Arrĳ damnare noluit, ſed etiam magis has confiteri videtur, cenſeo vlterius ſacerdotem dici non poſſe, nec inter epos deputari. Euẽtius eps* Citiniẽſis dixit. Palladiũ, q ĩpietatẽ Arrĳ dãnare noluit, arbitror a conſortio ſacerdotali in perpetuum eſſe remotum. Abundãtius epũs Tridentinus dixit. Cum euidẽtes blaſphemias Palladius defendat, damnatum ſe ex concilio Aquileienſi cognoſcat. Euſebius epũs Bononienſis dixit. Quia impietates Arrĳ diabolico ſtylo conſcriptas, quas non licebat, nec ad aures admittere, Palladius non ſolum noluit condẽnare, F ſed & earum extitit aſſertor, negando filium dei, filium verum, dñm bonum, dñm ſapientem, dñm ſempiternum, hunc a cœtu ſacerdotali, & mea ſententia, & omnium catholicorum iudicio arbitror iure eſſe damnatum. Sabinus eps Placentinus dixit. Quoniam cunctis patefactum eſt, Palladium, q Arrianæ perfidiæ author eſt, etiam eius impietatem tenere, quiaq; contra euangelica & apoſtolica inſtituta venit, iuſta in eum totius concilĳ illata ſententia eſt, & meæ licet paruitatis ſententia, ſacerdotio denuo priuatus, ex hoc ſacro ſctõ cœtu iure, pellat Felix & Numidius legati Affrorũ dixerũt, Arrianæ hęreſis ſectę, in qua Palladius in Aqleiẽſi ſynodo declaratus ẽ, anathema. Sed & eos qui contra veritatem Nicænæ ſynodi repugnantes ſunt, condemnamus. Limẽius eps Vercellenſis dixit. Arrianam doctrinam ſæpe eſſe damnatam manifeſtum eſt, & ideo Palladius conuentus in hac ſacra ſynodo Aquileienſi, quia noluit ſe corrigere, vel emendare, ſed magis probauit deprehenſibilem, & olitauit perfidia, quàm ſe publice confeſſus eſt tenere, hunc ſententia mea, & ego profiteor conſortio ſacerdotali eſſe priuandum. Maximus epiſcopus Emonenſis dixit, Palladium, qui blaſphemias Arrĳ, nec damnare noluit, ſed magis cõfeſſus ẽ, iuſte ac merito eſſe damnatum, & deus nouit, & fidelium conſcientia condemnauit. Exuperãtius epiſcopus Dertonenſis dixit, Palladium, q ſectam Arrĳ vel eius doctrinam damnare noluit, ſed defendit, vt cæteri conſortes mei damnauerunt, etiam & ego condemno. *Baſianus epiſcopus Laudẽſis dixit. Audiui

Cõdemnatio Palladĳ hæretici a cõcilio.

alias, Tinieñ.

alias, Baſilian.

A Audiui ficut & cæteri consortes mei impietates Arrij, quas Palladius nō solum nō condemnauit, sed confirmauit. Hic anathema sit, & sacerdotio priuabitur. Filaster eps Brixianus dixit: Blasphemias & iniquitatē Palladij, q Arrianā doctrinā sequitur, & defendit, vnā cum oīibus ego condēnaui. Constātius epūs Sciscianensis dixit: Palladium, qui blasphemias & impietates Arrij non condēnauit, sicut & cæteri cōsacerdotes mei, & ego censeo damnādum. Heliodorus epūs Altinēsis dixit: Qui perfidiā Arrij oīmq; hæreticoꝝ, quoꝝ consors est Palladius, huius insipiēs cor, q veritatē non est cōfessus, cum cæteris sacerdotibus meis condemno. Felix epūs * Iadertinus dixit: Palladium, q blasphemias dicit in filium, sicut Arrius, cum oīibus pariter condēno. Theodorus eps Octodorēsis dixit: Palladiū, q Christū deum verum, coæternū patri negauit, nec Christianum hūc, nec sacerdotē vllo modo censemus. Domninus epūs Grationopolitanus dixit: Palladium in perfidia Arrij permanētē, in perpetuum, sicut & fratres dānauerūt, etiā & ego cēseo esse damnādum. Proculus epūs Massiliēsium dixit: Palladium, q Arrij blasphemias sub quadam impia hæreditate nō condēnando defendit, sicut hunc & plurimorum iam venerabilium sacerdotum sentētia, blasphemū designauit, atq; à sacerdotio alienum duxit, ita mea pariter sentētia in ꝑpetuum condēnatum designat. Diogenus epūs Genuensis dixit: Palladium, q Christū dñm deum verum similem & æqualem patri, dum non confitetur, imo negauit, damnationem iudico cum cęteris fratribus meis, vel consacerdotibus sortiri. Amātius epūs Niciensis dixit: Palladium, qui sectam Arrij non destruxit, secundum consacerdotum meorum iudicium, etiam & ego condemno. Ianuarius epūs dixit: Sicut omnes consacerdotes mei damnauerunt Palladiū, ita & ego pari iudicio eum censeo esse damnādum. Et cum Secundianus subripuisset. Ambrosius epūs dixit. Audisti Secundiane cuiusmodi Palladius impius sentētiā sacerdotali cōcilio damnatus, exceperit. Licet displicuerit nobis, quod eius, hoc est, Palladij nō horrueris amētiam, tamē de te aliqua specialiter quæro. Vtrum dei filium, dominū nostrū Iesum Christum, vel nō verum deum dicas. Secundianus dixit: Qui negat dñm verum esse patrē dñi, & dei nostri Iesu Christi, non est Chrīanus, nec q negat dominū filium verum. Ambrosius epūs dixit: Deum verum dei filium confiteris? Secundianus dixit: Verum dei filium, vnigenitum dei filium verum dico. Ambrosius epūs dixit: Verum dominum dicis? Secundianus dixit: Verum vnigenitum filium, q negat verum filium dei? Eusebius epūs dixit: Non sufficit, quod filium dei vnigenitum confiteris, nam hoc omnes confitētur, sed hoc mouet, quod Arrius dixit dominum solum patrē, solū verum negauit filium dei dñm verum. Simpliciter filium dei deum verum cōfiteris? Secundianus dixit: Qui fuerit Arrius ignoro, qd dixerit nescio, mecū loqueris viuus ad viuum. Illud dico, ꝙ Chrūs dixit: Vnigenitum filium se asserit patris, filius vnigenitus

C est dei filius verus. Ambrosius epūs dixit: Deus verus est, verus dei filius deus? Et addidit. In diuinis scriptum est, quia q iurant super terram iurabunt * deum verum. Quod vtiq; de Christo esse non dubium est. Nos ergo verum deum profitemur, & fides nostra hæc est, & professio, quia vnigenitus patris filius, est verus deus. Dic & tu de deo vero, deinde filium deum verum. Secundianus dixit: De deo vero. Ambrosius epūs dixit: Filius dei deus verus ē? Secūdianus dixit: Ergo mēdax. Ambrosius epūs dixit: In hoc fraudē facis, vt non deum verum dicas, sed deum vnigenitum, ac per hoc dic simpliciter vnigenitus dei filius, deus verus. Secundianus dixit: Vnigenitum dixi dei filiū. Eusebius epūs dixit: Hoc Fotinus non negat, hoc Sabellius cōfitetur. Ambrosius episcopus dixit: Et qui hoc non confitetur, iure damnatur. Ac per hoc sæpe te conuenio, licet cauillando negaueris veritatem. Non quæro, vt tantummodo vnigenitum filium dicas dei, sed etiam deum verum. Secundianus dixit: Veritatis me seruum profiteor. Quæ dico, non scribuntur, & quæ dicis, scribuntur, Chrm verum dei filium dico. Quis negat filium dei verum esse? Ambrosius epūs dixit: Qui negat vnigenitum dei filium, anathema sit. Secundianus dixit: Deum verum vnigenitum filium dei, qd mihi profiteris, quod non est scriptum? Ambrosius episcopus dixit: Apertū sacrilegium est, quando Chrm dei filiū Arrius deū veꝝ negauit. Secundianus dixit: Iesum Chrm filiū dei deum, qa Chrūs dicatur filius verus, filium dei dico. Ambrosius eps dixit. Nondū respuisti. Et adiecit: Ne q d illi videat subreptū, cōfirmet snīam suā. Dicat ergo vnigenitū Chrm dei filiū deū veꝝ. Secūdianus dixit: Iā dixi. Quid mihi extorquere vis amplius?

Ambro

---

* alias, Iadreñ.

* forte alias, p deum

Ambrosius epus dixit: Quid dixisti? Certe si dixisses tāta, q̃d gloriose dr̃, sæpe repetẽdū ẽ. Secūdianus dixit: Dictū ẽ. Sit sermo vester, est est, non nō. Ambr. eps dixit: Qui dicit ipm patrem filium, sacrilegus est. Hoc a te quæro, vt dicas de deo vero, deū veꝝ dei filium natum. Secūdianus dixit: Ego filium a deo genitum, dicẽte ipo, genui te, confitentẽ se genitū esse dico. Ambrosius eps dixit: A deo vero deus verus est. Secundianus dixit. Et cum nomini etiam addis, & verum audis, qualis in te fides sit, & Christianus es. Eusebius eps dixit: Qui negauit illū veꝝ deū? Arrius & Palliadus negauit. Tu si deum verum credis, debes simpliciter designare. Ambrosius epus dixit: Si non dixeris deum verum de deo vero natum esse, Christum negasti. Secundianus dixit: Interrogatus de filio, dedi respōsum, quemadmodum deberem profiteri, respondi: Habemus vestram expositionẽ, afferemus, legatur. Ambrosius dixit: Hodie afferre debueras, cęterum subterfugere conaris. Professionem a me* exige, & professionem a te exigo. Deus verus est dei filius? Secūdianus dixit. Vnigenitus est deus dei filius. Et ego eum interrogo, vnigenitus est. Ambrosius eps dixit: Ratio pmoueat nos, & impietas, & insipientia tua. Cum dicis deū veꝝ vnigenitū, non deum verum dicis, sed veꝝ vnigenitū. Ac per hoc vt istam adunas quæstionem, ita responde. Ex deo vero, deus verus est? Secundianus dixit: Ergo deus deum non genuit? Deus verus ille qui est, quod est, genuit vnum verum, vnigenitum filium genuit. Ambrosius dixit: Non confiteris deum verum, sed vis dicere, verum vnigenitum. Et ego vnigenitum, sed dico, & deum verum. Secundianus dixit: Ego dico genitum a patre, verum genitum dico omnibus.

Matth. 5. f

Psal. 109 & Heb. 1. b

alias, forte exigis

D E

GESTA CONCILII AQVILEIENSIS CONTRA Palladium & Secūdianum Arrianæ hæresis assertores finiunt, prout exemplar continebat. Videtur tamen non in integrum haberi, sed mutilum esse ac defectuosum.

DECRETA LEONIS PAPAE PRIMI.

¶ Ex libro Pontificali.

LEO natione Tuscus ex patre Quintiano, sedit annos vigintivnum, mensem vnum, dies tredecim. Huius tẽporibus fecit Demetria ancilla dei, basilicam sancto Stephano via Latina, miliario. iij. in prædio suo. Hic inuenit duas hæreses Eutychianam, & Nestorianam. Hic ordinauit præcepta sua authoritate, & misit ad Martianum Augustū catholicum principem fidelem. Et facta collatione cum eodem principe, collecti sunt episcopi. Et factū est concilium sanctum episcoporum in Chalcedonia, in martyrio sanctæ Euphemiæ. Et congregati sunt. cc. lvi. sacerdotes, & alij. cccc. vi. episcopi, quorum chyrographus cucurrit, qui congregati sunt vnà cum tomo, hoc est fide aplicæ ecclesię Romanæ. Sed & in præsentia catholici principis Martiani Augusti congregatum est concilium, *numero mille. cc. episcoporum vna cum Augusto Martiano, qui exposuerunt fidem catholicam, duas afferentes naturas in vno Christo deo & homine. In quo loco pijssimus Augustus Martianus vna cum vxore sua Pulcheria deposita regia maiestate fidem suam exposuerunt ante conspectum sanctorum episcoporum, vbi & damnauerunt Euthycen, & Nestorium, & Dioscorum. Et iterum Imperator Martianus Augustus cum coniuge sua Pulcheria Augusta chirographo proprio fidem suam exponentes, postulauerunt sanctum concilium, vt dirigeret ad sanctissimum papam Leonem, rogantes vt fidem catholicam exponeret. Beatus vero Leo direxit fidei catholicæ tomū, & exposuit, damnans omnes hæreses. Idem beatissimus Leo archiepiscopus multas epistolas fidei misit, quæ hodie archiuo ecclesiæ Romanæ reconditæ tenenentur. Hic firmauit frequenter suis epistolis synodum Chalcedonensem. Ad Martianum Augustum misit epistolas. xij. Ad Leonem Augustum epistolas. xiij. Ad Flauianum epm eplas nouẽ. Ad epos p Orientẽ eplas octodecim, per quas fidem synodi confirmauit.

als, nũc, DC

F

Hic re-

A Hic renouauit post cladem wandalicam omia ministeria sacrata argentea p omes titulos, de conflatis hydrijs sex, duas basilicæ Constãtinianæ, duas basilicæ beati Petri apostoli, duas beati Pauli apostoli, quas Constãtinus Augustus obtulit, quæ pensauerunt singulæ libras. C. Hic renouauit basilicam beati Petri apostoli, & fecit ibi cameram, quã & ornauit. Et beati Pauli basilicam post ignem diuinum renouauit. Fecit & cameram in eadem, similiter & in basilica Constantiniana. Fecit quoque basilicam sancto Cornelio epo, & martyri, iuxta cęmiterium Calixti via Appia. Hic propter nomen Romanũ suscipiens legationem ambulauit ad regem Hunorum, & liberauit totam Italiam a periculo hostium. Hic constituit monasterium apud Petrum apostolum. Hic constituit, vt intra actionem sacrificij diceretur, sanctum sacrificium immaculatam hostiam &c. Hic quoq; cõstituit, vt monacha nõ acciperet velaminis capitis benedictionẽ, nisi probata fuerit in virginitate. lx. annis (alias annis. xl. Hic etiam constituit, & addidit super sepulchra apostolorum ex clero Romano custodes, qui dicuntur cubicularij. Hic fecit ordinationes quatuor, per mensem Decembrem in vrbe Roma, Presbyteros. lxxxi. diaconos. xxxi. epos per diuersa loca numero. c. lxxxv. Qui etiam sepultus est apud beatum Petrum apostolum. iij. Idus Aprilis. Et cessauit episcopatus dies. vij.

¶ Ex Mariano Scoto de eodem Leone papa.

¶ Anno ad vetitatem euangelij. cccc. lxi. Iuxta vero cyclum Dionysii. cccc. xxxix. scribit de Leone papa primo Marianus Scotus. Defuncto Sixto episcopo. xl. amB plius diebus Romana ecclesia sine antistite fuit, mirabili pace, atque patientia præsentiam diaconi Leonis expectans, qui tunc inter Aetium, & Albinum amicitijs integrandis gratia Galliæ detinebatur, (alias in Gallia detinebatur.) Leo igit legatione publica accitus, & gaudenti patriæ præsentatus, quadragesimusquartus papa post Petrum Romanæ ecclesiæ consecratur, sedens per annos viginti & vnum.

Idem Marianus Scotus anno ad veritatẽ euangelij. cccc. lxviij. Iuxta autem Dionysii cyclum. cccc. xlvi. Alypio & Ardaburæ consulibus dicit. Euthyces hæresiarcha fretus Theodosii amicitijs, conatus est non perfectum hominem in Chro asserere. Cõtra quem Flauianus eiusdẽ vrbis eps suscipiens cum sacerdotibus suis dãnatus est authore Dioscoro Alexandrinæ vrbis epo. Contra quem Leo papa misit episcopum, psbyterum, & diaconum. Qui iniuriam passi Flauianum nuntiãt in defensione catholica per iniurias grauissimas defecisse.

Idem quoque Marianus Scotus, anno ad veritatem euangelij. cccc. lxxi. Iuxta Dionysii cyclum. cccc. xlix. Valentiniano. vi. & Auieno consulibus dicit. Concilium in Epheso actũ est contra Euthycen presbyterum, q Constãtinopoli monasterio celeberri C mo præsidebat, dicẽs, deum tantum esse Christum non hominem, in quo Hilarius diaconus, cum Iulio Puteolano epo vice papę Leonis missi fuerant. Qui diaconus, qa pro violata fide illic clamauit, pro anima sua latenter fugit ad Romam.

Idem etiam Marianus, anno ad veritatem euãgelij. cccc. lxxiiij. Iuxta Dionysii cyclum. cccc. lij. Opilione, & Vnicomalo consulibus dicit, Synodus Chalcedoneñ. facta, est, vbi Euthyces, & Dioscorus damnati sunt.

Idem Marianus anno ad veritatem euangelij. cccc. lxxxiij. Iuxta Dionysii cyclum, cccc. lxi. ait Seuerino, & Digalaiso consulibus, Leo papa obijt. iiij. Kaleñ. Iulias.

ARAVSICANVM CONCILIVM SVB LEONE PRIMO PAPA.

DE hac ciuitate scribit Ptolomæus libr. ij. ca. x. tit. Narboneñ. situs. Et iterum tit. Postea sub Setallanis Cauari, Accusiorum Auenniorum, Arausiorum. Et Pli. li. iij. ca. iiij. tit. Narbonẽ. prouincia, vbi dicit. In mediterraneo colonia Arelate &c. Arausio Secundarum. In agro Cauarum. Et Anto. in itiñ. tit. Iter de Italia in Hispanias a Mediolano Vapingo transalpes Gottias &c. Inde Galla &c. Arausia &c. Biterras. Et Strabo lib. iiij. vbi dicit. Sunt medio in spatio vrbes Auenio, Arausia, Aeria.

Tituli

D

¶TITVLI CANONVM ARAVSICENSIS Concilij sequentis.

E

CONCILIVM ARAVSICENSE, TEMPORE Theodosii iunioris, & Cyri consulum, *sexto Idus Nouembris, in ecclesia Iustinianensi.

alias.v.

Capitulum primum.

De cõs. dist. 4 Nullus mini.

NVllus ministrorum, qui baptizandi recipit officium sine chrysmate vsquã debet progredi, qa inter nos placuit semel in baptismate chrysmari. De eo autem, qui in baptismate, quacunque necessitate faciente, non chrysmatus fuerit, in confirmatione sacerdos * commonebitur. Nam inter nos chrysmatis ipsius non nisi vna benedictio est. Non* vt præiudicans, quicquàm dico, sed vt* necessaria habeatur rechrysmatio (alias, chrysmatio) repetita.

F

als, non commonebitur.
als, pĩudicantes cuiq̃ hoc dicimus
als, nõ necess.
26. q 6. Qui recedũt de.
als, reconciliationi

II Hæreticos, in mortis discrimine positos, si catholici esse desiderent, si desit episcopus, a presbyteris cum chrysmate, & benedictione consignari placet.

III Qui recedunt de corpore, pœnitentia accepta, placuit, sine reconciliatoria manus impositione eos communicare, quod morientis sufficit *consolationi secundum definitiones patrum, qui huiumodi communionem congruenter viaticum nominauerunt. Qnod si superuixerint,, stent in ordine pœnitentium, vt ostensis necessarijs pœnitentiæ fructibus, legitimam cõionem cum reconciliatoria manus impositione recipiãt.

IIII Pœnitentiam desiderantibus etiam clericis non negandam.

Dist. 87, Eos q ad ecclesiã.
alias, trahi

V Eos, qui ad ecclesiam confugerint, *tradi non oportere, sed loci sancti reuerentia, & intercessione defendi.

VI Si quis autem mancipia clericorum pro suis mancipijs, ad ecclesiam confugientibus, crediderit occupanda, per omes ecclesias districtissima damnatione feriatur.

Et i de. Iu. li. 2
als, colonariã
als, reuocare,

VII In ecclesia manumissos, & per testamentum ecclesiæ commendatos, si quis in seruitutem, vel obsequium, vel ad *coloniarum conditionem *imprimere tentauerit, animaduersione ecclesiastica coercebit.

VIII Si quis alibi consistentem clericum ordinandum putauerit, prius definiat, vt

cũ ipso

A cum ipso habitet. Nec eũ sine consultatione eius episcopi, cũ quo ante habitauit, ordinare præsumat, quia non sine causa, diu ab alio non ordinatus remansit.

IX. Si qui aũt alienos ciues, aut alibi consistẽtes, ordinauerint, nec ordinati in vllo accusanẽ, aut ad se eos reuocẽt, aut *ipsi eis impetrẽt, cum quibus habitent.

X. Si quis episcoporũ in alienæ ciuitatis territorio ecclesiam ædificare dispo nit, vel pro fundi sui negotio, aut ecclesiastica vtilitate, vel pro quacũq; *sua opportunitate, pmissa licentia ædificandi (quia prohibere *hoc nefas est) non præsumat dedicationem, quæ illi omnimode reseruatur, in cuius territorio ecclesia assurgit, reseruata vero ædificatori episcopo hac gratia, vt, quos desiderat clericos in re sua videre, ipsos ordinet, is, in cuius ciuitatis territorio est, vel si ordinati iam sunt, ipsos habere acquiescat. Et omnis ecclesiæ ipsius gubernatio ad eum (in cuius ciuitatis territorio ecclesia surrexerit) pertinebit. Quod si etiam seculariũ quicũq; ædificauerit ecclesiam, & alium magis, q̃ eum, in cuius territorio ædificat, inuitandum putauerit, tam ipse, cui contra constitutionem, ac disciplinam gratificare vult, quam oẽs episcopi, q ad huiusmodi dedicationem inuitantur, a conuentu abstinebunt. Si quis excesserit, in reatum deuocabi tur. Si quis excesserit, ordinẽ recognoscat canonicum.

Marg.: aľs, gratiã ipsis eorum. alias, suorũ. alias, huic.

XI. Placuit, in reatum venire episcopum, q admonitus de excommunicatione cuiusq;, sine reconciliatione eius, qui eum excommunicauit, ei communicare p̃sumpserit, vt integra omnia (si reconciliatio intercesserit) de iniustitia, vel iniquitate excommunicationis, proxime synodo reseruentur.

Marg.: 27. q. 6. Qui recedũt de

B

XII. Subito obmutescẽs, prout statutũ est, baptizari, aut pœnitentiã accipere, potest, si voluntatis præteritæ, testimoniũ aliorũ verbis habet, aut p̃sentis, in suo nutu.

Marg.: Ibidem.

XIII. Amentibus, quæcũq; sunt pietatis conferenda sunt.

XIIII. Energumeni iam baptizati, si de purgatione sua curent, & se solicitudini clericorum tradant, monitisq; obtemperent, omnimode communicent sacramẽti ipsius virtute, vel muniendi ab incursu dæmonum, quo infestantur, vel purgandi, quorum iam ostenditur vita purgatior.

XV. Energumenis catechumenis, inquantum vel necessitas exegerit, vel opportunitas permiserit, de baptismate consulendum.

XVI. *Energumeni, nõ solũ non assumẽdi sunt ad vllum ordinem clericatus, sed & illi, qui ordinati iam sunt ab imposito officio sunt repellendi.

Marg.: aľs, Qui palã aliqñ arrepti sunt.

XVII. Admixtionẽ eucharistiæ, simul consecrandam cẽsuimus. Alias, Cum capitula & calix inferendus est, & admixtione eucharistiæ consecrandus.

G XVIII. Placuit, catechumenis non legi euangelium in ecclesia. Alias, Euãgelia, placuit, deinceps catechumenis legi apud oẽs prouintiarũ nostrarũ ecclesias.

XIX. Catechumeni nonnunquã admittendi sunt etiam inter domesticas orationes. Alias, Ad baptisterium catechumeni nunquam admittendi.

XX. Segregandi, informandiq; sunt catechumeni vt se reuocent, & signãdos, vel benedicẽdos semotim offerant eos fideles. Alias, Ad fidelium benedictionem, etiam inter domesticas orationes, inquantũ caueri potest segregandi, informãdiq; sunt vt se reuocent. Ad signandos vel benedicendos se semote offerant.

XXI. Duo si p̃sumpserint ordinare episcopũ in *vestris prouintijs, placuit de præsumptoribus, vt sicubi contigerit, duos ep̃os inuitũ episcopum facere, authoribus dãnatis, vnius eorum ecclesiæ ipse, qui vim passus est, substituaẽ, si tñ vita respondet, & alter in alterius deiecti loco nihilominus ordinetur. Si voluntariũ duo fecerint, & ipse damnabitur, quo cautius ea, quæ sunt antiquitus instituta, seruentur.

Marg.: aľs, nostris Dist. 64. De Abiectiõe & ambitione Et in dec. Iuonis, lib. 5

XXII. Sedit præterea, vt deinceps non ordinentur diacones coniugati, nisi qui prius, conuersionis proposito, confessi fuerint castitatem.

XXIII. Si quis autem post acceptam benedictionem leuiticam, cum vxore sua incontinens inuenitur, ab officio abijciatur.

XXIIII. De his autem, qui, priusquã ordinati fuerint, in hoc ip̃m inciderint, Taurinatis synodi sequendã eẽ sententiã, qua iubentur, nõ vlterius promoueri.

XXV. De idoneis autem, probatisq; viris, quos clericatui alligari ipsa vitæ gratia suggerit, si forte inciderint in duplicata matrimonia, vt non vltra subdiaconatum ecclesiasticas capiãt dignitates.

Marg.: Cap. 7. & vlt. Argumẽtum in hoc capit. Taurinatẽ synodũ hãc pñtẽ p̃cessisse.

XXVI. Diaconissæ omnimode non ordinandæ. Si quæ iam sunt, benedictioni, quæ populo impenditur, capita submittant

27.q.1. Viduitatis seruãdæ alias, epõ al's, Raptorẽ vero talium. al's, In vtroq; sexu.

XXVII. Viduitatis seruandæ professionem, coram episcopo in secretario habitam, imposita a*presbytero veste viduali, non esse violandam. *Eius vero repudiatorem, vel ipsam talis professionis desertricem, merito esse damnandam.

XXVIII. *Hi vero, qui sunt desertores professæ castitatis, præuaricatores habẽdi, & his omnibus p pœnitentiam legitimam consulendum.

alias, sui per legatos.

XXIX. Hæc quę subscripsimus, cum eorum quoq; cõcordia, q consensus dederunt, rata deinceps inter nos, ac nostros haberi volumus, & habenda sancimus, non p̃tereuntes eos, qui synodo, aut per se, aut per consensus suos, vel ad vicem *sublegatos destinando, adesse detrectant, vt quid sibi de illis placeat, q patrum statuta despiciunt, innotescat, non, quod nobis temporum qualitate difficile sit ad sanctã synodũ cõuenire, adiicientes, quod si similibus deinceps paginis pro salubritate ecclesiastica, ac remedijs, cõgregare cõuentus voluerimus, constituamus, vt nullus conuentus sine alterius cõuentus denuntiatione soluatur. Itaq; sequenti anno, si, dño ac deo nostro Iesu Christo pmittente, conceditur die decimoquinto Kalendas Nouembris, in Arausico territorio cõuentum habeamus. Qui ideo tanto prius ante denuntiatur, vt, tam excusationis libertas, q̃ inuitationis necessitas nõ sit. De die em̃, ac loco per ipsos nos cõmonebimur, singuli nobiscũ exẽplaribus ea, quæ per nos sunt cõstituta, referẽtes reliquos, qui defuerunt beatissimi fratris nostri Hilarij solicitudini relinquamus, datis ad ipsos hor̃ exẽplaribus cõmonendos. Si post omnia occurrerit imbecillitas fragilitatis humanæ, vt si qs ep̃s per infirmitatem, debilitatemve aliquam, aut hebetudinẽ sensus, inciderit, aut officiũ oris amiserit, ea, quæ nõ nisi per ep̃os geruntur, non sub præsentia sua presbyteros agere pmittat, sed euocet ep̃m, cui hoc, quod in ecclesia agendum fuerit, imponat. Ego Hilarius ep̃s subscripsi. Ego Claudius ep̃s subscripsi. Ego Constãtinus ep̃s subscripsi. Ego Audentius ep̃s subscripsi. Ego *Egrestius ep̃s subscripsi. Ego Iulianus ep̃s subscripsi. Ego Auspicius episcopus subscripsi. Ego Maximus ep̃s subscripsi. Ego *Theuderius episcopus subscripsi. Ego Eucherius epũs subscripsi. Sanctor̃ sacerdotum comprouintialiũ meorum, q superius sunt memorati, expectaturus assensum Nectarius subscripsi. Iustus episcopus subscripsi. Augustalis ep̃s subscripsi. Ingenuus episcopus subscripsi. Cæsarius episcopus subscripsi. Salonius ep̃s subscripsi. Ego Superuentor, pro patre & meo episco po Claudio subscripsi & recognoui.

al's, Agrestius al's, Theodorus.

¶ Explicit concilium Arausicum.

DECRETA ALIQVA HVIC CONCILIO in Gratiani & alior̃ decretis ascripta quæ non habentur in superioribus. Primo ex decreto Gratiani.

¶ Modus & forma excommunicationis.

11.q.11. Canonica instituta

Canonica instituta & sanctor̃ patrũ exempla, sequentes, ecclesiar̃ dei violatores, authoritate dei, & iudicio sancti sp̃us, a gremio sanctæ matris ecclesiæ, & a cõsortio totius Christianitatis eliminamus, quousq; resipiscãt, & ecclesiæ dei satisfaciant.

¶ Ex eodẽ partim, & partim ex alio codice decretor̃, libror̃. xvi. ca. vij. li. xi.

¶ Reconciliatio excommunicati.

11.q.11. Cũ aliquis excõic.

Cum aliquis excommunicatus, vel anathematizatus, pœnitentia ductus, veniã postulat, & emendationem promittit, episcopus, qui eum excommunicauit, ante ianuas ecclesiæ venire debet, & .xij. presbyteri cum eo, qui eum hinc & inde circunstare debent. Vbi etiam esse debent illi, quibus iniuria, vel damnum commissum debet emendari, aut si iam emendatum est, eorum testimonio cõprobari. Deinde interroget episcopus, si pœnitentiam, iuxta quod canones pręcipiunt, pro perpetratis sceleribus suscipere velit. Et si ille terræ prostratus, veniam postulat, culpam confitetur, pœnitentiã implorat, & de futuris cautelã spondet, tunc episcopus apprehensa manu eius dextra, in ecclesiam illum introducat, & *ei communionem, & societatem Christianam reddat, & septem psalmos pœnitentiales decantet cum istis p̃cibus Kyrieleison. Pater noster. Et ne nos. Saluum fac seruum tuum. Deus meus sperantem in te. Mitte eis dñe auxiliũ de sancto. Et de Sion tuere eum. Nihil proficiat inimicus in eo. Et filius iniq-

al's, cõmunioni Chr̃ianæ.

tatẽ non

A tatis non apponat nocere ei. Esto ei dñe turris fortitudinis, A facie inimici. Dñe exaudi orationẽ meam, &c. Dominus vobiscum, &c.

¶ORATIO.

PRæsta quæsumus domine huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructũ, vt ecclesiæ tuæ sanctæ, a cuius integritate deuiauerat peccando, admissorum veniam consequendo, reddatur innoxius. Per Christum dominum nostrum, Amen.

¶ALIA ORATIO.

MAiestatem tuã quæsumus, dñe sancte pater omnipotẽs, æterne deus, q nõ mortẽ, sed peccatorum vitã semper inquiris, respice flentem famulũ tuũ, attende prostratum, eius planctũ in gaudiũ tuæ miserationis cõuerte, scinde delictorum saccũ & indue eũ lætitia salutari, vt post longã peregrinationis famem, de sanctis altaribus satiet, ingressusq; cubiculũ regis, in ipsius aula benedicat nomẽ gloriæ tuæ semp. Amẽ.

¶ALIA ORATIO.

DEus misericors, deus clemẽs, q secundũ multitudinẽ miserationum tuarum peccata pœnitentiũ deles, & p̄teritorum criminũ culpas venia remissionis euacuas, respice super hũc famulũ tuum. N. & remissionẽ omniũ peccatorum suorum sibi tota cordis cõfessione poscentem deprecatus exaudi, innoua in eo, piissime pater, quicqd terrena B fragilitate corruptũ, vel quicquid diabolica fraude violatũ est, & vnitati corporis ecclesiæ membrũ redẽptionis annecte. Miserere dñe gemituũ, miserere lachrymarum eius, & nõ habentẽ fidutiã, nisi in tua magna misericordia, ad tuæ sacramentũ reconciliationis admitte. Per Christũ dñm nostrum, Amen. Post hæc secundũ modum culpæ pœnitentiã ei iniungat, & literas p parochiã suã dirigat, vt oẽs nouerint, eũ in societate Christiana receptũ. Aliis etiã ep̃is hoc notũ faciat. Nullus aũt ep̃s alterius parochianũ excõicare, vel recõciliare p̄sumat, sine cõsensu vel cõscientia proprii ep̃i.

Ex eodem libro. xiiii. capite sexto.

¶Vt in sabbato sancto ieiunia non soluantur.

Vt in sabbato sancto, hoc est, in vigilia Paschæ, ieiuniũ ante noctis initiũ, nisi a paruulis, & infirmis, non soluatur, nec in ipsa Parasceue, quia cœna domini, & Parasceue, & sabbatũ, ad illos quadraginta dies respiciunt, vel diuina mysteria his duobus diebus celebrantur, canonibus quippe iubentibus in biduo isto, id est, Parasceue, & sabbato, sacramenta penitus non celebrari.

¶Finis concilii Arausici & decretorum eius.

C

CONCILIVM VASENSE, VEL VASIONEN. SVB TEMpore Leonis papæ primi.

DE hac creditur Ptolomæus scribere lib. ii. cap. x. in Narboneñ. prouintia. tit. Sub Tricattinis Vocontii, & ciuitas Vasiorum. Itẽ idẽ ibidẽ parum post, Vasum Insula. Plinius lib. iii. ca. iiii. tit. Narbonẽsi prouintia, vbi dicit. Vocontiorum ciuitatis fœderatę duo capita Vasco, & Lucus augusti. Est aũt ep̃s Vasioneñ. suffraganeus archiepiscopi Arelateñ. Præterea in wormacieñ. synodo nuper impressa, in cap. cuius initium est. In synodo Vaseñ. ita dicitur. In synodo Vaseñ. in qua sederunt episcopi. xviii. cap. ii. dicitur. Per singula territoria. Verum illud cap. habetur in isto concilio Vaseñ. tanquam cap. tertium.

¶TITVLI CAP. HVIVS VASEN. CONCILII.

als, Vasionensis.

CAPITVLA CONCILII *VASEN.
in quo. XVIII. episcopi conuenerunt.

Constitutiones sanctæ synodi habitæ in ciuitate Vasen. apud Vrbicũ ecclesiæ catholicæ, tpibus Theodosii iunioris, & Dioscori consulis, sub die Iduũ Noueb.

Capitulum primum.

als, alicuius

Placuit ergo, tractatu habito, epos de Gallicanis prouintijs veniẽtes, intra Gallias non discutiẽdos, sed solum sufficere, si nullus cõmunionem * eis interdixerit, quia inter circũhabitantes, ac sibi pene inuicem notos, non tam testimonio indigẽt probi, quam denotatione, & denuntiationibus deprauati.

alias, bonæ.

II. Horum, qui pœnitẽtia accepta, in *bono vitæ cursu, satisfactoria cõpunctione viuẽtes, sine comunione, inopinato nonnunquã trãsitu, in agris, aut in itinerib[9], præueniuntur, oblationẽ recipiendã, & eorũ funera, ac deinceps memoriã, ecclesiastico affectu prosequendã, quia nefas est, eorũ cõmemorationes excludi, a salutaribus sacris, q ad eadẽ sacra, fideli affectu contendentes, dum se diutius reos statuunt, & indignos salutiferis *mysterijs iudicãt, ac dum purgatiores restitui desiderant absq; sacramentorum viatico intercipiantur, quibus fortasse nec absolutissimam reconciliationẽ sacerdos denegandam putasset. E

alias, ministerijs.

III. Per singula territoria presbyteri, vel ministri, ab epis, nõ (prout libitũ fuerit) a vicinioribus, sed a suis proprijs, p annos singulos petãt chrisma, appropinquante solẽnitate paschali, nec per quẽcunq; ecclesiasticũ, sed si qua necessitas, aut ministrorũ occupatio est, p subdiaconũ, qa inhonorũ est inferioribus summa cõmitti. Optimũ est aũt, vt ipse suscipiat, qui in tradendo vsurus est. Si quid aũt obstat, saltem is, cuius officium est sacrarium disponere, & sacramenta suscipere.

13. q. 2. Qui oblationes
alias, exinanitionem.
alias, oblata alimonia.
alias, iudicio.

IIII. Qui oblationes defunctorũ retinẽt, & ecclesiis tradere demorãtur, vt infideles, sunt ab ecclesia abijciendi, quia vsq; ad *inanitionẽ fidei peruenire, certum est hanc diuinæ pietatis exacerbationem, qa & fideles de corpore recedentes, votorũ suorum plenitudine, & pauperes *cõsolatu alimoniæ, & necessaria sustentatione fraudant. Hi eñ tales, quasi egentiũ necatores, nec credẽtes *iudicium dei, habendi sunt. Vnde & quidã patrũ hoc scriptis suis inseruit, congruẽte sententia, qua ait: Amico quippiã rapere, furtum est, & ecclesiam fraudare, sacrilegium.

V. Si quis epi sui sentẽtiæ non acquiescit, recurrat ad synodum.

Ex epist. Clemẽtis prima. Et i epi. dec. Fab. pp. Et in dec. Anac pa pæ. Et dist. 93 Si inimicus.

VI. Ex epistola sancti Clementis, vtilia quæq; præsenti tẽpore ecclesiis necessaria, sunt honorifice proferenda, & cũ reuerẽtia ab omnibus fidelibus, ac præcipue clericis recipienda. Ex qbus, qđ specialiter placuit propter venerãdam antiquitatẽ, statutis p̃sentibus roboramus, qđ supradictus beatus martyr de beatissimi Petri apostoli cõstitutione cõmemorat, dicẽs: Quædam aũt etiam ex vobisipsis intelligere debetis, si qua sint, quæ ipse propter insidias hominũ malorũ nõ potest euidentius, & manifesti[9] proloqui. Verbi gratia, Inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, vt ipse vobis dicat, cũ illo nolite amici esse, sed prudẽter obseruare debetis, & volũtati eius, videlicet, q ecclesiæ curã gerit, absq; cõmonitione obsecũdare, & *auerti ab eo, cui ipsum sentitis aduersum, sed nec loqui his, qbus ipse nõ loquitur, vt vnusquisq; q in culpa ẽ, dũ cupit omniũ vestrũ *sibi gratiã reparare, citius festinet recõciliari ei, q omnibus p̃est, vt per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis præsidentis, & cætera, quæ in consequentibus denotant amicos eorũ, qui *veritati inimici sunt. Sciat itaq; deinceps clerus ad reatũ, sed & populus fidelium ad culpã sibi ascribendũ, si qs in hoc vitium malorum confortator, & disciplinæ subuersor cognoscitur. F

alias, auertere vos.
alias, amicitiã ferre.
als, veritatis.

VII. Placuit præterea, accusandi licentiam in vestris ordinibus, si qua existat leuitate cõprimere. Quod si episcopus aliquem iudicat abstinendum pro humiliatione & correctione fratris, & assurgitur exorari a cæteris, acquiescat fratri, de quo agitur, corre-

A correptione, & cõminatiõe adhibita. Sin aũt de crimine aliquẽ putet esse damnãdum, accusatoris vice discutiẽdum se sciat. Fas est eñ, vt quæ vni probant, probent ab oñibus.

VIII Quod si tm̃ epũs alieni sceleris se cõscium nouit, q̃diu probare nõ põt, nihil proferat, sed cũ ipso, ad cõpunctionẽ eius, secretis correptiõibus elaboret. Quod si correptus, ptinacior fuerit, & se cõmunioni publice ingesserit, etiã si epũs, in redarguẽdo illo, quẽ reum iudicat, probatiõe deficiat, * indãnatus licet * ab his, q nihil sciunt, secedere ad tp̃s pro psona maioris * authoritatis iubeat, illo q̃diu probari nihil potest, in cõione omnium, præterq̃ eius, q eum reum iudicat permanente.

6.q.2. Si tantum eps alias, illum als, indẽnat alias, his als, authoritate.

IX De expositis (qa cõclamat ab oñibus) querela processit, eos nõ misericordiæ iam, sed canibus exponi, quos colligere * calumniarũ metu (q̃uis inflexa p̃ceptis misericordiæ mẽs humana detractet) id seruãdum visum est, vt secũdum statuta fidelissimorũ pĳssimorumq; augustorũ, & principũ quisqs expositũ colligit, ecclesiã cõtestet, contestationem colligat, nihilominus de altario dñico die minister annũtiet, vt ecclesia sciat expositũ esse collectũ, vt intra dies decẽ, ab expositionis die expositũ recipiat, si qs probauerit se agnouisse, collectori pro ipsorũ decem dierũ misericordia, prout maluerit, aut præsens * retribuat, aut in ppetuum, cum dei grã, si voluerit, possideat.

alias, calumniatorum.

alias, ab hoiẽ

X Si qs expositorũ, hoc ordine collectorũ, repetitor, vel calũniator extiterit, homicida habẽdus ẽ. als, Sane si qs post hãc diligẽtissimã sanctionẽ expositorũ, hoc ordine collectorũ, repetitor, vel calumniator extiterit, vt homicida habendus est, & ecclesiastica districtione damnabitur

B

CANONES VASENSIS CONCILII.

Capitulum Primum.

Qualiter parochiani pbri lectores paruulos erudiant.

CVm secũdum statuta canonũ in Vasensi vico sanctorũ põtificum fuisset cõcilium cõgregatum, iuxta cõsuetudinẽ antiquorũ patrũ regulas relegẽtes, propitiãte dño nullũ de p̃sentibus dñis sacerdotibus aliqd cõtra decreta spũalia aut p̃terisse, aut p̃sumpsisse cognouimus. De qua re vberes deo grãs agimus, qa seruis suis secũdum pietatis suæ cõsuetudinẽ p̃stare dignatus ẽ pro qb⁹ solo pfectæ charitatis affectu, & pro desiderio vidẽdi ad synodũ cõuenerũt. Et q̃uis oĩa, quæ à sanctis sacerdotibus, vel clericis obseruari debeant, & antiqui, & nouelli canones continere probentur, tamen ne cõgregatio sancta sine aliqua definitione discesserit, vel parũ aliquid, quod ad ædificationem ecclesiarum pertinere possit, inspirante domino, decreuerũt, & hoc placuit, vt omnes pres byteri, qui sunt in parochĳs constituti, secundum consuetudinem, quam per totam Italiam satis salubriter teneri cognouimus, iuniores lectores quantoscunq;, siue vxores habuerint secum in domo, vbi habitare videntur, recipiant, & eos, quomodo boni patres, spiritualiter nutrientes, psalmos parare, diuinis lectionibus insistere, & in lege domini erudire contendant, vt & sibi dignos successores prouideant & a domino præmia æterna recipiant. Cum vero ad ætatem perfectam peruenerint, si aliquis eorũ pro carnis fragilitate vxorẽ habere voluerit, potestas ducẽdi coniugem nõ negetur.

C

Capitulum secundum.

Vt pres byteris prædicandi potestas suis plebibus concedatur.

Hoc etiam pro ædificatione omnium ecclesiarum, & pro vtilitate totius populi nobis placuit, vt non solum in ciuitatibus, sed etiam in omnibus parochĳs verbũ faciẽdi daremus presbyteris potestatem, ita vt si pres byter, aliqua infirmitate prohibente, per seipsum non potuerit prædicare, sanctorum patrum homiliæ a diaconibus recitẽtur. Si enim digni sint diaconi, quæ Christus in euangelio loquutus est, legere, quare indigni iudicẽtur, sanctorũ patrum expositiones publice recitare.

Capitulum tertium.

Vt Kyrieeleison in omnibus ecclesiis dicatur.

Et quia tam in sede apostolica, quam etiam per totas Orientalis, atq; Italiæ prouintias dulcis, & nimium salubris consuetudo intromissa est, vt Kyrieeleison frequentius cum grandi affectu, ac compunctione dicatur, placuit etiam nobis, vt in omnibus ecclesiis nostris ista consuetudo sancta & ad matutinum, & ad missas, & ad vesperã, deo propitiante, intromittatur.

Capitulum quartum.

Vt in omnibus missis siue matutinis, siue quadragesimalib⁹, vel q̃ in defunctorum commemorationibus fiunt, semper sanctus, sanctus, sanctus, dicat, & vt nomẽ papæ vrbis Romæ in nostris ecclesiis recitetur.

D

Et in omnibus missis siue matutinis, siue in quadragesimalibus, siue in illis, quæ pro defunctorũ cõmemorationibus fiunt, semper sanctus, sanctus, sanctus, eo ordine, quo ad missas publicas, dici debeat, quia tam dulcis, & desiderabilis vox, etiã si die, noctuq́ʒ possit dici, fastidium non poterit generare. Et hoc nobis iustum visum est, vt nomẽ dñi papæ, quicũqʒ sedi apostolicæ præfuerit, in nostris ecclesiis recitetur.

Capitulum quintum.

Propter hæreticorum incredulitatem, post Gloria patri, &. Sicut erat in principio, &c. semper dicatur.

Et quia non solũ in sede apostolica, sed etiam per totum Orientem, & totã Africã, vel Italiam propter hæreticorum astutiã, qua dei filium non semper cum patre fuisse, sed a tempore cœpisse blasphemant, in omnibus clausulis post Gloria patri, &c. Sicut erat in principio, &c. dicatur, etiam & nos in vniuersis ecclesiis nostris hoc ita dicẽdũ esse decreuimus. Nomina episcoporum qui subscripserũt. Cæsarius in Christi nomine eps̃ subscripsit sub die Nonas Nouembris, Decio iuniore, viro clariss. consule Contumeliosus episcopus subscripsi. Cyprianus eps̃ subscripsi. Gallicanus eps̃ subscripsi. Constãtinus eps̃ subscripsi. Portianus eps̃ subscripsi. Heraclius eps̃ subscripsi. Maximus eps̃ subscripsi. Prosper eps̃ subscripsi. Aquitanus episcopus subscripsi.

E

CONCILII VASENSIS CAPITVLVM ex decreto Gratiani.

De sepulturis quomodo non est accipiendum pretium.

13.q.2.Præcipiendũ est secundũ

Præcipiendum est secundum canonum authoritatem, vt de sepulturis, & hominibus sepeliendis, nihil muneris exigant, nisi forte, qui sepelitur, viuens, iusserit, ecclesię, in cuius atrio sepelitur, aliquid de rebus suis tribuere, aut etiam post mortem ipsius, illi, quibus commissum est, eius eleemosynam facere, de rebus illius aliquid sponte dare voluerint. Et tamen nullatenus a presbyteris ecclesiæ illius aliquid exigatur, siue ab illis, qui locis, & villis præsunt.

Vasẽ. concilij Finis.

F

CANONES CONCILII ARAVSICANI, CIRca tempora Leonis papæ primi, De libero arbitrio vel diuersis cõditiõibus, & de rebus necessarijs ꝑ capitula requirendis.

Capitulum primum.

CVm ad dedicationẽ basilicæ, quam illustrissimus Præfectus, & Patricius filius noster Liberius in Arausica ciuitate fidelissima deuotione cõstruxit, deo propitiãte, & ipso inuitante cõuenissemus, & de rebus, quæ ad ecclesiasticã regulam ptinẽt, inter nos fuisset spũalis oborta collatio, peruenit ad nos, esse aliquos, qui de gratia, & libero arbitrio minus caute, & non secundũ fidei catholicæ regulã sentire velint. Vnde & nobis secundũ authoritatẽ, & admonitionem sedis apostolicæ iustũ, & rationabile visum est, vt pauca capitula, ab apostolica nobis sede transmissa, quæ ab antiquis patribus de certis scripturarũ voluminibus in hac præcipue causa collata sunt, ad docendos eos, qui aliter, q̃ oportet, sentiunt, ab omnibus obseruãda proferre, & manibus nostris subscribere deberemus. Quibus lectis, qui hucusqʒ, non sicut oportebat, de gratia, & libero arbitrio credidit, ad ea, quæ fidei catholicæ conueniunt, animum suum inclinare non differat. Si quis per offensam præuaricationis Adæ non totũ, id est, secundum corpus, & animã in deterius dicit hominẽ commutatũ, sed animæ libertate illæsa durante, corpus tantummodo corruptioni credit obnoxium Pelagij errore deceptus, aduersatur scripturæ dicenti: Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Et, nescitis, quoniam, cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius, cui obeditis. Et, a quo quis superatur, eius & seruus addicitur.

Ezech.18.a
Roma.6.c
2.Petri.2.d

II. Si quis soli Adæ præuaricationem suam, non & eius propagini asserit nocuisse, aut certe mortem tantum corporis, quæ pœna peccati est, non autem & peccatum, q̃d

A tum, quod mors est animæ, per vnum hominem in omne genus humanum transisse te statur, iniustitiã deo dabit, contradicẽs apostolo diceti. Per vnum hominem peccatum intrauit in mũdũ, & p pctm̃ mors in omẽs homines pertrãsijt, in quo oẽs peccauerunt. — Roma. 5. b

III Si qs inuocationẽ humanã grãæ dei dicit posse cõferri, nõ aũt ipsam grãm facere, vt inuocet a nobis, cõtradicit Esaiæ prophetæ, vel apostolo idem diceti: Inuẽtus sum nõ quærẽtibus me, palam apparui his, qui me non interrogabant. — Esaie. 65. a, & Roma. 10. d

IIII Si qs vt a peccato purgemur, voluntatem nostrã deum expectare contẽdit, nõ autem vt etiã purgari velimus, per sancti spũs infusionem, & operationẽ in nos fieri confitetur, resistit ipsi spiritui sancto, per Salomonem, & diceti. Præparatur voluntas a domino, & apostolo salubriter prædicãti: Deus est, q operatur in nobis & velle, & p ficere pro bona voluntate. — Philip. 2. b

V Si qs, sicut augmẽtum, ita etiã initiũ fidei ipsum credulitatis affectum, quo in eum credimus, q iustificat impium, & ad regenerationem baptismatis peruenimus, nõ per grãæ donum, id est, per inspirationem spũs sancti corrigẽtem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatẽ, & naturaliter nobis inesse dicit, apostolicis dogmatibus aduersarius approbatur, beato Paulo dicente: Confidimus, qa, qui cœpit in vobis bonum opus, perficiet vsq; in diem dñi nostri Iesu Chri. Et illud: Vobis datum est, pro Chro, non solum vt in eum credatis, sed etiã vt pro illo patiamini. Et gratia salui facti estis per fidem, non ex vobis, dei em̃ donum est. Qui em̃ fidem, quia in deum B credimus, dicunt esse naturalem, omnes eos, qui ab ecclesia Christi alieni sunt, quodãmodo fideles esse diffiniunt. — Philip. 1. a; Ibidem. d; Ephe. 2. b.

VI Si quis sine gratia dei credentibus, volentibus, desiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, studentibus, petentibus, quærentibus, pulsantibus nobis misericordiam dicit conferri, non autem diuinitus, vt credamus, velimus vel hæc omnia, sicut oportet, agere valeamus, per infusionem & inspirationem sancti spiritus in nobis fieri confitetur, aut humilitati, aut obediẽtiæ humanæ subiungit gratiæ adiutorium, nec vt obediens, & humillimus ipsius gratiæ donum esse consentit, resistit apostolo dicenti. Quid habes, quod nõ accepisti? Et gratia dei sum id quod sum. — 1. Cor. 4. b. Ibidẽ. 15. d

VII Si quis per naturæ vigorem bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vitæ æternæ, cogitare non expedit, aut eligere, siue saluari, id est, euangelizanti, prædicationi consentire posse confirmat, absq; illuminatione, & inspiratione spiritus sancti, qui dat omnibus suauitatem in consentiendo, & credendo veritati, hæretico fallitur spiritu, non intelligens vocem dei, in euangelio dicentis. Sine me nihil potestis facere. Et illud apostoli: Nunquid idonei sumus, cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia C nostra ex deo est. — Iohan. 15. a; 2. Cor. 3. b

VIII Si quis, alius misericordia, alius vero per liberum arbitrium (quod in omnibus, qui de præuaricatione primi hominis nati sunt) constanti sæuitia hominem ad gratiam baptismi posse venire contendit, a recta fide probatur alienus. Is enim non omnium liberum arbitrium per peccatum primi hominis asserit infirmatum, aut certe ita læsum putat, vt tamen quidam valeant sine reuelatione dei mysterium salutis æternæ per semetipsos posse conquirere. Quod quàm sit contrarium, ipse dominus probat, qui non aliquos, sed neminem ad se posse venire, testatur, nisi quem pater attraxerit. Sicut & Petro dicit: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cœlis est. Et apostolus: Nemo potest dicere dominum Iesum Christum, nisi in spiritu sancto. — Iohan. 6. e; Matt. 16. c.; 1. Cor. 12. a

IX De adiutorio dei. Diuini est muneris, cum & recte cogitamus, & pedes nostros a falsitate, & iniustitia tenemus. Quoties enim bona agimus, deus in nobis, atq; nobiscum, vt operemur, operatur. — Philip. 2. b

X De adiutorio dei. Adiutorium dei etiam renatis ac sanctis semper est implorãdum, vt ad finem bonum peruenire, vel in bono possit opere perdurare.

XI De obligatione votorum. Nemo quicquàm domino recte vouerit, nisi ab ipo acceperit, sicut legitur. Quæ de manu tua accepimus, damus tibi.

XII Quales nos diligit deus. Tales nos amat deus, quales futuri sumus ipsius dono, non, quales sumus nostro merito.

XIII De reparatione liberi arbitrij. Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum, nisi per gratiam baptismi non potest reparari. Quod amissum, nisi a quo potuit dari, non pt reddi. Vnde ipsa veritas dicit: Si vos filius liberauerit, tūc vere liberi eritis.

Iohan. 8.c

XIIII Nullus miser de quantacunq; miseria liberatur, nisi qui dei misericordia prępuenitur, sicut dicit Psalmista: Cito anticipet nos misericordia tua domine. Et illud: Deus meus, misericordia eius præueniet me.

Psalm.78 Psalm.58

XV Ab eo, quod formauit deus mutatur Adam, sed in peius per iniquitatem suam ab eo, quod operata est iniquitas, mutatur fidelis, sed in melius per gratiam dei. Illa ergo mutatio fuit præuaricatoris primi. Hæc secundum Psalmistam, mutatio dexteræ excelsi.

Psal.76

XVI Nemo ex eo, quod videtur habere, glorietur, tanquàm non acceperit, aut ideo se putet accepisse, quia litera extrinsecus, velut legitur, apparuit, vel vt audiretur, sonuit. Nam sicut apostolus dicit: Si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Ascendens iu altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Inde habet, quicunq; habet. Quisquis autem inde se habere negat, aut vere non habet, aut id, q̊d habet, auferetur ab eo.

1.Cor.4.b Gala.2.d Ephe.4.b, & Psalm.67 Matth.25.c

XVII De fortitudine Christiana. Fortitudinem gentilium mundana cupiditas, fortitudinem Christianorum dei charitas facit, quæ diffusa est in corbus nostris, non p voluntatis arbitrium, sed per spm̄ sanctum, qui datus est nobis, nullis meritis gratiam prępuenientibus.

Roma.5.a Roma.4.a

XVIII. Debetur merces bonis operibus, si fiant, sed gratia, quæ non debetur, pręcedit, vt fiant, neminem, nisi deo miserante saluari.

XIX Natura humana etiam si in illa integritate, in qua est condita, permaneret, nullo modo seipsam, creatore suo non adiuuante, seruaret. Vnde cum sine gratia dei, salutem non possit custodire, quam accepit, quomodo sine dei gratia poterit reparare, quod perdidit.

XX Nihil boni hominem posse sine deo. Multa in homine bona fiunt, quæ non facit homo. Nulla vero facit homo bona, quæ non deus præstet, vt faciat homo.

Esaię.26.d

XXI De natura & gratia. Sicut eis, qui volentes in lege iustificari, & a gratia exciderunt, verissime dicit Apostolus: Si ex lege iustitia est, ergo Christus gratis mortuus est, iam hic enim erat lex, & non iustificabat, iam hic erat & natura & non iustificabat, ideo Christus non gratis mortuus est, vt & lex per illum impleretur, qui dixit: Non veni legem soluere, sed adimplere, & natura, per Adam perdita, per illum repararetur, q dixit, venisse se, quærere & saluare, quod perierat.

Gala.2.d Matt.25.b Lucę.19.b Psalm.115

XXII De his, quæ hominū propria sunt. Nemo habet de suo nisi mendacium, & peccatum. Si quis autem habet homo veritatem, atq; iustitiam, ab illo fonte est, quem debemus sitire in hac eremo, vt ex eo quasi guttis quibusdam inrorati, non deficiamus in via.

Esa.10.b

XXIII De voluntate dei, & hominis. Suam voluntatem homines faciunt, non dei quando id agunt, quod deo displicet. Quando autem ita faciunt, quod volunt, vt diuinæ seruiant voluntati, quamuis volētes agant, quod agunt, illorum tamen voluntas est a quo præparatur, & obitur, quod volunt.

Iohan.15.a. & Augustin9 super Iohan.

XXIIII. De palmitibus vitis. Ita sunt in vite palmites, vt viti nihil conferant, sed inde accipiant, vnde viuant. Sic quippe vitis est in palmitibus, vt vitale subministret eis non sumat ab eis. Ac per hoc & manentem in se habere Christum, & manere in Christo, discipulis prodest, & non Christo. Nam præsciso palmite, potest de viua radice alius pullulare. Qui autem pręscisus est, non potest sine radice viuere,

Iohan.4.b Iohan.14.c Roma.5.a

XXV De dilectione, qua diligimus deum. Prorsus donum dei est, diligere deum. Ipse, vt diligeretur deum, qui non dilectos diligit. Displicentes amati sumus, vt fieret in nobis, vnde placeremus. Diffundit enim charitatem in cordibus nostris spiritus patris, & filij, quem cum patre amamus & filio. Ac si secūdum suprascriptas sanctarum scripturarum sn̄ias, vel antiquorum prm̄ diffinitiōes, hoc deo propitiāte, & pdicare debemus, & credere, quod per pc̄m̄ primi hoīs ita inclinatū, & attenuatū fuerit liberum arbitriū, vt nullus postea aut diligere deum, sicut oportuit, aut credere in deum, aut operari propter deum, quod bonum est, possit, nisi gratia eum, & misericordia diuina præuenerit. Vnde

A Vnde Abel iustum, & Noe, & Abraham, & Isaac, & Iacob, & omnẽ antiquorũ sanctorum multitudinem, illam pclaram fidem, quã in ipsorum laudẽ prædicat Apostolus Paulus, non per bonũ naturæ, quod prius in Adã datũ fuerat, sed per grãm dei credimus fuisse collatã, quia gratiã, etiã post aduentũ dñi oĩbus, q baptizari desiderãt, non in libero arbitrio habere, sed in Christi nouimus, simul & credimus largitate cõferri, secundũ illud, quod iam supra dictũ est, & prædicat Paulus apl'us, vobis donatũ est pro Chr̃o, nõ solũ, vt in eũ credatis, sed etiã, vt pro illo patiamini. Et illud: Deus, qui cœpit in vobis bonũ opus, perficiet vsq; in diem dñi nostri. Et illud: Gratia salui facti estis p fidẽ, & hoc nõ ex vobis, dei em̃ donũ est. Et q̊d de seipso ait Apl'us: Misericordiã consequutus sum, vt fidelis essem. Non dixit, quia eram, sed, vt essem. Et illud: Quid habes, q̊d nõ accepisti? Et illud: Omne datũ bonũ, & omne donũ perfectũ de sursum est, descendens a patre luminũ. Et illud: Nemo habet quicquã boni, nisi illud illi datũ fuerit desuper. Innumerabilia sunt sanctarũ scripturarũ testimonia, quæ possint ad probandam grãm proferri, sed breuitatis studio ptermissa sunt, qa & re vera, cui pauca nõ sufficiunt, plura nõ proderunt. Hoc etiã secundũ fidẽ catholicã credimus, q̊d accepta p baptismũ, gratia, oẽs baptizati, Christo auxiliãte, & cooperãte q̃ ad salutẽ pertinẽt, possint, & debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere. Aliq̊s vero ad malũ diuina ptãte

B prædestinatos esse, non solũ nõ credimus, sed etiã, si sunt, q tantũ malũ credere velint, cum om̃i detestatione in illis anathema dicimus. Hoc etiã salubriter profitemur & credimus, q̊d in omni opere bono non nos incipimus, & postea per dei misericordiã adiuuamur, sed ipse nobis nullis pcedentibus bonis meritis, & fidẽ, & amorẽ sui prius inspirat, vt & baptismi sacramẽta fideliter requiramus, & post baptismũ cũ ipsius adiutorio, ea, quæ sibi sunt placita, implere possimus. Vnde manifestissime credendum est, q̊d & illius latronis, quẽ dñs ad paradisi patriam reuocauit, & Cornelij Centurionis, ad quẽ angelus dñi missus est, & Zachæi, q ip̃m dñm suscipere meruit. Illa tamẽ admirabilis fides non fuit de natura, sed diuinæ largitatis donum. Et qa defintionẽ antiquorũ patrũ nostrãq; quæ suprascripta estnon solũ religiosis, sed, etiã laicis medicamentũ eẽ & desideramus, & cupimus. Placuit ergo, vt etiã illustres, ac magifici viri, q nobiscum ad præfatam festiuitatem conuenerũt, propria manu subscriberent.

Hebræ.11.per totum.

Ephe.2.b.

Luc.23.f
Acto.10.a
Luc.19.a

Cæsarius in Christi nomine episcopus, constitutionem nostrã relegi, & subnot. sub. v. nonas Iulij, Decio iuniore, viro clarissimo consule. Iulianus ep̃us subscripsi. Constantius ep̃s subscripsi. Cyprianus ep̃s subscripsi. Eucherius ep̃s subscripsi. Eraclius ep̃s subscripsi. Principius ep̃s subscripsi. Filagrius ep̃s subscripsi. Maximus ep̃s subscripsi. Prætextatus ep̃s subscripsi. Aletius ep̃s subscripsi. Lupertianus ep̃s subscripsi. Vindemialis ep̃s subscripsi. Petrus, Marcellinus, Felix, Liberius, viri clarissimi, & illustres

C Præfecti prætorij Galliarũ atq; Patricij consentientes subscripserũt. Sygrius, viro clarissimus consul. subscripsit. Opilio vir clarissimus conf. subscripsit. Pantagatus vir clarissimus conf. subscrip. Deodatus, vir clarissimus conf. subscrip. Cariattho vir clarissimus conf. subscr. Marcellus, V.C. conf. subscr.

¶ Arausicen̄. concilij circa tẽpora Leonis papæ primi, Finis.

CONCILIVM CARPENTORACEN. CIRCA LEONIS papæ primi tempora.

CArpentoracen̄. ciuitatis, Ptolomæus non meminit nec Strabo, sed Plinius lib. iij. cap. iiij. tit. Narbonen̄. prouintia, vbi post alia dicit, Tectosagum, Carpentoracte. Et Antoninus in itinerario. tit. Iter a Malaco Gadis, &c. Barbariana, Carpecarcenia (alias, Carpentoracte.)

¶ TITVLI CONCILII CARPENtoracen̄.

De eo, quod parochianis fuerit a Christianis collatum, quantum aut qualiter, ab episcopo præsumatur.

Consti-

CONSTITVTIO SANCTORVM EPISCOporum, vel patrum in ciuitate Carpentoracensi.

D

LIcet omnia, quæ ecclesiastica regula præcepit obseruari, in multis canonibus contineãtur inserta, noscũtur tamẽ causæ pro quibus necesse habẽt sacerdotes dñi, quod ad iustitiam pertinet secundũ disciplinã ecclesiasticã ordinare. Et ideo qa Carpentoracte conuenientes, huiusmodi ad nos querela peruenit, quod ea, quæ a qbusdam fidelibus parochijs cõferuntur, ita ab aliquibus episcopis præsumãtur, vt aut parum, aut prope nihil ecclesiis, quibus collata fuerant, reliquatur, hoc nobis iustum & rationabile visum est, vt si ecclesia ciuitatis eius, cui præest episcopus, ita est idonea, vt ipsa nullius indigeat, quicq d parochijs fuerit derelictum, clericis, qui in ipsis parochijs, deseruiunt, vel reparationibus ecclesiarum rationabiliter dispensetur. Si vero epm multas expensas, & minorem substantiãtiam habere constiterit, parochijs, qbus largior fuerit collata substãtia, hoc tãtum, quod clericis, vel architectis rationabiliter sufficiat, reseruetur. Quod autẽ amplius fuerit, propter maiores expensas epũs ad se debeat reuocare, ita tamen vt nihil de facultaticula ipsa, vel de ministerij clericorũ loci ipsius licentiam habeat minuendi.

¶ Nomina episcoporum qui subscripserunt.

Cæsarius in Chri nomine eps constitutionem nostram relegit, & subscripsit, not. subd. G. i.

E

Aletius	Cõstituit, & subscripsit.	Contumeliosus	Const. & subscripsit
Cyprianus	Const. & subs.	Constantius	Const. & subscr.
Eucherius	Const. & subsc.	Filagrius	Const. & subscr.
Gallicanus	Const. & subsc.	Heraclius	Const. & subscr.
Iulianus	Const.	Lopertianus	Const. & subscr.
Oranius	Const. & subsc.	Prosper	Const. & subscr.
Portianus	Const. & subsc.	Principius	Const. & subscr.
Vindemialis	Const. & subscripsit.		

CAESARII EPISCOOPI EPISTOLA AD Agretium (alias Agritium) episcopum.

DOmino sancto, ac venerabili fratri Agretio epo Cæsarius epus & cæteri epi in Carpentoraceñ. synodo cõgregati. Licet ad synodum aut per vos aut per psonã vicariã debueritis adesse, vt ordinationis tuæ, quã fecisse diceris, in synodali conuẽtu redderes rõnem, vt si recte feceras, absolutus cum charitate dei remeares, sin certe transgressorem te canonum esse cõ-

F

staret, præsenti denuntiatiõe cognoscereris, vt deo medio prolata sentẽtia, aut pcelleret reum, aut absolueret supplicãtem, quia licet sacerdotibus canones ignorare non liceat, tñ pene leuior error fuerat, si per ignorãtiã deliqsses, quã vt eorum custodia, vel vicarij tui manus subscriptiõe canonũ trãsgressor existeres. At nũc vero duplici reatu teneris astrictus, cum non solum contra venerabilium patrum, sed etiam contra tua venisse decreta comprobaris. Quapropter hoc communi in Chro deliberatiõe sancimus, vt qa filium nostrum Protadium statuta canonibus per vos inserta & vos simili sententiæ constringent, vsq; emisso anno missas facere non pręsumas, quia æquum est, vt quod apud antistites deo medio statuitur, inuioiabiliter, deo propitio conseruetur. Quæ enim obseruationes reuerentia a posteris exhibebitur, si ab eis ptimum lex aquibus constituta est, violatur.

Cæsarius epũs subscripsit, Cyprianus epũs subscripsit. Constãtius epũs subscripsit
Portianus epũs subscripsit Gallicanus epũs suscripsit. Aletius epũs subscripsit.
Heraclius epũs subscrip. Principius epũs subscripsit. Cõtumeliosus eps subscrip.
Iulianus epũs subscripsit. Filagrius epũs subscripsit Eucherius epũs subscripsit.
Prosper epũs subscripsit. Oranius epũs subscripsit. Lopertianus epũs subscripsit.
Vindemialis episcopus subscripsit.

¶ Carpentoraceñ. Concilij Finis.

A

CONCILIVM ARELATEN. TERTIVM CIRCA TEMPORA Leonis papæ celebratum.

¶ Huius ciuitatis testimonia quære supra sub Syluestro papa primo, post concilia Nicænum & Romanum.

¶ Tituli canonum seu capitulorum huius concilij.

Concilium Arelateñ. tertiū. XXXIIII. episcoporum, Era.* CCCCLXI. Martiano augusto, Opilione, & Vincomalo consulibus. vij. Idus Iulij. Quum in voluntate dei ad dedicationem basilicæ sanctæ Mariæ in Arelateñ. ciuitate sacerdotes dñi conuenissent, congruū eis, & rationabile visum est, vt primū de obseruandis canonibus, attentissima solicitudine pertractantes, qualiter ab ipsis ecclesiasticæ regulæ seruarentur, salubri concilio definirent.

B

Capitulum primum.

Et quia in ordinādis clericis, antiquorum patrū statuta nō ad integrum (sicut expedit) obseruata esse cognoscunt, ne forte quorūcūque importunis & inordinatis pcibus, sacerdotes dñi fatigent, & ea, quę toties sunt pcepta, transgredi cōpellant, hoc inter se obseruandum esse definiunt, vt nullus episcoporum, diaconū, antequā. xxv. annos impleat, ordinare psumat, episcopatus vero vel presbyterij honorē nullus laicus ante præmissam anni conuersationem, vel ante. xxx. annos ætatis accipiat.

II. Et licet de laicis prolixiora tēpora antiqui patres ordinauerint obseruanda, tñ quia * accrescūt numeri ecclesiarum, necesse est nobis plures clericos ordinare, hos inter nos sine piudicio dūtaxat canonū cōuenit cōstituere antiquorum, vt nullus metropolitanorum cuicūque laico dignitatē epatus tribuat. Sed nec reliqui pōtifices psbyterij vel diaconatus, honorē cōferre psumāt, nisi anno integro fuerit ab eis pmissa cōuersio.

III. Nullus pœnitentē, nullus digamū, nullus viduarum * maritos, in pdictis honoribus audeat ordinare. Et licet hoc iam prope omniū canonū instituta cōtineant, tñ ne cuiquā sacerdotū supplicantiū (sicut iam diximus) importunitas, vel suggestio iniqua subrepat, necesse fuit, vt nunc seueriorē regulā sibi velint dñi sacerdotes imponere. Et ideo quicūque ab hac die contra ea, quæ superius sunt cōprehensa, clericū ordinare præsumpserit, ab ea die, qua ei potuerit hoc approbari, anno integro missas * facere non præsumat. Quam rem, si quis obseruare noluerit, & contra *consessum fratrum faciens missas celebrare præsumpserit, ab omnium fratrum * charitate nouerit se alienum, quia dignum est, vt seueritatem ecclesiasticæ disciplinæ sentiat, qui toties salubriter a sanctis patribus instituta obseruare contemnit.

C

IIII. Et si forte aliquis clericorū regulam disciplinæ ecclesiasticæ subterfugiens, fuerit euagatus, quicunque eum susceperit, & non solum pontifici suo non reconciliauerit, sed magis defensare præsumpserit, ecclesiæ communione priuetur.

Cæsarius in Christi nomine episcopus, definitionem hanc sanctorum fratrum meorum, vel meam, relegi, & subscripsi. Not. d. Inñ. Op. V.
Contumeliosus eps, consensi, & subscripsi. * Philiargius eps subscripsi.
Prætexatus eps subscripsi. Maximus eps subscripsi. Iulianus eps subscripsi.
Florentius eps subscripsi. Cyprianus eps subscripsi. Cœlestinus epūs subscripsi.
* Proitianus episcopus subscripsi. Eucherius episcopus subscripsi.
Catafronius presbyter directus a dñis meis Agritio & Seuero epis, subscripsi.
Desiderius presbyter directus a dño meo Iohanne episcopo, cōsensi, & subscripsi.
Leontius presbyter directus a dño meo Constantino episcopo, subscripsi.
Ego * Metherius directus a dño meo Galliano epō, cōsensi, & subscripsi.

Ex Gra

Marginalia:
als, ccccxcij.
als, crescente numero
als, maritos vel corpore viciatos
Dist. 55. Nullus pœñ. Et in dec. Iuo. li. 4.
als, celebrare
als, cōstitutū, vl, cōsensum
alias, coione
21. q. 5. Si forte aliquis clericorum
al, Philegrius
als, Portian*
als, Emerius

EX GRATIANI DECRETO, AC CERTIS ALIIS in quibus ponuntur certa decreta sub titulo Arelateñ. concilij.

D

¶ Ex concilio.iij. Arelateñ.secundum Gratianum.

Dist.28.Prę terea placuit vt deinceps.

Præterea placuit, vt deinceps non ordinentur diaconi coniugati, nisi prius conuersionis proposito confessi fuerint castitatem.

Et nota, ꝙ sententialiter hoc capitulum est in.iij.isto concilio, caplo.ij.vbi dicit. Sed nec reliqui &c̄. Et in cap.ij.concilij Arelateñ.secundi.

¶ Secundum decre.Iuo.ex conc.iij. Arelateñ.cap.iij. sed non inuenitur.

Hoc caplm habet in cõc. Arausi.16.ca. 3.q.10.Eos, q passa.

Energumeni, non solum assumendi non sunt ad clerum, sed inuenti ab officio remouendi.

¶ Ex concilio.iij. Arelateñ. secundum Gratianum.

Hos qui fratribus suis capitalia crimina obiecisse conuicti fuerint, placuit, vsque ad exitum non communicare, nisi digna satisfactione pœnituerint.

Nota, ꝙ hoc decreti capitulum legitur in primo concilio sententialiter et verbis mutatis, caplo.xxiiij

¶ Ex Arelateñ.cõcilio iuxta Gratianũ,nõ tamen ponit quoto.

18.q.2.Monasteria,vel monachoꝝ

Monasteria, vel monachorum disciplina, ad eum pertineat episcopum, in cuius sunt territorio constituta.

¶ Ex Arelateñ.cõcilij,cap.vi.vt supra.

E

De cõs.dist.2 Qui nõ bene. Et i de.Iu.li.1

Qui non bene custodierit sacrificium, & mus, vel aliquod aliud animal comederit illud, quadraginta dies pœniteat. Qui autem perdiderit illud in ecclesia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit, triginta dies pœniteat.

¶ Ex Arelateñ.concilij cap.vij.vt supra.

27.q.1. Sciendũ est oĩbus. Et i de.Iu.li.5 1.Coꝛ.3.c

Sciendum est omnibus, quod deo sacrarum* fœminarum corpora per votum propriæ sponsionis, & verba sacerdotis, deo consecrata templa esse, scripturarum testimonijs comprobantur. Et ideo violatores earum sacrilegi, ac iuxta apostolum filij perditionis esse noscuntur.

¶ Ex Arelateñ.cõcilio iuxta alios decretorum libros ex Ganaduo habitos, & vetustos, in monasterio sancti Bauonis.

Titulus, vt ordinatus qsq; in illis permaneat, vbi ordinatus est locis.

De his, qui in qbuscunq; locis ordinati fuerint ministri, in ipsis locis perseuerent.

Nota, ꝙ hoc capitulum legitur sententialiter certis verbis mutatis in primo concilio Arelatensi, caplo vicesimosecundo.

¶ Ex vbi supra. Tit. De vita Clericorum.

Prouidendum necesse est vnicuiq; epo, qualiter canonici viuere debeant, necnon & monachi, secundum ordinem canonicũ, vel regularem viuere studeant, vt ait apostolus: Vnusqsq; in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.

F

¶ Ex vbi supra. Tit. vt epi prouideant, qd pbri dñis suis faciant.

Vt epi prouideant, quem honorem presbyteri pro suis ecclesiis facere debeant.

¶ Ex vbi supra. Tit. De his, q vanitates in excubijs exercuerint.

Iocos in pri secũdũ Calepi. indrñr ponit.

Laici, q excubias funeris obseruant, cum timore, & terrore, & reuerentia, hoc faciãt. Nullus ibi diabolica carmina præsumat cantare, nec ioca, nec saltationes facere, quæ Pagani, docente diabolo, adinuenerunt. Quis em̃ nesciat, diabolicum esse, & non solum a regione Christiana alienum, sed etiam humanæ naturæ esse contrarium, ibi lætari, cantare, inebriari, & cachinnis ora dissolui, & omni pietate, & affectu charitatis, postposito, quasi de fraterna morte exultare, vbi luctus, & planctus, flebilibus vocibus debuerit resonare, pro amissione chari fratris? Patres siqdem veteris, & noui testamenti, mortes sanctorum virorum legimus multis in locis cum fletu deplorasse, in nullo autẽ loco de illis, q a seculo discesserãt exultasse. Nam & Iacob patriarchã tota fleuit Aegyptus septuaginta diebus. Et Ioseph, & fratres eius, cum patrem deferrent in terrã Chanaan ad sepeliendum, celebrantes exequias ad areã Azael, quæ sita est trans Iordanem planctu magno, atq; vehementi, impleuerunt septem dies. Tantus autem fuit planctus, vt locus inde nomen acceperit. Et de beato Stephano legimus, ꝙ sepelierunt eum, siue curauerunt viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum. Et ideo talis inepta lætitia, & pestifera cantica, ex authoritate interdicenda sunt. Si quis autem cantare desiderat,

Gene.50.a

als, Azad, vel Ahad

Gene.50.a

Acto.8.a

A derat, Kyrieeleiſon cantet. Si aũt aliter, omnino taceat. Si aũt tacere non vult, in craſtino a preſbytero taliter coerceatur, vt alij timeant.

¶ Ex concilio Arelateñ. iiij. aut. v.

Viduæ, ſi priuſquã cõtinentiam profitẽtur, nubere elegerunt, illis nubãt, quos propria voluntate velint habere maritos. Similiter, hæc cõditio & de virginibus habetur. Nec extra voluntatẽ parentum ſuã cogantur accipere maritum.

¶ Ex concilio Arelateñ. iiij. aut. v. ca. vi.

Nullum ſine dote fiat coniugium, Iuxta poſſibilitatem fiat dos. Ne ſine publicis nuptijs quiſquam nubere, vel vxorem ducere præſumat.

30. q. 5. Nullum ſine.

EPISTOLAE LEONIS PAPAE PRIMI, ET DECRETA.

EPISTOLA PRIMA.

B Maximo ac * Paterno, cõſulibus circa annũ Chriſti (teſte Caſſiodoro) ccccxlv. Secundum Marianũ Scotũ, ad veritatem euangelij. cccclxiiij. Iuxta vero cyclum Dionyſij ccccxlij. qui fuit pontificatus Leonis papæ annus quartus, ſcripta eſt ab eodem papa præſens epiſtola.

als, Paterio

Capitulorum ſequentis epiſtolæ tituli.

Capitulum primum.

LEo epũs vrbis Romæ, vniuerſis epĩs per Campaniã, & Picenũ, vel Tuſciam, & per vniuerſas prouincias conſtitutis, in dño ſalutẽ. Vt nobis gratulationẽ facit eccleſiaꝶ ſtatus, ſalubri diſpoſitione cõpoſitus, ita nõ leui nos mœrore contriſtat, quoties aliqua cõtra ſtatuta canonũ, eccleſiaſticamq; diſciplinã prœſumpta, vel cõmiſſa cognoſcimus, quæ ſi non, qua debemus vigilantia reſecemus, illi, qui nos ſpeculatores eſſe voluit, excuſare non poſſumus, permittentes ſynceꝶ corpus eccleſiæ (quod ab omni macula purũ cuſtodire debemus) ambientium improba cõtagione fœdari, quum ipſa ſibi membroꝶ p diſſimilationẽ cõpago nõ cõgruat. Admittunt paſſim ad ordinẽ ſacrũ, qbus nulla naталiũ, nulla moꝶ dignitas ſuffragratur, & qui a dñis ſuis libertatẽ conſequi minime potuerũt, ad faſtigium ſacerdotij, tanquã ſeruilis vilitas hunc honorẽ iure capiat, prouehũtur, & probari deo ſe poſſe creditur, qui dño ſuo necdũ probare ſe potuit. Duplex itaq; in hac parte reatus eſt, quod & ſacrũ * myſterium talis conſortij vilitate polluitur, & dñorum quantũ ad illicitæ vſurpationis temeritatem pertinet, iura ſoluuntur. Ab his itaq;, fratres chariſſimi, omnes veſtræ prouinciæ abſtineant ſacerdotes, & nõ tantũ ab his, ſed & ab alijs etiam, qui aut originali, aut alicui cõditioni obligati ſunt, volumus temperari, niſi forte eoꝶ petitio, aut voluntas acceſſerit, qui aliquid ſibi in eos vendicant poteſtatis. Debet eñ eſſe immunis ab alijs, qui diuinæ militiæ fuerit aggregandus, vt a caſtris dñicis, quibus nomen eius aſcribitur, nullis neceſſitatis vinculis abſtrahatur.

Idẽ in epiſto. Damaſi pp.

Ezech. 3. d. & 33. b

C

Diſt. 54. Admittuntur

als, miſteriũ

Ibidem.

II. Qualis vero vnicuiq; natalium honeſtas, & morũ eſſe debeat, qui ſacri altaris miniſterio eſt ſociandus, & Apoſtolo nos docente, & diuina pceptione didicimus, & canonũ regulis, a quibus pleroſq; fratrum declinaſſe, & penitus deuiaſſe repperimus. Nam cõſtat ad ſacerdotiũ perueniſſe viduaꝶ maritos, quoſdã etiam, quibus fuerint numeroſa coniugia, & cum omni licentia vita liberior, ad ſacrũ ordinem paſſim patefactis aditibus fuiſſe pmiſſos, cõtra illã beati Apoſtoli vocẽ, qua talibus exclamat, dicẽs: Vnius vxoris virũ. Et contra illud antiquæ legis præceptũ, quo dicitur, & cauet: Sacerdos

1. Timot. 3. a Leuit. 21. c

1. Timo. 3. a Leuit. 21. c

virginem vxorē accipiat, non viduā, non repudiatā. Hos ergo, quicunq; tales admissi sunt, ab ecclesiasticis officijs, & a sacerdotali nomine, apostolicæ sedis authoritate iubemus arceri. Nec hoc em̄ sibi poterūt pro arbitrio vendicare, cuius capaces, per hoc q̄d illis obstiterat, nō fuerunt. Huius discussionis curam nobis specialiter vendicantes, vt, si qua forsitā de his cōmissa sunt, corrigant, ne liceat vltra cōmitti, & ne qua excusatio de ignoratiōe nascat, quanq̄ ignorare nunq̄ licuerit sacerdotē, q̄d canonū fuerit regulis definitū. Hæc ergo ad prouincias vestras, p Innocentiū, Legitimū, & Segetiū fratres, & coepos nostros scripta direximus, vt q̄ male pullulasse noscunt, radicitus euellant, & messem dn̄icam zizania nulla corrumpāt. Ita em̄ fructū vberem, quæ sunt syncera, p̄stabunt, si ea, quæ natā segetem enecare consueuerunt, diligentius amputentur. D

14.q.4. Nec hoc p̄tereun.

III. Nec hoc quoq; prætereundū esse duximus, quosdā, lucri turpis cupiditate captos, vsurariā exercere pecuniam, & fœnore velle ditescere. Quod nos, non dicam in eos, qui sunt in clericali officio constituti, sed & in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acrius in eos, qui fuerint confutati, decernimus, vt omnis peccandi opportunitas adimatur.

Dist.46. Sicut non suo

IIII. Illud etiā duximus p̄monendū, vt sicut nō suo, ita nec alieno noīe, aliquis clericoꝝ exercere fœnus attentet. Indecēs em̄ est, crimen suū cōmodis alienis impendere. Fœnus aūt hoc solū aspicere, & exercere debemus, vt, q̄d hic misericorditer tribuim⁹, ab eo dn̄o, qui multipliciter & in perpetuū mansura retribuet, recipere valeamus.

V. Hoc itaq; admonitio nostra denuntiat, qp, si quis fratrū cōtra hæc cōstituta venerit, vel venire tentauerit, & prohibita fuerit ausus admittere, a suo se nouerit officio submouendū, nec eū cōmunionis nostræ futuꝝ esse cōsortem, q socius esse noluit disciplinæ. Ne quid vero sit, quod, p̄termissum a nobis, forte credatur, oīa decretalia cōstituta, tam beatæ recordationis Innocentij, q̄ omniū p̄decessoꝝ nostroꝝ, quæ de ecclesiasticis ordinibus, & canonū ordinata sunt disciplinis, ita vestrā dilectionē custodire debere, mādamus, vt si quis *illa cōtempserit, veniā sibi deinceps nouerit denegari. Data sexto Idus Octob. Maximo & Paterno viris clariss. conss. E

Dist.19. Si Roma. pō. §. quibus ad hæc.

als, in illa cō miserit

EPISTOLA II. EIVSDEM, AD EPISCOPOS per Italiam, qp plurimi Manichæorum vigilantia ipsius papæ Leonis in vrbe Roma detecti sunt.

Theodosio. xviij. & Albino cōsulibus, circa annū Christi (teste Cassiodoro) ccccxlvi. secundū Marianū Scotū, ad veritatē euangelij, ccccl xv. Iuxta aūt Dionysij cyclum ccccxliij. qui fuit Leonis papæ pōtificatus annus quintus, scripta est p̄sens epistola.

IN consortium vos nostræ solicitudinis, dilectissimi fratres, aduocamus, vt vigilantia pastorali, ne quid diabolicæ licere possit astutiæ cōmissis vobis gregibus diligētius cōsulatis, ne is, qui dn̄i misericordia releuante per nostrā curā a nostris ouibus morbus abijcitur, necdū vobis p̄monitis, & adhuc quid agatur ignaris, per vestras se dispergat ecclesias, & suaꝝ furtim cuniculos inueniat latebrarū, ne q̄d a nobis in vrbe extinguitur, tenebrosis apud vos radicibus seminet. Plurimos impietatis Manichææ sequaces & doctores in vrbe inuestigatio nostra repperit, vigilantia diuulgauit, authoritas & censura coercuit, quos potuimus emendare, correximus, & vt damnarent Manichæum cū p̄dicationibus & disciplinis suis, publica in ecclesia professione, & manus suæ subscriptione cōpulimus, & ita de voragine impietatis suæ confessos, pœnitētiam concedendo, leuauimus. Aliquanti vero, qui ita se demerserunt, vt * nullū his auxiliantis posset remediū subuenire, subditi legibus, secundū Christianoꝝ principū constituta, ne sanctū gregem sua contagione polluerent, per publicos iudices perpetuo sunt exilio relegati. Et omnia, quæ tā in scripturis, q̄ in occultis traditionibus suis habent prophana, vel turpia, vt nosset populus, quid refugeret, aut vitaret, oculis Christianæ plebis certa manifestatione probauimus, adeo, vt ipse, qui eoꝝ dicebatur eps, a nobis tentus, proderet flagitiosa, in suis mysticis quæ * teneret, sicut gestorum vos series potest edocere. Ad instructionem em̄ vestram etiam ipsa direximus, quibus lectis, om̄ia, quæ a nobis deprehēsa sunt, nosse poteritis. Et quia aliquantos de his, quos, ne absoluerentur, arctior reatus inuoluerat, cognouimus aufugisse, hanc ad dilectionem vestram epistolam misimus per acolythum nostrum, vt effecta certior sanctitas vestra, solicitius F

als, nullo his auxilij remedio possit subueniri.

alias, teneret.

agere

A agere dignetur, & cautius, nec vbi Manichææ peruersitatis homines plebes vestras facultatem lædendi, & huius sacrilegij possint inuenire doctores. Aliter em̄ nobis cōmissos regere non possumus, nisi hos, qui sunt perditores, & perditi, zelo fidei dominicæ p̄sequamur, & a sanis mētibus, ne pestis hęc latius diuulgetur, sæueritate qua possumus, abscindamus. Vnde hortor dilectionē vestrā, obtestor, & moneo, vt qua debetis, & potestis, solicitudine vigiletis ad inuestigādos eos, nec vbi occultādi se reperiāt facultatē. Vt em̄ habebit a deo ingēs remunerationis præmiū, qui diligētius, quod ad salutē commissæ sibi plebis proficiat, fuerit executus, ita ante tribunal dn̄i de reatu negligētiæ se nō poterit excusare, quicūq; plebē suā, contra sacrilegæ persuasionis authores, noluerit custodire. Data tertio Kalen̄. Februarij, Theodosio. xviij. & Albino vv. cc. consu.

EPISTOLA EIVSDEM AD *IVLIANVM.

episcopū Aquileien̄. q̄ omnis cuiuslibet ordinis clericus, qui catholicam deserens, hæreticæ cōmunioni se miscuerit, & ad ecclesiā conuersus fuerit, in eo gradu, quo erat, sine promotione remaneat.

*Calippio & Ardabure consulibus, circa annū Christi, teste Cassiodoro. cccc xlix. secundū autem Marianū Scotum, ad veritatē euangelij. cccclxviij. iuxta vero Dionysi cyclū. ccccxlvi. qui fuit pontificatus Leonis papæ annus octauus scripta fuit p̄sens epistola, similiter & sequens.

B

als. Ianuariū.

als. Alypio

EPISTOLA TERTIA.

LEo episcopus vrbis Romæ *Iuliano Aquileien̄. episcopo. Lectis fraterni tatis tuæ literis, vigorem fidei tuæ, quem olim noueramus, agnouimus, cōgratulantes tibi, q̄ ad custodiā gregū Christi, pastoralem curā vigilanter exequeris, ne lupi, qui sub specie ouiū subintrarūt, bestiali seuitia, simplices quosq; dilacerent, & nō solū ipsi nulla correctione proficiant, sed etiā ea, q̄ sunt sana corrūpant. Quod, ne viperea possit obtinere fallacia, dilectionē tuā duximus cōmonendā, insinuātes, ad animæ periculū pertinere, si quisquā de his, qui a nobis in hæreticorum atq; schismaticorum sectā delapsus, & se vtcunq; hæreticæ cōmunionis contagione macularit, resipiscens, in cōmunione catholica sine professione legitimæ satisfactionis habeatur. Saluberrimū em̄ & sp̄ualis medicinæ vtilitate plenissimū est, vt siue presbyteri, siue diaconi, aut cuiuslibet ordinis clerici, qui se correctos videri volunt, atq; ad catholicā fidem, quā iampridē amiserant, rursum reuerti ambiunt, prius errores suos, & ipsos authores errorum, damnari a se, sine ambiguitate fateantur, vt sensibus prauis etiam peremptis, nulla sperandi supersit occasio, ne vllū membrū taliū possit societate violari, quū per om̄ia illis professio propria cœperit obuiare. Circa quos etiam illam canonū constitutionem p̄cipimus custodiri, vt in magno habeant beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in quo inueniuntur ordine, stabilitate perpetua maneant, si tamen iterata tinctione non fuerint maculati. Non leuē apud deū noxam incurrit, qui de talibus ad sacros promouendos ordines iudicarit. Quod si cū grandi examinatione promotio conceditur inculpatis, multo magis nō debet licere suspectis. Proinde dilectio tua, cuius deuotione gaudemus, iungat curā suā dispositionibus nostris, & det operā, vt circumspecte atq; velociter impleantur, q̄ ad totius ecclesiæ incolumitatē & laudabiliter digesta sunt & salubriter ordinata. Non aūt dubitet dilectio tua, nos, si (quod nō arbitramur) neglecta fuerint, q̄ pro custodia canonū, & pro fidei integritate decernimus, vehemētius cōmouendos, quia inferiorum ordinū culpæ, ad nullos magis referendæ sunt, q̄ ad desides, negligentes rectores, qui multā sæpe nutriunt pestilentiā, dū necessariā dissimulāt adhibere medicinam. Data pridie Kalend. Iulij, Alipio & Ardabure vv. cc. consulibus.

G

ali. Ianuario

Matth. 7. c

1 q. 1. Si quis hæreticæ

1. q. 7. Saluberrimum.

1. q. 1. Om̄s cuiuslib3. Et ca. Si qs hæreti. Et in dec. Iuonis lib. 3

Dist. 87. Inferiora culpæ

EPISTOLA QVARTA EIVSDEM.

Tituli capitulorum sequentis epistolæ.

25.q.1. Diuinis præceptis

LEo episcopus vniuersis epis per Siciliam cõstitutis, in dño salutẽ. Diuinis pceptis, & apostolicis monitis incitamur, vt pro omniũ ecclesiarũ statu, impigro vigilemus affectu, ac, si quid vsquã reprehensioni inueniatur obnoxium, celeri solicitudine, aut ab ignorantiæ imperitia, aut a psumptionis vsurpatione reuocemus. Monente em̃ dominicæ vocis imperio, quo beatissimus apostolus Petrus trina repetitione mysticæ sanctionis imbuitur, vt Christi oues, qui Christũ diligit, pascat, ipsius sedis, cui per abundãtiam diuinæ gratiæ psumus, reuerentia cohortamur, vt periculum desidiæ, quantũ possumus, declinemus, ne professio summi apostoli, qua se amatorem dñi esse testatus est, vana inueniatur in nobis, quia negligẽter pascens toties cõmendatũ dominicum gregem, conuincitur summum non amare pastorem.

Iohan.21.c

Capitulum primum.

Quum ergo mihi, de charitatis vestræ actibus fraterna affectione solicito, certis indicijs innotuerit, vos in eo, quod inter sacramenta ecclesiæ principale est, ab apostolicæ institutionis cõsuetudine discrepare, ita vt baptismi sacramentũ numerosius in die Epiphaniæ, q̃ paschali tempore celebretis, miror, vos, vel pcessores vestros tam irrationabilem nouitatẽ vsurpare potuisse, vt, confuso tẽporis vtriusq; mysterio, nullã esse differentiam crederetis inter diem, quo adoratus est Christus a Magis, & diem quo resurrexit a mortuis. Quã culpã nullo modo potuissetis incidere, si vnde cõsecrationẽ honoris accepistis, inde legẽ totius obseruantiæ sumeretis, & beati Petri apostoli sedes, quæ vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset ecclesiasticæ magistra rõnis. A cuius vos regulis recessisse,* minore posset æquanimitate tolerari, si aliqua cõmonitiõis nostræ increpatio pcessisset. Nunc aũt quia non desperatur correctio, mãsuetudo seruãda est. Et licet vix ferenda sit in sacerdotibus excusatio, quæ ptendat inscientiam, maluimus tamẽ & censurã necessariam tẽperate, & ratione vos apertissimæ veritatis instruere.

E

*al's, min' posset æquanimiter

II. Semper quidẽ in æterno consilio dei mansit, humani generis incõmutabiliter pordinata reparatio, sed ordo rerũ, per Iesum Christũ dñm nostrũ temporaliter gerendarũ, in incarnatione verbi sumpsit exordium. Vnde aliud tẽpus est, quo, annuntiante angelo, beata Maria fœcundandã se per spm̃ sanctũ credidit, & concepit, aliud, quo, salua integritate virginea, puer æditus, exultante gaudio cœlestiũ ministrorũ pastoribus indicatur, aliud, quo infans circunciditur, aliud, quo hostia pro eo legalis offertur, aliud, quo tres Magi, claritate noui syderis incitati, in Bethlehem ab Oriente perueniunt, & adoratum paruulũ mystica munerũ oblatione venerantur. Nec idem sunt dies, quibus impio Herodi, ordinata diuinitus in Aegyptum translatione, subtractus est, vel quibus ab Aegypto in Galilæã, psequutore mortuo, reuocatus est. Inter has aũt dispensationum varietates, accedunt augmenta corporea, crescit dñs (sicut euangelista testat) profectibus ætatis & gratiæ. Per dies paschæ in templũ Hierusalẽ cum parentibus venit, & quũ abesset societate redeuntiũ, sedens cũ senioribus, & inter admirantes magistros disputans inuenitur, rationẽq; remansionis suæ reddens, quid est (inquit) quod me quærebatis? nesciebatis, q in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? significans, eius se esse filium, cuius esset & templũ. Iam vero quũ in annis maioribus apertius declarandus, baptismum præcursoris sui Iohannis expetijt, quid deitatis eius remansit ambiguũ, quando, baptizato dño Iesu, spũs sanctus in columbæ specie super eum descendit & mãsit, audita de cœlis patris voce, dicentis: Tu es filius meus dilectus, in te bene complacui? Quæ omnia ideo, quanta potuimus breuitate, præstrinximus, vt notum sit dilectioni vestræ, vniuersos dies Christi innumeris consecratos fuisse virtutibus, & in cunctis eius actionibus sacramentorũ mysteria coruscasse, sed aliter quæq; signis denuntiari, aliter rebus impleri, nec quæcunq; numerantur in operibus saluatoris, ad tempus pertinere baptismatis. Nã si etiam illa, quæ post beati Iohannis lauacrũ, a dño gesta cognouimus,

Lucæ.1.d
Lucæ.2.a.b.c.d
Matth.2.a
F
Matth.2.c.d
Lucæ.2.f.g
Matth.3.d
Lucæ.3.e

sub

A sub indiscreto honore colamus, omia tempora continuatis erunt deputāda festis, quia omia sunt plena miraculis. Verum, quia spūs sapiētiæ, & intellectus, ita apostolos, & toti⁹ ecclesiæ erudiuit magistros, vt in Chriana obseruātia nihil inordinatū, nihil pateret esse confusum, discernēdæ erāt causæ solennitatum, & in oīmibus institutis patrū, principumq; nostrorum rationabilis seruāda * discretio, qa nō aliter vnus grex, & vnus pastor sumus, nisi quemadmodum apostolus docet. Idipsum dicamus omnes. Simus autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia.

als, discretio. 1. Cor. 1. b.

III Quāuis ergo & illa, quæ ad humilitatem, & illa quæ ad gloriā pertinēt Chri, in vnā cōcurrāt, eādemq; psonā, totumq; quicqd in illo, & virtutis diuinæ est, & infirmitatis humanæ, ad nostræ reparatiōis tendat effectum, proprie tamē in morte crucifixi, & in resurrectione ex mortuis, potētia baptismatis nouā creaturam cōdit ex veteri, vt in renascentibus, & mors Chri operet, & vita, dicente btō apostolo Paulo: An ignoratis, quia quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complātati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Et cætera, quæ latius magister gentium, ad commendandum sacramentum baptismatis, disputauit, vt appareret ex huius doctrinæ spiritu regenerandis filijs hominum, & in dei filios adoptandis, illum diem esse, & illud tempus electum, in quo, per similitudinem, formamq; mysterij, ea * quærantur membris, quæ in ipso capite sunt gesta congruere, dum in baptismatis regula, & mors interuenit, interfectione peccati, & sepulturam triduanam imitatur trina demersio, & ab aquis eleuatio, resurgentis ad instar est de sepulchro. Ipsa igitur operis qualitas docet, celebrandæ generaliter gratiæ eum esse legitimum diem, in quo orta est, & virtus muneris, & species actionis. Ad cuius rei confirmationem plurimum valet, quod ipse dominus Iesus Christus, posteaquam resurrexit a mortuis, discipulis suis, in quibus omnes ecclesiarum præsules docebantur, & formam, & potestatem tradidit baptizandi, dicens: Euntes ergo nunc, docete omnes gentes, baptizātes eos in nomine patris, & filij, & spiritussancti. De quo vtiq; eos etiam ante passionem potuisset instruere, nisi proprie voluisset intelligi, regenerationis gratiam ex sua resurrectione cœpisse. Additur sane huic obseruantiæ, etiam Pentecostes ex aduentu spiritussancti consecrata solennitas, quæ de Paschalis festi pendet articulo. Et cum ad alios dies alia festa pertineant, hæc semper ad eum diem, qui resurrectione domini est insignis, occurrit, porrigens quodammodo auxiliantis gratiæ manum, vt hi, quos a die Paschæ, aut molestia infirmitatis, aut lōginquitas itineris, aut nauigationis difficultas interclusit inuitos, aut quibuslibet necessitatibus impeditos, desiderij sui effectum dono spūsancti consequanī. Ipse em̄ vnigenitus dei in fide credentium, & in virtute operum nullam inter se & spiritum sanctum voluit esse distantiam, quia nulla est diuersitas in natura, dicens: Ego rogabo patrem, & aliorum paracletum dabit vobis, vt vobiscum sit in æternum, spiritum veritatis. Et iterum: Paracletus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vniuersa, quæcunq; dixi vobis. Et iterum: Cum venerit ille spiritus veritatis, ille diriget vos in omnē veritatem. Cum itaq; veritas Chrūs sit, & spūs veritatis, spiritus sanctus, nomenq; paracleti vtriq; proprium, non dissimile est festum, vbi vnum est sacramentum.

De cōs. dist. 4 Proprie in morte. Roma. 6. a

B — alias, q̄ gerun tur i mēbris, his, quæ i ipo sūt capite gesta cōgruerēt

Matth. 28. d

alias, ad vos, vel ab eos

C — Iohan. 14. b Iohan. 14. d Iohan. 16. c Iohan. 14. a Iohan. 19. c

IIII Hoc autem nos, non ex nostra persuasione defendere, sed ex apostolica authoritate seruare, satis idoneo probamus exemplo, sequentes beatum apostolum Petrum, qui in eo die, quo omnem credentium numerum, promissus spiritus sancti repleuit aduentus, trium millium *populum, sua prædicatione conuersum, lauacro baptismatis consecrauit. Quod sancta scriptura, quæ apostolorum actus continet, fideli historia docet, dicens: His auditis compuncti sunt corde, & dixere ad Petrum, & ad reliquos apostolos. Quid faciemus, viri fratres? Petrus vero ait ad illos: Pœnitentiam (inquit) agite, & baptizetur vnusqsq; vrm̄ in nomine Iesu Christi, in remedium peccatorum, & accipietis donum spiritus sancti. Vobis enim repromissio est, & filijs vestris, & oībus, q longe sunt, quoscūq; aduocauerit dominus deus noster. Alijs etiam verbis pluribus testificatus, exhortabatur eos, dicens: Saluamini a generatione ista praua. Qui ergo receperunt sermonem eius, baptizati sunt, & appositæ sunt in illa die animæ

De cōs dist. 4 Proprie in morte

alias, populorum

Acto. 2. f

circiter tria milia.

De cõs.dist.4 Duo tẽpora.

V. Vnde quia manifestissime patet, baptizandis in ecclesia electis, haec duo tempora (de quibus loquuti sumus) esse legitima, dilectionẽ vestram monemus, vt nullos alios dies huic obseruantiae misceatis.

al. mystica & rõnabilis.

VI. Quia, etsi sunt alia quoq; festa, quibus multa in honorẽ dei reuerentia debeat, principalis tamen, & maximi sacramẽti custodienda nobis est * mysticae rationis exceptio, nõ interdicta licẽtia, qua in baptismo tribuẽdo q̃libet tpe periclitãtibus subuenit. Ita em̃ ad has duas festiuitates connexas sibimet, atq; cognatas incolumium, & in pacis securitate degentiũ, libera vota differimus, vt in mortis periculo, in obsidionis discrimine, in persequutionis angustiis, in timore naufragii, nullo tẽpore, hoc verae salutis singulare remediũ cuiquã denegemus. Si quis aũt Epiphaniae festiuitatẽ, quae in suo ordine debito honore veneranda est, ob hoc existimat priuilegiũ habere baptismatis, q̃a hoc quidã putant, q̀ in eadẽ die dñs ad baptismum sancti Iohannis accesserit, sciat illius baptismi aliam grãm, aliam fuisse rationẽ, nec ad eandẽ pertinuisse virtutẽ, qua per spiritum sanctũ renascuntur, de quibus dicitur, Qui nõ ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Dominus em̃ nullius indigens remissione peccati, nec quaerens remediũ renascendi, sic voluit baptizari, quomodo voluit circuncidi, hostiamq́; pro se emundationis offerri, vt qui factus erat ex muliere (sicut Apostolus ait) fieret & sub lege, quã non venerat soluere, sed adimplere, & implẽdo finire, sicut beatus Apostolus p̃dicat, dicens: Finis aũt legis Christus ad iustitiã omni credenti. Baptismi aũt sui in se condidit sacramentũ, quia in omnibus primatũ tenẽs, se docuit esse principium. Et tunc regenerationis potẽtiam sanxit, quando de latere ipsius profluxerunt sanguis redemptionis & aqua baptismatis. Sicut ergo vetus testamẽtum testificatio fuit noui, & lex per Moysen data est, gratia aũt & veritas per Iesum Christum facta est, sic diuersa sacrificia vnã hostiam p̃formarunt, & multorum agnorum occisio illius immolatione finita est, de quo dicitur: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sic & Iohannes, nõ Christus, sed Christi praeuius, non sponsus, sed sponsi amicus fuit adeo fidelis, & non sua quaerens, sed quae Iesu Christi, vt se profiteretur, ad soluenda calciamenta pedũ eius indignum, quoniam ipse quidẽ baptizaret in aqua in poenitentiam, ille autem baptizaturus esset in spiritu sancto & igni, qui duplici potestate & vitam redderet, & peccata cõsumeret. His itaq;, fratres, tot tantisq́; existentibus documentis, quibus, omni ambiguitate submota, euidenter agnoscitis, in baptizandis electis, qui secundum apostolicam regulam, & exorcismis scrutandi, & ieiuniis sanctificandi, & frequẽtibus sunt p̃dicationibus imbuendi, duo tantũ tempora, id est, pascha & pentecoste, esse seruanda. Hoc vestrae indicimus charitati, vt ab apostolicis institutis nullo vlterius recedatis excessu. Quia inultum post haec esse non poterit, si quisquam apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas.

Iohan.1. Matth 3.d.& Lucae.3.e Lucae.2.c.d Galat.4.a Matth.5.b Roma.10.a. Iohan.19.f Iohan.1.b Iohan.3.d Matth.3.c Lucae.3.c.d

De cõs.dist.4 Si q necessit. Ibidẽ. Si quis aũt Epi. Et in dec. Iuo. li.1.

In de. Iuo li.1 De cõs.dist.4 Duo aũt tpa

Nicae.cõc.c.5

VII. Quare illud primitus pro custodia concordissimae vnitatis exigimus, vt q̃a saluberrime a sanctis patribus constitutũ est, binos in annis singulis episcoporum debere esse conuentus, terni semper ex vobis ad diem tertiũ Kalendarum Octobrium Romã, fraterno concilio sociandi, * occurrãt, & indissimulanter a vobis haec cõsuetudo seruetur. Quoniã, adiuuante gratia dei, facilius poterit prouideri, vt in ecclesiis Christi nulla scandala, nulli nascantur errores, quũ corã beatissimo apostolo Petro semper in cõmunione tractatũ fuerit, vt omnia instituta, canonumq́; decreta apud omnes dñi sacerdotes inuiolata permaneant. Haec aũt quae vobis, inspirante dño, insinuanda credidimus, per fratres & coepiscopos nostros, * Bachillum atq; Paschasinũ, ad vestram volumus notitiam peruenire. Quibus referentibus, cognoscamus, q̃ reuerenter a vobis apostolicae sedis instituta seruent. Data. xii. Kalend. Nouemb. Alipio & Ardabure viris clariss. cõss.

als, indissimulanter cõcurrãt, q̃d vtiq; laboriosũ nõ est, si vicissim inter vos hęc consuetudo seruet. Qm̃ als, Vacillum

EPISTOLA QVINTA EIVSDEM ad Dorum Beneuentanum episcopum.

¶ Posthumiano & Zezone cõsulibus, circa annũ Christi, teste Cassiodoro. ccccl. Secũdum Marianũ Scotum, ad veritatem euangelii. cccclxix. Iuxta aũt Dionysii cyclum. ccccxlvii. qui fuit pontificatus Leonis papae annus nonus, scripta est praesens epistola, similiter & sequens.

Iudiciũ

A IVdicium, quod de te sperabamus, dolemus esse frustratum, quādo, ea te cōmisisse pspicimus, quæ omnē ecclesiasticæ sanctionis regulam culpabili nouitate fœdarent, cū plenissime noueris, quāta solicitudine per oīnes dñi ecclesias paternoꝶ velimus canonū præcepta seruari, & hāc maxime curā ad sacerdotes vniuersaꝶ plebium pertinere, vt sanctaꝶ constitutionū regulæ nullis corrumpant̄ excessibus. Vnde miramur, te, quē authoritatū apostolicæ sedis obseruātissimū esse conuenerat, tam negligenter, ac potius insolenter egisse, vt, traditaꝶ tibi legum nō custos, sed transgressor existeres. Libello etem̄ Pauli pſbyteri tui, q in subditis habet̄, cognouimus, apud te nouo ambitu, fœdoq; colluuio presbyterij ordinē fuisse turbatum, ita vt vnius festina, & immatura prouectio quædā eoꝶ deiectio facta sit, quos ætas commēdabat, & nulla culpa minuebat. Quod si ambiētis intētio, aut imperita fauētium studia id, quod nunq̄ habuit cōsuetudo, poscebāt, vt incipiēs emeritis, & nouellus præferret̄ antiquis, tuæ fuerat industriæ, atq; doctrinæ, vt iniuste petētium desideria rationabili authoritate cohiberes, ne quē in sacerdotali propere prouehebas honore, ad iniuriā eoꝶ, q̄bus ociabat̄, inciperet. Miror,* q si fieret, dum in illo nō humilitatis virtus, sed elationis vitium roboraretur. Neq; em̄ ignorabas dixisse dñm, ꝙ qui se humiliat, exaltabit̄, qui vero se exaltat, humiliabit̄. Eundemq; dixisse, vos aūt quæritis, de pusillo crescere, & de honore maiores esse. B Vtrūq; em̄ inordinatū, vtrūq; præposteꝶ est, & oīnis laboꝶ fructus aufertur, oīnis meritoꝶ mensura vacuat̄, si tm̄ quis assequit̄ dignitatis, quantum adulationis obtinuit, vt cupiditas eminendi nō solum superbiētem minuat, sed etiā cōniuētem: Si vero (vt asserit̄) primi, secundiq; presbyteri, circa Epicarpiū sibimet præponēdum, tam huic assentatio fuit, vt illum cū sui dedecore poscerēt honorari, nec hoc q dem illis, proprio se iudicio dejciētibus, tribui debuit, quod volebant, cui tam misere voluntati te dignius fuerat obuiare, q̄ cedere. Deformis aūt, & ignaua subiectio bene sibi conscijs, & nō irritam faciētibus grām dei, prejudicare nō potuit, vt primatus suos quocūq; cōmercio in alterutrū transferētes, subsequētium suoꝶ minuerēt dignitatē,* & quē vltimū sibi ante posuerāt, cæteris præemineret. Prædicti igit̄ presbyteri, q indignos se honoris sui ordine sunt professi, licet priuari etiā sacerdotio mererent̄, tamē vt eis pro apostolicæ sedis pietate parcat̄, vltimi inter oēs ecclesiæ pbr̄os habeātur. Et vt iudicij sui sn̄iam ferāt, inferiores etiā illo erūt, quē propria sn̄ia sibimet ptulere, cæteris oībus pbr̄is in eo ordine pmanētibus, quem vnicuiq; ordinatiōis suæ tp̄s asscripsit. Nec quisquā, pter pdictos duos, imminutæ dignitatis patiat̄ iniuriā, sed in eoꝶ statū tantūmodo hoc recurrat opprobriū, q nouello, & immature ordinato, inferiores fieri elegere, vt illā euāgelicā sententiā ad se sentiāt ptinere, C qua dicit̄, quo iudicio iudicaueritis, iudicabit̄ de vobis, & qua mēsura mēsi fueritis, eadē remetiet̄ vobis. Paulus verò pſbyter ordinē suū, de quo laudabili firmitate non cessit, obtineat. Nec vlterius aliq d in cuiusquā præsumat̄ iniuriam, ita vt dilectio tua, quā non immerito tota facti huius pulsat inuidia, hoc saltem remedio curare se properet, vt sine dissimulatiōe hæc quæ decernimus, tradant̄ effectui, ne si iterato ad nos imploratio iusta cōfugerit, necesse sit sæuerius cōmoueri, cū his, quæ male sunt facta, correctis, malimus reintegrare disciplinam, q̄ augere vindictam. Exequutionem vero præceptionū nostraꝶ fratri, & coepiscopo nostro Iulio commisisse nos noueris, vt omnia illi, quemadmodum constituimus, roborētur. Data* Idus Martij, Posthumiano viro clarissimo consule.

alias, quis,

Lucæ. 14. c, & 18. c

alias, sed q vltimū sibi anā posuerant, hi tm̄ cæteris nō pminerent

Matth. 7. a & Marci. 4. c

alīs, viij. Idus.

¶EPISTOLA SEXTA.

¶Epistola eiusdem ad Eutychē Cōstātinopolitanū abbatem.

LEo episcopus. Ad notitiam nostram tuæ dilectionis * Epistola retulisti, ꝙ Nestoriana hæresis quorundam rursus studijs pullularet. Solicitudinem tuam ex hac parte nobis placuisse, rescripsimus, quoniam index animi tui est sermo, quem sumpsimus, Vnde non ambigimus authorem catholicæ fidei dominum tibi in omnibus affuturum. Nos autem cum plenius, quorum hoc * improbitate fiat, potuerimus agnoscere, necesse est, auxiliāte domino prouidere, quatenus nefandum virus dudumq; damnatum, radicitus possit extingui. Dus te custodiat incolumem dilectissime fili. Datum Kalendas Iunij, Posthumiano & Zenone. vv. cc. conss.

alias, literis

alīs, prauitate vel importunitate

alias, deo
alias, consubstantiuam.

*dei verbo secūdum substātiā, sed dicebat virginē quidē quæ eum genuit, secundū carnē cōsubstātialē nobis esse. Ipsum aūt dñm nō suscepisse ex ea carnē * cōsubstātialē nobis, & corpus dñi nō esse qdem corpus hoīs, humanū vero corpus esse, quod est ex virgine, omnium patrum expositionibus contraria sentiens. D

IIII Sed ne multa dicēs, longā faciā ep̄lam, olim, quicqd egerimus, misimus ad beatitudinē vestrā lr̄as, qbus literis docuimus, & p̄brio illū esse nudatū, qa sic captus est, & iussimus, eū * cū monasterijs nullā habere rōnem, & exclusimus eū a cōione nr̄a, vt sanctitas vestra hoc cognoscēs, q̄d circa illū actū est, oībus epis, sub beatitudine vestra degentibus, manifestare dignet illius impietatē, ne nesciētes aliqui, qd ille senserit, quasi ad orthodoxum vel per literas, vel p aliquam coniunctionem loquantur

alias, in monasterio

¶ Epistola eiusdem ad Theodosium Augustum. IX.

PRo integritate fidei catholicæ Chr̄ianissimū principem conuenit eē solicitum, & hoc indefessis p̄cibus diuinā misericordā posco, vt cordi vestro, id quod est veritatis inspiret, neq; falli vos in aliquo humanarū calliditatū æmulatione patiatur. A me aūt, atq; ab omnibus catholicis sacerdotibus, quæ euāgelicæ fidei pietas defendat, satis plene ac lucide literis meis (quas clemētiā vestrā iamdudū per famulū vestrū Epiphaniū tribunū, q pro hac causa missus est) arbitror vos accepisse. Ratū est nec ambigi p̄t, hoc nos purissime credere, hoc constāter asserere, quod etiam venerādi patres, quondā apud Nicæam cōgregati, secūdum fidē symboli credēdum & cōfitendū sacratissima authoritate sanxerūt. Nos eñ, venerabilis Imperator, sicut Nestorij dogma puersum merito anathematizauimus, ita iuste etiā horū impietatē, q veritatem carnis nostræ negāt, a dño Iesu Chr̄o susceptā eē, dānamus. Vnde si pietas vestra suggestioni, ac supplicationi nostræ dignet annuere, vt intra Italiā haberi iubeatis episcopale conciliū, cito (auxiliāte deo) poterūt oīa scādala, quæ in pturbationem totius ecclesiæ sunt cōmota, resecari, vt per vniuersum regnum vestrum catholicæ fidei integritate seruata, & pacem Chr̄ianam manere, & vestram apud deum crescere gloriā gaudeamus. Data, viij Kaleñ. Iunias, Asterio, & Protogene consulibus. E

RESCRIPTVM LEONIS PAPAE AD FLAuianum Constantinopolitanum ep̄m contra Eutychetis perfidiā & hæresim. Epistola .X.

F

Capitulum primum.

LEo episcopus dilectissimo fratri Flauiano Constantinopolitano episcopo. Lectis dilectionis tuæ literis, quas miramur fuisse tam seras, & gestorū ep̄alium ordine recēsito, tādem qd apud vos scādali cōtigerit, atq; cōtra integritatē fidei exortum fuisset, agnouimus, & quæ prius videbātur occulta, nunc nobis reserata patuerunt. Quibus Eutyches qui presbyterij nomine honorabilis videbatur, multū * imprudens, & nimis imperitus, ostenditur, vt etiam de ipso dictū sit a propheta. Noluit intelligere, vt bene ageret, iniquitatem meditatus est in cubili suo. Quid aut iniquius, quàm impia sapere, & sapientioribus doctioribusq;, non credere? Sed in hanc insipientiam cadunt, qui cum ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur * obscuro, non ad propheticas voces, non ad apostolicas literas, nec ad euangelicas authoritates, sed ad semetipsos, recurrunt. Sed ideo magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuere. Quam enim eruditionem de sacris noui & veteris testamenti paginis acquisiuit, qui nec ipsius quidem symboli initia comprehendit? Et quod per totum mundum omnium regeneratorum voce depromitur, istius adhuc senis corde non capitur.

al's, impudens
Psalmo .35
24.q.3. Quid autē iniquius
al's, obstaculo

II. Nes-

A II Nesciens igitur qđ deberet de verbi dei incarnatione sentire, nec volens ad promerẽdum intelligẽtiæ lumẽ, in sanctarum scripturarum latitudine laborare, illam saltem cõmunem, & indiscretã cõfessionem solicito apphendisset auditu, qua fidelium vniuersitas profitet, credere se in deum patrẽ oĩpotẽtem, & in Iesum Chrm filium eius vnicũ dñm nostrum, qui natus est de spũ sancto, * & Maria virgine. Quibus tribus sentẽtijs oĩm fere hæreticorum machinæ destruunt. Cum eñ deus oĩpotẽs credit, pater sempiternus, eidẽ filius demonstrat, in nullo a patre differẽs, qa de deo deus, de omnipotente oĩpotẽs, de æterno natus est coæternus, nõ posterior tpe, nõ inferior potestate, nõ dissimilis gloria, nõ diuisus essentia, idem vero sempiterni genitoris vnigenitus, sempiternus natus est de spũ sancto, * & Maria virgine. Quæ natiuitas temporalis illi natiuitati diuinæ, & sempiternæ nihil minuit, nihil cõtulit, sed totam se reparãdo homini, q erat deceptus, impẽdit, vt & mortẽ vinceret, & diabolum, q mortis habebat imperium, sua virtute destrueret. Non eñ superare possemus peccati, & mortis authorẽ, nisi naturam nostram ille susciperet, & suam faceret, quẽ in peccatum contaminare, nec mors potuit detinere. Conceptus quippe est de spũ sancto, intra vterum matris virginis, quæ ita illum, salua virginitate, edidit, quẽadmodum, salua virginitate, concepit. Sed si, de hoc Chrianæ fidei, fonte purissimo syncerum intellectum haurire nõ poterat, qa splendorem pspicuæ veritatis obcæcatiõe sibi propria tenebrarat, doctrinæ se euãgelicæ subdidisset, dicẽte Matthæo: Liber generatiõis Iesu Chri, filij Dauid, filij Abrahã, apostolicæ quoque prædicationis expetisset * instructum, & legẽs in epistola ad Romanos: Paulus seruus Iesu Chri, vocatus apostolus, segregatus in euãgelium dei, quod ante promiserat p prophetas suos, in scripturis sanctis, de filio suo, q factus est ei ex semine Dauid secũdũ carnem, ad propheticas paginas piam solicitudinem contulisset, & inuenisset promissionem dei ad Abraham, dicẽtis: In semine tuo benedicẽtur omnes gẽtes. Et ne de huius seminis proprietate dubitaret, secutus fuisset apostolum dicentem: Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, quod est Chrus, Esaiæ quoque prædicationem interiore apphendisset auditu dicẽtis: Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & * vocabitur nomẽ Emmanuel quod est interpretatum, nobiscum deus. Eiusdemque prophetæ fideliter verba legisset: Puer natus est nobis, filius datus est nobis, cuius potestas super * humerum eius, & * vocabitur nomẽ eius magni consilij, angelus, admirabilis, consiliarius, deus fortis, princeps pacis, pater futuri seculi. Nec frustratorie loquens, ita verbum diceret carnem factum, vt æditus vtero virginis Chrus, haberet formam hominis, & non haberet materni corporis veritatem. An forte ideo putauit dominum nostrum Iesum Christum, non nostræ esse naturæ, quia missus ad beatam Mariam angelus, ait: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei, vt qa conceptus virginis diuini fuit operis, non de natura concipientis * fieret caro concepti? Sed non ita intelligẽda est illa generatio singulariter mirabilis, & mirabilr singularis, vt p nouitatẽ creatiõis proprietas remota sit gñis, fœcũditatẽ eñ * virgini spũs sanctus dedit, veritas autẽ corporis sumpta de corpore est, & ædificãte sibi sapientia domum, verbum caro factum est, & habitauit in nobis, hoc est, in ea carne, quã sumpsit ex homine, & quam * spiritu vitæ rationalis animauit.

B

C

III Salua igit proprietate vtriusque naturę, & in vnã coeũte psonã, suscepta est a maiestate humilitas, a virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas, & ad resoluẽdum cõditionis nostrę debitũ, natura inuiolabilis naturæ est vnita passibili, vt qđ nostris remedijs cõgruebat, vnus, atque idem, mediator dei, & hoĩm, homo Chrus Iesus, & mori posset ex vno, & mori nõ posset ex altero. In integra ergo veri hoĩs, pfectaque natura, verus natus est deus, totus in suis, est totus in nostris. Nostra ãt dicimus, quæ in nobis ab initio creator cõdidit, & quæ reparãda suscepit. Nã illa, quæ deceptor intulit, & hõ, deceptus, admisit, nullũ habuere in saluatore vestigiũ. Nec qa cõionem humanarum subijt infirmitatum, ideo nostrorum fuit particeps delictorum. Assumpsit formam serui, sine sorde peccati, humana augens, diuina non minuens, quia exinanitio illa, qua se inuisibilis visibilẽ prębuit, & creator, ac dñs omniũ rerum vnus voluit esse mortalium, inclinatio fuit miserationis, non defectio potestis. Proinde qui manẽs in forma dei, fecit hominem, idem in forma serui, factus est homo. Tenet eñ sine defectu proprietatem suam vtraque natura

Et sicut

alías, ex
alías, ex
Hebræ. 2. d
Matth. 1. a
als, instrumẽtũ
Roma. 1. a
Gene. 22. d
Galat. 3. a
Galat. 3. c
Esai. 7. c
als, vocabũt
Esa. 10. a
als, humeros.
als, vocabũt.
Lucę. 1.
Esaiæ. 6. d
alías, fuerit
alias, vginis,
Prouer. 9. a
Iohan. 1. b
alias, spiritus,

alias, forma serui, dei formam nõ adimit, ita formã dei, serui forma

Et sicut formam serui, dei forma nõ adimit, ita formã dei, serui forma nõ minuit. Nam quia gloriabaẽ diabolus, hominem, sua fraude deceptum, diuinis caruisse muneribus, & immortalitatis dote nudatum, duram mortis subijsse sñiam, seq; in malis suis quoddam de præuaricatoris consortio inuenisse solatium, deum quoq; iustitiæ exigente ratione, erga hominem, quem in tanto honore condiderat, propriam mutasse sñiam, opus fuit secreti dispẽsatiõe cõcilij, vt incõmutabilis deus (cuius voluntas nõ potest sua benignitate priuari) primam erga nos pietatis suæ dispensationem, sacro occultiore, compleret, & homo, diabolicæ iniquitatis versutia actus in culpã, contra dei propositũ nõ periret. D

IIII Ingreditur ergo hæc mũdi infima filius dei, de cœlesti sede descendẽs, & a paterna gloria nõ recedẽs, nouo ordine, noua natiuitate generatus. Nouo ordine, qa inuisibilis in suis, visibilis factus est in nostris. Incomprehẽsibilis voluit comprehẽdi. Ante tempora manẽs, esse cœpit ex tempore. Vniuersitatis dñs seruilem formã, obumbrata maiestatis suæ immẽsitate suscepit. Impassibilis deus, nõ dedignatus est esse homo passibilis, & immortalis mortis legibus subiacere. Noua autẽ natiuitate generatus, qa inuiolata virginitas cõcupiscẽtiam nesciuit, carnis materiam ministrauit. Assumpta est igiẽ de matre dñi natura, nõ culpa, nec in dño Iesu Chro, ex vtero virginis genito, qa natiuitas ẽ mirabilis, ideo *nostræ est naturæ dissimilis. Qui eñ verus est deus, idem verus est homo. Et nullum est in hac vnitate mẽdacium, dum inuicem sunt & humilitas hominis & altitudo deitatis. Sicut eñ deus nõ mutaẽ miseratione, ita homo nõ cõsumiẽ dignitate. Agit eñ vtraq; forma cum alterius cõione, quod proprium est verbo scilicet, operãte, quod verbi est, & carne exequente, quod carnis est. Vnum horum coruscat miraculis, aliud succumbit iniurijs. Et sicut verbum ab æqualitate paternæ gloriæ non recessit, ita caro naturam nostri generis nõ reliquit. Vnus eñ idemq; est, quod sæpe dicẽdum est, vere dei filius, & vere hoĩs filius. Deus per id, quod in principio erat verbum, & verbũ erat apud deum, & deus erat verbum. Homo per id, quod verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Deus per id, quod oĩa per ipsum facta sunt, & sine ipo factum est nihil. Homo per id, quod factus est ex muliere, factus est sub lege. Natiuitas carnis manifestatio est humanę naturæ. Partus virginis diuinæ est virtutis indicium. Infantia paruuli ostẽdiẽ humilitate cunarum. Magnitudo altissimi declaraẽ vocibus angeloꝝ. Similis est rudimẽtis hoĩm, quem Herodes impius molitur occidere. Sed dñs est omnium, quem magi gaudẽtes veniunt suppliciter adorare. Iam cum ad præcursoris sui Iohãnis baptismum veniret, ne lateret, quod carnis velamine tegereẽ, vox patris de cœlo intonans dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit. Quẽ itaq; sicut hominem, diabolica tentat astutia, eidem sicut deo angelica famulanẽ officia. Esurire, sitire, lassescere, atq; dormire euidẽter humanum est. Sed & de quinq; panibus, quinq; milia hominum satiare, & largiri Samaritanæ aquam viuam, cuius haustus bibẽti præstat, ne vltra iam sitiat, supra dorsum maris, plantis non subsidẽtibus ambulare, & elationes fluctuum increpata tempestate consternere, sine ambiguitate diuinum est. Sicut ergo (vt multa prætercam) non eiusdem naturæ est, flere miserationis affectu *amicum mortuum, & eundem remoto quatriduanæ aggere sepulturæ, ad vocis imperium excitare recidiuiuum, aut in ligno pendere, & in noctem (luce conuersa) omnia elementa tremefacere, aut clauis transfixum esse, & paradisi portas fidei latronis aperire, ita nõ eiusdem naturæ est, dicere, ego & pater vnum sumus, & dicere, pater maior me est. Quãuis enim in domino Iesu Chro dei, & homine, vna persona sit, aliud tñ est, vnde in vtroq; cõis est contumelia, aliud vnde communis est gloria. De nostro eñ illi est minor patre humanitas, de patre illi est æqualis cum patre diuinitas. E F

als, matri est natura

Iohan.1.a
Iohan.1.b
Iohan.1.a
Galat.4.a
Matth.2.c
Matth.2.b
Matth.3.d
Lucæ.3.c
Marc.1.b
Mat.4.a.
Iohan.19.c
Iohan 4.a.
Iohan.8.c
Lucæ.9.b
Iohan.4.a
Matth.14.c
Lucæ.8.d
alias, Lazaꝝ
Iohan.11.e.
Matth.27.d
Lucæ. 23.f.
Iohan.10.f
Iohan.14.d

V Propter hãc vnitatem psonæ, in vtraq; natura intelligẽdam, & filius hoĩs legitur descẽdisse de cœlo, cum filius dei carnem de ea virgine, de qua est natus, assumpserit. Et rursus, filius dei crucifixus diciẽ, ac sepultus, cum hæc nõ in diuinitate ipsa, qua vnigenitus, consempiternus, & consubstãtialis est patri, sed in naturæ humanæ sit infirmitate ppessus. Vnde vnigenitum filium dei crucifixum, & sepultum, oẽs etiã in symbolo confitemur, secũdum illud apostoli dictum: Si eñ cognouissent, nunquã dñm maiestatis crucifixissent. Cum aũt ipse dñs noster, atq; saluator, fidem discipuloꝝ suis interrogationibus erudiret, quem (inqt) dicunt hoĩes esse filiũ hoĩs? Cumq; illi diuersas aliorum opiniões retexuissent, vos (ait) quẽ me esse dicitis? Vbi btũs Petrus, diuinitus inspiratus, &

1.Coꝛ.2.b.
Matt.16.b.c.

A ratus, & cõfessione sua oĩbus gentibus profuturus, Tu es (inquit) Christus filius dei viui. Nec immerito beatus est pronuntiatus a dño, & a principali petra soliditatẽ & virtutis, traxit & noĩs, qui per reuelationẽ patris eundẽ & filiũ dei est cõfessus, & Christum, quia vnũ hoꝝ sine alio receptũ non proderat ad salutẽ, sed æqualis erat periculi, dñm Iesum Christũ aut deũ tantũmodo sine hoĩe, aut sine deo solũ hominẽ credidisse. Post resurrectionẽ vero dñi, quæ vtiq; veri * hominis fuit, quia aliter non est resuscitatus, q̃ qui fuerat crucifixus & mortuus, qd aliud quadraginta dieꝝ mora gestũ est, q̃ vt fidei nostræ integritas ab omni caligine mundaretur? Colloquẽs em̃ cũ discipulis suis, & cohabitans atq; conuescens, & pertrectari se diligenti curiosoq; contactu ab eis, quos dubietas perstringebat, admittens, ideo & clausis ad discipulos ianuis introibat, & flatu suo dabat spiritũ sanctũ, & donato intelligentiæ lumine, sanctaꝝ scripturaꝝ occulta pandebat. Et rursus, idẽ vulnus lateris, fixuras clauoꝝ, & omnia recentissimæ passionis signa monstrabat, dicens: Videte manus meas & pedes, quia ego sum. Palpate & videte, q̃a spũs carnẽ & ossa non habet, sicut me videtis habere, vt agnosceretur, in eo proprietas diuinæ humanæq; naturę indiuidua pmanere, & ita sciremus, verbũ nõ hoc esse, q̃d carnẽ, & vt vnũ dei filiũ & verbũ cõfiteremur & carnẽ. Quo fidei sacramẽto Eutyces iste nimiũ æstimãdus est vacuus, q naturã nostrã in vnigenito dei nec p hũilitatẽ mortalitatis, nec p gloriã resurrectiõis agnouit. Nec sentẽtiã beati apl̃i & euãgelistæ Iohãnis expauit, dicentis: Oĩs spũs, q cõfitet̃ Iesum Christũ in carne venisse, ex deo est, & oĩs spũs qui soluit Iesum, ex deo nõ est, & hic est Antichristus. Quid aũt est soluere Iesum, nisi humanã ab eo separare naturã, & sacramẽtũ fidei, per q̃d vnũ saluati sumus, imprudẽtissimis euacuare figmentis? Caligans vero circa naturã corporis Christi, necesse est, vt etiam in passione eius eadẽ obcæcatione desipiat. Nã si crucem dñi non putat falsam, & susceptũ pro mundi salute supplicium verũ fuisse non dubitat, cuius credit mortẽ, agnoscat & carnẽ. Nec diffiteatur nostri corporis hominẽ, quẽ cognoscit fuisse passibilem, qm̃ negatio veræ carnis, negatio est etiã corporeæ passionis. Si em̃ Christianã suscipit fidẽ, & a pdicatione euãgelij suũ nõ auertit auditũ, videat, q̃ natura transfixa clauis pepẽderit in crucis ligno, & aperto per militis lanceam latere crucifixi, intelligat, vnde sanguis & aqua effluxerint, vt ecclesia dei lauacro * rigaret̃, & poculo. Audiat & beatũ Petrum apostolũ prædicantẽ, ꝙ sanctificatio spũs per aspersionem fiat sanguinis Christi. Nec transitorie legat eiusdẽ apostoli verba, dicentis: Sciẽtes, ꝙ non corruptibilibus argento & auro redempti estis, de vana vestra cõuersatione paternæ traditionis, sed ꝓtioso sanguine, quasi agni incontaminati & immaculati Iesu Chisti. Beati quoq; Iohannis apostoli testimonio non resistat, dicẽtis: Sed sanguis Iesu filij dei emundat nos ab omni peccato. Et iteꝝ: Hæc est victoria, q̃ vincit mundũ, fides nostra. Et quis est, qui vincit mundũ, nisi qui credit, qm̃ Iesus est filius dei? Hic est, qui venit p aquã & sanguinem Iesus Christus. Nõ in aqua solũ, sed in aqua & sanguine. Et spũs est, qui testificat̃, qm̃ Christus est veritas. Quia tres sunt, q̃ui testimoniũ dant, spũs, aqua & sanguis, & ij tres vnũ sunt. Spũs vtiq; sanctificationis, & sanguis redemptionis, & aqua baptismatis, q̃ tria vnũ sunt, & indiuidua manent, nihilq; eoꝝ a sui conexione seiungitur. Quia catholica ecclesia hac fide viuit ac proficit, vt in Christo Iesu, nec sine vera diuinitate humanitas, nec sine vera credatur humanitate diuinitas.

> aľs, corporis
> Acto. 1. a
> Iohan. 20. g
> Ibidem. e
> Lucæ. 24. d
> Iohan. 20. f
> Lucæ. 24. f
> B
> 1. Iohan. 4. a
> Iohan. 19. f
> ali. regeneret̃
> 1. Pet. 1. a
> Ibidem. d
> 1. Iohan. 1. d
> C
> 1. Iohã. 5. a. b

VI Quũ ãt ad interloquutionẽ examinis vr̃i Eutyches r̃nderit, dicẽs: Cõfiteor ex duabus naturis fuisse dñm nostrũ ante adunationẽ, post adunationẽ vero vnã naturã cõfiteor, miror tã absurdã, tãq; peruersam eius professionẽ, nulla iudicantiũ increpatione reprehẽsam, & sermonẽ nimis insipientẽ, nimisq; blasphemũ, ita omissum, quasi nihil, q̃d offenderet, esset auditũ, quũ tã impie duaꝝ naturaꝝ ante incarnationẽ vnigenitus dei filius fuisse dicatur, q̃ nefarie, postq̃ verbũ caro factũ est, natura in eo singularis asseritur. Quod ne Eutyches ideo vel recte vel tolerabiliter æstimet dictũ, q̃a nulla vestra est sentẽtia cõfutatũ, dilectionis tuæ diligentiã cõmonemus, frater charissime, vt si p inspirationẽ misericordiæ dei, ad satisfactionẽ causa perducit̃, imprudẽtia hoĩs imperiti etiã ab hac sensus sui macula p te purget̃. Qui quidẽ (sicut gestoꝝ ordo patefecit) bene cœprat a sua psuasione discedere, quũ, vestra sentẽtia coarctatus, profiteret̃ se dicere, q̃d ante nõ dixerat, & ei fidei acquiescere, cuius prius fuisset alienus. Sed quũ, anathematizando, impio dogmati noluisset ꝓbere cõsensum, intellexit eũ fraternitas vestra in

sua manere perfidia, dignūq; esse, qui iudiciū cōdemnationis exciperet. De quo si fide- D liter atq; vtiliter dolet, & q̄ recte mota sit episcopalis authoritas, vel se reum cognoscit, vel si ad satisfactionis * plenitudinē, oīa q̄ ab eo male sunt sensa, viua voce & p̄lenti subscriptione dānauerit, nō erit reprehēsibilis erga correctū quātacūq; miseratio. Dn̄s noster verus & bonus pastor, q animā suā posuit pro ouibus suis, & q venit aīas hoīm saluare, nō perdere, imitatores nos vult esse suæ pietatis, vt peccantes quidē iustitia coerceat, cōuersos aūt misericordia nō repellat. Tunc em̄ demū fructuosissime fides vestra *defendit, qn̄ etiā a sectatoribus suis opinio falsa dānatur. Ad omnē vero causam pie ac fideliter exequendā, fratres nostros Iulianum ep̄m & Renatū p̄sbyterū tituli sancti Clementis, sed & filium meū Hilariū diaconū vice nostra direximus. Quibus Dulcitiū notarium nostrum, cuius fides nobis est sæpe probata, sociauimus, cōfidentes affuturū diuinitatis auxilium, vt is, qui errauerat, damnata sensus sui prauitate, saluet. Deus te incolumē custodiat, frater charissime. Data Idibus Iunij, Asterio & Protogene consulibus, Era. cccc.lxxxvi.

als. pœnitudinem
Iohan 10.b.c
Lucæ. 9.g
als. deprehenditur

¶ Epistola. XI. eiusdē Leonis papæ ad Iulianū ep̄m Coensem, contra Eutychenæ impietatis errorem.

als. eos

LIcet per * nostros, q̄s ab vrbe pro fidei causa direximus, plenissimas ad fratrem Flauianū literas miserimus, cōtra nimiæ impietatis errorē, tn̄ quia p filiū nostrū Basilium diaconē, scripta tuæ dilectionis accepimus, q̄ multū nobis catholici sensus feruore placuerūt, etiā hanc paginā, q̄ illis epistolis cōsonaret, adiecimus, vt vnanimiter atq; cōstanter, his q euangeliū Chr̄i corrumpere cupiunt, resistatis, qm̄ sancti sp̄us in nobis atq; in vobis vna est eruditio, eadēq; doctrina, quā quicūq; non recipit, nō est membrū corporis Chr̄i, nec pōt eo capite gloriari, in q̄ naturā suā asserit nō haberi. Quid aūt prodest imprudētissimo seni, Nestorianæ hæreseos noīe, eorū lacerare opinionē, quorū p̄fidiā cōuellere nō potest fidē, quū quātū Nestorius a veritate discessit, deitatē verbi ab assumpti hoīs substātia separādo, tantum a recto tramite etiā iste desciscat, q vnigenitū dei filiū sic de vtero beatæ virginis p̄dicat natū, vt humani quidē corporis sp̄em gesserit, sed humanæ carnis veritas verbo vnita nō fuerit? De E quo prodigio falsitatis, quis nō videat, quæ opinionū monstra nascant? Negator enim mediatoris dei & hominū, hoīs Iesu Chr̄i, necesse est, vt multis impietatibus impleat, eumq; aut Apollinaris sibi vendicet, aut Valentinus vsurpet, aut Manichæus obtineat, quorū nullus in Chr̄o humanæ carnis credidit veritatē. Qua vtiq; nō recepta, nō solum q̄ secundū carnē atq; animā rationalē, qui erat in forma dei, manēs idē in forma serui, homo natus est, denegat, sed etiā, q̄ crucifixus est, & mortuus, ac sepultus, q̄q; die tertia a mortuis resurrexit, & q̄ ad dexterā dei patris sedēs ad iudicandos viuos & mortuos, in eo corpore sit venturus, in quo est iudicatus ad mortē, abnuitur, qa hæc redemptionis nostræ sacramēta vacuant, si Christus verā veri hoīs, totamq; naturā suscepisse nō creditur. An qa manifesta erant signa diuina, falsa dicent documēta corporea, & testimonia vtriusq; naturæ valebūt, vt creator intelligat, nō valebunt, * vt creatura saluet? F Quod deitatis est, caro nō minuit, quod carnis est, deitas nō peremit. Idē em̄ & sempiternus ex patre, & tēporalis ex matre, in sua virtute inuiolabilis, in nr̄a infirmitate passibilis. In deitate trinitatis cū patre & cū sp̄u sancto, vnius eiusdēq; naturæ, in susceptione aūt hoīs nō vnius substātiæ, sed vnius eiusdēq; personæ, vt idē esset diues in paupertate, omnipotens in abiectione, impassibilis in supplicio, in morte immortalis. Nec em̄ verbū aut in carnē, aut in animā aliqua sui parte cōuersum est, quū simplex & incōmutabilis natura deitatis tota sit semp in sua essentia, nec damnū sui recipiens, nec augmentū, & sic assumptā naturā beatificans, vt glorificata, in glorificāte permaneat. Cur aūt inconueniens, aut impossibile videat, vt videlicet verbū & caro & aia vnus Iesus Chr̄s, & vnus dei, hominisq; sit filius, si caro & aīa, q̄ dissimiliū naturarū sunt, vnā faciunt etiā sine verbi incarnatione personā, quū multo facilius sit, vt hāc vnitatē sui atq; hoīs, deitatis p̄stet potestas, q̄ vt eā in substātijs suis obtineat solius humanitatis infirmitas? Nec verbū igitur in carnē, nec in verbum caro mutata est, sed vtrūq; in vno manet, & vnus in vtroq; est, nō diuersitate diuisus, nō permixtione cōfusus, nec alter ex patre, alter ex matre, sed idē aliter ex patre ante omne principiū, aliter de matre in fine seculorū, vt esset mediator dei & hoīm, homo Iesus Chr̄s, in quo inhabitaret plenitudo diuinitatis corporali-

als. ne
1.Timot. 2.b
Coloss. 2.b
Philip. 2.b

A poraliter, quia assumpti, nõ assumẽtis prouectio est, ꝙ deus illũ exaltauit, & donauit illi nomẽ, q̃d est sup omne nomen, vt in noĩe Iesu omne genu flectat, cœlestiũ, terrestriũ, & infernorꝝ, & oĩs lingua cõfiteat, qm̃ dñs Iesus Chrs in gloria est dei patris. In eo vero q̃d Eutyches in epali suo iudicio ausus ẽ dicere, ante incarnationẽ duas in Chro fuisse naturas, post incarnationẽ aũt vnã necessariũ fuerat, vt ad reddendũ rationẽ professionis suæ, crebris atq; sollicitis iudicũ interrogationibus vrgeretur, ne tanq̃ inane aliquid p̃terflueret, quod nõ nisi de haustu venenatorꝝ dogmatũ apparebat effusum. Arbitror em̃, talia loquentẽ hoc habere persuasum, ꝙ anima, quã saluator assumpsit, prius in cœlis sit cõmorata, q̃ de Maria virgine nasceret, eamq; sibi verbũ in vtero copularet. Sed hoc catholicæ mentes, aure sq; nõ tolerãt, qa nihil secũ dñs de cœlo veniens, nostræ cõditionis exhibuit, nec animã em̃, quæ anterior extitisset, nec carnẽ, q̃ non materni corporis esset, accepit. Natura quippe nostra nõ sic assumpta est, vt prius creata, post assumeretur, sed vt ipsa assumptione crearet. Vnde q̃d in Origene merito dãnatũ est, qui animarꝝ, anteq̃ corporibus * insererẽtur, nõ solũ vitas, sed & diuersas fuisse asseruit actiones, necesse est, vt etiã in isto, nisi maluerit sentẽtiam abdicare, plectat. Natiuitas em̃ dñi secundũ carnẽ quãuis habeat quædã propria, quibus humanæ conditionis initia transcendat, siue ꝙ solus ex sancto spũ ab inuiolata virgine sine cõcupiscentia carnis est cõceptus, & natus, siue ꝙ ita visceribus matris est æditus, vt & fœcunditas pareret, & virginitas permaneret, nõ alterius tñ naturæ erat eius caro, q̃ nostra, nec alio illi,
B q̃ cæteris hoĩbus, anima est inspirata principio, q̃ excelleret, nõ diuersitate generis, sed sublimitate virtutis. Nihil em̃ carnis suæ habebat aduersum, nec discordiã desideriorũ gignebat cõpugnãtia voluntatũ. Sensus corporei vigebant sine lege peccati, & veritas affectionũ sub moderamine deitatis & mẽtis. Nec tentabat illecebris, nec cedebat iniurijs. Verus homo, vero vnitus est deo, nec secundũ existentẽ prius animã deductus e cœlo, nec secundũ carnẽ creatus est ex nihilo, eandẽ gerens in * deo verbi dei personam, & tenẽs cõmunẽ nobiscũ in corpore, animaq; naturã. Nõ em̃ esset dei hominũq; mediator, nisi idẽ deus, ideq; homo in vtroq; & vnus esset & verus. Incitat quidẽ nos ad latitudinẽ differendi materiæ magnitudo, sed apud eruditionẽ tuã nõ est copia laborandũ, p̃sertim iam, quũ per nostros ad fratrẽ Flauianũ sufficientes literas miserimus, ad cõfirmãdos animos nõ solũ sacerdotũ, sed etiã laicorꝝ. Pręstabit, vt credimus, misericordia dei, vt absq; cuiusquã animæ detrimẽto possint aduersum diaboli dolos, & sana defendi & vulnerata curari. Data Idibus Iunij, Asterio & Protogene viris clariss. conss.

Philip. 2. b

als, misceant

als, verbi deitate personã,

1. Timot. 2. b

¶ Epistola. XII. eiusdem Leonis papæ, ad Theodosiũ augustũ, de legatis, q̃s vice sua destinauit ad synodũ Ephesinã, pro errorib⁹ Eutychetis collectã.

C CAesari Theodosio religiosissimo & pijssimo augusto, Leo papa ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ. Quantũ rebus humanis cõsulere prouidẽtia diuina dignetur, solicitudo clemẽtiæ vestræ, spũ dei incitata demõstrat, q̃ in catholica ecclesia nihil impacatũ, nihil vult esse diuersum, qm̃ fides, q̃ non nisi vna est, in nullo põt esse sui dissimilis. Vnde licet Eutyches (quantũ gestorꝝ epalium ordo patefecit) imperite atq; imprudẽter errare detectus sit, debueritq;, a sua merito reprobabili persuasione discedere, qm̃ tñ pietas vestra, q̃ in honorẽ dei religiosissima catholicã diligit veritatẽ, apud Ephesum cõstituit synodale conciliũ, vt *imperitus in quo nimis caligat, veritas innotescat, fratres meos Iulianũ epm̃, & Renatũ p̃sbyterꝝ, & filiũ meum Hilariũ diaconũ misi, q ad vicẽ p̃sentiæ meæ pro negotij qualitate sufficerẽt, & q eũ secũ deferrẽt iustitiæ, & benignitatis affectũ, vt qa dubitari nõ potest, q̃ sit Christianæ cõfessionis integritas, & totius erroris prauitas dãnaretur, & resipiscẽs, q deuiauerat, si pro venia supplicaret, sacerdotalis ei beniuolẽtia subueniret, quũ in libello suo, quẽ ad nos misit, hoc saltẽ sibi ad promerendam veniã reseruauit, vt correcturꝝ se esse promitteret, quicq̃d nostra sentẽtia de his, q̃ male senserat, improbasset. Quid aũt catholica ecclesia vniuersaliter de sacramẽto dñicæ incarnatiõis credat, & doceat, ad fratrẽ & coepiscopũ nostrũ Flauianũ plenius cõtinent scripta, q̃ misi. Data Idibus Iunij, Asterio & Protogene viris clariss. conss.

als, imperito seni, ea in qua

¶ Epistola. XIII. eiusdem Leonis papæ ad Pulcheriam augustam, de his vnde supra, ad Theodosium augustum.

QVantum p̃sidij dñs ecclesiæ suæ in vestra clemẽtia præpararit, multis sæpe probauimus documẽtis. Et quicquid, nostris tẽporibus, contra impugnatores catholicæ veritatis, industria sacerdotalis obtinuit, ad vestrã maxime gloriam redundauit, dũ, sicut spũ sancto docente, didicistis, illi per oĩa potestatem vestram subijcitis, cuius munere & protectione regnatis. Vnde quia, cõtra integritatem fidei Christianæ, dissensionẽ quandã in Constantinopolitana ecclesia Eutyche authore generatã, fratris & coepiscopi nostri Flauiani relatione cognoui, ita vt totius causæ speciẽ synodaliũ gestorũ textus ostenderit, dignum gloriæ vestræ est, vt error, qui (vt arbitror) de imperitia magis, q̃ de versutia natus est, auferatur, priusq̃ vllas sibi vires de consensu imprudentium pertinacia prauitatis acquirat, quia etiã ignorãtia graues nonnunq̃ incidit lapsus, & plerunq; in diaboli ruit foueas incauta simplicitas, per quam in supradicto subrepisse intelligo spm̃ falsitatis, vt dum æstimat, se religiosius de filij dei maiestate sentire, si ei naturæ nostræ veritatẽ inesse non dicat, totũ illud, q verbũ caro factum est, vnius atq; eiusdem putet esse substãtiæ. Et quantũ Nestorius a veritate excidit, dum Christũ de matre solũ hominẽ asserit natum, tantũ etiam hic a catholico tramite deuiat, qui de eadem virgine non nostrã credit æditã esse substãtiam, volens vtiq; eam solius deitatis intelligi, vt q formã serui gessit, & q nostri similis fuit atq; conformis, quædã nostræ naturæ fuerit imago, nõ veritas. Nihil aũt prodest, dñm nostrũ beatæ Mariæ virginis filium verũ, perfectũq; hominẽ dicere, si non illius generis homo creditur, cuius in euangelio prædicatur. Dicit eñ Matthæus: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abrahã, & ita humanæ originis ordinẽ sequitur, vt generationum lineas vsq; ad Ioseph, cui mater dñi erat desponsata, deducat. Lucas vero, retrorsum successionũ gradus relegens, ad ipsum humani generis principem redit, vt Adam primũ, & Adam nouissimũ eiusdẽ ostendat esse naturæ. Potuerat quippe omnipotentia filij dei sic ad docendos, iustificandosq; homines apparere, quomodo & patriarchis & prophetis in specie carnis apparuit, quũ aut luctamen inijt, aut sermonem conseruit, quumve officia hospitalitatis nõ abnuit, vel etiam appositũ cibũ sumpsit. Sed illæ imagines huius hominis erant * indicia, cuius veritatẽ ex p̃cedentium patrũ stirpe sumendam, significationes mysticæ nuntiabãt. Et ideo sacramentum reconciliationis nostræ, ante tpa æterna dispositũ, mille implebãt figuræ, q͞a nondũ superuenerat spũs sanctus in virginẽ, nec virtus altissimi obumbrauerat ei, vt & intra intemerata viscera, ædificante sibi sapientia domũ, verbũ caro fieret, & forma dei ac forma serui in vnã conueniente personã, creator temporũ nasceretur in tempore, & per quẽ facta sunt oĩa, ipse inter omnia gigneretur. Nisi eñ nouus homo, factus in similitudinẽ carnis peccati, nostrã susciperet vetustatem, & cõsubstantialis patri, cõsubstantialis esse dignaretur & matri, naturamq; sibi nostrã, solus a peccato liber, vniret, sub iugo diaboli generaliter teneretur humana captiuitas, nec aliter * possideremus triumphãtis victoriam, si extra nostram esset cõserta naturã. De hac aũt participatiõe mirabile sacramentũ nobis regenerationis * indulsit, vt per ipsum spm̃, per quẽ Chr̃s & conceptus est & natus, etiam nos, qui per cõcupiscentiã carnis sumus geniti, spũali iterũ origine nasceremur. Propter quod ab euãgelista de credentibus dicitur: Qui nõ ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Cuius ineffabilis gratiæ particeps non est, nec potest filiorũ dei adoptionẽ consequi, quisquis a fide sua, hoc quod nos principaliter saluat, excludit. Vnde multũ doleo, multumq; contristor, q hic, qui antea de humilitatis proposito laudabilis videbatur, contra vnicã spem nostrã, patrumq; nostrorũ, vana nimis & stolida audet astruere. Qui dũ videret, insipientiæ suæ sensum catholicis auribus displicere, reuocare se a sua opinione debuerat, nec ita ecclesiæ p̃sules cõmouere, vt dãnationis sentẽtiam mereret accipere, quam vtiq;, si in sua sententia voluerit permanere, nullus poterit relaxare. Sedis eñ apostolicæ moderatio hanc temperantiã obseruat, vt & seuerius agat cũ obduratis, & veniam cupiat p̃stare correctis. Quia ergo multa mihi fiducia est de pietatis tuæ syncerissima fide, obsecro gloriã clemẽtiæ tuæ, vt sicut sancto studio tuo catholica p̃dicatio semper adiuta est, ita nunc quoq; eius faueat libertati, quã forte ideo permisit dñs hac tentatione pulsari, vt quales intra ecclesiã lateant, possit agnosci. Quorũ plane nõ est negligenda curatio, vt nec episcoporum nos contristet amissio. Augustissimus vero & Christianissimus Imperator cupiens q̃ celerrime turbata

Gene.32.f
Gene.18.a
al's, indices
Prouer.9.a
Iohan.1.b
al's, vti possemus triũphãtis victoria,
al's, induxit
Iohan.1.b
24.q.2.Damnatiõis sñiam

D E F

A bata cōponi, episcopali cōcilio, quod Ephesi vult haberi, nimiū breue & angustū tempus indixit, diem Kalendarum Augustarum pstituendo cōuentui, quū a tertio die Iduum Maiarum, quo serenitatis eius scripta suscepimus, maior pars reliqui sit tēporis absumenda, vt profectio sacerdotū, qui negotio sufficiant, valeat ordinari. Nā illud, quod pietas eius etiā me credidit debere interesse cōcilio, etiā si secundū aliquod pcedens exigeret exemplū, nunc tamē nequaq̄ possit impleri, quia rerum præsentiū nimis incerta cōditio a tantæ vrbis populis me abesse non fineret, & in desperationē quandā animi tumultuantium mitterent, si per occasionē causæ ecclesiasticæ viderer, patriā & apostolicā sedem velle deserere. Quia igitur ad publicā vtilitatē pertinuisse cognoscitis, vt salua clementiæ vestræ venia, charitati me & pcibus ciuiū nō negarē, in his fratribus meis, quos vice mea misi, me quoq; adesse cū cæteris, qui affuerint, æstimate, qbus secundū causam, satis mihi & gestorum serie, & ipsius, de quo agitur, professione, patefactā, euidēter & plene quid seruandū esset ostendi. Non em̄ de portiuncula aliqua fidei nostræ, q̄ minus lucide clarescat, quæritur, sed hoc stultissima resultatio audet incessere, quod dn̄s noster in ecclesia neminē sexus vtriusq; voluit ignorare. Siquidē ipsius catholici symboli breuis & perfecta confessio duodecim apostolorum totidē est signata sentētijs, tanq̄ instructa sit munitione cœlesti, vt oēs hæreticorum opiniones solo ipsius possint gladio detrū-

B cari. Cuius symboli plenitudinē, si Eutyches puro & simplici voluisset corde cōcipere, in nullo a decretis sacratissimi Nicæni cōcilij deuiaret, & hoc a sanctis patribus intelligeret constitutū, vt cōtra apostolicā fidē, q̄ non nisi vna est, nullū se ingeniū, nullū eleuaret eloquiū. Et ideo pro vestræ pietatis consuetudine elaborare dignamini, vt quod cōtra singulare sacramentū salutis humanæ, blasphema insipientia protulit, ab omniū animis repellatur. Ac si ipse, qui in hanc tentationē incidit, resipiscat, ita vt per libellarē satisfactionē, propriū damnet errorē, cōmunio ei sui ordinis * reformetur. Quod etiā sancto Flauiano epo me clementia tua scripsisse cognoscat, vt charitas non negetur, si error aboletur. Datū Idibus Iunij, Asterio & Protogene viris clariss. conss.

al's, nō neget.

¶ Epistola. XIIII. eiusdem, ad Ephesinā synodum secundam, in qua prouocat cōgregatos epos, Eutychetis blasphemias cōdemnare.

LEo eps sanctæ synodo, quæ apud Ephesum cōuenit. Religiosa clementissimi principis fides sciens ad suā gloriā maxime pertinere, si intra ecclesiā catholicam nullius erroris germen exurgeret. Hanc reuerentiā diuinis detulit institutis, vt ad sanctę dispositionis effectū authoritatē apostolicæ sedis adhiberet, tanq̄ ab ipso beatissimo Petro cuperet declarari, quod in eius confessione laudatū sit, qn̄ dicente dn̄o, quē

C me esse dicunt homines filiū hominis, varias quidē diuersorum opiniones discipuli memorarunt. Sed quū ab eis, quid ipsi crederent, quæreretur, princeps apostolorum plenitudinē fidei breui sermone cōplexus, Tu es (inquit) Chr̄s filius dei viui, hoc est, tu qui es vere filius hoīs, idē vere es filius dei viui. Tu, inquā, verus in deitate, verus in carne, & salua geminæ proprietate naturæ vtrinq; vnus. Quod si Eutyches intelligeret, ac viuaciter crederet, nequaquā ab huius fidei tramite deuiaret. Propter quā ei respondetur a dn̄o, Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui est in cœlis. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiam meā, & portæ inferi non pualebunt aduersus eā. Nimis aūt a compage huius ædificationis alienus est, qui & beati Petri confessionē non capit, & Chr̄i euangelio cōtradicit, ostendens se nullū vnquā studium cognoscendæ veritatis habuisse, & superfluo honorabilē visum, qui nulla * authoritate cordis ornauit caniciem senectutis. Verum quia etiam taliū non est neglegēda curatio, & pie ac religiose Christianissimus Imperator haberi voluit episcopale conciliū, vt pleniore iudicio oīs possit error aboleri, fratres nostros Iulianū epm, Renatū presbyterum, & filiū nostrū Hilariū diaconē, cumq; his Dulcitiū notarium probatæ nobis fidei, misi, qui vice mea sancto cōuentui vestræ fraternitatis intersint, & cōmuni vobiscū sententia, quæ dn̄o sint placitura, constituant. Hoc est, vt primitus pestifero errore damnato, etiā de ipsius, qui imprudēter errauit, restitutione tractetur, si tamē doctrinā veritatis amplectens, sensus hæreticos, quibus imperitia eius fuerat irretita, plene, aperteq; propria voce & subscriptiōe dānauerit, quod etiā in libello, quē ad nos miserat, est professus, spondēs, per omnia nostrā sequuturum se esse sentētiam. Acceptis aūt fratris & coepiscopi nostri Flauiani literis, plenius ad eum

Matth. 16. b

Ibidem

al's, maturitate

de his,quæ ad nos videtur retulisse,rescripsimus,vt abolito hoc, quo inquinatus videbatur,errore,in laudē & gloriā dei per totū mundū vna sit fides,& vna, eademq́ confessio,& in nomine Iesu omne genu flectatur,cœlestiū,terrestriū & infernorū,& om̄is lingua confiteatur, quia dn̄s Iesus Christus in gloria est dei patris. Data Idibus Iunij, Asterio & Protogene viris clarissimis consulibus. D

Philip.2.b

¶ Epistola.XV.eiusdem,ad Flauianum Constantinopolitanum.

LIteras tuæ dilectionis accepi,cū gestis,quæ apud vos super fidei quæstione confecta sunt. Et quia clementissimus Imperator pro ecclesiæ pace solicitius synodū voluit cōgregari,quāuis euidēter appareat,rem, de qua agitur, nequaq̄ synodali indigere tractatu,tamē,frater charissime,subsequutos esse significo,quos in hac re placuit destinare. Nec necessariū fuit,nunc amplius scribi,quū, propitio deo,de his,quæ causæ credidimus cōuenire,p ea,q̄ ipsi portabūt scripta,sis plenius instruendus. Data.xv.Kalendas Iulij, Asterio & Protogene consulibus.

¶ Epistola.XVI.eiusdem,ad Theodosium augustum.

ACceptis clementiæ vestræ literis,& multū vniuersali ecclesiæ gaudendū esse prospexi,q̄ Christianā fidē,qua diuinitas honoratur,& colitur,in nullo dissimilem,in nullo vult esse discordē. Quid em̄ rebus humanis ad exorandā misericordiam dei efficacius suffragetur,q̄ si vna gratiarū actio,& vnius cōfessiōis sacrificiū maiestati eius ab omnibus offeratur? In quo & sacerdotū & cunctorū fideliū ita demū erit plena deuotio,si in his,quæ per vnicū dei filium deū verbū pro nostra redemptione sunt gesta,nihil aliud sentiatur,q̄ quod ipse p̄dicari de se iussit, & credi. Vnde quāuis ad diem cōcilij episcopalis,quē pietas vestra cōstituit,occurrere me ratio nulla permittat,quū nec aliqua ex hoc exempla p̄cesserint,& tēporalis necessitas me nō patiatur deserere ciuitatem,p̄sertim qnū tam euidens fidei causa sit, vt rationabilibus causis ab indicenda synodo fuisset abstinendū,tamen inquantū dn̄s iuuare dignatur,meū studium cōmodaui,vt clementiæ vestræ statutis aliquatenus pareatur, ordinatis hinc fratribus meis,qui amputandis scandalis pro causæ æquitate sufficiant, quiq́ præsentiæ meæ impleant vicē,quia nō talis quæstio orta est,vnde aut possit,aut debeat dubitari. Data.xij.Kalendas Iulij,Asterio & Protogene consulibus. E

¶ Epistola.XVII.eiusdem,ad Pulcheriam augustam.

QVantum sibi fiduciæ de fide vestræ clementiæ ecclesia dei debeat polliceri, multis probauimus sæpe documētis,dum,sicut spū sancto docente, didicistis, illi per om̄ia potestatem vestrā subijcitis,cuius munere & protectione regnatis. Vnde quia contra integritatē fidei Christianæ,dissensionē quandā in Constantinopolitana ecclesia,Eutyche authore,generatā,fratris & coepiscopi mei Flauiani, relatione cognoui,vt totius causæ speciē synodaliū gestorū textus ostēderet , dignū gloriæ vestræ est,vt error qui de imperitia magis, q̄ de versutia natus est, auferatur,priusquam vllas vires de consensu imprudentium pertinacia prauitatis acquirat. Nam quantum Nestorius a veritate excidit,dum dominum Iesum Christum de matre virgine hominem solum asserit natum,tantum etiam hic a catholico tramite deuiauit,qui de eadem virgine æditum,non nostræ credidit esse naturæ,vt q̄ formam serui gessit,quod nostri similis fuit,atq́ conformis,quædam nostræ carnis fuerit imago,non veritas. Nihil autem prodest dominum nostrum,beatæ Mariæ virginis filium,hominem dicere,si nō illius generis,atq́ seminis homo creditur,cuius in ipso euangelij exordio prædicatur. Vnde,multum doleo,multumq́ contristor,quod hic, qui antea de humilitatis proposito laudabilis videbatur,contra vnicam spem nostram, patrumq́ nostrorum vana & nimis peruersa audet astruere. Qui quum videret insipientiæ suæ sensum catholicis auribus displicere,reuocare se a sua opinione debuerat,ne ita ecclesiæ præsules commoueret,vt sententiam damnationis exciperet. Quam vtiq́ si in suo sensu voluerit permanere,nullus poterit relaxare. Sedis em̄ apostolicę moderatio hāc temperātiā seruat, vt & seuerius agat cū obduratis,& veniā cupiat p̄stare correctis. Quia ergo mihi multa fiducia est de pietatis vr̄æ syncerissima fide,obsecro gloriosissimā clemētiā vestrā,vt sicuti sancto studio tuo catholica p̄dicatio semp adiuta ē,ita nūc q̄q́ eiusdē faueas libertati. Nō em̄ portiúcula aliqua fidei nr̄æ,q̄ minus *lucide sit clara,pulsat, sed hoc imperita re- F

ab,lucida

A ta resultatio audet incessere, quod dñs in ecclesia sua neminem voluit ignorare. Et ideo pro vestræ pietatis cõsuetudine elaborare dignemini, vt cõtra singulare sacramẽtum salutis humanæ, quod blasphema insipẽtia protulit, ab oĩm animis repellatur. Ac si ipse, q in hac tentatione incidit, resipiscat, ita vt, quod male senserat, propria voce, & subscriptione cõdemnet, communio illi sui ordinis reformet. Quod etiam fratri, & coepiscopo meo Flauiano me clementia vestra scripsisse cognoscat, & his, quos misimus delegatis, vt venia cõcedat, si error abolet. Ne autem pijssimi principis dispositioni, qua episcopale cõcilium voluit cõgregari, nostra videret præsentia defuisse, fratres meos Iulianum episcopum. Renatum presbyterum, & filium meum Hylarium diaconum misi, q vicem præsentiæ meæ implere sufficerẽt. Sed ei, q in errore est, melius consulet, si vbi desipuit, ibidem resipiscat, & vbi damnationem meruit, illic indulgẽtiam consequat. Data Idus Iunij, Asterio & Protogene. vv. cc. conss.

¶ Epla. XVIII. eiusdem ad Iulianum epm.

Literæ dilectionis tuæ, quæ mihi nuper sunt redditæ, quàm spũali catholicæ fidei vigeas amore demonstrãt, & multum gaudere me faciunt, quod in eadem sentẽtia pia corda cõcurrunt, vt secũdum doctrinam spũs sancti impleat in nobis, quod Apostolus ait: Obsecro autem vos fratres, per nomẽ dñi nostri Iesu Chri, vt idipsum dicatis omes, & nõ sint in vobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sentẽtia, cuius vnitatis nimium se Eutyches facit extraneum, q in sua peruersitate veterascit, nec adhuc, qbus vinculis a dño sit obligatus, intelligit. Et quãquam sacerdotem dñi reperiẽdum putat, q eius imperitiæ, amentiæq; cõsentiat, diu apud nos incertum fuit, qd in ipso catholicis displiceret. Et cum fratris nostri Flauiani nullas lras sumeremus, ipse autem scriptis suis Nestorianã hæresim repullulare qreret, nõ plene potuimus discere, vnde procederet, vel quo tẽderet tam dolosa causatio. Sed posteaq gestorum ad nos episcopalium documẽta perlata sunt, oĩa illa, quę fallaciũ querelarum velamine tegebant, q essent detestãda, patuerunt. Et qa clemẽtissimus Imperator, pro beneuolentia, ac pietate animi sui, de statu huius, q ante honorabilis videbat, diligentius voluit iudicari, atq; ob hoc indicendum credidit episcopale concilium, per fratres nostros Iulianum epm, & Renatum presbyterum, sed & filium meum diaconum Hylarium, & quos ex latere meo vice mea misi ad frẽm nostrum Flauianum, sufficiẽtia pro qualitate causæ scripta direxi, qbus & vra dilectio, & ecclesia vniuersa cognoscat, de antiqua, & singulari fide, quam indoctus impugnator incessit, qd diuinitus traditum teneamus, & quid incommutabiliter prædicemus? Quia tñ nõ debemus partes miserationis omittere, cõgrua moderatione credidimus sanciẽdum, vt si cõdemnatus pſbyter plena satisfactione corrigit, sentẽtia, qua obstrictus est, relaxet. Si vero, in eodem insipiẽtiæ suæ luto iacere delegerit, statuta pmaneãt, & cum eis habeat sortem, quorum est secutus errorem. Data Idibus Iunij, Asterio, & Protogene consulibus.

1. Cor. 1. b

B

C

¶ Epla. XIX. eiusdem ad Flauianum episcopum.

Profectis iam nostris, quos ad vos in fidei causa direximus, per filium nostrum Basilium diaconum scripta tuæ dilectionis accepimus, qbus merito parum de negotio communis solicitudinis * indidisses, qm & gesta ante delata, de oĩbus nos sufficiẽter instruxerãt, & ad familiarem interrogationem idoneus erat sermo prædicti per quem nũc alloquia reddẽtes, dilectionem tuã per dei grãm, in qua fidimus, cohortamur, vtẽtes verbis apostolicis, atq; dicẽtes: In nullo terreamini ab aduersarijs, quæ est illis causa perditionis, vobis autẽ salutis. Quid eñ tam exitiabile, q negata veritate incarnatiõis Chri, omnem spem salutis humanæ velle dissoluere, & apostolo contrarie dicenti manifeste. Magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatũ est in carne. Quid tam gloriosum, q contra inimicos natiuitatis, & crucis Christi pro fide euangelica dimicare? De cuius purissimo lumine, inuictaq; virtute, datis iam ad tuam dilectionem literis, quid in nostro esset corde patefecimus, ne de illis, quæ secundum doctrinam catholicam didicimus, & docemus, aliquid inter nos videri possit ambiguum. Quia vero tam valida, & tam clara sunt testimonia veritatis, vt nimis cæcus, nimisq; obduratus habendus sit, qui ad coruscationem lucis, atq; rationis non confe-

alias, indidisti

Philip. 1. d

1. Timo. 3. d

ſtim ſe a tenebris falſitatis excuſſerit, ad curādam imperitorꝝ inſaniam, etiam patientiæ volumus adhibere medicinā, vt paternas increpatiões hi, q in ſenectute carnis ſuę mēte ſunt paruuli, diſcāt obedire maioribus. Ac ſi depoſita imperitiæ ſuæ vanitate reſipiſcūt, omniq; errore damnato fidem veram, ſingularemq; ſuſcipiūt, miſericordia eiſdem epiſcopalis beneuolētiæ nō neget, māſuro iudicio, quod pręceſſit, ſi impietas merito cōdemnata, in ſua prauitate pſtiterit. Data. x. Kal. Auguſti, Aſterio, & Protogene conſſ.

¶ Epl'a. XX. eiuſdem ad eundem Conſtātinopolitanum epm.

AVget ſolicitudinem noſtrā taciturnitas tua, q iamdiu nulla dilectiōis tuæ ſcripta ſuſcepimus, cū nos curarꝝ tuarꝝ participes pro fidei defenſione ſoliciti, frequēter per occaſiōes idoneas ad dilectionem tuā literas miſerimus, vt adhortationū noſtrarꝝ cōſolationibus te iuuaremus, vt aduerſariorꝝ ſtimulis pro fidei defenſione nō crederes, cum laboris tui participes nos probares. Olim ad fraternitatē tuā noſtros credimus perueniſſe, per quos plenius ſcriptis, mādatiſq; noſtris inſtructū te eſſe retines, & Baſilium ad te (vt volueras) ipſi remiſimus. Nunc, ne aliqua prætermiſſum occaſiōe te crederes, per filium noſtrum honorabilem, & amabilem nobis virum Eſitium, hanc paginam dedimus, vt tota celeritate ad ſcripta nr̄a reſpōdeas, noſq; ſubinde de tuis actibus, noſtrorūq;, & de totius cauſæ abſolutiōe facias certiores, vt ſolicitudinē, quam nūc pro fidei defenſiōe gerimus, proſperioribus nūtijs molliamus. Data. iij. Idus Auguſti, Aſterio & Protogene conſulibus.

¶ Epl'a. XXI. eiuſdem ad Conſtātinopolitanos.

Vt prophana iudicant i hac epl'a concilij Epheſini ſecūdi acta, & impendit cōſolatio Cōſtantinopolitanis p deſtitutiōe pontificis ſui Flauiani

LEo epūs & ſancta ſynodus, quæ in vrbe cōuenit, clero, honoratis, & plebi cōſiſtenti apud Conſtantinopolim dilectiſſimis filijs in domino ſalutem.

In notitiam noſtrā, quæ Epheſi cōtra opinionem omniū ſunt acta, perlatis, magno animū noſtrum fatemur mœrore cōfuſum, nec tātum licuiſſe iniquitati, facile potuiſſemus credere, niſi filius noſter Hilarius diaconus, q a nobis vice noſtra cū alijs, vt intereſſet ſynodo, miſſus fuerat, fugiēs reuertiſſet, declinās, ne iniuſtæ particeps eſſet ſniæ. Quippe quum vox illic a noſtris cōtradictionis emiſſa ſit, quam Alexandrinus antiſtes (qui totum ſolus ibi potētiæ ſuæ vēdicauit) audire contempſit, in conſortium ſuæ voluntatis inuitos protrahens ſacerdotes, vt per vim coacti ſubſcriberent, q nullam damnationis cauſam idoneam reperiſſent. Sed hos auſus pio, & Chrianiſſimo principi confidimus minime placituros.* At nunc quia eccleſiam veſtram hac rōne cognouimus diſſipatam, conſolandos, adhortandoſq; vos eſſe credidimus noſtris epiſtolis, vt pro catholicæ fidei defenſione perfidorum nequitiæ reſiſtatis. Nolumus em̄ dilectionem veſtram hoc mœrore percelli, cum maior gloria veſtram ſit ſubſecutura conſtātiam, ſi a probabili ſacerdote veſtro nullæ vos minæ, nulla formido diuulſerit. Quiſquis em̄ incolumi, atq; ſuperſtite Flauiano epō veſtro ſacerdotium eius fuerit auſus inuadere, nunquam in communiōe noſtra habebitur, nec inter epōs poterit numerari. Nos em̄ ſicut Neſtorium in ſua peruerſitate anathematizauimus, ita eos, qui veritatem carnis noſtræ in domino Ieſu Chriſto denegāt, pari execratione damnamus. State igitur in ſpiritu catholicæ veritatis, & apoſtolicam cohortationem miniſterio noſtri oris accipite, quia vobis donatum eſt, pro Chr̄o nō ſolum, vt in eum credatis, ſed etiam vt pro illo patiamini. Nolite arbitrari (dilectiſſimi) q ſanctæ eccleſiæ ſuæ deſit, aut defutura ſit diuina protectio. Splēdeſcit em̄ fidei puritas, cū ab ea ſordes ſeparant errorꝝ. Vnde iterꝝ, iterumq; vos ante cōſpectum dn̄i obteſtamur, pariter & monemus, vt a fide, in qua fundati eſtis, & in qua Chrianiſſimum principem nouimus permanere, nō inſidijs, nō cuiuſq; perſuaſionibus moueamini, ſed in perſona epiſcopi veſtri illum in cordis oculis habeatis pro quo idem omnia pati, quæ fuerunt illata, non metuit, cuius per omnia imitatores, vos eſſe cupimus, vt commune cum ipſo præmium fidei habere poſſitis. Data Idibus Octobris, Aſterio & Protogene conſulibus.

alias, Sed

Philip. 1. d.

¶ Epiſtola. XXII. eiuſdem ad clerum, & plebem Conſtantinopolitanæ vrbis.

Leo eps

A LEo epūs, & sancta synodus, quae in vrbe Roma cōuenit clero, honoratis, & plebi cōsistenti Constātinopoli. Licet de his, quae in cōcilio sacerdotū apud Ephesum gesta memorant, multus nos moeror afficiat, eo, ꝙ sicut consonās fama dispersit, & ipso rerum monstrat effectu, nec iustitiae illic moderatio, nec fidei est seruata religio, de vr̄ae tamē deuotionis pietate gaudemus, & in sanctae plebis acclamatiōibus, quaꝝ ad nos exempla delata sunt, oīm vestroꝝ probamus affectū, quia & viuit, ac ꝑmanet apud bonos filios, optimi patris iusta dilectio, & catholicae doctrinae eruditionē in nulla patimini parte corrumpi. Nō dubie em̄, sicut vobis sp̄us sanctus reserauit, Manichaeoꝝ cōfederāt errori, q ab vnigenito dei filio, veꝝ & nr̄ae naturae hominē negant esse susceptum, omesq; eius coporeas actiōes simulatorij volunt fuisse fantasmatis. Cui impietati, ne in aliquo praeberetis assensum, iam ꝑ filiū meū Epiphaniū, & Dionysium Romanae ecclesiae notarios, cohortatoria ad dilectionē vestrā scripta direximus, qbus cōfirmationē, quā expetistis, vltro praebuimus, vt nos paternā vobis curā nō dubitetis impēdere, ac modis oībus laborare, vt auxiliāte misericordia dei, oīa quae ab imperitis, & ab insipiētibus, excitata sunt scādala, destruant. Nec quisquam sibi audeat de sacerdotali honore blandiri, q potuerit in execrādi sensus impietate cōuinci. Nam si vix in laicis tolerabilis videt inscitia, quāto magis in eis, q praesunt, nec excusatiōe est di

Dist. 38. Si in laicis videtur

B gna, nec venia, maxime cum etiā defendere peruersaꝝ opinionum commēta ꝓsumunt & in cōsensum suum, aut errore, aut grā insanabiles quosq; traducunt? Separent hmōi a sanctis membris corporis Chr̄i, neq; sibi catholica libertas infidelium iugum patiat imponi. Extra em̄ donum diuinae gr̄ae, & extra sacramētum habēdi sunt salutis humanae, qui negātes naturam nostrae carnis in Christo, & euangelio cōtradicunt, & symbolo reluctant. Nec sentiunt se in hoc praeruptū sua obcaecatiōe deduci, vt nec in passionis dominicae, nec in resurrectionis veritate consistant, quia vtrumq; in saluatore vacuatur, si in eo nostri generis caro non credit. In quibus isti ignorantiae tenebris, in quo hactenus desidiae torpore iacuere, vt nec auditu discerēt, vel lectione cognoscerēt, quod in ecclesia dei in omnium ore tam consonum est, vt nec ab infantiū linguis veritas corporis & sanguinis Christi inter communis sacramenta fidei teneatur? Quia in illa mystica distributione sp̄ualis alimoniae hoc impartit, hoc sumit, vt accipientes virtutem coelestis cibi, in carnem ipsius, q caro nostra factus est, transeamus. Vnde & ad confirmationem charitatis vestrae, quae laudabili fide inimicis veritatis obnitit, apte, atq; opportune sermone, affectuq; apostoli vtar, & dicam: Propterea, & ego audiēs fidem vestram, quae est in Christo Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in oratiōibus meis, vt deus domini nostri Iesu Christi, pater gloriae, det vobis sp̄m sapīae, & reuelationis, in agnitione eius illumina

De cōs. dist. 2 In qbus isti.

Ephe. 1. c & d

C tos oculos cordis vestri, vt sciatis, quae sit spes vocatiōis eius, quae diuitiae gloriae haereditatis eius in sanctis, & quae sit supereminēs magnitudo virtutis eius in nobis, q credidimus secundum operationem potētiae virtutis eius, quā operatus est in Christo, suscitās illum a mortuis, & constituēs * illum ad dexteram suam in coelestibus, supra oēm principatum, & potestatem, & virtutē, & dominationē, & om̄e nomē, quod nominat, nō solū in hoc seculo, sed etiā in futuro, & oīa subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput supra *oēm ecclesiam, quae est corpus ipsius, & plenitudo eius, q om̄ia in omnibus adimpletur. Dicant hi aduersarij veritatis, quando omnipotēs pater, vel secūdnm quā naturam, filium suum super vniuersa prouexerit? vel cui * substātiae cūcta subiecerit. Deitas em̄ verbi par in omnibus, & cōsubstātialis ē patri, & sempiternae, atq; intēporaliter vna eademq; potētia est genitoris, & geniti. Creator qppe oīm naturaꝝ, qm̄ per ip̄m oīa facta sunt, & sine ipso factū est nihil, superest oībus, quae creauit, nec vnq̄ creatori suo nō fuerunt nō subiecta, quę cōdidit, cui proprium, & sempiternum est, nec aliunde q̄ de patre, nec aliud esse q̄ pater ē. Huic si addita est ptās, si illustrata dignitas, si exaltata sublimitas, minor erat prouehēte, q creuit, nec habebat diuitias ei⁹ naturae, cuius īdiguit largitate. Sed talia sentiētē in societatē suā Arrius rapit, cuius peruersitati multum haec suffragat impietas, negās verbo dei humanā inesse naturā, vt dum humilitatē in dei maiestate fastidit, aut falsatā in Christo asserat imaginē corporis, aut oēs actiones eius passiōesq; corporeas deitatis potius fuisse dicat q̄ carnis, q̄dlibet aūt defendere audeat, prorsus insanū ē, qa nec pietas fidei, nec rō recipit sacri, vt aut aliqd passa sit deitas, aut in vllo

alias, non habet illum.

als, oīa ecclīae

als, substātia cuncta cūctae

Iohan. 1. a.

mentita

mentita sit veritas. Impassibilis igitur dei filius deus, cui cum patre, & spũ sancto vna incommutabilis trinitatis essentia, hoc quod est esse, perpetuum est, in ea plenitudine tpis, quæ sempiterno cõsilio fuerat præstituta & prophetica dictorũ, atq; gestorũ significatione promissa, factus filius hoīs non suæ conuersione substãtiæ, sed nostræ assumptione naturæ, venit quærere & saluare, q̃d perierat. Venit aũt nõ locali accessu, nec motione corporea, tanq̃ p̃sens futurus, vnde abfuisset, aut illinc recessurus, vnde venisset, sed venit per hoc, quod erat visibile & cõe cernẽtibus declarãdus, humanã scilicet carnem, atq; animã in visceribus virginis matris accipiẽs, vt manẽs in forma dei, formã serui sibimet, & silitudinẽ peccati carnis vniret, p quã nõ minueret diuina hũanis, sed augeret humana diuinis. Talis eñ erat omnium a primis ducta genitoribus causa mortalium, vt, originali peccato transeunte per posteros, nullus pœnam dãnationis euaderet, nisi verbum caro fieret, & habitaret in nobis, in ea, scilicet, natura, quæ nostri & sangninis esset, & generis. Propter quod dicit Apostolus: Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per vnius iustitiam in omnes homines ad iustificationẽ vitæ. Sicut eñ per inobedientiam vuius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per vnius hominis obedientiam iusti constituentur multi. Et iterum: Quia eñ per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in in Adam omnes moriunt, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Hi vtiq; omes, qui licet in Adam sint nati, in Christo tamen inueniuntur renati, habentes fidei testimonium, & de iustificatione gratiæ, & de communione naturæ, quam, qui susceptam ab vnigenito dei filio in vtero Dauidicæ virginis diffitetur, ab omi sacramento Christian ę religionis alienus est, & nec sponsum agnoscens, nec sponsam intelligens, nuptiali non potest interesse conuiuio. Caro enim Christi velamen est verbi, quo omnis, qui Christum confitetur, integre induitur. Erubescens autem illud, & quasi indignum refutans, nullum ex eo habebit ornatum, ac licet se regio inferat festo, sacrisq; se epulis importunis immisceat, discretionem tamen regis fallere improbus conuiua non poterit, sed sicut ipse dominus protestatus est, tolletur, ligatis manibus & pedibus, & mittetur in tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor dentiũ. Vnde, quicũq; in Christo non confitetur corpus humanum, nouerit se mysterio incarnationis indignum, nec eius sacramenti habere consortium. Quod apostolus prædicat, dicẽs: Quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & ossibus eius, propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Et exponens, quid per hoc significaretur, adiecit. Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Chro, & in ecclesia. Ab ipso ergo principio generis humani hominibus Chrus est denuntiatus, in carne vẽturus. In qua (sicut dictum est) & erunt duo in carne vna, vtiq; duo sunt, deus, & homo, Christus, & ecclesia, quæ de sponsi carne prodijt, quado ex latere crucifixi manante sanguine, & aqua, sacramentum redemptionis, & regenerationis accepit. Ipsa est eñ noua conditio creaturæ, quæ in baptismate non indumento veræ carnis, sed contagio damnatæ vetustatis exuitur, vt efficiatur homo corpus Christi, quia & * Chrus corpus est hoīs. Vnde non deum tantum, dicimus Christum, sicut hæretici Manichęi, nec hominem tantum, sicut hæretici Fotiniani, nec ita hoiem, vt aliquid ei desit, quod ad humanã certum est ptinere naturam, siue animã, siue mẽtem rationalem, siue carnem, * quã non de fœmina sumpsit, sed factam de verbo in carnem conuerso, atq; mutato, quæ tria falsa, & vana Apollinistarum hæreticorum tres partes variæ protulerunt. Nec dicimus, q̃ beata virgo Maria hominem sine deitate cõceperit, qui creatus a spiritu sancto, postea sit susceptus a verbo, quod Nestorium prædicantem merito iusteq; damnauimus, sed dicimus Christum dei filium deum verum, natum de deo patre, sine vllo initio temporis, eundemq; hominem verum, natum de matre homine, certa plenitudine temporis, nec eius humanitatem, qua maior est pater, minuere ailquid * eius naturæ, qua æqualis est patri. Hoc autem vtrũq; vnus est Christus, qui verissime dixit, & secundum deum, ego & pater, vnum sumus, & secundum hominem, pater maior me est. Hanc fidem (dilectissimi) verã, & indissolubilem, quæ sola veros efficit Chrianos, quamq; vt intelligimus, & probamus pio studio, & laudabili amore defenditis, pseueranter tenete, & constãter asserite. Et quoniam oportet vos post diuinum auxilium, etiam catholicorũ principũ grãm promereri, humilr, ac sapiẽter exposcite, vt petitiõi nrę, qua plenariã indici synodũ postulamus,

Marginalia: D; Lucæ.19.b; Iohan.1.b.; Roma.5.d; 1.Corĩ.15.c; E; Matth.22.b; Ephe.5.f; Iohan.19.f; F; alias, Christi; alĩs, q̃ nõ de fœmina sumpta sit, sed facta; alias, ei.; alias, vnus; Iohan.10. f; Iohan.14.d

A mus, clementissimus Imperator dignet annuere, quo citius, adiuuante misericordia dei, & sanis fortitudo augeatur, & morbidis, si curari acquiescant, medicina præstet. Data Idibus Octobris, Asterio, & Protogene. vv. cc. conss.

¶ Epistola. XXIII. eiusdem ad Theodosiū Augustū, de sancta synodo Ephesina, in qua Eutychetis hæresis quorundā epōrum prauo intellectu adiuta est. vñ hortat eūdem Augustū, vt priscæ fidei constitutio ab eis nō violet, sed dei sacerdotes totius orbis adunent.

LEo eps, & sancta synodus, quæ in vrbe Roma cōuenit, Theodosio Augusto. Literis clemētiæ vestræ, quas dudum ad beati Petri apostoli sedē, pro catholicæ fidei amore misistis, tātam fiduciā sumpsimus defendēdæ p vos veritatis, & pacis, vt in causa tam simplici, tamq̧ minuta nihil putaremus posse existere, q̄d noceret, p̄sertim cū ad episcopale cōciliū, quod haberi apud Ephesum præcepistis, tam instructi sint missi, vt si scripta, q̄ vel ad sanctā synodū, vel ad Flauianū epm detulerūt epōrum publicari auribus Alexādrinus pmisisset antistes, ita manifestatione purissimæ fidei, quā diuinitus inspiratā, & accepimus, & tenemus, oīm *cōgressionū strepitus quieuisset, vt nec imperitia vltra desiperet, nec occasionē nocēdi æmulatio reperiret. Sed dū priuatæ causæ religionis exercent obtētu, cōmissum est impietate paucoꝝ, quod vni- B uersam ecclesiā vulneraret. Comperimus eñ nō incerto nuntio, sed fidelissimo rerum, quæ gesta sunt, narratore Hilario diacono nostro (q vix, ne subscribere p vim cogeret effugit) cōuenisse ad synodū plurimos sacerdotes, quoꝝ vtiq̧ frequētia * collationi, & iudicio profuisset, si is, q sibi locū principalpē vēdicabat, sacerdotem moderationē custodire voluisset, vt (sicut moris est) oīm sentētijs ex libertate prolatis, id trāquillo, & æquo cōstitueret examine, quod & fidei cōgrueret, & erratibus subueniret. In ipso autē iudicio nō oēs, q cōuenerāt, interfuisse cognouimus. Nam alios reiectos, alios didicimus intromissos, q pro supradicti sacerdotis arbitrio, impijs subscriptiōibus captiuas manus dederēt, & nocituri, statui suo scirent, nisi imperata fecissent, talemq̧ ab ipso prolatā esse sententiā, vt dum homo vnus impetit, in oēm ecclesiā sæuiret. Quod nostri ab apostolica sede directi, adeo impium, & catholicæ fidei cōtrarium esse viderunt, vt ad consentiēdum nulla potuerint oppressione cōpelli, constāterq̧ in eadē synodo (vt decuit) fuerint protestati, nequāq̄ id, quod cōstituebat, sedē apostolicā recepturā, qm̄ reuera oīe Chrīanæ fidei sacrm (quod absit) à temporibus vestræ pietatis excludit, nisi hoc scelestissimū facinus, quod cuncta sacrilegia excedit, aboleat. Quia vero diabolica nequitia subtiliter fallit incautos, & ita quorundā imprudētiam per similitudinē pietatis illudit, C vt pro salubribus p̄suadeat nocitura, remouete, quæsumus a vestræ pietatis consciētia periculū religionis & fidei, quodq̧ in secularibus negotijs legū vestraꝝ æquitate cōceditur, in rerum diuinarum ptractatione præstate, vt Christi euangelio vim non inferat humana præsumptio. Ecce ego, Christianissime, & venerabilis Imperator, cum consacerdotibus meis implens erga reuerentiam clementiæ vestræ synceri amoris officium cupiensq̧ vos placere per omnia deo, cui pro vobis ab ecclesia supplicatur, ne ante tribunal Christi domini rei de silentio iudicemur, obsecramus coram vnius deitatis inseparabili trinitate, quæ tali facto læditur, cum ipsa vestri sit custos, & author Imperij, & coram sanctis angelis Christi, vt omnia in eo statu manere iubeatis, in quo fuerunt ante omne iudicium, donec maior ex toto orbe sacerdotum numerus congregetur. Nec alieno peccato patiamini vos grauari, quia (quod necesse est nos dicere) veremur, ne cuius religio dissipatur, indignatio prouocetur. Præ oculis habete, & tota mentis acie reuerēter aspicite beati Petri gloriam, & communes cum ipso omnium apostolorum coronas, cunctorumq̧ martyrum palmas, quibus alia non fuit causa patiendi, nisi confessio veræ diuinitatis, & veræ humanitatis in Christo. Cui sacramento, quia impie nūc a paucis imprudentibus obuiatur, omnes partium ecclesiæ nostrarum, omnes mansuetudini vestræ cū gemitibus, & lachrymis supplicant sacerdotes, vt quia & nostri fideliter reclamarunt, & eisdem libellum appellationis Flauianus episcopus dedit, generalē synodū iubeatis intra Italiā celebrari, quæ oēs offensiōes ita aut repellat, aut mitiget, ne aliq̄d vltra sit vel in fide dubiū, vel in charitate diuisum, cōuenīetibus vtiq̧ Oriētaliū prouinciaꝝ epis, q̄rū si q supati minis, atq̧ iniurijs a veritatis tramite deuiarūt, salutaribus remedijs in integrū reuocent, ipsiq̧, quoꝝ est cā durior, si cōsilijs melioribus acquiescāt ab eccle

* alias, cōcertationum
* alias, consultationi.

ab ecclesiæ vnitate nõ discedãt. Quam aũt post appellationẽ interpositum hoc necessa rie postulet, canonũ Nicææ habitorum decreta testant, quæ a totius mũdi sunt sacerdoti bus cõstituta, quæq; subter adnexa sunt. Fauete catholicis vr̃o more, parẽtumq; vestro rum. Date defendẽdæ fidei libertatẽ, quã salua clemẽtiæ vr̃æ reuerẽtia, nulla vis nullus poterit mũdanus *timor auferre. Cũ em̃ ecclesiæ cã statũ regni vestri agamus & salutis, vt prouinciarum vestrarum quieto iure potiamini, defendite cõtra hæreticos incõcussum ec clesiæ statum, vt & vestrũ Chr̃i dextera *defendat Imperium. Datum .iij. Idus Octo bris, Asterio, & Prothogene. vv. cc. conss. Aera qua supra.

alias, terror.

als, defendat.

¶ Ep̃la. XXIIII. eiusdem Leonis papæ ad Pulcheriam Augustam, contra eandem secundam sanctam synodum Ephesinam, vt eius errores in alia synodo retractentur.

LEo ep̃s, & sancta synodus, quæ in vrbe Roma conuenit, Pulcheriæ Augustæ. Si ep̃læ, quæ pro fidei causa per nostros clericos directæ sunt, ad vestram pietatem peruenissent, certum est, remedium vos, his rebus, quæ contra fidem factæ sunt, aspirãte vobis dñ̃o, præstare potuisse. Qñ em̃ sacerdotibus, qñ Christianæ religioni, aut fidei defuistis? Sed cum ad mansuetudinem vestram adeo non potuerunt p̃uenire, qui missi sunt, vt ad nos vix vnus illorum Hilarius diaconus noster fugiẽs sit reuersus, iterãda scripta credidimus. Et vt validiores preces nr̃æ eẽ mereant, ipsorum scriptorum, quæ ad clemẽtiã vestrã non p̃uenerũt, exempla subiecimus, amplioribus vos obtestatiõibus obsecrãtes, vt quãto *acerbiora facta sunt, q̃bus pro sede regia, vos cõuenit cõtraire, tãto maiore gloria, in q̃ excellitis, curã eius religionis habeatis, ne catholicę fidei integritas vlla humanarum cõcertationũ occasione violet. Quæ em̃ cõgregata apud Ephesinã synodũ, sopiẽda, & sanãda, pacis *remedia credebant, hæc nõ solum in maiora pacis dispẽdia, sed (quod nimis dolendum est) etiã in ipsius fidei, qua Chr̃iani sumus, excidia processerũt. Et ij qdẽ, qui missi sunt, quorumq; vnus vim Alexãdrini ep̃i, sibi oĩa vẽdicãtis, effugiẽs, rerum gestarum nobis ordinẽ fideliter nũtiauit, reclamarũt in synodo (sicut oportuit) vnius hoĩs nõ tam iudicio, q̃ furori, protestantes, ea, quæ per vim, metumq; gererent, sacramẽtis ecclesiæ, & ipsi symbolo ab Ap̃l's instituto, præiudicare nõ posse, nec se ab ea fide vlla iniuria separãdos, quã plenissime expositã, atq; digestã, a sede beati apostoli Petri ad sanctã synodũ detulissent. Cuius cum recitatio, poscẽtibus ep̃is nõ sit admissa, vt scilicet remota ea fide, quæ patriarchas, prophetas, apostolos, & martyres coronauit, generatio Iesu Chr̃i dñ̃i nostri secũdum carnẽ, & veræ mortis, ac resurrectionis eius cõfessio (quod horremus dicere) solueret, scripsimus de hac re (vt potuimus) ad gloriosissimũ principem, & quod est maximũ Chr̃ianũ, cuius epistolæ pariter *exempla subiecimus, vt fidẽ, qua renatus p̃ dei grãm regnat, nulla sineret nouitate corrumpi, qm̃ Flauianus ep̃s in nostra omniũ cõione persistit, atq; hoc, quod factũ est sine consideratiõe iustitiæ, & cõtra omniũ canonũ disciplinã, ratum haberi, ratio nulla p̃mittit, & qa dissentionis scãdalum nõ abstulisset Ephesina synodus, sed auxisset, de habẽdo intra Italiã concilio, & locus cõstitueret, & tp̃s, omibus querelis, & p̃iudicijs partis vtriusq; suspẽsis, quo diligẽtius vniuersa, quę offensionẽ g̃nauerãt, retractent & absq; vulnere fidei, absq; religiõis iniuria in pacẽ Chr̃i redeãt, q̃ p̃ ĩpotẽtiã subscribere coacti sunt sacerdotes, & soli auferant errores. Quod vt obtinere mereamur, probatissime nobis fidei pietas tua, quæ labores ecclesiæ semp̃ adiuuat, supplicationẽ nostrã apud clemẽtissimum principẽ sibi specialiter a beatissimo Petro ap̃lo legationẽ cõmissam digneť *asserere, vt priusq̃ ciuile hoc & exitiale bellũ intra ecclesiã cõualescat, redintegrãdę vnitatis copiã & modũ, deo auxiliãte, cõcedat, sciẽs Imperij sui viribus profuturum, qcq̃d catholicæ libertati, benigna ipsius fuerit dispositione collatũ. Data pridie Idus Octob. Asterio & Protogene. vv. cc. conss. Era qua supra.

ali, ampliora

alias remedio

ali, exemplar

alias, afferre

alias, data tertio Idus

¶ Ep̃la. XXV. eiusdem ad Flauianum Constãtinopolitanum ep̃m.

QVæ & quãta dilectio tua pro catholicæ fidei defensione patiať, per diaconũ, q ab Epheso furtim est lapsus, cognouimus. Et licet magnificemus deum, qui te gratiæ suæ virtute confortat, necesse est tamen nos dolere eorũ ruinas, per quos veritas ĩpugnať, & ipsa totius ecclesiæ fundamẽta quatiũť. Quia vero p̃uidẽtia dei sp̃ suis necessa-

A necessarium præstat auxilium, scire debet fraternitas tua, nos pro communi causa nihil eorum, quæ agenda sunt, præterire, vt primitus ad ea, quæ vniuersitati fidelium prosint, peruenire mereamur. Sin est, vt fortiter interim dilectio tua toleret, quæ sibi ad æternam gloriam non dubitat profutura. Perlator sane breuis huius epistolæ fidei sermone poterit enarrare, quicquid illud est, ad quod, adiuuante dño, studio fidei, & charitatis intẽdimus. Data tertio Kaleñ Octobris, Asterio & Protogene consulibus.

¶EPISTOLA EIVSDEM XXVI. AD FAVstũ, & cæteros Archimãdritas Cõstantinopolitanos, qua adhortatur eos ad cõstantiam in omni bono, maxime fidei & charitatis, & detestatur acta secũdi concilij Ephesini.

LEo episcopus & sancta synodus, quæ in *vrbe Roma conuenit, Fausto, Martino, Petro, & Magno, & Heliæ presbyteris, & Archimandritis *Constantinopolitanis, dilectissimis filijs in dño salutem. Quamuis ea, quæ ad Cõstantinopolitanã ecclesiam scripsimus, solicitudinem deuotionis vestræ latere nõ possunt, tamen etiam specialibus dilectionem vestram literis cohortandã esse credidimus, vt memores sanctæ professionis vestræ, quæ propriæ in fide, & charitate consistit, omnia scandala, quæ contra pacem ecclesiæ orta sunt, a vestris cordibus repellatis, beati apostoli sententiã pia mente retinentes. Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit, & custodientes vnitatem cum fratre nostro Flauiano episcopo, quem ad tempus dñs permisit impiorum factione tẽtari, vt probatũ sibi sacerdotem suum perseuerantiæ merito faceret clariorem. Hæ aũt perturbationes, necesse est, vt auxiliante dei gratia, celeriter destruantur, & omne, quod reprobũ est, ab ecclesię puritate, quæ nec maculam, nec rugam recipit, respuatur, maxime cũ ab insana imperitia in hoc vsque proruptũ sit, vt contra sacramentũ salutis humanæ incarnationis dñi nostri Iesu Christi veritas denegetur, atque antiquæ fidei prædicator atque defensor, quia non acquieuit blasphemijs, quas olim sancti patres nostri in multis hæreticis damnauere, subijciatur iniurijs, in quo vtique omniũ dñi sacerdotum reuerentia ceditur, & vniuersa corporis Christi membra pulsantur. Sed quia gloriosum nobis est, quicquid nos pati deus voluerit, & pro veritate tolerare, in consortium vos patiẽtiæ paternis exhortationibus aduocamus, vt per dilectionem vestram om̃ibus deo seruientibus, quæ scripsimus, innotescant, & inimicis euangelij resistentes, nec pastoris vestri dilectionem, nec vnitatem catholicæ fidei deseratis. Quoniam ea, quæ in Epheso nuper contra iustitiam, vel canonum disciplinam per vnius hominis *impudentiam gesta sunt, nulla catholicæ fidei ratio rata esse permittit. Data octauo Idus Octobris, Asterio & Protogene consulibus.

[Margin: alias, ciuitate Romana collecta | alias, monasteriorum Constantinopolitanorum. | Galat. 1. d. | Ephe. 5. f | alias, potẽtiã.]

¶Epistola. XXVII. eiusdẽ ad Anastasiũ episcopũ Thessalonicensem.

QVantum relatione Hilarij diaconi nostri cognouimus, magnũ facinus Alexandrino episcopo authore, vel executore commissum est, vt dum in fratrẽ nostrum Flauianum veteres æmulationes, & odia priuata desæuiunt, nec innocentiæ probatissimi sacerdotis, nec Christianæ fidei parceretur. Vnde multum dilectioni tuæ congratulamur, quod te, ad illam synodũ ire cupiẽtem, opportunis obstaculis manus diuina obtinuit, ne abstenturus proculdubio a tanto scelere, indignis iniurijs subiaceres, & furori impio militibus, quantum didicimus, armisque suffulto, contraire non posses. Quia ergo prorupit in apertũ perfidia, quæ latebat, & in nefandissimã hæresim vnius imperitissimi senis assecle transierũt, tempus probationis nostræ debemus agnoscere, & cõtra impetus aduersantiũ, munitionibus cœlestibus freti, incõmutabilis animi constantiam præparare. Scimus, frater charissime, quia sacramẽto magnæ pietatis suæ aderit diuina protectio. Si quid igitur fraternitati tuæ de impijs constitutionibus fuerit ingestum, protestamur pariter, ac monemus, ne vel in damnationem fratris insontis, vel in receptione nefarij dogmatis consensum tui cordis immisceas. Maior est eñ, qui in nobis est, quam qui aduersus nos. Annitere potius, quantum te ipse naturæ nostrę susceptor, & glorificator adiuuerit, vt omnium fratrum nostrorum corda confirmes. Nobis enim ab euangelio generationis, & mortis, ac resurrectionis domini nostri Iesu Christi nullatenus recedentibus, diffinitissimũ est, in nostræ communio-

[Margin: 1. Timo. 3. d]

munionis numero nõ futuros eos, qui conantur antiqua catholicæ fidei fundamenta conuellere. Data tertio Idus Octobris, Asterio & Protogene consulibus D

¶Epistola. XXVIII. eiusdem ad Iulianum episcopum.

COgnitis, quæ apud Ephesum vnius hominis præsumptione sunt gesta, magno quidẽ dolore affecti sumus, de his, quæ impie, furioseq; commissa sunt, sed ad dñm nostrum animos dirigentes, multam fiduciã ab ipsa, quã sequimur, veritate concipimus, non omittentes omnia agere, quæ auxiliante dei gratia credimus profutura. Tenendũ ergo nobis est, quod tenemus, &, sæuiente vnius turbinis procella, serenissima fidei est amplectenda trãquillitas, donec radios suos veritas per vniuersa diffundat, & caliginẽ infidelitatis cõsumat. Quæ aũt disposita sunt, ꝑlatoris sermonẽ agnosces. Data tertio Idus Octob. Asterio & Protogene cõsulibus.

¶Epistola. XXIX. eiusdẽ ad Pulcheriã aug. de his quæ superius postulauit.

¶Valentiniano septies & Auieno consulibus, circa annũ Christi, teste Cassiodoro ccccliĳ. secundum Marianum Scotum ad veritatem euangeliĳ. cccclxxi. iuxta aũt Dionysii cyclum. ccccxlix. qui est pontificatus Leonis papæ annus. xi. fuit scripta pręsens epistola, & similiter. v. sequentes.

E

LEo episcopus Pulcheriæ augustæ. Gaudere me plurimũ, & exultare in domino, pietatis tuæ scripta fecere, quibus euidenter ostenditur, quãtum catholicam diligas fidem, & quantũ hæreticum detesteris errorem. Hæresis quippe est nimis impia, & *euangelio veritatis inimica, quæ non portionem aliquã lædere, sed ipsa religionis Christianæ conatur fundamenta conuellere, negans sempiterni patris filium sempiternũ, de vtero beatæ virginis matris, veram carnem nostræ sumpsisse naturæ, & eos damnatione percellens, qui ab euangelica, & apostolica fide nullo deduci errore potuerunt, illudq; frustra prætendens, quod Nicænæ synodi fidem teneat, cuius eum constat esse alienum, gloriosissima augusta. Vnde, quia non deserit ecclesiam suam diuina protectio, dicente domino: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi, eodeq; opere, & tempore spũs dei & clemẽtiæ vestræ solicitudinẽ, & curam nostri cordis, accendit, vt de remediĳs procurandis eadem vtriq; cuperemus, quæ prius poposci, nunc quoq; instantius peto, maiore vtẽs fiducia deprecandi, posteaq̃ præsidium venerandæ exhortationis accepi, sperans affuturam misericordiam dei, vt, cooperante vestra clementia, pestiferi erroris possit morbus auferri, vt quicquid, ipso inspirante, atq; auxiliãte, potuerit salubriter fieri, cũ vestrę fidei laude peragatur, quoniam res humanæ aliter tutę esse non possunt, nisi quæ ad diuinam confessionem pertinent, & regia, & sacerdotalis defendat authoritas. Data sextodecimo Kalendas Aprilis, Valentiniano augusto septies, & Auieno, viris clarissimis consulibus. Era. CCCCLXXXVIII.

*al's, euãgelicę veritati.

Matth. 28. c

23. q. 5. Res aũt omnes

F

¶Epistola. XXX. Leonis papæ ad Martianum & Faustũ presbyteros exhortatoria, de damnatione secundi Ephesini conciliĳ.

BOnorum operum, & spũalium studiorum deum authorem esse, non dubium est, qui quorum incitat mentes, adiuuat actiones. Quod nobis præsenti experimento euidenter apparuit. Si quidem, inter discretarum spacia longinqua regionum, vnum sumpserunt corda nostra consilium, vt, quod a nobis desiderabatis, eo vobis tempore, quo epistolæ vestræ mittebantur, occurrerit, si tamen dilectioni vestræ tradi scripta nostra potuere, quæ non solum apostolicæ sedis authoritate, sed etiam sanctæ synodi, quæ ad nos frequens conuenerat, vnanimitate directa sunt, vt in his, quantam curã totius ecclesiæ habeamus, appareat, hortando, scilicet, omnium fidelium mentes, & clementissimorum principum præsidia ad defensionem fidei postulando, quorum pios, & catholicos animos non diffidimus, opem atq; authoritatem suam iustis petitionibus præstituros, quo citius, auxiliante domino, pernitiosa hæresis, & dudum sanctoꝝ patrum authoritate damnata, quæ & nuper Ephesi male adiuta est, auferatur. Interim vero det operã (quantũ fieri põt) vestra dilectio, vt omnibus ecclesiæ filĳs innotescat, quod contra impium sensum, secũdum doctrinam euangelicam,

A gelicam, & apostolicā prædicamus. Quia licet plene, quæ semper fuisset, atq; esset catholicorum sententia, scripserimus, tamen nūc quoq;, ad confirmādas omniū mentes, non parum exhortationis addidimus. Memor ẽm sum, me sub illius nomine ecclesiæ præsidere, cuius a domino Iesu Christo ē glorificata confessio, & cuius fides oẽs quidem hæreses destruit, sed maxime impietatem præsentis erroris expugnat, & intelligo mihi aliud non licere, q̃ vt omnes conatus meos ei causæ, in qua vniuersalis ecclesiæ salus infestatur, impendam. Ne aūt aliqua negligentiæ occasione, scripta nostra ad vos non potuerint peruenire, exemplaria eorundē nūc mittēda credimus, vt nullo modo fidei, quā defendimus ꝓdicatio, nr̃æ notitiæ subtrahatur. Data. xvi. Kaleñ. Aprilis, Valentiniano augusto. vij. & Auieno, viris clarissimis consulibus.

¶ Epistola. XXXI. eiusdē ad Theodosium augustū, vbi scripsit, vt id, q̃d de incarnatione filij dei ab Anatholio Cōstantinopolitano episcopo prædicatur, agnoscat, & vniuersale concilium in Italia fiat.

OMnibus quidē vestræ pietatis epistolis, inter eas solicitudines, quas pro fide patimur, spem nobis securitatis maximā præstitistis, Nicænū commēdando concilium, adeo, vt ab illo, sicut sæpe iam scribitis, non patiamini sacerdotes dñi deuiare. Sed ne aliquid in præiudicium catholicæ defensionis viderer B egisse, de ordinatione eius, qui Constantinopolitanæ cœpit ecclesiæ præsidere, nihil interim in alterutram partem *temere rescribendum putaui, nō dilectionem negans, sed manifestationem catholicæ veritatis expectans. Quod æquanimiter ferat obsecro vestra clementia, vt cum talem se erga fidem catholicam, qualem cupimus, approbarit, de synceritate ipsius copiosius, & securius gaudeamus. Ne vero aliqua illū de nostro animo mordeat sinistra suspitio, occasionē totius difficultatis amoueo, nec aliquid exigo, quod aut arduum videatur, aut dubium, sed ad id, quod nullus catholicorum refutet, inuito. Noti ẽm sunt per vniuersum mundum, atq; manifesti, qui ante nos siue Græca, siue latina lingua in catholicæ veritatis prædicatione fulserūt, ad quorum scientiā, atq; doctrinam quidam etiam nostræ ætatis accedunt, de quorum *scriptis par, & multiplex profertur instructio. Quæ sicut Nestorianam hæresim destruxit, ita etiā hunc qui nūc male repullulat, abscidit errorem. Relegat itaq; solicite, quæ a sanctis patribus incarnatiōis dominicæ fides fuerit custodita, semperq; similiter prædicata, & cum sanctæ memoriæ Cyrilli Alexandrini episcopi epistolam (qua Nestorium corrigere & sanare voluit, prauas prædicationes ipsius arguens, & euidentius fidem Nicænæ definitionis exponens, quamq; ab eo missam apostolicæ sedis scrinia susceperant) præ C cedentium sensui perspexerit consonantem, Ephesinæ etiam synodi gesta recenseat, quibus contra Nestorij impietatē, a sanctæ memoriæ Cyrillo inserta, & allegata sunt, de incarnatione domini catholicorum testimonia sacerdotum. Non aspernetur etiam meam epistolam recensere, quam pietati patrum per omnia concordare reperiet. Cūq; a se hoc, quod eidem profuturū sit, expeti, desiderariq; cognouerit, catholicoꝝ sentētijs toto corde consentiat, ita vt synceram communionis fidei professionem, absolutissima subscriptione, coram omni clero, & vniuersa plebe declaret, apostolicæ sedi, & vniuersis domini sacerdotibus, atq; ecclesiis publicandam, vt pacificato per vnā fidē mundo, possimus omnes dicere, quod angeli, nato de Maria virgine saluatore, cecinerunt: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Quia vero & nos, & beati patres nostri, quorum doctrinam & veneramur, & sequimur, in vnius fidei concordia sumus, sicut prouintiarum omnium protestantur antistites, agat clementiæ vstræ deuotissima fides, vt quamprimū ad nos Constantinopolitani episcopi, qualia debent, probati, & catholici *sacerdotis scripta perueniant, aperte, scilicet, atq; dilucide protestantia, ꝙ si quis de incarnatione verbi dei aliud aliquid credat, aut asserat, q̃ catholicorum omnium, & mea professio protestatur, hunc a sua communione secernat, vt ei fraternā in Chr̃o charitatem merito possimus impendere. Vt aūt salubribus curis velocior, plenior q;, auxiliante domino, per vestræ clementiæ fidem præstetur effectus, ad pietatem vestram fratres, & coepiscopos nostros Abundium, & Asteriū, sed & Basilium, & Senatorem presbyteros, quorum mihi deuotio ē probata, direxi, per quos, quæ nostræ forma sit fidei, manifestatis instructionibus (quas misimus) possi-

alias, sibi.

alias, studijs

Lucæ. 2. b

al's, episcopi

LEo episcopus Leoni episcopo Rauennati salutẽ. Frequẽter quidẽ in diuersarum ambiguo quæstionũ titubãtia fratrũ corda, spũ dei instituẽte, solidauimus, respõsionis formã vel ex sanctaꝝ scripturaꝝ disciplinis, vel ex patrũ regulis colligẽtes. Sed nuper in synodo nouum, & inauditũ antea genus cõsultationis exortum est. Capitulum primum.

D

Nam quorundã fratrum suggestione cõperimus, aliquos captiuoꝝ ad sedes suas, libertatẽq; redeuntes, qui, scilicet, in captiuitatẽ illa ætate peruenerint, quæ nullius rei firmã poterat habere notitiam, remedium quidẽ implorare baptismi. Sed vtrũ eiusdẽ mysterij ante sacramenta perceperint, infantiæ inscientia non posse reminisci, & ideo sub hoc latentis recordationis incerto, animas suas in discrimen adduci, dum sub specie cautionis negatur his gratia, quæ ideo non impenditur, quia putatur impensa. Cum itaq; tribuere talibus dominici sacramẽta mysterij, non immerito quorundã fratrum formido dubitaret, in synodali (vt diximus) cœtu formã huiuscemodi consultationis accepimus, quam diligẽtius discuti, & pro vniuscuiusq; sensu solicita voluimus ratione tractari, quo ad veritatem, adhibita cognitione multoꝝ, certius peruenire possemus. Eadem ergo, quæ in sensum nostrũ diuina inspiratione venere, frequens etiam fratrum firmauit assensio, In primis itaq; prouidere debemus, ne dũ speciem quandam cautionis tenemus, dãnum regenerandaꝝ incidamus animaꝝ. Quis eñ ita sit suspicationibus suis deditus, vt veꝝ esse definiat, quod omni manifestatione cessante, ex opinione ambigua suspicatur? Cũ itaq; baptizatũ se, nec ille recordet, qui regeneratiõis est cupidus, nec alter attestari de eo possit, *quod nesciat cõsecratũ, nihil est, in quo pc̃m possit obrepere, cũ in hac parte conscientiæ suæ nec ille reus sit, qui cõsecratur, nec ille qui cõsecrat. Scimus quidẽ inexpiabile esse facinus, quotiẽs iuxta hæreticoꝝ dogmata a sanctis patribus instituta, cogitur aliquis, lauacrũ, q̊d regenerãdis semel tributũ est, bis subire, apostolica reclamãte doctrina, quæ nobis vnã prædicat in trinitate deitatẽ, vnã in fide cõfessionẽ, vnũ in baptismate sacramentũ. Sed in hoc nihil simile formidatur, qm̃ nõ põt in iteratiõis crimen deuenire, q̊d factũ esse oĩno nescitur. Atq; ideo, q̊ties persona talis inciderit, solicita primũ examinatione discutite, & longo tẽpore, nisi forte supremus finis immineat, indagate, vtrũ nemo sit penitus, q testimonio suo iurare possit ignorantiã nescientis. Et cũ cõstiterit, hũc, qui baptismatis indiget sacramẽto, sola inaniter suspitione ꝓhiberi, accedat intrepidus ad cõsequẽdã gratiã, cui⁹ ĩ se nullũ scit eẽ vestigiũ. Nec vereamur huic salutis ianuã apire, quã nunq̃ añ docet ingressus.

De cõ. dist. 4 Cũ itaq; baptism. alias, qui.

E

II. Quod si, ab hæreticis baptizatum quempiã fuisse, constiterit, erga hũc nullatenus sacramẽtum regenerationis iteretur, sed hoc tantũ, quod ibi defuit, conferat, vt per episcopalem manus impositionem virtutem sancti spiritus consequatur. Quam rem, frater charissime, ideo generaliter ad omnium vestrum volumus peruenire notitiam, ne dum plus iusto metuitur, misericordia dei saluari cupientibus denegetur. Data nono Kalendas Nouembris, consulatu Martiani augusti.

F

¶ Epistola. XXXVI. eiusdem ad Martianum augustum.

¶ Martiano & Adelphio consulibus circa annũ Christi, teste Cassiodoro. ccccliij. secundum Marianũ Scotum ad veritatem euangelij. cccclxxij. iuxta vero Dionysii cyclum. ccccl. qui fuit pontificatus Leonis papæ, annus. xij. scripta est præsens epistola, & similiter. xiij. sequentes.

LIteras pietatis vestræ accepisse me gaudeo, & ad significationẽ totius prosperitatis ptinere cognosco, cum sermones vestri vos faciãt integritate securos. Quãtas itaq; clemẽtiæ vr̃æ gratias referamus, nõ ex verbis nostris, sed ex beneficijs vestris, q̃ ecclesiæ cõtulistis, agnoscite, nõ ambigẽtes, qualẽ illũ retributorẽ in oĩbus habeatis, pro cuius estis tã pia religione soliciti, & q vos (vt res ipsa demõstrat) ad hoc, vt fides catholica ab insidijs inimicoꝝ suoꝝ defenderetur, elegit. Hæc a me nũc breuiter p fratris mei Anatholij clericos pietas vestra dignanter accipiat. Pleniora aũt de oĩbus, q̃ ad curã meã pro statu ecclesiaꝝ, & cõcordia ptinẽt dñi sacerdotũ, ꝑ legatos nostros scripta direximus. Data Idibus Aprilis, Adelphio cõsule.

¶ Epl'a. XXXVII. eiusdẽ ad Pulcheriã augustã, in qua gratias agit, q̊d Nestorianã & Eutychianam hæresim fidei defensione destruxerit.

Quod

A Quod semper de sancta pietatis vestræ mente præsumpsimus, id plenissime experiendo cognouimus, Christianā fidē (quamuis diuersis prauorum appeteretur insidijs) vobis tamē præsentibus, & in defensionē eius a dño pparatis, nō posse turbari. Nō em̃ deus aut suæ misericordiæ sacramētū, aut vestri laboris deserit meritū, quo dudū subdolū sanctæ religionis hostē ab ipsis visceribus ecclesiæ depulistis, quū hæresim suā tueri impietas Nestoriana non potuit, quia non fefellit famulā & discipulā veritatis, q̄tū simplicibus infunderet veneni, per illa loquacis hominis colorata mendacia. De quo virtutum agone processit, vt per solicitudinē vestrā ea, quæ per Eutychen diabolus molitus est, non laterent, & qui sibi singulas partes geminæ impietatis elegerant, vna catholicæ fidei virtute procumberent. Secunda ergo hæc vobis, de perempto Eutychetis errore, victoria est, quē, si quid sani cordis habuisset, dudū in authoribus suis perculsum, olimq; prostratum, facile potuerat declinare, ne de sepultis cineribus rediuiua tentaret incendia commouere, vt in eorum transiret consortium, quorum sequutus esset exemplū, gloriosissima augusta. Libet igitur exultare cum gaudio, & pro vestræ clementiæ prosperitate, digna deo vota persoluere, qui tibi per oēs mundi partes, in quibus dñi euangelium pdicatur,* duplicem iam & palmā contulit, & coronā. Clementia igitur vestra agnoscat, omnē Romanā ecclesiam vniuersis fidei vestræ operibus plurimū congratulari, siue q legationē nostrā pio per omnia adiuuistis affectu, & q sacerdotes catholicos, qui de ecclesijs suis iniusta fuerunt eiecti sententia, reduxistis, siue q reliquias sanctæ memoriæ Flauiani innocentis, & catholici sacerdotis ad ecclesiam (cui bene præfuit) fecistis cum honore debito reuocari. In quibus vtiq; omnibus gloriæ vestræ multiplicat augmentū, dum & sanctos pro suis meritis veneramini, & ab agro dñi spinas & tribulos vultis auferri. Quosdā sane episcopos de his, qui rebus impijs videntur præbuisse consensum, reconciliationem reposcere, & catholicorum communionem desiderare, tam nostrorum, q̄ fratris & copiscopi mei Anatholij, cui testimonium ferre dignamini, relatione cognouimus, quorum desiderijs sic præbemus effectū, vt correctis, & quæ male sunt facta, propria subscriptione, damnantibus, participata nostrorum (quos misimus) cura, quū supradicto episcopo pacis gratia tribuatur, quia deuotionis vtrūq; est Christianæ, vt & pertinaces veritas iusta coerceat, & cōuersos charitas non repellat. Quia vero nouimus, quantū piæ solicitudinis catholicis sacerdotibus mansuetudo vestra dignetur impēdere, indicandū esse curauimus, fratrem & coepiscopū nostrum Eusebium nobiscum degere, & nostræ communionis esse cōsortem, cuius commendamus ecclesiam, quam dicitur vastare, qui illi iniuste asseritur subrogatus. Illud etiam a vestra pietate poscentes, quod vos spontaneo facere non dubitamus arbitrio, vt tam fratrem & coepiscopū meum Iulianum, q̄ Constantinopolitanos clericos, qui sanctæ memoriæ Flauiano fidelibus officijs adhæsere, ea, qua debetis, gratia faueatis. De omnibus vero pietatem vestram per nostros, quid fieri, aut declinari deberet, instruximus. Data Idibus Aprilis, Adelphio viro clarissimo consule.

al's, duplicis gloriæ pal.

¶ Epistola. XXXVIII. eiusdē, ad Anatholiū Cōstantinopolitanū epm.

Capitulum primum.

Leo episcopus Anatholio episcopo. Gaudemus in domino, & in dono gratiæ ipsius gloriamur, quia sicut dilectionis tuæ literis, & fratrum nostrorum, quos Constantinopolim miseramus, relatione cognouimus, sequacem te euangelicæ eruditionis ostendis, vt per sacerdotis probabilem fidem merito præsumamus, q tota ecclesia eidē credita est, ne rugā cuiusquā sit erroris habitura vel maculā, dicēte Aplo: Despondi enim vos vni viro, virginē castā exhibere Christo. Illa est em̃ virgo ecclesia, spōsa vnius viri Chri, q̄ nullo se patit errore vitiari, vt p totū mūdū, vna nobis sit vnius coīonis integritas, in qua societatē tuæ dilectiōis amplectimur, & gestorum, q̄ sumpsimus, seriem necessarijs (sicut oportuit) munitā subscriptionibus approbamus.

2. Cor. 11.

Vt ergo inuicem dilectionis tuæ animus nostris confirmaretur alloquijs, filios nostros * Casterium presbyterum, Patricium, & Asclepiadem diaconos, q ad nos tua scripta detulere, cum epistolis nostris, post venerabilem diem festi paschalis emisimus, indicātes nos (vt supra diximus) de Constātinopolitanæ ecclesię pace gaudere, cui hanc curā semper impēdimus, vt eam nulla velimus hæreticorum fraude violari.

alias, Charterium

D

II De fratribus vero, quos & epistolis tuis, & legatorum nostrorum relatione communionis nostræ cupidos esse cognouimus, eo q doleāt, se cōtra potētiam, cōtraq; terrores nō tenuisse constātiam, sed alieno sceleri præbuisse cōsensum, cum ita eos formido turbasset, vt in dānationē catholici, atq; innocētis antistitis, & in receptionē detestabilis prauitatis trepido famularentur obsequio, illud quidem, quod præsentibus, & agentibus nostris, constitutum est, approbamus, vt suarum interim ecclesiarum essent cōione contēti, sed cū legatis nr̄is (q̄s misimus) participata tecū solicitudine volumus, disponat, quatenus hi, q plenis satisfactionibus male gesta cōdemnāt, & accusare magis se eligunt, q̄ tueri, pacis, & cōionis nostræ vnitate lætent, ita vt digno prius anathemate, quæ contra fidē catholicā sunt recepta, damnentur. Aliter em̄ in ecclesia dei, quæ corpus ē Christi, nec rata sunt sacerdotia, nec vera sacrificia, nisi in nostræ proprietate naturæ verus nos pontifex reconciliet, verus immaculati agni sanguis emundet. Qui licet in pr̄is sit dextera cōstitutus, in eadem tamē carne, quā sumpsit ex virgine, sacramētum propitiationis exequit, dicēte apostolo: Chrūs Iesus, q mortuus est, immo q & resurrexit, q est in dextera dei, q etiam interpellat pro nobis. Neq; em̄ pōt in aliquo benignitas nr̄a reprehēdi, cum satisfaciētes recipimus, quos doluimus esse deceptos. Nec aspere igitur cōionis nostræ gr̄a denegāda est, nec temere largiēda, qa sicut plenum pietatis est, oppressis charitatem dn̄icā redhiberi, ita iustū est, oīa pturbationis authoribus imputari.

I.q.I. In eccl'ia dei q̄ corpus.

E

Roma.8.g

III De noībus autē Dioscori, Iuuenalis, & Eustachij ad sacrum altare nō recitandis, dilectionē tuā hoc decet custodire, quod nr̄i, ibidē constituti, faciēdum esse dixerint, quodq; honorādæ sancti Flauiani memoriæ non repugnet, & a gr̄a tua Chr̄ianæ plebis animos non auertat. Nam iniquum nimis est, atq; incongruum, eos, q innocētes, & catholicos sua persecutione vexarunt, sanctorum nominibus sine discretione misceri. * Condemnatam impietatem non deferentes, ipsi se sua prauitate * condemnent, quos conuenit, aut percelli pro perfidia, aut laborare pro venia.

al's, cū dānatā
al's, cōdēnant

IIII Frēm vero, & coep̄m nr̄m Iulianum, vel clericos, q sanctæ memoriæ Flauiano fidelibus officijs adhæserūt, dilectioni quoq; tuæ volumus adhærere, vt quem fidei suæ meritis viuere apud deū nr̄m nouimus, in te sibi eum p̄sentē agnoscāt. Illudq; dilectionē tuā nosse volumus, frēm & coep̄m nr̄m Eusebiū, q causa fidei multa discrimina, laboresq; tolerauit, nobiscum interim demorari, & in nr̄a nūc communione p̄sistere, cuius ecclesiā, tua solicitudine volum⁹ eē defensam, vt nihil eodē absente, depereat, & nullus ei in aliquo præiudicare præsumat, donec cum literarum nostrarum ad vos prosecutione perueniat. Et vt maior circa te vel nostra, vel totius Chr̄ianæ plebis affectio prouocet, hoc quod ad dilectionem tuam scripsimus, in omnium volumus notitiā peruenire, vt q deo nostro deseruiunt, de confirmata apud te pace sedis apostolicæ, gratulentur. De cæteris vero causis atq; personis, dilectio tua literis, quas per nostros accipiet, plenius instruetur. Data Idus Aprilis.

F

¶ Epistola. XXXIX. eiusdem ad Iulianum ep̄m.

Literas fraternitatis tuæ per filios nostros Constātinopolitanos clericos, nuntias tuæ salutis accepi. qbus te magnis tribulationibus grauatū fuisse significas, cū vtiq; non defuerit materia solicitudini, & laboribus, quæ inter procaces catholicæ fidei aduersarios, inhærētem veritati animū fatigarēt, idq; (vt scribis) fuerit animo, vt per occasionem necessitatis, & nobis te, & patriæ præsentares. Quod verum futurum speraueram, vt apertius omnium hæreticorum ambages tuo ore cognoscerem. Sed gratias deo, quod ita incolumitas tua, & ecclesiæ causa profecit, vt liberum tibi fuerit apud eos interim degere, quorum nobis probabilis consensus innotuit, sicut & fratris Anatholij scripta profitentur, & gesta, quæ apud ipsum coram nostris sunt confecta, demonstrant fratribus remeantibus. Ergo prædictis salutationibus vicissitudinem reddo, & vt contra falsitatis astutias perseuerantē diligentiam teneas, fidenter exhortor, cum tibi ad hoc, & tuus animus, & nostra authoritas suffragetur.

A Quoniam licet de multis meliora indicata sunt, q scilicet doleant se deceptos, & damnata perfidia cũ authoribus suis, gratiam nostræ cõmunionis exposcãt, quod nos adeo libenter accepimus, reddituri his hanc, quã desiderant, communionẽ, quum promissa cõpleuerint, quosdam persistere in sua obduratione cognouimus, quos oportet districtius comprimi, si nequeunt benignitate sanari. Ad quã rem, nostros post diem venerabilem dirigemus, qui tecum participato cõsilio, ea quæ a nobis constituta fuerint, exequantur. Data Idibus Aprilis, Adelphio viro clarissimo consule.

¶ Epistola. XL. eiusdem, ad Martianum augustum, in qua pro conseruatione catholicæ fidei illi congratulatur.

QVãuis per Cõstantinopolitanos clericos ad pietatẽ vestrã ante rescripserim, sumptis tñ clemẽtiæ vestræ literis, per virũ illustrẽ pfectũ vrbis filiũ meũ Tatianum magnã materiã gratulationis accepi, qa studiosissimos vos ecclesiasticæ pacis agnoui. Cui sancto desiderio, digna æquitate cõfert, vt quẽ statũ esse cupitis religionis, eandẽ habeatis & regni. Nã inter principes Christianos, spũ dei cõfirmãte concordiã, gemina per totũ mundũ fiducia roborat, quia profectus charitatis & fidei, vtrorũq; armorũ potentiã insuperabilẽ facit, vt propitiato per vnã cõfessionẽ deo, simul & hæretica falsitas, & barbara destruat hostilitas, gloriosissime Imperator. Aucta igitur p Imperialẽ amicitiã spe cœlestis auxilij, cõfidentius pietatẽ vestrã pro sacramẽto salutis humanæ incitare psumo, ne cuiusquã procaci, impudẽtiq; versutia quasi de incerto, quid sequendũ sit, sinatis inquiri. Et quũ ab euangelica, apostolicaq; doctrina nec vno quidẽ verbo liceat dissidere, aut aliter de scripturis diuinis sapere, q beati apostoli & patres nostri didicere, atq; docuerũt, nunc demũ indisciplinate moueant, & impiæ quæstiões, quas olim mox, vt eas p apta sibi corda diabolus excitauit, per discipulos veritatis spũs sanctus extinxit. Nimis aũt iniquũ est, vt per paucorũ insipientiã ad coniecturas opinionũ & ad carnaliũ disceptationũ bella reuocemur, tanq reparata disceptatione tractandũ sit, vtrũ Eutyches impie senserit, & vtrum impie Dioscorus iudicarit, q in sanctæ memoriæ Flauiani cõdemnatione se perculit, & simpliciores quosq;, vt in eandẽ ruinã prouoluerent, impegit, quorũ multis iã (vt cognouimus) ad satisfactiõis remedia cõuersis, & veniã de incõstanti trepidatiõe poscẽtibus, non cuiusmodi sit fides, tractandũ est, sed eorũ pcibus qualiter annuendũ. Vnde pijssimæ solicitudini vestræ, quã de indicenda synodo habere dignamini, p legationẽ, q cõfestim ad clemẽtiã vestrã, deo annuente, perueniet, quicqd ad causæ vtilitatem arbitror pertinere, plenius atq; opportunius suggeret. Data nono Kaleñ. Maij, Adelphio viro clarissimo cõsule.

¶ Epistola. XLI. eiusdem, ad Martianum augustum, de directa vicis suæ legatione Constantinopolim, pro Chalcedonẽsi cõcilio faciẽdo.

C POposceram quidẽ a gloriosa clementia vestra, vt synodũ, quam ad reparãdam orientalis ecclesiæ pacem, a nobis etiam petitam, necessariam iudicastis, aliquantisper differri ad tẽpus opportunius iuberetis, vt liberioribus ab omni perturbatione animis, hi quoq; episcopi, quos hostilitatis metus detinet, cõuenirẽt. Sed quia pio studio humanis negotijs diuina præponitis, & rationabiliter ac religiose regni vestri viribus creditis profuturum, si nulla sit in sacerdotum sensibus dissonantia, nulla sit in euangelij pdicatione discordia, ego etiam vestris dispositionibus nõ renitor, optãs vt omniũ cordibus catholica fides, quæ nõ potest nisi vna esse, firmetur. A cuius integritate & Nestorius antea, & nunc Eutyches, diuersis quidẽ callibus, sed impietate nõ impari deuiarunt, abominandi prorsus in persuasionibus suis, quas contra syncerũ veri luminis fontem, de cęnosis lacubus diabolicæ falsitatis hauserunt. Prior itaq; synodus Ephesina Nestoriũ cũ dogmate suo, merito iusteq; damnauit, & quisquis in illo errore persistit, ad nullius põt spem remedij pertinere. Sequẽs vero in pdicta ciuitate non põt vocari cõciliũ, quod in euersionẽ fidei fuisse cõstat agitatũ, quodq; vestra clemẽtia amore veritatis, catholicis affutura, aliud statuẽdo, cassabit, gloriosissime Imperator. Vnde per ipm dñm nrm Iesum Chrm, q regni vestri est author & rector, obtestor & obsecro clementiã vestrã, vt in psenti synodo fidẽ, quã beati patres nostri ab apostolis sibi traditã pdicarunt, nõ patiamini, quasi dubiam retractari, & quæ olim a maiorũ sunt authoritate damnata, rediuiuis nõ permittatis conatibus excitari. Illudq; potius iubeatis,

vt an

vt antiquæ Nicænæ synodi cõstituta, remota hæreticorũ interptatione, pmaneãt. Nec me quoq; (vt voluit vestra clemẽtia) ab illo credatis abesse cõcilio, cum in his fratribus, quos direxi, id est, Paschasino, & Lucẽtio epis, Bonifacio, & Basilio pſbyteris, sed & fratre meo Iuliano, quem eorũ volui esse participem, etiã mea sit æstimãda pſentia. Quos, auxiliante Chr̃o, ita acturos esse cõfido, vt ea, q̃ dño nostro placeant, decernẽtes, accedente pietatis vestræ studio cõsulant, quod & paci prosit, & religioni sit custodia veritatis. Data. vi. Kal. Iunij, Adelphio viro clarissimo consule.

¶ Epl'a. XLII. eiusdem ad Martianum Augustum, vbi inter cætera pro defensione fidei Imperatori gratulatur.

MVltam mihi fidutiam scribendi ad clementiam vestram, & literæ vestræ, quas venerãter accepi, & coepi mei reuertentes a Constãtinopoli præbuerunt, nõ sola assertione verborũ, sed ipsis iam operum effectibus demonstrãtes, ad defensionẽ catholicæ fidei diuinũ in vobis vigere præsidiũ. Quo vtiq; nõ solum ecclesiæ status, sed etiã vestri robur munit Imperij, vt merito eius expectetis ptectionẽ, cui⁹ colitis veritatẽ, gloriosissime Impator. Nã vt & fratris mei Anatholij citius manifestaret integritas, & olim dãnati erroris rediuiuus assertor locum in Chr̃i ecclesia nõ haberet, vt catholici epi, quos nuper hæreticorũ persecutio, deprauare nõ potuit, ab iniustis reuocarent exilijs, vtq; reliquijs beatæ memoriæ Flauiani digno honore susceptis, impietatẽ suã cõdemnator eius agnosceret, vestræ virtutis titulus, vr̃æ pietatis ẽ fructus. Cui cõfido etiã aliarũ insignia accumulãda palmarũ, vt sicut Cõstãtinopolitana ecclesia, recepta apostolicæ fidei libertate, lætat, ita omnes regni vestri prouinciæ emundatas se esse a diabolici dogmatis contagiõe glorient. Vt ergo præcedẽtibus literis indicaui, frẽs meos Lucẽtium epm, & Basilium pbr̃m, qui solicitudinis meæ partes possint implere, direxi, fauori eos pietatis vestræ in om̃ibus, quæ sunt agẽda, commẽdans. Nam cũ & fratris mei Anatholij scriptis, & nostrorũ sermone cognouerim, multos de his, q apud Ephesum Dioscori factiõe compulsi, de te stabilibus statutis pbuere cõsensum, pœnitẽdo incõstãtiæ suæ veniã postulare, & cõionẽ catholicã p satisfactionẽ correctiõis expetere, nõ fuit taliũ negligẽda cõuersio, q nõ proprio sensu, sed * impij psumptoris impulsu in hæc incidisse noscunt, in qbus liberũ nõ habuere iudiciũ. Ne itaq; resipiscẽtium desideria mora longior fatigaret, vel incuriosa facilitas temere aliquos & sine discretione susciperet, iniũctum est ab aplica sede directis, vt in cõsortium suæ deliberatiõis, accito Constãtinopolitanæ vrbis antistite, & pestilẽtiæ cõtagia, nõ admittant, & sanitatis remedia nõ negẽtur. Quæ industria, in oĩbus, quæ nequiter gesta sunt, emẽdandis, celerẽ (iuuãte dño) cõsequet effectũ, si reparationi pacis ecclesiasticæ opẽ suam vr̃a pietas dignet adiungere, vt, vobis in terra regnãtibus, & dei regnũ intra vos habere mereamini, & catholicã fidem nulla falsitas violet, nulla hæresis inqetet, nec cuiq̃ liceat doctrinã euãgelicã deserere, & sacerdotali honore gaudere. Synodũ vero fieri, vt meminit vr̃a clemẽtia, etiã ipsi poposcimus. Sed sacerdotes prouinciarũ oĩm cõgregari præsentis tpis necessitas nulla rõne pmittit, qm̃ illæ prouinciæ, de quibus maxime sunt euocandi, inquietãte bello, ab ecclesiis suis eos nõ patiunt abscedere. Vnde opportuniori tẽpori, propitiato dño, cum firmior fuerit restituta securitas, iubeat vr̃a clemẽtia reseruari. De qua re plenius inter cętera, apud pietatẽ vestram, poterũt allegare, quos misi. Data. * v. Idus Iunij, Adelphio viro clarissimo consule.

a l's, improbi.

Causa designat, prohibẽs celebrare concilium

a l's. vij. Idus.

¶ Epl'a. XLIII. eiusdem ad Pulcheriam Augustam.

REligiosam pietatis vestrę solicitudinẽ, qua vniuerso mũdo, deo inspirãte, cõsulitis, crebrioribus alloquijs incitare pſumo, vt operũ vr̃orũ pfectũ necessaria pfectio subsequat, ac sicut de statu Cõstãtinopolitanæ eccl'iæ gratulamur, cuius & sacerdos & ppl's catholicę puritatis fidẽ iã tenere cognoscit, ita etiã aliorũ cõcors nobiscũ sit de verbi incarnatiõe cõfessio. Vñ qd factuꝝ me alijs literis indicauerã, Lucẽsem epm. & Basiliũ pſbyterũ frẽs meos dirigere pparaui, q dispositiões meas, fratris mei Anatholij deuotiõe sociata, scdm eas, quas acceperũt regulas, exequant. Sicut em̃ pdicti epi scriptis, & clericorũ eius snggestione patefactũ ẽ, multa sunt, quæ indulgẽtius sunt curãda, multa quæ iustius cohercẽda, vt in causa tãtę pturbatiõis, nec districtio

nimis

A nimis sit aspera, nec remissio parū cauta, quū aliud satisfacientibus, aliud pertinacibus debeatur. Offertur ergo pietati vestræ digna materia, quæ placitam dño curā sancti cordis exerceat, & pcedentium meritorum coronas etiam de psentis erroris abolitione multiplicet. Sicut em̄ Nestoriana impietas, ita & Eutychiana blasphemia ab omniū est catholicorum eliminanda consortio. Quia tam impiū est, consubstātialem & cōsempiternā patri filij deitatē, etiā ex vtero virginis matris partu æditā negare corporeo, q̄ vnam in dei filio post incarnationis sacramentū affirmare naturā, vt scilicet aut humanitas eius refutetur, aut deitas cū vnione vtriusq; essentiæ, nec altera sit in alterutram versa, nec assumpta in assumente finita. Sed & verbi incōmutabilitas, & carnis, atq; animæ veritas maneant inseparabiliter in vnitate personæ, quod qui testificante lege, credentibus patriarchis, annuentibus prophetis, pdicante euāgelio, docentibus apostolis, & toto mundo cōfitente nō credunt, extra sacramentū corporis Christi, extra vnitatē sunt nominis Christiani. Quorum sicut ruinā dolemus, ita perfidiā detestamur. Vt aūt circa taliū personas syncerum seruetur vbiq; iudicium, & aliud correctis, & aliud pertinacibus rependat, vestra pietas nostros, qui ab apostolica sede sunt missi, fouere dignetur, eorumq; omnes, quas iniunximus, adiuuet actiones, quo citius ac facilius, auxiliante dño, quæ ad vestram gloriā, & ad totius ecclesiæ pacem proficiāt, exequātur. De Eutyche autem totius scandali & prauitatis authore hoc clementia vestra pcipiat, vt ab eo loco, qui Constantinopolitanæ vrbi nimis vicinus est, longius transferatur, ne frequentioribus solatijs eorum, quos ad impietatem suā traxit, vtatur. Monasterio quoq; ipsius, cui perniciose, indigneq; præsedit, catholicum abbatem iubete præponi, qui illā seruorum dei congregationē & a prauo dogmate liberare, & institutis veritatis possit imbuere. Data Idibus Iunij, Adelphio viro clarissimo consule.

B

¶ Epistola. XLIIII. eiusdem ad Anatholium Constantinopolitanum episcopum, de his, qui hæreticorum erroribus metu, non voluntate implicantur, vt per satisfactionem in ecclesia suscipiantur.

Licet sperem dilectionē tuā ad omne opus bonū esse deuotā, vt tamē efficacior tua fieri possit industria, necessariū & congruum fuit, fratres meos Lucētium epm, & Basiliū presbyterum (vt promisimus) destinare, quibus tua dilectio societur, vt nihil in his, quæ ad vniuersalis ecclesiæ statū pertinent, aut dubie agatur, aut segniter, cum residentibus vobis, quibus exequutionē nostræ dispositionis iniunximus, ea possint agi cūcta moderatione, vt nec beniuolentiæ partes, nec iustitiæ negligātur, sed absq; personarum acceptione diuinum in omnibus iudicium cogitetur. Quod vt recta obseruantia valeat custodiri, catholicæ primitus fidei seruetur integritas, vt quia per omnia, angusta & ardua via est, quæ ducit ad vitā, neq; in sinistrā, neq; ad dexterā ab eius tramite deuietur. Et quia euāgelica & apostolica fides omnes expugnat errores, & ab vno latere Nestoriū deijcit, ab alio Eutychen, & participes eius elidit. Hanc regulā memēto te seruandā, vt quicunq; in illa synodo, quæ nomē synodi nec habere potuit, nec mereretur, & in qua maliuolentiā suam Dioscorus, imperitiā aūt Iuuenalis ostendit, dolent, vt dilectionis tuæ relatione cōperimus, se metu victos, & terrore superatos, ad consensum scelestissimi iudicij potuisse cōpelli, & communionē catholicā obtinere desiderāt, satisfactioni eorum pax fraterna præstetur, ita vt non dubijs professiōibus, Eutychen cū suo dogmate, cumq; cōsortibus suis anathematis execratione cōdemnēt. De his aūt, qui in hac causa grauius peccauere, & ob hoc superiorē sibi locū in eadē infelici synodo *vindicarūt, vt humiliū fratrū simplicitatem arrogantiæ suæ piudicijs aggrauaret, si forte resipiscunt, & a facti sui defensione cessantes, in condemnationē proprij conuertuntur erroris, horum si satisfactio talis accedit, quæ nō refutāda videatur, maturioribus apostolicæ sedis concilijs reseruetur, vt examinatis omnibus, atq; perpensis, de ipsis eorum *agnitionibus, quid cōstitui debeat, æstimetur. Neq; prius in ecclesia, cui te dñs voluit præsidere, cuiusquā talium (vt ante iam scripsimus) nomen ad altare recitetur, q̄ quid de eis constitui debeat, rerum processus ostēdat. De cōmonitorio vero, a clericis dilectionis tuæ nobis oblato, necessariū nō fuit, epistolis quid videret inserere, quū sufficeret legatis cuncta cōmitti, quorum sermone ex oībus diligētius instrueris. Annitere igitur, frater charissime, vt quæ ecclesiæ dei cōgruunt, fideliter & efficaciter cum his fratribus, quos

C

Matth. 7. b

al. vēdicarūt

alias, actionibus

quos tantæ rei idoneos authores elegimus, exequaris, præsertim, cum ipsa vos causæ ratio, spesq; diuini auxilij cohortent, & clemētissimorū principum tam sancta sit fides, tam religiosa deuotio, vt in eis nō solū Christianū, sed etiā sacerdotalē experiamur affectū. Qui vtiq; pro pietate, qua se dei famulos esse gloriant, oēs suggestiones vestras fidei catholicæ profuturas, dignāter accipiant, vt ipsorū quoq; ope & pax Christiana reparari, & error impius possit aboleri. Ac si de aliquibus amplius fuerit deliberandū, celeriter ad nos relatio dirigatur, vt pertractata qualitate causarū, nostra quid obseruari debeat solicitudo, constituat. Data * quinto Idus Iunij, Adelphio viro clarissimo consule. Era qua supra.

alias. vi.

¶ Epistola. XLV. eiusdem, ad synodum Chalcedonen. vbi hortatur per legatos suos dei sacerdotes, vt secundum scripturas cuncta disponerent.

OPtaueram quidem dilectissimi pro charitate collegij, omnes dn̄i sacerdotes in vna catholicæ fidei deuotione persistere, nec quenq̄ grā, aut formidine potestatum, secularium deprauari, vt a via veritatis abscederet. Sed qa multa sæpe quæ pœnitudinem possint generare, proueniunt, & superat culpas delinquentiū misericordia dei atq; ideo suspēdit vltio, vt possit locū habere correctio, amplectēdū est clemētissimi principis, plenū religiōe cōsiliū, q̄ sanctā fraternitatē vestrā, ad destruendas insidias diaboli & ad reformandā ecclesiasticā pacē voluit conuenire, beatissimi Petri iure, atq; honore seruato, adeo, vt nos q̄q; suis ad hoc lrīs īuitaret, vt venerabili synodo nostrā præsentiam præberemus, quod qdem nec necessitas tpis, nec vlla consuetudo poterat pmittere. Tamē in his fratribus Paschasino, & Lucētio epīs, Bonifacio, & Basilio presbyteris, q ab apostolica sede directi sunt, me synodo vestra fraternitas existimet præsidere, nec seiunctam a vobis præsentiam meam confidat, q nunc in vicarijs meis adsum, & iamdudum fidei catholicæ prædicatione non desum, vt q non potestis ignorare, qd ex antiqua traditione credamus, nō possitis dubitare, qd cupiamus. Vnde (fratres charissimi) reiecta penitus audacia disputādi, contra fidem diuinitus inspiratam, vana errantiū infidelitas conquiescat, nec liceat defendi, quod non liceat credi, cum secundum euangelicas authoritates, secundum propheticas voces, apostolicamq; doctrinam plenissime, & lucidissime per literas, quas ad beatæ memoriæ Flauianū episcopū misimus, fuerit declaratum, quæ sit de sacramento incarnationis domini nostri Iesu Chrī pia, & syncera confessio. Quia vero nō ignoramus, per prauas æmulatiōes, multarum ecclesiarū statum fuisse turbatū, plurimosq; episcopos, qui hæresim non reciperēt sedibus suis pulsos, & in exilia deportatos, atq; in locum supstitum alios substitutos, vulneribus his primitus adhibeat medicina iustitiæ, nec quisquam ita careat proprijs, vt alter vtat alienis, cum si (vt cupimus) errorē omnes relinquunt, nemini qdem perire honor debeat, sed illis, q pro fide laborauerunt, cum omni priuilegio oporteat ius proprium reformari. Prioris autē Ephesinæ synodi, cui sanctæ memoriæ Cyrillus epūs tunc præsedit, in Nestorium specialiter statuta pmaneant, ne tunc damnata impietas, *ideo sibi in aliquo blādiat, quia Eutyches iusta execratione pcellitur. Puritas em̄ fidei, atq; doctrinæ, quam eodem, quo sancti patres nostri, spū prædicamus, & Nestorianam, & Eutychianam, cum suis authoribus condemnat, pariter & persequit prauitatem. Data. v. Kalen. Iulij, Adelphio viro clarissimo consule.

alias, demum

¶ Epistola. XLVI. eiusdē, ad Anatholium episcopum.

AD declinādam erroris maculam, qua nonnullos aut Nestoriana impietas, aut Eutichiana labefactauit insania, laudabilem curam filij nostri Basilius, & Iohānes presbyteri suæ æstimationis habuerūt, vt inter pugnantia dogmata falsitatis, vera catholicæ fidei pace gauderent. Siquidem longinquo peregrinationis labore suscepto, sensum cordis sui in apostolica sede patefecere, dānantes vtrāq; hæresim, quarum supra fecimus mentionem, & de incarnatione dn̄i nostri Iesu Christi non aliud recipientes, q̄ quod, instruente sancto spū, & didicimus, & docemus. Per hos ergo, frater charissime, cum testimonio nostro ad propria reuertentes, dilectioni tuæ nostra scripta dieximus, fidenter orantes, vt qui gratia apostolicæ communionis ornan-

A ornantur, etiam tuo fauore per omnia se gaudeant adiuuari. Data. xiij. Kalendas Iulij Adelphio viro clarissimo consule.

¶ Epistola. XLVII. eiusdem ad Martianum augustum.

CRedebamus, clementiã vestrã id desiderio nostro posse præstare, vt præsenti necessitate respecta, differri ad opportunius tempus sacerdotalem synodũ iuberetis, vt vocatis de cunctis prouintijs sacerdotibus, vere posset esse vniuersale conciliũ. Sed quia vos amore catholicæ fidei congregationem nunc fieri voluistis, ne deuoto obuiare viderer arbitrio, fratrem, & coepiscopũ meũ Paschasinum de ea prouintia, quæ videtur esse securior, euocatum, qui vicem præsentiæ meę possit implere, direxi, Bonifacio fratre nostro, & compresbytero sociato, & his, quos antea miseramus, adiunctis, consortem illis fratrem quoq; meũ Iulianũ addentes epm. Quos ea moderatione vniuersa, dño auxiliante, credimus esse gesturos, vt quæcũq; in quęrelam, perturbationemq́; venerunt, ad vnitatem pacis, & fidei, compressa omi dissensione, reuocentur, nec vllum in aliquorũ cordibus sacerdotum, vel Nestorianæ, vel Eutychianæ impietatis vestigiũ relinquatur, qm̃ catholica fides, quam instruente nos spũ dei, per sanctos patres a beatis apostolis didicimus, & docemus, neutrũ subrepere permittet errorem. Si qd ergo morborũ, si quid est vulnerũ, q̃d syncera possit correctione curari, vt ad verã sanitatem reuocetur, optamus. Quæ nũc vtiq; nõ erãt dubia,
B nec cuiusquã simplicitati deinceps nocitura, si nullis se excusationibus voluerit obumbrare, cũ absolutionem peccati non obtineat, nisi vera cõfessio. Quia vero quidã de fratribus (quod sine dolore non dicimus) contra turbines falsitatis non valuere catholicã tenere constantiã, prædictum fratrẽ, & coepiscopũ meum vice mea synodo conuenit præsidere, certus, q abſq; odio, & gratia ibidem ab his, quibus hoc cõmisimus, laboret, vt cũ solius hæreticæ impietatis excidio, in omnibus ecclesiis dei veritas regnet & charitas. Data. vi. Kaleñ. Iulij, Adelphio viro clarissimo consule.

¶ Epistola. XLVIII.

LEo episcopus Martiano augusto. Sanctũ clemẽtiæ vr̃æ studiũ, quo ad reparationẽ pacis ecclesiasticæ synodũ habere voluistis, adeo libenter accepi, vt q̃uis eam fieri intra Italiam poposcissem, & aptius expectari tempus optassem, quo, scilicet, plurimi possent episcopi etiã de longinquis prouintijs euocari, mox tamen, vt mihi pietatis vestræ scripta sunt tradita, & Bonifacium de cõpresbyteris meis ab vrbe direxerim, & de epis fratrẽ meũ Paschasinũ de Sicilia fecerim nauigare, q vicem meam sufficienter implerent, datis per eosdem epistolis ad eos, qui legationem ante susceperant, vt ipsi q̃q; prædictis, ad implendas partes meæ p̃sentiæ iũgerentur. Vnde q̃uis nimis arctus dies synodo fuerit constitutus, spero tamẽ affuturũ
C omnipotẽtis auxiliũ, quo omnes valeant ad p̃finitum tempus occurrere, & vnanimiter, cum sanctæ fraternitatis assensu, quæ vniuersali ecclesiæ congruãt, definire. Compressa enim vel remota, inquietudine ac prauitate paucorũ, facile firmabitur probanda concordia, si in eã fidẽ, quam euãgelicis, & apostolicis p̃dicationibus declaratã, per antiquos patres nostros accepimus, & tenemus, omniũ corda concurrant, nulla penitus disputatione cuiusquã retractiõis admissa, ne per vanã, fallaceḿq; versutiã aut infirma videantur, aut dubia, quæ in ipso lapide angulari Chr̃o fundata sunt, & sine fine mãsura. Hoc nobis indesinẽter orãtibus, vt a sacramẽto singularis fidei nemo inueniat alienus, sed dãnata impietate hæreseos, nullũ de perditione cuiusquam catholica ecclesia sentiat detrimentũ. Quod aũt pietatẽ vestrã de his, per q̃s meas misi epistolas obsecraui, nunc q̃q; simili fiducia precor, vt vice mea acturos, cõmendatos per oĩa habere dignemini, quo facilius, ac diligentius, quæ optimo fidei vestræ ordinata sunt studio, salubri impleant effectu. Data. xiiij. Kaleñ. Augusti, Adelphio viro clarissimo cõsule.

Ephe. 2. d.

¶ Epistola. XLIX. eiusdẽ ad Pulcheriam augustã per Theosticum Magistrianum.

REligiosam clementiæ vestræ solicitudinẽ, quam catholicæ fidei indesinẽter impẽditis, p oĩa recognosco, & deo gratias ago, q tantã vniuersalis ecclesiæ curam habere vos video, vt q̃d iustitiæ, & beniuolentiæ congruere arbitror, confidenter insinuem, quo celerius, quæ, propitio Christo, pietatis vr̃æ studio irreprehensibiliter hactenus gesta sunt, ad gratulandũ producant effectũ. Quod er

go synodũ Chalcedonensem haberi clementia vestra pcepit, cum a me, vt in Italia ha beretur, mãsuetudo vestra retineat postulatũ, vt oẽs nostrarum partiũ cõuocati antistites si securitas tẽporis suppeteret, cõuenirent, adeo tamen non aspernãter accepi, vt binos de coepiscopis meis, & cõpresbyteris ordinarẽ, qui vicem meã implere sufficerẽt, etiã datis ad venerabilẽ synodũ congruentibus scriptis, qbus fraternitas aduocata cognosceret, quam formã seruare in hac dijudicatione deberet, ne vlla temeritas aut fidei regulis, aut canonũ statutis, aut benignitatis remedijs obuiaret. Sicut enĩ a principio huius causæ frequẽtissime scripsi, hanc inter discordes sensus, & carnales æmulatiões moderationẽ volui custodiri, vt integritati quidẽ fidei nihil euelli, nihil liceret apponi, ad vnitatẽ vero, paceq́ʒ redeuntibus, remediũ veniæ præstaretur. Quia tunc operum diaboli potentiæ destruunt, cũ ad dei, & proximi dilectionẽ hoĩm corda reuocant. Sed q̃ cõtraria tunc his monitis, atqʒ obseruationibus meis acta sint, multũ est explicare, nec opus est epistolari pagina cõprehendi, qd in illo Ephesino nõ iudicio, sed latrocinio potuit perpetrari. Ibi primates synodi, nec resistentibus sibi fratribus, nec cõsentientibus, perceperunt, cũ ad infringendã catholicã fidẽ, & ad execrabilẽ hæresim roborandã, alios priuilegio honoris exuerint, alios cõsortio impietatis infecerint, sæuiores profecto in eos, quos persuadẽdo, ab innocẽtia separabãt, q̃ in illos, q̃s beatos cõfessores, persequẽdo faciebãt. Veruntñ quia tales sibi maxime sua iniquitate nocuerũt, & maioribus vulneribus diligentior est adhibenda medicina, nullis vnq̃ epistolis definiui etiã talibus, si resipiscerẽt, veniã denegandã. Et q̃uis incõparabiliter inimicissimã Christianæ religioni hæresim detestemur, ipsos tñ, si corrigant, & digna se satisfactione purificẽt, ab ineffabili misericordia dei nõ iudicamus alienos, sed potius cũ gemẽtibus gemimus, cum flentibus flemus, & sic vtimur iustitia cõmotionis, vt nõ amittamus remedia charitatis. Quod, sicut pietas vestra cognoscit, nõ verbis solis promittit, sed etiã factis docet. Siquidem pene oẽs, qui in cõsensum præsidentium aut traducti fuerãt, aut coacti *resistẽdo, quod statutũ fuerat ab illis, & condẽnando q̃d scripserant, perpetuã culpæ abolitionẽ, & apostolicæ pacis gratiã sunt adepti. Si ergo clementia vestra propositum nostrum cõsiderare dignet, probabit, in eo concilio cũcta gessisse, vt sine cuiusquã aĩæ detrimẽto, hæreseos tantũ obtineretur extinctio, & ob hoc, circa authores sæuissimorum turbinum, quiddã consuetudinis minuisse, vt ad indulgentiã postulandã, cõpunctione aliqua possit eorum tarditas excitari. Qui etsi post illud iudiciũ suum tã impium, q̃ iniustũ non sunt catholicæ fraternitati ita honorabiles, vt fuerũt, suas tamen adhuc obtinent sedes, & episcopatus sui honore potiuntur, aut per veram, & necessariã satisfactionem pacem ecclesiæ recepturi, aut si hæresim (quod absit) tuebuntur, professionis suæ merito iudicandi. Data. xiij. Kalendas Augusti, Adelphio viro clarissimo consule.

Roma. 12. c

als, rescindẽdo, vel, reijciendo,

¶ Epistola Rauennij, aliorumq́ʒ episcoporum Gallorum, ad Leonẽ papam, fidei eius, quam ad Orientem direxit, laudes dicentium.

Domino vere sancto, merito in Christo beatissimo, & apostolico honore venerãdo papæ Leoni, Rauennius, Rusticus, Venerius, Constantinus, Maximus, Armẽtarius, Florus, Sauinus, Valerianus, Constãtius, Nectarius, Maximus, Asclepius, Item Maximus, Vrsus, Ingenulus, Iustus, Valerianus, Superuentus, Crisaphius, Fonteius, Petronius, Hydacius, Etherius, Eulalius, Eutychius, Fraternus, Venturus, Eugenius, Hilarius, Verus, Amandus, Gerontius, Proculeianus, Iulianus, Helladius, Armentarius, Honoratus, Hepartius, Amenius, Dinamius, Maximinus, Hyrnantius & Palladius. Perlata ad nos epistola beatitudinis vr̃æ, quã ad Orientẽ pro catholicæ fidei assertione misistis, optassemus, & statim apostolatui vestro pro tã immenso munere gratiarum actionẽ referre, nisi nobis difficultatẽ, qua in vnũ celeriter nõ potuimus conuenire, vel spacia, qbus a nobis dispalati sumus, longa terrarum, vel aurarum, quæ in regionibus nostris pter cosuetudinem fuit intẽperies, attulisset. Det ergo apostolatus vester nr̃æ veniã tarditati, quę nõ de otio aut dissimulatione, sed de certa necessitate descendit, quæq́ʒ a nobis, etsi celeritatis gratiã abstulit, exultãdi tamen materiã auferre non potuit. Exultauimus itaqʒ, Chr̃o propitio, lectis beatitudinis vestræ literis, & omni instructione patefacta, omnes, intra Gallias constitutos, exultare mox fecimus, dolentes pariter *pro his vobiscũ, qui catholicæ fidei lumine derelicto, errorum tenebras inciderũt. Quæ apostolatus vestri scripta, ita vt symbolũ fidei, quisqs

alias, de.

credem-

A redẽptionis sacramẽta non negligit,tabulis cordis*ascripsit,& tenaci,quo ad cõfundendos hæreticorũ errores paratior sit,memoriæ cõmendauit. Multi itaq; in ea gaudentes pariter & exultãtes,recognouerũt,fidei suæ sensum & ita se semper ex traditione paterna tenuisse,vt vester apostolatus exposuit,iure lætant. Nõnulli solicitiores facti,beatitudinis vræ admonitione pcepta,modis omnibus se gratulant instructos,datãq; sibi occasionẽ gaudẽt,qua libere,ac fiducialiter,suffragãte etiã apostolicæ sedis authoritate,eloquant,& asserat vnusquisq; qd credit. Quis aũt apostolatui vestro,pro hoc tãto munere,*quod non solum Gallias,sed totũ mundũ, velut quibusdã pretiosissimis gẽmis ornauit,dignas æstimet gratias posse persolui? Doctrinæ post deũ vestræ debet fidelis,vt constãter teneat,qd credebat,debet etiã infidelis,vt a perfidia sua,agnita veritate,discedat, & apostolicæ institutionis luce perfusus,erroris sui tenebras derelinquat,magisq; sequat,& credat,qd per os vestrum dñs noster Iesus Chrũs de sacramẽto incarnationis suæ docet,q id teneat,qd diabolus humanæ salutis,& veritatis inimicus stillat. Optassemus etiã ad filiũ vestrum,gloriosissimũ ac fidelissimũ principem super eandẽ causam literas dare,quibus congratulãtes fidei ipsius,humilitatis qq; nostræ solicitudinẽ,qua vos in Christo seqmur,proderemus,nisi ad nos de Orientalibus partibus nuntio perlato,fieri hoc,minime necessariũ putaremus. Meritis aũt apostolatus

ass, ascribit.

alias, quo.

B vestri pius dñs pstitit,vt hæresim,iam diu occulte nutritã, vestris tẽporibus proderet. Ad laudẽ em̃ solicitudinis vræ pertinet,qd malorũ error latere nõ potuit,ad gloriosæ fidei ædificationẽ redundat,qd praua persuasio participes aut non inuenit, aut inuentos amisit. Respiciat itaq; cõseruando apostolatũ vestrũ,misericors dñs ecclesiã suã,toto orbe diffusam. Vobis em̃ ita inuigilantibus,& hi,qui curam aïæ suæ gerũt,solicitiores in fide reddunt,& hi,qui paulo desides sunt,tanto ad solicitudinem accendunt exemplo. Quod nos ante oculos semper habentes, non desinemus deo, ac dño nostro gratias agere,& pariter supplicare,gratulantes, q tantæ sanctitatis,tantæ fidei,tãtæq; doctrinæ aplicæ sedi,vnde religionis nræ,propitio Chro,fons,& origo manauit,antistitem dederit,petentes etiam,vt datum,concessumq; munus pontificij vestri,lõgissima ad ædificationem ecclesiarũ suarũ ætate custodiat. Nos autẽ etsi impares meritis,pari tamen fide,si quid(quod absit)contra ecclesiã catholicã,prophana infestatione tentetur,parati sumus,confortãte dño, cum beatitudine vestra pro veritate fidei animas nostras ponere,& vitã hanc authori salutis nostrę, & largitori æternitatis impendere. Et alia manu. Ora pro me,dñe beatissime,merito & aplico honore venerãde papa,Rusticus eps,apostolatũ tuũ in dño venerãs saluto, &,vt digneris pro me orare,supplex rogo. Venerius,te dñm in Christo meum,reuerẽtissime saluto,&, vt digneris pro me
C orare,supplex rogo,Constantinus episcopus,beatitudinem vestram saluto. Similiter & omnes episcopi suprascripti salutauerunt.

¶Epistola .L. eiusdẽ ad oẽs episcopos Galliarũ de dãnatione hæreticorũ.

¶Herculano & Asporatio cõsulibus, circa annum dñi,teste Cassiodoro. cccclіij. secundũ Marianũ Scotũ,ad veritatẽ euãgelij. cccclxxiij. iuxta vero Dionysii cyclum ccccli. q fuit põtificatus Leonis papę. xiij. scripta ẽ hæc epl'a,similiter & tres sequẽtes.

LEo Rauẽnio,Rustico,Venerio,Cõstantino,Maximo,Armẽtario, Floro,Sauino,Valeriano,Cõstantio,Asclepio,Nectario,Maximo,Vrso,Ingenulo,Iusto,Valeriano,Sũpuẽto,Crisaphio,Fõteio,Petronio,Hydacio,Etherio,Eulalio,Eutychio,Fraterno,Vẽturo,Eugenio,Hilario, Vero, Amãdo, Gerõtio, Proculeiano,Iuliano,Helladio,Armentario, Honorato, Hepartio, Amenio, Dinamio,Maximinio,Hyrnãtio,& Palladio epis per Gallias cõstitutis. Optassemus quidem,fraternitatis vræ literas,eo tpe quo promiseratis,accipere,vt profecturis ad Oriẽtem fratribus nostris,qs ad sanctam synodũ,vice nostra pro catholicæ fidei defensione direximus,etiã vestræ sentẽtiæ professio iungeret. Sed cum multa obstacula inopinatam nobis intulerint tarditatẽ,quãlibet seras,& diu expectatas epistolas per fratrem, & coepiscopũ nostrum Ingenulum gratanter accepimus,easq; cum gaudio recẽsentes probauimus,sicut confidebamus,eruditione spũs sancti cœlestẽ in vobis vigere doctrinã,quã in Orientalibus ecclesiis versutia hostis antiqui,per eos,qs sequaces suos re-

perit, falsitasq; fatigare conata ē, cū catholica fides, quæ nulla sui est parte mutabilis, p D ipsas aduersantiū exercitatiōes & validior efficiat semper, & clarior, operāte hæc gratia dei, vt si qui forte, ad hæc subtilia inimici iacula declināda, minus erant instructi, minusq; soliciti, pceptis veritatis armis, fierent cōtra impiorū mendacia fortiores. Quod ergo, sicut causa poscebat, fiduciā nostrā, quā de vobis habemus in dño, fideliter, atq; obedienter auxistis, multa exultatione gaudemus. Et merito nos cognoscimus, fratribus, & coepis nostris Orientalibus intimasse, q secundum euangelicā & apostolicā traditionem de incarnatione dñi nostri Iesu Christi, vna esset omnium nostrum, & indiscreta confessio, neq; vllis eorū disputationibus detineri, vt aliter aliquid de summi, & salutiferi sacramenti veritate sapiamus, & ex pdicatione sanctorū patrum, & ex authoritate incōmutabilis symboli didicimus, & docemus, dānatis ab vniuersali ecclesia, & nunc Eutyche, & antea Nestorio. Quorū si quis, nō ferendis impietatibus, inhærere delegerit, ipse se a corpore Christianæ vnitatis abscidit. Nō eñ vltra iam cuiquā excusationis refugiū, de ignorantia, & inscientia, vel de intelligentiæ difficultate concedit, cum hoc ipso sexcentorū fere fratrum, coepiscoporūq; nostrorū synodus cōgregata, nullā artē ratiocinandi, nullum eloquium differendi contra fundamētum fidei inspirare permiserit, qm̄ adnitentibus per auxiliū gratiæ dei fratribus, vicarijs nostris, quorū plenissima extitit in omī actione deuotio, non solum sacerdotibus Christi, sed etiā principibus, & E potestatibus Chrīanis, cunctisq; clericis, plebibus, ordinibus plenæ, atq; euidēter apparuit, hanc esse vere apostolicā fidem, ex diuinæ pietatis fonte manātem, quam syncecram, & ab omī fæcæ totius erroris alienam (sicut accepimus) prædicamus, &, vniuerso iam mundo consentiente, defendimus, extinctis toto orbe dogmatibus, quæ vel pcedens hæreticus ausus est inferre, vel subsequens, dissimili quidē cōmento, sed impietate cōpari. Nam sicut Nestorius non ē toleratus, affirmās beatā Mariam hominis tantummodo fuisse genitricē, qui postmodū fit a verbo deitatis susceptus, duabus scilicet naturis ex personis distinctis, vt neq; ipse esset filius hominis, qui filius dei, neque vnus Chrūs in vtraq; natura, sed alter sempiternus ex patre, alter tēporalis ex matre, cū euāgelica authoritas ita verbum pdicet, carnē factū, vt nō duos Christos, nec duos filios, sed in vno dño Iesu Chro, & dei, & hominis nobis insinuet veritatē, vt vtriusq; substātiæ, id ē, saluātis, atq; saluatæ, nec proprietas possit confundi, nec persona geminari. Sicut ergo Nestorius in suo dogmate execrabilis, sic & Eutyches, damnatū olim sectatus errorē, alia prophanitate blasphemās, a catholicæ soliditatis cōpage resecatus ē, qa indoctis quibusdā, nimiūq; simplicibus persuadere tentauit, q̄d verbum dei ita caro sit factum, vt verā carnem de ventre virginis nō sumpserit, nec nostri illum generis corpus habuisse, sed diuinitatis eius, & carnis vna esset natura, vt vnum dñm nostrum Iesum, & falsum hominem, & deum diceret esse passibilem. Quod nec pietas fidei, nec ratio recipit sacramenti, vt aut in sua natura passibilis fuerit deitas, aut in susceptione humana mentita sit veritas. Quæ diabolicorū sensuum prodigiosa commenta, sancta nūc synodus (humilitatis nostræ scriptis, authoritate dñi mei beatissimi Petri apostoli, & merito roboratis) religiosa vnanimitate consentiens abominando, ab ecclesia dei amputauit, Dioscorū quoq; Alexandrinum, in sua impietate manentē, ne illa ecclesia, quę inter ipsa euangelij principia beatum Marcum beatissimi Petri apostoli discipulum, in omnibus vtiq; doctrinis, sui doctoris magisterio consonantē habuit fundatorē, quæq; postea recentioribus a nostra ætate temporibus Athanasium, Theophilū, & proximę Cyrillum probatissimos præsules habuit, indignā captiuitatem sub hæretici dominatione pateretur. Vnde secundum magnā misericordiā dei vniuersos diaboli conatus, quibus ecclesiā dñi conturbare molitus ē, noueritis esse destructos. Reddite igitur deo gratias, fratres charissimi, & dignam gratiarum actionē, & oret nobiscum vestra dilectio, vt, fratres nostros, quos expectatio nostra desiderat, incolumes q̄ primū redijsse, lætemur, & de omnibus, quæ, dño adiuuāte, sunt gesta, plenius vos possimus instruere. Nam fratrē Ingenulum nolumus hac expectatiōe tardari, cum ob hoc ipsum properatius remeare debuerit, ne diutius vobis esset incognita omnium materia gaudiorum, quæ volumus per curam dilectionis vestræ etiam ad fratres nostros Hispaniæ episcopos peruenire, vt quod deus operatus est, nulli esse possit incognitum. Data Kalendas Februarij, Herculano viro clarissimo consule.

Iohan. 1. b.

F

¶ Euse-

A ¶ Eusebij Mediolaneñ. epi, epistola ad Leonẽ papã, per quã fidei eius, quam ad Orientem direxerat, assertioni cum alijs episcopis consentiẽtibus subscripsit.

Domino sancto, & beatissimo patri Leoni Eusebius Mediolaneñ. eps. Reuersis, dño annuente, fratribus nostris, quos ad Orientẽ fidei causa solicite prouida beatitudo vestra direxerat, decursisq; literis, quas per eos tua sanctitas destinauit, omni exultatione in Chro releuatus sum, quod effectũ cõmissæ sibi legationis eosdẽ reportasse, vestra pagina designauit. Nec mirũ, qd dñs noster Iesus Chrũs catholicæ fidei, quã tenemus, maiestatis suæ gratiã, custodiãq; præstiterit, quãdo vos veros cultus sui assertores, in apli sui sede præsules collocauit, q & recta sentire de incarnatiõis dñicæ sacramẽto, & eadẽ potestis recte custodire. Admonitis ergo fratribus, & coepis meis, habitoq; cõuentu, vestrarũ formã tenuimus literarũ. Nam cẽsens epistolã beatitudinis vřæ, in sacerdotũ dñi cõcilio, quã sanctus frater, & coepus noster, Abundãtius, & cõpresbyter meus Senatus, detulerãt, agnitaq; eorũ narratiõe, sicut scripta vřa signauerãt, rerũ gestarũ ordine cõtinuo requisita est, recitataq; epistola, quã fidei assertione plene digestã, ad Orientẽ dudũ sanctitas vestra trãsmiserat, q̃ ad nos, ex vestra admonitione, sancto fratre & coepo nostro, Ceretio mutuãte puenit, claruit, eam plenã fidei simplicitate fulgere, prophetarũ etiã assertionibus, euangelicis authoritatibus, & aplicæ doctrinæ testimonijs, nitore quodã lucis, ad veritatis splendorem radiare, oĩbusq; sensibus cõuenire, q̃s beatus Ambrosius, de incarnatiõis dñicæ mysterio, suis libris, sancto spũ excitatus inseruit. Et qa oĩa maiorũ fidei, nobis antiqtus traditæ, tota puritate cõueniunt, dñe sancte, & beatissime pater, placuit oĩbus, q̃rũ subscriptio subter annexa noĩa poterit declarare, vt eos, q impie de incarnatiõis dñicæ sacramẽto sentiũt, q̃uis intellectus sui prauitate, a catholicæ fidei veritate recedẽtes, seipsos dignos abiectiõe fecerint, suo etiã cõsensu, authoritatis vřæ pcedente sententia, dãnatione cõgrua psequẽdos. Literarũ ergo vestrarũ formã secuti, modũ pscriptæ ordinatiõis nos seruasse, his, per fratrẽ, & coepm meũ Cyriacũ, missis, ostẽdimus, superesse, vt, annuẽte dño, ppetuæ retinentes, hoc futuris memorabile seculis relinquatis, vt ab hoc tpe pſenti, extincta impiæ sectæ cõtumacia videatur, vt nouis purgatiõibus, in æternũ prostrata succũberet. Et alia manu. Incolumẽ beatitudinẽ tuã summa diuinitas adornet atq; custodiat, dñe sancte & beatissime pater. Eusebius eps ecclesiæ Mediolaneñ. in oĩa supradicta cõsensi & subscripsi, anathema dicẽs his, q de incarnatiõis dñicę sacramẽto impia senserũt. Ego Fauẽtius eps Regieñ. ecclesiæ in oĩa suprascripta cõsensi, & subscripsi, anat. dicẽs his, q de incar. dñicæ sac. impia senserũt. Ego Maioranus eps ecclíæ Placẽtinæ, in oĩa supras. cons. & subs. anat. dicens his, q de incar. dñicæ sac. im. sens. Ego Cyprianus eps ecclíæ Brixilleñ. in oĩa supras. cõs. & subs. anat. dic. his q de incar. do. sac. imp. sens. Ego Quintinus eps ec. *Dertoneñ. in oĩa subs. cõs. & subs. anat. dicẽs his, q de incar. do. sac. imp. senserũt. Ego Crispinus eps ecclíę Ticineñ. in oĩa supras. cõs. & subs. anat. dicẽs his, q de incar. do. sac. imp. sens. Ego Maximus eps ecclíæ Taurinatis, in oĩa supras. cons. & subs. anat. dicẽs his, q de incar. do. sac. imp. sens. Ego Floreius pbr̃, iussus a pſente sancto Eulogio epo meo ecclíę Iporieñ. qa ipe propter infirmitatẽ subscribere nõ potuit, in oĩa supras. cõs. & subs. anat. d. his, q de incar. sacr. imp. sens. Ego *Gradus pbr̃ directus ab epo *Eustasio ec. Augustanæ, vice ipsius in oĩa supras. cõs. & subs. anat. dicens his, q de incar. do. sac. impia senserũt. Ego Cyriacus eps ecclíæ Laudeñ. in oĩa supras. cõs. & subs. anat. dicẽs his, qui de incar. do. sac. imp. sens. Ego Abundãtius eps ecclíæ Comeñ. in oĩa supras. p me ac pro absente sancto fratre meo Asimone epo ecclesiæ Curieñ. primæ *Reaticæ subscripsi anat. dicẽs his, q de incar. do. sac. imp. senserũt. Ego Paschasius eps ecclesię Genueñ. in oĩa supras. cõs. & subs. anat. dicẽs his, qui de incar. do. sac. imp. sens. Ego Pastor eps ecclíæ Astẽsis, in oĩa supras. cõs. & subs. anat. dicẽs his, q de incar. do. sacro imp. sens. Ego Simplicius eps ecclíæ Nouarieñ. in oĩa supras. cons. & subs. anat. dicẽs his, q de incar. do. sac. imp. sens. Ego Iohãnes eps ecclíæ Cremoneñ. in oĩa suprasc. cõs. & subs. anat. dicens his, q de incar. do. sac. imp. sens. Ego Octauianus eps ecclíæ Brixianæ, in oĩa supras. cõs. & subs. anat. dicẽs his, q de incar. do. sac. imp. sens. Ego Iustianus eps ecclesiæ Vercelleñ. in oĩa supras. cõs. & sub. anat. dicẽs his, q de incarna-

[Marginal notes: als, Terdonẽsis. — als, Gerard9. — als, Euthasio. — als, Rethiæ]

incar. dom. sac. impia senserunt. Ego Quintius eps ecclesiæ Albingaunen. in oia suprasc. consensi & subs. anat. dicēs his, q de incarna. dñicæ sacramēto impia senserunt. D

Ego Præstātius episcopus ecclesiæ Bergomatis, in oia suprascripta cōsensi & subscripsi, anathema dicēs his, q de incarnatiōis dñicæ sacramento impia senserunt.

¶ Epla. LI. eiusdē ad Anatholiū Constantinopolitanū epm, vbi in primis de fide in Chalcedonen. concilio laudat. Deinde arguit, φ cōtra Nicænā synodū Alexandrinā atq; Antiochenā ecclesias sibi subdere voluisset.

MAnifestato, sicut optauimus, per gratiā dei lumine euāgelicæ veritatis, & ab vniuersali ecclesia pnitiosissimi erroris nocte depulsa, ineffabiliter gaudemus in dño, φ credite nobis dispēsationis labor ad desideratū peruenit effectum, sicut etiā epistolæ tuę textus eloquit, vt secundū apostolicā doctrinā, idipm dicamus oēs, & non sint in nobis schismata. Simus aūt perfecti in eodē sensu, & in eadem sententia. In cuius operis deuotione, gratulamur dilectionē tuā esse consorte, vt & corrigēdis tua prodesset industria, & ab omi te deuiantiū participatione, & factione purgares. Decessore em tuo beatæ memoriæ Flauiano, propter defensionē catholic veritatis eiecto, nō immerito credebatur, qd ordinatores tui, cōtra sancto canonū cōstituta, viderent sui similē cōsecrasse. Sed affuit misericordia dei, in hoc te dirigens atq; cōfirmās, vt malis principijs bene vtereris, & nō te iudicio hoim, sed dei prouectū benignitate mōstrares. Quod vere ita accipiendū est, si hāc diuini muneris gratiā alia offensione nō perdas. Viro etiā catholicū, & pcipue dñi sacerdotē, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari. Dicēte quippe scriptura sancta, post cōcupiscētias tuas nō eas, & a volūtate tua vetare, multis mūdi huius illecebris, multis vanitatibus, resistēdū est, vt veræ cōtinētiæ obtineat integritas, cuius prima est labes supbia, initiū trāsgressionis, & origo peccati. Qm mēs potētiæ auida, nec abstinere nouit a vetitis, nec gaudere cōcessis, dū inordinato, prauoq; *processu, impunitate transgressionum augent excessus, & crebrescūt culpæ, q toleratæ sunt studio fidei reparādæ, & amore cōcordiæ. Post illa itaq; ordinatiōis tuæ nō inculpata principia, post cōsecrationem Antiocheni epi, quam tibimet cōtra canonicā regulā vēdicasti, doleo etiā in hoc dilectionē tuā esse prolapsam, vt sacratissimas Nicænorum canonū cōstitutiones conareris infringere, tanq opportune se tibi hoc tps obtulerit, q secūdi honoris priuilegium sedes Alexandrina pdiderit, & Antiochena ecclesia proprietatē tertiæ dignitatis amiserit, vt, his locis iuri tuo subditis, oēs Metropolitani epi proprio honore priuent. Quibus inauditis, & nunq ante tentatis, ita pueniris excessibus, vt sanctā synodū, ad extinguendā solū hæresim, & cōfirmationē fidei catholicæ studio Christianissimi principis cōgregatā, in occasionē ambitus trahas, & vt cōniuētiā suā tibi dedat impellas, tanq refutari nequeat, qd illicite voluerit multitudo, & illa Nicænorum canonū, per sanctum vere spm ordinata cōditio in aliqua vnquā sit parte solubilis. Nulla sibimet de multiplicatione cōgregationis synodalia cōcilia blādiant, neq; trecētis illis decē, atq; octo copiosior numerus sacerdotū, cōparare se audeat, vel pferre, cū tāto diuinitus priuilegio Nicæna sit synodus cōsecrata, vt siue p pauciores, siue p plures ecclesiastica iudicia celebrētur, omi penitus authoritate sit vacuū, quicqd ab illorum fuerit cōstitutiōe diuersum. Nimis ergo hæc improba, nimis sunt praua, q sacratissimis canonibus inueniunt esse cōtraria. In totius ecclesiæ pturbationē superba hæc tēdit elatio, q ita abuti voluit cōcilio synodali, vt fratres in fidei tantūmodo negotiū cōuocatos, & definitione eius causæ, quæ erat curāda, perfunctos, ad cōsentiēdū sibi, aut deprauādo traduceret, aut terrendo cōpelleret. Inde em fratres nostri, ab aplica sede directi, q vice mea synodo psidebāt, probabiliter atq; constāter illicitis ausibus obstiterūt, aperte reclamātes, ne contra instituta Nicænæ synodi, psumptio reprobæ nouitatis assurgeret. Nac pōt de eorum contradictione dubitari, de qbus in epistola tua etiā ipse conquereris, φ conatibus tuis voluerint obuiare. In quo eos quidē multū mihi, hæc scribēdo, cōmendas, sed temetipsum, qd eis parere nolueris, dū illicita moliris, accusas, superflue nō concedēda appetens, & insalubriter cōtraria cōcupiscēs, q nullū vnquā potuerūt nostrū obtinere consensum. Absit em a cōsciētia mea, vt tā praua cupiditas meis studijs adiuuet, ac nō potius & meo, & oīm, q nō alta sapiūt, sed humilibus cōsentiūt, *opere subruatur. Sancti illi, & venerabiles patres, q in vrbe Nicæna, sacrilego Arrio cū sua impietate dānato, mansu

1. Cor. 1. b

Eccl. 18. d

al's, progressu

Nicæni cōcilij. 6. & 7. capitulis

Roma. 12. d. alias, ope.

E

F

A mansuras vsq; in finē mūdi leges ecclesiasticorū canonū cōdiderūt, & apud nos in toto orbe terrarū in suis cōstitutionibus viuunt, & si quid vsquā aliter, q̄ illi statuerūt, p̄sumitur, sine cunctatione cassatur, vt quæ ad perpetuā vtilitatē generaliter instituta sunt, nulla cōmutatione varient, nec ad priuatū trahant cōmodū, q̄ ad bonū sunt cōmune præfixa. Et manētibus terminis, quos cōstituerūt patres, nemo in ius tendat alienū. Sed intra fines proprios atq; legitimos, prout qs valuerit, in latitudine se charitatis exerceat, cuius satis vberes fructus Cōstantinopolitanus potest antistes acquirere, si magis humilitatis virtute nitat, q̄ si spū ambitionis infletur. Noli, frater, altū sapere, sed time, & Christianissimorū principū p̄ijssimas aures improbis petitionibus inquietare desiste, quibus, certū habeo, modestia te magis, q̄ elatione placiturū. Persuasioni em̄ tuæ in nullo penitus suffragat, quorundā epōrū ante sexaginta (vt iactas) annos facta subscriptio, cū quadam a p̄decessoribus tuis ad apostolicæ sedis transmissa notitia, cui ab initio sui caducę, dudumq; collapsæ sera nunc & inutilia subijcere fomēta voluisti, eliciendo a fratribus speciē cōsensionis, quā tibi in suā iniuriā, verecundia fatigata p̄beret. Memēto, qd dn̄s ei, qui vnū de pusillis scandalizauerit, cōminat, & sapiēter intellige, quale sit iudiciū dei subiturus, q tot ecclesijs, tot sacerdotibus scandalū inferre nō metuit. Fateor em̄, ita me dilectione vniuersæ fraternitatis obstringi, vt nemini prorsus in his, q̄ contra se poscit,

B assentiam, possisq; euidenter agnoscere, me dilectioni tuæ beniuolo animo cōtraire, vt saniore cōsilio ab vniuersalis te ecclesiæ perturbatione cōtineas. Non cōuellantur prouincialiū iura primatuū, nec priuilegijs antiquitus institutis metropolitani antistites fraudentur. Nihil Alexandrinæ sedi eius, quā per sanctū Marcū euangelistam beati Petri discipulū meruit, pereat dignitatis, nec Dioscoro in impietatis suæ pertinacia corruente, splendor tantæ ecclesiæ tenebris obscuret alienis. Antiochæna quoq; ecclesia, in qua primū p̄dicante ap̄lo Petro, Christianū nomen exortū est, in paternæ cōstitutionis ordine perseueret, & in gradu tertio collocata, nunquā se fiat inferior. Aliud em̄ sunt sedes, aliud p̄sidentes. Et magnus vnicuiq; honor est integritas sua. Quæ cū in quibuslibet locis propria ornamēta nō perdat, quāto magis in Constantinopolitanæ vrbis magnificētia potest esse gloriosa, si per obseruantiā tuā & defensionē, paterni canones & exemplū probitatis multi habeant sacerdotes? Hæc tibi scribēs, frater in dn̄o, hortor ac moneo, vt deposito ambitionis desiderio, spū potius ferueas charitatis, eius quoq; virtutibus, secundū doctrinā apostolicā, proficienter orneris. Est em̄ patiens & benigna, & nō æmulat, nō agit perperā, nō inflatur, nō est ambitiosa, nō quærit q̄ sua sunt. Vnde si charitas nō quærit propria, quantū peccat, qui cōcupiscit aliena? A quibus, volo, vt te

C prorsus abstineas, memorq; sis eius sentētiæ, q̄ dicit: Tene, quod tenes, ne alius accipiat coronā tuā. Nā si inconcessa quæsieris, ipse te tuo opere, atq; iudicio vniuersalis ecclesiæ pace priuabis. Frater aūt & coepiscopus noster Lucianus, & filius noster Basilius diaconus, quantū in ipsis fuit, studiose his, q̄ eis iniunxeras, affuere. Sed actioni eorū iustitia negauit effectū. Data. xi. Kalend. Iunij, Herculano viro clarissimo consule.

25. q. 1. Quæ ad p̄petuam

Roma. 11. c

Matth 18. b & Marc. 9. f

Roma. 12. c 1. Cor. 13. b

Apoca. 3. e

¶ Ep̄la. LII. eiusdē, ad Martianū augustū, vbi de eius gratulaī fide, q̄ in Chalcedon. cōcilio gesta est. Et de Anatholio Cōstātinopolitano ep̄o, q in eodē cōcilio Alexandrinā & Antiochænā ecclesias cōtra cōstituta p ambitū sibi voluit subiugare.

MAgno munere misericordiæ dei, toti⁹ ecclesiæ catholicæ multiplicata sunt gaudia, cū sancto & glorioso clemētiæ vr̄æ studio p̄nitiosissim⁹ error extinctus ē, vt labor nr̄ citius ad desideratū perueniret effectū, quē deo seruiens principatus vr̄, & fide & p̄tāte iuuisset. Quia etsi in virtute spūs sancti, inter quaslibet dissensiōes p sedis ap̄licæ famulatū euāgelij erat defendēda libertas, manifestior tn̄ apparuit gratia dei, q̄ præstitit mundo, vt in victoria veritatis, authores tantum violare fidei deperirent, & sua integritas ecclesiæ redderetur. Bellū igitur, quod noster inimicus excitauerat adeo feliciter, dextera dn̄i pugnante, confractum est, vt triūphante Christo, omnium sacerdotū esset vna victoria, & coruscante lumine veritatis, erroris tenebræ cū suis assertoribus pellerētur. Nam sicut, in ipsa dn̄i resurrectione credenda, ad corroborāda initia fidei, multū securitatis accessit, q̄d quidā apostoli de corporea domini Iesu Chr̄i veritate dubitauere, & visu atq; cōtactu fixuras clauorum, & vulnus lanceæ perscrutando, ambiguitatem cunctis, dum ambigunt, abstulerunt, ita nunc quoq; quum aliquorum infidelitas confutatur, omnium hæsitantium corda firmata sunt,

& profecit vniuersis ad illuminationẽ, quod q̃busdã intulit cæcitatẽ. In quo opẽ digne D & iuste exultat vestra clementia, quæ fideliter, propriéq; prospexit, vt Orientalibus ecclesiis, diabolicæ insidiæ non nocerent, sed ad propitiandum deum efficaciora vbiq; offerrent holocausta, quãdo per mediatorem dei, & hominum hominem Chr̃m Iesum eadem cõfessio plebium, eadem sacerdotum, eadem eẽt & regũ, gloriosissime fili, & clemẽtissime Auguste. His aũt, propter quæ tãta facta est cõgregatio sacerdotum, bono, & optabili fine compositis, miror, & doleo, q̃ pacẽ vniuersalis ecclesiæ, diuinitus reformatã, ambitiõis rursus spũs inq̃etat. Quãuis em̃ necessarie sibi frater meus Anatholius cõsuluisse videat, vt ordinatorũ suorũ errorẽ deserẽs, in assensum catholicæ fidei salubri correctiõe trãsiret, custodire tñ debuit, vt quod vestro beneficio noscit cõsecutus, nullius * prauitatis cupiditate turbaret. Nos em̃ vestræ fidei, & interuẽtionis habẽtes intuitum, cum secũdum suæ cõsecratiõis authores eius initia turbarẽt, benigniores circa ipm q̃ iustiores eẽ voluimus, quo perturbatiões omẽs, quæ operãte diabolo fuerãt excitatæ, adhibitis remediis, leniremus, quæ illum modestũ magis, q̃ immoderatũ facere debuere. Qui etiã si præcipuis meritis, optimóq; iudicio legitime fuisset, ac solẽniter ordinatus, cõtra reuerentiã tñ canonum paternorũ, cõtra sancti spũs instituta, cõtra antiquitatis exempla, nullis posset suffragiis adiuuari. Apud Chrianum, & vere religiosum, veréq; orthodoxum principẽ, loquor, multum Anatholius eps proprio detrahit merito, E si illicito crescere optat augmẽto. Habeat, sicut optamus, Cõstãtinopolitana ciuitas gloriam suã, ac protegẽte dextera dei, diuturno clemẽtiæ vestræ fruat imperio. Alia tñ ratio est rerum secularium, alia diuinarũ, nec præter illam petram, quã dñs in fundamẽto posuit, stabilis erit vlla cõstructio. Propria pdit, q indebita concupiscit. Satis sit, q̃ prædicto vestræ pietatis auxilio, & mei fauoris assensu, episcopatum tantæ vrbis obtinuit. Non dedignet regiã ciuitatem, quã apostolicã non potest facere sedem, nec vllo speret modo, q̃ per aliorum possit offensiones augeri. Priuilegia em̃ ecclesiarũ, sanctorũ patrum canonibus instituta, & venerabilis Nicænæ synodi fixa decretis, nulla possunt improbitate cõuelli, nulla nouitate mutari. In q̃ ope, auxiliãte Chr̃o, fideliter exequẽdo, necesse est, me perseuerãtem exhibere famulatũ, qm̃ dispensatio mihi credita est, & ad meum tendit reatum, si paternarũ regulæ sanctionum, quæ in synodo Nicena ac totius ecclesiæ regimen, spũ dei instruente, sunt conditæ, me (quod absit) cõniuẽte, violent, & maior sit apud me vnius fratris voluntas, q̃ vniuersæ domus dñi communis vtilitas. Et ideo sciens gloriosam clementiã vestrã ecclesiasticæ studere cõcordiæ, & his, quæ pacifice cõgruunt vnitati, piissimũ præstare cõsensum, precor, & sedula suggestione vos obsecro, vt ausus improbos, vnitati Chrianæ, pacíq; cõtrarios, ab om̃i pietatis vestræ abdicetis assensu, & fratris mei Anatholii, nocituram ipsi (si perstiterit) cupiditatem, salubriter comprimatis, ne ea, quæ vestræ gloriæ, atq; tpibus inimica sunt, cupiẽs, maior F suis velit eẽ prioribus, liberũq; illi sit quãtis potuerit splẽdere virtutibus, quarũ non aliter particeps erit, nisi charitate magis voluerit ornari, q̃ ambitione distendi. Hanc aũt improbi desiderii cõceptionẽ, nunq̃ debuit intra cordis sui recipere secretũ, sed cũ illi frẽs & coẽpi mei, q vice mea aderant, obuiarẽt, ab illicito appetitu, eorũ saltẽ salubri cõtradictione cessasset. Nam & vestræ pietatis apices, & ipsius scripta declarãt, legatos sedis apostolicæ (sicut oportuit) cõtradictione iustissima restitisse, vt inexcusabilior esset præsumptio, quæ se nec increpata * cohiberet. Vnde qa cõuenit fidei vestræ, vel gloriæ, vt sicut hęresis, deo p vos agẽte, destructa est, ita etiã om̃is ambitus retundat. Agite, quod & Chrianæ est probitatis, & regiæ, vt prædictus epũs pareat patribus, cõsulat paci, neq; sibi æstimet licuisse, q̃ Antiochenum sine vllo exemplo, cõtra statuta canonũ, epm ordinare p̃sumpsit, quod amore reparandæ fidei, & pacis studio retractare cessauimus. Abstineat ergo ab ecclesiasticarũ iniuria regularũ, & illicitos declinet excessus, ne se ab vniuersali ecclesia, dum inimica paci tentat, abscindat. Quem opto magis, irreprehensibiliter agentẽ, diligere, q̃ in hac p̃sumptione, quæ illum ab omnibus poterit separare, pdurare. Frater autem, & coepũs meus Lucianus, qui cum filio meo Basilio diacono clementiæ vestræ ad me scripta portauit, omni deuotione partem susceptæ legationis impleuit, q non est æstimandus negotio defuisse, quem potius causa deseruit. Data. XI. Kalendas Iunii, Herculano viro clarissimo consule.

als, cupiditatis prauitate.

Matth. 16. c 25. q. 2. Priuilegia eccl̃iarũ & ibidem ca. Priuilegia ecclesiarum.

als, coerceret

¶ Eiusdem. LIII. eplã ad Pulcheriam Augustã de ambitu Anatholii.

Leo eps

A LEo epus Pulcheriæ augustæ. Sanctis & deo placitis clementiæ vestræ studijs, defensam contra hæreticos catholicã fidem, & vniuersæ ecclesiæ redditam pacẽ, ineffabiliter cũ vestra pietate gaudemus, gratias agentes misericordiæ omnipotẽtis dei, ꝙ exceptis his, qui magis dilexerũt tenebras, q̃ lucem, neminem passus est euãgelica veritate fraudari, vt absterſa erroris caligine, in omniũ cordibus puriſſimũ lumẽ oriretur, nec de infirmis quorundã animis, tenebroſus ille exultaret inimicus, quem non solum hi, qui illæsi steterant, sed etiam, quos fecerat nutare, superauerunt, vt errore abolito, per totum mũdum fides vera regnaret, & omnis lingua confiteatur, quoniam dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Confirmato autem in vnitate euãgelij vniuerso mundo, & in eodem spũ sensus directis cordibus omnium sacerdotum, optimũ fuerat, supra illa, propter quæ sancta est synodus congregata, & quæ, secundum pietatis vestræ studium, probabili sunt fine conclusa, nihil quod tanto bono contrariũ esset, inferri, nec per occasionẽ episcopalis concilij, id in cõmune appeti, quod non licuit cõcupisci. Frater em̃ & coepiscopus meus Anatholius, parum considerauit, quanto pietatis vestræ beneficio, & mei fauoris assensu Constantinopolitanæ ecclesiæ sacerdotiũ fuerit consequutus, & non tam de adeptis gauisus, q̃ de immodicis appetendis supra mensurã sui honoris * abscessus est, credens huic tam intemperãti cupiditati posse prodesse, quod ei quorundam cõsensum ꝓbuisse dicitur extorta subscriptio, quũ tam destruendis mox conatibus cõtradictio fratrũ & coepiscoporum meoꝝ vicẽ meam agentiũ, fideliter & laudabiliter obuiaret. Quoniam cõtra statuta paternoꝝ canonũ, quæ ante longiſſimæ ætatis annos in vrbe Nicæna spũalibus sunt fundata decretis, nihil cuiq; addere cõceditur, ita, vt si quis diuersum aliquid decernere velit, se potius minuat, q̃ illa corrumpat, q̃ si (vt oportet) a cunctis pontificibus intemerata seruentur, per vniuersas ecclesias tranquilla erit pax, & firma cõcordia, nullæ de mensuris haꝝ dissensiones, nullæ de ordinationibus lites, nullæ de priuilegijs ambiguitates, nulla erunt de alieni vsurpatione certamina, sed ea, quæ iure charitatis rationabilis est, & moꝝ & officioꝝ seruabitur vnanimitas. Et ille vere erit magnus, q fuerit totius ambitionis alienus, dicente dño: Quicunq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. Et quicunq; voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Sicut filius hoĩs non venit ministrari, sed ministrare. Et tñ hæc illis tunc insinuabantur, qui de pusillo volebant crescere, & de infimis ad summa transire. Cõstãtinopolitanæ vero ꝓsuli ecclesiæ (q a amplius, q̃ assequutus est, concupiscit) quid illi satisfaciet, si tantæ vrbis magnificentia, & claritudo nõ sufficit? Superbũ nimis est & immoderatũ, vltra fines proprios tendere, & antiquitate calcata alienũ ius velle ꝑripere, atq;, vt vnius crescat dignitas, tot metropolitanoꝝ impugnare primatus, quietisq; prouincijs, & olim sanctæ synodi Nicænæ moderatione dispositis, bellũ nouæ perturbationis inferre, atq;, vt venerabiliũ patrũ decreta soluantur, quorundam epoꝝ proferre cõsensum, cui tot annoꝝ series negauit effectũ. Nam sexagesimus fere annus huius iactantiæ esse iactatur, qua se ꝓdictus epũs æstimat adiuuari, frustra cupiens id sibi prodesse, quod etiã si quisquam ausus est velle, nullus tamen potuit obtinere. Agnoscat, cui successit viro, & repulso omni spũ elationis, Flauiani modestiã, Flauiani humilitatẽ, quæ illum vsq; ad cõfessoris gloriã prouexit, imitetur. Cuius si velit splendere virtutibus, laudabilis erit, & in omni loco plurimũ dilectionis acquiret, nõ ambiendo humana, sed promerendo diuina. *Hanc autem obseruantiam eum quæq; illi animum spondet copulandum, & apostolicæ sedis dilectionem, quã Constantinopolitanæ ecclesiæ semper impendimus, nulla mobilitate violandã. Quia si interdum immoderati ꝓsules aliquas incidunt culpas, ecclesiaꝝ tamen Christi integra gr̃a perseuerat. Consensiones vero eporum, sanctoꝝ canonum apud Nicænam conditoꝝ regulis repugnantes, vnita nobiscum vestræ fidei pietate, in irritum mittimus, & per authoritatẽ beati Petri apostoli, generali prorsus definitione cassamus, In omnibus ecclesiasticis his legibus obsequentes, quas ad pacificationẽ omniũ sacerdotum, per trecẽtos decẽ & octo antistites spũs sanctus instituit, ita vt etiã, si multo plures alij, q̃ illi statuere, decernerẽt, in nulla reuerentia sit habẽdum, quicquid fuerit a ꝓdictorum cõstitutione diuersum. Prolixitatem itaq; epistolæ meæ, qua necesse habui explicare, quid sentiam, rogo vt per fratrem & coepiscopum meum Lucianum, qui (quantum in ipso est) solicitudinem susceptæ legationis est fideliter exequutus, & per

Marginalia: Iohãn. 3.c (line 4); Philip. 2.b (line 10); al's, accensus (line 16); B (line 18); Matth. 20.d & Marc. 10.g (lines 28–29); C (line 35); al's, Hæc autẽ obseruantia vniuscuiusq; (lines 44–46)

& per filium meũ Basiliũ diaconẽ, pietas vestra dignãter accipiat. Et qa moris vestri est pro pace, & vnitate ecclesiæ laborare, frẽm meum Anatholium epm ex vestra insinuatione dilectum, salubriter in his, quę ipsi profutura sunt, cõtinete, vt gloria clemẽtiæ vestræ, sicut magnificat de fide reparata, ita prædicet de ambitione compressa. Data. XI. Kalẽ. Iunij, Herculano viro clarissimo consule. D

¶ Eiusdem. LIIII. epla ad Iulianum epm Coẽ. de Etio, & Andrea.

¶ Opilione & Vincomalo cõsulibus, circa annũ Chri teste Cassiodoro. cccc.lv. secundũ aũt Marianũ Scotũ ad euãgelij veritatẽ. cccc.lxxiiij. iuxta vero Dionysii cyclũ cccc.lij. q fuit põtificatus Leonis papæ. xiiij. scripta est hæc epla, & silr, xi. sequẽtes.

LEo epũs Iuliano epo Coensi. Agnoui in dilectiõis tuæ literis fraternæ charitatis affectũ, quod de multis malis, quæ multa, & sæua ptulimus, pio nobiscũ dolore cõpateris. Sed vtinã hæc, quæ ppeti nos dñs aut pmisit, aut voluit ad correctionẽ proficiãt multorũ, & vt desinãt aduersitates, finiant offensæ. Quod vtrunq; de magna erit misericordia dei, si & flagella remoueat, & ad se suorũ corda cõuertat. Sicut aũt fraternitatẽ, ea quæ apud nos fuit, cõtristauit hostilitas, ita me anxium facit, quod in Constãtinopolitana ecclesia (quãtum tuæ indicãt literæ) hæreticorum insidiæ nõ quiescũt, & quæsitis occasionibus, hi, q catholicæ fidei defensores fuere, vexant. Nam dum Etius ab officio archidiaconatus per spẽm prouectionis amouet, & in locum eius Andreas, q ob hæreticorũ societatẽ fuerat abiectus, assumit, dum beatæ memoriæ Flauiani accusatoribus honor reddit, & pijssimi cõfessoris participes, aut discipuli conterunt, nimis aperte, *q Chro ecclesiæ ipsius placeat, demonstrat. In quem pro causæ merito differo commoueri, & q d ipse mecum cum suis epistolis agat, quas missurũ eum filius noster Etius indicauit, expecto, dãs locũ voluntarię emẽdationi, qua dolorẽ meum cupio mitigari. Clemẽtissimo tñ principi, & pijssimæ Augustæ de his, quæ ad custodiã pacis ecclesiasticæ pertinẽt, scripsi, q̃s deuotione suæ fidei, prouisuros eẽ nõ dubito, ne cõtra gloriã opis ipsorũ, dãnata hæresis q̃at pullulare. Studeat ergo dilectio tua (frater charissime) piam, & necessariã curã solicitudini apostolicæ sedis impẽdere, quæ tibi, apud se nutrito, catholicam cõtra Nestorianos, & Eutychianos hæreticos actionem, materno iure commẽdat, vt diuino fultus auxilio, specula ri de Constãtinopolitanæ vrbis opportunitate nõ desinas, vt prædictorũ dogmatum impius nunq̃ turbo cõsurgat. Et qa tanta est gloriosorũ principum clementia, vt confidenter eis possis, quæ sunt insinuanda, suggerere, pietate ipsorum, ad vtilitatem ecclesiæ vniuersalis, vtaris. Consulente autem dilectione tua de his, in qbus putaueris ambigẽdum, non deerit relationibus tuis meæ responsionis instructio, vt sequestrata earum actione, causæ, quæ in quibuscunq; ecclesiis præsulum suorum debent cognitione firmari, hac speciali cura, vice mea functus, vtaris, ne hæresis Nestoriana, vel Eutychiana, in aliq̃ parte reuiuescat, qa in epo Constantinopolitano catholicus vigor non est, nec multum aut pro sacramento salutis humanæ, aut pro sua est æstimatione solicitus, cum si quid illi inesset spũalis industriæ, ita & à quibus ordinatus sit, & cui viro successerit, cogitare deberet, vt magis btm̃ Flauianũ, q̃ sui erroris sequeretur authores. Et ideo cũ pijssimi principes secundum obsecrationes meas, dignati fuerint fratrem Anatholium de his, quæ merito in querelam veniunt, increpare, vigeat charitas tua diligentia sua, vt vniuersa scandala, adhibita plenissima correctione, resecentur, & a filij nostri, ac tua cesset iniuria. Nam apud catholicum episcopum, etiam si erat, vtcunq; decus sacerdotale, sacerdoti archidiaconus propter fidei reuerentiam debuit præmitti, potius q̃ locum catholici nequissimus hæreticus obtineret. Cum itaq; quæ sequant, agnouero, tunc manifestius, qd agi oporteat, æstimabo. Nam interim, dolore cohibito, malui indulgere patiẽtiæ, vt locus eẽt veniæ. De Palestinis vero monachis, q iampridẽ in tumultu dissensiõis esse dicunt, q̃ adhuc anĩo moueant, ignoro. Neq; cuiusq̃ sermone mihi patefactũ est, quas causas videant añ factæ pferre discordię, vtrũ scilicet Eutychianę puersitati tali furore famulent, an implacabiliter doleãt, epm suũ in hãc impietatẽ posse traduci, quæ cõtra ipsorũ locorũ sanctorum testimonia, q bus totus mũdus instruitur, ab incarnationis dominicæ veritate de-

E F

*aß, qd epo.

A te desciuerit, & quod in aliis per indulgentiam curare placuit, in illo putent nõ esse veniale. Vnde cupio me super his plenius edoceri, vt etiã talium correctioni cõgrue studeatur, quia aliud est cõtra fidẽ impie armari, aliud in errorẽ quempiã detineri. Chartas etiam, quas Actius presbyter ante indicauit esse directas, & breuiariũ fidei, quod te misisse significas, necdum ad me noueris peruenisse. Vnde, si expeditior occasio se praebuerit per latores, libenter habeo, vt si qua est, quae vtilis videatur, q̃ primũ ad me mittatur instructio. De Aegyptiis monachis q̃ quieti, aut cuius sint fidei, scire desidero, & de Alexandrinae ecclesiae pacae, quid ad vos veris nuntiis perferat, ad cuius epm vel ordinatores ipsius, seu clericos, quod * alia scripta direxerim, missis exemplariis scire te volui. Ad clementissimũ quoq; principẽ, & ad religiosissimã augustã quis nunc meus sermo sit, missa exemplaria docebunt. Vtrum aũt epistola mea, quã de incarnatiõis dominicae fide, incolumi adhuc sanctae memoriae Flauiano, ad dilectionẽ tuã per Basiliũ diaconũ miseram, fraternitati tuae tradita sit, scire desidero, qm̃ suspectum habeo, q; de eius textu nullum vnquã iudicium reddidisti. Gestorum synodalium, quae omnibus diebus concilii in Chalcedonensi ciuitate cõfecta sunt, parũ clara, propter linguae diuersitatem, apud nos habetur instructio. Et ideo fraternitati tuae specialiter iniũgo, vt in vnũ codicem vniuersa facias congregari, in latinũ sermonem absolutissima interpretatione

B translata, vt in nulla parte actionum dubitare possimus, neq; vllo modo esse possit ambiguum, quod ad plenam intelligentiam, te fuerit studente perductum. Data quinto Idus Martii, Opilione viro clarissimo consule.

*ars, alias

¶ Epistola. LV. eiusdẽ, ad Martianũ augustum, de Etio & Andrea.

Leo episcopus Martiano augusto. Quàm excellenti pietate, & q̃ glorioso clemẽtiae vestrae studio, in integrum nuper fides Christiana reuocata sit, totus mũdus agnoscit, & saluti suae singulare p̃sidium per vos a dño esse reparatum. At si quid, aduersum tanti operis consummationem, de contrario spũ sentitur oboriri, necesse est, vt ad vestrae reuocetur pietatis auxilium, quod ad custodiã catholicae veritatis diuina prouidentia p̃parauit, vt quũ potestatis vestrae sit, scandala etiam in longinquũ nata resecare, multo magis ea, q̃ sub vestris audent oculis surgere, nõ sinatis accrescere. Anatholii epi ordinationẽ (sicut scientia dei testis est) suspectã (quod fatendum est) mihi fecerãt consecrationis eius authores, nec dissimilem ab eligentibus arbitrabar electum, sequutumq; est, vt dum cõmunione apostolicae sedis existeret alienus, diu dandis ad eum epistolis pacis me abstinerem. Sed, quũ illi pietatis vestrae testimonium suffragaretur, quũ de fide atq; vnanimitate eius optanda quaeq;, & placitura pro

C mitteret, professionẽ eius ita credidi esse syncerã, vt tamen, qua obseruãtia se agere deberet, nõ desinerem cõmonere, sedulo ipsi ac diligenter inculcans, vt de persequutoribus beatae memoriae Flauiani neminem auderet in suo habere consortio, & Eutychianae haereseos defensorẽ a se indicaret esse deiectũ. Sequutũq; est, vt de his, q̃ pro catholica fide in synodali cõcilio fuerãt definita, talia ad me scripserit, qualia catholicũ facerẽ scribere cõgruebat. Cũ ergo ad cõmendãda ipsius primordia ista p̃cesserint, qd causae aut occasiõis emerserit, vt virũ catholicae fidei, & Nestorianis atq; Eutychianis haereticis cõstãter etiã aduersum archidiaconũ sub honoris specie degradaret, & dispẽsationẽ totius causae & curae ecclesiasticae in Andreã Eutychianistã repente transferret, adeo nimia cõmotione turbatus, vt cõsecrationẽ, quam pro iniuria dabat, sexta sabbati traditionis apostolicae vt nescius aut oblitus inferret, quasi non ad episcopũ magis, q̃ ad presbyterorum ordinationis illius vitiũ pertineret, qui nõ inueniens, qd argueret in fide, q̃d improbaret in moribus, deiectionẽ innocentis per speciem prouectionis impleuit, addẽs sentẽtiae illud iniuriae, vt eũ, coemiterio deputãdo, cõdemnaret exilio. Quẽ tñ pietati vrae cõmẽdare p̃sumo, ne vllis vlterius noxiis ingrauari possit insidiis, quẽ dñs (vt cõperi) sub vra defensione constituit. Adiicio aũt etiã hanc obsecrationẽ, vt p̃dictũ epm a professione sua dissonum, & nimium testimonii vestri ac fauoris oblitum, necessarie increpare dignemini. Cesset catholicos infestare, cesset eos, qui sanctae memoriae Flauiano placuere, conterere, & eorum societatem, quos improbauit, eligere. Fraternam em̃ illi charitatem non aliter poterimus impendere, q̃ vt se ab inimicis catholicae fidei approbet execrari, eorumq; a se cõsortium atq; cõmertiũ abscindat. Qui etiã si magna fuisset satisfactione purgatus, post dubiũ tamen reuersus, errorẽ catholicis dia-

conib9

conibus postponi debuit, nō præponi. Illud quoq; clementiæ vestræ beneuolentiā pe D
to, vt veneratorē vestrū, frēm meum Iulianū epm, in vestro, sicut facere dignamini, ha
beatis affectu, cuius obsequijs præsentiæ meæ vobis imago reddat. Nam & de fidei
eius synceritate cōfidens, vicem ipsi meam, cōtra temporis nostri hæreticos, delegaui,
atq; propter ecclesiarū, pacisq; custodiam, vt a comitatu vestro non abesset exegi, cuius
suggestiones, pro concordia catholicæ vnitatis, tanquam meas audire dignemini, pla-
centes deo, qui vobis præter regiam coronam, etiam sacerdotalem conferat palmam.
Data. vi. Idus Martij, Opilione viro clarissimo consule.

¶ Epla. LVI. eiusdem ad pulcheriā Augustā de Etio & Andrea.

MVltis extātibus documentis, qbus in dilectionē ecclesiæ dei pietatis vestræ manifestat affectio, merito quoties aliqd noscit scādalorū, vrm desiderat auxiliū, vt fides, quæ annitētibus vobis, cōtra hæreticorū cōmēta defensa est, securæ pacis ppetē obtineat firmitatē. Nam qd prodest, foris aduersarios veritatis oppssos, si eosdē habeamus intra dnica septa rediuiuos? Quod itaq; circa personam filij mei Etij gestum esse cognoui, nimiū me anxium facit, & metuere certa rōne cōpellit, ne pœnitēdum mihi sit, q de epo Constātinopolitano, q ab impugnatoribus fuerat ordinatus fidei, vobis adhortātibus, acquieui meliora sentire, cum tāto pietatis vestræ testimonio iuuaret, ne illū grauaret suæ ordinatiōis infirmitas, vbi vestra īteruētio præstaret. Vnde gratulari cœperā, q beati Flauiani honoraret memoriā, & hæreticorū conatibus obsistere diceret. Sed doleo, illum (sicut prædicti lachrymabilis querela demonstrat) in deteriora mutatū, & eū nunc cōstituisse archidiaconē, quē ipse professus est a se esse reiectum, q Eutychianæ hæresis se apud nos prodiderat defensorē. Quem, quia nūc ecclesiasticis negotijs præposuit, propter hæreticā peruersitatē, eidē fauorem suū præstare cōuincit. Qui etiā si magna satisfactione potuisset indulgētiam promereri, nequaq̄ debuit his, q in fide pmanserāt, anteferri. Vnde qa nō latet clemētiam vestrā, quātum periculi, aut per pudēdam socordiā, aut per dolosam nequitiā nutriat, dignamini epm ad professionē suæ fidei, authoritate vestræ clemētiæ reuocare. Et ne sibi has maculas superducat, ne æstimationē suā, quā vestro acquisiuit fauore, cōtemnat, societatē hæretici, quē dudum a se remouit, abscindat. Cuius innocētiæ ita affuisse vos gaudeo, vt mœrori eius digna cōsolatione vestra pietas subueniret. Circa frēm meum, veneratorē vestrū Iulianū epm, quātum debeat crescere vra dignatio, apostolicæ sedis ex istimate iudicio, cum in causa fidei, cui gloria vra famulat, vicem ipsi meā eatenus delegarā, vt ab ea, quæ vobis debet obseruātia, nō recedēs, pietati me vestræ præsentare nō desinat, exequens in custodia fidei, & in ecclesiasticis disciplinis per omnia solicitudinē, & opportunis suggestiōibus, quod vniuersali ecclesiæ prosit insinuans, vt in ipo, nec catholicis vestrum præsidium, qbus volumus subuenire, nec vobis meum desit obsequiū. Data. vi. Idus Martij, Opilione viro clarissimo consule.

E F

¶ Epistola. LVII. eiusdem ad Martianum Augustum, vbi grās agit, q p Chalcedoñ. concilium pax ecclesiæ catholicæ sit reddita.

MVlta mihi in omnibus clemētiæ vestræ literis causa gaudij est, dū ex magna prouidentiæ diuinæ misericordia præstitum humanis rebus experior, q ecclesiasticam pacem, (quæ non nisi vnitate prædicationis euangelicę custoditur) pijssimo studio iuuare dignamini, vt fidei vestræ gloria non solum vtilitate reipublicæ, sed etiam religionis profectibus augeatur, gloriosissime Imperator Vnde ineffabiliter deo gratias ago, q temporibus, quibus obortura hæreticorum scādala præsciebat, vos in Imperij fastigio collocauit, in quibus ad totius mūdi salutem, & regia potentia, & sacerdotalis vigeret industria. Nam cum vestro præcipue opere sit effectum, vt per synodale concilium, damnatis impij dogmatis defensoribus, omnes vires sacrilegus error amitteret, ad eiusdem deuotionis pertinet palmam, si malum, quod in suis ducibus est oppressum, etiam in quibuscunq; reliquijs deleatur. Quod facilius clementia vestra arbitretur implendum, si per vniuersas ecclesias definitiones sanctæ synodi Chalcedonēsis, apostolicæ sedi placuisse, doceantur. De quo quidem ratio nō fuit ambigendi, cum ei fidei omnium, subscribendo, consensus accesserit, quę ad me, se-

cūdum

A cundum formā apostolicæ doctrinæ, ac paternæ traditionis emissa est, & per fratrem meum Lucianū episcopū talia & ad gloriam vestram, & ad Constantinopolitanū antistitem scripta direxerim, quæ euidenter ostenderent, me ea, quæ de fide catholica in prædicta synodo definita fuerant, approbare. Sed quia in eisdē literis ea, quæ per occasionem synodi male sunt attentata, reprehenderam, maluit p̄dictus antistes, meam gratulationē tacere, q̄ suum ambitū publicare. Mihi autē multū fiduciæ, deo per vos operante, collatū est, q̄ probasse vos obseruantiam meā, de custodia canonū paternoꝝ, pietatis vestræ affatibus indicastis. Et merito geminatur gaudium meū, quū vobis religiosissime placere cognosco, vt & fides Nicæna suā teneat firmitatē, & priuilegia ecclesiarum illibata permaneant. Quāuis aūt de præclaro fidei vestræ opere nihil vestra pietas indicarit, mihi tamen per veneratorē vnà mecum specialiter vestrum, fratrem meum Iulianum episcopū, innotuisse significo, q̄ pio dignati fueritis responso, imperitoꝝ monachorum animos cohibere, pariter & docere, vt si illos non penitus deseruerit diuina miseratio, sentiant, se & didicisse, quod credāt, & agnouisse, quod timeāt. Quia vero omnibus modis obediendū est pietati vestræ, religiosissimæq; voluntati, cōstitutionibus synodalibus, quæ mihi de confirmatione fidei catholicæ, & hæreticoꝝ damnatione placuerunt, libens adieci sententiā meā. Quæ si, vt in notitiam omniū sacerdotū, ecclesiarumq; perueniat, vestræ clementiæ pręceptio ordinare dignabitur, affuturam credo & B spero gratiam dei, quæ tam sanctam tanti principis curā, plenissimum desiderij sui fructum faciat obtinere, vt omnibus dissentiendi occasionibus amputatis, apostolicæ vbiq; doctrinæ & pax regnet & veritas. Fratri aūt meo Iuliano episcopo, nouerit vestra clementia, hoc me proprie delegasse, vt quicquid illic ad custodiam fidei pertinere probauerit, meo nomine vestræ fiducialiter suggerat pietati, quoniā certus sum, vos ad hæc omnia emendanda, vel defendenda, deo auxiliante, sufficere. Data. xij. Kalendas Aprilis, Opilione viro clarissimo consule.

¶ Epistola. LVIII. eiusdem, ad Pulcheriam augustam.

QVamuis nullas nunc literas tuæ pietatis acceperim, scribēte tn̄ gloriosissimo principe, nō aliter dignatione ipsius sum gauisus, q̄ si mihi etiam tuæ serenitatis redderentur alloquia. Vnde consuetudinē debitā mei officij oportuit me custodire, per quā significarem clementiæ vestræ, absolute me gaudere, & incessabilibus a deo p̄cibus postulare, vt vos, & Romanæ reipub. & catholicæ ecclesiæ in omni prosperitate conseruet. De vigore aūt fidei vestræ, quo indesinenter dn̄o sacrificium laudis offertis, quātas deo gratias agam, enarrare nō valeo, qm̄ principibus tēporis nostri non solū potentiā regiā, sed etiā sacerdotalē cognoscimus inesse doctri- C nam. Indicante em̄ fratre meo Iuliano ep̄o, peruenerūt ad nos in exemplaribus præceptionum vestraꝝ saluberrimæ sanctiones, quibus insanam imperitiam monachoꝝ dignati estis parcendo plectere, & docendo punire, vt si eos ad pœnitentiā miseratio diuina cōuerterit, multis lachrymis & a nefandis cædibus, & ab hæreticoꝝ blasphemijs diluantur. Quod vero pijssimus Imperator ad omnes ep̄os, qui Chalcedonensi synodo interfuere, voluit me scripta dirigere, quibus, quæ illic de fidei sunt regula definita firmarem, libenter impleui, ne fallax cuiusquā simulatio sententiam meā haberi vellet incertam, quū per Constantinopolitanum ep̄m, cui lætitiam meā largiter indicaui, in omnium potuerit notitiam peruenire, quod scripseram, nisi maluisset meum gaudium tacere, q̄ repulsam sui ambitus publicare, fratri & copiscopo meo Iuliano, cui solicitudinē meam in causam fidei delegaui, rogo, vt eam fiduciam p̄bere dignemini, qua pietati vestræ possit, quæ vniuersali ecclesiæ sint profutura, suggerere. Data. xij. Kalēdas Aprilis, Opilione viro clarissimo consule.

¶ Epistola. LIX. eiusdē, ad Iuuenalē Hierosolymitanū, & cæteros ep̄os, qui in sancta synodo Chalcedonensi cōgregati fuerūt, directa.

LEo epūs sanctæ synodo apud Chalcedonā habitæ. Omnē quidē fraternitatē vestrā nosse nō ambigo, definitionē sanctæ synodi, q̄ ob cōfirmationē fidei in Chalcedonen. ciuitate celebrata est, toto corde me fuisse cōplexū, qa nulla sinebat ratio, vt q vnitatē catholicæ fidei dolebā ab hæreticis fuisse turbatam, nō exultanter in integrum redijsse gauderem. Hoc autem non solum ab ipso beatissimæ consensionis affectu, sed etiam ex epistolis meis, quas post reditum

meorum ad Constantinopolitanæ vrbis antistitem dedi, potuissetis agnoscere, si vobis responsionem sedis apostolicæ manifestare voluisset. D

Quæ hic adnotan̄t, non attinēt ad ep̄lam Leonis papæ p̄sentē, sed ad eā, quæ est ipsius ad Martianū numero. lvi. & incipit, Multa mihi in oībus &c. ex qua desumpta sunt, & sunt addenda, vbi hæc eadem epistola citatur in. iij. actione Chalcedoneñ.

Ne ergo per malignos interpretes dubitabile videat̄, vtrū, quæ in synodo Chalcedonensi per vnanimitatē vestrā de fide statuta sunt, approbē, hæc ad omnes fratres, & coepos nostros, q prædicto cōcilio interfuerunt, scripta direxi, quæ gloriosissimus, & clemētissimus princeps (sicut poposci) in notitiā vestrā mittere pro catholicę fidei amore dignabit̄, vt & fraterna vniuersitas, & oīm fideliū corda cognoscāt, me nō solū p frēs qui vicem meā executi sunt, sed etiā, per approbationē gestoꝝ synodaliū, propriā vobiscum iūxisse sentētiam, in sola, videlicet, fidei causa (quod sæpe dicēdum est) propter quā generale cōcilium, & ex præcepto Chr̄ianoꝝ principū, & ex cōsensu apostolicæ sedis placuit cōgregari, damnatis hæreticis, q si corrigi voluissent, nulla penitus resideret de vera dñi nostri Iesu Chr̄i incarnatione dubitatio. Vnde si qs vnq̄ ausus fuerit, vel Nestorij perfidiā tueri, vel Eutychetis, ac Dioscori impiū dogma defendere, & a catholicoꝝ cōione resecet̄, nec habeat eius corporis participationē, cuius abnegat veritatem, frēs charissimi. De custodiēdis quoq; sanctoꝝ patrū statutis, quæ in synodo Nicæna inuiolabilibus sunt fixa decretis, obseruātiā vestræ sanctitatis admoneo, vt iura ecclesiaꝝ, sicut ab illis. CCC. XVIII. patribus diuinitus inspiratis sunt ordinata, p̄maneant. Nihil alienū improbus ambitus cōcupiscat, nec per alterius imminutionē, suum aliqs quærat augmētum. Quātumlibet eī̄ * exortis assentatiōibus sese instruat vanitatis elatio, & appetitus suos cōcilioꝝ æstimet nomine roborādos, infirmum, atq; irritum erit, quicq̄d a p̄dictoꝝ patrū canonibus discreparit. Quoꝝ regulis apostolica sedes q̄ reuerenter vtat̄, scriptorum meorum, q̄bus Constātinopolitani antistitis conatus repuli, poterit sanctitas vestra lectione cognoscere, & me auxiliante domino nostro, & catholicæ fidei, & paternarum traditionum esse custodem. Data. xij. Kaleñ. Aprilis, Opilione viro clarissimo consule. E

* al's, extortis

¶ Ep̄la. LX. eiusdem ad Maximum Antiochenum ep̄m.

QVantum dilectioni tuæ placeat communis fidei sacratissima vnitas, & pacis ecclesiasticæ tranquilla concordia, literarum tuarum textus ostendit, quas ad nos filij nostri Marinianus presbyter, & Olympius diaconus detulere, eo nobis gratiores, quod per ipsas alloquia alterna miscemus, & magis, magisq; innotescere gratiam dei, qua fit, vt per totum mundum de manifesto catholicæ veritatis lumine gaudeatur. Quāmuis (quod multum dolemus) quidam adhuc (sicut sermo indicat nūtiorum) tenebras suas diligant, & cum vbique diei splendor exortus sit, etiam nunc cæcitatis suæ delectentur obscuro, & perdita fide, solo & vacuo remanserint nomine Christiani, non habentes intelligentiam, qua errorem ab errore discernant, & blasphemiam Nestorij ab Eutychis impietate distinguant. Nec enim ideo excusabilis videri aliqua eorum falsitas potest, quia ipsi sunt in sua peruersitate contrarij. Nam cum Nestoriū Eutychetis discipuli detestentur, & Eutychen anathematizent Nestorij sectatores, catholicorum iudicio pars vtraq; damnatur, & ambæ simul hæreses a corpore ecclesiæ resecantur, quia neutra falsitas nobiscum potest habere concordiam. Nec interest, quo sacrilegio ab incarnationis dñicæ veritate discordent, dum id q̄d prauissime sentiunt, nec authoritas euangelij, nec ratio recipiat sacramenti. Et ideo (frater charissime) oportet dilectionem tuam toto corde perspicere, cuius ecclesiæ gubernaculis te dominus voluerit præsidere, & eius meminisse doctrinæ, quam præcipuus Apostolorum omnium beatissimus Petrus, per totum mundum quidem vniformi prædicatione, sed speciali magisterio in Antiochena, & Romana vrbe fundauit, vt illum in suæ glorificationis domicilio præeminentem, ea intelligas reposcere instituta, quæ tradidit, quæ sicut ab ipso, quam cōfessus est, veritate suscepit. Neq; vllo mō sinas in Orietalibus eccl'ijs, maxieq; ī his, q̄s Antiochenę sedi sacratissimoꝝ p̄rm Nicęni canones deputauere ab im- F

A ab improbis hæreticis euangelio * resultari, & vel Nestorij, vel Eutychetis a quoq; dogma defendi. Quoniã (sicut dixi) catholicæ fidei petra (cuius cognomen beatus apl's Petrus sumpsit a dño) nullũ recipit ab vtraq; impietate vestigiũ, sed euidẽter atq; perspicue & Nestoriũ anathematizat, qui verbi, carnisq; naturã in beatæ virginis cõiunctione seiungens, vnumq; Christũ in duos diuidens, aliũ deitatis, & aliã humanitatis voluit esse personã, quũ omnino vnus idemq; sit, qui & secundũ sempiternã deitatẽ de patre est natus sine tẽpore, & de matre natus in tẽpore. Et Eutychen similiter execratur, qui in dño Iesu Chro veritatẽ humanæ carnis euacuans, ipsum verbũ in carnẽ asserit transformatũ, vt nasci, nutriri, proficere, pati, mori, atq; sepeliri, & die tertio suscitari, solius fuerit deitatis, quæ seruilis formæ non veritatẽ susceperit, sed figurã. Summa itaq; vigilãtia cautũ te esse conuenit, ne quid sibi hæretica prauitas audeat vendicare, quũ te deceat, his sacerdotali authoritate resistere, nosq; sæpius de profectu ecclesiarum tuis relationibus, quid agatur, instruere. Dignũ est eñ, te apostolicæ sedis in hac solicitudine consortem, & ad augendã fiduciã priuilegia tertiæ sedis agnoscere, vt in nullo cuiusquam ambitione minuantur, q a tanta apud me est Nicænorum canonũ reuerentia, vt ea, q̃ sunt a sanctis patribus cõstituta, nec permiserim, nec patiar aliqua nouitate violari. Et si eñ diuersa nonnunq̃ sunt merita p̃sulum, tñ iura permanent sediũ, qbus etsi possunt æmuli perturbationẽ aliquã fortassis inferre, non tñ possunt minuere dignitatẽ. Vnde quum aliquid pro Antiochænæ ecclesiæ priuilegijs dilectio tua agendũ esse crediderit, proprijs literis studeat explicare, vt & nos cõsultationi tuæ absolute & cõgrue rñdere possimus. Nunc aũt ad oïa generaliter pronuntiare sufficiat, q si quid a quoq̃ contra Nicænorum canonũ statuta in quacunq; synodo vel tentatũ est, vel ad tẽpus videtur exortũ, nihil p̃iudicij potest inuiolabilibus inferre decretis. Et facilius erit quarũlibet cõsensionum pactũ dissolui, q̃ p̃dictorum canonũ regulas ex vlla parte corrumpi. Subrepẽdi eñ occasiones non p̃termittit ambitio, & quoties ob intercurrẽtes causas generalis congregatio facta fuerit sacerdotũ, difficile est, vt cupiditas improborum non aliquid supra mensuram suã moliatur appetere. Sicut etiã in Ephesina synodo, quæ impiũ Nestoriũ cũ dogmate suo pertulit, Iuuenalis eps ad obtinendũ Palestinæ prouinciæ principatũ credidit se posse sufficere, & insolentes ausus per cõmentitia scripta firmare. Quod sanctæ memoriæ Cyrillus Alexãdrinus eps merito perhorrescẽs, scriptis suis mihi, qd p̃dicta cupiditas ausa sit, indicauit, & solicita p̃ce multũ poposcit, vt nulla illicitis conatibus p̃beretur assensio. Nã cuius epistolæ ad nos exemplaria direxisti sanctæ memoriæ Cyrilli, eam in nostro scrinio requisitã, nos authenticã noueris reperisse. Hoc tamen propriũ diffinitionis meæ est, vt quantũlibet numerus sacerdotũ amplior, aliquid per quorundã surreptionẽ decernat, quod illis trecentorum decẽ & octo patrũ cõstitutionibus inueniatur

C aduersum, id iustitiæ cõsideratione cassetur, qm̃ vniuersæ pacis tranquillitas non aliter poterit custodiri, nisi sua canonibus reuerẽtia intemerata seruet. Si quid sane ab his fratribus, quos ad sanctã synodũ vice mea misi, p̃ter id, quod ad causam fidei pertinebat, gestũ esse perhibetur, nullius erit penitus firmitatis, quia ad hoc tantũ ab apostolica sede sunt directi, vt excussis hæresibus, catholicæ essent fidei defensores. Quicquid eñ p̃ter speciales causas synodaliũ conciliorum ad examen episcopale defertur, potest aliquã dijudicandi habere rationẽ, si nihil de eo est a sanctis patribus apud Nicæã diffinitum. Nã quod ab illorum regulis, constitutioneq; discordat, apostolicæ sedis nunq̃ obtinebit consensum. Quanta vero hoc diligentia custodiatur a nobis, exemplaribus eius epistolæ, quã ad Constantinopolitanũ epm, refrenantes ipsius cupiditatẽ, direximus, instrueris, quã in omniũ fratrũ & sacerdotũ nostrorum facias notitiã peruenire, vt nouerint pacem ecclesiasticã, per concordiã deo placitã, debere seruari. Illud quoq; dilectionẽ tuã conuenit p̃cauere, vt præter eos, qui sunt dñi sacerdotes, nullus sibi ius docendi & prædicãdi audeat vendicare, siue sit ille monachus, siue sit laicus, qui alicuius scientiæ nomine glorietur. Quia etsi optandũ est, vt omnes ecclesiæ filij, quæ recta & sana sunt, sapiant, non tamen permittendum est, vt quisquam, extra sacerdotalem ordinem constitutus, gradum sibi prædicatoris assumat, quum in ecclesia dei omnia ordinata esse conueniat, vt in vno Christi corpore & excellentiora membra suum officium impleant, & inferiora superioribus non resultent. Data tertio Idus Iunij, Opilione viro clarissimo consule.

*al's, insultari

¶ Epistola.LXI.eiusdem,ad Theodoritum episcopũ Cypri post Chalcedoneñ.concilium,de fidei perseuerantia.

D

DIlectissimo fratri Theodorico epo,Leo eps. Remeantibus ad nos fratribus,& consacerdotibus nostris,quos ad sanctũ concilium sedes beati Petri direxit,agnouimus,dilectionẽ tuam,superno adiutorio, nobiscum tam Nestorianæ impietatis,q̃ Eutychianæ vesaniæ,extitisse victricem. Vnde gloriamur in dño,cum propheta canentes: Adiutorium nostrũ in nomine domini, qui fecit cœlũ & terrã,qui nullum nos in nostris fratribus detrimentũ sustinere permisit,sed quæ nostro prius ministerio definierat, vniuersæ fraternitatis irretractabili firmauit assensu,vt vere a se prodisse ostenderit, quod prius,a prima omniũ sede formatũ ,totius Christiani orbis iudicium recepisset,vt in hoc quoq; capiti membra cõcordent,in quo amplior nobis in hac re fit gaudendi materia,dum & tanto magis se perculit inimicus, quãto contra Christi ministros seuius insurrexit. Nam ne aliaꝝ sedium * ab ea,quã cæteris omnium dñs statuit pſidere,consensus assentatio videretur, aut alia quælibet subrepere posset aduersa suspitio,inuenti prius sunt,qui de iudicijs nostris ambigerent. Et dum nõnulli,* ad dissentiones incitati ab authore cõtradictionis,ad insana bella prosiliunt,ad maius bonũ,malũ eius,authore totius bonitatis dispensante,peruentũ est. Dulcius siquidẽ munera gratiæ diuinæ proueniunt,quoties nõ sine magnis sudoribus acquiruntur. Et minus bonũ videri solet,pax cõtinuata per otiũ,q̃ reddita post laborem. Ipsa quoq; veritas & clarius renitescit,& fortius retinetur,dũ,quę fides prius docuerit, hæc postea examinatio cõfirmarit. Multũ deniq; sacerdotalis officij meritũ splendescit,vbi sic summoꝝ seruatur authoritas,vt in nullo inferioꝝ putetur imminuta libertas. Et ad maiorẽ dei gloriã proficit finis examinis,quãdo ad hoc se accipit exercendi fiducia,vt vincatur aduersitas,ne quod per se probat̃ reprobũ,silentij pjudicio videatur oppressum. Exulta igitur,charissime frater,& in vnico dei filio victor exulta. Vicit p nos ille,cuius carnis veritas negabatur,vicit per nos,& pro nobis ille,cui vicimus , per quẽ secunda est post aduentũ dñi hæc orbi festiuitas. Redditũ seculo est, pdone prostrato, incarnationis diuinæ mysteriũ,quod humani generis inimicus, quia rebus ipsis auferre nõ poterat,calumnijs obscurabat. Quinimo ab increduloꝝ corde perierat immortale mysteriũ,quia nihil prodest tanta salus incredulis, ipsa veritate suis dicente discipulis: Qui crediderit,& baptizatus fuerit,saluus erit,qui aũt nõ crediderit, cõdemnabitur. Solis iustitiæ iubar,densis per Orientẽ Nestorij & Eutychetis nebulis impeditũ,pure ab Occidente resplenduit,vbi * cõmertium in apostolis,& doctoribus principaliter collocauit,quãuis nec illic vnquã defuisse credẽdus sit,quo confessores sibi egregios reseruauit,ita vt dum denuo conaretur hostis antiquus,per secundi Pharaonis impœnitens cor,fidei Abrahæ semen,& filios repromissionis extinguere,deo miserãte,languescẽs, nisi sibi nocere,nihil possit. De quo & illud omnipotẽs mirabilius egit, quia & quos sibi socios ad Israelitici populi cædes asciuerat,non cũ tyrannidis authore submersit, sed cũ suo populo cõgregauit. Et sicut reuera se dignũ,& soli sibi possibile fons misericordiæ nouerat,victos a nobis,nobiscũ fecit esse victuros. Nã dum solus vere sit humani generis hostis spũs falsitatis,omnes de illo iam triumphare nõ dubiũ est,quos sibi veritas vendicauit. Nunc prorsus illa redemptoris nostri dicta, q̃ sint diuinæ authoritatis, apparet,dum cõtra hostes fidei sic aptantur, vt de ipsis dubitare dictũ non liceat. Vos (inquit)ex patre diabolo estis,Et desideria patris vestri vultis implere. Ille homicida fuit ab initio,& in veritate nõ stetit,qa veritas in eo non est. Quãdo loquitur mẽdaciũ, ex proprijs loquitur,qa mendax est,& pater eius. Nihil ergo mirandũ est,ꝙ hi,q in veritate dei nostræ naturæ mendaciũ crediderũt,patri suo & circa ista cõcordant,quicqd visum,quicquid auditũ,quicquid deniq;(teste euangelio)tactũ est,atq; palpatũ,in vnico dei filio,nõ eius,cuius probatũ est,asserentes,sed coæternæ & coessentialis patri fuisse substãtiæ,quasi aut diuinitatis natura, crucis ligno trãsfixa sit,aut incõuertibilis,cresceret per ætates,& in sapiẽtia proficere,sapientia sempiterna, vel spũ deus, qui spũs est, subinde repleri potuerit. In hoc q̃q; se acerba vesania,ex quo authore processerit, prodit,quod quantũ in se est,vniuersis nocere molita est. Nã qui nos persequẽdo afflixit, cæteros ad cõsensum sceleris impellẽdo deprauauit. Sed nec nos,licet in singulis fratribus(quia membra nostra sunt)vulnerasset,a speciali dolore fecit exceptos,quibus noua & in

Marginalia: Psalm.123 | al's,ad eam | al's,a dissentionũ coacti authore, ad cõtradictionũ bella | Marci.vlt.d | al's,culmen summum | Iohan.8.f | E | F

A & inaudita prius,atq; incredibili audacia inferre cõtra suũ caput est molitus iniuriã. Sed vtinã vel post tot pessima resipiscens,non nos etiam de suo æternæ damnationis inte- ritu contristaret. Quam mensurã sceleris ptermisit,cui nec hoc sufficere potuit, q nec viuis parcendo,nec mortuis etiã in sanguine innocentis & catholici sacerdotis polutas iampridẽ abdicata veritate,atq; approbata falsitate,manus intinxit? Et quũ scriptum sit, Qui odit fratrem suum,homicida est,ille (quod odio iam fecisse,addictus est)impleuit operibus,quasi nec audisset illud quod dominus ait: Discite a me,quia mitis sum & hu milis corde;& inuenietis requiem animabus vestris. Iugũ em̃ meum suaue est, & onus meũ leue ẽ. Dignus diabolici pdicator erroris Aegyptius vastator inuentus ẽ,* qa tan quã seuissimus tyrannus,ecclesiæ nephandas blasphemias per violentã seditiosoꝝ tur- bam,& p cruentas manus militũ venerãdis fratribus imponebat. Et cũ voce nostri re- demptoris firmatũ sit,vnũ eundeḿq; homicidij & falsitatis authorẽ,ille pariter vtcunq; compleuit,quasi non vt caueant,sed vt perpetrentur,scripta sint, ad perditionis suæ cu mulũ trahens,quæ dei filius monuit ad salutẽ. Illud quoq; surda nimis aure præteriẽs quod ab eodem dño dictũ est: Ego, quod vidi apud patrẽ meũ,loquor,& vos ergo, quod vidistis apud patrẽ vestrũ,facitis. Igitur,dum sanctæ memoriæ Flauiano vitam psentis seculi moliretur auferre,se * serenæ vitæ luce priuauit. Dum vos ab ecclesijs ve stris conaretur expellere,se a Christianoꝝ collegio segregauit. Dum trahit plurimos,

B & impellit ad erroris assensum,multiplici animã suã vulnere sauciauit,solus vltra omes & per omnes,ac pro omnibus reus,qui causa reatus omnibus fuit. Sed licet his tua fra- ternitas,solido cibo firmata,indigere minime videatur,tamẽ vt,quod nostri loci est,im pleamus circa vocem dicentis Apostoli, Præter ea,quæ extrinsecus sunt,instãtia mea quotidiana,solicitudo omnium ecclesiaꝝ. Quis infirmatur,& ego non infirmor? Quis scandalizatur,& ego nõ vror? hoc pcipue præsenti occasione credimus admonendũ, frater charissime,vt quotiescunq;,diuina gratia administrãte,illos,q foris sunt,fonte do ctrinæ aut submergimus,aut purgamus, in nullo ab illis, quas spũs sancti diuinitas in Chalcedonensi cõcilio protulit,fidei regulis recedẽtes,inter vtrũq; hostẽ nouellæ per fidiæ sermonẽ nostrũ cũ omni cautela libremus, non iam(quod absit)tanq̃ de dubijs disceptantes,sed authoritate sua,quæ bene definita sunt,astruentes,quũ & in apostoli- cæ sedis epistola,vniuersali sanctæ synodi assensu firmata,tanta diuinæ authoritatis te- stimonia nouerimus esse congesta,vt nullus queat vlterius dubitare, nisi q sibimetipsi erroꝝ tenebras inferre maluerit,quũ synodalia gesta,vel quibus primũ definitio fidei legitur esse formata,vel qbus præfatæ literæ apostolicæ sedis,etiã tuæ fraternitatis stu- dio defensæ sunt,& maxime ad pijssimos principes totius cõcilij alloquutio,tot sit pce dentiũ patrũ testimonijs roborata,vt quãuis imprudẽti ac pertinaci animo, si tñ nõ iam

C cũ diabolo pro sua impietate dãnatus est,valeant suadere. Vnde hoc quoq; cõtra ho- stes ecclesiæ prouidere condignũ est,vt eis nullã calumniandi occasionẽ(quod ad nos attinet)penitus relinquamus,nec vnquã cõtra Nestorianos aut Eutychianos agẽtes,al teri eoꝝ videamur terga vertisse, sed vtrosq; Christi hostes æqua lance vitemus atq; damnemus, ita vt nos,quoties audientiũ,quantalibet poscit vtilitas,cũ dogmatibus eo- rum digno anathemate promptissime atq; euidẽtissime feriam⁹,ne si a nobis hoc,quod obscurius fieri videatur,aut tardius,putetur inuitũ. Quod quãuis prudentiã tuã res ipsa admonere sufficiat,nunc tamẽ & experimẽta docuerunt. Sed benedictus deus noster, cuius inuincibilis veritas ab omni hæreseos macula mundũ te,secundũ sedis apostoli- cæ iudicia demonstrauit. Cui dignã retribues pro tot laboribus grãm,si talẽ te,qualem probauimus,ac probamus,pro vniuersalis ecclesiæ defensione seruaueris. Nã q deus omniũ calumniosoꝝ fallacias soluit,maximã beatissimi Petri curã pro nobis cũctis ag- noscimus,q postq̃ suæ sedis iudiciũ in fidei diffinitione firmauit,nec circa cuiusquã ve strũ,qui nobiscũ pro catholica fide laborastis,personã,quicq̃ reprobũ videri permisit, qa nec poterat,spũ sancto indicante,quisquã ex eis nõ victor exire,quoꝝ iã vicerat fi- des. Quod superest,exhortamur,vt qa illic,nõnullas Eutychiani ac Nestoriani erroris reliquias cognouimus remãsisse,nũc etiã sedi apostolicæ collabores. Victoria em̃,quã Chrs dñs deus noster suæ donauit ecclesiæ,q̃ diu in hoc mũdo versamur,licet fiduciã maiorẽ tribuat,non tñ in totũ solicitudinẽ perimit,nec vt dormiamus donata est,sed vt suauius laboremus. Vnde in hoc q̃q; tuæ vigilantiæ solicitudine volumus adiuuari,vt

1. Iohan.3.c

Matth.11.d

al's,qui

Iohan.8.f

Iohan.8.d

al's,veræ

2.Cor.11.

tua relatione currente, qd apud illos religionis doctrina dñica proficiat, apostolicã sedem festines instruere, quatenus illius religionis sacerdotes, in quocunq; vsus necessitas exegerit, adiuuemus. De his vero, q̃ in supradicto cõcilio illicita, cõtra venerabiles Nicænos canones, p̃sumptione tentata sunt, ad fratrẽ & coepiscopũ nostrũ Antiochenæ sedis p̃sulem scripsimus, adijcientes & illud, q̃d nobis propter improbitatẽ monachorũ quorundam, religionis vestræ verbo mãdastis p vicarios nostros, & hoc specialiter statuentes, vt p̃ter dñi sacerdotes nullus audeat p̃dicare, seu monachus, siue ille sit laicus, q cuiuslibet scientiæ noĩe glorietur. Quas tñ literas, pro vtilitate vniuersalis ecclesiæ, per p̃dictũ fratrẽ & coepiscopũ nostrũ Maximũ, ad omniũ volumus peruenire notitiã, & ob hoc, hic nolumus earũ exemplar adijcere, qa quæ p̃dicto fratri iniunximus, non dubitamus implenda. Et alia manu. Deus te incolumem custodiat, frater charissime. Data quarto Idus Iunij, Opilione viro clarissimo consule.

16.q.1. Adijcimus illud.

¶ Paschasini archiepiscopi Constantinopolitani epistola ad Leonem papam, qui iusserat illi, vt rescriberet de supputatione paschalis festi.

DOmino viro beatissimo, ac apostolico, mihiq; post dominũ plurimũ colẽdo papæ Leoni, Paschasinus episcopus. Apostolatus vestri scripta diacono Panormitanæ ecclesiæ Silano deferẽte percepi, q̃ nuditati meæ atq; ærumnis, quas amarissima captiuitate faciente incurri, solatiũ in oĩbus, atq; remediũ attulerunt, cœlesti rore animũ recreantes, atq; omne, q̃d triste fuerat, abstergẽtes. Dñe venerabilis papa, iubere dignata est corona vestra, vt quod paschalis supputationis veritas anni post hũc futuri haberet, sacrosanctis auribus vestris exiguitas mea intimaret. Cui p̃cepto inobediens existere nõ potui omnino, nec debui. Diuino itaq; tractatu, vel ratiocinatione id verũ inuenimus, q̃d ab Alexandrinæ ecclesiæ antistite beatitudini vestræ rescriptũ est. Nã quũ Romana supputatio, q̃ cyclo cõcludit, cuius ipse, de q̃ agitur, erit sexagesimusquartus annus, q cyclus cœpit a consulatu Antonini & Siagrij, nobis dubietatẽ afferret, eo q. vij. Kalẽdarũ Apriliũ die, dies dñica, & luna. xxi. incurreret, & iterũ, nono Kalendarũ Maiarũ die (ut rei veritas habet) dñica dies, & luna. xix. obueniret, in hoc ambiguo fluctuantes, ad Hebræorũ, hoc est, legalẽ supputationẽ nos conuertimus, q̃ quũ a Romanis ignoratur, facile errorẽ incurrũt. Cœpit ergo Ogdoas a cõsulatu virorũ clarissimorũ Etij, iterũ & Sigismildi, q̃ clauditur anno, de quo quæstio videt exorta. Talis ratio hæc est. Priores vero anni cõmunes, tertius embolismalis, quartus & quintus cões, sextus embolismalis, septimus cõmunis, octauus embolismalis. Peruidet ergo apostolatus vestri prudẽtia octauũ annũ Ogdoadis fieri aliter nõ posse, nisi embolismũ teneamus. Quod si voluerimus illud, q̃d superius diximus, id est, quod primũ incurrit, pascha septimo Kalendarũ Apriliũ die celebrare, cõmunẽ annũ faciemus, & incipiet oĩs deiceps subsequẽtiũ annorũ supputatio vacillare. Et ne hoc, q̃d exposui beatitudini vestræ obscuritatẽ aliquã afferat, suggessimus cões annos, apud Hebręos duodecim tantũ menses, hoc est, dies. cccliiij. habere. Necessitate ergo embolismi cogimur id tenere, quod longius est, ne a vero deuiare videamur. Neq; nobis aut nouũ, aut erraticum videatur, quũ dies passionis. xi. Kalendas Maij occurrat, a qua (sicut videtur) pascha nomen accepit, licet Hebrææ linguæ interpretes tradãt pascha transitum dici, q̃d tamen idem & Iohãnis euangelistæ dicto firmatur, quo ait, quum de passione loqueretur: Cum venisset hora, vt transiret Iesus de hoc mundo ad patrem. Non ergo nos dies vna longius posita terreat, ne, quum hoc vitamus, incurramus errorem, sicut tempore beatæ recordationis dñi mei, p̃decessoris vestri Zozimi, anno consulatus Honorij augusti vndecies, & Constantij secũdo, Tunc eñ, quũ declinaretur, ne decimo Kalendas Maij dies paschæ teneretur, celebratum octauo die Kalendas Aprilis, id est, pro embolismo cõmunis est annus tentus, & error grauissimus est ortus, in tantũ, vt ministerio certo, quod dono sancti spũs ministratur, hæc veritas probaretur. Quod propterea credidi exponendum, qa locus ipse etiam sancto, atq; a me venerando fratre meo Libanio diacono notissimus est. Cuius mysterij miraculum tale est. Quædam vilissima possessio Meltinas appellatur, in montibus arduis, ac syluis densissimis constituta, illicq; perparua, atq; vili opere constructa est ecclesia. In cuius baptisterio nocte sacrosancta paschali baptizandi hora, quum nullus canalis, nulla sit fistula, nec aqua omnino

Iohan.13.a

A nino vicina, fons ex se repletur, paucisq; qui fuerint, consecratis, cum deductorium nullum habeat, vt aqua venerat, ex sese descendit. Tunc ergo (sicut supra diximus) cum sanctæ memoriæ domino quondam meo, ac beatissimo papa Zozomi, cum apud Occidentales error ortus fuisset, consuetis lectionibus, nocte sacra discussis, cum presbyter secundum morem, baptizandi horam requireret, vsq; ad lucem aqua non veniente, non consecrati, qui baptizandi fuerant, recesserunt. Vt ergo breuiter narrem, illa nocte, quæ lucescebat in diem dominicam, decimo die Kalendas Maij fons sacer hora competenti repletus est. Euidenti ergo miraculo claruit, Occidentalium partium fuisse errorem. Hæc prout potui, vel epistolaris breuitas passa est, iubente apostolatu vestro rescripsi.

¶ Epistola. LXII. eiusdem ad Martianum Augustum de Pascha.

TAm multis documẽtis per oĩes Chr̃i ecclesias fides vestrę pietatis innotuit, vt si qd solicitudinum pro cõi religione generat, merito vestrũ quęrat auxilium. Et qa memor dispensatiõis mihi credite, necesse habeo, curas meas etiã in ea, quæ sunt futura, præmittere, nõ improbe cupio, clemẽtiæ vestræ studijs adiuuari, vt in ea obseruantia, quæ certa semper rõne variat, nihil possit erroris incurri. Paschale etẽ festum, quo sacr̃m salutis humanæ maxime continet, quãuis in primo B semper mẽse celebrãdum sit, ita tñ est lunaris cursus cõditione mutabile, vt plerũq; sacratissimi diei ambigua currat electio, & ex hoc fiat plerũq;, quod nõ licet, vt nõ simul oĩis ecclesia, q̃ nõ nisi vnũ esse oportet, obseruet. Studuereq; sancti patres, occasionẽ hui⁹ erroris auferre, oẽm hãc curã Alexãdrino ep̃o delegãtes, q̃m apud Aegyptios huius supputationis antiquitus tradita esse videbat̃ peritia, per quam, q annis singulis dies p̃dictæ sollẽnitatis eueniret, sedi apostolicæ indicaret̃, vt huius scripti ad longinquiores ecclesias iudicium generaliter percurreret. Sed sanctæ memoriæ Theophylus, Alexãdrinæ ecclesiæ vrbis ep̃us, cum huius obseruatiõis annos cẽtum numero collegisset, septuagesimosexto paschale festũ longe aliter, q̃ alij decreuerãt, tenẽdum esse cõstituit, a primo augustæ memoriæ Theodosii senioris cõsulatu succedẽtes sibi sacrę obseruãtiæ ordines ponẽs, vt longioris tp̃is ratio eius literis teneret̃ ascripta, cuius cõplexionis septuagesimus & quartus est annus, in qua pridie Idus Aprilis sanctũ pascha celebrauimus, sequẽti vero anno, pridie nonas Aprilis eadẽ, propitio deo, erit habẽda festiuitas, sicut regulariter cẽtenarię annorum rõnis ordo declarat. Sed in anno, q erit septuagesimussextus, paschæ dies inueniet̃ ascriptus, quę a passione dñi nullius exempli, nullius constitutiõis admittit authoritas. Nam diem octauum Kalendaꝵ Maiaꝵ ab eo cognoscimus præfinitum, q anni limitẽ, antiquitus cõstitutum, excedit, cum alij q̃ntodecimo Kalendaꝵ Maiaꝵ huic festiuitati deputauerint diem. Siqdem ab vndecimo Kalendaꝵ Aprilium, vsq; in decimũ Kalendaꝵ Maiaꝵ, legitimũ spaciũ sit præfinitũ. Intra quod C omnium varietatum necessitas cõcludat̃, vt pascha dñicum, nec prius possimus habere, nec tardius. Quod eñ in decimũ, & in nonũ Calendaꝵ Maiaꝵ, videt̃ nõnunq̃ peruenisse festiuitas, quadam rõne defendit̃. Quia & si dies resurrectionis vltra terminum videt̃ exisse, dies tñ passionis limitem positum nõ inueniet̃ egressus. Ad octauum autẽ Calendarum Maiaꝵ paschalem obseruãtiam perducere, nimis insolens, & aperta transgressio est. Quia ergo in illa, vt dixi, cẽtenaria supputatiõe Theophyli, septuagesimussextus annus diem paschæ cõtra morem ecclesiasticum statuisse mõstratur, & nõ leuiter delinquitur, si in principio sacramenti veritas, & vnitas ab vniuersali ecclesia nõ tenetur, obsecro clementiam vestram, vt studium vestrum præstare dignemini, quatenus Aegyptij, vel si qui sunt alij, qui certa huius supputationis videntur habere notitiam scrupulum huius solicitudinis absoluant, vt eum diem generalis obseruantia dirigat, qui nec paternaꝵ constitutionum normam relinquat, nec vltra præfixos terminos euaget̃. Quicquid autem pietas vr̃a de hac cõsultatione cognouerit, ad meam iubeat mox notitiam p̃uenire, vt in diuinis mysterijs nulla dissonantiæ culpa nascatur. Data. XVI. Calen. Iulij, Opilione viro clarissimo consule.

¶ Eiusdem. LXIII. ep̃la ad Eudochiam Augustã de Pascha.

¶ Hunc passum allegat Marianus Scotus sub anno consulatus Opilionis, & Vincomali, qui est ad veritatem euangelij. cccc. lxxiiij. Sed secundum cyclum Dionysii. cccc. lij.

SAnctæ memoriæ Theophylus ad Augustum Theodosium seniorē scribens, p centū annos, a primo pdicti principis cōsulatu, digessit ordinē diei festi, cuius instructiōis septuagesimusquartus nūc annus euoluit Opilione cōsule, * pridie Idus Aprilis celebrata est sacra solēnitas, vnde sequenti anno, * pridie nonas Aprilis, eadē festiuitas rōnabiliter cōsequit. Sed annus, q * erat septuagesimussextus, memorati epi annotationē habere cognoscit, quæ a totius antiquitatis exēplo, & ab omni authoritate patrum discordat. Siqdem in octauum Kalendarū Maiarū dñicum pascha transtulerit, præfinitos antiquitatis limites nimis audēter excedēs, cum die qntodecimo Kalendarū Maiarū paschalē solennitatē (sicut cōstituere alīj) potuerit annotare. Vnde qa nō mediocris mihi solicitudo generat, ne apud Aegyptios hæc psuasio probaret, ad Chrianissimū & clemētissimū principē scripta direximus, qbus causam scrupuli diligēter exposui, & suppliciter postulaui, vt operā suam, queadmodum cōsueuit, religionis cultui dignanter impendat, vt eos, q huius supputationis pfectā vident habere notitiā, in vnum iubeat cōuenire, & digēter ingrere, ne forte hæc diffinitio teneat, & hic excessus, q prioribus videt repugnare tēporibus, nostræ conniuētiæ, vel negligētiæ deputet, & fiat in nostris diebus, quod nunq̄ ante præsumptum est. Quia vero oportet, serenitatē tuā curæ istius mecum esse participem, & ne qd tale accidat præcauere, crebrius religiosissimo, & fidelissimo principi dignare suggerere, vt indissimulanter iubeat Aegyptios admonere, ne in summæ festiuitatis die, aut dissensione aliqua aut transgressione peccetur. Quicqd autem de hac re diligentius inuestigare solicitudo tua potuerit, cito ad notitam meam gloriosissimus Imperator iubeat præuenire, quia & ad ipsius, & ad omnium salutem pertinet, vt dei cultus nullo errore lædatur. Data. xvi. Kalendas Iulīj, Opilione viro clarissimo consule.

alias īj. alias. īj. alias, erit

¶ Epistola. LIIII. eiusdem ad Liciniam Eudochiam Augustam de monachis Palestinis.

QVanta mihi catholicæ cura sit fidei, & qua solicitudine, inquantum dñs adiuuat, debeat præcaueri, ne vnquam ab imperitis, & impīјs veritatis euangelio resistatur, pietatem vestram scire non dubito. Et ideo cum salutatiōis officio, quo semper mihi est oranda clemētia, obsecro dominum, vt me tuam incolumitatem in causa fidei, in qua quorundam intra prouinciam Palestinā monachorum fuerant corda turbata, magis magisq̧ faciat adiuuare, vt tantum quod pietatis tuæ studio fieri potest, hæreticæ peruersitati omnis fidutia subtrahatur. Quos enim nec ratio sacramentorum, nec authoritas scriptotum, nec ipsa sacratorum locorum testimonia commouebant, quid eis nisi abruptum periculum timeretur. Prosit ergo ecclesiis, sicut (fauente deo) & prodest, & profit generi humano, in verbis dei vestram ibi esse voluntatem, vbi dominum nostrum Iesum Christum vobis sicut deum verum, & verum quoque hominem, in vnitate personæ, & mirabilium iudicia, & passionum docucumenta loquuntur. Si ergo prædicti nomē catholicum venerantur, & diligunt, & inter dñi corpus se volunt membra nominari, prauos errores, quos temere admiserāt, detestentur, & agant pœnīam impiarum blasphemiarum, cruentorumq̧ factorum. Succumbant pro salute animarum suarum, synodalibus, quæ in ciuitate Chalcedonēsi sunt confirmata, decretis. Et quia ad intelligendum sacramentum salutis humanæ, nisi fides vera, & humilitas quieta non peruenit, credant in euangelio, quod confitentur in symbolo, nec impīјs dogmatibus misceantur. Fides enim catholica sicut damnat Nestorium, qui in vno domino nostro Iesu Christo, duas ausus est prædicare personas, ita damnat etiam Eutychen, cum Dioscoro, quod ab vnigenito dei verbo, negant in vtero virginis matris veritatem carnis humanæ susceptam. Si quid autem erga prędictorum conuersionem exhortatio vestra profecerit, quod gloriam vobis præstabit æternam, peto, hoc mihi clementiæ vestræ literis indicetis, vt & in vobis boni operis fructum, * & illis gaudeam misericordiam domini non perīјsse. Data septimo Kalendas Iulīj, Opilione viro clarissimo consule.

aʃs, & in illis.

¶ Eiusdem. LXV. epl'a ad Iulianum Coensem epm.

LEo episcopus Iuliano Coensi epo. * Frequentissime dilectionē tuā ad hanc curā, & diligētiā meis sum lr̄is cohortatus, vt de his, quæ circa fidem agūtur, solicitudinem meam indesinenter instrueres. Et cum omnibus occasionibus scribere nō qui-

aʃs, sæpissime

A non quiescam, quibusdam tamen scriptis meis, id est, per filium nostrum Rodanum, domesticum filij nostri, viri illustrissimi Aspiratij datis, nullum responsum tuæ fraternitatis accepi, tanq̃ ratio temporis non habuerit, vt q̃d post mea scripta sit gestum, potueris indicare. Et ideo per filium meum Rodanum his literis te saluto, & vt opportunitatem scribendi non negligas, in quo quæstus solicitudinis meæ releuat, admoneo. Cum enim in te, quandam mei Constantinopolitani habeant portionem, dignum pro communi amicitia est, & pro totius ecclesiæ dilectione, incessabili te vigore prospicere, ne quid possit de statu fidei me latere. Quæ ergo per prædictos, vel ad gloriosissimũ principem, vel ad tuam dilectionem scripsi, vt celerrime tradant effectui, opportunis suggestionibus elabora. Et quicquid fuerit (deo auxiliante) dispositum, scire me facito, vt perductis in effectum his, quæ rationabiliter ordinata sunt, pax fidei, canonumq; custodia & securior vbiq; habeatur, & fortior. Data septimo Kalendas Iulij, Opilione viro clarissimo consule.

¶ Epistola. LXVI. eiusdem ad Iulianum epm.

¶ Aetio & Studio cõsulibus circa annũ Chri, teste Cassiodoro. cccc. lvi. secundũ aũt Marianũ Scotũ ad euãgelij veritatẽ. cccc. lxxv. Iuxta vero Dionysii cyclum. cccc. liij qui fuit pontificatus Leonis papæ annus. xv. scripta est hæc epistola, & similiter. iiij. aliæ sequentes.

B CHristianissimi principis fidẽ sæpe euidẽtissimis probauimus documẽtis, ac de nostro grãs agõ, q̃ talem dignatus est rebus humanis cõcedere pro sua pietate rectorẽ, q̃ fidei causas, & reipublicæ summæ vigilãtiæ studio tuet, hæreticorũ ausibus semp obsistẽs, & nihil eorũ insaniæ aduersum catholicã fidẽ licere pmittẽs, cuius post deũ beneficijs hoc debet, q̃ Hierosolymitanus epũs est receptus & monachos, quos pfidia hereticæ falsitatis inuaserat, ad sanitatẽ augusta authoritas reuocauit. Mox itaq; (vt accepi) eplas tuas, talia cõtinẽtes, nõ solũ eadẽ die, sed prope eadem hora respõsum reddere maturaui, vt certior de oĩbus, quæ scripseras, redderis. Frẽm Protheriũ Alexãdrinæ vrbis epm gratulor, satisfact oĩs plenas de fide sua ad nos lras direxisse, & manifeste, q̃dnam teneat, indicasse, cui me dignã grãm, pro fidei ipsius synceritate, necesse est, præstare, vt honorẽ in nullo suæ pdat ecclesiæ, sed sedis suę priuilegia, paternæ antiquitatis exemplo, iuxta canonum illibata iura possideat. De pręsentis anni pascha nulla dubitatio esse nobis potuit, sed de futuro, quod Theophylus Alexandrinæ vrbis epũs, nono Kalendarũ Maiarũ die, quod nnñq̃ ita a tẽpore dñicæ resurrectionis celebratum est, credidit asscribẽdum. Vnde solicitius cõgruit hoc requiri, vt oĩs occasio tollat erroris. Nã in nr̃is annalibus Kalendarũ Maiarũ die, aptissime a patrib9 nr̃is & cõstitutus legit, & celebratus. Ac ne vel apud nos, vel apud Orĩetales, nascatur

C ex hac parte diuersitas, hoc instãtius nostro nomine cum Chrianissimo principe agere tua dignet dilectio, quãuis & ipse clemẽtissimus princeps se, inquisitiõe solicitissima, curã hãc Aegyptijs delegasse, suis eplis dignatus sit indicare. Eplam sane meã, ad Chalcedonensem synodum datã præsentibus epis, & clericis lectã fuisse, tuis epistolis retulisti * sed vsq; ad illud caplm, quo ea, quæ de fide acta sunt, meum, videt firmasse consensum. Vnde miratus sum, q̃ reliqua, quę secuta fuerunt, non pariter in notitiam eorum, quibus sunt lecta, prolata sint, cum maxime oĩbus innotescere debuisset, improbum a vobis ambitum notatum fuisse, ne nouis vsurpationibus cõstituta, inuiolata (vt semper scripsimus) seruarentur. Etiam presbyterum, quem asseris fuisse discussum, gratulamur, cognitione habita, in omnibus fuisse purgatum. Epistolam quoq; ad Christianissimum principem noueris me misisse, in qua illi gratias egi, quia curam mihi suam, tam pro fidei causa, q̃ pro securitate reipublicæ dignatus est indicare. Aliam quoq; ad nos epistolam dedit, interueniens pro Anatholio episcopo, vt nostri illi animi gratia præbeatur, quoniam correctionem eius promittit, & in omnibus se satisfacturum esse, quæ ad fidei obseruantiam pertinent, pollicetur. Data. v. Idus Ianuarij, Aetio, & Studio, viris clarissimis consulibus.

alias, dũtaxat

¶ Epla. LXVII. eiusdẽ ad Martianũ Augustũ. ¶ Tituli caplorũ sequẽtis eplæ.

De Protherio Alexãdrino epo, vt priorum suorum decreta conseruet. i.

Vbi postulat Imperatorẽ, vt eplam, quã ad Flauianũ Constãtinopolitanum epm miserat, in Græco translatam, Alexandrinæ ecclesiæ destinet. ij.

Leo

als, Nestorus

LEo episcopus Martiano epo. Puritatem fidei Chrianæ, qua clementia vestra præfulget, etiam his literis, quas frater & coepus meus* Nestorianus detulit, demonstrastis, iustissimum fratri meo Proterio Alexādrinæ vrbis antistiti impendētes fauorem, quo mihi per oīa esset acceptior. Nam cui vestra pietas testimonium phibere dignat, indubitāter esset probatus, etiam si taceret. Sed accedit ad grām, quod proprio quoq; sermone cognoscit, & q̄ syncerus sit catholici dogmatis prędicator, ipsius professione clarescit. Vnde plenissimo affectu dilectionē orthodoxi fratris amplector, & deo grās ago, ꝙ amoto eo, q euangelio Chri voluit cōtraire, & a sanctorum patrum intelligētia dissentire, talem prospexit Alexādriæ ecclesiæ sacerdotē, q præcedētibus rectoribus & fide, cōcordaret & vita. Nam cum amplecti se eplam meā, quam ad beatæ memoriæ Flauianum, cōtra Eutychen impium misi, toto corde profitet, quid aliud, quā Apostolorum se discipulum ostēdit, qm̄ doctrina veritatis in lumine suo permanet, & nō potest esse diuersum, quod vnum est, atq; diuinum. Rescripsi itaq; prædicto fratri, quod debui, atq; in sancto studio, vt pseueraret, admonui. Qui sine dubio cōstātior erit, si etiam clementiæ vestræ cohortatiōibus adiuuet. Nec in aliquo eum terreat quorundā imperita dissentio, quos paucoꝵ hæreticoꝵ instigatiōibus ignorātia fecit obnoxios. Quod sua ergo negligētia assequi nequeunt, opportune eoꝵ insinuet auditui. Et ne memoratis noua inferre, & propria videat astruere, venerabilium patrum, q eidem ecclesiæ præfuerūt scripta relegant, & qd beatus Athanasius, qd Theophylus, qd Cyrillus, qd etiam Orientales magistri de incarnatione dñi sentiant, recognoscant. Nec repullulantibus decipiant erroribus, q olim euāgelici sermonis sunt virtute prostrati. Qm̄ omnes fere hæreses, quæ diuersis tēporibus extiterūt, dum sacramētum corporeæ natiuitatis, & passionis, ac resurrectiōis Chri nō intelligunt, ab euāgelio deuiarunt. Et possemus minus laborare in hæreticis repellendis, si rudes animos ipsa nō turbarent mēdacia, quæ peremit antiquitas. Sed nunc (vt dixi) hic docēdi optimus modus est, vt paternoꝵ sensuum linea Alexādrinæ plebis, & cleri auribus innotescat, ac si q sunt, q nostra scripta despiciant, illis saltem, q nobiscum apostolicis sensibus cōgruunt, acquiescāt. In quo opere multum cōsacerdotis nostri deuotiōe gaudebo, & semp ipsius vnanimitate lætabor, qa fraterna pax nōnisi vna fidei confessiōe seruat. Quia vero q̄rundam hæreticoꝵ versuta nequitia, ad cōturbādam aliorum simplicitatē, epistolā meam, quam ad beatæ memoriæ Flauianum dedi, *falsasse phibet, vt commutatis quibusdam verbis, vel syllabis, receptorē me Nestoriani erroris asserat, obsecro venerabilem clemētiam vestrā, vt eādem epistolam, per fratrē meum Iulianum episcopum, vel eos, q̄s idoneos ad opus pietas vrā delegerit, in Græcū sermonē iubeatis integre, diligēterq; trāslatā, per idoneum latorē sub vestri signaculi impressione deferri, tradēdam iudicibus Alexādrinis, qui eam clero, & plebi ipsius ciuitatis, cum prædictoꝵ episcopoꝵ p̄dicationibus,* qui & meo scripto cōsentiunt, faciāt recitari, vt agnoscāt, se fallacium hominum fraude vlterius decipi nō debere, & probētur apostolicæ sedis synceri esse discipuli, apud quā nec Eutyches, nec Nestorius vllum obtinēt locum, quia sicut alios hæreticos, ita & istos ecclesia vniuersalis damnauit. Data. vi. Idus Martij, Etio, & Studio viris clarissimis consulibus.

alias falsam esse perhibet.

alias, quibus mea scripta.

¶ Epla. LXVIII. eiusdem ad Martianum Augustum, in qua scribit de exilio Eutychetis, vt ad secretiora loca eum transferret, quia vbi positus erat, adhuc praua docebat.

QVod sepissime multa iam experimēta docuerunt, sanctum pietatis vestræ studium circa religionē Chrianam gloriosis pseuerat, & crescit augmentis, & hæc fides vestræ clementiæ non solum me, sed & omnes domini sacerdotes consolatur, & roborat, dum in Christianissimo principe sacerdotalem experimur affectum. Quem si Orientalium partium sacerdotes studeant imitari,* nihil scandalorum, neque pax neq; fides Chriana patiet. Vnde cum Constātinopolitanus epūs ad omnem pietatis profectum præsenti clemētiæ vestræ doceat exemplo, si fideliter vestris acquiescat hortatibus, habebit in me syncere grē animum, tantum, vt quod verbis spondet, corde perficiat. Si vero, quæ deo, & pietati vestræ displicent, pertinaci intētione delegerit, salua mansuetudinis vestræ reuerentia, vtar cum omnibus, & pro omnibus, vobis quoq; anniten-

alias, nullum scandalum

A annitentibus, aduersum superbientē liberiore constantia,* quē (quod sæpe dicendum est) mallem pro sanctis actibus fraterna charitate complecti, gloriosissime Imperator. Quia vero suggestiones meas pro tranquillitate catholicæ fidei libēter accepistis, significatū mihi fratris & coepiscopi mei Iuliani (quē excepistis piissime) sermone cognoscite, Eutychē impiū pro suis quidē meritis exulare, sed in ipso suæ dānationis loco multa, aduersus integritatē catholicam, blasphemiarum desperatius venena profundere, & q̊d in illo totus mūdus horruit, atq; dānauit, impudētia maiore, vt innocētes decipere possit, euomere. Plenū itaq; rationis æstimo, vt vestra clemētia ad longinquiora eū iubeat, & secretiora transferri. Monasterio vero eius Constantinopoli cōstituto, in quo habitatores ipsius monachi euangelica apostolicaq; doctrina crebrius sunt, & plenius roborandi, salubriter (vt arbitror) fiet, si is, q ipsi monasterio ꝓpositus esse dicitur, a societate veneratoris vestri Iuliani epi, quē in speculis propter fidē illic esse cōstitui, nō recedat, cuius assidua visitatione, profectus seruorum dei illic habitantiū, possit augeri. Petitionem aūt de festiuitate * paschali gaudeo ita a vestra pietate susceptā, vt cōfestim Nectarium agentē in rebus Alexādriā mitteret, de errore remouēdo, quē sanctæ memoriæ Theophili cōstitutio videtur inferre. De qua re (sicut scribere dignamini) quicquid ad pietatis vestræ notitiā perlatū fuerit, iubete me nosse, vt de obseruātia, quā nō licet esse di-

B uersam, quid potissimū sit tenendū, ecclesia vniuersalis agnoscat. Precor aūt, q̊d vestræ noui clemētiæ cōuenire, vt eos maxime tueamini cōtra oēs insidias, quos mihi & vr̄æ mansuetudini propter amorē dei placere cognoscitis, vt eos Cōstantinopolitanus eps̄ lædendi non habeat facultatem. Data. xvij. Kalendas Maij, Etio & Studio viris clarissimis consulibus.

als, q̄a (q̊d sæpe dicēdū est) male pullulātia frña charitate oportet resecari, glo.

als, paschalis gaudij ita noui a vest.

¶ Ep̄la. LXIX. eiusdē, ad Anatholiū ep̄m, p Nectariū agētē in rebus directa.

SI firmo incommutabiliq; proposito, dilectio tua curā gratiæ communis habuisset, nihil profecto, quod vllā anxietatē tibi ingereret, extitisset. Non em̄ sinebat ratio, vt eius charitatē spernerē, quā amore pacis, & studio reparandæ catholicæ fidei inter ipsa episcopatus rudimēta iuuissem, optans in ecclesiasticis curis talē habere cōsortē, vt mihi de sanctis ꝑdecessoribus tuis, nec Iohānis *speciale, copiosamq; doctrinā, nec authoritatē Attici, nec industriā Procli, nec fidē beati Flauiani deesse sentirē, & ita studijs tuis vterer, vt nullus auderet, vel fidei catholicæ resultare, vel Nicænis venerabiliū patrū regulis cōtraire. Sed quū in iniuriā canonum (vt agnoscis) illa tentata sunt, q̄ oibus ecclesijs scandalū maximū generarēt, quid aptius ac modestius facerē q̄ te primū, vt ab hac intentione discederes, fraterno animo, missis literis, admonerē? Ad quas quū nō rescriberes, ipse te a colloquij mei cōsortio separasti. Deniq; inde iā tacui, sed clemētissimo principi, custodi fidei, frequēti literarum petitio

C ne suggessi, vt pro pace ecclesiarum, quam tibi maxime prodesse cognoscis, hæc q̄ nūc a tua dilectione facta sunt, implerent. Cui ineffabiles gr̄as ago, q secundū eruditionē spiritus sancti, cuius est virtute plenissimus, sacerdotali dignatur studere cōcordiæ, sciens, sibi orationes supplicantiū copiosius profuturas, si famuli vnius dn̄i in nullo sint a veræ pacis vnitate diuisi. Quod ergo in Cōstantinopolitana ecclesia quædā in officijs clericorū correcta significas, vt & Etiū presbyterum in grām tuā, affectionemq; reuocaueris, & Andreā archidiaconi actione submoueris, nobis placuisse rescribo, qa existimationē tuā (vt optabā) plurimū erigit, atq; cōmendat. Et merito post correctionē in obliuionē deducitur, quod reprehēsioni obnoxium videbatur, quū hæreticorum prouectione, & sanctæ memoriæ Flauiani iniuria grauareris, q̄ nunc simul ab omni offensione, quū tui (vt volui) laude cessarunt, qa in ordinē suū, quæ fuerāt turbata, redierūt. Andreā sane, qui rationabiliter archidiaconi est priuatus officio, & Eufratam, q sanctæ memoriæ Flauiani (vt comperi) improbus extitit accusator, si professionibus plenissime scriptis, non minus Eutychianā hæresim, q̄ Nestorianū execrabile dogma cōdemnāt, qm̄ venia est præstanda correctis, presbyteros cōsecrabis, vt sibi remedium catholicæ fidei sentiant profuisse, electo primitus, & probato, q archidiaconi officiū possit implere, id est, quē nulla vnquā ꝑdictarum impietatum fama resperserit. Cæteri vero, quos par reatus inuoluerat, si veniā simili professione cū satisfactione deposcūt, suis ordinibus reforment, his tantū ad officiorum primatū admissis, quos ab omni errore liberos fuisse cōstiterit. Illā autem culpam, quam de augenda potestate aliena (vt asseris) adhortatione contraxe-

als, sp̄ūalem

ras,

ras, efficacius, atq; syncerius, tua charitas diluisset, si quod tentari sine tua voluntate non potuit, non ad sola clericorum consilia transtulisses. Quia sicut in mala suasione delinquit, ita & in mala consensiōe peccatur. Sed gratū mihi (frater charissime) est, q̄ dilectio tua profitet sibi displicere, quod tunc etiam placere non debuit. Sufficit in grāe cōmunis regressu, professio dilectionis tuæ, & attestatio principis Chrīani. Nec videtur tarda correctio, cui tam venerabilis assertor accessit. Abijciat penitus in consessu iuris, q dissensionem fecerat appetitus. Sufficiāt limites, quos sanctorū patrum prouidentissima decreta posuerunt Vt quieta sit suis meritis, & antiquis priuilegijs, dignitas omnium sacerdotū, * renouetur, & maneat in te dominicæ charitatis affectio, ad quam dilectionē tuam sæpius cohortatus sum, cum fratre, & coepō nostro Iuliano, q communē grām semper optauit, cuius industria, & solicitudines tuæ releuabunt, & fides catholica munietur. Super omnia autem fraterna charitate hortor, & moneo, vt ea, quæ ad gloriam, vel ad munimen pertinent saccerdotalis officij, Nicęnorum canonum vniuersalis ecclesiæ, pacem seruātia, decreta, custodias. Sic em̄ inter dn̄i sacerdotes inuiolata charitas permanebit, si paribus studijs, quæ sunt a sanctis patribus cōstituta, seruent. Data. iiij. Kalē. Iunij, Aetio, & Studio, viris clarissimis consulibus.

alias, reuocet

D

¶Ep̄la. LXX. beati Leonis papæ ad Iuuenalē Hierosolymitanū ep̄m.

Acceptis dilectionis tuæ literis, quas ad me filij nostri Andreas presbyter, & Petrus diaconus detulerunt, gauisus quidem sum, q̄ tibi ad episcopatus tui sedem redire licuisset, sed confluentibus in recordationem om̄ibus, quæ te per quosdam excessus laborare fecerunt, dolui aduersitatum tuarum temetipsum tibi fuisse materiam, & resistendi hæreticis constantiam perdidisse, q æstimant non esse tibi liberum, vt eos audeas redarguere, quos tibi professus sis in suo errore placuisse. Beatæ em̄ memoriæ Flauiani condemnatio, & impijssimi Eutychetis receptio, q̄d nisi dn̄i nostri Iesu Chrī secundum carnem negatio fuit? quam ipse grandi misericordia sua fecit resolui, cum detestādum illud Ephesinæ synodi iudicium, ita sancta Chalcedonēsis synodi authoritate destruxit, vt nullum deprauatorum a remedio correctionis arceret. Vnde quia in tempore indulgentiæ resipiscentiam magis, q̄ pertinaciam delegisti, ita gaudeo, te cœlestem expetisse medicinam, vt fidei, ab hæreticis impugnatæ, tandem possis esse defensor. Quamuis em̄ nulli sacerdotum liceat nescire, quod prædicat, qm̄ qui ignorat, ignorabitur, * inexcusabilior tn̄ est omnibus imperitis, quilibet Hierosolymis habitans Christianus, qui ad cognoscendam virtutem euāgelij, non solum paginarum eloquijs, sed ipsorum locorum testimonijs eruditur. Et quod alibi non licet non credi, ibi non potest non videri. Quid laborat intellectus, vbi est magister aspectus? Et cur lecta, vel audita sunt dubia, vbi se & visui, & tactui tot humanæ salutis ingerunt sacramenta? Quasi ad singulos quosq; cunctantes dn̄s adhuc voce corporea vtatur, & dicat: Quid turbati estis, & quare cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas, & pedes meos, quia ipse ego sum. Palpate & videte, quia spiritus ossa, & carnem non habet, sicut me videtis habere. Vtere ergo (frater charissime) inuictissimis catholicæ fidei documentis, & euangelistarum prædicationē sanctorū locorum, in quibus degis, testificatione defende. Apud te est Bethleem, in qua salutifer Dauidicæ virginis partus illuxit, quem obuolutum pannis inter angustias diuersorij, præsepe suscepit. Apud te est declarata ab angelis, adorata a Magis, & p multorū infantiū mortes ab Herode quæsita saluatoris infantia. Apud te est, vbi pueritia eius adoleuit, vbi adolescentia maturauit, & per omnia incrementa corporea, in virum perfectum veri hominis natura profecit, non sine cibo esuritionis, non sine somno quietis, non sine fletu miserationis, nec sine pauore formidinis. Vnus enim atq; idem est, qui & in dei forma operatus est miracula magna virtutis, & in forma serui subijt sæuitiam passionis. Hoc tibi ipsa crux indesinenter loquitur, hoc lapis clamat sepulchri, in quo dominus humana conditione iacuit, & de quo diuina potentia resurrexit, & cum ad montem olиueti, locum ascēsionis veneraturus, accedis, nōne illa vox angelica in tuo resultat auditu, qua eleuationem domini stupētibus, dicitur. Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum. hic Iesus qui assumptus est a vobis in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum? Veram igitur Christi generationem crux vera confirmat, quoniā ipse in nostra carne nascitur, qui in nostra crucifigit, quæ, nullo interueniente peccato, nisi su

E

1. Cor. 14. g
alias, tamē est omnibus imperitis imperitior.

Luc. 24. f

F

Lucæ. 2. a
Ibidem. a. b
Matth. 2. a, &
Ibidē. c
Lucæ. 2. g
Ibidē. f
Luc. 3. c
Matth. 4. a
Marc. 4. d
Iohan. 11. c
Matth. 26. d,
Iohan. 19. g
Matt 28. a
Acto. 1. b

A nisi fuisset nostri generis, non potuisset esse mortalis. Vt aűt repararet omniű vitam, recepit omnium causam, & vim veteris chyrographi, quod solus inter omnes non debuit, pro omnibus soluendo, vacuauit, vt sicut per vnius reatum omnes facti fuerāt peccatores, ita per vnius innocentiam omnes fierent innocentes, inde in homines manāte iustitia, vbi est humana suscepta natura. Nulla eñ ratione extra nostri est corpis veritatem, de quo euangelista pdicationem inchoans dicit: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Et qui Samaritanæ mulieri protestatur, qm̃ salus ex Iudæis est, beati Pauli apostoli consonante doctrina, cum dicit: Quoꝝ patres, & ex quibus Chrūs secundum carnē, qui est super omnia deus benedictus in secula. Itemq́ꝫ ad Timotheum: Memento, inquit, Iesum Christū resurrexisse a mortuis, ex semine Dauid secundum carnem. Hæc aűt veritas quantis & noui, & veteris testamenti authoritatibus declaretur, pro antiquitate sacerdotij tui, euidenter agnoscis, cum fides patrū & scripta mea ad sanctæ memoriæ Flauianum data, quoꝝ mentionem ipse fecisti, adiecta vniuersalis synodi confirmatione sufficiant. Vnde prospicere oportet dilectionē tuam, ne contra redemptionis, ac spei nostræ ineffabile sacramētū, vllus obmurmuret. Sed si, q sunt, q adhuc aut ignorātia caligant, aut puersitate discordāt, eoꝝ, q̄ꝝ in ecclesia dei aplica fuit, & est clara doctrina, authoritatibus instruantur, & de incarnatiōe verbi dei hoc nos credere, q̄d illi credidere, cognoscāt, neq́ꝫ se extra corpus dei Christi, in B quo cōmortui, & cōresuscitati sumus, sua obduratiōe cōstituāt, qa nec pietas fidei, nec ratio recipit sacramēti, vt aut in sua essentia passibilis fuerit deitas, aut in nr̃æ naturæ susceptione mētita sit veritas. Particulā dñicæ crucis, cū eulogijs dilectionis vr̃æ venerāter accepi. Data pridie nonas Septēbris, Etio, & Studio viris clarissimis consulibus.

Colos. 2. e
Roma. 5. d

Matth. 1. a.
Iohan. 4. c.
Roma. 9. a
2. Timot. 2. b

¶ Epistola. LXXI. eiusdem ad Leonem augustum.

¶ Constantino & Rufo consulibus, circa annum Christi, teste Cassiodoro. ccccliх. Secundum autem Marianum Scotum, ad euangelij veritatem. cccclxxvij. Iuxta vero Dionysii cyclum. ccccl v. qui fuit pontificatus leonis papæ annus. xviij. Hæc epistola scripta est & similiter tres sequentes.

OFficijs, quæ ad gratulationem imperij vestri pertinent, persolutis, etiam hāc paginam necessariæ supplicationis adieci, qua catholicæ fidei diuinitus preparatum fauoris vestri posco præsidium. Nam talia in Alexandrina ecclesia perpetrata fratris, & coepiscopi mei Anatholij relatione cognoui, vt omnis Christiana religio sentiat se impeti, atq́ꝫ violari, nisi vniuersali fidei vestræ deuotione C prospiciatur, & memoratæ ecclesiæ, quæ antea catholicis fuit clara doctoribus, reddatur Christiana libertas, vt cessantibus hæreticorum impugnationibus, euangelica doctrina, quæ illic ante Dioscorum viguit, vnita cum totius ecclesiæ pace reparet. Quod opus virtutibus vestris, gloriæq́ꝫ conueniēs, celerem, & deo placitū habebit effectum, si apud sanctam Chalcedonensem synodū de dñi Christi incarnatione firmata, nulla permiseritis retractatione pulsari, quia in illo concilio, per spm̃ sanctum congregato, tam plenis atq́ꝫ perfectis diffinitionibus cuncta firmata sunt, vt nihil ei regulæ, quæ ex diuina inspiratione prolata est, aut addi possit, aut minui. Hoc autem etiam apud clemētiæ vestræ scientiam non ambigimus esse perspicuum, siquidem (vt multoꝝ ante relatione cōperimus) molitiones hæreticoꝝ, quæ contra prædictæ synodi authoritatē conabantur assurgere, nihil ex hoc permiseritis audere. Vnde quod negandū illis sponte vidistis, gloriosum vobis est vniuersali ecclesiæ, me suspicante cōcedere, & incōmutabiliter, perpetuæq́ꝫ præstare, vt quæ secundū euangelium Christi, & prædicationis euangelicæ veritatem omnibus retro seculis, vna fide, vnaq́ꝫ intelligētia roborata sunt, nulla vlterius possint actione conuelli. Prout ergo misericordia dei, consilio spūs sui, mentem vestræ pietatis instruxerit, sanctæ primitus Alexandrinæ ecclesiæ pacis reparationi consulite, & per catholicos sacerdotes talē prouideri iubete pontificē, in quo & in actuū probitate, & in fidei perfectione nihil possit reprehensibile reperiri, vt omnibus rite compositis, eadem vbique seruetur prædicatio veritatis. Data quinto Idus Iunij, Constantino & Rufo viris clarissimis consulibus.

¶ Epistola. LXXII. eiusdem, ad Leonem augustum.

LIcet proxime ad clementiam vestrã gemina scripta direxerim, quorũ vnum debitum salutationis impleret, aliud pro statu ecclesiæ supplicaret, tamen occasione, quæ deo prouidente se præbuit, iterari vtrũq; cõuenit. Secundũ ergo fiduciam illam, quam ex dei inspiratione vniuersali ecclesiæ præstitistis, ante cuiusquam preces cõstituendo, q̃d maxime ab omnibus fuerat expetendũ, non desinimus gratias agere, & prouidentiam dei in fidei vestræ feruore benedicere, qui sancto & catholico spũ, sicut fratris, & coepiscopi mei Anatholij sermone cognoui, ita hæreticorũ impudentiæ restitistis, vt profiteremini, ad totius mundi pacem Chalcedonensis synodi vos esse custodem. Quod cum ex vestræ fidei sententia saluberrime diffinitũ sit, quanto studiosius vniuersali ecclesiæ est conferendum, vt tranquillitas fidei Christianæ etiam vestro prosit imperio, nec improbitas hæretica in aliquo suo molimine glorietur. Cuius pertinax insidiosa contentio ilico conquiescet, si Imperiali potestate frenetur. Data Kalendis Septembris, Constantino & Rufo consulibus.

¶ Epistola. LXXIII. eiusdẽ ad eundem Leonẽ augustum.

LIteras clementiæ tuæ plenas virtute fidei, & lumine veritatis veneranter accepi, quibus cuperem, etiam in eo, q̃d præsentiã meã pietas vestra necessariũ existimat, obedire, vt maiori fructu conspectum vestri splendoris assequerer, sed magis id vobis arbitror placiturũ, quod eligendũ ratio demonstrauit. Nã cum sancto, spũaliq; studio vniuersam pacẽ ecclesiæ muniatis, nihilq; sit conueniẽtius fidei defendendæ, q̃ his, quæ per omnia, instruente spũ sancto, irreprehẽsibiliter diffinita sunt inhærere, ipsi quõ videbimur statuta velle cõuellere, & authoritates, quas ecclesia vniuersalis amplexa est, ad arbitriũ hæreticæ petitionis infringere, atq; ita nullum corrigendis ecclesiis modũ ponere, sed data licentia debellãdi, dilatare magis, q̃ sopire certamina. Vnde, qa post illas Ephesinæ synodi impietates, quibus Dioscori scelere fides catholica refutata, peruersitas Eutychiana suscepta est, nihil ad confirmationem fidei Chrianæ vtilius potuit ordinari, q̃ vt prædicti facinus sancta synodus Chalcedonẽsis aboleret, & tãta illic haberet cœlestis cura doctrinæ, vt nihil cuiusquam opinione resideret, q̃d a p̃dicationibus vel propheticis, vel apostolicis dissonaret, ea scilicet moderatione seruata, vt rebellibus tm̃, ac ptinacibus ab ecclesiæ vnitate reiectis, nulli correcto venia negaretur. Quid probabilius,, quid religiosius poterit pietas vestra decernere, q̃ vt, quæ non tã humanis, q̃ diuinis sunt statuta decretis, nullus vltra sinatur impetere, ne vere digni sint dei munus amittere, q de veritate ipsius ausi fuerint dubitare? Cũ ergo vniuersalis ecclesia per illius principalis petræ ædificationẽ facta sit petra, & primus apostolorũ beatissimus Petrus voce dñi audierit: Tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiã meã, quis est nisi aut Antichristus, aut diabolus, q pulsare audeat inexpugnabilẽ veritatẽ, qui in malitia sua incõuertibilis perseuerans, p vasa iræ, & suæ apta fallaciæ falso diligẽtiæ nomine dũ veritatẽ se mentitur inquirere, mendacia desiderat seminare, atq; contemnenda, & vitãda merito sibi incontinens furor, & impietas cæca p̃scripsit, vt diabolico instinctu, quod in sanctã Alexandrinã sæuit ecclesiam, quales essent qui Chalcedonensem synodũ retractari cupiunt, differet, in qua nullo modo accedere potuit, vt a vobis contra sanctam Nicænã synodũ sentiretur, q̃d hæretici mentiuntur, qui se fidẽ Nicæni concilij tenere confingũt, in quo sancti & venerabiles patres nostri contra Arrium congregati, non carnem dñi, sed deitatem filij Homousion patri esse firmauere, in Chalcedonensi aũt concilio aduersum Eutychianam impietatem definitum est, de substantia virginis matris dñm Iesum Christũ sumpsisse nostri corporis veritatem? Apud Christianissimũ principẽ igitur, & inter Christi prædicatores digno honore numerandum, vtor catholicæ fidei libertate, & ad cõsortium te apostolorũ ac prophetarũ securus exhortor, vt constanter despicias, ac repellas eos, qui se Christiano nomine priuauere, nec patiaris impios patricidas sacrilega simulatione de fide agere, quos constat a fide deuiare. Cum eñ clemẽtiam tuã dñs tanta sacramenti sui illuminatione ditauerit, debes incunctanter aduertere, regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maxime ad ecclesiæ præsidium esse collatam, vt ausus nefarios comprimendo, & quæ bene sunt statuta, defendas, & verã pacem his, quæ sunt turbata, restituas, depellendo, scilicet, peruasores iuris alieni, & antiquæ fidei sedẽ Alexandrinæ ecclesiæ reformãdo, vt correctionibus tuis dei iracundia mi

Matth. 16. c.

A dia mitigata,regiæ ciuitati non retribuat,quæ antea admissa sunt,sed remittat. Cõstitue ante oculos cordis tui,venerabilis Imperator,omnes,qui per totum orbẽ sunt,dñi sacerdotes,pro ea tibi fide,in qua totius mundi est redemptio,supplicare,in qua re specialius ambiunt,qui apostolicæ fidei sectatores Alexandrinæ ecclesiæ præsedere,agẽtes apud pietatẽ tuam,ne hæreticos hoĩes,& merito pro sua peruersitate dãnatos, vti sua persuasione patiamini,cũ siue impietatẽ erroꝝ aspicias,siue opus perpetrati furoris attendas,non solum ad sacerdotij honorem admitti nequeant, sed ab ipso Christiano nomine mereant̃ abscindi. Nam(q̃d exorata pietatis vestræ venia dixerim)quodã contagio splendorẽ vestræ serenitatis obfuscãt,cum sacrilegi patricidæ id audeant petere, quod nec innocentes liceat obtinere. Oblatæ sunt pietati vestræ preces,quaꝝ exempla vestris literis subdidistis,sed in his,quæ catholicoꝝ sunt deplorantium subscriptio continetur,& quia causa probabilis est,fiducialiter nomina singuloꝝ,vel dignitas sui honoris aperitur. In illis autem,quas orthodoxo principi hæretica porrigere non formidauit obreptio,sub incerto confusæ vnitatis vocabulo,ideo certũ nomẽ retrahitur, ne non solũ paucitas personaꝝ,sed etiã meritum detegatur. Latere eñ sibi vtile æstimat eoꝝ quantitas,quoꝝ est & qualitas iudicata,nec incongrue cuius loci hoĩes sunt, profiteri metuunt,qui meruere dãnari. In vna ergo catholicorum supplicatio cõtinetur,in alia hæreticoꝝ cõmenta panduntur. Hic sacerdotum dñi,& totius Christiani populi,ac monasterioꝝ defletur euersio,ibi immaniũ sceleꝝ continuatio demonstratur,

B vt quod non licuit audiri,liceat dilatari. Nonne perspicuum est, q̃bus pietas vestra succurrere,& quibus debeat obuiare,ne Alexãdrina ecclesia,quæ semꝑ fuit domus orationis,spelunca nunc fit latronũ? Manifestũ quippe est,per crudelissimã,insanissimãq; sæuitiam omne illic cœlestium sacramentoꝝ lumen extinctũ. Intercepta est sacrificij oblatio,defecit chrismatis sanctificatio,& patricidalibus manibus impiorum omnia se subtraxere mysteria. Nec vllo modo ambigi põt,quid de his decernendũ sit,qui post nefanda sacrilegia,post sanguinẽ probatissimi sacerdotis effusum, & cõcremati corporis cinerem,in cõtumeliam aeris cœliq; dispersum,audẽt sibi ius peruasæ dignitatis expetere,& apostolicæ doctrinæ inuiolabilem fidẽ ad concilia prouocare. Magnũ ergo vobis est,vt diademati vestro de manu dñi etiã fidei addatur corona,& de hostibus ecclesiæ triumphetis,quia si laudabile vobis est aduersaꝝ gentium arma cõterere,quanta erit gloria,ab insanissimo tyranno Alexandrinã ecclesiã,in cuius contritione omnium Christianoꝝ est iniuria,liberare? Vt aũt literæ meæ pietati tuæ colloquiũ quasi ꝑsentis exhibeant,quicquid de cõmuni fide fueram suggesturus, scriptis prosequentibus insinuandũ esse perspexi. Ac ne huius epistolæ pagina in nimiam longitudinem tẽderetur,alijs literis,quæ assertioni catholicæ fidei congruũt, cõprehendi, vt licet ea,quæ

C a sede apostolica sunt prædicata,sufficerent,insidias tamen hæreticoꝝ etiam hæc,quæ sunt adiecta,referarent. Sacerdotalẽ nãq;,& apostolicũ tuæ pietatis animum, etiã hoc malum ad iustitiam vltionis debet accẽdere,q̃d Constantinopolitanæ ecclesiæ puritatem pestilenter obscurat,in qua inueniuntur clerici quidã,hæreticoꝝ sensui consonãtes,& intra ipsa catholicoꝝ viscera,assertionibus suis hæreticoꝝ partem adiuuãtes. In quibus deturbandis,frater meus Anatholius cũ nimis benigne parcit,segnior inuenit̃. Dignamini pro fide vestra,etiã ecclesiæ istam præstare medicinam, vt tales nõ solum ab ordine clericatus,sed etiã ab vrbis habitatione pellantur,ne vlterius sanctus dei populus peruersorum hominum contagio polluatur. Cultores autem pietatis tuæ Iulianum episcopum,& Eutychium presbyterum mea petitione commendo, vt suggestiones eorum pro catholicæ defensione fidei placide digneris audire, quia vere sunt eiusmodi,vt fidei vestræ possint per omnia vtiles inueniri. Data Kalendis Nouẽbris, Constantino & Rufo viris clarissimis consulibus.

Matth. 21.b Marci. 11.c Lucæ. 19.g 1.q.1.Manifestũ est ꝑ cru.

¶ Ep̃la. LXXIIII. eiusdẽ ad Anatholiũ ep̃m Constantinopolitanum.

LEo episcopus Anatholio ep̃o. Diligentiã necessariæ solicitudinis,quã fraternitas tua in dirigendis ad nos literis exequitur, approbamus, & acceptis ꝑ filiũ nostrũ Olympiũ paginis tuis, sacerdotalẽ in te curã vigere sentimus,cui nos q̃q;(q̃tum dñs dat posse)nõ desumus,exorãtes dilectionẽ tuã,vt q̃a tempus laboris incidimus,in sancta vigilantia ꝑseueres,donec dextera dñi faciat virtutem, & sub pedibus ecclesiæ suæ conterat tentatorẽ. Consolatur etẽñ nos per oĩa ꝑparata

Psalm. 117.

diuinitus clemētissimi principis fides, quē in eo rursus, sicut oportuit, sum cohortatus alloquio, vt impījssimorū latronū ausibus, districtiore cōstātia faciat obuiari, q̄s nefas ē, tm̄ de suo fauore p̄sumere, vt etiā apud Constātinopolim audeāt insanire. Sed hoc eis ideo diuinæ prouidentiæ rōne permittit, vt magis ac magis, q̄ spū agitentur, appareat, ne dubitari possit, in quātā essent audaciā prorupturi, si post dānationē impījssime hæresis, disceptādi cōtra fidē acciperent potestatē, vt, q̄tum in ipsis est, latius hoc furore sæuirēt, quē fratres & coepi nostri, q ad nos nuper ex Aegypti partibus confugere, se pertulisse deplorāt, qbus & a Christianissimo principe, & a tuæ fraternitatis deo placita charitate, solatia pietatis impēdi nō ambigerem, etiā si ipse nō scriberes. Oportunū aūt credidi, vt ad ipsos quoq; scripta dirigerē, quæ illos possint in cōmunis fidei proposito roborare, & q̄d pro patientia sua superna remuneratione mereantur, agnoscerent. Sicut beatus apl'us docet, dicēs: Excipite itaq; illos cū gaudio in dn̄o, & hm̄oi cū honore habete, qm̄ propter fidē Christi vsq; ad mortē accesserūt. Illud sane plurimū mihi displicere significo, q̄d inter dilectionis tuæ clericos, quidā esse dicuntur, q aduersariorū cōniueant prauitati, & vasa iræ vasis misericordiæ misceant. Quibus inuestigādis, & sæueritate cōgrua coercēdis debet diligētia tua vigilāter insistere, ita vt his, quibus prodesse nō potuerit correctio, nō parcat abscisio. Oportet etem̄ nos euāgelici meminisse mādati, q̄d ab ipsa veritate p̄cipitur, vt si nos oculus, aut pes, aut dextera scandalizeaurit manus, a cōpage corp̄is auferatur, qa melius fit, his in ecclesia carere membris, q̄ cū ipsis in æterna ire supplicia. Nā superfluo extra ecclesiā positis resistimus, si ab his, qui intus sunt, in eis, q̄s decipiūt, vulneramur.* Abījcieda prorsus pestifera hæc a sacerdotali vigore patiētia est, quæ sibimet, peccatis aliorū parcēdo, non parcit. Sicut Heli quondā sacerdos filiorū suorū delicta tolerādo, cū ipsis diuinæ iustitiæ sentētiam meruit experiri, quia segni indulgētia, dissimulauit plectere p̄ctōres. Quantū itaq; opportunitas inuitat officij, religiosissimū principē dilectio tua studeat frequētare, & non solū regiā, sed & sacerdotalē ipsius mentē, p̄cibus meis obsecrare p̄siste, vt memor cōmunis fidei, quā spū sancto docēte suscepimus, oīa hæreticorū machinamēta confringat, neq; quicq̄ illis in ecclesiis Christi licere patiatur, ne in eorum potestate sint diuina mysteria, qbus in domo dei, pro scelerū suorū magnitudine, nec habitādi ius residet, nec orādi. Data *pridie Idus Octobris, Cōstantino & Rufo, viris clariss. consulibus.

Philip. 2. d

24. q. 3. Illud aūt sane

Matth. 18. b. & Marc. 9. f.

alias, Abscidenda.

1. Regū. 2. f. g.

alias. v.

¶ Epistola. LXXV. eiusdem ad Anatholium episcopum per Patricium diaconum missa.

¶ Leone augusto & Maiorano augusto consulibus, circa annum Christi, Cassiodoro teste. cccclx. secundū aūt Marianum Scotum, ad euangelij veritatem. cccclxxx. Iuxta vero Dionysii cyclum. cccclviij. qui fuit pontificatus Leonis papæ. xx. scripta est præsens epistola, & duæ sequentes similiter.

LEctis dilectionis tuæ lr̄is, quas per filiū nostrū Patriciū diaconū direxisti, intellexi, tibi studiū meæ solicitudinis displicere, qua, secundū dominicā charitatem, quam tibi a nobis impendi, experimētis plurimis approbasti, de cauendis his, qui cōmunis fidei aduersarij dicerent, admonui, ne ad negligentiā rectoris referretur, si quisquā in ecclesia catholica ea prædicare p̄sumeret, quæ hæreticorū sensibus cōuenirent. Quod vtrū veraciter fama iactaret, dilectionis tuæ inquirendū iudicio delegaui. Neq; in aliquo honorē tuum læsi, cui discutienda ea, quæ ad me erant p̄lata, cōmisi, vt scilicet Atticus presbyter, quē talia audere cognoueram, nisi perfecta se satisfactione purgasset, & non solū voce, hæreticos, sed etiā propriæ manus subscriptione dānasset, a cōmunionis gratia esset alienus. Qui, scripta mittendo, dubię fidei, & professionis incertæ confirmauit magis, q̄ diluit, quicq̄d ad nos de eo fama pertulerat, cum, si cōscientiā suam voluisset probare syncerā, non Eutychen sibi odiosum fuisse, sed q̄ perfidiā ipsius reprobaret atq; dānaret, debuerat confiteri, qa aliud sunt humanæ, etiam inter catholicos, simultates, aliud diabolici, quos fides catholica dānat, errores. Et ideo, frater charissime, in nullo debes de nostra dilectione dubitare, si prophetæ exemplum sequaris, & dicas. Nōne, qui te oderant, dn̄e, oderam illos, & sup inimicos tuos tabescebam? Per om̄ia em̄ volo te esse certissimū, q̄ sicut meā existimationē illæsam cupio permanere, ita opto, te quoq; in omnibus irreprehensibilē reperiri. Prę-

Psal. 138.

dictus

A dictus aũt Atticus, vt ab omni suspitione cõtraria liber appareat, qd in Eutychen anathematizet, ac dãnet, euidenter ostẽdat, & in dãnationẽ erroris expressi, remota omni dubitatione, subscribat, ita vt Chalcedonensis symboli diffinitionẽ de fide, cui etiã dilectio tua subscribendo consensit, & quã apostolicæ sedis firmauit autoritas, profiteatur se per oĩa seruaturũ, adiecta subscriptione propriæ manus, quæ in ecclesia Christiano populo præsente, recitetur, vt pro catholica fide, neq; nos negligentes, neq; ipse vltra suspectus habeat. Qui si, in eadẽ prauitate perdurãs, præceptis salubribus parere noluerit, sententiã synodi Chalcedonensis, cuius diffinitiõibus resultat, recipiet. Data. xv. Kalen. Aprilis, Leone, & Maiorano augg. consulibus.

¶ Epistola. LXXVI. eiusdẽ ad Leonẽ augustũ per Philonẽ in rebus agentẽ directa.

MVlto gaudio mens mea exultat in dño, & magna mihi est ratio gloriandi, cũ clementiæ vrę excellentissimã fidẽ augeri per oĩa donis gratiæ cœlestis agnosco, & per incrementa diligẽtiæ deuotionẽ in vobis animi sacerdotalis experior. Nã in vestræ pietatis alloquijs non dubie patet, qd per vos in totius ecclesiæ salute spũs sanctus operetur, & quantũ vniuersorũ fidelium precibus sit optandũ, vt in omnẽ gloriam vestrũ extendatur imperium, qui supra curã rerũ tẽporalium, religiosæ prouidentiæ famulatũ diuinis, & æternis dispositionibus pseueranter B impenditis, vt scilicet catholica fides, quæ humanũ genus sola viuificat, sola sanctificat in vna confessione permaneat, & dissensiones, quæ de terrenarũ opinionum varietate nascũtur, a soliditate illius petræ, supra quam ciuitas dei ædificat, abigantur. Hæc autẽ dei munera ita diuinitus demũ nobis conferentur, si de his, quæ pstita sunt, nõ inueniamur ingrati, & tanquã nulla sint, quæ adepti sumus, cõtraria potius expetamus. Nam quæ patefacta sunt quærere, quæ perfecta sunt retractare, &, quæ sunt diffinita, conuellere, quid aliud est, q̃ de adeptis gratiã non referre, &, ad interdictæ arboris cibum, improbos appetitus mortiferæ cupiditatis extẽdere? Vnde, qa ad pacẽ vniuersalis ecclesiæ, & ad custodiam catholicæ fidei, cura dignamini *solicitiore respicere, euidẽter agnoscitis, q magnis hæreticorũ audetur insidijs, vt inter Eutychis, Dioscoriq; discipulos, & eũ, quẽ apostolica sedes direxerit, diligẽtior, tanq̃ nihil fuerit ante definitum, tractatus habeatur, & q̃d totius mũdi catholici sacerdotes *in sancta Chalcedonẽsi synodo probãt,, gaudẽtq; firmatũ, in iniuriã etiã sacratissimi cõcilij Nicæni efficiatur infirmũ. Quod eñi nostris tẽporibus apud Chalcedonã de dñi nostri Iesu Christi incarnatione firmatũ est, hoc etiã apud Nicęã mysticus ille patrũ numerus definiuit, ne catholicorũ cõfessio, aut vnigenitũ dei filiũ in aliquo crederet patri imparem, aut eundẽ, cum C factus est filius hominis, nõ verã carnis nostræ, atq; animæ habuisse naturã. Detestãdũ ergo nobis est, pseuerãterq; vitandũ, q̃d fraus hæretica nititur obtinere, nec in aliquam disceptationem, pie, & plene definita, reuocãda sunt, ne ad arbitriũ dãnatorũ, ipsi de his videamur ambigete, quæ manifestũ est, per om̃ia propheticis, & euãgelicis, & apostolicis authoritatibus cõsonare. Vnde, si q sunt, q ab his, q̃ cęlitus sunt constituta, dissentiunt, suis opinionibus relinquãtur, & ab vnitate ecclesiæ, cũ ea, quã elegere, puersitate, discedant. Nã, nullo modo fieri põt, vt q diuinis audẽt contradicere sacramẽtis, aliqua nobis cõmunione sociẽtur. Iactẽt se in sui eloquij vanitate, & de argnmẽtationũ suarũ versutia, q̃ inimica est fidei, glorientur, nobis placet, apostolicis obedire pceptis, dicẽtibus: Videte, ne qs vos decipiat, p philosophiã, & inanẽ seductionẽ hominũ. Nã secundũ eundẽ apostolũ, si quæ destruxi, hęc ædifico, pręuaricatorẽ me cõstituo, & eis me vltionũ cõditionibus subdo, quas nõ solũ authoritas beatæ memoriæ principis Martiani, sed etiã ego mea cõsensione firmaui. Quia sicut sancte, veraciterq; *dixistis, perfectio incrementũ, & adiectionẽ plenitudo nõ recipit. Vnde cũ sciam, te, venerabilis princeps, synceríssimo veritatis lumine imbutũ, in nulla fidei parte nutare, sed sancto, psectoq; iudicio a prauis recta discernere, & a refutãdis amplectẽda diuidere, obsecro, ne humilitatẽ meã de diffidẽtia putes esse culpandã, cũ hæc mea cautio non solum vniuersali ecclesiæ consulat, sed etiã tuæ gloriæ famuletur, ne sub imperij tui tẽpore, & hæreticorũ aucta videat improbitas, & catholicorũ pturbata securitas. Quãuis ergo multũ per omnia de pietatis vestræ corde confidam, &, per inhabitantẽ in vobis spiritũ dei, satis vos instructum esse perspiciam, ne fidei vestræ vllus possit error illudere, præceptioni tamen vestræ, in eo adnitar obedire, vt aliquos de fratribus meis dirigam,

als, solertiorẽ

alias, a.

quo, aut q̃to capĩo nondũ certum est

Colcss. 2. b.
Galat. 2. d.

als, audistis.

rigam,qui apud vos præsentiæ meæ instar exhibeant,&, quæ sit apostolicæ fidei re- D gula,licet(vt dixi)vobis bene sit nota, demonstrent,patefacientes in omnibus, & probantes,non esse omnino inter catholicos cōputandos,qui definitiones venerabilis synodi Nicænæ, vel sancti Chalcedonēsis concilij regulas non sequūtur, cum vtrorūq; sancta decreta,ex euangelico,& apostolico sit manifestū fonte prodire, & quicquid non est de irrigatione Christi,poculi esse viperei. Prænoscat igitur pietas vestra, venerabilis Imperator,hos,quos spondeo dirigendos,non ad confligendum cum hostibus fidei, nec ad certandum contra illos,a sede apostolica profecturos,quia de rebus,& apud Nicæam,& apud Chalcedonam(sicut deo placuit)definitis,nullū audemus inire tractatum, tanquam dubia,vel infirma sint,quæ tanta per spiritum sanctum fixit authoritas.Instructioni autem paruulorum nostrorum, qui post lactis alimoniam,cibo desiderant solidiore satiari,ministerij nostri præsidium non negamus. Et sicut simpliciores non spernimus,ita a rebellibus hæreticis abstinemus,memores præcepti dominici,dicentis:Nolite dare sanctum canibus,neq; miseritis margaritas vestras ante porcos. Nimis quippe indignum,nimisq; iniustū est,eos ad libertatem disceptationis admitti,quos significat spiritus sanctus per prophetam,dicens: Filij alieni mentiti sunt mihi. Qui etiam,si euangelio nō resisterent,de illis tamen se eē monstrarent,de quibus scriptum est:Deum se profitentur scire, factis autem negant. Clamante adhuc iusti E Abel sanguine,aduersum impium Chain,qui increpatus a domino, non requieuit ad pœnitendum,sed exarsit ad cædem,Cuius vindictam sic domini iudicio volumus reseruari,vt improbus prędo & parricida crudelis in seipsum recidat,& nostra nō teneat Neq; sanctæ ecclesiæ Alexandrinæ lamentabilem captiuitatē patiamini vlterius prolongari,cui oportet fidei vestræ,iustitiæq; præsidio,suam restitui libertatem, & p oēs Aegypti vrbes dignitas patrum,& ius sacerdole reparetur. Data vndecimo Kalēdas Aprilis,Leone & Maioriano augusto consulibus.

Matth.7.a

Psal.17.

Titum.1.d

Gene.4.b

¶ Epistola. LXXVII. eiusdem ad Nicætam episcopum Aquileiensem.

¶ Tituli capitulorum sequentis epistolæ.

Quod debeant fœminæ,quæ,captis viris,nupserant alijs, regressis de captiuitate viris prioribus copulari,vt quod suum est, vnusquisque recipiat. .i.

Quod non probetur esse culpabilis,qui vxorem captiui in matrimonium videtur esse F sortitus. ij.

Vt si viri de captiuitate regressi,intemperantia vxoris offensi non fuerint,& voluerint eas in coniugium recipere,liberam habeant facultatem. iij.

Vt si mulieres ad priores maritos redire noluerint, velut impiæ,ecclesiæ communione priuandæ sunt. iiij.

Captiuis,aut terrore,aut fame,non veneratione, cibos immolatitios edere compulsis, pœnitentia concedenda est. v.

Quod hi,qui ad iterationem baptismi, vel vi, vel terrore coacti,animos inclinarunt,sint subleuandi remedio,ita vt senilis ætatis,periculorum quoq;,& ægritudinum, cæterarumq; necessitatum,habeant solicita consideratione respectum. vi.

Vt hi,qui ab hæreticis baptizati sunt,sola sancti spūs inuocatione firmentur. vij.

LEo episcopus Nicætæ Aquileieñ. episcopo salutem. Regressus ad nos filius meus. Adeo datus,diaconus sedis nostræ, dilectionem tuā poposcisse memorauit, vt de his,a nobis authoritatem apostolicæ sedis acciperes, quæ quidem magnam difficultatem dijudicationis videtur afferre. Sed pro inspectione tēporalium necessitatum adhibenda curatio est,vt vulnera,quæ hostilitatis *aduersitate illata sunt, religionis maxime ratione sanentur.

als,aduersiōe

Capitulum primum.

Cum

A CVm ergo per bellicam cladẽ, & per grauissimos hostilitatis incursus, ita quædam dicatis diuisa esse coniugia, vt abductis in captiuitatem viris, fœminæ eorum remã serint destitutæ, quæ viros proprios, aut interemptos putarint, aut nunquã a domi natione crediderint liberandos, & ad aliorum cõiugium, * solitudine cogente, trãsierint. Cumq́ꝫ nunc statu rerum, auxiliante domino, in meliora cõuerso, nõnulli eoꝝ, qui puta bantur perijsse, remeauerint, merito charitas tua videtur ambigere, quid de mulieribus, quæ alijs iunctæ sunt viris, a nobis debeat ordinari. Sed quia nouimus scriptũ, ꝙ a deo iungitur mulier viro, & iteꝝ præceptum agnouimus, vt quod deus iunxit, homo non separet, necesse est, vt legitimaꝝ fœdera nuptiaꝝ reintegranda credamus, & remotis ma lis, quæ hostilitas intulit, vnicuiq́ꝫ hoc, quod legitime habuit, reformetur, omniq́ꝫ stu- dio procurandum est, vt recipiat vnusquisq́ꝫ, quod proprium est.

34.q.1.&.2. Cũ p bellicã. Et in decret. Iuo. lib. 6. alias, solicitu- dine

Prouerb. 19.c Math. 19.a

II Nec tamen culpabilis iudicetur, & tanq̃ alieni iuris peruasor, qui personã eius mariti, qui iam non esse æstimabatur, assumpsit. Sic eñ multa, quæ ad eos, qui in captiui tem ducti sunt, pertinebant, in ius alienum transire potuerunt, & tamen plenum iustitiæ est, vt hisdem reuersis propria reformentur. Quod si in mancipijs, vel in agris, aut etiam in domibus, ac possessionibus rite seruatur, quantomagis in coniugiorum reintegratio- ne faciendum est, vt quod bellica necessitate turbatum est, pacis remedio reformetur.

III Et ideo, si viri post longã captiuitatẽ reuersi, ita in dilectione suaꝝ coniugum perseuerant, vt eas cupiant in suum redire consortium, omittendũ est, & inculpabile iu- B dicandum, quod necessitas intulit, & restituendum, quod fides poscit.

IIII Si autem aliquæ mulieres ita posteriorum virorum amore sunt captæ, vt ma- lint his cohærere, q̃ in legitimũ redire consortiũ, merito sunt notandæ, ita vt etiã eccle- siastica communione priuentur, * quia inexcusabiliter contaminationem criminis elege- gerunt, ostendentes, sibimet pro sua incontinentia placuisse, quod iusta remissio potuit expiare. Redeant ergo in suũ statum voluntaria reintegratione coniugia, neq́ꝫ vllo mo- do ad opprobrium malæ voluntatis trahatur, quod conditio necessitatis extorsit, qa si- cut hæ mulieres, quæ reuerti ad viros suos nolunt, impie habendæ sunt, ita ille, quæ in affectum initum ex deo redeunt, merito sunt laudandæ iudicio.

alias, quæ de re excusabilis

V De his autem Christianis, qui inter eos, a quibus fuerant captiuati, immolati- cijs cibis asseruntur esse polluti, consultationi charitatis tuæ hoc etiam respondendum esse credidimus, vt pœnitentiæ satisfactione purgentur, quæ non tam temporis longi- tudine, q̃ cordis compunctione pensanda est. Et siue hoc terror extorserit, siue fames suaserit, non dubitetur abolendum, cum huiusmodi cibus pro metu, aut indigentia, nõ pro religionis veneratione sit sumptus.

VI His vero, de quibus dilectio tua similiter nos credidit consulendos, qui ad ite C randum baptismum vel metu coacti sunt, vel terrore traducti, & nunc se contra catho licæ fidei sacramentum egisse cognoscunt, ea custodienda est moderatio, qua in socie- tatem nostram, non nisi per pœnitentiæ remedium, & per impositionem episcopalis manus communionis recipiant vnitatem, temporis pœnitudinis habita moderatione, tuo constituenda iudicio, prout conuersorum animos perspexeris esse deuotos, pariter etiam habens senilis ætatis intuitum, & periculorum quorumq́ꝫ, aut ægritudinis, respi- ciens necessitates, in quibus, si quis ita grauiter vrgeatur, vt, dum adhuc pœnitet, de sa- lute ipsius desperetur, oportet, ei per sacerdotalem solicitudinem communionis gratia subueniri.

26.q.7. Tpꝭ pœnitudinis. als, pspexeris als, inspexeris

VII Nam hi, qui baptismum ab hæreticis acceperunt, cum baptizati antea non fuissent, sola inuocatione spiritus sancti per impositionem manuum confirmandi sunt, quia formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute sumpsere. Et hanc regulam (vt scitis) seruandam, omnibus ecclesiis prædicamus, vt lauacrum semel initum nulla iteratione violetur, dicente apostolo: Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma. Cu- ius ablutio nulla iteratione temeranda est, sed (vt diximus) sola sanctificatio sancti spiri- tus inuocanda est, vt quod ab hæreticis nemo accipit, a catholicis sacerdotibus conse- quatur. Hanc autem epistolam nostram, quam ad consultationem tuæ fraternitatis emisimus, ad omnes fratres, & comprouinciales tuos episcopos facies peruenire, vt omnium obseruantiæ data prosit authoritas. Data duodecimo Calendarum Aprili- um, Maiorano Aug. primum consule.

1.q.1. Hi qui baptisma

1.q.1. Hanc regulam. Ephe.4.a

¶Epistola.LXXVIII.eiusdem ad vniuersos episcopos per Campaniã, Samnium, & Picenum constitutos.

¶Recimero & Patritio consulibus, circa annũ Christi, teste Cassidoro. ccccl xi. Secundũ aũt Marianũ Scotũ, ad veritatẽ euãgelij. cccclxxxi. iuxta vero Dionysii cyclũ ccccl ix. qui fuit annus pontificatus Leonis papæ. xxi. scripta fuit hæc epistola.

¶Tituli capitulorum sequentis epistolæ.

¶Capitulum primum.

LEo vniuersis episcopis per Campaniã, Samnium & Picenum constitutis. Magna indignatione commoueor, & multo dolore cõtristor, quod quosdam ex vobis ita comperi esse apostolicæ traditionis oblitos, & studio sui erroris intentos, vt præter * paschæ festum, cui sola pentecostes solennitas comparatur audeant sibimet, non aliqua humanæ infirmitatis necessitate cogente, sed sola indisciplinati arbitrij libertate, ius baptismatis vẽdicare, & in natalibus martyrũ, quorum finis aliter honorãdus est q̃ dies dñicæ passiõis, regenerationis celebrare mysteria, ac fine vllis spũaliũ eruditiõibus p̃parationũ, ita rudib⁹, & ĩperitis tradere sacr̃m, vt circa renouãdos, nihil doctrina eccl̃iastica, nihil in exorcismis ĩpositio manuũ, nihil ipa ieiunia, qb⁹ vet⁹ hõ destruit, operent, neq; in * tãto mysterio salutis hñanæ, nulla ei⁹ diei habeat exceptio, quo ipsum donum est cõditum * renascẽtibus. Admonemus igit, & nõ fine periculo stat⁹ eorum, q hæc faciũt, protestamur, vt ab ha c præsumptiõe cesset, & summã hãc potentissimamq; dei gratiam, non nisi in paschali, & pentecostes die desiderantibus, & credentibus conferatis, manente quolibet tempore grauium necessitatum, ac periculorum consideratione, secundum quam oporteat subuenire, conditione mortali coarctata, infirmitas necessaria liberatione fraudet, cum seruata (sicut prælocuti sumus) duarum tãtummodo festiuitatũ reuerẽtia, propter multa pericula sit cauẽdum, ne cuiq̃ aut in desperata ægritudine, aut in hostilitatis incursu, aut in timore naufragij, per sacerdotẽ dñi regeneratio denegetur. Si quis vero post hoc interdictum, in eadem fuerit vsurpatione detectus, dignam pertinaciæ suæ incidet vltionem, quoniã ostendit se turpe potius lucrum, quàm religionis cultum esse sectatum.

> alias, paschalem festiuitatem.
> alias, tot mysterijs.
> al's, renascẽdi

II Illam etiã, contra apostolicã regulã, præsumptionẽ, quã nuper agnoui a qbusdã illicita vsurpatiõe cõmitti, modis om̃ibus cõstituo submoueri, (de pœnitẽtia, videlicet, quæ ita a fidelib⁹ postulat) ne de singulorum peccatorum gñe, libellis scripta professio publice recitet, cum reatus cõscientiarum sufficiat solis sacerdotibus indicari, cõfessione secreta. Quãuis em̃ plenitudo fidei videat esse laudabilis, quæ propter dei timorẽ apud homines erubescere nõ veret, tñ, q a nõ omniũ hmõi sunt pc̃tã, vt ea, quæ pœnitẽtiã poscũt, nõ timeat publicare, remoueat tã improbabilis cõsuetudo, ne multi a pœnitẽtiæ remedijs arceant, dum aut erubescũt, aut metuũt, inimicis suis sua facta referare, qbus possunt legum constitutione percelli. Sufficit em̃ illa confessio, quæ primum deo offertur, tunc etiam sacerdoti, q pro delictis pœnitentium precator accedit. Tunc enim demum plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis: Datum. ij. nonas Martij. Recimero consule.

> De pœnĩa dist. i. Quãuis plenitudo.
> De pœnitentia, dist. i. Sufficit pœnitẽti

¶Reliquarum ep̃larum, quæ carent vel data, vel consulibus, situatio & ordo, quia latet ob dictam cãm, relinquitur alij cuicunq; in posterum diligentius scrutanti, vel melius collectorẽ sentiẽti. Nihilominus continuatur numerus epistolarum, etiam circa sequentes, quatenus lectori facilius cõmodiusq; occurrãt cũ aliquam earum ip̃m quærere cõtigerit.

¶Ep̃la. LXXIX. eiusdem ad Dioscorum Alexandrinum ep̃m.

¶Tituli capitulorum sequentis epistolæ.

Leo episco-

A

LEo episcopus Dioscoro episcopo Alexandrino salutem. Quantū dilectioni tuæ dominicę charitatis impendamus affectum, ex hoc poteris approbare, ꝙ tua firmius * desideramus fundare initia, ne quid charitati tuæ ad perfectionem deesse videatur, quum tibi * specialis gratiæ merita (vt probauimus) suffragentur. Paterna igitur & fraterna collatio debet sanctitati tuæ esse gratissima, & a te taliter suscipi, quemadmodū a nobis eam intelligis proficisci. Vnū eñ nos sentire oportet, & agere, vt (sicut legimus) in nobis quoqꝫ vnum esse cor, & anima, comprobetur. Quum eñ beatissimus Petrus apostolicum a domino acceperit principatum, & Romana ecclesia in eius permaneat institutis, nefas est credere, ꝙ sanctus discipulus eius Marcus, qui Alexandrinam primus ecclesiam gubernauit, alijs regulis traditionum suarum decreta formauerit, quū sine dubio de eodem fonte gratiæ vnus spūs fuerit & discipuli & magistri, nec aliud ordinatus tradere potuerit, q̄ quod ab ordinatore suscepit. Nō ergo patimur, vt quū vnius nos esse corporis & fidei fateamur, in aliquo discrepemus & alia doctoris, alia discipuli instituta videantur.

als, festinamus
als, spūalis

Acto. 4. f
24. q. 1. Cum beatissimus

Capitulum primum.

Quod ergo a patribus nostris propensiore cura nouimus esse seruatum, a vobis quoqꝫ volumus custodiri, vt non passim diebus omnibus sacerdotalis vel leuitica ordinatio celebretur, sed post diem sabbati eiusqꝫ noctis, quæ in prima sabbati lucescit, exordia delegantur, hoc est, sub lege diuini officij substituantur, in quibus his, q consecrandi sunt, ieiunis, & a ieiunantibus sacra benedictio cōferatur. Quod eiusdē obseruantiæ erit, si mane ipso dominico die cōtinuato sabbati ieiunio celebret, a q̄ tēpore ꝓcedentis noctis initia nō recedunt, quam ad diem resurrectionis, sicut etiā in pascha dñi declaratur, pertinere, nō dubiū est. Nam ꝑter authoritatē consuetudinis, quā ex apostolica nouimus venire doctrina, etiā sacra scriptura manifestat, ꝙ quū apostoli Paulū & Barnabam ex ꝓcepto spūs sancti ad euangeliū gentibus mitteret ꝑdicandū, ieiunātes & orantes, imposuerūt eis manus, vt intelligamus, quāta & dantiū & accipientiū deuotione curandū sit, ne tantæ benedictionis sacramentū negligenter videatur impletū. Et ideo pie & laudabiliter apostolicis morē gesseris institutis, si hanc ordinandoꝶ sacerdotum formā per ecclesias, quibus dñs ꝑesse te voluit, etiam ipse seruaueris, vt his, q consecrandi sunt, nunquā benedictio nisi in die resurrectionis dñicæ tribuatur, cui a vespera sabbati initium cōstat ascribi, & tantis diuinaꝶ dispositionū mysterijs consecratū, vt quicquid est a dño insignius constitutū, in huius diei dignitate sit gestū. In hac mūdus sumpsit exordium, in hac, per resurrectionē Christi, & mors interitum, & vita accepit initium. In hac apostoli a dño prædicandi oībus gentibus euangelij tubā sumunt, & inferendū vniuerso mundo, sacramentū regenerationis accipiunt. In hac (sicut beatus Iohannes euangelista testatur) cōgregatis in vnū discipulis, ianuis clausis, quū ad eos dñs introisset, insufflauit, & dixit: Accipite spm̄ sanctum, quoꝶ remiseritis peccata, remittūtur eis, & quorum detinueritis, detenta erunt. In hac deniqꝫ, promissus a dño apostolis spūs sanctus aduenit, vt cœlesti quadam regula insinuatum, & traditum nouerimus, in illa die celebranda nobis esse mysteria sacerdotalium benedictionum, in quo collata sunt omnia dona gratiarum.

B

In decre. Iuonis lib. 3
Acto. 13. a

C

Iohan. 20. c

Iohan. 14. b
& 16. c

II. Vt aūt in omnibus obseruantia nostra concordet, illud quoqꝫ volumus custodiri, vt quum solennior festiuitas conuentum populi numerosioris indixerit, & ad eam tanta multitudo conuenerit, quā recipere basilica simul vna non possit, sacrificij oblatio indubitanter iteretur, ne, his tātum admissis ad hanc deuotionem, qui primi aduenerint, videantur hi, qui postmodū confluxerint, non recepti, quū plenū pietatis atqꝫ rationis sit, vt quoties basilicam, in qua agitur, præsentia nouæ plebis impleuerit, toties sacrificium subsequens offeratur. Necesse est autem, vt quædā pars populi sua deuotione priuetur, si vnius tantū missæ more seruato, sacrificium offerre nō possint, nisi q prima diei parte conuenerint. Studiose ergo, dilectionē tuam & familiariter admonemus, vt quod nostræ consuetudini ex forma paternæ traditionis insedit, tua quoqꝫ cura nō negligat, vt per per omnia nobis & fide & actibus congruamus. Propter quod remeanti filio nostro Possidonio presbytero, hanc ad fraternitatem tuā epistolam dedimus perferendam, q nostris præcessoribus, atqꝫ ordinationibus frequenter interfuit, & toties * admissus, quid in omnibus apostolicæ authoritatis teneremus, agnouit. Data Kalen. Iulijs.

De cōs. dist. 1
Necesse est

als, ad nos missus

Epła

¶ Epl'a LXXX. eiusdem ad Iulianum Coeñ. epm. D

LEo epũs Iuliano Coeñ. epõ. Literas dilectionis tuæ, quas per filium meum virum illustrem Isichium direxisti, eo tempore accepi, quo recẽtioribus epl'is tuis iterata iam occasione responderam. Vnde q̃a etiã in his alloquijs tuis, eadẽ de impijssimis hæreticis iusto dolore conquæstus es, congruum fuit, quoad scribendi opportunitas extitit, non tacere. In causa itaq; fidei, quicq̃d pro nostro officio oportuit, ac potest, iuuante dño, & solicite, & libenter exequimur, vt euangelio irrepre-hensibiliter seruiamus, ne per desidiam nostram, vlla pars ecclesiæ catholicæ neglecta videat. Propter quod, sicut omnibus notum est, nõ destiti laborare, vt manifestata, atq; defensa incarnationis dñicæ veritate, omnis fraternitas, q̃d vbiq;, secundum doctrinã apostolicam, & tenendum, & docendum esset, agnosceret, accedente gloriosissimorum principum studio diuinitus inspirato, vt in ciuitate Chalcedonensi synodo congregata, hæretica damnaret impietas, ne vel quisquam sectator Nestorij, vel vllus discipulus Eutychis liberum possit cum catholicis habere consortium, cum (quod ad sancti concilij authoritatem pertinet) nulla vsquam remanserit discordia. Si q̃ autẽ sua obduratione cæcati, ita in reprobi sensus amentiam transierunt, vt mallent furere, quàm sanari, ad imperialem pertinet potestatem, vt perturbatores ecclesiæ pacis, & reipublicæ, quæ Chrĩanis principibus merito gloriat, inimici solicitius comprimant. Vt autem imperialis est (vt diximus) potestatis, tumultus publicos, ac seditiones sacrilegas sæuerius coercere, ita authoritatis ẽ sacerdotalis, monachis prædicãdi aliquam cõtra fidem licentiam non præbere, & omni virtuti resistere, ne ea, quæ ad sacerdotes pertinẽt, sibi audeant vẽdicare. Vnde miramur, fratrem Thalasium epm, quod Georgio (nescio cui) q̃ præsumendo illicita, & propositum monachi, & nomen amisit, scribendi, vel prædicandi aliquam permiserit facultatem. Ad quem epm (si dilectioni tuæ visum fuerit) ex hac parte competentia scripta mittamus. Agat itaq; fraternitas tua opportunis suggestionibus, vt clementissimus princeps, quæ dño sint placitura, præcipiat, & incentores cruentarum seditionum iubeat competentius coerceri, vt nec illi impuniti sint, quorum manus scelera perpetrarunt, nec illi, q̃ talium vtuntur insania. Si autem inquisitio iudiciaria, & confessio reorum ad eas personas peruenit, quarum vel consilio, vel impulsu mala tanta commissa sunt, nullius fauoris eis præstanda sunt solacia. Quantum eñ meliora de ipsis sunt credita, tantum sunt amplius detestandi, quorum nunc impietas, quæ p̃ hypocrisim fuerat velata, detegit. Et ideo agat Chrĩanissimus, & pijssimus Imperator, quod paci ecclesiasticæ intelligit profuturum. Quem superna inspiratione ita instruendum esse confide, vt & disciplina inquietos reuocare, & a sanguine eorum iubeat abstineri, quamuis nil vltionum non mereantur subire, qui ausi sunt, & diuinis, & humanis constitutionibus repugnare. E F

¶ Epl'a. LXXXI. eiusdem ad Palestinos.

LEo episcopus vniuersis episcopis per Palestinam constitutis. Solcitudini meæ, quam vniuersali ecclesiæ, omnibusq; eius filijs debeo, multorum relatione patefactum est dilectionis vestræ animis, q̃ddam offensionis illatum, dum aut imperiti (vt apparet) interpretes, aut maligni quædam vos aliter intelligere, quam a me sunt prædicta, fecerunt, non valentes in Græcum eloquium apte, & proprie latina transferre, cum in rebus subtilibus, & difficilibus explicandis, vix sibi etiam in sua lingua disputator quisque sufficiat. Quod tantum apud me eo proficit, vt dum ea, quæ catholica fides respuit, improbatis, intelligamus vos veris amiciores esse, quam falsis, & id merito refutare, quod ex antiquæ institutione doctrinæ etiam ipse Eutyches detestatur. Quamuis enim epistola mea, ad sanctæ memoriæ Flauianum episcopum data, satis sibi ad manifestationẽ sui ipsa sufficiat, neq; in aliquo, aut purgationis, aut expositionis indigeat, & alia tamen, cum eadem, mea scripta concordant, in quibus similiter prædicationis meæ sensus in aperto est. Necessitatem enim habens contra hæreticos, qui multos Christi populos conturbauerant, differendi, & clementissimis principibus, & sancto concilio synodali, & Constãtinopolitanæ ecclesiæ, q̃d de incarnatiõe verbi, secundum euangelicã, apostolicamq; doctrinam

ctrinam deberemus sapere ac sentire, patefeci, & in nullo a sanctorum patrum confessione discessi, quia vna est, vera, singularis, perfecta, inuiolabilis catholica fides, cui nihil addi, nec minui potest. Quam Nestorius prius, & nunc Eutyches, diuersa quidē assertione, sed simili impietate impugnare conati sunt, & ecclesiæ dei duas hæreses sibimet contrarias inferre tentarunt, vt vterq; a discipulis veritatis merito damnaretur, quia insanū nimis & sacrilegū fuit, quod varia falsitate ambo sensere. Anathematizetur ergo Nestorius, qui beatam virginē Mariam hominis tantummodo credidit genitricē, vt aliam personā carnis, aliam faceret deitatis. nec vnum Christū in verbo dei, & carne sentiret, sed separatim & seiunctim alium filium dei, alium hominis pdicaret, quū manente illa incōmutabilis verbi essentia, quæ ei cū patre & spū sancto intemporalis atq; coæterna est, ita intra virginea viscera verbū caro sit factum, vti vno conceptu, vnoq; partu eadem virgo, secundū vnionem vtriusq; substantiæ & ancilla dñi esset & mater. Quod etiam Elisabeth (sicut euangelista declarat) intellexit & dixit: Vnde hoc mihi, vt veniat mater dñi mei ad me? Eutyches quoq; eodem percellatur anathemate, qui per impios veterum hæreticorum volutatus errores, tertium Apollinaris dogma delegit, vt negata humanæ carnis atq; animæ veritate, totum dñm nostrum Iesum Christum vnius asserat esse naturæ, tanq̄ verbi deitas ipsa se in carnē, animāq; cōuerterit, & concipi ac nasci, nutriri, ac crescere, crucifigi, ac mori, sepeliri, ac resurgere, & ascēdere in cœlū, & in patris dextera, vnde ad iudicandos viuos & mortuos veniet, considere, eius tantū essentiæ fuerit, quæ nihil horum in se, sine carnis veritate recipit, quoniam natura vnigeniti natura est patris, natura est spūs sancti, simulq; impassibilis, simul est incōmutabilis, sempiternæ trinitatis indiuisa vnitas, & consubstantialis æqualitas. Vnde si ab Apollinaris peruersitate hæreticus iste desciscit, ne cōuincatur deitatem passibilem sentire, atq; mortalem, & tamen verbi incarnati, id est, verbi & carnis vnam audet pronuntiare naturā, non dubie in Manichæi & Marcionis transit insaniam, & mediatorem dei & hominū hominem Iesum Christum simulatorie omnia credit egisse, nec humanum in ipso corpus, sed phantisticam corporis speciem oculis apparuisse cernentium. Quæ impietatis mendacia, quoniam olim fides catholica detestatur, & talium sacrilegia, concordibus p totum mundum beatorum patrum sunt damnata sententijs, quicunq; illi sunt ita obcæcati, & a lumine veritatis alieni, vt verbo dei a tempore incarnationis, humanam, id est, nostram negent inesse naturam, ostendant, in quo sibi Christianum nomen vsurpent, & cum euangelio veritatis, qua ratione concordent, si per beatæ virginis partum, aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut em̄ negari nō potest, q̄ verbū caro factū est, & habitauit in nobis, ita negari non potest, q̄ deus erat in Christo, mundū reconcilians sibi. Quæ autem reconciliatio esse potest, qua humano generi propitiaretur deus, nisi omniū causam mediator dei hominumq; susciperet? Qua vero ratione veritatem mediatoris impleret, nisi qui in forma dei æqualis est patri, in forma serui particeps esset & nr̄i? vt p vnū nouū hominē fieret renouatio vetustatis, & mortis vinculū, vnius pꝛæuaricatione cōtractū, vnius morte, q solus morti nihil debuit, solueretur? Effusio em̄ pro iniustis sanguinis iusti, tā potens fuit ad priuilegium, tā diues ad pretiū, vt si vniuersitas captiuorum in redemptorē suū crederet, nullū tyrannica vincula retinerent, qm̄ (sicut Aplus ait) vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Et quū sub peccati præiudicio nati, potestatē acceperint, ad iustitiā renascendi, validius factū est donum libertatis, q̄ debitum seruitutis. Quam itaq; sibi in huius sacramenti præsidio spem relinquunt, qui in saluatoris nostri corpore negant humanæ substantiæ veritatem? Dicant, quo sacrificio reconciliati, dicant, quo sanguine sint redempti? Quis est, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo, in odorem suauitatis? Aut quod vnquam sacrificium sacratius fuit, quàm quod verus pontifex altari crucis, per immolationem suæ carnis imposuit? Quamuis enim multorum sanctorum in conspectu domini preciosa mors fuerit, nullius tamen insontis occisio, propitiatio fuit mundi. Accepere iusti, non dederunt coronas, & de fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiæ, non dona iustitiæ. Singulares quippe in singulis mortes fuere, nec alterius quisquam debitum suo fine persoluit, quum inter filios hominum vnus solus dominus noster Iesus Christus extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omēs sepulti, oēs sunt etiam suscitati. De quibus ipse dicebat: Quum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me.

Lucæ.1.d
Iohan.1.b
2.Cor.5.d
Roma.5.d
Ephe.5.a
Psalm.115.
Iohan.12.e

Fides

Fides etenim vera iustificans impios,& creans iustos,ad humanitatis suæ tracta participē, in illo acquirit salutem,in quo solo homo se inuenit innocentem, liberum habens per grām dei,de eius potentia gloriari,q contra hostem superbū in carnis nostræ humilitate congressus,his victoriā suam tribuit,in quorum corpore triumphauit. Quamuis ergo in vno dño nostro Iesu Chrō, vero dei,atq; hoīs filio, verbi, & carnis vna persona sit,& vtraq; essentia communes habeat actiones, intelligēdæ tñ sunt ipsorum operum qualitates,& syncerae fidei cōtemplatiōe cernēdum est, ad quæ prouehat humilitas infirmitatis,& ad quæ inclinet altitudo virtutis. Quid sit,q̄d caro sine verbo nō agit,& q̄d fit, quod verbum sine carne non efficit. Sine verbi eñ potentia,nec conciperet virgo,nec pareret,& sine veritate carnis,obuoluta pannis infantia non iaceret. Sine verbi potentia,nō adorarēt magi puerum nouo sidere declaratum,& sine veritate carnis nō iuberet transferri in Aegyptum puer,& ab Herodis persecutione subduci. Sine verbi potētia, non diceret vox patris,missa de cœlo,hic est filius meus dilectus,in quo mihi complacui,& sine veritate carnis,nō protestaret Iohānes: Ecce agnus dei, ecce q tollit peccata mundi. Sine verbi potētia nō fieret redintegratio debilium, & viuificatio mortuorum, & sine veritate carnis,nec cibus ieiuno nec somnus esset necessarius fatigato. Postremo, sine verbi potētia,nō se dñs patri profiteret æqualem, & sine veritate carnis, non idem diceret patrem esse maiorem,cum catholica fides vtrūq; suscipiat,vtrūq; defendat,quæ secundum proprietatem diuinæ humanæq; substātiæ, vnum dei filium,& hoīem credit,& verbum. Quamuis ergo ab illo initio, quo in vtero virginis verbum caro factum est,nihil vnquàm inter diuinam,humanamq; substātiam diuisionis extiterit,& per omnia incrementa corporea, vnius personæ fuerint totius temporis actiones,ea ipsa tamē, quę inseparabiliter facta sunt, nulla permixtione confundimus, sed q̄d cuius formæ sit, ex operum qualitate sentimus. Nec diuina eñ humanis præiudicant, nec humana diuinis, cum ita in idipsum vtraq; concurrant, vt in eis nec proprietas absumatur, nec persona geminet. Dicant igit isti phātasmatici Christiani,quæ substātia saluatoris affixa sit ligno quæ iacuerit in sepulchro,& reuoluto monumēti lapide, quæ tertia die caro surrexit. vel quale corpus Iesus discipulorum visui,clausis ad eos ostijs ingressus,intulerit, cum ad abigēdam cernētium diffidētiam,inspici oculis,digitisq; tractari,patentes adhuc fixuras clauorum,& recēs compuncti lateris vulnus exigeret. At si in tāta luce veritatis tenebras suas hęretica obduratio nō relinquit, ostēdant,vnde sibi spem vitæ polliceant æternę, ad quam,nisi per mediatorē dei,& hominum, hoīem Iesum Chrm,nō potest peruniri. Nō est eñ aliud nomē datū hoībus sub cœlo,in quo oporteat saluos fieri, nec est redēptio captiuitatis humanę,nisi in sanguine eius, q dedit semetipm redemptionē pro omnibus. Qui(sicut prædicat beatus Apostolus)cum in forma dei esset,nō rapinā arbitratus est,eē se æqualem deo,sed semetipm exinaniuit,formam serui accipiēs, in similitudine hominum factus,& habitu inuētus,vt homo. Humiliauit semetipm, factus obediens vsq; mortē,mortē aūt crucis. Propter quod & deus illum exaltauit, & donauit illi nomen,quod est super omne nomē,vt in nomine Iesu omne genu flectat,cœlestium,terrestrium,& infernorum,& omnis lingua cōfiteat, q̄a dñs Iesus Chrus in gloria est dei patris. Quamuis ergo vnus sit dñs Iesus Chrus,& veræ deitatis,veræq; humanitatis in ipso vna prorsus,eademq; p̄sona sit,neq; huius vnitionis soliditas vlla possit diuisione seiungi,exaltationē tamē,qua illum exaltauit deus,& donauit illi nomē, quod sup omne nomen excellit,ad eam intelligimus ptinere formam, quæ ditāda erat tantæ glorificationis augmento. In forma quippe dei,æqualis erat filius patri,& inter genitorem,atq; vnigenitum,nulla erat in essentia discretio,nulla in maiestate duersitas,nec per incarnatiōis mysterium,aliq̄d decesserat verbo,quod ei patris munere redderet. Forma autē serui, per quam impassibilis deitas sacramētum magnæ pietatis impleuit, humana humilitas est,& in gloriam diuinæ potestatis euecta est,in tantam vnitatem ab ipso conceptu virginis,deitate,& humanitate connexa,vt nec sine homine diuina, nec sine deo agerētur humana. Propter quod sicut dominus maiestatis dicitur crucifixus,ita q ex sempiterni tate æqualis ē deo,dicit exaltatus. Nec interest,ex qua Chrs substātia nominet, cū inseparabiliter manēte vnitate p̄sonæ,idē sit,& totus hoīs filius,propter carnē,& tot⁹ dei filius, propter vnā cū patre deitatē. Quicquid ergo in tpe accepit Chrus,secundum hominē accepit,cui quæ non habuit,conferuntur. Nam secūdum potētiam verbi, indifferenter

Margin references: Lucę.1.c; Lucæ.2.a; Matth.2.a; Matth.2.c; Matth.3.d; & Marci.1.b; Iohan.1.d.; Matth.4.d; Iohan.11.e.; Matt.4.a.; Marc.4.d; Iohan.10.f,& 16.b; Iohan.14.d; Iohan.15.d; Ibidem g; Mat.28.a.; Lucę 23.d; Iohan.20.d; Ibidē.f; Acto.4.c; 1.Timo.2.b; Philip.2.a,b

Margin letters: D, E, F

A renter omnia, quæ habet pater, etiã filius habet, & quæ in forma serui a patre accepit, eadẽ in forma patris etiã ipse donauit, & idẽ ipse & diues & pauper. Diues, qa in principio erat verbũ, & verbũ erat apud deũ, & deus erat verbũ. Hoc erat in principio apud deũ, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Pauper vero, quia verbum caro factũ est, & habitauit in nobis. Quæ aũt est eius exinanitio, quæve paupertas, nisi formæ seruilis acceptio, per quã, verbi maiestate velata, dispensatio humanæ redemptionis impleta est. Nã quia captiuitatis nostræ resolui originalia vincula nõ poterant, & ab hostis imperio relaxari, nisi existeret homo nostri generis, nostræq́ naturæ, quẽ veteris debiti p̄iudicia nõ teneret, & q immaculato sanguine suo chirographum lethale dilueret, sicut ab intio erat diuinitus p̄ordinatũ, & prophetaꝝ oraculis p̄nuntiatũ, ita est in plenitudine p̄finiti tẽporis factũ, vt multis modis significata promissio, in diu expectatũ veniret effectũ, nec posset esse ambiguũ, q̄d continuis significationibus semp fuerat nuntiatũ. Destructis itaq; tot hæresibus, q̄ per sanctã deuotionẽ p̄sidentiũ patrum, a corpore sunt catholicæ vnitatis abscisæ, quæq; ideo extorres a Christo esse meruere, qa verbi incarnationẽ, quæ singularis est recte credentiũ salus, fecerũt sibi lapidẽ offensionis, & petrã scandali, miror dilectionẽ vestrã, in discernendo veritatis lumine, laborare. Et quũ multis manifestationibus declaratũ sit, q̄ recte & Nestoriũ & Eutychen B cũ Dioscoro, fides Christiana dãnauerit, nec Christianus possit vocari, qui vel illius, vel hoꝝ impietati p̄bet assensum, doleo, vos euãgelicæ & apostolicæ doctrinæ (vt audio) resultare, exagitando seditionibus ciuitates, cõturbando ecclesias, nec solũ iniurias, sed etiam cædes presbyteris atq; ep̄is inferendo, vt præ furore & seuitia propositi vestri, & professionis sitis immemores. Vbi est regula mãsuetudinis & quietis? Vbi longanimitas patientiæ, vbi tranquillitas pacis, vbi firmamentũ dilectionis, & tolerãtiæ fortitudo? Quæ vos ab euangelio Chr̄i aut persuasio abduxit, aut persequutio separauit? Vel quę tanta extitit decipientis astutia, vt obliti prophetaꝝ & apostoloꝝ, obliti symboli salutaris & cõfessionis, quam pronuntiantes corã multis testibus, sacramentũ baptismi suscepistis, diabolicis vos illusionibus subderetis? Quid apud vos acturæ fuerãt vngulæ, q̄d seua tormenta, si ad expugnandã fidei vestræ integritatẽ, tantũ vana hæreticoꝝ cõmenta valuere? Pro fide vos agere creditis, & fidei contraitis. Ecclesiæ noĩe armamini, & cõtra ecclesiã dimicatis. *Hoc a prophetis, hoc ab euangelistis, hoc ab apostolis didicistis, vt negantes verã Chr̄i carnẽ, & ipsam verbi essentiã passioni, mortiq́; subdentes, alienã faciatis nostrã a suo reparatore naturã, totũq;, quod crux intulit, quod lãcea vulnerauit, quod sepulchri lapis suscepit & reddidit, solũ fuisse opus diuinæ potẽtiæ, nõ etiam humilitatis humanæ? Propter quã Ap̄lus dicit: Non em̄ erubesco euangeliũ, qm̄ nouerat, quale Christianis obĳceretur opprobriũ ab inimicis. Et ideo etiam dn̄s protestaba- C tur, dicens: Qui me cõfessus fuerit corã hoĩbus, & ego confitebor illũ corã patre meo. Hi em̄ non erunt digni confessione filĳ & patris, q̄bus nunc caro Christi verecundiã facit, probabuntq́;, se nullã de ligno crucis sumpsisse virtutẽ, qui, quod p̄ferendũ frontibus acceperunt, promere labĳs erubescunt. Declinate filĳ ab his diabolicis persuasionibus, declinate. Veritatẽ dei nulla res violat, sed veritas nos, nisi in nostra carne nõ saluat. Veritas quippe (sicut propheta ait) de terra orta est, & sic verbũ Maria concepit, vt vniendã sibi carnẽ de sua substantia ministraret, nec cũ adiectione personæ, nec cũ euacuatione naturæ, qm̄, qui erat in forma dei, ita accepit formã serui, vt vnus atq; idem in forma vtraq; sit Chr̄s, inclinante se deo vsq; ad infima hominis, & proficiente homine vsq; ad summa deitatis, dicente Apostolo: Quoꝝ patres, & ex quibus Christus secundum carnẽ, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

[Marginal notes: 2.Coꝝ. 8.b — Iohan.1.a — Ibidem.b — Coloss.2.c — 1.Pet.2.b — al's, Hoccine — Roma.1.b — Marci.8.d & Lucæ.12.a — Psalm. 84 — Roma.9.a]

¶ Ep̄la. LXXXII. eiusdẽ, ad Anastasiũ Thessaloniceñ. ep̄m.

¶ Tituli capitulorum sequentis epistolæ.

Capitulum primum.

LEo eps vrbis Romæ, Anastasio epo Thessaloniceñ. Quanta fraternitati tuæ a beatissimi Petri apostoli authoritate sint cõmissa, & qualia etiã nostro tibi fauore sint credita, si vera ratione perspiceres, & iusto examine ponderares, multum possemus de iniunctæ tibi solicitudinis deuotione gaudere. Quoniam sicut p̃cessores mei p̃cessoribus tuis, ita etiã ego dilectioni tuæ, prioꝝ sequutus exemplũ, vices mei moderaminis delegaui, vt curã, quã vniuersis ecclesijs principaliter ex diuina institutione debemus, imitator nostræ mansuetudinis effectus adiuuares, & longinquis ab apostolica sede prouincijs p̃sentiã quodãmodo nostræ visitationis impenderes, * quia de cõtinenti, opportunoq; prospectu promptũ tibi esset agnoscere, quid vel in q̃bus rebus, vel tuo studio cõponeres, vel nostro iudicio reseruares. Nã quũ maiora negotia & difficiliores causaꝝ exitus liberꝝ tibi esset, sub nostræ sentẽtiæ expectatione suspendere, nec ratio tibi, nec necessitas fuit, in id, q̃ mensurã tuã excederet, deuiandi. Abundant eñ apud te monitoꝝ scripta nostroꝝ, quibus te de omnium actionũ tẽperantia frequenter instruximus, vt cõmendatas tibi Chri ecclesias, per exhortationẽ charitatis, ad salubritatẽ obedientia prouocares. Quia etsi plerunq; existant inter negligentes, vel desides fratres, quos oporteat maiore authoritate curari, sic tñ est adhibẽda correptio, vt semp sit salua dilectio. Vnde & beatus aplus Paulus, ad ecclesiasticũ regimen Timotheũ imbuens, dicit: Seniorẽ ne increpaueris, sed obsecra vt patrẽ, iuuenes vt fratres, anus vt matres, iuuenculas vt sorores in omni castitate. Quæ moderatio, si quibuscunq; inferioribus mẽbris ex apostolica institutione debet, quãto magis fratribus & coepiscopis nostris sine offensiõe reddẽda est? Et licet nõnunq̃ accidant, q̃ in sacerdotalibus sint reprehẽdenda personis, plus tñ * corrigẽda agat beniuolentia, q̃ seueritas, plus cohortatio, q̃ cõmotio, plus charitas, q̃ potestas. Sed * hi, qui, quæ sua sunt, quærũt nõ quæ Iesu Chri, facile ab hac lege *discernunt, & dũ dominari magis, q̃ cõsulere subditis, quærũt, placet honor, inflat superbia, & quod prouisum est ad concordiã, tendit ad noxã. Quod vt necesse habeamus ita dicere, nõ de paruo animi dolore procedit. Meipsum eñ quodãmodo trahi in culpã sentio, quũ te a traditis tibi regulis immodice deuiasse cognosco. Qui si tuæ existimationis paꝝ diligẽs eras, meæ saltẽ famæ parcere debuisti, ne quæ tuo tantũ facta sunt animo, nostro viderent gesta iudicio. Relegat fraternitas tua paginas nostras, omniaq; ad tuos missa maiores apostolicæ sedis p̃sulũ scripta decurrat, & vel a me, vel a p̃cessoribus meis inueniet ordinatũ, quod a te cognoui esse p̃sumptũ. Venit nãq; ad nos cũ epis prouinciæ suæ frater noster Atticus, veteris Epiri * Nicopolitanus antistes, & de indignissima astrictione, quã pertulit, lachrymabili actione conquestus est, coram astantibus diaconibus tuis, q querelis flebilibus nihil cõtra referendo, ea, quæ nobis ingerebant, fide nõ carere monstrabant. Legebat quoq; in literis tuis, quas idẽ diaconi detulere, q̃ frater Atticus Thessalonicã venisset, q̃q; consensum suũ etiam scripturæ professione signasset, vt de illo non aliud a nobis intelligi posset, q̃ proprij arbitrij & spontaneæ deuotionis fuisse, q̃ venerat, q̃q; chartulam de obedientiæ sponsione cõscripserat, in cuius tñ chartulæ mentione signũ prodebat iniuriæ. Non eñ necessariũ fuerat, vt obligaret scripto, q obedientiã suã ipso iã voluntarij aduentus probabat officio. Vnde deplorationibus supradicti hæc verba eplæ tuæ testimoniũ p̃buere, & p hoc, q̃d nõ est tacitũ, nudatũ est illud, q̃d silentio fuerat adopertũ,

*ad hi

als, siquidem

1. Timot. 5. a

als, corrigendos

Philip. 2. a. c

als, ab his

als, discedũt

als, metropolitanus.

E

F

A *adhibitam (scilicet) Illyrici pfecturā & sublimissimā inter mūdanos apices potestatē in exhibitionē insontis antistitis incitatam, vt missa exequutione terribili, q̄ omnia sibi officia publica ad effectū pceptionis adiungeret, a sacris ecclesiæ aditis nullo vel falso insimulatus crimine, extraheret sacerdos, cui nō ob molestiā ægritudinis, nō ob seuitiā hyemis darent induciæ, sed iter asperꝝ & periculis plenū per inuias niues agere cogeretur. Quod tanti laboris, tantiq; discriminis fuit, vt ex his, q epm comitati sunt, quidā defecisse dicant. Multū stupeo, frater charissime, sed & plurimū doleo, q in eum, de quo nihil amplius indicaueras, q̄ q euocatus adesse differret, & excusationē infirmitatis obtēderet, tā atrociter, & tā vehemēter potueris cōmoueri, psertim, quū etsi tale aliquid mereretur, expectādum tibi fuerat, qd ad tua cōsulta rescriberē. Sed vt video, bene de moribus meis existimasti, & q̄ ciuilia pro cōseruanda sacerdotali cōcordia respōsurus essem verissime puidisti, & ideo motus tuos exequi sine dilatione properasti, ne, cū moderationis nostræ aliud disponētia scripta sumpsisses, faciendi id, q̄d factū est, licentiā nō haberes. An forte aliquod tibi facinus fratris innotuerat, & * metropolitanum epm noui apud te criminis pondus vrgebat? At, hoc quidē alienū ab illo esse, etiā tu nihil ei obijciendo cōfirmas. Sed etiā, si quid graue, intolerandūq; gessisset, nostra erat expectanda censura, vt nihil prius ipse decerneres, q̄ quid nobis placeret, agnosceres. Vices eṁ nostras ita tuæ credidimus charitati, vt in partē sis vocatus solicitudinis, nō in plenitudinē potestatis. Vnde sicut multū nos ea, q̄ a te pie sunt curata, lætificant, ita nimiū ea, q̄ perperā sunt gesta, cōtristant. Et necesse est, post multaꝝ experimēta causarum, solicitius prospici, & diligentius pcaueri, quatenus p spm̄ charitatis & pacis, omnis materia scandaloꝝ de ecclesijs dn̄i (quas tibi cōmendauimus) auferat, peminente quidē in illis prouincijs episcopatus tui fastigio, sed amputato totius vsurpationis excessu.

alßs, additam

3.q.6. Multū stupeo

alßs, Nicopolitanum

3.q.6. Multū

B

II. Igitur secundum sanctoꝝ patrum canones spū dei conditos, & totius mundi reuerentia consecratos, metropolitanos singulaꝝ prouinciarum episcopos, quibus ex delegatione nostra fraternitatis tuæ cura prætenditur, ius traditæ sibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus, ita vt a regulis præstitutis, nulla aut negligentia, aut præsumptione discedant.

25.q.2. Igitur

III. In ciuitatibus, quaꝝ rectores obierint, de substituēdis epis hæc forma seruet, vt is qui ordinandus est (etiam si bonæ vitæ testimonio fulciatur) non laicus, non neophytus, nec secūdę coniugis sit maritus, aut qui vel vnā quidē habeat, vel habuerit, sed nec q sibi viduā copularit. Sacerdotū eṁ tam excellens est electio, vt hæc, q̄ in alijs ecclesiæ membris nō vocantur ad culpā, in illis tamen habeantur illicita.

Dist.32. Omnium sacerdotū.

C

IIII. Nam quū, extra clericoꝝ ordinē constitutis, nuptiaꝝ societati, & procreationi filioꝝ studere sit liberꝝ, ad exhibendā tamē perfectæ cōtinentiæ puritatē, nec subdiaconibus quidē carnale cōnubiū cōceditur, vt & qui habēt, sint tanq̄ non habentes, & qui non habēt, permaneant singulares. Quod si in hoc ordine, qui quartus a capite est, dignū est custodiri, quanto magis in primo, aut secundo, vel tertio seruandū est, ne aut leuitico ministerio, aut presbyterali honore, aut episcopali excellentia quisquā idoneus existimetur, qui se a voluptate vxoria necdū frenasse detegitur.

1.Coꝝ.17.c

V. Cum ergo de summi sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus pponatur, quē cleri, plebisq; cōsensus cōcorditer postularint. Ita vt si in aliam forte personā partium se vota diuiserint, metropolitani iudicio, is alteri pferat, q maioribus & studijs iuuatur, & meritis. Tantum, vt nullus inuitis & non petentibus ordinetur, ne ciuitas episcopum non optatum, aut contemnat, aut oderit, & fiat minus religiosa, q̄ conuenit, cui nō licuerit habere, quem voluit.

In dec. Iuonis lib.5

Di.63. Si forte

VI. De persona aūt cōsecrandi epi, & de cleri plebisq; consensu, metropolitanus eps ad fraternitatē tuam referat, quodq; in prouincia bene placuit, scire te faciat, vt ordinationē rite celebrandā, tua quoq; firmet authoritas. Quæ rectis dispositionibus nihil moræ aut difficultatis debet afferre, ne gregibus dn̄i diu desit cura pastorum. Metropolitano vero defuncto, quū in loco eius alius fuerit subrogandus, prouinciales epi ad ciuitatem metropolitanā cōuenire debebūt, vt omniū clericoꝝ atq; omniū ciuiū, voluntate discussa, ex presbyteris eiusdem ecclesię, vel ex diaconibus optimus eligatur, de cuius nomine ad tuā notitiā prouinciales referant sacerdotes, impleturi vota poscentium, si quod ipsis placuit, tibi quoq; placuisse cognouerint. Sicut eṁ iustas electiones nullis

Dist. 65. De persona aūt

Dist.63. Metropolitano
Et dist. 77. in princi. dist.

SSS ij dilatio

dilationibus volumus fatigari, ita nihil permittimus, te ignorante, præsumi. D

VII. De concilijs aũt episcopalibus nõ aliud indicimus, q̃ sancti patres salubriter ordinarunt, vt (scilicet) bini cõuentus per annos singulos habeantur, in qbus de oĩbus querelis, quæ inter diuersos ecclesiæ ordines nasci assolent, iudicetur. At si forte inter ipsos, qui præsunt, de maioribus (quod absit) peccatis causa nascatur, quæ prouinciali nequeat examine diffiniri, fraternitatẽ tuam de totius negotij qualitate metropolitanus curabit instruere, & si coram positis partibus, nec tuo fuerit res sopita iudicio, ad nostrã cognitionem, quicquid illud est, transferatur.

Dist.18. De cõcilijs. Et in decre. Iuo. lib.4

VIII. Si quis episcopus, mediocritate ciuitatis suæ despecta, administrationem loci celebrioris ambierit, & ad maiorem se plebẽ quacunq; occasione transtulerit, non solum a cathedra quidẽ pellatur aliena, sed carebit & propria, vt nec illis præsideat, quos per auaritiam concupiuit, nec illis, quos per superbiam spreuit. Suis igitur terminis contentus sit quisq;, nec supra mensuram iuris sui affectet augeri.

7.q.1. Si quis eps.

IX. Alienum clericũ, inuito episcopo ipsius, nemo suscipiat, & nemo solicitet, nisi forte ex placito charitatis id inter dantẽ, accipientemq; conueniat. Nã grauis iniuriæ reus ẽ, q de fratris ecclesia id q̃ d ẽ vtilius, aut p̃tiosi⁹, audet vel abijcere, vel tenere. Itaq; si intra prouinciam res agatur, transfugam clericum ad suam ecclesiam metropolitanus redire compellet. Si autem longius *processit, tui præcepti authoritate reuocabitur, vt nec cupiditati, nec ambitioni occasio relinquatur. E

19.q.2. Alienum clericũ.

als, recessit

X. In euocandis aũt ad te ẽpis, moderatissimũ te esse volumus, ne per maioris diligentiæ speciem, fraternis videaris gloriari iniurijs. Vnde si causa aliqua maior extiterit, ob quã necessarium sit, fraternũ aduocare conuentũ, binos de singulis prouincijs ẽpos, quos metropolitani crediderint esse mittendos, ad fraternitatẽ tuã venire sufficiat, ita vt a p̃stituto tempore non vltra quindecim dies, * quo conuenerint, retardentur.

alias, qui

XI. Si aũt in eo, q̃d cũ fratribus tractãdũ, definiendũve credideris, diuersa eorũ fuerit a tua volũtate sentẽtia, ad nos oĩa, sub gestorũ testificatione referant, vt remotis ambiguitatibus, q̃d deo placeat, decernat. Ad hunc eñ finẽ, omnẽ affectũ nostrũ, curãq; dirigimus, vt q̃d ad vnitatẽ cõcordiæ, & q̃d ad custodiã pertinet disciplinæ, nulla dissensione violetur, nulla desidia negligat. Et te igitur, frater charissime, & eos fratres nostros, q de tuis offendunt excessibus, quũ tñ nõ similis sit * oĩm materia querelarũ, hortor & moneo, vt q̃ pie sunt ordinata, saluberiterq; disposita, nulla cõcertatione turbẽtur. Nemo q̃d suũ est quærat, sed q̃d alterius, sicut Aplus ait: Vnusquisq; vestrũ proximo suo placeat in bono ad ædificationẽ. Nec eñ poterit veritatis nostrę firma esse cõpago, nisi nos ad inseparabilẽ soliditatẽ vinculũ charitatis astrinxerit, qa sicut in vno corpore multa mẽbra habemus, oĩa aũt mẽbra nõ eundẽ actũ habẽt, ita multi vnũ corpus sum⁹ in Chro, singuli aũt alter alterius mẽbra. Hæc cõnexio totius quidẽ corporis vnanimitatẽ requirit, sed p̃cipue exigit cõcordiã sacerdotũ. Quibus etsi dignitas non sit cõis, est tñ ordo generalis, qm̃ & inter beatissimos aplos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis, & quũ oĩm par esset electio, vni tñ datũ est, vt cæteris p̃emineret. De qua forma, epõrũ q̃q; est orta distinctio, & magna dispositione prouisum est, ne oẽs sibi oĩa vendicarẽt, sed essent in singulis prouincijs singuli, quorũ inter frẽs haberet prima sentẽtia, & rursus quidã, in maioribus vrbibus cõstituti, solicitudinẽ susciperẽt ampliorẽ, per quos ad vnã Petri sedẽ vniuersalis ecclesię cura cõflueret, & nihil vnq̃ a suo capite dissideret. Qui ergo qbusdã scit se esse p̃positũ, nõ moleste ferat, aliquẽ sibi esse p̃latũ, sed obedientiã quã exigit, etiã ipse depẽdat. Et sicut nõ vult grauis oneris sarcinam ferre, ita nõ audeat, alij importabile pondus imponere. Discipuli eñ sumus, humilis & mitis magistri, dicentis: Discite a me, qa mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus vestris. Iugũ eñ meũ suaue est, & onus meũ leue est. Quod quomodo experiemur, nisi & illud in obseruantiã veniat, quod idẽ dñs ait: Qui maior est vestrũ, erit minister vest er. Qui aũt se exaltat, humiliabitur, & q se humiliat, exaltabitur.

als, omnibus materies

Philip.2.a

Roma.15.a

Roma.12.b & 1.Cor.12.b

F

2.q.6. Qui scit se.

Matth.23.a

Matth.11.d

Matth.20.d & Marc.10 g & Luc.22.c

Luc.14.c

¶ Epla. LXXXIII. eiusdem, ad Septimium Altinum epm.

LEctis tuæ fraternitatis literis, vigorẽ fidei tuæ, quam olim noueramus, agnouimus, cõgratulantes tibi, quod ad custodiam gregũ Chri, pastoralem curã vigilanter exequeris, ne lupi, q sub specie ouiũ subintrarũt, bestiali seuitia simplices quosq; dilacerent, & nõ solũ ipsi nulla correctione proficiant, sed etiã ea, q̃ sunt

Matth.7.c

sana

A sana corrumpant. Quod ne q̃ viperea possit obtinere fallacia, ad metropolitanũ epm̃ prouinciæ Venetiæ scripta dixerimus, q̃bus ad stat* sui periculũ cognosceret ptinere, si qsq̃ de Pelagianoꝝ & Celestianoꝝ cõsortio veniẽs, ĩ cõione catholica, sine professiõe legitimæ satisfactiõis habeat. Saluberrimũ ẽ eñ & spũal'medicinæ vtilitate plenissimũ, vt siue pb̃ri, siue diaconi, siue alij cuiuslibet ordinis clerici, q̃ se correctos videri volunt, errorẽ suũ, & ipsos erroris authores dãnari a se, sine ambiguitate fateant, vt sensibus prauis dudũ peremptis, nulla sperãdi superſit occasio, ne vllũ mẽbrum ecclesiæ taliũ possit societate violari, cũ per oĩa illis professio propria cœperit obuiare. Circa quos etiam illã canonũ cõstitutionẽ p̃cipimus custodiri, ne ab his ecclesijs, ad quas proprie pertinẽt, finant abscedere, & pro suo arbitrio, ad loca sibi nõ deputata, trãsire. Q̃d si recte nõ pmittitur inculpatis, multo minus debeat licere suspectis. Proinde dilectio tua, cuius deuotione gaudemus, iungat curam suam dispositionibus nostris, & cum supradicto metropolitano det operam, vt circumspecte ac velociter impleant ea, quæ ad totius ecclesiæ incolumitatem, & laudabiliter sunt gesta, & salubriter ordinata.

1.q.7. Saluberrimũ eñ. &c. 1. q. 1. Oĩs cuiuslibet, &c. Si qs hæreticę. Et in dec. Iuo. lib. 5 cũ lr̃a: variatione

¶ Epistola. LXXXIIII. eiusdẽ ad Aquileiensem episcopum.

RElatiõe sancti fratris, & coepiscopi nostri Septimij, quæ in subditis habetur, agnouimus quosdã presbyteros, diacones, ac diuersi ordinis clericos, quos Pelagiana, vel. Celestiana hæresis habuerit implicatos, ita in vestra prouin-

B tia ad cõmunionẽ catholicã peruenisse, vt nulla ab eis dãnatio proprij exigeretur erroris, &, pastoralibus excubijs nimium dormitantibus, lupus, ouium pellibus tectus, in ouile dominicũ non depositis bestialibus animis introiret, & q̃d, per authoritatẽ canonũ, decretorũq; nr̃oꝝ ne insontibus qdẽ cõcedit, vsurpasse, vt relictis ecclesiis, in q̃bus clericatũ aut acceperãt, aut receperant instabilitate sua per diuersa circũferant, amantes semper errare, & nunq̃ in fundamẽto apostolico permanere. Q̃m qui nullo discussi examine, nullo sunt præiudicio suæ professionis obstricti, hunc maxime expetunt fructũ, vt sub velamẽto communionis plures domos adeant, & per falsi nominis scientiam multoꝝ corda corrumpant. Quod vtiq; efficere nõ possent, si ecclesiaꝝ præsules necessariã diligẽtiã in taliũ receptione seruarent, nec cuiq̃ eoꝝ euagari in diuersa licuisset. Ne ergo hoc vlterius audiat, neve per quorũdã negligẽtiã introducta pernities, ad euersionẽ multaꝝ tendat animaꝝ, *hac nostri authoritate p̃cepti, industriæ tuæ fraternitatis indicimus, vt cõgregata apud vos synodo prouintialiũ sacerdotũ, oẽs siue p̃sbyteri, siue diaconi, siue cuiusq; ordinis clerici, qui de Pelagianoꝝ, Celestianorumq; cõsortio in cõmunionẽ catholicã ea imprudẽtia sunt recepti, vt nõ prius ad dãnationẽ sui coarctarent erroris, q̃ nũc, saltẽ posteaq̃ hypocrisis eoꝝ ex quadã parte detegitur

C ad verã correctionẽ, quæ & ipsis prodesse, & nullis possit nocere, cogant. Damnẽt ap̃tis professionibus sui supbi erroris authores, &, q̃cq̃d in doctrina eoꝝ vniuersalis ecclesia exhorruit, detestent, oĩaq; decreta synodalia, quæ ad excisionẽ hæreseos apostolicæ sedis cõfirmauit authoritas amplecti se, & in oĩbus approbare, plenis, & aptis, ac propria manu subscriptis protestatiõibus eloquant. Nihil in verbis eoꝝ obscuꝝ, nihil inueniat ambiguũ. Q̃m nouimus hãc istoꝝ esse versutiã, vt in quacũq; particula dogmatis execrãdi, qua se a dãnatoꝝ societate discreuerint, nihil sibi sensuũ suoꝝ existimẽt *esse nõ saluũ. Cumq; oẽs diffinitiões suas, ad*tãtam facilitatẽ, improbare se simulẽt, atq; deponere, hoc sibi tota arte fallẽdi, nisi intelligant, excipiũt, vt g̃ra dei, secũdum merita dari accipiẽtium sentiat. Quæ nisi gratis detur, nõ est g̃ra, sed merces, retributioq; meritorum, dicẽte beato apostolo: Gratia salui facti estis p̃ fidẽ, & hoc nõ ex vobis, sed dei donum est. Non ex opibus, ne forte quis extollat. Ipsius eñ sumus figmẽtum, creati in Chr̃o Iesu, in opibus, quę p̃parauit deus, vt in illis ambulemus. Oĩs itaq; bonoꝝ opeꝝ donatio, diuina * p̃paratio est, nec propria quisq̃ iustificat virtute, q̃m g̃ra vnicuiq; principium iustitiæ, & bonoꝝ fons, atq; origo meritoꝝ est. Sed ab istis ideo p̃ naturalẽ industriã dicit præueniri, vt quæ * ad grãm proprio clara sit studio, nullo videat peccati originalis vulnere sauciata. Ideo etiã paruulos dicunt, si sine baptismo hinc de seculo exierint, nõ posse damnari, neq; reos in pc̃õ Adæ teneri, sed ad regnum dei, vel ad vitam æternam, sine vlla cunctatiõe venire, cum Ap̃lus dicat, p̃ vnum hoĩem pc̃m̃ intrauit in mundum, & p̃ pc̃m̃ mors, & ita in oẽs hoĩes ptransijt, propter quod & ipsi paruuli baptizant. Quãuis in illo vno possint intelligi plura pc̃ã, si vnũ ip̃m in sua q̃si mẽbra singula

Matth. 7. c

alias, hoc

als, nõ saluari
als, subrepẽtẽ
alias, tanta

Ephe. 2. b

als, operatio est
q̃a nõ prius iustificat q̃squã virtute, q̃ gratia, quæ.
alias, ante

Roma. 5. b

gula diuidat. Nam & superbia est illic, quia in sua homo potius esse, q̃ in dei potestate dilexit, & sacrilegium, qa deo non credidit, & homicidium, qa se præcipitauit in mortem, & fornicatio spūalis, qa integritas mentis humanæ serpentina suasione corrupta est, & furtum, qa prohibitus vsurpatus est cibus, & auaritia, qa plus quàm sufficere illi debuit, appetiuit, & si qd aliud in hoc vno admisso diligenti consideratione poterit inueniri. Parētum quoque peccatis paruulos obligari, non solum primorum hominum, sed etiam suorum, de qbus ipsi nati sunt, non improbabiliter dicitur. Illa quippe sentētia reddam peccata patrum in filios, tenet eos vtiq;, antequam per regeneratione ad testamentum nouum incipiant ptinere, quod testamētum prophetabatur, cum diceret per Ezechielem, non accepturos filios peccata patrum suorum, nec vlterius futuram in Israel parabolam illam, patres manducauerunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. Ideo em̃ quisq; renascitur, vt soluatur in eo, quicqd peccati est, cum quo nascitur. Nam peccata, quæ male agendo postea committuntur, possunt, & pœnitēdo sanari, sicut etiam post baptismum fieri videmus. Ac per hoc non est instituta regeneratio, nisi qa vitiosa est generatio, vsq; adeo vt etiam de legitimo matrimonio procreatus dicat: In iniqtatibus cōceptus sum, & ĩ peccatis mater mea in vtero me aluit. Neq; hic dixit in iniqtate, vel in pctō, cum hoc recte dici posset, sed iniqtates, & peccata dicere maluit, qa & in illo vno, quod in omnes homines pertransiuit, quodq; tam magnum est, vt eo mutaret, & conuerteret in necessitatē mortis humana natura, (sicut supra disserui) reperiuntur plura peccata, alia parentū, quæ licet nō possunt mutare naturā, reatu tamen obligant filios, nisi gratuita gr̃a, & misericordia diuina subueniat. A paruulo em̃ recens nato, vsq; ad decrepitū senē, qualibet corpis ætatem gerant, sicut nullus prohibēdus est a baptismo, ita nullus est, q nō peccato moriatur in baptismo. Sed paruuli, originali, maiores autem etiam his oībus moriuntur peccatis, quæcunq; male viuendo addidere ad illud, quod nascendo traxere. Cauendum ergo dilectioni tuæ est, magnaq; diligentia prouidendum, ne per huiusmodi homines extincta dudum scandala suscitent. & de exciso olim dogmate, aliquod in prouincia tua eiusdem mali germen oriat, quod non solum in radicibus suis crescat, sed etiam sanctæ ecclesiæ sobolem veneno sui odoris inficiat. Qui correctos se videri volunt, ab omni suspitione se purgent, & obediendo nobis, probent se esse nostros. Quorum, si quisquam salubribus præceptis satisfacere detractarit, siue ille clericus, siue sit laicus, ab ecclesiæ societate pellatur, ne perditor animæ suæ, saluti insidietur alienæ. Illam quoque partem ecclesiasticæ disciplinæ, qua olim a sanctis patribus, & a nobis sæpe decretum est, vt nec in presbyteratus gradu, nec in diaconatus ordine, nec in subsequenti officio clericorum ab ecclesia cuiquam transire sit liberum, vt in integrum reuoces, admonemus. Et vnusquisq; non ambitione illectus, non cupiditate seductus, non persuasione hominum deprauatus, ibi, vbi ordinatus est, pseueret. Ita vt si quis sua quærens, non quæ Iesu Christi, ad plebem, & ecclesiam suam redire neglexerit, & ab honoris priuilegio, & a communionis vinculo habeatur extraneus. Non autem dubitet dilectio tua, nos, si (quod non arbitramur) neglecta fuerint, quæ pro custodia canonum, & pro fidei integritate decernimus, vehementius commouendos, quia inferiorum ordinum culpæ, ad nullos magis referendæ sunt, q̃ ad desides, negligentesq; rectores, qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam.

Exodi. 20. a — Ezech. 18. a & Hier. 31 c — Psal. 50. — Roma. 5. b — De cō. dist. 4 A paruulo — In cōc. Hispalen. 2. cap. 3 — Dist. 86. Inferiorum culpæ

¶ Epistola. LXXXV. eiusdē ad episcopos Aphricanos per Mauritaniam Cæsarien. constitutos.

¶ Tituli capitulorum sequentis epistolæ.

Leo

¶Capitulum primum.

A LEo episcopus vniuersis episcopis per Cæsareã Mauritaniã constitutis in dño salutẽ. Cũ de ordinatiõibus sacerdotũ quædã apud vos illicite vsurpata crebrior ad nos cõmeantiũ sermo perferret, ratio pietatis exegit, vt pro solicitudine, quam vniuersæ ecclesiæ, ex diuina institutione depẽdimus, rerũ fidem studeremus agnoscere, vicẽ curæ nostræ, proficiscenti a nobis fratri, & consacerdoti nostro Potẽtio, *iniungentes, q secũdũ scripta, quæ per ipsumad vos direximus, de epis, quorũ culpabilis ferebatur electio, quid veritas haberet, inquireret, nobisq́ oĩa fideliter indicaret. Vnde quia idẽ plenissime notitiæ nostræ cuncta reserauit, & sub quibus qualibusq́ rectoribus quædã Christi plebes in partibus prouintiæ Cæsariẽsis habeãtur, syncera nobis relatiõe patefecit, necessariũ fuit, vt dolorẽ cordis nři, q̃ pro dñicorum gregũ periculis ęstuam⁹, datis nũc ad vos literis promeremus, mirãtes tantũ apud vos, p occasionẽ tpis impacati, aut ambiẽtiũ p̃sumptionẽ, aut tumultũ valuisse popularẽ, vt indignis quibusq́, & lõge extra sacerdotale meritũ cõstitutis, pastorale fastigiũ, & gubernatio ecclesiæ crederetur. Nõ est hoc cõsulere populis, sed nocere, nec p̃stare regimen, sed augere discrimẽ. Integritas eñ p̃sidentiũ, salus est subditorũ, & vbi est incolumitas obediẽtiæ, ibi sana est forma doctrinæ. Principatus aũt, quẽ aut seditio extorsit, aut ambitus occcupauit, etiam si moribus, atq́ actibus nõ offendit, *ipsius tñ initij sui est pnitiosus exẽplo. Et difficile est, vt bono peragant exitu, q̃ malo sunt inchoata principio. Quod si in qbuslibet ecclesiæ gradibus prouidẽter, sciẽterq́ curãdũ est, vt in dñi domo nihil sit inordinatũ, nihilq́ præposterũ, quãtomagis elaborãdũ est, vt in electione eius, q supra oẽs gradus cõstituitur, nõ erretur? Nã totius familiæ dñi status, & ordo nutabit, si q̃d requiritur in corpore, nõ inueniat in capite. Vbi est illa beati Pauli apostoli per spm̃ dei emissa p̃ceptio, qua in persona Timothæi omniũ sacerdotũ Christi numerus erudit, & perinde vnicuiq́ nostrũ dicit. Manus cito nemini imposueris, neq́ cõmunicaueris peccatis alienis? Quid est cito manus imponere, nisi ante ætatẽ maturitatis, ante tẽpus examinis, ante meritũ laboris, ante experiẽtiã disciplinæ sacerdotalem honorẽ tribuere nõ probatis? Et q̃d est cõmunicare peccatis alienis, nisi talẽ effici ordinantẽ, qualis ille est, qui nõ meruit ordinari? Sicut eñ boni operis sibi cõparat fructũ, qui rectũ *sectatur in eligẽdo sacerdote iudiciũ, ita graui semetipsum afficit dãno, q ad suæ dignitatis collegiũ sublimat indignũ. Non eñ in cuiusquã persona p̃termittendũ est, q̃d institutis generalibus cõtinetur, nec putandus est honor ille legitimus, q fuerit *de præuaricatione collatus. Dicẽte enim apostolo, vt inter alias electionis regulas, is epus ordinetur, quẽ vnius vxoris virũ fuisse, aut esse constiterit, tã sacra semper habita est ista p̃ceptio, vt etiã de muliere sacerdotis eligẽda, eadẽ intelligat seruãda conditio, ne forte illa, *priusquã in matrimoniũ eius veniret, q aliã non habuisset vxorẽ, alterius viri esset experta cõiugiũ. Quis ergo dissimulare audeat, q̃d in tãti sacramẽti perpetratur iniuriam? cũ huic magno, venerãdoq́ mysterio, ne diuinæ legis quidẽ statuta defuerint, qbus euidẽter est definitũ, vt virginẽ sacerdos accipiat, & alterius thorum nesciat cõiugis, quæ vxor est futura pontificis? Iam tũc eñ in sacerdotibus figurabatur Christi, & ecclesiæ spũale cõiugium, vt qm̃ vir caput est mulieris, discat sponsa *verbi non aliũ virũ nosse q̃ Christũ, qui merito eã vnã, quã elegit, vnã diligit, & aliã præter ipsam suo cõsortio nõ adiungit. Si ergo etiã in veteri testamẽto hæc sacerdotaliũ cõiugiorũ forma seruata est, q̃to magis *sub reuelata iã gratia cõstituti, apostolicis debem⁹ inseruire p̃ceptis, vt quãlibet qs bonis moribus p̃ditus, & sanctis operibus inueniat ornatus, nequaq̃ tamẽ vel ad diaconij gradũ, vel ad presbyterij honorẽ, vel ad episcopatus culmen ascẽdat, si aut ipsum nõ vnius vxoris virũ, aut vxorẽ eius nõ vnius viri fuisse claruerit. Monẽte vero apostolo, atq́ dicẽte, & hi aũt probent primũ, & sic ministrent, q̃d aliud intelligẽdũ in hoc putamus, nisi vt in his prouectionibus nõ solum matrimoniorũ castimoniã, sed etiam laborũ merita cogitemus, ne aut a baptismo rudibus, aut a seculari actu repẽte cõuersis, officiũ pastorale credat, cũ oĩs gradus militiæ Christianæ de incremẽtis profectuũ debeat æstimari, an possint cuiq̃ maiora cõmitti? Merito sanctorũ patrũ venerabiles sanctiones, cũ de sacerdotũ electione loquerent, eos demũ idoneos sacris administrationibus censuere, quorũ oĩs ætas, a puerilibus exordijs vsq́ ad *puectiores annos, p disciplinę ecclesiasticæ stipẽdia cucurrisset, vt vnicuiq́ testimonium

[Marginalia: als, delegãtes — Dist. 61. Miramur tantum — 1. q. 1. Principatus quem/ alias, ipso. — B — 1. Timot. 5. b dist. 78. Quid est manus — alias, tenet — als, cõtra diuinæ legis p̃cepta. — C — 1. Timo. 3. a — alias, prius, q̃ in societatem — Leuiti. 21. c. & Ezec. 44. f — Ephe. 5. f — 1. Cor. 11. a — alias, Christi. — Leuiti. 21. c. & Ezec. 44. f — als, euãgelij — 1. Timo. 3. b — Dist. 61. Miramur tantum — als, p̃fectiores.]

stimonium prior vita præberet, nec posset de eius prouectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actibus strenuis, celsioris loci præmium deberetur. Si enim ad honores mūdi sine suffragio temporis, sine merito laboris, indignum est peruenire, & notari * ambitus solent, quos probitatis documenta non adiuuant, q̃ diligēs & q̃ prudens habenda est dispensatio diuinorum munerum, & cœlestium dignitatum, ne in aliquo apostolica, & canonica decreta violentur, & his ecclesia dn̄i regenda credatur, qui legitimarum institutionum nesciij, & totius humilitatis ignari, non ab infimis sumere incremētum, sed a summis volunt habere principium: cum valde iniquum sit, & absurdum, vt imperiti magistris, noui antiquis, & rudes præferantur emeritis. In domo quidem magna, necesse est (sicut Apostolus disserit) vasa diuersa sint, quædam aurea & argentea, quædam vero lignea, & fictilia, sed horum ministerium pro materiæ qualitate discernitur, nec qui est pretiosorum, idem vsus est & viliū. Nam inordinata erunt omnia, si fictilia aureis, & lignea præferantur argenteis. Sicut autem in ligneis, & fictilibus eorum hominum spēs figurant, q nullis adhuc virtutibus nitent, ita in aureis & argenteis hi sine dubio declarantur, q per longe eruditionis ignem, & per fornacem diuturni laboris excocti, aurum probatum, & argentum purum esse meruere. Quibus si merces pro deuotione non redditur, omnis ecclesiastica disciplina resoluitur, omnis ordo turbatur, dum in ecclesia, q nullum subiere ministerium, peruerso eligētium iudicio indebitum obtinent principatum. Cum ergo inter vos tantum valuerint aut studia popularium, aut ambitus superborum, vt non solum laicos, sed etiam secularium vxorum viros, aut viduarum maritos ad officium cognoscamus pastorale prouectos, nonne * aptissime exigunt causæ, vt ecclesiæ, in quibus ista commissa sunt, iudicio sæueriore purgentur, & non solum in tales præsules, sed etiam in ordinatores eorum vltio competens proferatur: Sed circūstant nos hinc mansuetudo clementiæ, hinc censura iustitiæ. Et quia vniuersæ viæ domini misericordia, & veritas, cogimur, secundū sedis apostolicæ pietatem, ita nostram temperare sententiam, vt trutinato pondere delictorum, quę constat non vnius esse mensuræ, quædam definiamus vtcūq; toleranda, quædam vero penitus amputanda. Eos enim, qui vel secundas nuptias inierunt, vel viduarum se coniugio sociarunt, nec apostolica, nec legalis authoritas sacerdotum obtinere permittit, & multo magis illum, si fuerit vestro iudicio cōfutatus, qui (sicut ad nos relatum est) duarum simul est maritus vxorum, vel illum, qui * a prima vxore dimissus, alteram duxisse perhibetur priuandum honore decernimus. Cæteros vero, quorum prouectio hoc tātum reprehensionis incurrit, quod ex laicis ad officium episcopale delecti sunt, neque ex hoc quod vxores habeant, possunt esse culpabiles, susceptum sacerdotium tenere permittimus, non præiudicantes apostolicæ sedis statutis, nec * præcessorum nostrorum, nostrisq; decretis, quibus salubriter statutum est, ne primum, vel secundum, aut tertium in ecclesia gradum quisquam laicorum, quibuslibet suffragijs fultus, ascendat, priusquam ad hoc meritum per legitima augmenta perueniat. Quod enim vtcunq; patimur esse veniale, inultum postmodum esse non poterit, si quisquam id, quod omnino interdicimus, vsurpare præsumpserit, quia remissio peccati nō dat licentiam delinquendi, nec quod potuit aliqua ratione * concedi, fas erit amplius impune committi.

[Margin: alias, ambitu — 2. Timo. 2. c — als, aptissime — 1. q. 7. Exigūt causæ — Psalm. 24 — 1. q. 7. Exigūt causæ — als, prima vxore dimissa — 1. q. 7. Exigūt causæ — alias, nec beatorum patrū regulas resoluentes — 1. q. 7. Exigūt causæ — alias, vitari]

II Cum itaque de omnibus fere, quæ fratris nostri Potentij relatio continebat, plenissime dilectionem vestram, per Dauid fratrem, & coepiscopum nostrum, qui & sacerdotij merito nobis est probatus, & moribus, videatis instructam, superest, fratres, vt concordi obedientia salubres suscipiatis hortatus, & nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium deuotionis vnanimes, diuinis, & apostolicis constitutionibus pareatis, & in nullo patiamini, * pia canonum decreta violari. Quæ enim nunc certarum remisimus consideratione causarum, antiquis deinceps custodienda sunt regulis, ne quod ad tempus pia lenitate concessimus, iusta post hæc vltione plectamus, in eos specialius & propensius commouendi, qui in episcopis ordinandis sanctorum patrum statuta neglexerint, & quos refutare debuerant, consecrarint. Vnde si qui episcopi talem consecrauerint sacerdotē, qualem non liceat, etiam si aliquo modo dānum proprij honoris euaserint, ordinationis tn̄ ius vlterius nō habebūt, nec ei sacramento interesse, q ne glecto diuino iudicio immerito pstitere. Illud sane quod ad sacerdotalē ptinet dignitatem, inter omia volumus canonum statuta seruari, vt nō in qbuslibet locis, neq; qbuslibet &

[Margin: alias prouidētissima — 1. q. 7. Donatū autem si — 1. q. 1. & 25. q. 2. Si q epi talē — Dist. 80. Illud sane quod ad — Ca. 6. Sardicen. concilij.]

A bet castellis, & vbi ante nõ fuerũt, epi cõsecrent, cũ vbi minores sunt plebes, minoresq; conuẽtus, pbrorũ cura sufficiat. Episcopalia aũt gubernacula nõ nisi maioribus populis, & frequentioribus ciuitatibus oporteat præsidere, ne quod sanctorum patrum diuinitus inspirata decreta vetuere viculis, & possessionibus, vel obscuris, & solitarijs municipijs tribuat sacerdotale fastigium, & honor, cui debent excellentiora committi, ipse sui numerositate vilescat. Quod nunc in sua diocœsi Restitutus episcopus factum esse causatus est, & rõnabiliter postulauit, vt si episcopi eorum locorum, in qbus non debuerãt ordinar, ihũana cõditiõe decesserint, loca ipa ad ius eius antistitis redigant, cuius fuerant ante priora. Et inutile est, vt sacerdotalis dignitas inconsiderata ordinantis facilitate superflua multiplicatione minuatur. De his autem, quæ in sacro virginitatis proposito constitutæ barbaricam pertulere violentiam, & integritatem pudoris non animo, sed corpore perdidere, ea nobis seruanda videtur moderatio, vt neq; in viduarum deijciant gradum, nec in sacrarum, & pseuerantium virginum numero censeant. Quibus, si in omnibus virginalibus obseruationibus perseuerant, & castimoniæ soliditatem mente custodiunt, sacramentorum non est neganda communio, qa iniustum est eas in eo, vel argui, vel notari, qd nõ volũtas admisit, sed vis hostilis eripuit. Causam quoq; Lupicini epi illic iubemus audiri. Cui multum & sępius postulanti cõmunionem hac ratio B ne reddidimus, qm̃ ad nostrum iudicium prouocasset, immerito eum, pendente negotio, a communione videbamus fuisse suspensum. Adiectum etiam illud est, quod huic temere superordinatns esse cognoscitur, q non debuit ordinari, antequam Lupicinus in præsenti positus, aut confutatus, aut certe confessus, iustæ posset subiacere sententiæ, vt vacantem locum, quemadmodum disciplina ecclesiastica exigit, is, qui consecrabatur, exciperet.

Snialiter ponit iste canon 32.q.5. Ille aũt famulæ dei.

III Donatum autem Salicinensem ex Nouatiano cum sua (vt comperimus) plebe cõuersum, ita dñico volumus gregi pside re, vt libellũ fidei suæ ad nos meminerit dirigendũ, quo & Nouatiani dogmatis damnet errorem, & plenissime confiteatur catholicam veritatem. Maximum quoque ex laico licet reprehensibiliter ordinatum, tamen si Donatista iam non est, & a spiritu schismaticæ prauitatis alienus, ab episcopali, quam quoquo modo adeptus est, non repellamus dignitate, ita vt & ipse libello ad nos ædito catholicum se esse manifestet.

1.q.7. Donatum autem

IIII De Aggaro & Tyberiano, quorum a cæteris, q ex laicis ordinati sunt, in hoc causa diuersa est, quod eorum ordinationi atroces tumultus, & sæuæ seditiones memorantur esse famulatæ, vestro iudicio cuncta commisimus. vt relata habiti apud vos examinis fide, qd de supradictis statuendum sit, scire possimus.

1.q.7. Maximũ quoq; ex la.

C V Illæ autem famulæ dei, quæ integritatem pudoris opressione barbarica perdidere, laudabiliores erunt in humilitate ac verecundia, si se incontaminatis non audeant comparare virginibus. Quamuis enim omne peccatum ex voluntate nascatur, & potuerit corruptione carnis mens in vita nõ pollui, minus tamẽ eisdem oberit, si, quod potuerint animo non amittere, doleant se vel corpore perdidisse. Si vero aliæ emerserint causæ, quæ ad statum ecclesiarum, & ad concordiam pertineant sacerdotum, illic sub timore domini volumus, ventilentur, & de componendis atq; compositis omnibus ad nos relatio plena mittat, vt ea, quæ iuxta ecclesiasticum morem iuste & rationabiliter fuerint definita, mea quoq; sententia roborentur. Data quarto Idus Augusti.

32.q.5. Ille aũt famulæ dei

¶ Leo papa de priuilegio Chorepiscoporum siue presbyterorum ad vniuersos Germaniæ atq; Galliæ ecclesiarum episcopos.

¶ Epistola. LXXXVI.

LEo Romanæ ecclesiæ & apostolicæ sedis episcopus vniuersis Germaniæ, atque Galliæ ecclesiarum episcopis salutem. Cum in dei nomine in Romana ecclesia synodum episcoporum siue cæterorum consacerdotum Christiq; fidelium coadunatum habuissemus, & de ordinationibus illicitis, super quibus crebrior ad nos illarum partium commeãtium sermo peruenerat, atq; de alijs necessitatibus ecclesiasticis negotijs tractantes, sacrosq; canones relegentes solerter egissemus, a multis lachrymabili vultu relatũ est nobis, q̃ quidã Germaniarũ ac Galliarũ vrbiũ epi freqnter chorepos, q iuxta canões Neocæsariẽsi. ue scdm aliorũ decreta pr̃m ĩdẽ sunt, qui & pbr̃i, vel pbros destinarẽt, q absente põtifice altaria erigerẽt, basilicasq; cõsecrarẽt. Quod

Cap. xiiij. Damasi papæ in epi. ad Numidiæ epos.

Quod q̃dem non est mirum, id præcepisse viros ecclesiasticæ disciplinæ ignaros, quod est canonicæ regulæ contrarium, & statim a seculari militia in sacerdotale ministerium delegatos atque promotos. Ergo ne vltra talis a vobis licentia vsurpet, communi sententia statuendum oportuit, scientes, q̃a sicut coepiscopo vel presbytero illicita consecratio est altaris, ita & constitutio. In diuinis em̃ literis, præcipiente dño, solus Moyses in tabernaculo dei erexit altare, solus ip̃e vnxit, q vtiq; summus sacerdos dei erat, sicut scriptum est de eo, Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. Ideoq; id, quod tantum facere principibus sacerdotum iussum est, quorum typum Moyses & Aaron tenuerunt, oĩno decretũ est, vt chorepĩ, vel presbyteri, q filiorum Aaron gestant figurã, arripere non præsumant. Nam quamuis cũ ep̃is plurima illis ministeriorum communis sit dispensatio, quadam tamen authoritate veteris legis, quædam nouæ etiam ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint, sicut presbyterorum & diaconorum, aut virginũ consecratio, sicut constitutio altaris, ac benedictio, vel vnctio. Siq̃dem nec erigere eis altaria, nec ecclesias, vel altaria consecrare licet, nec per impositiones manuum fidelibus baptizandis vel conuersis, vel ex hæresi paracletum sp̃m sanctum tradere, nec chrysma conficere, nec chrysmate baptizatoꝝ frõtes signare, nec publice q̃dem in missa quenq̃ pœnitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere. Hęc em̃ omnia illicita sunt chorepiscopis, q ad exemplum & formã septuaginta discipulorum esse noscũtur, vel presbyteris, q eandem gestant figuram, quoniam quanquam consecrationem habeant, pontificatus tamen apicem non habent. Quæ omnia solis debere summis pontificibus authoritate canonum præcipit, vt per hoc & discretio graduum, & dignitatis fastigium summi pontificis demonstretur. Sed neque coram episcopo licet presbyteris in baptisterium introire, nec præsente antistite infantem tingere, aut signare, nec pœnitentem sine præceptione episcopi sui reconciliare, nec eo præsente, nisi illo iubente, sacramentum corporis & sanguinis Chr̃i conficere, nec eo coram posito populum docere, vel benedicere aut salutare, nec plebem vtique exhortari.

Nume. 7. a
Psalm. 98

¶ Ex fine huius pistolæ argumentum sumitur, ꝙ non sit plena, sed fragmentum dumtaxat.

¶ Eiusdem .LXXXVII. epistola ad episcopos per Viennensem prouinciam constitutos.

Distin. 19. Ita dñs nr̃ Iesus.

Dilectissimis fratribus vniuersis ep̃is per Viennẽsem prouinciã cõstitutis Leo. Diuinæ cultũ religionis, quẽ in oẽs gẽtes, omesq; natiões, dei voluit gr̃a corruscare, ita dñs noster Iesus Chr̃us humani generis saluator instituit, vt veritas, quę antea legis & prophetaꝝ p̃conio cõtinebat, p apostolicã tubã in salutem vniuersitatis exiret, sicut scriptũ est: In oẽm terrã exiuit sonus eoꝝ, & in fines orbis terræ verba eoꝝ. Sed huius muneris sacr̃m, ita dñs ad oĩm apostoloꝝ officiũ ptinere voluit, vt in beatissimo Petro, ap̃loꝝ oĩm summo principal̃r collocaret, vt ab ip̃o, quasi quodam capite, dona sua velut in corpus omne diffunderet, vt exortem se mysterij intelligeret esse diuini, q ausus fuisset a Petri soliditate recedere. Hunc em̃ in consortium indiuiduæ vnitatis assumptũ, id quod ip̃e erat, voluit nominari, dicẽdo: Tu es Petrus, & sup hanc petrã ædificabo ecclesiã meã, vt æterni ædificatio tẽpli, mirabili munere gr̃æ dei ĩ Petri soliditate cõsisteret, hac ecclesiã sua firmitate corroborãs, vt illã, nec hũana temeritas posset appetere, nec portæ cõtra illã inferi præualerẽt. Verũ hãc Petre istius sacratissimã firmitatẽ, deo (vt diximus) ædificãte constructã, nimis impia vult præsumptione violare, quisqs eius potestatẽ tentat infringere, fauẽdo cupiditatibus suis, & id, quod accepit a veteribus, non sequẽdo, cum nulli se subditũ legi, nullis institutiõis dñicæ credit regulis cõtineri, a vestro, nostroq; p nouæ vsurpatiõis ambitum more decisscens, præsumendo illicita, & quæ custodire debuit, negligẽdo. Veꝝ hæc nos, deo (vt credimus) aspirãte, seruata circa vos nostræ charitatis gr̃a, quã sanctitati vr̃æ apostolica semp sedes (vt memĩstis) impẽdit, nitimur consilio maturiore corrigere, & vestraꝝ ecclesiaꝝ statum, cõicato vobiscũ labore, componere, non noua instituẽtes, sed vetera renouãtes, vt in status consuetudine, quæ nobis a nostris patribus est tradita, perduremus & deo nostro p boni op̃is ministerium, remotis pturbationum scandalis, placeamus.

Psalm. 18

Matth. 16. c

Nobiscũ

Nobiscum itaq; vestra fraternitas recognoscat, apostolicã sedem, pro sui reuerentia, a
A vestræ etiam prouinciæ sacerdotibus innumeris relationibus esse consultam, & pro diuersarum (quemadmodum vetus consuetudo poscebat) appellatione causarum, aut retracta, aut confirmata, fuisse iudicia, adeo vt seruata vnitate spũs in vinculo pacis, commeãtibus hincinde literis, quod sancte agebatur, perpetuæ proficeret charitati. Quã solicitudo nostra non sua quærens, sed quæ sunt Chri dignitatem diuinitus datam, nec ecclesiis, nec ecclesiarum sacerdotibus arrogabat. Sed hunc tramitẽ semp inter maiores nostros, & bene tẽtum, & salubriter cõstitutum, Hylarius ecclesiarum statum, & cõcordiam sacerdotum nouis psumptiõibus turbaturus excessit, iterum suæ vos cupiẽs subdere potestati, vt se beato apostolo Petro nõ patiat esse subiectũ, ordinatiões sibi oĩm p Gallias ecclesiarum vẽdicãs, & debitã metropolitanis sacerdotibus in suum ius transferens dignitatẽ, ipsius quoq; beatissimi Petri reuerentiã, verbis arrogãtioribus minuendo, cui cum præ cætris soluẽdi & ligãdi tradita sit potestas, pascendarum tamen ouium cura specialius mãdata est. Cui quisqs principatum æstimat denegãdum, illius quidẽ nullo modo potest minuere dignitatẽ, sed inflatus spũ superbiæ suæ semetipm in inferna demergit. Quæ igitur apud nos in causa Celidonii epi gesta confecta sint, & quæ Hylarius dixerit, dum cum eodem, præsente supradicto epo, audiret, inditus chartis rerum ordo demonstrat. Vbi postquã Hylarius rationabile, quod in sanctorum concilio sacerdotũ
B possset rñdere, non habuit, ad ea se occulta cordis ipsius trãstulerunt, quæ nullus laicorum dicere, nullus sacerdotum posset audire. Doluimus (fateor) fratres, & huuc eius mentis tumorem medelis patiẽtiæ nostæ curare tentauimus. Nolebamus etem ea illi exacerbare vulnera, quæ suæ animæ, insolentibus subinde sermonibus, infligebat, & quem susceperamus vt fratrem, delinire magis ipsum (quamuis ipe se suis responsionibus implicaret) quã cõtristare interlocutiõibus, nitebamur. Absolutus est Celidonius epũs, qm se iniuste sacerdotio fuisse deiectum, manifesta testium responsione, ipo etiã præsente, monstrauerat, ita vt, quod Hylarius nobiscum residens posset opponere, nõ haberet. Remotum est ergo iudicium, quod prolatum in hac sentẽtia legebat, quod tanquam viduæ maritus sacerdotium tenere nõ posset. Quod nos qdem, seruantes legalia constituta, solicitius voluimus custodiri, non solum circa sacerdotes, sed circa clericos quoq; minoris officii, ne ad sacram militiam hi permittant accedere, quibus sit tale coniugium, vt contra apostolicam disciplinã non vnius tãtum vxoris viri fuisse monstrent. Sed sicut eos, quod factum suum nõ potest excusare, aut non amittendos, aut si fuerint, decernimus remouẽdos, ita quibus hoc falsum obiicitur, ab ea, necesse est, examinatiõe purgemus, & suum officium pdere nõ sinamus. Mãsisset nanq; in illum prolata sentẽtia, si obiectorum veritas extitisset. Redditus itaq; est ecclesiæ suæ, & huic, quam amittere non debuit, dgnitati coepũs noster Celidonius, sicut gestorum series, & post de-
C cursam cognitionẽ snia, quæ a nobis est prolata, testat. Huic negotio sic finito fratris & coepi nostri Proiecti, querela successit. Cuius ad nos lrãe lachrymabiles, & dolẽdæ de super ordinato sibi epo sunt directæ. Epistola quoq; ingesta est ciuium, ipsius & numerosa subscriptione singulorum firmata, inuidiosissimis cõtra Hylarium plena querimoniis, quod Proiecto epo suo ægrotare liberum non fuisset, eiusq; sacerdotiũ in aliũ præter suã notitiã esse trãslatum, & tanq̃ in vacuã possessionẽ ab Hylario puersore hæredẽ viuẽtis inductum. Quid hic fraternitas vestra sentiat, cuperemus audire, quãq̃ de vestris animis nostra non debeat snia dubitare, cum frẽm in lectulo constitutum, nõ tam infirmitate corpis aggrauari, q̃ alio videatis dolore torqueri. Quæ spes illi de vita relinquit, cui de sacerdotio suo, dum illi alter substituit, irrogat desperatio? Apparet ergo, q̃ mitis sit corde Hylarius, q obesse psumptioni suæ fraternæ mortis credidit tarditatẽ. Quantum em̃ in se fuit, illi subtraxit lucem, abstulit vitã, q hunc dolorẽ, in locum eius alterũ subrogãdo, ne ad salutem illi recursus esset, iniecit. Esto vt breuis fratri euenerit humanæ cõditionis cõsueta migratio, qd sibi Hylarius quærit in aliena prouincia, & id quod nulla decessorum ipsius, aut Patroclus habuerit, cur vsurpat, cũ & ipm, quod Patroclo a se de apostolica tpaliter videbat eẽ concessum, postmodũ sit snia meliore sublatũ? Expectarent certe vota ciuium, testimonia populorum, quereret honoratorum arbitrium, electio clericorum, quæ in sacerdotiũ solent ordinationibus ab his, qui norunt prm regulas, custodiri, vt apostolicæ authoritatis norma in omnibus seruaretur, qua præcipitur, vt sacerd

Matth. 16. a
Iohan. 21. c

vt sacerdos ecclesiæ præfuturus, non solum attestatione fidelium, sed etiam eorum, qui foris sunt, testimonio muniat, neq; vllius scãdali relinquat occasio, cumper pacē, & deo placitã concordiã consonis oĩm studijs, q doctor pacis futurus est, ordinat. Sed insperatus nesciētibus superuenit, & improuisus abscessit cursu (vt didicimus) celeri, itinera multa conficiēs, & p longinquas prouincias tãta immaturitate discurrens, vt videat gloriam de scurrili velocitate potius, q̃ de sacerdotali moderatiõe captasse. Hæc em̃ directarum ad nos ciuium verba sunt literarum. Ante abscessit, q̃ eum venisse, nossemus. Nõ est hoc redire, sed fugere, nec salubritatē impēdere diligētiæ pastoralis, sed vim inferre latronis, & furis, dicēte dño: Qui non intrat per ianuã in curtem ouium, sed ascendit aliunde, hic fur & latro est. Non ergo Hylarius tã studuit epm̃ consecrare, q̃ eum potius, q ægrotabat, occidere, & ip̃m quem superposuit, male ordinãdo decipere. Nos tñ, quod vobis credimus, deo iudice placitum, in commune cunctis fratribus cõsulētes, & male ordinatum submoueri, & epm̃, & Proiectum in suo sacerdotio pmanere debere, decreuimus, id statuētes, vt si quisq̃ fratrum nostrorum in quacunq; prouincia decesserit, is sibi ordinationē vēdicet sacerdotis, quem illius prouinciæ metropolitanum esse constiterit, qa (vt videmus) causæ transactæ sunt, in quibus etiam multa sunt, quæ præter rationem ecclesiasticam videant esse commissa, & iusti iudicij debeāt expectare censuram. Sed nos diutius hic nõ possumus immorari, cũ ad alia, quæ nobis cũ vestra sanctitate conferēda sunt, prouocemur. Militaris manus (vt didicimus) p prouincias sequit sacerdotē, & armatis psumptiõe suffultũ ad inuadēdas, p tumultũ famulatus ecclesias, q̃ proprios amiserint. Tradunt ordinãdi ad hoc officium, his, qbus præficiēdi sunt, ciuitatibus ignoti. Vt em̃ notus, q fuerit probatus, p pacē petit, ita per vim, necesse est, q ignotus adducit, imponat. Obtestor & obsecro, & sub dei vos inuocatione cõuenio, * prohibete, frēs, talia, & omnem dissensionis materiã de vestris prouincijs * remouete. Certe nos ante deum absoluimus, q vos ne pmittatis vltra hæc fieri, cõuenimus. Per pacē, & quietem sacerdotes, qui præfuturi sunt, postulent. Teneat subscriptio clericorum, honoratorum testimonium, ordinis consensus & plebis. Qui præfuturus est oĩbus, ab omnibus eligat. Ordinationē sibi (vt ante iam diximus) singuli metropolitani suarum prouinciarum, cum his q ceteros sacerdotij antiquitate præueniunt, restituto sibi p nos iure defendant. Alienum ius, alter sibi non audeat vēdicare. Suis limitibus suis terminis, sit vnusquisq; contētus. Et priuilegium sibi debitum, in alium trãsferre se posse, nouerit nõ licere. Quod si qs negligēs apostolicas sanctiones, plus grãæ tribuēs personali, sui honoris desertor esse voluerit, priuilegium suum in alium trãsferre, posse se credēs, non is, cui cesserit sed is, q intra prouinciam antiquitate episcopali ceteros præuenit, sacerdotes ordinãdi, sibi vēdicet potestatē, nõ quæ passim, sed die legitimo celebret. Nec sibi constare status sui nouerit firmitatem, q non die sabbati vespere, quod lucescit in primam sabbati, vel ip̃o dñico die fuerit ordinatus. Solũ em̃ maiores nr̃i resurrectiõis dñicæ diē honore dignum iudicauere, vt sacerdotes, q sumunt, hoc die potissimum tribuant. Suis vnaquæq; prouincia sit contēta consilijs, nec vltra Hylarius audeat conuētus indicere synodales, & sacerdotum dñi iudicia, se interserēdo, tubare, q non tm̃ nouerit se, ab alieno iure depulsum, sed etiã Viēnēsis prouinciæ (quã male vsurpauerat) ptãte priuatũ. Dignũ est enim, frēs, antiquitatis statuta reparari, cum is, q sibi ordinationem prouinciæ indebitæ vēdicabat, talis in præsenti etiã probatus fuerit, vt cum ip̃e frequentius temerarijs. & insolentibus verbis sentētiam dãnationis expeteret, suæ tantum ciuitatis illi sacerdotium, pro sedis apostolicę pietate, pceptio nostra seruauerit. Non ergo sit illi ordinatio, qui meriti sui conscius, cum quæreret ad accusandum, turpi fuga se credidit subtrahēdum ex oris apostolicæ communionis, cuius particeps eē nõ meruit, deo (vt credmus) hoc agente, q illum, inopinantibus nobis, & ad iudicia nostra pertraxit, & inter examinationes habitas, ne communionis nostræ consors fieret, vt abscederet latenter, effecit. Nulli Chr̃ianorum facile communio deneget, nec ad indignantis fiat hoc arbitrium sacerdotis, quod in magni reatus vltionem inuitus, & dolens quodammodo debet inferre animus vindicantis. Cognouimus enim, pro commissis, & leuibus verbis quosdam a gratia communionis exclusos, & animam, pro qua Chr̃i sanguis effusus est, irrogatione tam sæui supplicij sauciatam, & inermem quodammodo, exutamq; omni munimine, diabolicis incursibus, vt facile caperet, obiectã. Certe si quando causa talis emerserit, vt pro

Johan. 10. a

al's, prohibere

al's, remouere

D E F

A vt pro cōmissi criminis qualitate aliquē iuste faciat communione priuari, is tantū pene subdendus est, quem reatus inuoluit, nec particeps debet esse supplicij, qui consors nō docetur cōmissi. Sed quid mirum eū in laicos talē existere, qui soleat de sacerdotū dānatione gaudere. Vnde quia nostra longe alia videtur intētio (nā omniū ecclesiarum statum, & cōcordiā custodiri cupimus sacerdotū) ad vnitatē vos vinculo charitatis hortantes, & obtestamur, & affectione cōgrua cōmonemus, vt ea, quæ a nobis, deo inspirante, & beatissimo Petro apostolo discussis, probatisq; nunc omnibus causis, decreta sunt, pro vestra pace, & dignitate seruetis, certi, non tā nostro honori proficere, quod talia statuisse cognoscimur. Nō em̄ nobis ordinationes vestrarum prouintiarum defendimus, quod potest forsitan, ad deprauādos vestræ sanctitatis animos, Hilarius pro suo more mētiri, sed propter vestrā solicitudinem vindicamus, ne quid vlterius liceat nouitati, nec præsumptori locus vltra iam pateat, priuilegia nostra cassandi. Nostræ em̄ gratulationi hoc solū crescere profitemur, si apostolicæ sedis diligētia apud vos illibata seruetur, & per sacerdotalis disciplinæ custodiā honori vestro perire, quod suū est, pro nouis vsurpatiōibus, nō sinamus. Et quoniam honorāda est semper antiquitas, fratrē, & coepiscopū nostrū Leontiū probabilē sacerdotē, hac (si vobis placet) dignitate volumus decorari, vt præter eius consensum alterius prouintiæ nō indicatur a vestra sanctitate conciliū, & a vobis omnibus, quēadmodū vetustas eius, & probitas exigit, honoret, metropolitanis

B priuilegij sui dignitate seruata. Aequum est em̄, nec vlli de fratribus fieri videtur iniuria, si his, qui vetustate præcedunt, pro ætatis suæ merito in suis prouintijs a sacerdotibus cæteris deferatur. Deus vos incolumes custodiat, fratres mei.

¶ Epistola. LXXXVIII. eiusdē ad Rauenniū Arelatensem archiepiscopū.

Domino fratri Rauennio, Leo. Prouectionē dilectionis tuæ, quæ summi sacerdotij adepta est dignitatē, ita nobis placere cognosce, vt non solū tibi, de honoris augmento, sed etiam Arelatensi ecclesiæ, cui te dn̄s præposuit, gaudeamus. Ad omniū enim fidelium decus, atq; vtilitatem redundat, cum talis habetur antistes, cuius plurimi & adiuuentur præsidio, & incitentur exēplo. Vnde, quia nō ignoras, quid de synceritate animi tui secundū præsentē notitiam senserimus, iustissime nos agnoscitis exigere, vt quod præsumimus, hoc probemus, frater charissime. Modestiæ igitur tuæ nō authoritas constantiā, sed mā suetudo cōmendet, iustitiā lenitas tēperet, patiētia cōtineat libertatē, & declinata superbia, cui proximū est vt decidat, ametur humilitas, cui semper debet vt crescat. Ecclesiasticarum legū non ignara est dilectio tua, vt intra earum regulas, atq; mensuras omnis potestatis tuæ iura cōtineas. Iusto tamen dicitur lex non esse posita, quia normā præceptionis implet iudicio volūtatis, cū verus recti amor in semetipso habeat, & apostolicas authoritates, & canonicas sanctiones. Quarum deuotus sectator, & diligēs executor in eorum proculdubio consor-

C tio gloriaberis, qui de creditorum sibi profectibus talentorum audire meruerūt. Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium dn̄i tui. Vt aūt fiduciā dilectionis erga te nostræ habere nō dubites, sæpius nos de processu actuū tuorum facias certiores, quoniam iudicij nostri memores, cupimus semper de tuis profectibus in dn̄o gloriari. Deus te incolumen custodiat, frater charissime.

1. Timot. 1. b

Matth. 25. c & Lucæ. 19. c

¶ Epistola. LXXXIX. eiusdē ad Theodorum Foroiulieñ. episcopū, vt his, qui in exitu sunt, pœnitētia, & cōmunio, nō negentur.

Leo Theodoro episcopo Foroiuliensi salutē. Solicitudinis quidē tuæ is ordo esse debuerat, vt cū metropolitano tuo primitus de eo, quod quærendum videbatur esse, conferres, ac si id, quod ignorabat dilectio tua, etiā ipse nesciret, instrui vos pariter posceretis, quia in causis, quæ ad generalē obseruantiā pertinent, omniū dn̄i sacerdotū sine primatibus nihil oportet inquiri. Sed, vt quoquomodo instruatur ambiguitas cōsulentis, quid de pœnitentiū statu ecclesiastica habeat regula non tacebo. Multiplex misericordia dei ita lapsibus subuenit humanis, vt non solum per baptismi gratiā, sed etiā per pœnitētiæ medicinā spes vitæ reparetur æternæ, vt qui regenerationis donū violassent, proprio se iudicio condemnātes, ad remissionē criminū peruenirent, sic diuinæ bonitatis præsidijs ordinatis, vt indulgētia dei, nisi supplicationibus sacerdotū nequeat obtineri. Mediator em̄ dei, & hominū *homo Christus Iesus, hāc præpositis ecclesiæ tradidit potestatē, vt & cōfitentibus satisfactionē pœni-

De pæ. dist. 1. Multiplex

alias, dn̄s.

tentiæ darent, & eadē salubri satisfactione purgatos ad cōmunionem sacramētorum per ianuā reconciliationis admitterēt. Cui vtiq; operi incessabiliter ipse saluator interuenit, nec vnq̄ ab his abest, *quæ ministris suis exequēda cōmisit, dicēs: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationē seculi, vt si quid per seruitutē nostrā bono ordine, & grato impletur effectu, non ambigamus per spm̄ sanctū nobis fuisse donatū. Si aūt aliquis eorum, pro quibus dn̄o supplicamus, quocūq; interceptus obstaculo, a munere indulgētiæ p̄sentis *exciderit, & priusq̄ ad cōstituta remedia perueniat, temporalē vitā humana cōditione finierit, quod manēs in corpore, nō receperit, cōsequi, exutus carne, nō poterit. Nec necesse est nobis, eorum, q sic obierint, merita, actusq; discutere, cū dn̄s deus noster, cuius iudicia nequeunt cōprehendi, q̄d sacerdotale ministerium implere nō potuit, suæ iustitiæ reseruauerit, ita potestatem suā timeri volēs, vt hic terror omnibus prosit, & q̄d quibusdā tepidis, aut negligētibus accidit, nemo non metuat. Multū em̄ vtile, ac necessariū est, vt pc̄torum reatus ante vltimū diē sacerdotali supplicatione soluat. His aūt, qui in tēpore necessitatis, & in periculi vrgētis instātia, præsidium pœnitētiæ, & mox recōciliationis implorāt, nec satisfactio interdicēda est, nec reconciliatio denegāda, qa misericordiæ dei, nec mēsuras possumus ponere, nec tēpora definire, apud quē nullas patitur venire moras cōuersio, dicēte spū dei per prophetam: Cū conuersus ingemueris, tūc saluus eris. Et alibi: Dic *tu iniqtates tuas, vt iustificeris. Et iterum: Quia apud dn̄m misericordia ē, & copiosa apud eū redemptio. In dispēsandis itaq; dei donis nō debemus esse difficiles, nec accusantiū se lachrymas, gemitusq; negligere, cū ipsam *pœnitētiā ex dei credamus inspiratione conceptā, dicēte apostolo: Ne forte det illis deus pœnitētiā, vt resipiscāt a diaboli laqueis, a quo capti tenētur ad ipsius voluntatē. Vnde oportet, vnūquēq; Christianū consciētiæ suæ habere iudicium, ne conuerti ad deū de die in diem differat, nec satisfactionis sibi tēpus in fine vitæ suæ cōstituat, quē periculose ignorātia humana concludit, vt ad paucarum horarum spaciū se reseruet incertū, & cū possit pleniore satisfactione indulgentiam promereri, illius tēporis angustias eligat, quo vix inueniat spaciū vel confessio pœnitentis, vel reconciliatio sacerdotis. *Verum (vt dixi) etiā talium necessitati ita auxiliandū est, vt nec actio illis pœnitentiæ, nec cōmunionis gratia denegetur, si *ea, etiam amisso eis vocis officio, per *indicium integri sensus quærere comprobētur. Quod si aliqua egritudine ita fuerint aggrauati, vt q̄d pauloante poscebāt, sub p̄sentia sacerdotis significare nō valeant, testimonia eis fideliū circūstantiū prodesse debebūt, vt simul & pœnitētiæ, & reconciliationis beneficiū cōsequant, seruata tamē regula canonū paternorum circa eorum personas, qui in deū, a fide discedēdo, peccarūt. Hæc aūt, frater, quæ ad interrogationem dilectionis tuæ ideo respōdi, ne aliquid contrariū sub ignorātiæ excusatione gereretur, in metropolitani tui notitiā facies peruenire, vt si qui forte sunt fratrū, q de his antea putauerāt ambigendū, per ip̄m de omibus, quæ ad te scripta sunt, instruantur.

[Margin: als, qbus dicit in euangelio. / Matth. 28.d / De pœ. dist. 1 Multiplex. / als, excesserit / De pœ. dist. 1 Multiplex. Et. 26. q. 6. His qui tpe. / Ezech. 33.d / Esaiæ. 43.d / als, tu prior. / Psalm. 129 / alias, pœnitēdi affectionē / 2. Timot. 2.d / alias, Ita ergo necessitati talium. / De pœ. dist. 1 Multiplex. / alias, eam. / alias, indicia. / 26. q. 6. His qui tpe nec]

D

E

F

¶ Epistola. XC. eiusdem ad Rusticū Narbonensem episcopum.

¶ Capitulorum sequentis epistolæ decretalis tituli.

Quod nō habeātur episcopi, quos nec clerus elegit, nec populus exquisiuit, nec prouintiales episcopi consecrarunt. Si qui tamē clerici ab his pseudoepiscopis ordinantur, rata potest talis ordinatio existere. .i.

Quod presbyteri, aut diaconi, si in aliquo crimine detecti fuerint, nō possint per manus impositionem pœnitentiæ remedium consequi. ij.

Quod diaconi sicut episcopus, & presbyter, cessare debeant ab opere coniugali, non tamen repudiare coniugium. iij.

Quod aliud sit vxor, aliud concubina, Nec erret, quisquis filiam suam in matrimoniū tradiderit ei, qui habuit concubinam. iiij.

Quod nō sit coniugij duplicatio, quando, ancilla relicta, vxor assumitur. v.

De his, qui cōmunione priuantur, & ita moriuntur. vi.

De his, qui pœnitentiam agere differunt. vij.

Quod oporteat, eū, qui pro illicitis veniā poscit, etiam a licitis abstinere. viij.

Quod pœnitēti nulla negotiationis lucra exercere cōueniat. ix.

Quod ad militiā secularem post pœnitentiam redire non debeant. x.

Quod

A Quod adolescens, si, vrgente quocunque periculo, pœnitentiam gessit, & non se continet, vxoris potest remedio sustineri. xi.

Quod si qs ppositũ monachi deseruerit, publice sit pœniæ satisfactiõe purgãd⁹. xij.

Quod puellæ, quæ non coacte, sed voluntate propria, virginitatis propositũ susceperunt, peccãt, si nupserint, licet nondum fuerint consecratæ. xiij

De his, quæ iam consecratæ sunt, si nupserint. xiiij.

De his, de quibus dubiũ est, vtrũ baptisma perceperint, necesse est, vt renascãtur. xv.

Quod eos, qui se baptizatos agnoscunt, sed in qua fidei professione nesciunt, per manus impositionem suscipiantur. xvi.

De his, qui conuiuio gentium, & escis immolatitijs vsi sunt. xvij.

LEo episcopus, Rustico Narbonẽsi epo. *Epistolas fraternitatis tuę, quas Hermes archidiaconus tuus detulit, libẽter accepi, diuersarũ quidẽ causarũ cõnexione multiplices, sed non ita patiẽtiæ legẽtis onerosas, vt aliqd earũ inter concurrentes vndique solicitudines fuerit prætermissum. Vnde totius sermonis tui allegatione *cõperta, & gestis, q̃ in eporum, honoratorũque examine confecta sunt, recensitis, Sauiniano, & Leoni pbr̃is actiõis suæ intelleximus fiduciã defuisse, nec eis iustã superesse querimoniã, qui se ab inchoatis disceptatiõibus sponte subduxerint. Circa q̃s

B quã formã, quamve mensurã debeas tenere iustitiæ, tuo relinquo moderamini, suadẽs tamen charitatis hortatu, vt sanãdis ægris spũalem adhibere debeas medicinã, & dicẽte scriptura, noli esse nimiũ iustus, mitius agas cum eis, qui impudicitiæ zelo videntur modũ excessisse vindictæ, ne diabolus, q decepit adulteros, de adulterij exultet vltoribus. Miror aũt, dilectionẽ tuã in tantũ, scandalorũ quacunque occasione nascentiũ aduersitate turbari, vt vacationẽ ab episcopatus laboribus optare te dicas, & malle in silẽtio, atque otio vitã degere, q̃ in his, q̃ tibi cõmissa sunt, pmanere. Dicente vero dño, Beatus, qui pseuerauerit vsque in finem, vnde beata erit pseuerantia, nisi de virtute patiẽtiæ? Nã, secũdũ apostolicã pdicationẽ, oĩs, qui voluerit pie viuere in Christo Iesu, persecutionẽ patietur. Quæ nõ in eo tantũ cõputanda est, quod contra Christianã pietatẽ aut ferro, aut ignibus agitur, aut quibuscũque supplicijs, cũ persecutionũ sæuitiã suppleãt, & dissimilitudines morũ, & cõtumacię inobedietiũ, & malignarũ tela linguarũ, qbus cõflictationibus, cũ oĩa semp ecclesiæ mẽbra pulsent, & nulla piorũ portio hic a tẽtatione sit libera, ita vt periculis nec otia careãt, nec labores, qs inter fluctus maris nauem diriget, si gubernator abscedat? Quis ab insidijs luporũ oues custodiet, si pastoris cura non vigilet? Quis denique latronibus obsistet, & furibus, si speculatorẽ in prospectu explorationis locatũ, ab intẽtione solicitudinis amor quietis abducat? Permanẽdũ ergo in opere

C est credito, & in labore suscepto. Constãter tenẽda est iustitia, & benigne pstanda clemẽtia, Odio habeant pc̃ã, nõ hoĩes. Nũc corripiant timidi, nũc tolerent infirmi, & q̃d in peccatis seuerius castigari necesse est, nõ sæuiẽtis plectat aĩo, sed medẽtis. At si vehemẽtior tribulatio incubuerit, nõ ita expauescamus, q̃si illi aduersitati proprijs sit viribus resistẽdũ, cũ & cõsiliũ nr̃m, & fortitudo nr̃a sit Chr̃s, vt sine q̃ nihil possum⁹, p ipm cũcta possim⁹, q cõfirmãs pdicatores euãgelij, & sacramẽtorũ ministros. Ecce ego, iqt, vobiscũ sum, vsque ad cõsummationẽ seculi. Et iterũ: Hæc, inqt, loquutus sum vobis, vt in me pacẽ habeatis, in mũdo aũt tribulationẽ habebitis. Sed bono aĩo estote, qa ego vici mũdũ. Quæ pollicitatiões, qa sine dubitatione manifestæ sunt, nullis debemus scãdalis infirmari, ne electioni dei videamur ingrati, cuius tã potẽtia sunt adiutoria, q̃ vera promissa. De cõsultatiõibus aũt dilectiõis tuæ, quas separatim cõscriptas, archidiaconus tuus detulit, qd sentiendũ sit, inter psentes opportunius quæreretur, si nobis tui conspectus copia proueniret. Nã cũ quędã *interrogationes modũ videant excedere, intelligo eas colloquijs aptiores esse, q̃ scriptis. Quia sicut quædã sunt, quæ nulla possunt ratione conuelli, ita multa sunt, quæ aut pro cõsideratione ætatũ, aut pro necessitudine rerum oporteat temperari, illa semper conditione seruata, vt in his, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id nouerimus sequendum, quod nec præceptis euangelicis cõtrarium, nec decretis sanctorũ patrum inueniatur aduersum.

¶ Incipiunt ad inquisitionẽ eiusdem episcopi subiecta responsa.

Quod nõ habeãtur episcopi, quos nec clerus elegit, nec populus exquisiuit, nec prouintiales episcopi consecrarunt, &c.

alias, Subditis respõsionib⁹, & ad eius dẽ cõsulta rescriptis epl̃as

alias, cõcepta

Eccle. 7. c

Matth. 10. c & 24. a.

2. Timo. 3. c

Iohan. 10. b.

Distinct. 86. Odio habeãtur pc̃ã.

Iohan. 15. a

Matth. 28. d.

Iohan. 16. g.

alias, interrogationis

Dist. 14. c. Sicut quędam.

Capitulum primum.

D

Dist 62. Nulla ratio.

NVlla ratio sinit, vt inter epos habeant, qui nec a clericis sunt electi, nec a plebib9 expetiti, nec a prouintialibus episcopis cũ metropolitani iudicio cõsecrati. Vnde cũ sæpe quæstio de male accepto honore nascat, qs ambigat, nequaq̃ istis eẽ tribuendũ, q̃d nõ docet fuisse collatũ? Si qui aũt clerici, ab istis pseudoepiscopis, in eis ecclesiis ordinati sunt, *quę ad proprios episcopos pertinebant, & ordinatio eorũ cum consensu, & iudicio p̃sidentiũ facta est, põt rata haberi, ita vt in ipsis ecclesi s p̃seueret. Aliter aũt vana est habẽda ordinatio, q̃ nec loco fundata est, nec authoritate munita.

1.q.1. Si qui a pseudoepis. alias, qui

II. Alienũ est a consuetudine ecclesiastica, vt q in pres byterali honore, aut in diaconij gradu fuerint cõsecrati, pro crimine aliquo suo p manus impositionẽ remediũ accipiãt pœnitẽdi, q̃d sine dubio ex ap̃lica traditiõe descẽdit, secũdũ q̃d scriptũ est: Sacerdos, si peccauerit, qs orabit pro eo. Vnde hmõi lapsis, ad promerendã misericordiã dei, priuata ẽ expetẽda *secessio, vbi illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiã fructuosa.

Dist. 50. Alienũ est a con.

1. Reg. 2. e als, cõcessio, vel successio.

III. Lex continẽtiæ eadẽ est ministris altaris, quæ epis, atq; presbyteris. Qui, cum essent laici, siue lectores, licite & vxores ducere, & filios procreare potuerũt. Sed cum ad p̃dictos peruenerint gradus, cœpit eis non licere, q̃d licuit. Vnde, vt de carnali fiat sp̃uale coniugiũ, oportet, eos nec dimittere vxores, & quasi non habeãt, sic habere, q̃d & salua sit charitas *coniugiorũ, & cessent opera nuptiarum.

Dist. 31 Lex continentiæ. Et in de. Iuonis lib. 3 als, cõnubiorum

E

IIII. Non oĩs mulier, iuncta viro, vxor est viri, qa nec oĩs filius hæres est patris. Nuptiarũ aũt fędera inter ingenuos sunt legitima, & inter ęquales & multo pri9, (hoc ip̃m dño cõstituẽte) q̃ initiũ Romani iuris existeret. Itaq; aliud est vxor, aliud cõcubina, sicut aliud ancilla, aliud libera. Propter q̃d etiã ap̃lus ad manifestãdã harũ p̃sonarũ discretionẽ, testimoniũ ponit ex Genesi, vbi dicit Abrahæ: Ejice ancillã, & filiũ eius. Nõ eñ hæres erit filius ancillæ cũ filio meo Isaac. Vñ cũ societas nuptiarũ ita ab initio cõstituta sit, vt, præter sexuũ cõiunctionem, haberet in se Christi, & ecclesiæ sacramentũ, dubiũ nõ est, eã mulierẽ nõ p̃tinere ad matrimoniũ, in qua nõ docet nuptiale fuisse mysteriũ. Igit cuiuslibet loci cleric9, si filiã suã viro habẽti cõcubinã in matrimoniũ dederit, nõ ita accipiẽdũ ẽ, q̃si cõiugato eã dederit, nisi forte illa mulier & ingenua facta, & dotata legitime, & publicis nuptijs honestata videat. P̃rno; arbitrio viris iũctæ carẽt culpa, si mulieres, q̃ a viris habebant, in m̃rimonio nõ fuerũt, qa aliud ẽ nupta

32. q. 2. Non ois mulier. Gene. 2. d & 21. b Gala. 4. d. Gene. 21 b 27. q 2. Cum societas. Et in de. Iuo. lib. 6 Ephe. 5. g

V. Ancillã a thoro abijcere, & vxorẽ certe ingenuitatis (aliud cõcubina. accipere, nõ duplicatio cõiugij, sed profectus est honestatis. Culpãda est sane taliũ negligẽtia, sed nõ penitus desperãda, vt crebris cohortatiõibus incitati, q̃d necessarię expetierũt, fideliter & exequant. Nemo eñ desperãdus est, dũ in hoc corpe constituit, quia nonnunq̃, quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur.

32. q. 2. Ancillam a thoro.

De poe. di. 7. Nemo desp.

F

VI. Horum causa dei iudicio reseruanda est, in cuius manu fuit, vt talium obitus *vsq; ad cõmunionis remedium differretur. Nos autem, quibus viuentibus non cõmunicauimus, mortuis communicare non possumus.

34. q. 2 De cõmunione als, nõ vsq;.

VII Dissimulatio hæc potest nõ de contẽptu eẽ remedij, sed de metu grauius delinquendi, Vnde pœnitentia, quæ dilata est, cũ studiosius petita fuerit, non neget, vt quoquomodo ad indulgentię medicinam anima vulnerata perueniat.

De poe dist. 1 Pœnia quæ.

VIII. Aliud quidẽ est, debita iusta reposcere, aliud propria perfectionis amore cõtẽnere. Sed illicitorũ veniam postulantem, oportet, multis etiã a licitis abstinere, dicẽte Ap̃lo: Omnia mihi licẽt, sed nõ omnia expediũt. Vnde, si qs pœnitẽs habeat causam, quã negligere forte nõ debeat, melius expetit ecclesiasticũ, q̃ forense iudicium.

De poe. dist. 1 Aliud quidẽ. & 11. q. 1. aliud 1. Corĩ. 6. c.

IX. Qualitas lucri negotiãtẽ aut excusat, aut arguit, qa est & honestus quęstus, & turpis. Veruntñ pœnitẽti vtilius est etiã dispẽdia pati, quã periculis negotiatiõis obstringi, qa difficile est, inter emẽtis, vẽdentisq; cõmerciũ nõ interuenire peccatum.

De poe. dist. 5 Qualitas lu.

X. Contrariũ est omnino ecclesiasticis regulis, post pœnitentiæ actionẽ redire ad militiã secularem, cũ Apostolus dicat: Nemo militans deo, implicat se negotijs secularibus. Vñ nõ est liber a laqueis diaboli, q se militiæ mũdanæ voluerit implicare.

De poe. dist. 5 Cõtrarium. 2. Timo. 2. a.

XI. In adolescentia cõstitutus, si, vrgẽte aut metu mortis, aut captiuitatis periculo, pœnitentiã gessit, & postea, timens lapsum incontinẽtiæ, iuuenilis, copulã vxoris elegit, ne crimen fornicationis incurreret, rem videtur fecisse venialẽ, si p̃ter coniugem nullã omnino cognouerit. In quo tamen non regulã constituimus, sed quid sit tolerabilius

A bilius æstimamus. Nam secundũ veram cognitionẽ, nihil magis ei congruit, qui pœnitentiã gessit, quam castitas perseuerans, & mentis & corporis.

XII. Propositum monachi proprio arbitrio, aut volũtate susceptũ, deseri nõ potest absq; peccato. Quod em̃ quis vouit deo, debet & reddere. Vnde, qui relicta singularitatis professione, ad militiam, vel ad nuptias deuolutus est, publice pœnitentiæ satisfactione purgandus est, quia etsi innocens militia & honestũ potest esse coniugiũ, electionẽ tamen *meliorem deseruisse, transgressio est.

XIII. Puellæ, quæ nõ coacte parentũ imperio, sed spontaneo iudicio virginitatis propositũ, atq; habitũ susceperũt, si postea nuptias eligũt, p̃uaricantur, *etsi cõsecratio nõ accessit, cuius vtiq; nõ fraudarent munere, si in proposito permanerent.

XIIII. Ambigi vero nõ potest crimen magnũ admitti, vbi & propositũ deseritur, & consecratio violatur. Nã si humana facta nõ possunt impune calcari, q̃d de *eis manebit, qui corruperint fœdera diuini sacramenti?

XV. Si nulla existant indicia inter propinquos, aut familiares, nulla inter clericos, aut vicinos, quibus hi, de q̃bus quærit, baptizati fuisse doceant, agendũ est, vt renascant, ne manifeste pereant, in quibus, quod non ostẽditur gestum, ratio non finit, vt videatur iteratum. Qui aũt possunt meminisci, q̃ ad ecclesiam veniebant cũ parẽtibus suis, possunt recordari, an quod eorũ parentibus dabatur, acceperint. Sed si hoc etiam B ab eorũ memoria alienum est, conferendũ eis videtur, quod collatũ esse, nescitur quia non temeritas interuenit p̃sumptionis, vbi est diligentia pietatis.

XVI Hi aũt, de quibus scripsisti, qui se baptizatos sciunt, sed cuius fidei fuerint, qui eos baptizauere, se nescire profitentur, quolibet modo formã baptismatis acceperint, rebaptizandi nõ sunt, sed per manus impositionem, inuocata virtute spũs sancti, quã ab hæreticis accipere non potuerunt, catholicis copulãdi sunt.

XVII. Qui cõuiuio solo gentilium, & escis immolatitijs vsi sunt, possunt ieiunijs & manus impositiõe purgari, vt deinceps ab idolothytis abstinẽtes, sacramẽtorũ Christi possint eẽ participes. Si aũt aut idola adorauere, aut homicidijs, vel fornicationibus cõtaminati sunt, ad cõmunionẽ eos, nisi p̃ pœnitentiã publicã, non oportet admitti.

zo.q.3. Propositum Deute.23.d Psal.49.inf. & Ecci.5.a. Ionæ.2.d als, melioris. zo.q 1. Puel. als, etiã si nõ dũ eis grã cõsecrationis. vbi sup. zo.q 1 Puellæ q̃ nõ alias, eos De cõ. dist.4. Si nulla ex. Et in de. Iuo. lib.1. De cõ. dist.4 Hi de q̃bus Et in de. Iuo. lib.1.

¶ Epistola. XCI. eiusdem ad Turbium Asturicensem episcopum.

¶ Capitulorum epistolæ decretalis sequentis tituli.

als, Dictinij

LEO episcopus Turbio episcopo salutem. Quam laudabiliter pro catholicæ fidei veritate mouearis, & q̃ solicite dñici gregi deuotionem officij pastoralis impẽdas, tradita nobis per diaconũ tuum fraternitatis tuæ scripta demonstrãt, quibus notitiæ nostræ insinuare curasti, qualis in regionibus vestris de antiq̃s pestilentiæ reliquijs errorum morbus exarserit, Nã & epistolæ sermo, & cõmonitorij

alias, eloquitur

alias, feculentia.

series, & libelli tui textus *demonstrat, Priscillianistarum foetidissimam apud vos recaluisse sentinam. Nihil est enim sordium in quorumque sensibus impiorum, quod in hoc dogma non confluxerit, quoniam, de omnium terrenarum opinionum luto, multiplicem sibi *foecem commiscuerunt, vt soli totum biberent, quicquid alij ex parte gustassent. Denique si vniuersae haereses, quae ante Priscilliani tempus exortae sunt, diligentius retractentur, nullus pene inuenietur error, de quo non traxerit impietas ista contagium, quae non contenta eorum recipere falsitates, qui ab euangelio Christi sub Christi nomine deuiauerunt, tenebris etiam paganitatis immersi sunt, vt per magicarum artium prophana secreta, & mathematicorum vana mendacia, religionis fidem, morumque rationem in potestate daemonum, & effectu syderum collocaret. Quod si & credi liceat, & doceri, nec virtutibus praemium, nec vitijs poena debetur, omniaque, non solum humanarum legum, sed etiam diuinarum constitutionum decreta soluentur, quia neque de bonis, neque de malis actibus vllum poterit esse iudicium, si in vtramque partem fatalis necessitas motum mentis impellit, & quicquid ab hominibus agitur, non est hominum, sed astrorum. Ad hanc insaniam pertinet, & prodigiosa illa totius humani corporis per duodecim coeli signa distinctio, vt diuersis partibus diuersae praesideant potestates, & creatura, quam deus ad imaginem suam fecit, in tanta sit obligatione syderum, in quanta est conexione membrorum. Merito patres nostri, sub quorum temporibus haeresis haec nephanda prorupit, per totum mundum instanter egere, vt impius furor ab vniuersa ecclesia pelleretur, quando etiam principes mundi ita hanc sacrilegam amentiam detestati sunt, vt authorem eius, ac plerosque discipulos legum publicarum ense prosternerent. Videbant enim, omnem curam honestatis auferri, omnem coniugiorum copulam solui, simulque diuinum ius, humanumque subuerti, si huiusmodi hominibus vsquam viuere cum tali professione licuisset. Et profuit diu ista districtio ecclesiasticae lenitatis, quae etsi sacerdotali contenta iudicio, cruentas refugit vltiones, seueris tamen Christianorum principum constitutionibus adiuuatur, dum ad spiritale nonnunquam recurrunt remedium, qui timent corporale supplicium. Ex quo autem multas prouintias hostilis occupauit irruptio, & executionem legum tempestates *interdixere bellorum, ex quo inter sacerdotes dei difficiles commeatus, & rati coeperunt esse conuentus, inuenit ob publicam perturbationem secreta perfidia libertatem, & ad multarum mentium subuersionem his malis est incitata, quibus debuit esse correcta. Quae vero illic aut quanta pars plebium a contagione pestis huius aliena est, vbi (sicut charitas tua indicat) laetali morbo etiam quorundam sacerdotum corda corrupta sunt, & per quos opprimenda falsitas, & defendenda veritas credebatur, per ipsos doctrinae Priscilliani euangelium subditur Christi, vt ad prophanos sensus pietate sanctorum voluminum deprauata, sub nominibus prophetarum, & Apostolorum non hoc praedicetur, quod spiritus sanctus docuit, sed quod diaboli minister inseruit? Quia ergo dilectio tua, fideli, quantum potuit, diligentia damnatas olim opiniones decem & sex capitulis comprehendit, nos quoque strictim omnia retractemus, ne aliquid harum blasphemiarum aut tolerabile videatur, aut dubium.

Gene. 1. c

alias, interclusere.

D

E

F

¶ Capitulum primum.

PRimo itaque capitulo demonstratur, quod impie sentiant de trinitate diuina, qui & patris, & filij, & spiritus sancti, vnam, atque eandem asserunt esse personam, tanquam idem deus nunc pater, nunc filius, nunc spiritus sanctus nominetur, nec alius sit, qui genuit, alius, qui genitus est, alius, qui de vtroque processit, sed singularis vnitas in tribus quidam vocabulis, & non in tribus sit accipienda personis. Quod blasphemiae genus de Sabellij opinione sumpserunt, cuius discipuli etiam Patripassiani merito nuncupantur, quia si ipse est filius, qui & pater, crux filij patris est passio, & quicquid, in forma serui filius, patri obediendo, sustinuit, totum in se pater ipse suscepit. Quod catholicae fidei sine ambiguitate contrarium est, quae trinitatem vnitatis sic homousion confitetur, vt patrem, & filium, & spiritum sanctum sine confusione indiuisos, sine tempore sempiternos, sine differentia credat aequales, quam vnitatem in trinitate non ex eadem persona, sed eadem implet essentia.

II. In secundo capitulo ostenditur ineptum, vanumque commentum, de processionibus quarundam virtutum ex deo, quas habere coeperit, & quas essentia sua ipse praecesserit, in quo Arrianorum quoque suffragantur errori, dicentium, quod pater filio prior sit, quia fuerit

aliquan-

A aliquando sine filio, & tunc pater esse cœperit quãdo filium genuerit. Sed sicut illos catholica ecclesia detestatur, ita & istos qui putãt, vnq̃ deo id, quod eiusdem est essentiæ, defuisse. Quem sicut mutabilem, ita & proficientem, dicere nefas est. Quam enim mutatur, quod minuitur, tam mutatur etiam, quod augetur.

III Tertij vero capli sermo designat, q̃d ijdẽ impij asserãt, ideo vnigenitũ dici filiũ dei, qa solus sit nat⁹ ex virgine. Q̃d vtiq; nõ auderẽt dicere, nisi Pauli Samosateni, & Fotini virus hausissent, q dixere, dñm nostrum Iesum Christũ, anteq̃ nasceret ex virgine Maria, nõ fuisse. Si aũt isti aliud de suo sensu intelligi volũt, * ne principiũ de matre dẽt Christo, asserãt, necesse est, nõ vnũ esse filiũ dei, sed alios quoq; ex summo patre progenitos, quorũ hic vnus sit natus ex fœmina, & hic ob hoc appellet vnigenitus, quia hãc nascendi conditionẽ alius filiorũ dei nemo susceperit. Quaqua versum igitur se contulerint, in magnæ tendunt impietatis abruptum, si Christum dñm, vel ex matre volunt habere principium, vel patris dei vnigenitum diffitentur, cum & de matre is natus sit, qui erat deus verbum, & de patre nemo sit genitus præter verbum.

alias, neq;

IIII Quarto aũt caplo cõtinet, q̃d natalẽ Christi, quẽ scdm susceptionẽ veri hoĩs catholica ecclesia venerat, qa verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis, nõ vere isti honorẽt, sed honorare se simulẽt, ieiunãtes eodẽ die sicut & die dñico, q est dies resurrectionis Christi. Quod vtiq; ideo faciũt, qa Chr̃m dñm in vera hoĩs natura natũ esse nõ

Iohan. i. f

B credunt, sed p quãdam illusionẽ ostentatã videri volũt, * q̃ si vera nõ fuerit, sequẽtes dogma Cerdonis, atq; Marcionis, & cognatis suis Manichæis p oĩa * cõcordãtes. Qui sicut in nr̃o examine detecti, atq; cõuicti sunt, dñicum diem, quẽ nobis saluatoris nostri resurrectio cõsecrauit, exigũt in mœrore ieiunij, soli (vt proditum est) reuerẽtiæ hanc continẽtiã deuouẽtes, vt p omia sint a nostrę fidei vnitate discordes, & dies, q a nobis in lætitia habet, ab illis in afflictione ducat. Vnde dignũ est, vt inimici crucis Christi, & resurrectionis, talem accipiant sententiam, qualem elegere doctrinam.

alias, quia.
al's, cõsonãtes

V Quinto aũt caplo refertur, quod aĩam hoĩs diuinæ asserãt esse substãtiæ, nec a natura creatoris sui, conditiõis nostræ distare naturã. Quã impietatẽ ex philosophorũ quorundã, & Manichæorũ opinione manãtem, catholica fides damnat, sciens nullam tam sublimẽ, tamq; præcipuã esse facturã, cui deus ipse natura sit. Quod em̃ de seipso est, * id est, quod ipse. Nec id aliud est, q̃ filius, & spiritus sanctus. Præter hanc autem summæ trinitatis vnam consubstãtialem, & sempiternam, atq; incommutabilem deitatem, nihil omnium creaturarũ est, quod non in exordio sui ex nihilo creatum sit. Non autem, quicquid inter creaturas eminet, deus est, nec si quid magnum est, atq; mirabile, hoc est, quod ille, qui facit mirabilia magna solus. Nemo hominum veritas, nemo sapientia, nemo iustitia est, sed multi participes sunt veritatis, & sapientiæ, atq; iustitiæ. Solus

alias, hoc
Psal. 71. & 135

C autẽ deus nullius participationis dignus est. De quo quicquid digne vtcũq; sentitur, nõ qualitas est, sed essentia. Incõmutabili em̃ nihil accedit, nihil deperit, qa esse illi, quod est sempiternũ, semper est propriũ. Vnde in se manẽs innouat omia, & nihil accipit, quod ipse non dedit. Nimium igitur superbi, nimiumq; sunt cæci, qui cum dicãt humanã animam diuinę esse substãtiæ, non intelligunt, nihil se aliud dicere, q̃ deum esse mutabilem & ipsum perpeti, quicquid potest naturæ eius inferri.

VI Sexta annotatio indicat eos dicere, quod diabolus nunq̃ fuerit bonus, nec natura eius opificiũ dei sit, sed eum ex Chao, & tenebris emersisse, qa scilicet, nullũ sui habeat authorẽ, sed omis mali ipe sit principiũ, atq; substãtia, cũ fides * vera, quæ est catholica, omniũ creaturarũ siue spũalium, siuẽ corporaliũ bonã confiteatur substãtiam, & mali nullam esse naturã, quia deus, q vniuersitatis est conditor, nihil nõ bonũ fecit. Vnde & diabolus bonus esset, si in eo, q̃d factus est, pmaneret. Sed quia naturali excellẽtia male vsus est, & in veritate nõ stetit, nõ in cõtrariam trãsiit substãtiam, sed a summo bono, cui debuit adhærere, desciuit, sicut ipsi qui talia asserunt, a veris in falsa proruunt, & naturã in eo arguũt, in quo sponte delinquunt, ac pro sua voluntaria puersitate dãnantur. Quod vtiq; in ipsis malũ erit, & ipm malũ non erit substãtia, sed pœna substãtiæ.

alias, nostra
alias, ea.
Iohan. 8. f.

VII Septimo loco seqtur, q̃d nuptias damnãt, & procreationẽ nascẽtium phorrescunt, in quo (sicut pene in omibus) cũ Manichæorũ prophanitate cõcordãt, ideo (sicut ipsorũ mores probãt) cõiugalem copulam detestãtes, quia nõ est illic & libertas turpitudinis, vbi nec pudor matrimonij seruatur, nec spes sobolis.

VIII Octauum eorum est, plasmationem humanorum corporum diaboli dicere esse figmētum, & semina cōceptionum, opere dæmonū in mulierum vteris figurari. Propterea resurrectionē carnis nō esse credēdam, quia cōcreatio corporis nō sit congruēs animæ dignitati. Quæ falsitas sine dubio opus diaboli est, & talia prodigia opinionū figmenta sunt dæmonū, qui non in fœminarum ventribus formant homines, sed in hæreticorum cordibus tales fabricantur errores. Quod immūdissimum virus, de Manichææ impietatis specialiter fonte procedens, olim fides catholica deprehendit, atque damnauit. D

IX Nona autē adnotatio manifestat, quod filios promissionis, ex mulieribus quidem natos, sed ex spiritu sancto dicāt esse cōceptos, ne illa soboles, quæ de carnis semine nascitur, ad dei cōditionē pertinere videatur. Quod catholicæ fidei repugnās, atque cōtrarium est, quæ oēm hoīem in corporis animæque * substātiam a cōditore vniuersitatis formari, atque animari intra materna viscera, cōfitetur, manēte quidē illo peccati, mortalitatisque cōtagio, quod in prolem a primo parente transcurrit, sed regeneretiōis sacramento subueniēte, quo per spiritum sanctum promissionis filij renascunt, nō in vtero carnis, sed in virtute baptismatis. Vn̄ & Dauid, q vtique erat promissionis filius, dicit ad deum: Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me. Et ad Hieremiā dn̄s ait. Priusq̄ te formarem in vtero, noui te, & in vulua matris tuæ sanctificaui te.

als, substātia.
Psal. 118 & Iob. 10. b
Hier. 1 a

X Decimo aūt capitulo referunt asserere, animas, quæ humanis corporibus inserunt, fuisse in corpore, & in cœlesti habitatiōe peccasse, atque ob hoc a sublimibus ad inferiora delapsas, in diuersæ qualitatis principes incidisse, & p aereas, ac sidereas potestates alias duriores, alias mitiores corporibus esse inclusas sorte diuersa, & cōditione dissimili, vt quicquid in hac vita varie, & inæqualiter prouenit, ex pcedētibus causis videat accidere. Quā impietatis fabulā ex multorū sibi erroribus texuerūt, sed omes eos catholica fides a corpore suæ vnitatis abscidit, constāter prædicās atque veraciter, quod animæ hoīm, priusq̄ suis inspirent corporibus, nō fuere, nec ab * vllo incorporent, nisi ab opifice deo, qui & ipsarū est creator & corporū. Et qa p primi hoīs præuaricationē tota humani generis propago vitiata sit, neminem posse a cōditione veteris hominis liberari, nisi per sacrm̄ baptismatis Christi, in quo nulla est discretio renatorū, dicēte apostolo. Quicūque em̄ in Chr̄o baptizati estis, Christū induistis. Nō est Iudæus, neque Græcus, nō est seruus, neque liber, nō est masculus neque fœmina, omes em̄ vnum estis in Christo Iesu. Quid ergo hic agunt cursus siderum, quid figmēta fatorum, quid mundanarum rerum mobilis status, & inquieta diuersitas? Ecce tot impares gratia dei facit æquales, qui inter quoslibet vitæ huius labores, si fideles pmanēt, miseri esse nō possunt, apostolicū illud in omi tentatione dicētes. Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia, an psecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptū est, qa propter te morte afficimur tota die, æstimati sumus, vt oues occisionis. Sed in his omibus superamus in eo, q nos dilexit. Et ideo ecclesia, quæ corpus est Christi, nihil de mūdi inæqualitatibus metuit, quæ nihil de bonis corporalibus cōcupiscit. Nec timet inani strepitu fatorum grauari, quæ patientia tribulationum nouit augeri. E F

alias, alio
Galat. 3. d
Roma. 8. g

XI Vndecima ipsorum blasphemia est, qua fatalibus stellis & animas hominū, & corpora opinantur * astringi, per quā ametiam, necesse est, vt * homines paganorum erroribus implicati, & fauentia sibi (vt putant) sidera colere, & aduersantia studeant mitigare. Verum ista sectantibus nullus in ecclesia catholica locus est, quoniam, qui se talibus persuasionibus dedit, a Christi corpore totus abscessit.

als, obstringi.
alias, omibus

XII Duodecimum inter hæc illud est, quod sub alijs potestatibus partes animæ, sub alijs corporis membra describūt, & qualitates interiorum præsulū in patriarcharum nominibus statuunt, quibus e diuerso signa siderea, quorum virtuti corpora subijciant, opponunt. Et in his omibus inextricabili se errore ppediunt, nō audiētes dicētem apostolū. Videte, ne quis vos decipiat, per philosophiam, & inanem fallaciā secūdum traditionē hominum, secūdum elemēta mūdi, & nō secūdum Christū, quia in ipo inhabitat omis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus, & potestatis. Et iterum. Nemo vos seducat volens in humilitate, & religione angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones subministratum, & * coniunctum crescit in augmentum dei. Quid ergo opus est in cor admittere, quod lex non docuit, quod

Coloss. 2. b
Coloss. 2. d
als, cōpactū.
als, cōstructū

A quod prophetia, non cecinit, quod euangelij veritas non prædicauit, quod apostolica doctrina nõ tradidit? Sed hæc operta sunt eorũ mẽtibus, de quibus apostolus dicit. Erit enĩ tempus, cum sanã doctrinã non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & a veritate quidem auditum auertẽt, ad fabulas autem conuertẽtur. Nihil itaq; nobiscum commune habeant, qui talia audent, vel docere, vel credere, & quibuslibet modis nituntur astruere, quod substautia carnis ab spe resurrectionis aliena sit, atq; ita omne sacramentum incarnationis Christi resoluunt, quia indignum fuit integrum hominem suscipi, si indignum erat integrum liberari.

1. Timot. 4. a

alias, vobiscũ

XIII Tertiodecimo loco positum est eosdẽ dicere, quod omne corpus scripturarum cononicarũ sub patriarcharũ nominibus accipiendum sit, quia illę duodecim virtutes, quæ reformationem hominis interioris operantur, in horum vocabulis indicentur, sine qua scientia, nullam animam posse assequi, vt in eam substantiam, de qua prodijt, reformetur. Sed hanc impiam vanitatem despectui habet Christiana sapientia, quæ nouit veræ deitatis inuiolabilem, & inconuertibilem esse naturam, animam autem, siue in corpore viuentem, siue a corpore separatam, multis passionibus subiacere. Quæ vtique si * diuinæ esset essentiæ, nihil aduersi posset incidere. Et ideo ineffabiliter aliud creator B est, aliud creatura. Ille enim semper idem est, & nulla varietate mutatur, hæc autẽ mutabilis est, etiam non mutata, *quia vt non mutetur datum poterit habere, non propriũ.

al's, de diuinã esset essentia

alias, qđ autẽ non mutetur, donatum.

XIIII Sub quartodecimo vero capitulo, de statu corporis, sentire dicuntur, quod sub potestate syderum, atq; signorum pro terrena qualitate teneatur, & ideo multa in sanctis libris, quæ ad exteriorem hominem pertineant, reperiri, vt in ipsis scripturis inter diuinam, terrenamq; naturam quædam sibi repugnet aduersitas, & aliud sit, quod sibi vendicent animæ præsules, aliud, quod corporis conditores. Quæ fabulæ ideo disseruntur, vt & anima diuinæ affirmetur esse substantiæ, & caro credatur malæ esse naturæ, quoniã & ipsum mundum cum elemẽtis suis non opus dei boni, sed conditionẽ mali profitentur authoris, atq; vt hæc mendaciorum suorum sacrilegia bonis titulis colorarent, omnia pene diuina eloquia sensuum nefandorum * immissione violarunt

al's, imixtione

XV De qua re quintidecimi capituli sermo conqueritur, & præsumptionem diabolicam merito detestatur, quia & nos istud veracium testium relatione comperimus, & multos corruptissimos eorum codices, qui canonici titulãtur, inuenimus. Quomodo enim decipere simplices possent, nisi venenata pocula quodam melle prælinirẽt ne vsquequaq; sentirentur insuauia, quæ essent futura mortifera. Curandum ergo est, & sacerdotali diligentia maxime prouidendum, vt falsati codices, & a syncera veritate discordes, in nullo vsu lectionis habeantur. Apocryphæ autem scripturæ, quæ sub no C minibus apostolorum multarum habent seminarium falsitatum, non solum interdicendæ, sed etiam penitus auferendæ sunt, atq; ignibus concremandæ. Quamuis enim sint in illis quædam, quę videantur speciem habere pietatis, nunquam tamen vacua sunt venenis,* &, per fabularum illecebras, hoc latenter operantur, vt mirabilium narratione seductos, laqueis cuiuscunq; erroris inuoluant. Vnde si quis episcoporum vel apocrypha haberi per domos non prohibuerit, vel sub canonicorum nomine eos codices in ecclesia permiserit legi, qui Priscilliani adulterina sunt emendatione corrupti, hæreticũ se nouerit iudicandum, quoniam, qui alium ab errore non reuocat, seipsum errare demonstrat.

alias, sed

XVI Postremo autẽ capitulo hoc prodidit iusta querimonia, quod * Dicticinij tractatus, quos secundum Priscilliani dogma conscripsit, a multis cum veneratione legerentur, cum si aliquid memoriæ * Dicticinio tribuẽdum putant, recuperationẽ eius magis debeãt amare, q̃ lapsum. Non ergo * Dicticinium, sed Priscillianum legunt, & illud probãt, quod errãs docuit, nõ quod * correctus elegit. Sed nemo hoc impune p̃sumat, nec inter catholicos censeatur, quisquis vtitur * scripturis, nõ ab ecclesia solum mõ catholica, sed etiã a suo authore dãnatis. Nõ sit peruersis liberũ, simulare, q̃d fingunt, nec sub velamine nomĩs Chr̃iani, decretorũ Imperialiũ statuta declinẽt. Ideo enĩ ad ecclesiã catholicam cum tãta cordis diuersitate cõueniũt, vt & quos possunt, suos faciãt, & legũ seueritatẽ, dum se nostros mẽtiuntur, effugiãt. Faciũt hoc Priscillianistæ, faciũt hoc Manichæi, quorũ cũ istis tã fœderata sunt corda, vt solis nominibus discreti, sacrilegijs autẽ suis inueniantur vniti, quia & si vetus testamentum, quod isti se suscipere simulant, Mani-

alias, Dictinij

al's, Dictinio.

al's, Dictiniũ.

ali. correptus

alias, scriptis.

Manichæi refutãt,ad vnum tñ finem vtrorumq; tēdit intētio, cum quod isti recipiēdo corrũpunt,illi abdicãdo impugnãt. Inexecrabilibus aũt mysterijs eo℞, quæ quãto im mundiora sunt,tãto diligētius * occultant,vnũ prorsus nefas est,vna est obscœnitas, & similis turpitudo. Quã & si eloqui erubescimus, solicitissimis tñ inquisitionibus indaga tam,& Manichæo℞,qui cõprehēsi sunt cõfessiõibus detectã,ad publicã fecimus pue nire notitiã,ne vllo modo possit dubiũ videri, quod in iudicio nostro, cui non solũ fre quentissima præsentia sacerdotũ,sed etiã illustrium viro℞ dignitas &pars quædã sena tus,ac plebis interfuit,ipso℞ qui om̃e facinus ꝑpetrarãt,ore reseruatum est,sicut ea,quę ad dilectionē tuã nunc dire ximus,gesta demonstrãt. Quod aũt de Manichæo℞ fœdis simo scelere,hoc etiã de Priscillianista℞ incęstissima consuetudine olim cõpertum,mul tumq; vulgatum est. Qui eñ per om̃ia sunt impietate sensuum pares, nõ possunt in sa cris suis esse dissimiles. Discussis itaq; om̃ibus,quæ libelli series comprehendit, & a qui bus commonitorij forma non discrepat,sufficienter(vt opinor)ostendimus, q d de his, quæ ad nos fraternitas tua retulit,censeamus,& quam non sit ferendum,si tam propha nis erroribus etiam quorundam sacerdotum corda cõsentiunt, vel(vt mitius dixerim) nõ resistunt. Qua conscientia honorē sibi debitum vendicãt,qui pro animabus sibi cre ditis non laborãt? Bestiæ irruunt,& ouium septa nõ claudũt. Fures insidiãtur,& excubi as non prætēdunt. Morbi crebrescunt,& remedia nulla prospiciunt. Cum aũt etiã illud addunt,vt his,qui solicitius agunt,consentire detrectent,& impietates, olim toto orbe damnatas,subscriptionibus suis se anathematizare dissimulēt, quid de se intelligi volũt, nisi quod de numero fratrum non sunt,sed de parte hostium. D E

XVII In eo vero quod in extrema familiaris ep̃læ tuæ parte posuisti, miror cu iusquã catholici intelligētiam laborare,tanq̃ incertũ sit, an descendēte ad inferna Chri sto,caro eius requieuerit in sepulchro,quæ sicut vere & mortua est, & sepulta,ita vere est die tertia resuscitata. Hoc eñ & ipse dñs denũtiauerat,dicens ad Iudæos: Soluite tē plum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vbi euangelista subiungit. Hoc aũt dicebat de templo corporis sui. Cuius rei veritatem etiã Dauid propheta prædixerat,loquens sub persona dñi saluatoris,& dicens. Insuper & caro mea requiescet in spe. Quoniã nõ derelinques animã meã in inferno,nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Qui bus vtiq; verbis manifestum est,ꝙ caro *domini & vere sepulta requieuit,& corruptio nem nõ subijt,quia celeriter viuificata reditu animæ resurrexit. Quod non credere satis impium est,&ad Manichæi,Priscillianiq; doctrinã pertinere nõ dubium est,qui sacrile go sensu ita se Christum simulant confiteri,vt incarnationis, & mortis, & resurrectiõis auferant veritatē. Habeat ergo inter vos episcopale cõcilium,& ad eum locũ, qui om̃i bus opportunus sit,vicina℞ prouincia℞ cõueniãt sacerdotes,vt secundũ ea, quæ ad tua consulta respondimus,plenissimo disquiratur examine, an sint aliqui inter episcopos, qui huius hæreseos contagio polluant, a cõmunione sine dubio separandi,si nefandissi mam sectã per oĩm sensuũ prauitates dãnare noluerint. Nulla eñ rõne tolerandũ est, vt q prædicãdæ fidei suscepit officiũ,is cõtra euãgeliũ Chri,cõtra ap̃licã doctrinã,cõtra vniuersalis ecclesiæ symbolum audeat disputare. Quales illic erũt discipuli,vbi tales do cebunt magistri? Quæ illic religio populi,quæ salus plebis,vbi cõtra humanã societatē pudoris,sanctitas siue verecũdia tollit,cõiugio℞ fœdera auferũt,propagatio generatio nis inhibet,carnis natura dãnatur,*cõtra ve℞ aũt dei cultũ,trinitas deitatis negatur, ꝑso na℞ proprietas cõfunditur,anima hoĩs diuina essentia ꝑdicatur, & eadē ad diaboli arbi triũ carne cõcluditur,dei filius ꝑ id,q̃d ex virgine ortus, nõ per id,q̃d ex patre natus est, vnigenitus ꝑdicatur,idemq; nec vera dei proles,nec verus * filius virginis asseritur, vt ꝑ falsam passionē, mortemq; nõ verã mēdax etiã resurrectio resumptæ de sepulchro car nis habeatur? Frustra aũt vtũtur catholico noĩe,q istis impietatibus nõ resistũt. Possunt hæc credere,q possunt talia patiēter audire. Dedimus itaq; lr̃as ad fr̃es, & coep̃os nr̃os, Terraconēses,Carthaginēses,Lusitanos,atq; Gallicos,eisq; cõciliũ synodi generalis in diximus. Ad tuæ dilectiõis solicitudinē pertinebit,vt nr̃æ ordinatiõis authoritas, ad ꝑ dicta℞ prouincia℞ ep̃os deferatur. Si aũt aliq̃d(q̃d absit)obstiterit, q̃ minus possit cele brari generale cõciliũ Galliciæ, saltē in vno cõueniãt sacerdotes, q̃bus congregatis fr̃es nostri Hydacius,& Ceponius imminebunt, cõiuncta cum eis instãtia tua,quatenus de prouinciali conuentu remedium tantis vulneribus afferatur. F

Margin notes: alias, occulunt. — Iohan. 2. d — Psal. 15 — alias, Chri & in sepulchro. — alias, veri dei cultus interdicitur — alias, partus.

¶Epistola

A ¶Epistola. XCII. eiusdem ad Rusticum, Rauennium, Venerium, & caeteros episcopos Galliarum.

IMpletis per misericordiā dei cōibus votis, dignū est fraternitatē vestrām sanctorum gaudiorum habere cōsortium. Nam frēs mei, q vice mea Oriētali synodo psederūt, quae vota retulere, significo, cōfirmata catholica fide, & glorificata aplicae pdicationis triūpho, qd etiā hi, q ad deuiandū vel seducti fuerāt, vel impulsi, recepta veritatis luce, laetant. Siquidē oēs dñi sacerdotes in vna snīa, scto ō spū docēte, cōsensere. Et de sacro dñicae icarnatiōis, in q̄ multorum itelligētia caligabat, ita tenebrae erroris ablatae sunt, vt in vno dño nro vero dei & hois filio, nec de hūanitatis ambigat natura, nec de deitatis eēntia. In ipsos aūt nefandi erroris authores, q indignos se dei gra iudicātes, correctionis vti remedijs noluere, qualis sit lata sententia, exemplaria, quae misimus, edocebunt, vt agnoscat vestra dilectio, fratres charissimi, in sancto examine diuinum non defuisse iudicium, quo & vindicta retributa est obduratis, & pax impensa correctis. Dominus vos incolumes custodiat, fratres charissimi.

¶Epistola eiusdem. XCIII. ad episcopos Galliarum & Hispaniarum de pascha.

DIlectissimis fratribus vniuersis epis catholicis per Galliā, & Hispaniam cōstitutis, Leo. Cum in omibus diuinorum pceptorum regulis exequēdis, sacerdotalē obseruantiā oporteat esse cōcordē, maxime nobis principaliter prouidendū est, ne in B paschalis festi die vl ignorātia, vel psumptio pctm diuersitatis incurrat. Vñ qa tps sacratissime solēnitatis ita dispositos habet limites suos, vt salutare sacrm nūc citius, nūc tardius opteat celebrari, nō definit aplicae sedis solicitudo prospicere, ne deuotio ecclastica aliquo turbet icerto. Quū igit in qbusdā ascriptiōibus patrū futurum proxime pascha dñi ab alijs in diem quintūdecimū Kal. Maij, ab alijs in diem octauū Kalēdarum earundē inueniret ascriptū tm me diuersitas ista permouit, vt clemētissimo principi Martiano curā de hac re animi mei panderē, vt praecipiēte ipso, ab his, q habēt huius supputationis peritiā, diligētius illi, discussa rōne quaereret, quo die posset venerāda solēnitas rectius celebrari. Quo rescribēte, octauo Kalen. Maij. definitus est dies. Quia ergo studio vnitatis, & pacis malui Orientaliū definitioni acquiescere, q̄ in tantae festiuitatis obseruantia dissidere, nouerit fraternitas vestra die octaua Kalendarum, Maiarum ab omibus resurrectionem dñicam celebrandā, & hoc ipm per vos alijs esse fratribus intimandum, vt diuinae pacis consortio, sicut vna fide inngimur, ita vna solennitate feriemur.

¶Epistola. XCIIII. eiusdem ad episcopos, & presbyteros intra Thraciam prouinciam constitutos.

C DOminis fratribus merito beatissimis, in Christo venerabilibus, Samartioni, Carathoni, Desiderio episcopis, & presbyteris omnium ecclesiarum, quae sunt intra prouinciam Thraciam constitutae, Leo, Victorius, Eustatius episcopi. Tanta seculi potestates circa sacerdotalem ordinem reuerentia praeualere, etiam hi, quos sub Imperiali nomine terris diuina potentia praeesse praecepit, vt ius distringendorum negotiorum episcopis sanctis iuxta diualia constituta permiserint. Quod cum & iuris antiqui formulis & illibatis frequentius sit, & legibus confirmatum, praesenti tamen tempore a plerisq inuenimus fuisse calcatum. Nam praetermisso sacerdotali iudicio, passim ad examē seculare trāsiere. Quocirca nobis visum ē, vt hāc & sacrae legis, & nri ordinis contumeliam, & ad praesens vlcisceretur plena districtio, & obseruandam formulam constitueret in futurum. Censemus itaq, vt quicunq, praetermisso sacerdote ecclesiae suae, ad disceptationem venerit secularium, sacris liminibus expulsus, a coelesti arceatur altario, neq vllus post hanc diffinitionem, qui communi sedit arbitrio, quicquā sibi vltra praescriptum vendicare nitatur, & ita fiet, vt hi, qui ante errauere congrua emendatione se corrigant, & qui sub obseruatione clericali coelesti probatur seruire officio, ex clero abijciendum, si pretermisso sacerdotum iudicio, secularem adierit potestatem. Quod ideo singulos, vniuersosq volumus agnoscere, vt quod pleno iustitiae, & iuris ordine constitutum est, effectum totius firmitatis in omnibus clericorum negotijs sortiatur. Sane si clericus laicum pulset, prius se audiri ab episcopis poscat, tum si petitioni suae laicum viderit obuiare, ex permissu episcopi sui, in seculi moderatores disceptatione confligat. Leo epus scribit, Victorius episcopus scribit, Eustatius episcopus scribit.

Episto

¶ Epistola eiusdem. XCV. ad Leonem Augustum.

¶ Capitulorum sequentis epistolæ tituli.

¶ Capitulum Primum.

PRomisisse me memini, venerabilis Imperator, in causa fidei, de qua clemẽtiam tuam noui pie esse solicitã, pleniorẽ humilitatis meæ dirigendum esse sermonem, quẽ nunc (auxiliante dño) fideli occasione persoluo, vt sancto pietatis tuę studio, vtilis (quantum arbitror) deesse non possit instructio. Quãuis eñ sciam clementiã tuã humanis instructionibus non egere, & syncerissimã de abundantia spiritus sancti hausisse doctrinã, officij tamen mei est, & patefacere, quod intelligis, & prædicare, quod credis, vt ignis ille, quẽ dñs veniens misit in terrã, motu crebræ moderationis agitatus, sic concalescat, vt ferueat, & sic inflammetur, vt luceat. Magnas eñ caligines Eutychiana hæresis Oriẽtis partibus inferre molita est, & ab illa luce, quæ (sicut euãgelium loquitur) licet in tenebris, & tenebræ eã non cõprehenderunt, imperitorum oculos tentauit auertere. Cumq; ipsa in suam reciderit cæcitatẽ, nunc in discipulis recrudescit, quod in actore defecit. Non longo namq; temporis interuallo catholica fides, quæ est singularis & vera, cuiq; nihil addi, nilve minui, potest, a duobus est hostibus appetita, quorum prior Nestorius, Eutyches secundus emersit, qui ecclesiæ dei duas hæreses sibimet contrarias inferre voluerunt, vt vterq; a prædicatoribus veritatis merito dãnaretur, quia insanum nimis, & sacrilegum fuit, quod varia falsitate, ambo senserunt. Anathematizetur ergo Nestorius, qui beatam virginẽ Mariam, non dei, sed hominis, tantummodo credidit genitricẽ esse, vt aliam personam carnis, aliam faceret deitatis. Nec vnum Christum in verbo dei, & carne sentiret, sed separatim, atq; seiunctim alterum filium dei alterum hominis prædicaret, cum manẽte illa incõmutabili verbi essentia, quæ ei cum patre, & spiritu sancto intemporalis, atq; coæterna est, ita tamen virginea viscera verbũ caro sit factum, vt per id, quod ineffabile est sacramentum, vno conceptu, vnoq; partu, secundum veritatem vtriusq; naturæ ea virgo & ancilla dñi esset & mater. Quod etiam Elisabet (sicut Lucas euangelista declarat) intellexit, & dixit: Vnde hoc mihi, vt veniat mater dñi mei ad me? Eutyches quoq; eodem percellatur anathemate, qui per impios veterum hæreticorum volutatus errores, tertium Apollinaris dogma delegit, vt negata humanæ carnis, atq; animæ veritate, totum dñm nostrum Iesum Christum vnius asserat esse naturæ, tanq̃ verbi deitas ipsa se in [illegible]nẽ animamq; conuerterit, & concipi, ac nasci, nutriri, & crescere, crucifigi, ac mori, [illegible]ri, ac resurgere, & ascendere in cœlum, & in patris dextera, vnde ad iudicandos vi[illegible], & mortuos veniet, considere, diuinæ tãtum essentiæ fuerit, quæ nihil horum in se, sine carnis recipit veritate, quoniam natura vnigeniti, natura est patris, natura est spiritus sancti. Simulq; impassibilis, simul est incõmutabilis, sempiternæ trinitatis indiuisa vnitas, & consubstantialis æqualitas. Vnde si ab Apollinaris peruersitate, Eutychianus quisq; descisc it, ne conuincatur deitatẽ passibilem sentire, atq; mortalem, & tamen verbi incarnati, id est, verbi, & carnis vnam audet pronuntiare naturam, manifeste in Valentini, & Manichæi transit insaniam, & mediatorem dei & hominum, hominẽ Iesum Christum simulatorie credit omnia egisse, nec humanum in ipso corpus, sed phantasticam corporis speciem oculis apparuisse cernentiũ. Quæ impietatis mendacia, quoniam olim fides catholica detestat, & aliarum assertionum sacrilegia, concordibus per totum mundum beatorum patrum dudum sunt damnata sententijs, non dubium est, eam vos fidem prædicare, atq; defendere, quam sancta synodus Nicæna confirmauit, dicens: Credimus in vnum deum patrem omnipotentẽ, visibiliũ, & inuisibilium factorem, & in vnum dominum Iesum Christum filium dei, natum de patre vnigenitum, hoc est, de substantia patris, Deum de deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero, natum non factum, vnius substantiæ cum patre (quod Græci dicunt Homousion) per quem omnia facta sunt, siue quæ in cœlo, siue quæ in terra. Qui propter nos, & propter nostram salutem descendit de cœlo, & incarnatus est, & homo factus, passus est, & resurrexit tertia die. Ascendit ad cœlos, inde venturus iudicare viuos & mortuos. Et in spiritum sanctum. In qua professione hoc euidentissime continetur,

Luc. 12. f.

Iohan. 1. b

Luc. 1. d

D E F

A net ur, quod etiam nos de domini incarnatione confitemur, & credimus, qui ad salutē humani generis reformādam, veram carnē nostræ fragilitatis non de cœlo secum detulit, sed in vtero virginis matris assumpsit.

II Quicūq; ergo sunt ita obcæcati, & a lumine veritatis alieni, vt verbo dei a tempore incarnationis humanę carnis denegēt veritatē, ostendāt, in quo sibi Christianum nomen vsurpēt, &, cum euāgelio veritatis, qua rōne concordēt, si per beatæ virginis partum aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut enī negari non potest (euāgelista dicēte) ꝙ verbum caro factum est, & habitauit in nobis, ita negari non potest, (beato Paulo apostolo prędicāte) ꝙ deus erat in Christo mūdnm reconciliās sibi. Quæ autē recōciliatio esse posset, qua humano generi propitiaretur deus, nisi omniū causam mediator dei, hominumq; susciperet? Qua vero rōne veritatē mediatoris impleret, nisi qui in forma dei æqualis est patri, in forma serui particeps esset & nostri? vt mortis vinculum, vnius præuaricatione cōtractum, vnius morte (qui solus morti nihil debuit) solueretur? Effusio enī pro iniustis sanguinis iusti Christi, tam potens fuit ad priuilegiū, tam diues ad pretium, vt si vniuersitas captiuoꝝ in redemptorē suum crederet, nullum diaboli vincula retinerēt, qm̄ sicut apostolus ait: Vbi abundauit pc̄m̄, superabundauit & grā. Et cum sub peccati ꝑiudicio nati, potestatem acceperint ad iustitiā renascēdi, validius factum est donum libertatis, q̄ debitum seruitutis. Quam itaq; sibi in huius sacramēti præsidio spem relinquunt, q in saluatore nostro negāt humani corporis veritatē? Dicāt, quo sacrificio reconciliati, dicāt, quo sanguine sint redempti? Quis est (vt ait apostolus) qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiā deo in odorem suauitatis? Aut quod vnquā sacrificium sacratius fuit, q̄ quod verus, & æternus pontifex altari crucis, per immolationem suæ carnis imposuit? Quāuis enī multoꝝ sanctoꝝ in conspectu dn̄i pretiosa mors fuerit, nullius tn̄ insontis occisio redemptio fuit mūdi. Acceperūt iusti, nō dederūt coronas, & de fortitudine fidelium exempla nata sunt patiētiæ, nō dona iustitiæ. Singulares quippe in singulis mores fuerunt, nec alterius quisq̄ debitū suo fine persoluit, cum inter filios hoīm vnus solus dn̄s noster Iesus Christus, qui vere erat agnus immaculatus, extiterit, in quo om̄es crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes sunt etiam suscitati. De quibus ipse dicebat: Cum exaltatus fuero a terra, om̄ia traham ad meip̄m. Fides enī vera iustificās impios, & creās iustos, ad humanitatis suæ tracta participem, in illo acquirit salutem, in quo solo homo se inuenit innocētem, liberum habēs per grām dei de potētia eius gloriari, qui contra hostem humani generis in carnis nostræ humilitate cōgressus, his victoriā suā tribuit, in quoꝝ corpore triūphauit. Licet ergo in vno dn̄o Iesu Christo vero dei, atq; hoīs filio, verbi & carnis vna persona sit, quæ inseparabiliter, atq; indiuise cōes habeat actiōes, intelligēdæ tn̄ sunt ipsoꝝ operum qualitates, & synceræ fidei cōtemplatiōe cernēdum est, ad quæ proueharͭ humilitas carnis, & ad quæ inclinerͭ altitudo diuinitatis. Quid sit, quod caro sine verbo nō agit, & quid sit, quod verbū sine carne nō efficit. Sine verbi enī potētia, nec cōciperet virgo, nec pareret, & sine veritate carnis obuoluta pannis infantia non iaceret. Sine verbi potētia nō adorarēt Magi pueꝝ, stella indice declaratum, & sine veritate carnis nō iuberetͭ in Aegyptum trāsferri puer, & ab Herodis ꝑsecutiōe subduci. Sine verbi potētia nō diceret vox patris missa de cœlo: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite, & sine veritate carnis nō protestaretͭ Iohānes. Ecce agnus dei, ecce, qui tollit peccata mundi. Sine verbi potētia nō fieret redintegratio debilium, & viuificatio mortuoꝝ, & sine veritate carnis, nec cibus ieiuno, nec somnus esset necessarius fatigato. Postremo, sine verbi potentia nō se dn̄s patri profiteretͭ æqualem, & sine veritate carnis non idem diceret patrem esse maiorem, cum catholica fides vtrūq; suscipiat, vtrūq; defendat, quæ secundum confessionem beati apostoli Petri, vnum Christum dei viui filium & hoīem credit, & verbum. Quāuis itaq; ab illo initio, quo in vtero virginis verbum caro factum est, nihil vnquam * inter vtrāq; formam, diuisionis extiterit, & per omnia incrementa corporea vnius personæ fuerint totius * temporis actiones, ea ipsa tamen, quæ inseparabiliter facta sunt, nulla commixtione confundimus, sed, quid cuius formæ sit, ex operum qualitate * sentimus. Dicāt ergo isti hypocritæ qui cæcis mentibus lumen nolunt recipere veritatis, in qua forma crucis ligno dominus maiestatis Christus affixus sit? quid iacuerit in sepulchro? & reuoluto monumenti lapide,

Marginal notes: Iohan. 1. b. — 2. Coꝛ. 5. d — Roma. 5. d — Ephe. 5. a — Psal. 115. a — Iohan. 12. e — Lucæ. 1. c — Lucæ. 2. a — Matth. 2. a — Matth. 2. b. d — Matth. 3. d & Marc. 1. b — Iohan. 1. d — Iohā. 11. f — Matth. 4. a — Marc. 4. d — Iohan. 14. d — Matth. 16. c — al's, in vtraq; forma — al's, corporis — al's, sentiam? — Iohan. 19. d — Ibidē. g

alias,qui Matt.28.a Lucæ.24.d Lucæ.vlt.f Iohan.20.g

quæ tertio die caro resurrexit?& * in quo post resurrectionem suã non credentes quosdam discipulos,arguebat,& hæsitationem cunctãtium confutabat,cum diceret, palpate,& videte,quia spiritus carnem,& ossa non habet,sicut me videtis habere. Et apostolo Thomæ,infer manum tuam in latus meum, & vide manus meas, & pedes,& noli esse incredulus,sed fidelis. Qua vtiq; manifestatione corporis sui,iam hæreticorũ mendacia destruebat, vt vniuersa ecclesia Christi imbuenda doctrinis, hoc non sibi dubitaret credẽdum,quod apostoli susceperãt prædicãdum. At si in tãta luce veritatis tenebras suas hæretica obduratio nõ relinquit, ostendãt, vnde sibi spem vitæ polliceantur æternæ,ad quam nisi per mediatorem dei,& hominum hominem Iesum Christum,nõ potest perueniri. Sicut eñi ait beatus Petrus apostolus, non est aliud nomen datum hominibus sub cœlo,in quo oporteat nos saluos fieri,nec est redemptio captiuitatis humanæ,nisi in sanguine eius,q dedit semetipsum redemptionem pro omibus,& qui (sicut pdicat beatus apostolus Paulus) cum in forma dei esset, nõ rapinam arbitratus est,esse se æqualem deo,sed semetipsum exinaniuit,formam serui accipiens,in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum,factus obediens vsq; ad mortem,mortem autem crucis. Propter quod & deus exaltauit illum,& donauit illi nomen,quod est super omne nomen,vt in nomine Iesu ome genu flectatur,cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur,quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Cum ergo vnus sit dominus Iesus Christus, & veræ deitatis, veræq; humanitatis, in ipso vna prorsus, eademq; persona sit,exaltationem tamen,qua illum(sicut doctor gentium dicit)exaltauit deus, & donauit illi nomen, quod super omne nomen excellit,ad eam intelligimus pertinere formam, quæ ditanda erat tantæ glorificationis augmento.

Actorũ.4.c 1.Timot.2.b. Philip.2.a.b

Philip.2.b

In forma quippe dei ęqualis erat filius patri,& inter genitorem,atq; vnigenitum nulla in essentia erat discretio,nulla in maiestate diuersitas, nec per incarnatiõis mysterium aliquid decesserat verbo,quod ei patris munere redderetur. Forma autẽ serui, per quã impassibilis deitas sacramentum magnę pietatis impleuit,humana humilitas est,quæ in gloriam diuinæ potestatis euecta,est in tanta vnitate,ab ipo conceptu virginis deitatis & humanitatis conserta, vt nec sine homine diuina, nec sine deo agerentur humana. Propter quod sicut dominus maiestatis dicit crucifixus, ita qui ex sempiternitate æqualis est deo, dicitur exaltatus,quia inseparabiliter(manente vnitate personæ)vnus,atque idem est & totus hominis filius propter carnem,& totus dei filius,propter vnam cum patre deitatem. Quicquid enim in tempore accepit Christus, secundum hominem accepit,cui,quæ non habuit,conferrentur. Nam secundum potentiam deitatis indifferenter omnia,quæ habet pater,etiam filius habet,& quæ in forma serui a patre accepit,eadem in forma dei etiam ipse donauit.

Iohan.10.f Iohan.6.d Iohan.5.d. Matth.26.d. 2.Corũ.8.b Ioan.1.a. Ioh an.1.b

Secundum formam enim dei ipse,& pater vnum sunt,secũdum formam autem serui non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem eius,qui misit eum.

Secundum formam dei,sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio,vitam habere in semetipso.

Secundum formam serui,tristis est anima eius vsque ad mortem. Et idem ipse est, (sicut ait apostolus) & diues,& pauper.

Diues,quia euangelista dicente,In principio erat verbum, & verbum erat apud deum,& deus erat verbum,hoc erat in principio apud deum. Omia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.

Pauper vero,quia propter nos verbum caro factum est,& habitauit in nobis. Quæ autem est eius exinanitio,quæve paupertas,nisi formæ seruilis acceptio?per quam,verbi maiestate velata,dispensatio humanæ redemptionis impleta est. Nam quia captiuitatis nostræ resolui originalia vincula non poterant, nisi existeret homo nostri generis nostræq; naturæ,quem peccati præiudicia non tenerent, & qui immaculato sanguine suo chyrographum lethale dilueret,sicut ab initio erat diuinitus præordinatum, ita est in plenitudine præfiniti temporis *factum,vt multis modis significata promissio, in diu expectatum, veniret effectum,nec posset esse ambiguum,quod continuis testificationibus semper fuerat nuntiatum. In magno autem sacrilegio se * versari, hæreticorum manifestat impietas, * cum sub specie deitatis honorandæ, humanæ carnis in Christo denegant

Coloss.2.e als,impletũ. als,diuersari. alias,cũ spẽm deitatis honorando.

A negant veritatem, & religiose existimãt credi, si dicatur, in saluatore nostro, verum non esse, quod saluat, cum ita secundum promissionem omia secula percurrentem, mũdus sit deo reconciliatus in Christo, vt nisi verbum dignaretur caro fieri, nulla possit caro saluari. Omne em̃ sacramentum fidei Christianæ, magno (vt hęretici volunt) decoloratur obscuro, si lux veritatis sub mẽdacio putatur latuisse phantasmatis. Non ergo quisquã sibi erubescendum existimet Christianus, de nostri in Christo corporis veritate, quia oẽs apostoli, apostolorumq́ꝫ discipuli, & præclari ecclesiarum quicꝫ doctores, qui ad martyrij coronã, vel ad confessionis meruere gloriam peruenire, in huius fidei lumine splenduere, consonis vbicꝫ sententijs intonantes, quod in domino Iesu Christo deitatis, & carnis vna sit confitenda persona. Qua autẽ rationis similitudine, qua diuinorum voluminum portione hæretica impietas se existimat adiuuari, quæ veritatem negat corporis Christi, cum hanc non lex testificari, non prophetia præcinere, non euangelista docere, non ipse destiterit Christus ostendere? Quærant per omnem seriem scripturarum, quo tenebras suas fugiant, in quo verum lumen obscurent, & per omnia secula ita veritatem inuenient coruscantem, vt magnum hoc, & mirabile sacramentum, ab initio videãt creditum, quod est in fine completum. De quo, cum sanctarum literarum nulla pars sileat, sufficit quædã consona veritatis signa posuisse, quibus diligentia fidei in splẽdidissimam latitudinem dirigatur, & syncera intelligentiæ luce perspiciat, quod in filio dei, qui se incessabiliter filium hominis, & hominem profitetur, non sit Christianis erubescendum, sed constantissime gloriandum. Vt autem pietas tua cum venerabilium patrum pręedicationibus nos concordari cognoscat, aliquantas eorum sententias huic credidi subijciendas esse sermoni. Quibus, si digneris attẽdere recensitis, non aliud nos prædicare reperies, q̃ quod sancti patres nostri toto orbe docuere, nec quenquam ab illis, nisi solos impios hæreticos discrepare. His igitur, gloriosissime & venerabilis Imperator, quanta potui breuitate perstrictis, cum inspirata tibi diuinitus fide etiam nostrã prædicationem vnitam esse cognosce, nec in aliquo nos ab euangelica, apostolicaq́ꝫ doctrina, vel a catholicæ professionis symbolo discrepare, qm̃ sicut docet B. apostolus Paulus magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Quid igitur tuæ vtilius est saluti, quid tuæ congruentius potestati, q̃ vt paci ecclesiarum domini tua constitutione prospicias, & in omnibus tibi subditis dei dona defendas, neque vlla ratione patiaris per inuidiam diaboli ministros ipsius in cuiusque sæuire perniciem, vt qui in hoc sancto temporali emines regno, in æternum merearis regnare cum Christo.

2. Cor. 5. d.

B

1. Timot. 3. d

C III Sancti Hylarij Pictauiẽsis episcopi, & confessoris, in libro secundo, inter cætera. Vnum igitur hoc est immobile fundamentum, vna hæc felix fidei petra, Petri ore confessa: Tu es (inquit) Christus filius dei viui, tanta in se argumenta sustinens veritatis, quantæ peruersitatum quæstiones, & infidelitatis calumniæ mouebunt. Iam in cæteris dispensatio volũtatis paternæ est. Virgo, partus, & corpus, post quæ crux, mors, inferi, salus nostra est. Humani enim generis causa, dei filius natus ex virgine est, & spiritu sancto, ipso sibi in hac operatione famulante, & sua, dei videlicet inumbrante virtute, corporis sibi initia consæuit, & exordia carnis instituit, vt homo factus ex virgine, naturam, in se carnis exciperet, per * quæ huius admixtionis * societas, sanctificatum in eo vniuersi generis humani corpus existeret, vt quemadmodum omnes in se, per id, quod corporeum se esse voluit, conderentur, ita rursum in omnes ipse, per id, quod eius est, inuisibile referretur. Dei igitur imago inuisibilis pudorem humani exordij non recusauit, & per cõceptionẽ, partum, vagitum, & cunas oẽs naturæ nostræ cõtumelias transcurrit. Quid tandem dignum a nobis tantæ dignationis affectui rependetur? Inenarrabilis a deo originis vnus vnigenitus deus, in corpusculi humani formam sanctæ virginis vtero insertus, accrescit. Qui omnia continet, & intra quem, & per quem cuncta sunt, humani partus lege profertur, & ad cuius vocem archangeli, atque angeli tremunt, cœlum, & terra, & omnia huius mundi resoluentur elementa, vagitu infantiæ auditur. Qui inuisibilis, & incomprehensibilis est, non visu, sensu, tactuq́ꝫ moderandus, cunis est obuolutus. Hæc si quis indigna deo recolit, tanto se maioris beneficij obnoxium confitebitur, quanto minus hæc dei conuenerint maiestati. Non ille eguit homo effici, per

Hylarij Pictauiẽ. epi. lib. 2 de fide, vel de trinitate

Matth 16. c

alias, quam vel quem

als, societate, vel societatẽ.

Iohan.i.b

quē hō factus est, sed nos eguimus, vt dēs caro fieret, & habitaret in nobis, id est, assum ptione carnis vnius, mēbra vniuersæ carnis incoleret. Humilitas eius nr̄a nobilitas est, contumelia eius noster honor est. Quod ille est deus in carne consistens, hoc nos vicissim in deum carne renouati. Item, in libro nono inter cætera. Nescit plane, vitam suam nescit, qui Christum Iesum, vt verum deum, ita & verum hominem ignorat. Et eiusdem periculi res est, Christum Iesum, vel spiritum deum, vel carnem nostri corporis denegare. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui est in cœlis. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, qui est in cœlis. * Hæc verbum caro factum loquebatur, & homo Iesus Christus dominus maiestatis docebat, mediator ipse in se ad salutem ecclesiæ constitutus, & * ipso illo inter deum, & homines mediatoris sacramento vtrinque vnus existens, dum ipse, ex vnitis in idipsum naturis, naturæ vtriusque res eadem est, ita tamen, vt neutro careret in vtroque, ne forte deus esse homo, nascendo, desineret, & homo rursus deus, manendo, non esset. Hæc itaque humanæ beatitudinis fides vera est, deum & hominem prædicare, verbum & carnem confiteri, neque deum nescire, quod homo sit, neque carnem ignorare, quod verbum sit. Item, eiusdem in eodem libro inter cætera. Natus igitur vnigenitus deus ex virgine homo, & secundum plenitudinem temporum in semetipso prouecturus in deum hominem, hunc per omnia euangelici sermonis modum tenuit, vt se filium dei credi, doceret, & hominis filium prædicari, admoneret, * loquens, & gerens homo vniuersa, quæ dei sunt, loquens deinde, & gerens deus vniuersa, quæ hominis sunt, ita tamen, vt in ipso illo vtriusque generis sermone, nunquam nisi cum significatione & hominis loquutus, & dei sit. Item, alio loco in eodem libro inter cætera. Hinc itaque fallendi simplices, atque ignoranter hæreticis occasio est, vt quæ ab eo secundum hominem dicta sunt, dicta esse secundum natuæ diuinæ infirmitatem mentiantur, & quia vnus, atque idem est, loquens omnia, quæ loquitur de semetipso, omnia eum locutum esse, contendant. Nec sane negamus, totum illum, qui eius manet, naturæ suæ esse sermonem. Sed si Iesus Christus & homo, & deus & neque cum homo sit, tum primum deus, neque cum & homo, tum non etiam & deus, neque post hominem, in deo non totus homo totus deus, vnum atque idem necesse est dictorum sacramentum eius esse, quod generis. Et cum in eo secundum tempus discernis hominem a deo, dei tum, atque hominis discerne sermonem. Et cum deum, atque hominē in tempore confiteberis, dei, atque hominis in tempore dicta dijudica. Cum vero ex homine, & deo rursum totius hominis, totius etiam dei tempus intelligis. Si quid aliud, ad demonstrationem eius temporis, dictum est, tempori coaptato, quæ dicta sunt, vt cum aliud sit ante hominem deus, aliud sit homo, & deus, aliud sit post hominem, & deum totus homo, & totus deus. Non confundas temporibus, & generibus dispensationis sacramentum, cum pro qualitate generum, ac naturarum alium ei in sacramento hominis necesse est, sermonem fuisse non nato, alium adhuc morituro, alium iam æterno. Nostri igitur causa hæc omnia Iesus Christus * manens, & corporis nostri homo natus, secundum consuetudinem naturæ nostræ, loquutus est, non tamen omittens naturæ suæ esse, quod deus est. Nam tametipsi in partu, & passione, & morte naturæ nostræ res peregerit, res tamen ipsas omnes virtute naturæ suæ gessit. Et reliqua. Item, alio loco in eodem libro inter cætera. Vides ne, ita deum, & hominem prædicari, vt mors homini, ideo vero carnis excitatio deputetur? Non tamen vt alius sit, qui mortuus est, & alius sit, per quem mortuus resurgit. Spoliata enim * carne Christus est mortuus, & rursum Christum a mortuis excitans, idem Christus est, carne se expolians. Naturam dei in virtute resurrectionis intellige, dispensationem hominis in morte cognosce. Et cum sint vtraque suis gesta naturis, vnum tamen Christum Iesum eum memento esse, qui vtrunque est. Item post pauca. Hæc igitur demonstranda a me paucis fuerunt, vt vtriusque naturæ formam, tractari in domino Iesu Christo meminissemus, quia * qui manens in forma dei, formam serui suscepit, ipse diuinitatem nequaquam amisit. Item, sancti Athanasii Alexandrinæ ecclesiæ episcopi, & confessoris ad Epictetum Corinthiorum episcopum. Quomodo autem vel dubitare ausi sunt, qui dicuntur Christiani, si is dominus, qui ex Maria virgine processit, * filius quidem substantia, & natura dei est, id

vero, q̄d

Margin notes: Idē Hyla.li.9 vt supra | Matth.10.d | alias, non habet Hæc | al's, illo ipō, vl' ille in ipso. | Idē vbi supra | alias, locutus. | Idē vbi supra | alias, gerens. | Idēvbi supra | alias, caro. Idē vbi supra | alias, qui manebat | Athañ. Alexādrini ex ep̄la ad Epictetum ep̄m Corithi. | al's, de᷒ q̄dē de

D E F

A vero, quod est secundum carnem, ex semine Dauid est, & carne sanctæ Mariæ? Item sancti Ambrosii episcopi, & confessoris, Mediolanensis ecclesiæ, quod misit ad Imperatorem Gratianum in libro secundo de fide inter cætera. Vnde illud, quod lectū est, dominum maiestatis crucifixum esse, non quasi in maiestate sua crucifixum putemus. Sed quia idem deus, idem homo, per diuinitatem deus, per susceptionē carnis homo, Christus Iesus dominus maiestatis dicitur crucifixus, quia consors vtriusq; naturæ, id est, humanæ, atque diuinæ, in natura hominis subijt passionem, vt indiscrete, & dominus maiestatis dicatur esse, qui passus est, & filius hominis, sicut scriptum est: Qui descendit de cœlo. Item alio loco in eodem libro inter cætera. Sileant igitur inanes de sermonibus quæstiones, quia regnum dei (sicut scriptum est) non in persuasione verbi ē, sed ostensione virtutis. Seruemus distinctionem diuinitatis, & carnis. Vnus in vtroq; loquitur dei filius, quia in eodem vtraq; natura est. Et si idem loquitur, non vno semp loquitur modo. Intende in eo nunc gloriam dei, nunc hominis passiones. *Quasi deus loquitur, quæ sunt diuina, quia verbum est, quasi homo dicit, quæ sunt humana, quia in mea substantai loquebatur. Itē eiusdē in libro de incarnatione domini cōtra Apollinaristas. Sed dum hos redarguimus, emergunt alij, qui carnem domini, dicant, & diuinitatem vnius naturæ. Quæ tantum sacrilegium inferna vomueret? Iam tolerabiliores sunt Arriani, quorum per istos perfidię robur adolescit, vt maiore contentione asserant patrem, & filium, & spiritum sanctum vnius non esse substantiæ, quia isti diuinitatem domini, & carnem substantiæ vnius dicere tentauere. Item infra. Et *hi mihi frequenter, Nicæni concilij tractatum se tenere, *commemorāt. Sed in illo tractatu patres nostri non carnem, sed dei verbum vnius substantiæ cū patre esse dixere. Et verbum quidē, ex paterna processisse substātia, carnē autem, ex virgine esse confessi sunt. Quomodo igit Nicæni concilij nomen obtēditur, & noua inducūtur, quæ nunquam nostri sensere maiores? Et reliqua. Item eiusdē ad *Sabinū episcopū inter cætera. Vnde pulchre apostolus eiusdem verbi repetitione vsus est, dicens de dño Iesu Christo. Cū in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualē deo, sed semetipsum exinaniuit, formā serui accipiēs. Quid est, in forma dei, nisi in plenitudine deitatis, in illa perfectionis diuinæ expressione? Ergo cū esset in plenitudine diuinitatis, exinaniuit se, & accepit plenitudinē naturæ, & perfectionis humanæ. Sicut deo nihil deerat, ita nec hominis cōsummatiōi, vt esset pfectus in vtraq; forma. Vnde & Dauid dicit: Speciosus forma prę filijs hominū. Cōcludit Apollinarista, nec quo se vertat, habet, suis clauditur retibus. Ipse em̄ dixit, formā serui accepit, nō seruus locutus est. Itē ergo interrogo. Quid est in forma dei? Respōdit. In natura dei. Sunt em̄ (ait apostolus) qui non sunt natura dij. Quæro, q d sit, formā serui accipiēs. Sine dubio pfectionē naturæ, & cōditionis, vt dixi, humanæ, vt eēt in hominū similitudine. Et pulchre, nō carnis, sed hominū dixit, similitudinē, quia in carne eadē est. Sed qa sine peccato erat solus, omnis aūt homo in peccato, in specie hominis videbat. Vnde & propheta ait: Et homo est, & quis cognoscit eum? Homo secundū carnem, sed vltra hominem diuina operatio. Deniq; cū leprosum tāgeret, homo videbat, sed vltra hominē, cum mūdaret. Et cum Lazarū mortuū fleret, mortuū, quasi homo flebat, sed supra hominē erat, cū mortuū, *vinctis iuberet pedibus exire. Homo videbat, cū penderet in cruce, sed supra hominē, cū reseratis tumulis mortuos suscitaret. Sancti Augustini epi Hipponeñ. ecclesiæ ad Dardanum inter cætera. Noli itaq; dubitare, ibi nunc eē hominē Christū, vnde venturus est, memoriterq; recole, & fideliter tene Christianā cōfessionē, qm resurrexit a mortuis, ascēdit in cœlū, sedet ad dexterā patris, nec aliunde quā inde ad iudicādos venturus est viuos & mortuos. Et sic vēturus est illa angelica voce testāte, quēadmodū ē ire visus in cœlū, id est, in eadē forma carnis, atq; substātia, cui profecto immortalitatē dedit, naturā nō abstulit. Itē eiusdē in eplā ad Volusianū inter cætera. Nūc vero ita inter deū, & hoīes mediator apparuit, vt in vnitate psonæ copulās vtrāq; naturam, & solita sublimaret insolitis, & insolita solitis tēperaret. Itē eiusdē in expositione euāgelij secundū Iohannē inter cætera. Quid igitur hæretice, cū Chrūs sit deus, & homo, loquitur vt hō, & calūniaris deo? Ille in se naturā cōmēdat humanā, tu in illo audes deformare diuinā? Et itē infra. Agnoscamus geminā substātiā Chri, diuinā, scilicet, qua æqualis est patri, humanam, qua maior est pater. Vtrūq; autē simul, non duo, sed vnus

Amb. Mediolañ. lib. 2. de fide. ca. 4. ad Gratianū Imperatorem.
Iohan. 3. b. & Ephe. 4. b
1. Cor. 4. d
Idē in eodē libro
al's, Qui qsi.
Ex ca. 6. eiusdē Amb. lib. 10. de incarnatiōe dñi cōtra Apollinaristas.
Eodem li. & capit°.
alias, hic
alias, commemorat.
alias, Ireneñ.
Lib. 7. epist. 47. epistolaris eiusdem
Philip. 2. a
Psal. 44.
Gala. 4. b.
Hiere. 17. b
Matth. 8. a
Iohan. 11. e.
Iohan. 19. d
Matth. 27. f
alias, hunc
Ex epla beati Aug. Hip. ad Dardanū.
Acto. 1. b.
Eiusdē ex epistola ad Volusianum.
Tractatu. 78 post medium vbi supra statim post

Christus, ne sit quaternitas, non trinitas deus. Sicut enim vnus est homo, anima rationalis, & caro, sic vnus est deus, Christus, & homo, ac per hoc Christus est deus, anima rationalis, & caro. Christum in his omnibus, Christum in singulis cõfitemur. Quis est ergo, per quem factus est mundus? Christus Iesus, sed in forma dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? Christus Iesus, sed in forma serui. Item eiusdẽ cuius supra. Quis non est derelictus in inferno? Christus Iesus, sed in anima sola. Quis resurrecturus, triduo iacuit in sepulchro? Christus Iesus, sed in carne sola. Dicitur ergo in his singulis Christus. Verum hæc omnia non duo, vel tres, sed vnus est Christus. Ideo ergo dixit, Si diligeretis me, gauderetis vtiq;, quia vado ad patrem, quoniam naturæ humanæ gratulandum est, eo quod sic assumpta est a verbo vnigenito, vt immortalis constitueretur in cœlo, atq; ita fieret terra sublimis, vt incorruptibilis puluis, sederet ad dexteram patris. Sancti Iohannis Constantinopolitani episcopi, & confessoris in homilia de cruce & latrone. Sed cur cum cruce veniat, videamus, scilicet, vt hi, qui eum crucifixere, suæ sentiant dementiæ cæcitatem. Et ideo impudentiæ eorum signum portatur. Ideo propheta ait: Tunc lamentabuntur omnes tribus terræ, videntes accusatorẽ, & agnoscentes peccatum. Et quid mirum est, si, crucem portans, adueniet, quando & vulnera corporis ipsa demonstrat. Tunc enim (inquit) videbunt quem *confixere. Et sicut post resurrectionem Thomæ voluit diffidentiam confutare, & illi clauorum loca mõstrauit, & lateris vulnera declarauit, & dixit, mitte manum tuam, & vide, quoniam spũs carnem, & ossa non habet, sicut me vides habere, sic & tunc ostendet vulnera, crucem q; demonstrabit, vt ostendat illũ se esse, qui fuerat crucifixus. Item eiusdem in homilia de ascensione domini. Nam sicut, duobus iurgio separatis, vnus in medio positus, altercãtium litem, discordiãq; dissoluit, ita & Christus fecit. Deus nobis iuste irascebatur, & nos contemnebamus iratum, & clementem dominum declinabamus, & se medium Christus ingessit, & sociauit vtramq; naturam, & nobis, quod imminebat supplicium, ipse sustinuit. Item eiusdem in eadem homilia inter cætera, Christus igit nostræ naturæ primitias obtulit patri, & oblatum donum miratus est pater. Quod tanta dignitas offerebat, & quod offerebatur, nulla macula fœdabatur. Nam & suis manibus suscepit oblatum, & suæ sedis fecit esse participem, & quod plus est, ad partem suæ dexteræ collocauit. Cognoscamus, quis ille est, qui audiuit, sede ad dexterã meã, quæ natura est, cui dixit, esto meæ particeps sedis. Illa natura, quæ audiuit, terra es, & in terram ibis. Item eiusdẽ in eadem homilia inter cætera. Quo sermone vtar, quo verbo dicam, reperire non possum. Natura fragilis, natura contempta, & omnibus monstrata deterior, omnia vicit, omnia superauit, & omnibus hodierna die meruit excelsior reperiri. Hodie angeli, diu vota desiderata receperunt, hodie archangeli, quod multo tempore cupiebant, inspicere valuerunt. Naturam nostram in sede dominica ipsi immortali fulgentem gloria, peruiderunt. Sancti Theophili episcopi Alexandrini de epistola paschali quam per Aegyptum destinauit. Cuius rei testis est ille, qui loquitur: Omnes declinauere simul inutiles facti sunt. Et prophetæ Christi auxilium deprecantes, Domine, inclina cœlos tuos, & descende. Non vt mutaret locum, in quo omnia sunt, sed vt, propter salutem nostram, carnem humanæ fragilitatis assumeret, Paulo Apostolo eadem concinente: Cum esset diues, pro nobis pauper factus est, vt nos illius paupertate ditaremur, Venitq; in terras, & de virginali vtero, quem sanctificauit, egressus homo, interpretationem nominis sui Emmanuel, id est, nobiscum deus, dispensatione confirmans, mirum in modum cœpit esse, quod nos sumus, & nõ desiit esse, quod erat, sic assumens naturam nostram, vt quod erat, ipse non perderet. Quanquam enim Iohannes scribat, verbũ caro factum est, id est, aliis verbis, deus homo factus est, verbum tamen nõ est versum in carnẽ, quia nunquã deus esse cessauit. Ad quem & spũs sanctus loquitur: Tu autem idem ipse es, Et pater de cœlo cõtestatur, & dicit: Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui. Vt & homo factus, nostra cõfessione permanere dicatur, qd fuit priusquã homo fieret, Paulo nobiscũ eadẽ prædicãte, Iesus Christus heri, & hodie idem ipse, & in ęternũ. In eo em̃ quod ait, ipse, ostẽdit eũ pristinã non mutasse naturã, nec diuinitatis suæ imminuisse diuitias, q a propter nos pauper effectus, plenã similitudinẽ nostræ cõditionis assumpserat. Itẽ eiusdẽ in alia ep̃la paschali contra Origenẽ inter cætera. Vnus filius patris, nostriq; mediator,

nec

Quasi continue post præmissa.

Iohan. 4. d.

Ioh. epi Cõst. ex ho. de cruce & latronæ inter mediũ & finẽ eiusdẽ homiliæ.
Zacha. 12 d alias, pupugerunt
Zach. 12. d. & Ioh. 19. g.
Iohan. 20. f. g
Lucę. 24. f
Eiusdẽ Iohãnis ex ho. de ascensione Ante mediũ illius hom. cuius supra.

Psal. 109.
Matth. 22. d
Gene. 3. d.
In ho. medio vbi supra.

Theop. Alexandrini ex ep̃la p Aegyptum missa.
Psal. 13.
Psal. 143
2. Cor. 8. b
Matth. 1. d.

Iohan. 1. b.
Psal 101.
& Heb. 1. d
Matth 3. d
Marc. 1. b
& Lucæ. 3. e.

Hebræ. 13. b

D E F

A nec æqualitatem eius amisit, nec a nostro consortio separatus est. Inuisibilis deus, & visibilis homo forma serui absconditus, & dn̄s gloriæ confessione credentiū cōprobatus. Neq; enim priuauit eū pater naturę suæ nomine, postquā pro nobis homo, & pauper effectus est, nec in Iordane fluuio baptizatū, altero appellauit vocabulo, sed filiū vnigenitū, tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui. Nec similitudo nostra in diuinitatis est mutata naturā, nec diuinitas in nostræ naturæ versa est similitudinem. Sancti Gregorij episcopi Nazianzeni in homilia de Epiphania inter cætera. Cum ergo processisset ex virgine deus, in ea, quam assumpserat, humana natura, vnū e duob⁹, sibi inuicem contrarijs, existens, carne, & spū aliud in deū assumit, aliud deitatis gratia præstat. Item infra: Missus est quidē, sed vt homo, Duplex em̄ erat in eo natura. Inde deniq; & laborauit ex itinere, inde & esurijt, & sitiuit, & contristatus est, & fleuit humanī corporis lege. Sancti Basilij episcopi* Cappadocis. Cum ergo quædam in Christo ita videmus humana, vt nihil a cōmuni mortalium fragilitate distare videantur, quędā ita diuina, quæ nulli alij, nisi illi ineffabili naturæ conueniāt deitatis, hæret humani intellectus angustia, & tantæ admirationis stupore perculsa, quo declinet, quid teneat, quo se vertat, ignorat. Si hominē putet, deuicto mortis regno, cū spolijs redeuntē a mortuis, cernit. Propter quod cū omni metu, & reuerētia contēplandū est, vt in vno, eo

B demq; ita vtriusq; naturæ veritas demonstret, vt neq; aliquid indignū, & indecēs de diuina illa, & ineffabili substātia sentiatur, neq; rursum, quæ humanitus gesta sunt, falsis illusa imaginibus æstimentur. Sancti Cyrilli episcopi Alexandrini. Homo nominatus est, cū sit natura deus dei patris verbū, qm̄ similiter vt nos, sanguini cōmunicauit & carni. Sic em̄ in terris apparuit, non amittens id q̄d erat, sed assumēs humanitatis naturam in sua ratione perfectam. Item eiusdem in libro qui dicitur Golia. Vnus igitur est, & ante incarnationem deus verus, & qui in diuinitate māsit, *in qua erat, est, & erit. Non *discernendū igitur vnū dn̄m Iesum Christū, in hominē seorsum, & seorsum in deū, sed vnū, eundemq; Iesum Christū esse dicimus, non ignorantes differentias naturarū, sed eas inconfusas, inter se seruantes, Item, cuius supra. *Dicitur nāq; tanq̄ aliud in alio inhabitare, id est, diuinā naturā in humanitate, nō perpessam cōmixtionem, vt esset, q̄d non erat. Quicquid enim in alio habitare dicitur, nō ipsum fit tale, quale est id, *in quo habitat, sed aliud in alio magis intelligitur. At vero in verbi natura, & humanitatis nobis solā differentiā designat diuersitas naturarū. Vnus em̄ ex vtraq; intelligitur Chrūs. Ergo inconfusione (vt ante dixi) seruata, inhabitasse, ait, verbū in nobis. Scit em̄, vnum esse filium vnigenitū, carnem factū, & hominē. Item cuius supra ad Nestorium.

C Ait igitur sancta, & magna synodus, ipsum, qui est ex deo patre natus naturaliter, filium vnigenitum, deum verum de deo vero, lumen de lumine, per quem, & cum quo omnia fecerit pater, hūc descendisse, incarnatum esse, & hominem factum, passum eē, resurrexisse tertia die, & ascendisse rursus *ad cœlos. Hæc nos sequi verba debemus, his nos conuenit obtemperare dogmatibus, considerantes, quid sit incarnatum esse, & hominem factum dei verbum. Non enim dicimus, quod dei natura conuersa, vel immutata facta sit caro, nec quod in totum hominem, qui est ex anima, & corpore trāsformata sit, sed illud magis, quod carnem, animatā anima rationali, sibi copulauerit verbum, & substantialiter, ineffabiliter, & irreprehensibiliter factus sit homo, & nuncupatus sit etiā filius hominis, non nuda tantummodo voluntate, sed nec assumptione sola personæ, sed quod diuersæ quidē naturæ in vnū conuenerint, vnus tamen ex ambabus Christus, & filius, nō euacuata, aut sublata, diuersitate naturarū per coniunctionem sed quia simul nobis effecerūt vnum deū, & Christū, & filium, id est diuinitas & humanitas, per arcanam illam, ineffabilemq; copulationis adunationem. Itaque is, qui antē secula oīa est natus ex patre, etiā ex muliere carnaliter dicitur procreatus in tpe. Non quia diuina ipsius natura de sacra virgine sumpsit exordiū, nec quod propter seipsam opus habuit secūdo nasci post illam natiuitatē, quam habebat ex patre, (est em̄ ineptū, & stultū hoc dicere, quod is, qui ante omnia secula est consempiternus patri, secūdæ generationis eguerit, vt esse inciperet) sed qa propter nos, & propter nostrā salutē naturā sibi copulauit humanā, & processit ex muliere, idcirco dicit natus eē carnaliter. Neque em̄ *prius natus est hō cōis de sancta virgine, & tunc demū habitauit in eo verbū, sed in ipsa vulua, vteroq; virginali, *secū carnē cōiūxit, & sustinuit gn̄ationem carnalē,

Matth. 3. d Marci. 1. b & Luc. 3. c

Gre. Nazian. in ho. de Epiphania post medium.

Idem vbi supra circa mediū medij & finis.

alias, Cappadociæ.

Cyrilli epī Alexādrini.

Eiusdē ex libro dicto Golia

ał's, id quod

alias, discernēdo.

ał's, Certū est.

alias, quod

Idē Cyrillus in epi. ad Nestoriū, & habet tpe Ephesini conc. sub Celest. papa.

alias, in.

alias, primū.

alias, se cum carne.

carnis

carnis suæ natiuitatem, suam faciens. Sic illum dicimus, & passum esse, & resurrexisse, non quia deus verbum in sua natura passus sit, aut plagas, aut clauorum transfixiones, aut alia vulnera susceperit (deus nãq; incorporalis extra passionẽ est) sed quia corpus illud, quod ipsius proprium factũ est, *passum est, ideo hæc omnia pro nobis ipse dicit passus. Inerat enim in eo corpore, quod patiebatur, deus, qui pati non poterat. Simili modo & mortem ipsius intelligimus. Immortale enim, & incorruptibile est naturaliter, & vita, & viuificans *dei verbũ. Sed quia corpus ipsius proprium, gratia dei, iuxta Pauli vocem, pro omnibus mortem gustauit, idcirco ipse dicitur mortem passus esse pro nobis. Non q *in se mortem esset expertus, quantum ad ipsius naturam ptinet (insania est enim, hoc vel sentire, vel dicere) sed q (vt supra diximus) caro ipsius mortem gustauit. Ita & resurgente carne, ipsius rursus resurrectionem dicimus, nõ quia in corruptionem ceciderit (quod absit) sed quia eius resurrexit corpus. Ita Christum vnum, & dominum confitemur, non tanquam hominem cum verbo coadorãtes, ne diuisionis quædam species inducatur, sed vnum iam, & eundem adorantes, quia non est alienum a verbo corpus suum, cum quo ipsi etiam assidet patri. Nec hoc ita dicimus, quasi duobus filijs assidentibus, sed vno cũ carne per vnitatem, quasi talem copulationẽ factam per substantiam, aut quasi *passibilem, aut quasi parum decoram, voluerimus accipere, in id incidimus, vt duos filios esse dicamus. Necesse est enim discernere, & dicere, hominem separatim fuisse sola filij appellatione honoratũ, & rursum verbum, quod est ex deo, *& nomine, & veritate, filium dei, sed discernere in duos filios, non debemus vnum dominum Iesum Christum. Neq; enim id adiuuat rectam fidei rationem, licet nonnulli, nescio, quam perhibeant copulationem personarum. Non dixit eñ scriptura, verbum dei personam hominis sibi assumpsisse, sed carnem factum esse. Id autẽ est ostendere dei verbum, similiter ac nos *participationem habuisse carnis, & sanguinis, & corpus nostrum proprie suum fecisse, & hominem ex muliere processisse, non abiecta, nec deposita deitate, aut generatione illa, quam habebat ex patre, sed mansisse etiam in assumptiõe carnis deum, qd erat. Hoc itaq; recte fidei ratio protestatur. In tali sensu sanctos patres fuisse cõperimus. Ideo illi non dubitauere sanctã virginẽ dicere theotocon, nõ q verbi natura, deitasq; in sancta virgine sumpsit exordiũ, sed q ex ea natum sit sacrũ illud corpus, animatũ anima rationali, cui substantialiter adunatum dei verbũ, carnaliter natum esse dicitur.

¶ Finis epistolarum Leonis papæ primi,

alias, hoc sustinuit

alias, deus
Hebr. 2. b.

alias, ipse.

alias, impassibilẽ, vel, impossibilẽ, vel ppassibilem.
alias, in hoie, io.
Iohan. 1. b

alias, participiũ, vel, participatum.

CHALCEDONENSE CONCILIVM SVB LEONE PAPA PRIMO.

Ciuitatis Chalcedonēsis mentionē facit Ptolemæus libro quinto, capite I. ubi dicit: Pontus, & Bithynia, terminaẽ ab occasu ore Ponti, & dicto Thracio Bosphoro, & parte Propōtidis iuxta descriptionem hāc littoris Bithyniæ prope os Ponti, promontorium sacrum, hoc est Dianæ, Chalcedon. Plinius autē libro quinto, capite XXXII. titu. Hellespontus, &c. Bithynia, Bosphorus, ita dicit: Rursus coeũtibus terris, angustiæ pertinentes usq; ad Bosphorum Thracium. In ijs Chalcedon libera, à Nicomedia lxxij. d. Proceraftis ante dicta. Porro Strabo libro duodecimo eiusdē meminit in hæc uerba: Nam huiusmodi ordinem ac partitionem ipsam locorũ natura describit. Bithyniam ab Oriente Paphlagones, & Mariandyni, & Epicteti pars terminat, à septentrione mare Ponticum, quod ab ostijs Sangarij, usq; ad os tendit, quod iuxta Byzantium est & Chalcedonem, ab Occidente Propōtis, ad Austrum Mysia & Phrygia, quæ Epictetus dicitur. Eadem Hellespontia Phrygia nominatur. Huius est Chalcedon in Ponti ore sita, quam Megarenses condidere, & Chrysopolis uicus, & Chalcedonium phanum. Hæc regio paulo supra mare fontem habet nomine Azaritiũ, qui paruos crocodilos nutrit. Antoninus uero meminit illius circa tit. Ab aureo monte, Vinceia &c. Serdica &c. Philippopoli &c. Heraclea &c. Byzātio quę & Constantinopolis M.P.M. Chalcedon traiectus in Bithyniā &c. Nicomedia.

B

De hoc concilio scribit Marianus Scotus, anno ad ueritatem euangelij cccc.lxxiiij. secundũ uero Dionysij cyclum cccc.lij. designans annorum prędictorum consules. Narrat igitur hoc modo: Opilione & Vincomalo consulibus, synodus Chalcedonensis facta est, ubi Eutyches & Dioscorus damnati sunt. Hæc ibi.

CHALCEDONENSIS CONCILII PRAEAMBVLA.

C

SCIENDVM ꝙ quatuor fuerunt synodi principales, quæ ad authenticandam, autorizandam & defendēdam fidem, quam scriptura sacra prædicat, conuenerunt: scilicet Nicena trecentorum decem & octo episcoporum, Constātino Augusto imperante peracta. In qua Arrianæ perfidiæ blasphemia condemnatur, quia inæqualitatem sanctæ trinitatis Arrius asserebat, sed consubstantialem deo patri deum filium eadem synodus confitetur. Secunda Constantinopolitana centum quinquaginta patrum sub Theodosio seniore, quæ Macedonium negantem spiritumsanctum esse deum, condemnauit, consubstantialem patri & filio spiritumsanctum demonstrans, & dans formam symboli, quam tota Græcorum & Latinorum confessio prædicat. Tertia Ephesina ducentorum episcoporum sub iuniore Theodosio Augusto edita, quæ Nestorium duas personas in Christo esse confitentem, iusto anathemate condemnauit, ostendens manere in duabus naturis unam domini nostri Iesu Christi personam. Quarta Chalcedoneñ. sexcentorum triginta sacerdotum sub Marciano principe habita. In qua Eutychem Constantinopolitanum, uerbi dei & carnis unam naturam pronunciantem, & eius defensorem Dioscorum quondam Alexādriæ episcopum, & ipsum rursus Nestorium cum reliquis hæreticis una patrum sentētia condemnauit, prædicans sic natum Christum de uirgine, ut in eo substantiā diuinæ & humanæ confiteretur naturæ.

EPISTOLAE PRAE-
AMBVLAE CONCERNENTES CONCI-
lia Ephesinum secundum & prophanum, & Chalcedonense sanctum.

EPISTOLA FLAVIANI ARCHIEPISCOPI Constantinopolitani ad Theodosium Imperatorem de fide.

Rescriptum de fide, factum manu propria Flauiani archiepiscopi Constantinopolitani, datum ab eo poscenti imperatori.

FLAVIANVS episcopus Constantinopolitanus, piissimo & amatori Christi Imperatori nostro Theodosio salutem. Nihil ita conuenit sacerdoti dei & dogmatibus erudito diuinis, quam paratum esse ad satisfactionem omni poscenti eum rationem de spe, quae in nobis est & gratia. Non enim erubesco euangelium dei. Virtus enim dei est ad salutem omni credenti. Quia igitur & nos misericordia regis omnium CHRISTI dei sacerdotium tale euangelij sortiti sumus, sapimus recte atque inculpabiliter, semper scripturas diuinas sequentes, & expositiones sanctorum patrum qui in Nicea conuenerunt, & centum quinquaginta qui hic congregati sunt, & qui in Epheso sub sanctae memoriae Cyrillo, qui fuit Alexandrinus episcopus: Et praedicamus dominum nostrum Iesum Christum, ante secula quidem ex deo patre sine principio natum secundum diuinitatem, in nouissimis autem diebus eundem propter nos & propter nostram salutem ex Maria uirgine secundum humanitatem, deum perfectum, & hominem perfectum eundem in assumptione animae rationalis & corporis, consubstantialem patri secundum diuinitatem, & consubstantialem nostri eundem secundum humanitatem, ex duabus utique naturis confitentes Christum post incarnationem ex sancta uirgine, & inhumanatum in una substantia & in una persona unum Christum, unum filium, unum dominum confitemur. Et unam quidem dei uerbi naturam incarnatam tamen & inhumanatam dicere non negamus, eo quod ex ambobus unus atque idem sit dominus noster Iesus Christus. Eos uero qui aut duos filios, aut duas subsistentias, aut duas personas annunciant, & non unum eundem dominum Iesum Christum filium dei uiui praedicant, anathematizamus, & alienos esse ab ecclesia iudicamus. Et ante omnes Nestorium impium anathematizamus, & sapientes quae eius sunt ac loquentes ea, ut abscindantur huiusmodi à filiorum adoptione promissa recte credentibus. Et post haec adiecit, & in annotationibus scripsit: Domine Christe, adiuua nos deus. Et iterum: Haec scripsi mea manu ad satisfactionem uestrae potestatis, & ut confundantur calumniam facientes nostrae bonae & simplici in Christo conuersationi.

1. Pe. 3. c. Roma. 1. b.

E

F

EPISTOLA LEONIS ARCHIEPISCOPI ROmae, ad Eutychem Constantinopolitanum abbatem.

DIlectissimo filio Eutycheti presbytero Leo episcopus. Ad notitiam nostram tuae dilectionis literis &c. Quaere reliqua epistola sexta in epistolis Leonis papae.

EPISTOLA PETRI RAVENNATIS EPISCOPI ad Eutychem abbatem.

al. honore digno

DIlectissimo *& merito honorabili filio Eutycheti presbytero, Petrus episcopus Rauennae. Tristis legi tristes literas tuas, & scripta moesta moerore debito percurri: quia sicut nos pax ecclesiarum, sacerdotum concordia, tranquillitas plebis, gaudere facit gaudio caelesti, ita nos affligit & deijcit fraterna dissensio, praesertim cum in talibus

A talibus oriatur ex causis. Triginta annis humanæ leges humanas adimunt quæstiões, & Christi generatio quæ diuina lege scribitur inenarrabilis, post tot secula disputatione temeraria uentilatur? Quid Origenes principiorum scrutator incurrerit, quomodo Nestorius lapsus sit disputans de naturis, non latet prudentiam tuam. Magi Iesum in cunabulis deum mysticis muneribus confitentur, & sacerdotes, quis sit qui uirginali partu de spiritusancto natus est, dolenda interrogatione disquirunt? Cum uagitus daret Iesus in cunis, Gloria in excelsis deo, clamat cælestis exercitus: & modo, quando in nomine Iesu omne genu flectitur cælestium, terrestrium & infernorum, originis eius quæstio commouetur? Nos frater charissime unà cum Apostolo dicimus: Et si nouimus Iesum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Nec possumus curiose perscrutari, qui iubemur honorem dare & timorem reddere & expectare. *dum non perscrutandum iudicem confitemur. Hæc breuiter respondi frater literis tuis, plura rescripturus, si ad me frater & coepiscopus noster Flauianus aliqua de hac causa scripta misisset. Si enim tibi displicet, quoniam scripsisti electum iudicium, nos quomodo de his iudicare poterimus, quos neque uidimus propter absentiam, & quid intellexerunt, eorum taciturnitate nescimus? Iustus mediator non est, qui sic unam partem audit, ut nihil alteri parti reseruet. In omnibus

B autem hortamur te frater honorabilis, ut his quæ à beatissimo papa Romanæ ciuitatis scripta sunt, obedienter attendas: quoniam beatus Petrus qui in propria sede & uiuit, & præsidet, præstat quærentibus fidei ueritatem. Nos enim pro studio pacis & fidei, extra cõsensum Romanæ ciuitatis epi causas audire nõ possumus. Incolumem tuã dilectiõnẽ dñs tpe lõgissimo cõseruare dignet, charissime & honorãtissime fili.

Isa.53.c — Philip.2.b — 1.Cor.5.d — al. non discutere quem — Autoritas sũmi põtificis urbis Romæ

Epistola Leonis papæ ad Flauianũ Constantinopolitanũ archiepiscopum, in qua quærit, cur Eutyches à communione ecclesiæ fuerit separatus.

DIlectissimo fratri Flauiano Leo eps. Cũ Christianissim⁹ & clemẽtissimus impa tot sancta & laudabili fide &c. Quære reliq in epistolis Leõis papæ episto. viij.

Epistola Flauiani archiepiscopi Constantinopolitani, siue rescriptum ad Leonem papam urbis Romæ.

DOmino beatissimo & deo amabili patri Leoni, Flauian⁹ in deo æternã salutem. Nulla res diaboli uenena cõpescit &c. Quære reliqua in epistolis Leonis papæ, in epistola quæ immediate continuatur præmissæ epistolæ VIII.

EPISTOLA SANCTISSIMI ARchiepiscopi Romæ Leonis ad Faustum presbyterũ.

C DIlectissimo Fausto presbytero Leo episcopus. Gratum semper est mihi, tuam alloqui charitatem, & affectum salutationis exoluere. quoniam & scio te probabilem, & syncerissimæ fidei esse custodem, & qui non circunducitur omni uento doctrinæ, sed in fundamento prophetarum & apostolorum (qui Christus est) firme consistere, ut cum uenerit filius hominis in diuinitate sua ad purgationem totius mundi, in electione reperiaris frumentum æternitatis, qui dignus thesaurizari possis in horreis. Susceptis itaque literis per filium meum Parthenium, reciprocam salutationem exoluens, exhortor tuam beatitudinem fili charissime, ut non confundaris de euangelio generationis domini IESV Christi filij Dauid, filij Abraam secundum carnem, quoniam hæc fides uincit mundum, quando quis credit quia Iesus est filius dei. Si quæ uero fidei quæstiones inueniuntur, admonemus, ut de his quæ ad communem utilitatem pertinent, latius nobis scribas, libenter nobis suscipientibus qui ista detulerint.

Matt.1.a — 1.Ioã.5.a

EPISTOLA EIVSDEM SYNODICA AD LAuianum Constantinopolitanum archiepiscopum.

OMnem quidem fraternitatem &c. Hæc epistola quæ in numero procemialium epistolarum septima habenda est, in hoc loco intermittitur, pro eo, quòd in fine tertiæ actionis Chalcedonensis concilij inserenda est. Est quoque in epistolis Leonis papæ, epistola quinquagesimasexta.

Epistola Leonis papæ ad Iulianum episcopum Coensem.

DIlectissimo fratri Iuliano. Licet per eos quos ab urbe pro fidei causa dire* D ximus &c. Quære reliqua in epistolis Leonis papæ, epistola decima.

EPISTOLA FLAVIANI ARCHIEPISCOpi Constantinopolitani ad Leonem papam urbis senioris Romæ.

SAnctissimo & beatissimo patri & consacerdoti Leoni Flauianus in domino salutem. Pietate & recta prædicatiōe uerbi ueritatis nihil honorabilius sacerdotibus, sicut nosti, deo amantissime. Omnis enim nostra spes, atque salus, & retributio promissorum bonorum, in his est. Propterea omnia facienda á nobis sunt, & laborandum pro uera fide, & expositionibus dogmatibusq; sanctorum patrum, quatenus per omnia & inter omnes concussiones rerum integra hæc, & inuiolata saluentur atque custodiantur. Necessarium itaque fuit nunc, & iam uidentes nos lædi orthodoxam fidem, & renouari Apollinaris & Valentini hæreses ab Eutyche monacho, non hoc despicere, sed in aperto hoc pro cautela populi reuelare. Iste enim Eutyches absconditum in se languorem malæ sectæ retinens, insiliens nostræ mansuetudini, inuerecunde & impudenter in multos impietatem propriam præsumpsit inferre, dicens ante inhumanationem quidem saluatoris nostri Iesu E Christi duas naturas esse diuinitatis & humanitatis, post unitatem uero, unam naturam factam, neque sciens quod dicit, neque de quibus affirmat. Neque enim unitas conuenientium in Christo duarum naturarum sic ut una re proprietates suas in unitate confudit, sed manent in unitate perfectæ naturarum proprietates. Adiecit autem & aliam impietatem, dicens corpus domini quod ex Maria factum est, non esse nostræ substantiæ, neque humanæ consperfionis, sed humanum quidem illud uocat, non tamen nobis consubstantiale, neque genitrici eius secundum carnem. Et hæc aiebat, cum in gestis Ephesi habitis & sancto & uniuersali concilio, in epistola scripta ad impium damnatumq; Nestorium aperte sic habeatur: Quia diuersæ quidem ad unitatem ueram concurrere naturæ, unus autem ex ambobus Christus dei filius, non tanquam naturarum differētia sit perempta propter unitatem, sed potius effecerit nobis unum dominum IESVM CHRISTVM diuinitatis & humanitatis per ineffabilem & inintelligibilem ad unitatem concursionem. Et hoc non latet tuam sanctitatem, dum omnino legerit gesta, quæ Ephesi sunt confecta. Quæ pro nihilo ponens idem Eutyches, arbitratur non se daturum pœnam præfinitam à sancto illo & uniuersali concilio, quoniam per hæc multi simpliciores ex eius eloquijs in fidei sermone læduntur. Accusatum uero eum à reuerendissimo Eusebio, & occurrentem in sanctum concilium, & uoce sua sectam propriam *retegentem, alienumq; ex* F istentem à recta fide, damnauimus, sicut docebunt uestram sanctitatem omnia, quæ super eo sunt gesta, quæque direximus cum nostris his literis. Iustum autem est, & hoc uobis (sicut arbitror) intimari: quia idem Eutyches passus iustam canonicam damnationem, cum debuisset secundis saluare priora, & per pœnitentiam perfectam multasq; lachrymas placare deum, nostrum'que cor uehementer contristatum in eius ruina, per ueram sanare pœnitentiam, non solum hoc non fecit, sed etiam per omnia conturbare sanctam, quæ apud nos est, ecclesiam festinauit, propositiones iniuriarum publice ponens & maledictionibus plenas, super hæc & preces offerens pijssimo & CHRISTI amantissimo nostro imperatori, & easdem arrogantia & petulantia plenas, per omnia diuinas regulas conculcare conatus est. Sed his ita gestis, literæ nobis datæ sunt uestræ sanctitatis p admirabilē comitē Pansophiū, p q̄s sumus edocti, qa idē Eutyches libellos direxit uobis plenos oīni fallacia atq; calliditate, dicēs: Iudicij tpe libellos se dedisse appellatiōis & nobis, & hic cōueniēti sancto cōcilio, & appellasse uestrā sanctitatē, quod nequaq̄ ab eodē factū est. Sed etiā & in hac parte mētitus est, tanq̄ per fallaciā mendacij subrepe se sanctis uestris auribus putans. Commotus

Prima Eutychetis impietas.

Secūda Eutychetis impietas.

al. detegentē al. retexentē

A Commotus itaque sanctissime pater in his omnibus, quæ ab eo præsumpta sunt, & ob ea quæ in nos & sanctissimam ecclesiam facta sunt atque fiunt, pro consueta fiducia fiducialiter age, secundum quod sacerdotio competit, propriamq; faciens communem causam, & sanctarum ecclesiarum disciplinam, simul decernere damnationem aduersus eum regulariter factam & per propria scripta dignare, confortare autem & pijssimi & Christo deditissimi nostri imperatoris fidem. Causa enim eget solummodo uestro solatio atque defensione, qua debeatis consensu proprio ad tranquillitatem & pacem cuncta pducere. Sic enim hæresis quæ surrexit, & turbæ quæ propter eum factæ sunt, facillime destruentur, deo cooperante per uestras sacratissimas literas. Remouebitur autem & cõcilium, quod fieri diuulgatur, quatenus nequaquam ubique sanctissimæ turbentur ecclesiæ. Omnium quæ uobiscum est, fraternitatem ego & qui mecum sunt, salutamus. Incolumis in domino & orans pro nobis, doneris ecclesiæ & nobis, religiosissime & sanctissime pater.

EPISTOLA EIUSDEM AD FAUSTUM MARcianum & reliquos archimandritas Constantinopolitanos.

B

DIlectissimis filijs Fausto & Marciano & reliquis archimandritis Leo episcopus. Cum propter causam fidei quam Eutyches perturbare tentauit, de latere meo mitterem, qui defensioni ueritatis assisterent, congruum credidi, ut etiam ad uestram dilectionem scripta dirigerem, quos certum habeo ita studere pietati, ut blasphemas & impias uoces nullatenus æquanimiter audire possitis, manente in cordibus uestris apostolica institutiõe, qua dicitur: Si quis uobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Sensum autem pdicti Eutychetis, qui sicut gestorum lectione cognouimus, merito reprobatus est, etiam nos detestandum esse decernimus, ita ut si assertor insipiens in sua prauitate uoluerit permanere, habeat cũ his consortium, quorum est secutus errorem. Merito enim fiet extra Christi ecclesiam, qui in CHRISTO humanam, id est, nostram, negat esse naturam. Sed si idem spiritu dei miserante correctus, impietatem sui erroris agnouerit, & quæ catholici execrantur, plena satisfactione damnauerit, uolumus ei misericordiam non negari, ut ecclesia domini nullum sentiat damnum: cum & resipiscens possit recipi, & solus debeat error excludi. De sacramento autem pietatis magnæ, in qua nobis per incarnationem uerbi dei iustificatio est & redemptio, quæ sit nostra ex patrũ traditione sententia, in literis quas ad fratrem meum Flauianum episcopum misi, nunc sufficienter (quantum arbitror) explicatum est, ut per insinuationem præsulis uestri, quid secundum euangelium domini Iesu Christi in omnium fidelium cordibus fixum esse cupiamus, noscatis. Datum idibus Iunij Asterio & Protogene consulibus.

Galat.1,d

C

EPISTOLA EIUSDEM AD IMPERATOREM Theodosium.

GLoriosissimo & clementissimo Theodosio Augusto Leo episcopus. Quantum rebus humanis consulere prouidentia diuina dignetur &c. Quære reliqua in epistolis Leonis papæ, epistola undecima.

EPISTOLA EIUSDEM AD PULCHERIAM Augustam.

QVantum sibi fiduciæ de fide uestræ clementiæ &c. Quærãtur reliqua in epistolis Leonis papæ, epistola decimaseptima.

EPISTOLA EIVSDEM AD EPHESINAM SYNOdum secundam, in qua prouocat congregatos episcopos Eutychetis blasphemias condemnare. Et hæc quidem epistola licet sit missa, est tamen occultata, propterea quod non fuerit concessa publicari episcopis.

D

LEO episcopus sanctæ synodo quæ apud Ephesum conuenit. Religiosa clementissimi principis fides sciens ad suam gloriam &c. Quæratur reliqua in epistola Leonis papæ decimaquarta.

EPISTOLA EIVSDEM AD THEODOSIVM Augustum, qua rogat illum, speciale concilium in Italia fieri, & in nullo alio loco, eo quod contraria canonibus facta sit synodus Ephesina, & in ea acta, iudicantur illegitima nec rite facta.

GLoriosissimo & clemētissimo Theodosio Augusto Leo episcopus. Olim & ab initio in concilijs celebratis tantam nos percepimus à B. Petro apostolorū principe fidutiam, ut autoritatem habeamus, ad ueritatem pro nostra pace defendēdā, q̄tenus nulli liceat, sic eam munitam in aliquo commouere, dum repente læsio remouetur. Igitur quia concilium episcoporum, quod propter Flauianum in Ephesina ciuitate fieri præcepistis, & ipsi fidei probatur obesse, & omnes ecclesias uulnerare, & hæc à nobis comperta sunt non incerto nuncio, sed ab ipsis reuerendissimis episcopis, qui à nobis missi sunt, & fidelissimo rerum quæ gestæ sunt, narratore Hilario diacono nostro. Hæc aūt ideo culpa processit, eo quod non pura conscientia & recto iudicio secundum consuetudinem hi qui collecti sunt, de fide & erratibus protulerunt. In ipso autem iudicio non omnes qui cōuenerant, interfuisse cognouimus. Nam alios reiectos, alios didicimus intromissos, qui pro supradicti sacerdotis arbitrio impijs subscriptionibus captiuas manus dederent, quo & nociturum statui suo scirent, nisi imperata fecissent, talemq; ab ipso prolatam esse sentētiam, ut in omnes per eam sæuiretur ecclesias. Quod nostri ab apostolica sede directi, adeo impiū & catholicæ fidei cōtrarium uidentes, nobis significare noscuntur. Vnde trāquillissimi principum remouete (quæsumus) à uestræ pietatis conscientia periculum religionis & fidei, ut Christi euangelio uim non inferat humana præsumptio. Ecce ego Christianissime & uenerabilis Imperator, cum consacerdotibus meis implens erga reuerentiam clementiæ uestræ synceri amoris officium, cupiensq; uos per omnia placere deo, cui pro uobis ab ecclesia supplicat, ne ante tribunal domini rei de consilio iudicemur, obsecramus coram unius deitatis inseparabili trinitate, quæ tali facto læditur, (cū ipsa uestri sit custos & autor imperij) & coram sanctis angelis Christi, ut omnia in eo statu esse iubeatis, in quo fuerunt ante omne iudicium, donec maior ex toto orbe sacerdotum numerus congregetur. Nec alieno peccato patiamini uos grauari, quia (quod necesse est nos dicere) ueremur, ne cuius religio dissipatur, indignatio prouocetur. Præ oculis habete, & tota mentis acie reuerenter aspicite beati Petri gloriam, & communes cum ipso omnium apostolorum coronas, cūctorumq; martyrum palmas, quibus alia non fuit causa patiendi, nisi confessio ueræ diuinitatis & ueræ humanitatis in CHRISTO. Cui sacramēto quia impie nunc à paucis imprudentibus obuiatur, omnes partium nostrarum ecclesiæ, omnes mansuetudini uestræ cum gemitibus & lachrymis supplicant sacerdotes, ut quia & nostri fideliter reclamauerūt, & eisdem libellum appellationis Flauianus episcopus dedit, generalem synodum iubeatis intra Italiam celebrari, quæ omnes offensiones ita aut repellat, aut mitiget, ne aliquid ultra sit uel in fide dubium, uel in charitate diuisum, cōuenientibus utiq; orientalium prouinciarum episcopis, quorum si qui superati minis atq; iniurijs, à ueritatis tramite deuiarunt, salutaribus remedijs in integrum reuocentur: ipsiq; quorum est causa durior, si consilijs melioribus acquiescant, ut ab ecclesiæ unitate nō excidant,

E

F

A cidant. Quàm autem post appellationem interpositam hoc necessario postuletur, canonum Niceæ habitorum decreta testantur, quæ à totius mundi sunt sacerdotibus constituta. Fauete catholicis uestro more parentumq́ꝫ uestrorum, date defendendæ fidei libertatem. Cum enim ecclesiæ causa statum regni uestri agamus & salutis, ut prouinciarum uestrarum quieto iure potiamini, defendite contra hæreticos inconcussum ecclesiæ statum, ut & uestrum Christi dextera defendatur imperiū. Datum III. idus Octobris, Asterio & Protogene uiris clarissimis consulibus, era qua supra.

EPISTOLA EIVSDEM AD THEODOSIVM AVGVstum, in qua culpat secundam Ephesinam synodum.

GLoriosissimo & clemētissimo Theodosio Augusto Leo episcop⁹, & sancta synodus quæ in urbe Roma conuenit. Literis clementiæ uestræ, quas dudum ad beati Petri apostoli sedem &c. Quærantur reliqua in epistolis Leonis papæ, epistola uigesimatertia.

EPISTOLA EIVSDEM, ET SANCTI CONCILIJ, quod Romæ collectum erat, ad Pulcheriam Augustam.

B GLoriosissimæ & clemētissimæ filiæ Pulcheriæ Augustæ Leo episcopus, & sanctum concilium Romæ collectum. Si epistolæ, quæ pro fidei causa per nostros clericos directæ sunt &c. Quærantur reliqua in epistolis Leonis papæ, epistola uigesimaquarta.

EPISTOLA HILARII DIACONI ROMANI AD Pulcheriam Augustam.

GLoriosissimæ atq́ꝫ pijssimæ Pulcheriæ Augustæ Hilarius diaconus. Studiū mihi fuisse, post synodum aduenire Constantinopolim, dicere non debeo, quoniam manifesta necessitas erat, quæ me literas beatissimi papæ ad uestram clementiam directas offerre compelleret, ut pariter & uestræ pietati ac inuictissimo & Christianissimo principi officium, quod debebam, uenerationis exoluerem. Sed huic congruo meo proposito illud impedimentum euenit, quod omnium bonorum inimicum est, & Christianorum ingemiscit affectus, hoc est, Alexandrinus episcopus, in dānatione uirorum inculpabilium potentissimus. Nam posteaquam iniustæ eius uoluntati atq́ꝫ sententiæ communicare non potui, ad aliud concilium terroribus atq́ꝫ insidijs me euocare conatus est: quatenus me (quod absit) seductionibus faceret consentire ad cōdemnandum sanctissimum Flauianum episcopum, aut resistentem teneret, ut mihi non esset licentia ad pietatem uestram Constantinopolim percurrere, aut ad Romanam ecclesiam remeare. Veruntamen confidens de G auxilio Christi, quod attinet ad damnationem reuerentissimi & sanctissimi uiri, innocentem me integrumq́ꝫ seruaui, licet nulla flagella, nulla tormenta me possent facere eius consentire sententiæ. sed omnibus derelictis, exinde discessi, per incognita & inuia loca Romā ueniens, ut reuerendissimo papæ omnium quæ in Epheso gesta sunt, idoneus nunciator existerem. Vestra itaq́ꝫ ueneranda clementia cognoscat, à præfato papa cum omni Occidentali concilio reprobari omnia quæ in Epheso contra canones per tumultus & odia secularia à Dioscoro episcopo gesta sunt, & nulla ratione hæc in his partibus suscipi posse, quæ per potentiam prædicti non sine læsione fidei & præiudicio sanctissimi uiri innoxijq́ꝫ commissa sunt. Quæ uero constanti ac forti autoritate, pro fide à me nunciata sunt, superfluum credo narrare. Nam hæc ex literis beatissimi papæ poteritis agnoscere. Vnde domina splendidissima atq́ꝫ clementissima Augusta, adoranda uestra pietas in quibus libenter fecit initium, relinquere non debet, sed hæc zelo religioso fidei constanti uoluntate seruare.

EPISTOLA GALLAE PLACIDIAE AD PVLCHE- riam Augustam, qua acta concilij Ephesini secundi detestantur, & petuntur annullari.

D

GAlla Placidia pijssima semper Augusta, Aeliæ Pulcheriæ pijssimæ semp Augustæ filiæ. Vt Romam frequentibus concursionibus adæque desideramus inspicere, causa nobis est amplectendæ religionis, ut terminis sanctorum nostram exhiberemus præsentiam, quos certum est, pro sua uirtute in cælestibus constitutos, neque inferiora despicere. Nos itaque sacrilegum esse credimus, si solennium ordinem denegemus. Cum igitur beato apostolo Petro nostram præsentiam dedissemus, illic multitudine sacerdotum reuerendissimus Leo papa circundatus, pro dignitate sui loci nos primus adijt, qui propter interpositam gemitus sui tristitiam, desiderium penè suum uerbis insinuare non poterat. Vicit tamen constantia sapientiæ sacerdotis, ut lachrymas paululum retineret, & causam uiolatæ fidei, tanquam huius uindex, manifesto sermone proferret. In quo sermone cognouimus, nostris temporibus catholicam fidem esse turbatam, quam à diuo patre nostro Constantino nostri generis parentes hactenus seruauerunt. Secundum uoluntatem nanque eiusdem, prauum aliquid aduersus sacerdotem Constantinopolitanum excitatum dicitur. Nos itaque in Ephesino concilio, quo nullus ordinem sacerdotum custodiuit, neque mensuram, sine consideratione diuinitatis omnia esse gesta cognouimus, quatenus præsumptio & iniustitia in quorundam damnationem uim obtinere dicatur, quæ nostris temporibus terribilia esse uidentur. Debet itaque fides proprie ualere sanctissima atque uenerabilis filia Augusta. Igitur tua clementia secundum catholicam fidem, quod semper nobiscum fecit, & nunc similiter conspirare dignetur, ut quicquid in illo tumultuoso miserrimoq; concilio constitutum est, omni uirtute remoueatur, ut omnibus integris permanentibus, ad apostolicæ sedis, in qua primus apostolorum beatus Petrus, qui etiam claues regni cælestis suscipiens, sacerdotij principatum tenuit, episcopatus causa mittatur. Debemus enim primatum in omnibus immortali conuersationi tribuere, quæ totum mundum propriæ uirtutis dominatione compleuit, & nostro imperio orbem gubernandum seruandumq; commisit.

E

SACRAE LITERAE TAM A DOMINO NOstro Valentiniano, quàm à diuæ memoriæ Placidia, necnõ & Eudoxia Augustis ad Theodosium diuæ memoriæ, ut iuberet in partibus Italiæ concilium celebrari, in qua quoque Romani pontificis autoritas cõmendatur.

F

DOmino meo Theodosio gloriosissimo uictori & triumphatori perpetuo imperatori & patri, Valentinianus gloriosus uictor ac triumphator semper Augustus & filius. Cum aduenissem in urbem Romam ad diuinitatem placandam, sequenti die ad basilicam apostoli Petri processi, & illic post uenerabilem noctem diei apostoli, & à Romano episcopo & ab alijs cum eo ex diuersis prouincijs congregatis, rogatus sum scribere uestræ mansuetudini de fide, quæ cum sit conseruatrix omnium fidelium animarum, dicitur perturbata, quam nos à nostris maioribus traditam, debemus cum omni competenti deuotione defendere, & dignitatem propriæ uenerationis beato apostolo Petro intemeratam & in nostris temporibus conseruare: quatenus beatissimus Romanæ ciuitatis episcopus, cui principatum sacerdotij super omnes antiquitas contulit, locum habeat ac facultatem de fide & sacerdotibus iudicare. Domine sanctissime pater & uenerabilis imperator. Hac enim gratia secundum solennitatem conciliorum & Constantinopolitanus episcopus eum per libellos appellauit, propter contentionem, quæ orta est

A ta est de fide. Huic itaque postulanti, & coniuranti salutem nostram communem, annuere non negaui, quatenus ad tuam mansuetudinem meam petitionem ingererem, ut prædictus sacerdos congregatis ex omni orbe etiam reliquis sacerdotibus, intra Italiam omni præiudicio submoto, à principio omnem causam quæ uertitur, solicita probatione cognoscens, sententiam ferat, quam fides & ratio ueræ diuinitatis expostulat. Non debet enim nostris temporibus contra religionem turbarum petulantia præualere, dum incommota fides hactenus fuerit conseruata. Ad perfectiorem uero agnitionem uestræ dignitatis direximus etiam gesta, per quæ & desideria & exclamationes omnium pietas uestra cognoscat.

EPISTOLA GALLAE PLACIDIAE AVGVstæ ad Theodosium Imperatorem filium illius, data in fauorem Romani pontificis, & Flauiani Constantinopolitani.

DOmino uictori Theodosio triumphatori semper Augusto filio, Galla Placidia piissima & perpetua Augusta mater. Dum in ipso ingressu ciuitatis antiquæ hanc curam habuissemus, ut cultum beato Petro apostolo redderemus, in ipso adorando altari martyris reuerendissimus Leo episcopus pau B lulum se post orationem retinens, propter catholicam fidem apud nos defleuit, ipsum similiter summum apostolorum, quem nuper adieramus, testem obijciens, episcoporum multitudine circunseptus, quos ex innumerabilibus ciuitatibus Italiæ, pro principatu proprij loci seu dignitate collegit: & uerbis permiscens lachrymas, ad communionem sui fletus nostros quoque gemitus prouocauit. Non modicum detrimentum est ex his quæ gesta sunt, ut fides quæ tantis temporibus regulariter custodita est à sacratissimo patre nostro Constantino, qui primus imperio splenduit Christianus, perturbata sit ad arbitrium unius hominis, qui in synodo Ephesinæ ciuitatis, odium & contentiones potius exercuisse narratur, militum præsentia & metu impetens Constantinopolitanæ ciuitatis episcopum Flauianum, eo quòd libellum ad apostolicam sedem miserit & ad omnes episcopos harum partium, per eos qui directi fuerunt in concilio à reuerendissimo episcopo Romæ, qui secundum diffinitiones Niceni concilij consueti sunt interesse. domine sacratissime fili uenerabilis imperator. Hac itaque gratia, tua mansuetudo tantis turbis resistens, ueritatem immaculatam fidei catholicæ religionis seruari præcipiat, ut secundum formam & diffinitionem apostolicæ sedis, quam & nos tanquam præcellentem similiter ueneramur, in statu sacerdotij illæso manente, per omnia Flauiano ad concilij & apostolicæ sedis iudicium trāsmittatur, in qua primus ille qui cælestes claues dignus fuit accipere, principatum episcopatus ordinauit, quando scilicet decet nos huic maxime ciuitati, quæ domina omnium est ciuitatum tuarum, in omnibus reuerentiam conseruare. Dili G gentius autem etiam in hoc prouidete, ne quod priscis temporibus nostra generatio custodiuit, sub nobis imminui uideatur, & per præsens exemplum schismata generentur inter episcopos ac sanctas ecclesias.

EPISTOLA LICINIAE EVDOXIAE AVGVstæ ad Theodosium, de ecclesiæ catholicæ turbatione, ac Flauiani Constantinopolitani depositione.

DOmino Theodosio inclyto semper Augusto & patri Licinia Eudoxia piissima & perpetua Augusta. Omnibus notum est, tuam mansuetudinem curam atque solicitudinem habere Christianorum & catholicæ fidei in tantum, ut iuberetis ad iniuriam eius nihil omnino faciendum. Cum igitur feliciter Romam fuissemus ingressi, & in liminibus basilicæ sanctissimi Petri uenissemus, Leo beatissimus Romanæ ciuitatis episcopus, etiam cum alijs plurimis episcopis postulationem nobis obtulit, dicens omne dogma religionis per Orientem fuisse turbatum, & accidisse, quatenus tota Christianorum fides ad confusionem omnem perduceretur. Nam Flauianum Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopum propter ini-

inimicitias

micitias Alexandrini episcopi ingemiscebat expulsum, & hoc cum aliis episcopis postulauit, protestans & ipsorum uenerabilium locorum cultum, & mansuetudinis nostræ salutem, quatenus ad tuam clementiam ex hac causa eas literas destinarem, domine sanctissime pater & adorabilis imperator. Salutans igitur iusta posco, quatenus his literis curam uestra tranquillitas præbere dignetur: & quæ male gesta sunt, emendari præcipiat, donec omnibus quæ etiam diffinita sunt, reuocatis ex integro, causa fidei & Christianæ religionis, quæ mota est, in partibus Italiæ congregato cōcilio, perquiratur. Scriptum est enim hinc omnem contentionem motam, quatenus Flauianus episcopus ex ecclesiasticis rebus potuisset auferri. D

EPISTOLA THEODOSII IMPERATORIS AD Valentinianum Imperatorem, in qua licet iniuste atque indebite commendantur & Ephesina synodus secunda prophana, & Flauiani archiepiscopi Constantinopolitani depositio.

Domino meo Valentiniano Augusto Theodosius. Et Romam peruenisse tuam mansuetudinem, & petitionem oblatam à Leone reuerendissimo patriarcha, in ipso principio literarum ex tua maiestate significatum est. E Et de tua quidem incolumi in Romanam urbem reuersione gratias competentes diuinæ maiestati reddimus, domine sanctissime fili & uenerabilis Imperator. De his autem quæ dixit memoratus reuerendissimus uir, indicatum est ad eundem latius atque plenius, (sicut arbitrati sumus) & cognouit nos in nulla parte à paterna religione & maiorum traditione resilisse. Nihil aliud uolumus, quàm sacramenta paterna per successionem nobis tradita, inuiolabiliter custodire. Propter hanc igitur causam, quoniam quosdam cognouimus sanctissimas ecclesias nocibili nouitate turbare, synodum decreuimus Ephesi fieri. In præsentia quippe reuerendissimorum episcoporum cum multa libertate & integra ueritate, & indigni sacerdotio remoti sunt, & qui iudicati sunt esse digni, suscepti sunt. Nihil igitur ab his contrarium regulæ fidei aut iustitiæ factum esse cognouimus. Omnis igitur contentio sacro iudicio examinata est. Flauianus autem qui reus inuentus est læsibilis nouitatis, debitum recepit. Et hoc remoto, omnis pax & omnis concordia regnat in ecclesiis, & nihil aliud quàm ueritas uiget.

EPISTOLA EIVSDEM AD GALLAM PLACIdiam Augustam, eadem scribens uel tractans, quæ & prior.

F

Dominæ meæ Placidiæ uenerabili Augustæ Theodosius. Ex literis tuæ mansuetudinis nostra cognouit serenitas, quid reuerendissimus patriarcha Leo à tua serenitate poposcerit. His itaque literis indicamus, quoniam de his quæ dicta à reuerendissimo episcopo, plenius atque apertius sæpius scriptum est. ex quibus sine dubitatione manifestum est, nihil nos præter paternam fidem aut dogmata diuina uel diffinitiones reuerendissimorum episcoporū, qui tam sub diuæ memoriæ Constantino in Nicea ciuitate, quàm dudum nostro præcepto in Epheso cōgregati sunt, definisse, aut decreuisse, aut intellexisse, sed hoc solū in Epheso cōstitui iussimus, ut omnes qui nocibili læsione ecclesias sanctas turbauerūt, digne remouerentur. Hæc sunt, quæ non ad refragationem, sed ad concordiam & purum uinculum adorandæ religionis à reuerendissimis presbyteris sunt decreta. Flauianus autem princeps contentionis huius, sacra sententia ab ecclesiasticis rebus expulsus est. Hæc igitur sciens tua mansuetudo, domina sacratissima mater & uenerabilis Augusta, nihil nos aliquando contrarium à tradita fide sentire, (sicut à quibusdam dicitur) suspicemini, aut cogitetis.

EPISTOLA EIVSDEM AD EVDOXIAM AVgustam. Eiusdem tenoris est, cuius duæ priores.

Dominæ

A D Ominæ meæ Eudoxiæ uenerabili Augustæ Theodosius. Semper equidem tui desiderij literis delectamur, ac tota animæ suauitate cõplectimur, & omnibus tuis petitionibus consueuimus gratanter annuere, domina sacratissima filia uenerabilis Augusta, sed de præsenti causa, hoc est, de Flauiano qui fuit episcopus, quæ in hac causa subsequuta sint, reuerendissimo archiepiscopo Leoni perfecte nostra mansuetudo significauit. Tuæ uero dulcedini hoc solum approbauimus intimandum, quia memoratus Flauianus sacro iudicio ab ecclesiasticis rebus ablatus est, quatenus totius dubietatis contentio à sacris remoueretur ecclesiis, & nihil ulterius post hæc definire possibile est, cum iam ista semel decisa sint.

EPISTOLA LEONIS PAPAE ET ROMANI CONcilij, ad clericos, & honorabiles, & omnem populum Constantinopolitanum.

LEo episcopus & sancta synodus, quæ in urbe Roma conuenit clero, honoratis, & plebi consistenti apud Constantinopolim dilectissimis filijs, in domino salutem. In notitiam nostram &c. Quærantur reliqua in epistolis Leonis papæ, epistola uigesimaprima.

EPISTOLA EIVSDEM ET ROMANI CONCILII AD archimandritas Constantinopolitanos.

B LEo episcopus & sancta synodus, quæ in Romana ciuitate collecta est, Fausto, Martino, Petro, Magno, & Eliæ presbyteris & archimandritis monasteriorum Constantinopolitanorum, dilectissimis filijs in domino salutem. Quamuis ea quæ ad Cõstantinopolitanam ecclesiam &c. Quærantur reliqua in epistolis Leonis papæ, epistola XXVI.

EPISTOLA VALENTINIANI ET MARCIANI AD ARchiepiscopum Romæ Leonem, & est inuitatoria pro Chalcedonensis concilij celebratione ad bonum fidei & pacis.

VIctores Valentinianus & Marcianus gloriosi triumphatores semper Augusti, Leoni reuerendissimo archiepiscopo gloriosæ ciuitatis Romæ. Ad hoc maximum imperium uenimus dei prouidentia & electione senatus excellentissimi cunctæq; militiæ. Vnde pro reuerenda & catholica religione *Christianæ fidei, cuius auxilijs uirtutem nostræ potentiæ confidimus gubernari, tuam sanctitatem principatum in episcopatu diuinæ fidei possidẽtem, sacris literis in principio iustum credimus alloquendam, inuitantes atq; rogantes, ut pro firmitate & statu nostri imperij, æternam diuinitatem tua sanctitas deprecetur, ut & tale propositum atq; desiderium habeamus, quatenus omni impio errore sublato per celebrandam synodum te autore, maxima pax circa omnes episcopos fidei catholicæ fiat, ab omni scelere pura & intemerata consistens. Actum Constantinopoli, consulatu domini Valentiniani perpetui Augusti.

* al. Christianorum

C

EPISTOLA PIISSIMI IMPERATORIS MARCIANI AD archiepiscopum Romæ Leonem, qua excitat illum, ut deliberet de concilio futuro, & de cõuenienti loco.

LEONI reuerendissimo episcopo ecclesiæ gloriosissimæ ciuitatis Romæ, Marcianus. De studio & oratione nostra, sanctitas tua non dubitat: quoniam ueram Christianorum religionem & apostolicam fidem firmam uolumus permanere, & ab omni populo pia mente seruari. Deniq; solicitudinem nostræ potentiæ ex recta religione & propiciatione saluatoris nostri consistere non ambigimus. Quapropter reuerendissimos uiros quos ad nostram pietatem sanctitas tua direxit, libenter & sicut decebat, animo grato suscepimus. Superest, ut si placuerit tuæ beatitudini in his partibus aduenire, & synodum celebrare, hoc facere religionis affectu dignetur. nostris utique desiderijs uestra sanctitas satisfaciet, & sacræ religioni quæ utilia sunt, decernet. Si uero hoc onerosum est, ut tu

ut tu ad has partes aduenias, hoc ipsum nobis proprijs literis tua sanctitas manifestet, quatenus in omnem Orientem & in ipsam Thraciam & Illyricum sacræ nostræ literæ dirigantur, ut ad quendam diffinitum locum, ubi nobis placuerit, omnes sanctissimi episcopi debeant conuenire, & quæ Christianorum religioni atque catholicæ fidei prosint, sicut sanctitas tua secũdum ecclesiasticas regulas diffiniuerit, sua dispositione declarent. D

Missæ sunt etiam diuinæ syllabæ à diuæ memoriæ Pulcheria ad eũdem uirum sanctissimũ, nunciantes deo amicissimum archiepiscopum Constantinopolitanum Anat' holium, omĩ errore seposito, epistolæ nuper missæ ad sanctæ memoriæ Flauianum, absque ulla mora subscripsisse, & sustinere iam, ut quædam synodus fieret in partibus Orientis, corpus uero eiusdem sanctæ memoriæ Flauiani Constantinopolim fuisse perductum, ut in basilica apostolorum sepeliretur. Episcopi etiam, qui unanimes erant sanctæ memoriæ Flauiano, & ad exilium fuerant destinati, & hos reuocandos fore, ut ad recipiendas ecclesias suas synodi sententiam sustinerent.

ἀνα•θλ ἀνα τολή

EPISTOLA PVLCHERIAE AVGVSTAE, AD sanctissimum archiepiscopum Romæ Leonem, qua Anatholij episcopi probitas commmendatur, & admonet fieri concilium maturum ac catholicum, & sepultura corporis sancti episcopi Flauiani condecẽs facta significatur.

E

LEONI reuerendissimo episcopo ecclesiæ gloriosæ ciuitatis Romæ, Pulcheria Augusta. Literas tuæ beatitudinis cum decenti omni omnem episcopum ueneratione suscepimus, per quas tuam fidem puram & talem cognouimus, qualis debet cum sanctitate sacro præberi templo. Ego uero similiter ac meus dominus tranquillissimus Imperator meus coniunx, in eadem semper & mansimus & manemus, omnem prauitatem atque pollutionem & maleficium declinantes. Sanctissimus igitur gloriosæ Constantinopolis episcopus Anatholius, in eadem fide permansit atque religione, & tuarum literarum apostolicam confessionem cõplectitur, illo errore sublato, qui ab aliquibus nunc ortus est, sicut ex eius quoque literis clarius tua sanctitas agnoscere poterit. Et epistolæ similiter catholicæ fidei, quã ad sanctæ memoriæ Flauianum episcopum tua beatitudo direxit, sine aliqua dilatione subscripsit. Et propterea tua reuerentia quocunque modo *prospexerit, significare dignetur, ut omnes etiam totius Orientis episcopi, Thraciæ atque Illyrici (sicut etiam nostro domino pijssimo Imperatori meo coniugi placuit) in unam ciuitatem uelociter ab Orientalibus partibus ualeant conuenire, & illic facto concilio, & de catholica confessione & de his episcopis qui ante hoc segregati sunt, sicut fides & Christiana pietas exigit, te autore decernant. Super hæc autem sciat tua sanctitas, quoniam præcepto nostri domini & tranquillissimi principis mei coniugis, in gloriosa ciuitate Constantinopoli sanctæ memoriæ episcopi Flauiani corpus allatum est, & in basilica apostolorum, in qua consueuerunt præcessores episcopi sepeliri, cõpetenter est positum. Et hos similiter episcopos qui propter eandem causam, quoniam cum sanctissimo Flauiano ad cõcordiam fidei catholicæ cõcurrerant, exilio deportati sunt, reuerti debere robore pragmatici sui præcepit, quatenus per approbationem synodi atque sententiam omnium episcoporum conuenientium, episcopatum & ecclesias proprias recipere decernantur.

al. ꝓspexerit

F

SACRAE LITERAE MISSAE A VALENTINIANO & Marciano ubique ad religiosos episcopos, quatenus omnes in Nicea conuenirent.

IMperatores Cæsares Valentinianus & Marcianus, uictores & triumphatores maximi, semper augusti, ad omnes ubique reuerendissimos episcopos. Omnia ad ueram fidem & Christianam orthodoxam religionem tendentia, præponenda alijs

A da alijs rebus existimamus. Deo enim propicio existente, & nostrũ imperium & communes causas meliores fore confidimus. Quia igitur dubitationes quædam circa orthodoxam fidem motæ sunt, sicut indicant & literæ sanctissimi archiepiscopi felicissimæ Romæ Leonis, placuit nobis proprie, sanctum concilium fieri in Nicea Bithyniæ ciuitate, quatenus cunctis concordantibus, ueritate examinata, & uacante omniũ studio, quo quidam iam abusi, religionem turbauerunt orthodoxam, uera ac saluberrima fides sic omni mundo manifestetur, ut de cætero omnis quæstio & dubitatio auferatur. Vnde tua sanctitas cum quantis approbauerit reuerendissimis episcopis sub suo sacerdotio constitutis, sanctarum ecclesiarum expertas habentibus diuinas scripturas, & in scientia & doctrina orthodoxæ & ueræ fidei præ cunctis eminentibus ad memoratam Nicenam ciuitatem proximis calendis Septembribus aduenire festinet. Quisquis enim generalem & omni mundo utilem futuram synodũ refutauerit, peccet equidem & circa diuinitatem ipsam, & pietatem nostram offendat. Agnoscat aũt & tua sanctitas, quoniam nostra pietas aderit in ipso concilio, nisi quædam publicæ & ineuitabiles curæ nos in expeditione fecerint occupari.

SIMILITER ALIAE SACRAE LITERAE EOrundem pijssimorum imperatorum ubiq; ad deo amicissimos episcopos.

B

VIctores Valentinianus & Marcianus gloriosi ac triumphatores semper Augusti. Omnibus rebus oportet præponi diuina. Deo enim omnipotente propicio consistente, ea quæ communis reipublicæ sunt, & custodiri & meliorari confidimus. Quoniam igitur dubietates quædam circa orthodoxam religionem nostram factæ uidentur, sicut etiam epistola religiosissimi episcopi gloriosæ ciuitatis Romæ Leonis ostendit, hoc proprie nostræ mansuetudini placuit, ut secundum concilium in Nicena ciuitate prouinciæ Bithyniæ celebretur, quatenus conuenientibus rationibus & omni ueritate perscrutata, & ablatis de medio studijs, quibus dudum quidam abutentes, sanctam & orthodoxam perturbauere religionem, uera fides nostra in omni tempore clarius agnoscatur, ut de cætero nulla possit esse dubitatio siue discordia. Vnde tua sanctitas cum quibus ei placuerit religiosissimis episcopis, & quos ex ecclesiis sub cura tui sacerdotij constitutis, fidedignos & ad orthodoxæ religionis doctrinam præparatos esse probauerit, ad prædictam Nicenam ciuitatem intra diem calendarum Septembrium uenire festinet. Nouerit enim tua religio, & nostram pietatem affuturam uenerando concilio, nisi forte quædã utilitates publicæ in expeditione nos occupauerint. Deus te custodiat per multos annos, sanctissime & uenerabilis pater. Datum decimo calendas Iunij Constantinopoli, cõsulatu domini Marciani perpetui Augusti primo, & qui fuerit nunciatus.

al. dignitati

C

SACRAE LITERAE EMISSAE AD SYNOdum in Niceã à Valentiniano & Marciano imperatoribus.

STudij nostri est, congruenter decerni ea, quæ sanctæ & orthodoxæ religionis existunt, quatenus omnis ambiguitas perimatur, & decens pax sanctissimis & catholicis reddatur ecclesiis. Hoc enim omnibus rebus præponendum existimamus. Quia igitur uoluimus interesse sancto concilio, retinent uero nos publicæ & necessariæ utilitates in expeditione, dignetur uestra religio non arbitrari graue, nostræ tranquillitatis absentiam sustinere, sed orare, quatenus ea quæ inter manus habemus, deo auxiliante bene disponentes, illuc uenire possimus, ut nostra pietate præsente decernantur, quæ omnem discordiam quæstionemq; submoueant, & confirmẽt ueram ac uenerandam orthodoxorum fidem.

Nicena synodus tpe Leonis papæ, quę fuit secunda in ea ciuitate

SACRAE LITERAE MISSAE A PIISSIMA ET Christianissima Augusta Pulcheria ad consulare Bithyniæ Strategũ, ut curam haberet circa disciplinam synodi phibendam, anteq̃ placuisset de Nicea ad Chalcedonem mutari concilium.

INtentio nostræ tranqllitatis est, ante ciuiles causas sanctas Christi ecclesias, eisq; dicatos, in pace consistere, & orthodoxam fidem quam continere iudicamus imperium, impertubatam & immotam ab omni hominum genere custodiri. Vnde dudum praua quadam emergēte discordia, multam curam habuimus, ut undique multitudo sanctorum episcoporum simul cōgregaretur in Nicea, quatenus uniuersorum concordia, omnis turba de medio tolleretur, & in futuro firma & immobilis fides uenerabilis præualeret. Quia ergo secundum nostram sanctionem reuerēdissimi quidem episcopi uniuersi conuenerunt, *sustinentes potestatis nostræ præsentiam, quæ non post multum deo cooperante aderit, quidam autem (sicut agnouimus) cum sint soliti conturbare & confundere deo placitam disciplinam, superuenientes in Nicea clerici ac monachi atq; laici, tumultus facere tentant, cōtendentes absq; his quæ nobis placuerunt, necessarie has pias literas ad tuam direximus claritatem, quatenus cum omni uirtute eos qui præter nostram euocationem aut permissionem suorū episcoporum ibidem commorantur, clericos, siue intra hunc ordinem cōstitutos, siue aliqui eorum à proprijs episcopis sunt remoti, uel monachos atq; laicos, quos nulla ratio ad concilium uocat, omnimodo debeas de ciuitate & ipsis locis expellere, ut cum omni disciplina cōsidēte sancta synodo, sine aliqua cōmotione atq; contentione quæ à dño Christo reuelata fuerint, communiter ab omnibus cōfirmentur. Scito enim, quia si quis de cætero inuentus fuerit tumultuosus ibidem commorari, aut ante præsentiam nostræ tranquillitatis, aut certe post p̄sentiā, non fortuitū sibi imminere periculū.

al. expectātes

D

E

SACRAE LITERAE MISSAE SANCTO concilio, quod in Nicea secundo concurrerat, ut deberet Chalcedonem migrare.

VIctores Valentinianus & Marcianus gloriosi ac triūphatores maximi semper Augusti, deo amabili synodo.* Festinantes ad sanctum uenire concilium, retinuit nos causa publicarum & nimis necessariarum reꝝ. Cognouimus autem ex his quæ à uestra sanctitate scripta sunt, quoniam plurimi uestrum propter corporis infirmitatem aliasq; diuersas causas laborant. Vnde licet plurimarum publicarum causarum nobis sit hic remorandi necessitas, tamen præponendam omnibus curam sanctæ & orthodoxæ fidei iudicamus. A reuerendissimo nanq; Leone archiepiscopo felicissimæ urbis Romæ, reuerendi episcopi & presbyteri uenerunt, & poposcerunt à nostra tranquillitate, quatenus omni modo nos adesse debeamus sancto concilio, affirmantes quoniam non paterentur illi absente nostra pietate uenire. Secundum petitionem uero uestræ sanctitatis, nos ipsi ualde quærentes uelociter sanctissimum uestrum concilium celebrari, festinamus ad uos citius aduenire. Vnde si p̄spicit uestra religio, in Chalcedonensium ciuitatem uenire dignemini. illic enim p̄curremus, licet hic nos publicæ causæ retineant: quoniam quæ prosint ueræ & orthodoxæ fidei, & paci & disciplinæ sanctarum catholicarum ecclesiarū, omnibus arbitramur esse præponenda, nec dubitamus quin etiam uestræ sanctitati hoc placebit. Ne etiam angustia ciuitatis amplius uos faciat laborare, & absente nostra trāquillitate, sanctum cōcilium longius protrahatur, orare ergo dignemini pro nostro imperio, quatenus & hostes subditi nobis efficiantur, & pax in uniuerso orbe firmetur, & Romanæ res secure consistant, quod etiā nunc uos facere iudicamus. Deus uos custodiat per multos annos sanctissimi.

al. Cum festinaremus

F

EXEMPLAR SIMILITER IMPERIALIUM literarū, quæ Niceā missæ sunt sc̄tō concilio, dū adhuc p̄ijssimus imperator in Thracia resideret, ut deberet indilate Chalcedonē migrare.

IMperatores Valentinianus & Marcianus uictores semper Augusti, sancto concilio quod Niceæ per dei uoluntatem nostra sanctione collectum est. Dudum quidem & per alias diuinas nostras literas indicauimus uestræ religioni, quatenus in Chalcedonensium ciuitatem ueniretis, ut ea quæ de sancta & orthodoxa

fide

fide à sanctis patribus nostris sunt diffinita, confirmaretis, ne diutius orthodoxorum multitudo diuersis modis errãdo seduceretur, sed ut omnes dominum nostrum & saluatorem Christum (sicut congruit, & sicut sanctissimi patres nostri decreuerunt) confiteantur. Nos enim propter feruentissimum fidei zelum publicarum rerum necessarias utilitates in præsenti distulimus, multum desiderantes ea, quæ orthodoxæ & ueræ sunt fidei, tranquillitatis nostræ præsentia confirmari. Nam ea quæ in Illyrico contigerunt, & ad uestras aures peruenisse confidimus, quæ licet dei uoluntate competenti uindicta contigerint, tamen publicarum rerum utilitas exigebat ad Illyricũ nostræ tranquillitatis profectionem. Sed quoniam (sicut prædictum est) nihil orthodoxæ fidei, & ut hæc roboretur, præponendum esse iudicamus, propterea huic quidem expeditioni interim supersedemus. Et nunc proprie uestram uenerationem ꝑ has nostras sacratissimas literas adhortamur, q̃tenus sine ulla dilatiõe accedatis Chalcedonensium ciuitatem, quoniam Attico diacono regiæ ciuitatis sanctissimæ & catholicæ ecclesiæ referente nostræ tranquillitati, cognouimus uestram sanctitatem formidare, ne forte Eutychetis sectatores aut alter aliqs seditiones aut tumultus aliquos præparare pertẽtent. Qua gratia significamus uobis, ut prædictã causam nullatenus formidantes, adueniatis in Chalcedonensium ciuitatem. Speramus enim de dei clemẽtia, quia præter aliquam turbam atq; tumultum omnibus, secundum orthodoxam & ueram fidem iuste & deo placite constitutis, unusquisq; uestrũ ad propria sub celeritate reuertetur. Festinate itaq; aduenire, & nullam dilationem negocio facere, ne per uestram segnitiem dilationem habeat inuentio ueritatis. Nobis enim studium est, diuinitate propicia, prosperum finem accipiente causa, uelociter iterum ad expeditionem felicissimam remeare. Deus uos custodiat per multos annos, sanctissimi & deo amantissimi patres. Datum decimo calendas Octobris Heracleæ.

Finis eorum, quæ ante Chalcedonense concilium gesta sunt.

SYNODVS CHALCEDONENSIS SEXCENTORVM TRIGINta episcoporum, habita contra omnes hæreses, maxime contra Eutychem & Dioscorum, Valentiniano septies & Auieno uiris clarissimis consulibus, Era. CCCC. LXXXVIII.

SYNODI CHALCEDONENSIS ACIO PRIMA.

IN nomine domini nostri Iesu Christi consulatu piissimi & amatoris Christi imperatoris Flauij Marciani perpetuo Augusti, & qui fuerit nunciatus sub die octauo idus Octobris, indictione quarta, in Chalcedonẽ. ciuitate metropoli ꝓuinciæ Bithyniæ, facta est synodus ex decreto piissimorum & fidelissimorum imperatorũ Valentiniani & Marciani, cõgregatis in ecclesia sanctæ ac triumphatricis martyris Euphemiæ gloriosissimis iudicibus, id est, magnificentissimo & gloriosissimo magistro militum & exconsule ordinario ac patricio Anatholio, & magnificentissimo & gloriosissimo præfecto sacrorum prætoriorum Palladio, & magnificentissimo & gloriosissimo præfecto urbis Taciano, & magnificentissimo & gloriosissimo magistro sacrorum officiorum Vincomalo, & magnificẽtissimo & gloriosissimo exmagistro Martiali, & magnificẽtissimo comite de-

al. rerũ priuatarum

uotiſſimorum domeſticorum Sporatio,& magnificentiſſimo comite * ſacrorum priuatorum Genethlio. Appoſitis etiam ex glorioſo & ampliſſimo ſenatu, id eſt, magnificentiſſimo & glorioſiſſimo expræfecto prætorij ſexies, & exconſule ordinario ac patricio Florentio. & magnificentiſſimo & glorioſiſſimo exconſule ordinario & patricio Senatore, & magnificentiſſimo & glorioſiſſimo exmagiſtro officiorum, & exconſule ordinario ac patricio Nonio. & magnificentiſſimo & glorioſiſſimo expræfecto & exconſule ordinario ac patricio Protogene. & magnificentiſſimo & glorioſiſſimo expræfecto Zoilo, & magnificentiſſimo & glorioſiſſimo expræfecto urbis Theodoro, & magnific. & glorioſiſſimo expræfecto urbis Apollonio, & magnificentiſſimo & glorioſiſſimo expræpoſito ſacri cubiculi Romano, & magnificentiſſimo & glorioſiſſimo expræfecto Illyrici Theodoro, & magnificẽtiſſimo & glorioſiſſimo expræfecto prætoriorum Conſtantino, & magnificentiſſimo & glorioſiſſimo expræpoſito ſacri cubiculi Artaxerxe, & magnificentiſſimo & glorioſiſſimo expræfecto Illyrici Eulogio. Conueniente etiam ſancto & uniuerſali concilio ſecundum ſacram p̃ceptionem in Chalcedonenſi urbe congregato, id eſt, Paſchaſino & Lucentio reuerendiſſimis epiſcopis, & Bonifacio religioſiſſimo presbytero, tenentibus locum ſanctiſſimi & reuerendiſſimi archiepiſcopi almæ urbis Romæ Leonis: & Anatholio reuerẽdiſſimo epiſcopo inclytæ urbis Conſtantinopolitanæ nouæ Romæ, & Dioſcoro reuerendiſſimo epiſcopo magnæ Alexandrinæ ciuitatis, & reliquis ſanctiſſimis & religioſiſſimis epiſcopis, id eſt, Maximo Antiochiæ Syriæ, Iuuenali Hieroſolymæ, Quintillo Heracleæ Macedoniæ, agente uices Anaſtaſii epiſcopi Theſſalonicenſis, Thalaſſio Cæſareæ Cappadociæ, Stephano Epheſi, Luciano Byziæ, & agente uices Cyriaci epiſcopi Heracleæ Thraciæ, Euſebio Ancyræ Galatiæ, Diogene Cyzici, Eleutherio Chalcedonæ, Petro Corinthi, Baſilio Seleuciæ metropolis Iſauriæ prouinciæ, Florentio Sardæorũ Lydiæ metropolis, Amphilochio Sidenæ ciuitatis metropolis Pamphyliæ p̃uinciæ, Eunomio Nicomediæ metropolitanæ ciuitatis, Theodoro Tarſeñ. ciuitatis metropolis Ciliciæ prouinciæ, Euſebio & Conſtantio presbytero, agentibꝰ uicem Anaſtaſii epiſcopi Niceæ, Iuliano ciuitatis Coenſis, & ipſo agente uicem ſedis apoſtolicæ priſcæ urbis Romæ Leonis, Meletio ciuitatis Lariſſenæ ſanctæ eccleſiæ, & agente uicem Domni epiſcopi Apamiæ metropolis Syriæ ſecundæ, Cyro Anazarbi ciuitatis metropolis Ciliciæ ſecundæ, Conſtãtino Boſtrenæ ciuitatis metropolis Arabiæ, Photio Tyri ciuitatis metropolis Phœnicis maritimæ, Theodoro Damaſcenæ ciuitatis metropolis, Stephano Hierapolis ciuitatis primæ Syriæ, Nomio Edeſæ ciuitatis primæ Syriæ, Simeone Almedenæ ciuitatis metropolis Meſopotamiæ, Epiphanio epiſcopo & agente uices Olympij epiſcopi Conſtantiæ Meſopotamiæ, al. ciuitatis metropolis inſulæ Cypri, Ioanne Sebaſtiæ ciuitatis metropolis primæ Armeniæ, Seleuco Amaſiæ ciuitatis metropolitanæ, Conſtantino Melitenæ ciuitatis metropolis Armeniæ, Patricio Tyanæ ciuitatis metropolis Cappadociæ ſecundæ, Petro Gangræ ciuitatis metropolis Galatiæ ſecundæ, Ioanne Chryſopolis al. Cyropolis, Apragmonio Tij ciuitatis, agente uices Calogeri epiſcopi ciuitatis metropolis Claudiopolis Ponticæ Honoriadis, Atharbio Trapezuntis ciuitatis, agente uices Theoctiſti epiſcopi Peſſinuntis ciuitatis metropolis Ponti Galatiæ ſecũdæ, Romano Myreñ. ciuitatis metropolis Lyciæ p̃uin. Critoniano Aphrodiſiadis ciuitatis metro. Cariæ, Nunechio Laodiceæ ciuit. metropo. Phrygiæ Pacatianæ Trimitariæ, Marmiano Synnadæ ciuit. metro. Phrygiæ Pacatianæ, Oneſiphoro Iconij ciui. metro. Lycaoniæ, Pergamio Antiochiæ ciuit. metro. Piſidiæ Phrygiæ Salutariæ p̃uin. Epiphanio Pergæ ciuit. metro. Pãphyliæ p̃uinciæ, Iordano Abilæ Syriæ, Attico Nicopolis ciuitatis metropolis ueteris Epiri, Martyrio Gortynæ al. Cortynæ ciuita. Cretæ inſulæ, Luca Dyrrhachij ciuitatis metropolis nouæ Epiri, Francione Philippopolis ciuitatis metropo. Thraciæ prouinciæ, Conſtantino Demetriadis Theſſaliæ, agẽte uices Vigilãtij epiſcopi Lariſſæ ciuitatis Theſſaliæ, Sebaſtiano Beroeæ ciuitatis, Baſilio Traianopolis ſanctæ eccleſiæ ciuitatis metropolis Rhodopæ p̃uinciæ, Tryphone Chij

A ne Chij insulæ ciuitatis, agente uices Ioannis episcopi metropolis insulæ Rhodi, Theoctisto Berroæ ciuitatis Syriæ, Eusebio Dorylei ciuitatis Phrygiæ Salutariæ prouinciæ, Gerontio Seleuciæ ciuitatis Syriæ, Saba Paltos ciuitatis primæ Syriæ, Eusebio presbytero, agente uices Macarij epi Laodiceæ ciuitatis Syriæ, Olympio Aratopolis Phœniciæ puinciæ, Petro Gabalæ ciuitatis Syriæ, Sophronio Constãtiæ ciuitatis, Patricio Neocæsariæ ciuitatis Augustæ Eufratesiæ prouinciæ, Mara Anasarthæ ciuitatis, Romulo Chalcidis ciuitatis, Eustachio Beryti ciuitatis Phœnicis maritimæ, Leontio Ascalonæ ciuitatis Palæstinæ, Aniano Capitoliadis ciuitatis, Zebenno Pellæ ciuitatis, Ioãne Tiberiadis ciuitatis, Antiocho Archelaidis ciuitatis Palæstinæ, Beryllo Alalæ al. Aliæ ciuitatis, Areta Elusæ ciuitatis Palæstinæ secundæ, Musonio * Zoaræ Palæstinæ secũdæ, Rufino Bybli ciuitatis Phœnicis maritimæ, Pancratio Libyadis ciuitatis, Zozymo Minoidis ciuitatis, Polychronio Antipatridis ciuitatis, Ioanne Gadaræ ciuitatis Palæstinæ secundæ, Paulo Anthedonis ciuitatis, Photino Lydæ ciuitatis, Heraclio Azoti ciuitatis, Glycon Cæsariensi per Zozymum Minoidam, Martiano Gerræ ciuitatis, Stephano Iamniæ ciuitatis Palæstinæ, Epicteto Diocletianopolis ciuitatis, Romano Eudoxiupolis, id est, Selymbriæ ciuitatis Thraciæ prouinciæ, Theodoro Claudiupolis ciuitatis Isauriæ prouinciæ, Iuliano Celẽderitis ciuitatis Isauriæ,

al. Sigor
al. Segor
al. Sigartæ

B Tyranno Germanicopolis ciuitatis Isauriæ, Ioanne Diocæsareæ ciuitatis, Acatio Antiochiæ ciuitatis, Eliano Selenuntis ciuitatis, Epiphanio Cestriæ ciuitatis, Gaio Aegeorũ ciuitatis, Ammonio Iotapæ ciuitatis, Megalo Philadelphiæ ciuitatis, Marco Arethusæ ciuitatis Syriæ secundæ, Timotheo Balaneorum ciuitatis Syriæ secundæ, Eusebio Seleucobeli al. Seleucouallæ ciuitatis, Eutychiano Epiphaniæ ciuitatis Syriæ secundæ, Paulo Mariammæ ciuitatis Syriæ secundæ, Lampadio Rhaphaneorum ciuitatis Syriæ secundæ, Alexandro Sebastæ ciuitatis sanctæ ecclesiæ Tarsi Ciliciæ, Philippo Adanæ ciuitatis, Hypacio Zephyrij ciuitatis, Theodoro Augustæ ciuitatis, Chrysippo Malli ciuitatis, Iuliano Rhosi ciuitatis, Polychronio Epiphaniæ ciuitatis Ciliciæ secundæ, Ioanne Flauiadis ciuitatis Ciliciæ, Indimo Hirinupolis ciuitatis Ciliciæ secundæ, al. Irinopolis, Proclo Adranæ ciuitatis, Sophronio chorepiscopo, agente uices Bassiani Mopsiestiæ ciuitatis, Leomandito Antiochiæ Ciliciæ uel Isauriæ, Eulogio Philadelphiæ ciuitatis metropolis Arabiæ puinciæ, Theodosio Cauothæi ciuitatis, Hormisda Philippopolis Arabiæ, Damiano Sidonis ciuitatis, Theodoro Tripolis ciuitatis Phœniciæ primæ prouinciæ, Olympio Paneadis ciuitatis, Paulus Ptolemaidis ciuitatis, Paulo Aradi ciuitatis, Thoma Porphyrionis ciuitatis, Porphyrio Botrorũ ciuitatis, Phosphoro Orthosiadis ciuitatis Syriæ, Ioseph He-

C liopolis ciuitatis Phœnicis Libani, Porphyrio archidiacono agente uices Vranij episcopi Emisæ ciuitatis Phœnicis Libani, Mara Vrimorũ ciuitatis, Valerio Laodiceæ ciuitatis Phœnicis, Thoma Euromæ ciuitatis Phœnicis, Rufino Samosatæ ciuitatis, Ioanne Germaniciæ ciuitatis, Eufrate al. Eupholdis ciuitatis, Timotheo Dolichis insulæ ciuitatis, Euoltio Zeugmatis ciuitatis, Athanasio Pari insulæ ciuitatis, Zebenno Martyropolis ciuitatis, Ioanne Carræ ciuitatis, Abraamio Castricircensis *forte Castricornelienfis, Ioanne Sarracenorum gentis, Noe Cephacastelli, *forte Cephaleniæ insulæ, Hieraco Asinæ ciuitatis, Sabino Deli insulæ ciuitatis, Apollonio Taneæ ciuitatis, Irone Tenissæ al. Thenæ ciuitatis, al. Teniæ ciuitatis, Athanasio Busiridis ciuitatis Tripolis Aegypti prouinciæ, Pasmeio Pralai ciuitatis, Isidoro Sethroiorum ciuitatis, Theophilo Cleopatridis (quæ & Arsinoe) ciuitatis, Theodolo Ticeliæ Pentapolis ciuitatis, Ianuario Leontos ciuitatis, Ioanne Pselchis ciuitatis, Auxonio Sebennitæ ciuitatis, Eulogio Athribis ciuitatis, Esaia Herinupolis minoris ciuitatis, Nestorio Phanagoriæ ciuitatis, Theophilo Erythræ ciuitatis, Macario Caballenæ ciuitatis, Callinico Apamiæ Bithyniæ ciuitatis, Leucadio Thinniẽsis insulæ ciuitatis, al. Ptiusæ ciuitatis, Ioanne Polemonij ciuitatis, Gratidiano Cerassuntis ciuitatis, Iuliano Tabiæ ciuitatis, al. forte Dablis ciuitatis, Meliphthongo Iuliopolis ciuitatis, Hyperitio Asponensis ciuitatis, Acatio Cinos ciuitatis, al. Cinnæ ciuitatis, Euphrasio Laganiæ

ciuitatis al. forte Lagiæ, Cecropio Sebastopolis ciuitatis, Ioanne Nicopolis ciuitatis Armeniæ primæ, Attico Zelorum ciuitatis, Dorotheo presbytero, tenente locum Anatholij episcopi Satalorum ciuitatis, Daniele Macedonopolis, Antiocho Sinopæ ciuitatis, Heraclio Comanorum ciuitatis, Euchario diacono tenente locum Paralij episcopi Andrapæ ciuitatis Hellesponti, Damiano Callinicopolis, Paulo presbytero agēte uices Vranij episcopi Himerorum ciuitatis, Olympio Prusiadensi, Adelphio chorepiscopo agente uices Adoli episcopi Arabissi ciuitatis, Marciano Stephanorū, Euphronio presbytero agente uices Domni episcopi Cocusi ciuitatis, Marciano Iluæ, Otreio presbytero agente uices Ioannis episcopi Arcæ ciuitatis, Musonio Brimenæ, al. Belminæ, Theodosio Nazianzi ciuitatis Cappadociæ secundæ, Aristomacho Colonæ ciuitatis Cappadociæ secundæ prouinciæ, Reno Iunopolis ciuitatis, Theodoro Heracleæ ciuitatis Ponti ꝓuinciæ, Epiphanio presbytero agente uices Etherici episcopi Pompeiopolis ciuitatis, Philotimo presbytero agente uices Themistij episcopi Amastridis ciuitatis Ponti ꝓuinciæ, Eulogio presbytero, agente uices Genethlij Cratiæ ciuitatis, Pelagio presbytero agente uices Theophili episcopi Adrianupolis ciuitatis, Helpidio Thermensis mãsionis, Aquilas Eudoxiadis ciuitatis, Chrysippo presbytero agente uices Cyriaci episcopi Trogmadorum ciuitatis sanctæ ecclesiæ dei, Longino Orchisti ciuitatis, al. Oresteñ. Docimasio Maroneæ ciuitatis Rhodopæ Thraciæ sanctæ ecclesiæ dei, Sereno Maximianopolis ciuitatis Rhodopæ, Etherico Smyrnæ ciuitatis Asiæ, Eusebio Clazomenæ ciuitatis, Cyriaco Egaræ ciuitatis Asiæ, al Aegeæ, Mania Amnitēsis, forte Antimoeñ. ciuitatis, uel Itonaneñ. ciuitatis, Leontio Magnesiæ Mæandri ciuitatis, Quinto Phociensis ciuitatis, Proclo Argissæ ciuitatis, Thoma Alalcomenæ ciuitatis, Olympio Theodosiupolis ciuitatis, Philippo Nouæ aulæ uel Theodosiupolis ciuitatis, Rufino Brullenæ ciuitatis, Marcellino Metropolis ciuitatis, Esaia Elaitanæ al. Eleæ ciuitatis, Paulino Theodosiupolis Asiæ ꝓuinciæ, Iuliano Hypepæ ciuitatis, Hesperio Pitanæ ciuitatis, Protherio Myrrhenæ ciuitatis Asiæ prouinciæ, Basilico al. Basilio Paleaspolis al. Palescepsis ciuitatis, Mæonio Nysæ ciuitatis Asiæ prouinciæ, Petro Dardani ciuitatis Hellesponti prouinciæ, Thalassio Parij ciuitatis Hellesponti prouinciæ, Dauid Adrianæ al. Andrianæ ciuitatis Hellesponti, al. Anderæ, Eulalio Pioniæ ciuitatis Hellesponti prouinciæ, Pionio Troadæ ciuitatis Hellespōti prouinciæ, Stephano Prymnesiæ ciuitatis Hellespōti prouinciæ, Theosebio Ilij Hellesponti prouinciæ, Hermia Abydi ciuitatis sanctæ ecclesiæ dei Hellesponti, Daniele Lampsaci ciuitatis, Patricio Adrianuterorum sanctæ ecclesiæ dei Hellesponti prouinciæ, Menecrate Caryssorum ciuitatis Lydiæ prouinciæ, Paulo Tlosorum ciuitatis, Cossinio Hierocæsareæ ciuitatis Lydiæ, agente uices Andreæ episcopi Sectoriorū Lydiæ prouinciæ, Helia Bleandri ciuitatis, Polycarpo Cabalæ ciuitatis Lydiæ prouinciæ, Patricio Cresseñ. ciui. Paulo Tripolis ciuitatis Lydiæ prouinciæ, Amachio Septoriorū ciuitatis Lydiæ prouin. Leucio Apollinis fani uel templi ciuitatis, Gemello Stratonicæ ciuitatis, Alchimede Silandi ciuitatis Lydiæ prouinciæ al. Calnidæ Lyciæ prouin. Dionysio Attaliæ ciuitatis Lydiæ, * forte Lyciæ, Nicolao Aciassenæ ciuitatis, agente uices Stephani episcopi Lymiræ ciuitatis Lyciæ, Zenodoto Telmessenæ ciuitatis & Eniandos ciuitatis ac Ioniæ sanctæ ecclesiæ dei, Frontone Phaselidis ciuitatis, Philippo Liburnæ ciuitatis, al. forte Lyrnesi, Natriniano Pompeiopolis Ciliciæ, Mampreto Titiopolis Ciliciæ secūdæ uel Isauriæ, Ioanne Chrysopolis al. Cyropolis Arabiæ, Theodoro Antiphelli ciuitatis, Leontio Araxi ciuitatis Lyciæ, Antipatro Cauni ciuitatis Lyciæ, Andrea Dædalorum ciuitatis, al. Ceœorū ciuitatis, Romano Buboneorum ciuitatis, Nicea Megaræ ciuitatis Helladis prouinciæ, Athanasio Opuntenæ ciuitatis Achaiæ & Helladis, Domnino Plateæ ciuitatis Helladis prouin. Onesimo Argorum ciuitatis Helladis, Marco Euriæ al. Euiæ ciuitatis, Peregrino Phœnicæ ciuitatis Helladis, Eutychio Adrianopolis ciuitatis ueteris Epiri, Claudio Anchiaxi ueteris Epiri ciuitatis, Soterico Corcyræ ciuitatis ueteris Epiri, Dionysio Antiochiæ ciuitatis Cariæ Pisidiæ prouin-

A prouinciæ, Ioanne Alnidenæ ciuitatis Cariæ prouinciæ, Flacillo Affi ciuitatis, Papia Erezorum al. Ereſſorum ciuitatis, Dionyſio Heracleæ ciuitatis Lynceſtidum, Menandro Heracleæ ciuitatis Latinos, al. Salmacis Cariæ, Eupythio Stratonicæ ciuitatis Cariæ (forte Macedoniæ, al. tamen in uno loco huius cōcilij additur Lydiæ) Ioanne Amyzonis ciuitatis Cariæ, Tynchanio Apolloniadis ciuitatis Cariæ, Theodoreto Alabandorum ciuitatis Cariæ, Ioanne Cnidi, al. Gnidi ciuitatis Cariæ, Daniele Cadi ciuitatis eccleſiæ ſanctæ dei, Iuliano presbytero, agente uices Calandionis epiſcopi ciuitatis Halycarnaſſi, Macario Enos Thraciæ, Paulo Ariſtij ciuitatis, Eulalio Silbij ciuitatis, Chariton Dionyſiopolis ciuitatis, Ioanne Trapezopolis ciuitatis, Gennadio Acnioniorum ciuitatis Phrygiæ Pacatianæ prouinciæ, Thoma Theodoſiopolis ciuitatis Phrygiæ Pacatianæ prouin. Gennadio Moſinnorum ciuitatis, Euandro Diocliæ ciuitatis, Gerontio Baſilianupolis ciuitatis, Alphio Myndi ciuitatis Cariæ, Theoctiſto presbytero agente uices Diogenis epiſcopi Orthoſiæ ciuitatis Cariæ, Theoctiſto presbytero agente uices Zotici epiſcopi Arpaſæ ciuitatis, Miro Euladris ciuitatis, Luciano Ipſenſis, al. Iſpenſis ciuitatis Phrygiæ, Philippo Lyſiadis ciuitatis, Epiphanio Midañ. ciuitatis, Abertio Hierapolis ciuitatis Phrygiæ, Cyriaco Eucarpiæ ciuitatis, Euſtochio Docimei ciuitatis Phrygiæ, Aquila Androſiorum ciuitatis, Baſilio Nacoliæ ciuitatis, Strategio Polydororum ciuitatis Phrygiæ, Neoptolemo Corneñ. ciuitatis, Paulo Derbæ ciuitatis Phrygiæ, Plutarcho Lyſtris ciuitatis, Rufo Hydæ ciuitatis, Eugenio Cannorum ciuitatis, Tyranno Homonadorum ciuitatis, Acholio Larandæ ciuitatis, Eutropio Adadæ ciuitatis, Paulo Philomelij ciuitatis, Paulino Apamiæ ciuitatis Piſidiæ prouinciæ, Theotecno Tyri ciuitatis, Eortitio Nicopolis metropolis ciuitatis Piſidiæ prouinciæ, Cyro Syniandi ciuitatis, Libanio Parij, al. Pariliconiæ ciuitatis, Alexādro Seleuciæ ciuitatis Piſidiæ, Olympio Sozopolis Hemi montis ciuitatis Piſidiæ puinciæ, Fonteiano Sagalaſſi ciuitatis, Baſſona Neapolis ciuitatis, Adilo chorepiſcopo tenente locum Meſſalini epiſcopi Laodiceæ ciuitatis, Florentio Adrianopolis ciuitatis, Muſonio, al. Maiano Lymeroℽ ciuitatis, Euelpiſto chorepiſcopo agente uices Florentij epiſcopi ciuitatis Inſulæ Tenediempori Helleſponti & Lydorum, al. Lycorum, Sotere Theodoſianæ ciuitatis, agente uices Heliodori epiſcopi Amathuntis ciuit. & pro Echio epiſcopo Arſinoæ ciuitatis, Epaphrodito Tamaſſij ciuit. epiſcopi agente uices & Didymi epiſcopi Lapethos ciuitatis, Dionyſio diacono agente uices Photini epiſcopi Chrytrorum ciuitatis, Ioanne Meſſenæ ciuitatis prouinciæ Achaiæ & Helladis, Ophelimo Tegeæ ciuit. Helladis, Hireneo Nanpacti ciuitatis Helladis, Cyrillo Subriti ciuitatis, Gennadio Gnoſi ciuitatis, Demetrio Lappæ ciuitatis, Euphrate Eleuternæ ciuit. Cretæ prouinciæ, agente uices & Pauli epiſcopi Cantari, al. Chameræ uel Candiæ ciuitatis, Zozonte Philippi ciuitatis Macedoniæ, Euſebio Topiris ciuitatis Macedoniæ primæ puinciæ, Maximino Serres, al. Derres ciuitatis, al. Scyros ciuitatis primæ Macedoniæ prouinciæ, Nicolao Stoborum ciuitatis Macedoniæ ſecundæ prouinciæ, Dardanio Bargalæ, al. Bargylæ ciuitatis, Ioanne Parethenopolis ciuitatis Macedoniæ primæ prouinciæ, Honorato Thaſſos ciuitatis inſulæ Helladis prouinciæ, Theophilo Orei ciuitatis, al. Ariaſſi, Neone ciuitatis Pſillij, Diodoto Lyſimachiorum ciuitatis, al. Lyſimiæ ciuitatis, Mara Cordiluſorum ciuitatis, Marcellino Iſidis, al. Iſundis ciuitatis, Eugenio Cotenorũ ciuitatis, al. Cochenorum ciuitatis, Macedone Magidis ciuitatis, Eudoxio Etennorũ ciuitatis, Marcellino Cariſſorũ, Obrimo Coraceſii ciuitatis, Petro Echineorum ciuitatis, Euſtachio gentis Saracenorũ, Aurelio Adrumetino, Ruſtico Aphro, trecentis ſanctiſſimis & reuerendiſſimis epiſcopis. Ecce aduenientibus omnibus ante cancellos ſancti altaris cum magnificentiſſimo & eximio ſenatu, adueniente etiam pijſſimo imperatore Marciano in ſupradicta ſanctiſſima baſilica, præſente etiã zelo diuino & calore fidei accenſa pijſſima & fideliſſima regina Auguſta Pulcheria, ſanctã ſynodum allocutus eſt hæc: Cum primũ per electionem in regnum de ſecreto dei prouecti ſumus, inter tantas publicas utilitates nullum magis nos conſtrinxit negocium, quàm

Oratio Marciani imperatoris

tectam

rectam & ueram fidem Christianorum, quæ sancta & ueneranda consistit, indubitatā omnibus declarare. Manifestum est enim, quod ex auaritia uel uano studio hi, qui p̄cedentibus temporibus diuersa sapuerunt, & docuerunt populum, prout eis placuit, non prout conuenit, neq; quod ueritas aut doctrina patrum exquirit, multi ad errorē seducti sunt. Vnde ut sanctam synodum ad istam ferre perfectionem properemus, laborem uobis arbitrati sumus imponere, ut omni errore caliginis deterso, secundū q̄d ipsa diuinitas hominibus se fieri manifestam esse uoluit, ut patrum demonstrauit doctrina, sic fides nostra, quæ pura & sancta consistit, in omnium ingrediens animas, p̄priæ ueritatis effulgeat luce. De cætero audeat nemo de natiuitate domini & saluatoris nostri Iesu Christi aliud disputare, præter quod apostolicum procemium CCC. XVIII. sanctorum patrum consonans huic doctrinæ, tradidisse noscitur, sicut sanctissimæ papæ Leonis, qui apostolicum gubernat thronum, ad sanctæ memoriæ Flauianū regiæ urbis Constantinopolitanæ quondam episcopum, testantur literæ. Nos enim ad confirmandam fidem, non ad ostendendam uirtutem, exemplo imperatoris Constantini adesse synodo excogitauimus, ne in posterum multitudo populi institutionibus prauis attracta, inueniatur dissentiens. Facile enim simplicitas quorundam commentis, ceu locuti sumus, usque nunc delusa est: quoniam manifestæ diuersorum prauis doctrinis discordiæ & hæreses ostensæ sunt.

Nobis autem omne studium adhibēdum est, ut populum propter uerā sanctamq; doctrinam idipsum sentientem, uni rectæ applicare ecclesiæ: & ideo ueram fidem catholicamq; etiam exponere secundum patrum doctrinam, cōcordantibus animis uestris, uestra properet reuerētia, ut qualiter in Nicena synodo usq; in hoc tempore abscisso errore uera fides est hominibus cognita, sic & nunc per hanc sanctam synodum deposita nebula, quæ in eis paucis annis (ut superius diximus) ex prauitate & auaritia quorundam uisa est exoriri, semper seruentur quæ statuta sunt. Erit quidem diuinæ prouidentiæ, quod pie fieri uolumus, in secula hoc conseruare firmissime. Et post regis hæc uerba, omnes episcopi clamauerūt Marciano nouo Constantino, Multi anni regi, Multi anni reginæ, Orthodoxis multi anni, Marciani amatoris Christi regnū in secula permaneat, digni orthodoxæ fidei amatoris Christi, Sit à nobis procul inuidia. Et post hæc residentibus magnificentissimis & gloriosissimis iudicibus, & amplissimo senatu in medio ante cācellos sanctissimi altaris, & ex læua quidem parte sedentibus sanctissimis & reuerendissimis episcopis, & uicarijs deo amicissimis sanctissimi & reuerendissimi Leonis antistitis priscæ urbis Romæ, & Anatholio religiosissimo archiepiscopo Constantinopolitanæ regiæ ciuitatis, & Maximo religiosissimo episcopo Antiochiæ, & Thalassio religiosissimo episcopo Cæsareæ Cappadociæ, & Stephano religiosissimo ep̄o Ephesi, & cæteris religiosissimis episcopis Orientis & Ponti, & Asianæ & Thraciæ regionum, exceptis Palæstinis. Ex dextera uero parte similiter considentibus, Dioscoro religiosissimo archiepiscopo Alexandriæ, & Iuuenali religiosissimo episcopo Hierosolymorum, & Quintillo religiosissimo episcopo Heracleæ primæ Macedoniæ, & agente uices Anastasii religiosissimi episcopi Thessalonicensis, & Petro religiosissimo episcopo Corinthi, & reliquis Aegyptiacæ diœcesis & Illyrici, insuper etiam & Palæstinis religiosissimis ep̄is, antepositis in medio sacrosanctis & uenerabilibus euāgelijs: Paschasinus uero reuerēdissimus episcopus & uicarius sedis apostolicæ, cum in medio unà cū his uiris reuerendissimis collegis suis stetisset, dixit: Beatissimi atq; apostolici uiri papæ urbis Romæ (quæ est caput omnium ecclesiarum) præcepta habemus præ manibus, q̄bus præcipere dignatus est eius apostolatus, ut Dioscorus Alexandrinorum archiepiscopus non sedeat in cōcilio, sed audiendus intromittatur.* Hoc nos obseruare necesse est. Si ergo præcipit uestra magnificentia, aut ille egrediatur, aut nos exibimus. Quibus in Græco interpretatis, per Beronicianū uirum deuotissimum & secretarium sacri consistorij, gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Quid enim specialiter ingeritur Dioscoro reuerendissimo episcopo? Paschasinus uero reuerendissimus episcopus & uicarius sedis

[margin: II. Quod]

apostolicæ

A apostolicæ, dixit: Cum intromissus fuerit, necesse est ut illi obijciatur. Gloriosissimi iudices & amplissim⁹ senatus dixerunt: Ut iam interfati sumus, causa quæ obijcitur, specialiter manifestetur. Lucentius reuerendissimus episcopus & uicarius sedis apostolicæ, dixit: Iudicij sui necesse est eum dare rationem, quia cũ nec personã iudicandi haberet, subrepsit, & synodũ ausus est facere sine autoritate sedis apostolicæ, quod nunquam rite factum est, nec fieri licuit. Paschasinus uero reuerendus episcopus & uicarius sedis apostolicæ, dixit: Ista sic est. Nos contra præcepta beatissimi atque apostolici papæ gubernatoris sedis apostolicæ, uenire nõ possumus, nec contra ecclesiasticas regulas, uel contra patrum instituta. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Conuenit, uos specialiter quid errauerit, exponere. Lucentius uir uenerandus episcopus & uicarius sedis apostolicæ, dixit: Et ista sic est. Non patimur tantã iniuriam nec uobis fieri, nec nobis, ut iste sedeat, qui iudicandus aduenit. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Si iudicis obtines personam, non ut accusator debes prosequi. Et Dioscoro religiosissimo episcopo Alexandriæ secundum iussionem gloriosissimorũ iudicum & amplissimi senatus residente in medio, & residentibus Romanis & reuerendissimis episcopis in proprijs locis, & tacentibus, Eusebius religiosissimus episcopus Dorilei ciuitatis, transiens in medium, dixit:

B Per salutem uos dominorũ uniuersi mundi iubete preces meas legi, sicut placuit piissimo imperatori. Læsus sum a Dioscoro. Læsa est fides. Occisus est Flauian⁹ sanctus episcop⁹. Lachrymis impleor. simul mecum iniuste ab eo damnatus est. Iubete preces meas perlegi.

Per sanctam trinitatẽ uos adiuro, quæ custos est principum, quãq; colitis, & in qua baptizati estis, cuius quoque inuocatione saluamini, iubete preces meas relegi. Clemẽtissimi iudices, per salutem uos adiuro imperatorum. Flauianus inique occisus est. Clementissimi iudices; misereminі & adestote fidei, quæ uiolata est à Dioscoro.

Quæ paruis characterib⁹ adiecta sunt, ex Acumicensium codice græco desumpta sunt.

Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Preces legantur. Et residente in medio eorum iussione omnium Eusebio reuerendissimo episcopo, Beronicianus uir deuotus à secretis sacri consistorij, accipiens preces ab eo, recitauit:

Epistola Eusebij episcopi Dorilei ad imperatores Valentinianum & Marcianum.

AMatoribus Christi religiosissimis & pijssimis impatoribus nostris Flaujs Valẽtiniano & Macario perpetuis Augustis, ab Eusebio humilimo episcopo Dorilei, faciente uerba pro se & pro orthodoxa fide, & sanctæ memoriæ quondam Flauiano episcopo Constantinopolitanæ ciuitatis. Intentio & propositum est clementiæ uestræ, uniuersis quidem subditis prouidere, & manum porrigere omnibus iniuste

C oppressis, præcipue tamen fungentibus sacerdotio: in hoc diuinitati placentes, à qua uobis imperare & dominari sub hoc sole donatum est. Ergo quoniam multa & dira & contra omnem cõsequentiam fides (quæ in Christo est) & nos sumus perpessi à reuerendissimo Dioscoro episcopo Alexandriæ magnæ ciuitatis, adimus uestram pietatem, supplicantes iustitiam promereri. Causa autem in his est. In nuper facto concilio in Ephesiorum metropoli, quod utile fuit non fieri, ut non malis & perturbationibus uniuersum mundum repleſſet, sua ui magnus iste Dioscorus pro nihilo ponẽs iustitiæ rationem & dei timorem, similis constitutus & consentaneus Eutychi uaniloquo & hæretico, occultus autem multis, sicut postea seipsum manifestauit, inueniẽs tempus ex facta à me aduersus Eutychem eius similem accusatione, & sententia in eum à sanctæ memoriæ Flauiano episcopo prolata, multitudinem seditiosorum populorum congregans, & potentiam sibi pecunijs acquirens, piam religionem catholicorum (quantum ad ipsum pertinet) uiolauit, & perfidiam Eutychis monachi (quæ olim à sanctis patribus reprobata est) confirmauit. Quoniam igitur non modica sunt, quæ ab ipso usurpata sunt aduersus Christi fidem, & aduersus nos, prouoluti precamur uestram clementiam, ut præcipiatis reuerendissimum episcopum Dioscorum respondere de his quæ à nobis ei ingeruntur, relectis sine dubio in hoc concilio monimentis, ab eo contra nos gestis, per quæ possim ostendere, eum & alienum

esse à catholica fide,& impietate repletam hæresim roborantem,& iniuste nos dânantem,& grauia in nobis operatum,sacrum & uenerabile uestrum mandatum dirigentes sanctæ & uniuersali synodo religiosissimorum episcoporũ, quo possit inter nos & præfatum Dioscorum audire,& perferre ad scientiam uestræ pietatis omnia,quæ geruntur,ad quod placuerit uestræ clementiæ,quod consecuti,incessanter offeramus deo preces pro uestro æterno imperio * sacratissimi imperatores. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt:Soluantur quæ ingeruntur.Dioscorus reuerendissimus episcopus Alexandriæ dixit:Præcepit pijssimus imperator synodum celebrari,quæ secundum sacrum nutũ pijssimi imperatoris nostri congregata est.De his aũt quæ gesta sunt propter Constantinopolitanæ sanctæ ecclesiæ quondam epm Flauianum monimenta,sunt acta in sancto concilio,& ea postulo recenseri.Eusebius religiosissimus eps Dorilei dixit:Hæc & nos postulamus.Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt:Omnia quæ in hoc negocio subsecuta sunt,p ordinem recitentur.Et antequam legerentur, Dioscorus reuerendissimus eps Alexādriæ dixit: Supplico per uestram magnificentiam,in primis quæ de fide sunt,examinari.Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt:Interim aduersus accusationẽ te conuenit respondere.Ergo sustine actorum fieri lectionem,quod & ipse fieri postulasti. Constantinus deuotissimus à secretis sacri consistorij,dixit:Habentur sacræ literæ, sæpius directæ pro synodo pridem facta,præ manibus ad legendum.Et ex codice recitauit. ACTA EPHESI.

al.In græco diuinissimi

Epistola diuæ memoriæ Theodosii & Valentiniani imperatorum ad Dioscorum Alexandriæ episcopum.

IMperatores Cæsares Theodosius & Valentinianus,uictores ac triumphatores maximi,semper uenerabiles Augusti,Dioscoro. Cunctis constitit manifestum, quia nostræ reipublicæ statu & omnia humana,diuina pietate moderantur atq; firmātur. Deo enim propicio constituto,prospere & secundũ uota nostra gubernari res,& pficere solent.Imperium ergo diuino nutu sortiti, subditis pro pietate & mansuetudine similiter necessario plurimam solicitudinẽ impartimus, quatenus & uera religio & nostra respublica cultu dei purissimo & pietate firmata præfulgeat. Quoniam igitur in præsenti subita emergente dubitatione ad catholicæ & apostolicæ doctrinæ ac nostræ fidei custodiam,quæ (ut fit) diuersis sententijs impugnata, conturbat & confundit hominum sensus & animas, intolerabile duximus huiusmodi delictum contemnere,ne per talẽ negligentiā ipsi deo inferre contumelias uideremur. Ideoq; sancimus in unum sanctissimos & deo placitos conuenire uiros,quibus pro pietate catholica atq; uera fide plurimus sermo est, ut uniuersa quidem talis uana dubitatio subtili proposita inquisitione soluatur,uera autem & deo * amica catholica fides firmetur. Igitur & tua sanctitas sumptis secum decem reuerendissimis metropolitanis episcopis,qui sub tua degunt diœcesi,& alijs similiter decem sanctis episcopis,sermone & uita ornatis,qui in doctrina & scientia rectæ & immaculatæ fidei præ cunctis apud cunctos eminent,proximis calendis Augustis Ephesum metropolim Asiæ conuenire absq; ulla dilatione * festinet,nullo scilicet alio præter prædictos uiros sanctā synodum molestante, quatenus uniuersis sanctissimis & beatissimis episcopis,quos conuenire per sacras nostras epistolas,sancimus, ad prædictam concurrentibus ciuitatẽ, & subtilissime inuestigantibus & quærentibus,omnis de medio error contrarius auferatur,catholica autem doctrina & orthodoxæ fidei saluatoris nostri Christi amicissima solidetur,& consuete effulgeat,quod uniuersi in posterum inconcussum deo ppicio & intemeratum custodiant.Si quis uero tam necessariam & uere deo * amicam synodum prætermiserit, & non omni uirtute secundum prædictum tempus ad præfinitum locum peruenerit,nullam excusationem neq; apud deum,neq; apud nostram inueniet pietatem. Sacerdotalem enim conuentum,non nisi quis mala propria cõscientia sauciatus, euitat.Theodoretum sane episcopum Cyrrj ciuitatis, quem pridem iussimus suæ soli uacare ecclesiæ,sancimus non prius ad sanctam synodum cõuenire, nisi

al.chara

al.festinent

al.charam

A nisi uniuerso sancto placuerit conuenienti concilio & ipsum concurrere, & pariter interesse. Si uero aliqua discordia de eo emerserit, absq; illo sanctã synodum cõuenire, & quæ iussa sunt ordinare præcipimus. Datũ tertio calendas Aprilis, Constantinopoli, Zenone & Posthumiano uiris clariss. cõsulibus. CHALCEDONE ACTA. Constantinus deuotiss. à secretis sacri cõsistorij, dixit: Eodẽ tenore scriptũ est & alijs reuerendiss. epĩs, ut in synodũ cõuenirent. Gloriosissimi iudices & ampliss. senatus dixerunt: Ingrediat̃ & reuerend. eps̃ Theodoretus, ut sit particeps synodi, qa & restituit ei episcopatũ sanctiss. archiepiscopus Leo, & * sacratissimus & pijssimus imperator sanxit eum adesse sanctæ synodo. Et ingresso Theodoreto reuerend. episcopo, Aegyptij & Illyriciani & Palæstini reuerend. episcopi clamauerunt: Miseremini, Fides perit, istum canones eijciunt, hunc foras mitte, magistrũ Nestorij foras mitte. Orientales & Pontici & Asiani & Thraces reuerend. episcopi clamauerunt: Nos in pura charta subscripsimus. Cæsi sumus, & ita subscripsimus, Manichæos foras mitte, inimicos Flauiani foras mitte, aduersarios fidei foras mitte. Dioscorus reuerẽdissim⁹ episcop⁹ Alexãdriæ, dixit: Cyrillus cur eijcitur, q ab isto est anathematizatus? Oriẽtales & Pontici & Asiani & Thraces reuerendissimi episcopi clamauerunt: Dioscorum homicidã foras mitte, Dioscori acta quis ignorat? Aegyptij & Illyriciani & Palæstini reuerend.

al. Græce, diuinissimus

B epĩ clamauerunt: Multos annos Augustæ. Orientales & qui cũ ipsis reuerend. epĩ clamauerunt: Homicidas foras mitte. Aegyptij & qui cũ ipsis reuerend. epĩ clamauerũt: Augusta Nestoriũ eijcit, Multos annos catholicæ, synodus orthodoxa Theodoretũ non suscepit. Theodoretus reuerendissimus episcopus trãsiens in medium, dixit: Preces obtuli * sacratissimis & pijssimis & Christianissimis mundi dñis, & enarraui quæ in me acta sunt funera, & precor has perlegi. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Theodoretus reuerend. eps̃ propriũ recipiens locum à sanctiss. epõ inclytæ urbis * Romanæ, in locũ nũc accusatoris ingressus est. Vnde patiamini ea quæ inchoata sunt, finiri: * ut ne aliqua confusio auditorio fiat. Præiudiciũ enim ex * persona reuerend. Theodoreti epĩ nulli generabitur, reseruata uidelicet post hæc omni accusatione & uobis & illi, & quæ inuicẽ exercere uolueritis, quia rectam tenent fidem, maxime cũ & sine scriptis appareat, & testimoniũ catholicæ fidei phibens reuerend. eps̃ Antiochiæ magnæ ciuitatis. Et postq̃ sedit in medio reuerend. eps̃ Theodoretus, Orientales & q cũ ipsis reuerend. episcopi clamauerunt: Dignus dignus. Aegyptij & qui cũ ipsis reuerend. episcopi clamauerunt: Nolite eum dicere episcopũ, Non est episcopus, Impugnatorẽ dei foras mitte, Iudæũ foras mitte. Orientales & q cũ ipsis reuerend. episcopi clamauerunt: Orthodoxũ synodo, seditiosos foras mitte, homicidas fo

al. Græce, diuinissimis

al. Romæ

al. ut sine aliqua confusione auditorij

al. præsentia

C ras mitte. Aegyptij & qui cum ipsis reuend. episcopi clamauerunt: Impugnatorẽ dei foras mitte. Qui iniuriã dixit in Christũ, foras mitte. Multos annos Augustæ. Multos annos impatori, Catholico impatori multos annos. Cyrillũ iste anathematizauit. Orientales & q cum ipsis reuerend. episcopi clamauerunt: Homicidã Dioscorũ foras mitte. Aegyptij et q cũ ipsis reuerend. episcopi clamauerunt: Multos annos senatui. Vocem non habet. Corã uniuersa synodo dãnatus est. Basilius reuerend. episcopus Traianopolis prouinciæ Rhodopæ exurgens, dixit: Et à nobis Theodoretus damnatus est. Aegyptij et q cũ ipsis reuerend. episcopi clamauerunt: Et Cyrillum Theodoretus accusauit. Cyrillum eijcimus, si Theodoretũ acceperimus. Canones istũ eijciunt. Hunc deus auersatus est. Gloriosissimi iudices et amplissimus senatus dixerunt: Acclamationes istæ populares neq; episcopos decent, neq; partes iuuant. Patimini ergo uniuersorũ fieri lectionem. Aegyptij et qui cũ ipsis reuerend. episcopi clamauerunt: Vnum eijcite, et oẽs audimus. Pro pietate clamamus, pro catholica fide hæc dicimus. Gloriosissimi iudices et amplissimus senatus dixerunt: Magis acqescite secundũ ordinẽ audientiã fieri, & * permittite oĩa secundũ ordinẽ recenseri. Et qescentibus cũctis, Constãtinus deuotissimus agens in rebus, et à secretis sacri consistorij, ex eodẽ codice recitauit. EPHESI ACTA

al. patimini

Epistola imperatoris ad Dioscorum Alexandrinum.

SAcræ literæ scriptæ uenerandissimo episcopo Alexandriæ Dioscoro. Peruenit ad nostræ serenitatis auditū, quia multi reuerend. Orientalium archimādritæ simul cū catholicis populis aduersus quosdā episcopos, q Nestoriana impietate ægrotare dicuntur, in quibusdā Orientaliū ciuitatibus constituti, laborarent, & pro catholica fide contēderent. Hac ergo de causa nostræ* serenitati cōplacuit, religiosiss. presbyterū & archimandritā Barsumā puritate uitæ & catholica fide probatissimū, adesse Ephesinæ ciuitati, & tenentē locū cunctorum Orientalium archimandritarū, cōsedere tam tuæ sanctitati, q̄ uniuersis sanctissimis patribus ibidem cōuenientibus, quatenus deo placita de omnibus sentētia proferatur. Dignetur proinde tua religio puidens, quia oīs nobis est pro catholica fide solicitudo, affectuose &* prædictum reuerend. archimādritam suscipere, & operā dare, uestræ eum sanctæ synodi participem fieri. Datū idibus Maij, Protegene uiro clarissimo consule, & qui fuerit nunciatus. Eodem tenore Iuuenali uiro reuerend. episcopo Hierosolymorū idem ipse de eodē codice recitauit. Sacræ literæ Barsumæ reuerendo archimandritæ destinatæ.

al. diuinitati

D

Epistola imperatoris ad Barsumam archimandritēn.

NOstram pietatem latere non potuit, in quali sint certamine constituti p Orientem religiosissimi & sanctissimi archimandritæ, pro fide laborantes catholica, & quosdā episcopos in ciuitatibus Orientis constitutos, Nestorianæ hæreseos participes auersantes, collaborante etiā orthodoxo populo eisdē religiosissimis archimandritis. Qm̄ igitur & tua sanctitas p catholica fide tm̄ laborē sustinuit, ut ad nostrā peruniret pietatē, iustum esse duximus, tuam sanctitatē puritate uitæ & catholica fide probabilem, ad Ephesinam pergere ciuitatē, & locum tenentē oīm religiosissimorum archimandritarū Orientaliū, consedere sanctæ synodo, quæ ibidem disposita est conuenire, & cū alijs sanctis patribus & episcopis quæ sunt dn̄o placita, ordinare. Datū pridie idus Maij, in Alexandrianis. Et postq̄ legit, Beronicianus deuotissimus secretarius sacri consistorij, ex eodē codice recitauit: Sacrū cōmonitorium datū Elpidio uiro spectabili comiti sacri consistorij.

E

Imperatoris commonitorium ad Elpidium comitem sacri consistorij.

SAnctæ qdē synodi pridē apud Ephesum factæ, Nestorij impij cōtra deū blasphemia extitit causa, & ideo à sanctis patribus, qui ibidē conuenerunt, dignā suscepit sententiam. Qm̄ igitur & nunc altera iterum contra diuinā fidem excitata est dubitatio, secundum hanc Ephesi fieri synodū sancimus, mali radicē omnino excidere festinantes, quo undiq; cōturbationē dogmatis eijcientes, mundā orationis iustitiā in cordibus reseruemus, & sit hoc reipublicæ munimen, & humanitatis utilitas. Ideo igitur tam tuā claritatē, q̄ Eulogium uirum spectabilē tribunū & notarium ad ministeriū elegimus fidei, sicut probatos, *tam in alijs rebus rectissimos, q̄ circa dei cultū opinatissimos, & ualentes nostris diligenter iussionibus ministrare, de his quæ in Epheso à sancta synodo fuerint constituta, & nullū fieri tumultū pmittere, sed & si quē uideritis conturbationibus & tumultui studentē, ad læsionē sanctæ fidei, hūc custodiæ mancipare, & ad nostrā perferre notitiā, & causam quidē ordine prouenire: interesse aūt iudicio, & operā dare, celerem & circunspectā probationem à sancta synodo fieri. & nobis cognitam facere, his qui pridem Eutychetis religiosiss. archimandritæ iudices extiterunt, præsentibus quidē & tacentibus, nullum tñ iudicantium habentibus locū, sed communē aliorū oīm sanctorum patrū sententiam expectantibus, qm̄ ea, quæ dudum ab ipsis iudicata sunt, nunc retractētur. Non licere aūt ullum aliquid mouere ex pecuniarijs * capitulis, anteq̄ ea, quæ de fide sunt catholica, effectui mācipentur. Ideo nanq; & ciuile per literas, quas ad uirū spectabilē proconsulem ac reliquos scripsimus, et militare uobis auxilium delegauimus, quatenus et uos sup proprium studiū his fulti auxilijs, sufficere possitis ad ea, quæ præcepimus adimplenda, quæ tanto alijs oībus bonis meliora sunt, q̄to solent humanis diuina præcellere, et quæ in hac causa fuerint constituta, ad nostram perferre notitiā. Eodē tenore, Eulogio uiro spectabili tribuno notario Beronicianus uir deuotus à secretis sacri cōsistorij, ex ipso codice recitauit. Et similiter sacras literas directas Proclo uiro spectabili proconsuli Asiæ.

al. græce. recte & munde ea quę ad deum pertinēt colentes, quā etiam quæ

F

al. caussis

A Imperatoris epistola ad Proclum proconsulem Asiæ.

SAnctæ quidem synodi pridē apud Ephesum factæ, Nestorij impij cōtra deū blasphemia extitit causa, & ideo à sanctis patribus ibidem cōuenientibus, dignā suscepit sententiam. Qm̄ igitur altera iterum contra diuinam fidem excitata est dubitatio, secundam hâc in Epheso fieri synodum sancimus, mali radicem omnino excidere cupientes, quo undiq; conturbationes dogmatis eijcientes, mundam orationis iustitiam in cordibus reseruemus, & sit hoc reipublicæ munimen & humanitatis utilitas. Ideo igitur & Elpidium uirum spectabilem comitem sacri nostri consistorij, & Eulogium uirum spectabilem tribunum & notariū ad hanc causam elegimus, sicut dignos hoc administrare negocium, & idoneos multorum testimonio comprobatos: quibus uolumus necessarium à te conferri præsidiū, per quod omnis ab his, quæ aguntur, conturbatio repellatur, & ex nostræ serenitatis iussione nullus tumultus fieri permittatur, à quibus si fuerimus edocti, nostræ & à te mansuetudinis præcepta neglecta, & non in omnibus, quibus uoluerint, obsecutum, tuam læsionem ex tua negligentia fieri decernemus. Idē deuotiss. Beronicianus à secretis sacri consistorij, ex eodē codice recitauit.

Imperatoris epistola ad synodum Ephesinam secundam.

B SAnctæ synodi Ephesinæ. Vellemus quidem, absq; ulla conturbatione sanctas ecclesias dei persistere, & uos sanctis imminentes ecclesiis, consuete ea quæ ad diuinitatis placationem pertinent, celebrare, & non tantum uobis laborem & afflictionē fieri. Sed quoniam * beatissimus episcopus Flauianus aliqua de sancta fide mouere uoluit aduersus reuer. archimandritā Eutychen, & cōciliū cōgregās, aliqua cœpit agere, nos quidem sæpius dirigentes ad eundem beatissimū episcopum, uoluimus, quæ mota est, conturbationem compescere, persuasi sufficere nobis, traditam à sanctis patribus in Nicena synodo catholicam fidem, quam & sancta synodus, quæ in Epheso facta est, confirmauit. Sed quoniam sæpius à nobis rogatus idē beatissimus episcopus, desistere à tali quæstione, ne conturbatio uniuersitati fieret, minime acqueuit, cogitantes non esse tutum, absq; uestra sancta synodo & ubiq; sanctarum ecclesiarum præsulibus huiusmodi quæstionem de fide renouari, necessarium duximus, uestram conuenire sanctitatem, quatenus uos, quæ hic acta sunt, cognoscentes, & quæstionem motā, & oēm diabolicam stirpem possitis euellere, & eos qui Nestorij impij blasphemiam sectantur, aut retinent, à sanctis ecclesiis repellere, catholicam uero fidem firmissimā & inconcussam custodiri disponere, quoniam nostra omnis spes & nostri imperij firmitas, ex catholica fide & uestris sanctis orationibus pendet. Idem deuotissimus Beronicianus à secretis sacri consistorij, ex eodem codice recitauit.

* al. græce, religiosissimus

C Imperatoris epistola ad Dioscorum Alexandrinum.

DIoscoro reuerendo episcopo Alexādriæ. Ante hoc quidem Theodoretū epm̄ Cyri ciuitatis præcepimus in sanctam synodū minime conuenire, donec de eo, quæ placuerit, synodus sancta constituat, auersati eum, quia assumpsit proferre cōtraria his, quæ conscripsit de fide sanctæ memoriæ Cyrillus Alexandrinæ quondam ciuitatis episcopus. Quoniā uero suspicamur aliquos sectatores Nestorij assumere studium, & conferre, ut omnimodo intersit sancto concilio, hac de causa necessarium duximus, his sacris literis ut ad tuam reuerentiam, per quas manifestum facimus tuæ beatitudini & uniuersæ sanctæ synodo, ꝙ nos regulas sanctorum patrum sequentes, non solum propter Theodoretum, sed alios omnes, qui ad congregatā sanctam synodum pertinent, autoritatem & primatum tuæ præbemus beatitudini, scientes diligentius, quod & reuerendissimus archiepiscopus Hierosolymorum Iuuenalis, & beatissimus archiepiscopus Thalassius, & omnis talis feruens amator & æmulator orthodoxæ fidei, consentanei erunt tuæ sanctitati, radianti per dei gratiam honestate uitæ & catholica fide. Eos nanq;, qui aliquid per additamentum aliquod aut imminutionem conati sunt dicere, præter quæ sunt exposita de fide catholica à sanctis patribus, qui in Nicea, & postmodum qui in Epheso congregati sunt, nullam omnino fiduciam in sancta synodo habere patimur, sed & sub uestro iudicio esse uolumus, quia

hac de re & nunc sanctam synodum disposuimus conuenire. Eodem tenore Iuuenali reuerendissimo episcopo Hierosolymorum. CHALCEDONE ACTA. D

Hic Dioscorus dum oĩa Ephesi per se gesta firma esse desiderat, Eutychen quoq; ibi absolutum uindicat.

Dioscorus reuerendissimus episcopus Alexandriæ dixit: Comperit uestra clementia, quia non mihi soli sacratissimus noster imperator commisit iudicium, sed & beatissimo Iuuenali, & sanctissimo episcopo Thalassio autoritatem synodi dedit. Nos ergo iudicauimus, quæ iudicata sunt. Consentit nobis & uniuersa synodus, quare in me solum ista extenduntur? quando autoritas executionibus data est, & iudicatis à nobis cõsensit (ut dixi) uniuersa synodus, & confessa est proprijs uocibus, & subscripsit, & relatum est pijssimo imperatori diuæ memoriæ Theodosio, & confirmauit omnia quæ iudicata sunt à sancta & uniuersali synodo generali lege. Orientales & qui cum ipsis reuerendissimi omnes episcopi dixerunt: In damnationem beati Flauiani Constantinopolitani archiepiscopi & Eusebij episcopi, nullus uoluntarie consensit. * Violentia facta est uis cum plagis, in pura charta subscripsimus. Minabatur nobis dãnatio, minæ exilij tendebãtur, milites cum fustibus & gladijs instabant. Timebamus & fustes & gladios. Vbi gladij & fustes, qualis synodus est? Milites propter hoc accepit Dioscorus, ut nos terreret. Nam milites eos magis deposuerunt, quàm nos: quia quicquid egimus, terrore compulsi fecimus. Homicidam foras mitte. Flauianum milites deposuerunt. Aegyptij & qui cum ipsis reuerendissimi episcopi clamauerunt: Ipsi primi subscripserunt clerici, nunc quare clamant? Synodus episcoporum est, non clericorum. Superfluos foras mitte. Qui subscripserunt, in medio ueniant. Post uos nos subscripsimus. Stephanus reuerendissimus episcopus Ephesi dixit: Quia uiolentia & necessitas facta est, in hoc quod actum est, deus testis est, & quia nolentes in damnationem beati Flauiani subscripsimus, deus testis est. Etenim omnes clericos eius in Ephesiorum metropolim uenientes, ut episcopus suscepi, & communicaui eis, & omnem affectum in eis ostendi. Gloriosissimi iudices et amplissimus senatus dixerunt: Quis uobis uim intulit? Stephanus reuerendissimus episcopus Ephesi dixit: Cum suscepissem in communionem Elpidium presbyterum & alios diaconos, & episcopum Eusebium, (scit enim & ipse episcopus Eusebius, quia suscepi eos) superuenerunt mihi in episcopio Elpidius & Eulogius, & milites & monachi Eutychis usque trecenti numero, & uoluerunt me interficere, dicentes: quia aduersarios imperatoris suscepisti, aduersarius imperatoris es. Dico ego, Ego * xenodochus sum, in nullo communico causæ. Ego non potui excommunicare communicatores uenientes, & ita ui & necessitate omnia facta sunt. Gloriosissimi iudices et amplissimus senatus dixerunt: Dioscorus reuerendissimus uiolentias tibi fecit? Stephanus reuerendus episcopus Ephesiorum ciuitatis dixit: Per homines eius & comites non sum permissus egredi de ecclesiæ secretario, usquequo subscripsi sententiæ Dioscori & Iuuenalis, & domini Thalassij & aliorum episcoporum, à quibus scriptum fuerat. Thalassius reuerendissimus episcopus Cæsareæ dixit: In secretario fueram positus. Ego autem nescij, quomodo sum positus. tamen cum fierent aliqua, ego prohibui, & uolui differre, & festinaui, et sunt testes. Theodorus reuerendissimus episcopus Claudiupolis Isauriæ, dixit: Dioscorus et Iuuenalis, et quicunque primitus subscripserũt, quibus præceperat dominus orbis terræ, sicut orthodoxos dijudicare de fide, meditãtes apud semetipsos dolos ac consilia, nos simpliciter sedentes introduxerunt, * quomodo homines iudices ignorantes causam. Et legebamus quidem actorum series, et laudabatur beatæ memoriæ Flauianus. Cum laudaretur autem, nos tacebamus, sicut bene gestis quæ acta sunt. Post hæc uero ut nos terrerent, exclamauerunt de uicina Nestoriana hæresi, infamantes nos: In duo separate eos qui dicunt duas naturas. Qui dicunt duas, diuidite, interficite, eijcite, ut terrore Nestorianæ hæreseos non sicut catholici iudicaremur, sed ut hæretici damnaremur. Et unusquisque uerens, ne ut hæreticus deiectus, perderet quos baptizauerat, et non ei esset periculum, sed baptizatis et fidelibus Christi, et his qui in Christo crediderunt, et non oportuit quidem nos tunc tacere. Postmodum &

al. Violenta

id est, hospitalis

E

F

al. ueluti

dum &

A dum & aliud fecerunt. Iussum est à domino orbis terræ, ut synodus de Flauiano prius iudicaret. Isti multas synodos * in hoc ipso facientes, & neque subscribentes, neque perscribentes statuta: neque legentes alicui, neque sciente aliquo, obtulerunt nobis puras chartas Dioscorus & Iuuenalis, multitudinem habentes seditiosorum hominum, clamantium & conturbantium, & commouentium synodum. Centum triginta quinque eramus omnes in Constantinopolitana synodo, Quadragintaduo iussi sumus tacere, reliqui erant Dioscorus & Iuuenalis, & multitudo seditiosorum. Iam quindecim tantum homines remanseramus. Quid essemus facturi? In sanguine nostro ludebant isti hæretici constituti, una uoce dicebant. omnes nos terruerunt, hæreticos nos deiecerunt, & eiecti sumus ut hæretici. Orientales & qui cum ipsis reuerendissimi episcopi clamauerunt: Omnes eadem dicimus, hæc ita se habent. Aegyptij & qui cum ipsis reuerendissimi episcopi clamauerunt: Christianus neminem timet, catholicus neminem formidat. ignis ponatur, & discimus. si homines timerentur, martyres non fierent. Dioscorus reuerendissimus episcopus Alexandriæ, dixit: Quia asserunt se non audisse quæ iudicata sunt uel disposita, sed simpliciter in oblata sibi pura charta subscripsisse eos, maxime quidem non oportuit eos subscribere, quibus satisfactum non erat de his quæ dixit synodus, quia de fide erat sermo. Sed quia causantur in oblata sibi pura charta subscripsisse, interlocutiones eorum quis ordinauit, supplico, dicere eos præcipiat magnificentia uestra. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Quæ acta sunt, recitentur. Constantinus deuotissimus agens in rebus, & adiutor sacri secretarij, ex scheda data sibi ab Aetio archidiacono regiæ urbis sanctæ ecclesiæ, legit sacras literas directas Dioscoro religiosissimo episcopo, ut conueniret ad Ephesinam synodum, quæ superius iam comprehensæ sunt, & ex codice relectæ. Idem ex eadem scheda recitauit, EPHESI ACTA. Tempore Zenonis & Posthumiani uenerabilium consulum sub quarto idus Augusti, quæ est secundum Aegyptios Mesori quintadecima, indictione tertia, synodo congregata in Epheso metropoli, ex præceptione religiosissimorum & Christianissimorum deo amicissimorum & amantium CHRISTVM imperatorum, & residentibus in sancta ecclesia quæ uocatur Maria, reuerendissimis & sanctissimis episcopis, Dioscoro Alexandriæ, & Iuliano episcopo agente uices & tenente locum sanctissimi & beatissimi episcopi Romanæ ecclesiæ Leonis. Et cum legerentur, CHALCEDONE ACTA. Orientales & qui cum ipsis reuerendissimi episcopi clamauerunt: Eiectus est, nullus suscepit nomen Leonis. Constantinus deuotissimus à secretis ex eadem scheda recitauit subsequentia: EPHESI ACTA.

B

al. pro prædictis

Mesoris Aegyptiace dicitur mensis Iulius.

C & Iuuenale Hierosolymorum, & Domno Antiochiæ, & Flauiano Constantinopolis. Et cum legerentur, CHALCEDONE ACTA. Orientales & qui cum ipsis reuerendissimi episcopi clamauerunt: Flauianus ut adiudicatus ingressus est. Hæc manifesta calumnia. Flauianus in proprio loco quare non sedit? Constantinopolitanum episcopum quare quintum posuerunt? Paschasinus reuerendissimus episcopus dixit: Ecce nos deo uolente dominum Anatholium primum habemus. Hi quintum posuerunt beatum Flauianum. Diogenes reuerendissimus episcopus ecclesiæ Cyzici, dixit: Quoniam uos regulas scitis. Aegyptij & qui cum ipsis reuerendissimi episcopi clamauerunt: Petimus, superfluos foras mitte. Imperator episcopos uocauit. synodus episcoporum est. superflui quare clamantur? Theodorus episcopus Claudiupolis Isauriæ, dixit: Dioscori notarij clamant. Dioscorus reuerendissimus episcopus Alexandriæ dixit: Duos solum habeo notarios, duo tumultum quomodo faciunt? Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Sequentia percurrantur. Constantinus deuotissimus à secretis sacri consistorij, ex eadem scheda recitauit sequentia: EPHESI ACTA. Et Stephano Ephesi, & Thalassio Cæsareæ Cappadociæ primæ, & Eusebio Ancyræ

Contra Nicenos canones Antiochenū postposuerūt Hierosolymitano inconuenienter & irregulariter

Galatiæ primæ,& Ioanne Sebastiæ Armeniæ primæ,& Cyro Aphrodisiadæ Cariæ, & Erasistrato Corinthi Helladis,& Quintillo Heracleæ,agente etiam uices reuerendissimi episcopi Anastasii Thessalonicensis, & Meletio Larissæ Syriæ, agente etiam uices reuerendissimi episcopi Domni Apamiæ, & Cyriaco episcopo Trogmadorũ, agente uices reuerendissimi episcopi Theoctisti Pessinuntis Galatiæ secundæ,& Diogene Cyzici,& Basilio Seleuciæ Isauriæ,& Ioanne Rhodi,& Theodoro Tarsi,& Romano Myrorum Lyciæ,& Photio Tyri,& Theodoro Damasci,& Iuliano Tabiæ,& Florentio Lydiæ,& Mariniano Synnadorum,& Musonio Nysæ,& Constantio Bostræ,& Ioanne Nicopolis Armeniæ primæ,& Acatio Ariarathiræ Armeniæ secundæ,agente uices Constantini reuerendissimi episcopi Melitenæ,& Stephano Hierapolis,& Attico Nicopolis Epiri ueteris,& Eustachio Beryti,& Nunechio Laodiceæ Trimitariæ, & Olympio Constantiæ Cypri, & Candidiano Antiochiæ Pisidiæ,& Stephano Anazarbi,& Gerontio Seleuciæ Syriæ,& Rufino Samosatæ, & Indimo Irinupolis,& Timotheo Balaneæ,& Theodosio Canothæ,& Eutychio Adrianupolis ueteris Epiri,& Claudio Anchiaxi Epiri ueteris,& Helia Adrianupolis Asiæ,& Seleuco Amasiæ,& Petro Gangræ,& Luca Dyrrachij,& Antonio Lychnidi,& Marco Euriæ,al. Euiæ,& Vigilatio Larissæ Macedoniæ,& Basilio Traianupolis Rhodopæ prouinciæ,& Docimasio Maroneæ Rhodopæ prouinciæ, & Constantino Demetriadis Thessaliæ,& Alexandro Sebastæ Tarsi,& Sozonte Philippi,& Eusebio Topiritano Macedoniæ primæ,& Maximo Derrensi,al. Serrẽsi,Macedoniæ primæ,& Hermogene Casandriæ primæ Macedoniæ prouinciæ,& Luca Beroeæ primæ Macedoniæ,& Diogeniano Remessiannensi, al. Rhuessiensi Daciæ, & Vranio Himerorum ciuitatis,al. Hymiræ ciuitatis prouinciæ Osroene,& Ioanne Messenæ ciuitatis Achaiæ,& Theodoro ciuitatis Claudiupolis Isauriæ,& Athanasio Opunti ciuitatis Achaiæ,& Leontio Ascalonæ ciuitatis,& Photino Lydæ ciuitatis,& Theodosio Amathuntis ciuitatis,& Paulo,al. Paulino Maiumensis ciuitatis,al. Mameñ. ciuitatis,& Zozimo Minoidæ ciuitatis,& Epiphanio Pergis ciuitatis,& Baruchio Oruzæ Palæstinæ ciuitatis,& Heraclio Azoti ciuitatis,& Ioanne Tiberiadis ciuitatis, & Musonio Zoaræ ciuitatis,& Dionysio Sycacinonensis ciuitatis,& Cauima Phaneensis ciuitatis,& Etherico Smyrnæ ciuitatis,& Constantio Sebastæ ciuitatis,& Zebenno Pellensis ciuitatis,et Alipio Bachtreñ.al. Bachateñ. ciuitatis,et Polychronio Antipatridis ciuitatis,et Pancratio Libyadis ciuitatis,et Auxilao Hippodion gentis Saracenorum foederatorum,et Domnino Plateæ ciuitatis Helladis,et Theodosio Mastauræ ciuitatis, et Cyriaco Aegeñ.al. Aegaræ ciuitatis,et Flauiano Adramytinæ ciuitatis, et Cyriaco Lebedi ciuitatis,et Leontio Magnisiæ Mæādri ciuitatis, et Eutropio Pergami ciuitatis Asiæ,et Gennadio Tiensis,al. Thiensis,al. Dieñ. ciuitatis,et Olympio Ebageneñ. al. Euagenensis ciuitatis,et Iuliano Hypepenæ, et Chrysantho Balcenæ ciuitatis,et Polycarpo Gabilæ ciuitatis,et Paulo Tripolis ciuitatis Lydiæ, et Meliphthongo Iuliopolis,et Onesiphoro Iconiæ ciuitatis, et Docimasio Maroneæ Thraciæ, et Longino Chersonnensis ciuitatis,et Eudoxio Bosphori ciuitatis, et Timotheo Primopolis ciuitatis,al. Vranopolis ciuitatis Pamphyliæ, et Theopempto Cabassæ ciuitatis, et Calosirio Arsinoitensis ciuitatis,et Heraclide Heracleæ ciuitatis,et Ioanne* Hephestij ciuitatis,et Isaac Elearchiensis,al. Libyarchiæ ciuitatis,et Gemellino Erythrææ ciuitatis,et Apollonio Taniensis ciuitatis, et Gennadio Herinupolis maioris ciuitatis, et Cyro Babulinæ ciuitatis,et Athanasio Busiridis ciuitatis,et Theophito Cleopatridis ciuitatis,et Pasmeio Paralaiorum ciuitatis,et Photino Tentyrenæ ciuitatis, et Sosia Sozusæ ciuitatis,et Theodolo Ticeliæ ciuitatis,et Theodoro Barcis ciuitatis, et Rufino,al. Rufo Cyrenensis ciuitatis,et Zenone Rhinocorurensis ciuitatis, et Lucio Zygrensis ciuitatis,et Iuliano Mostenæ ciuitatis,et * Auxonio Sebennitensis ciuitatis,et Isaac Tauensis ciuitatis, et Philocalo Zagylensis ciuitatis, et Esaia Herinupolis minoris ciuitatis, et Barsuma presbytero et archimandrita, et Longino presbytero agente uices Dorothei episcopi Neocæsareæ ciuitatis, et Anthimo presbytero agente uices

* al. Ephestij

* al. Ausonio

D E F

A te uices Patricij episcopi Tyanorũ ciuitatis Cappadociæ secundæ, et Aristone presbytero agente uices Eunomij episcopi Nicomediæ ciuitatis, & Olympio presbytero, agente uices Calogeri episcopi Claudiupolis ciuitatis Ponticæ, et Hilario diacono Romano, et Dulcitio notario Romano, Ioannes presbyter et primicerius notariorum dixit: Placet et nunc pijssimis et Christianissimis imperatoribus nostris sancire, sanctam et magnam uestram synodum huc concurrere, quatenus quæ nuper emerserunt de catholica & immaculata nostra fide, quærantur, & ea radicitus euellantur, ut ne forte trahentia & retrahentia, simplicissimos aliquos in foueam perfidiæ & erroris impingant, quia tanta eis est de pietate solicitudo: & ut ea custodiantur in perpetuum inconcussa & immaculata, quæ de orthodoxa religione nostrã pridem quidem à beatissimis patribus, qui in Nicea conuenerunt, sunt exposita, confirmata autem nuper à patribus, qui in hac ciuitate congregati sunt, qui tantum sibimet inuicem consenserunt, & consonuerunt, ut nihil omnino aut saperent, aut diffinirent diuersum. Et præ manibus nostris sunt uenerabiles literæ, & hæc ipsa intimamus ad id quod placuerit uestræ sanctitati. Dioscorus reuerendissimus episcopus Alexandriæ dixit: Legantur pijssimæ & religiosissimæ Christianissimorũ imperatorum literæ, redditæ unicuique metropolitano, & præfulgeant in actorum serie. Ioannes presbyter & pri-

B micerius notariorum recitauit:

Theodosii & Valentiniani imperatorum epistola ad Dioscorum Alexandrinum episcopum.

IMperatores Cæsares Theodosius & Valentinianus, uictores triumphatores maximi, semper uenerabiles Augusti, Dioscoro. Omnibus constat manifestum, quia nostræ reipublicæ dispositio & uniuersa humana per pietatem circa deum continentur & confirmantur, & reliqua quæ superius continentur. Iulius episcopus agens uices sanctissimi archiepiscopi Romanæ ecclesiæ Leonis, & interpretante eum Florentio episcopo Lydiæ, dixit: Eodem tenore à pijssimis & Christianissimis imperatoribus sanctissimus noster papa Romanæ ecclesiæ præpositus Leo, uocatus est. Hilarius diaconus Romanus, interpretante eũ Florentio episcopo dixit: Gloriosissimi & Christianissimi imperatores, charitatem circa catholicam fidem & affectum tenentes, beatissimum episcopum nostrum Leonem apostolicæ sedis præsulem, ut huic uenerabili & sancto concilio adesset, dirigentes uenerabiles epistolas supplicarunt, cuius pietati placere potuit, si in hac retineretur aliqua similitudo. Nam melius uestra potest cognoscere sanctitas, quia neque in Nicea, neq; in Ephesina sancta synodo, neque in alio tali sancto concilio papa sanctæ sedis affuit. Pro qua re huius formæ sequens

C consuetudinem, nos direxit. Qui sanctissimus non dubitans se in nobis hic adesse, quos præcipue cognoscit, omnia quæ ad fidei catholicæ synceritatem, & quæ ad sancti Petri apostoli pertinent reuerentiam, agere, qui etiam per nos ad uestram beatitudinem congruas sanctorum patrum concilijs direxit epistolas, quas suscipere & recenseri præcipite. Dioscorus reuerendissimus episcopus Alexandriæ dixit: Suscipiantur quæ scripta sunt ad hanc sanctam & uniuersalem synodum à sanctissimo fratre nostro & coepiscopo Leone. Et porrectis eis, Ioannes presbyter & primicerius notariorum, dixit: Aliæ diuinæ literæ redditæ sunt reuerendissimo & sanctissimo archiepiscopo nostro Dioscoro, quæ præ manibus nostris sunt, ad id quod placuerit uestræ sanctitati. Iuuenalis episcopus Hierosolymæ dixit: Legantur, & uideantur fidei monimenta. Et cum legerentur, CHALCEDONE ACTA. Aetius archidiaconus Constantinopolitanus dixit: Neq; suscepta est epistola sanctissimi episcopi Leonis, neq; lecta est. Orientales & qui cum ipsis sanctissimi episcopi clamauerunt: Non est nobis lecta epistola. Si enim fuisset lecta epistola per omnia, & contineretur per oĩa. Eusebius episcopus Dorilei dixit: Non est lecta, sed retenta ab eo epistola synodica. Aetius archidiaconus Constantinopolis dixit: Neq; suscepta est epistola, neq; lecta est. Et septies iurauit ante omnes facere eam recitari, & non est lecta. Et peierauit, qa iurauit. Theodorus reuerendissimus episcopus Claudiopolis Isauriæ, dixit: Quia iurauit

rendus episcopus Ephesi,dixit:Excipiebant notarij mei Iulianus, qui nunc est reuerendissimus episcopus Lebedi,& Crispinus diaconus, & uenerunt notarij reuerendissimi episcopi Dioscori,& deleuerunt tabulas eorum,& digitos eorum pene fregerűt, uolentes tollere et thecas eorum. Et neq; eorum actorum exemplaria accepi,neq; noui de cætero,quid actum sit. Sed & in eadẽ die in qua facta est examinatio, subscripsimus in charta:& si qui episcoporum non subscripserunt,ego eos in fide mea suscepi, & alio die subscripserunt. Eusebius reuerendissimus episcopus Dorilei,dixit: Peto religiosissimum episcopum Ephesi Stephanum dicere,in quam chartam subscripserunt. Stephanus reuerendissimus episcopus dixit:In pura charta. In eadem enim hora,in qua damnatio facta est, mox & subscriptio secuta est. Dioscorus reuerendissimus episcopus Alexandriæ,dixit:Legatur professio reuerendissimi episcopi Stephani. Putas ne ego eum cõpuli talia profiteri? Acatius reuerendus episcopus Ariarathiæ,dixit: Puræ chartæ subscripsimus compulsi & uiolenter, & multa mala perpessi nolentes,sed & per potentiam oppressi subnotauimus. usq; enim uesperam tenuerűt nos,recludentes in ecclesia. Et ægrotantes nos neque quiescere permiserunt,neq; recedere,ut aliquantulum recolligeremur,sed milites nobis & monachos cum fustibus & gladijs imposuerunt,& sic nos fecerunt subnotare. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Reliqua percurrantur. Constantinus deuotus à secretis sacri consistorij,ex eadem scheda recitauit:Et cum uenisset ad locű,ubi dicit, EPHESI ACTA Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Ego pro satisfactione cunctorum & firmitate fidei,& pro euersione eorum,quæ emerserunt,patrum statuta scrutor,qui in Nicea & in Epheso conuenerunt. Sancta synodus dixit: Hoc műdum saluat,hoc fidẽ saluat. Et cű legeretur, CHALCEDONE ACTA Eusebius reuerendus episcopus Dorilei dixit:Ecce,scrutor,dixit. Et ego hoc feci. Dioscorus reuerendus episcopus Alexandriæ,dixit: Scrutor,dixi:non,innouo. Nam & saluator præcepit nobis dicens, Scrutamini scripturas. Qui enim scrutatur,non innouat. Eusebius reuerendus episcopus Dorilei dixit:Saluator dixit: Quærite, & inuenietis. Constantinus deuotus à secretis sacri consistorij,ex eadem scheda recitauit: EPHESI ACTA Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Et si duæ dicűt synodi,tamen ad unã pertinent fidem. Sancta synodus dixit: Plene omnia statuerunt patres. Anathema præuaricanti ea. Nemo addat,nemo minuat. Dioscorus reuerẽdus episcopus Alexandriæ dixit: Quoniam uoces uestras & deus suscepit,& uos ipsi firmas eas esse acquiescitis,& placabiles deo,si quis præter ea quæ acta sunt, aut præter ea,quæ placuerunt patribus,qui in Niceam conuenerunt,& qui hic congregati sunt, aut inquirit,aut discutit,aut retractat,anathema sit. Sancta synodus dixit: Magnus custos fidei Dioscorus archiepiscopus. Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Et aliud dico,quod est terribile & formidabile: Si,inqt,peccans peccauerit uir in uirű, & orabunt pro illo ad dñm:si autẽ in dño peccauerit,qs orabit pro eo? Si ergo sanctus ep̃s consedit patribus,sicut & manifeste cõsedit,& ordinauit quæ ordinata sunt,quare retractat ea? Spiritus cassat gratiã. Sancta synodus dixit:Omnes hæc dicimus. Anathema sit q retractat. Proijciatur retractans. Dioscorus reuerẽdiss. ep̃s Alexãdriæ dixit: Nemo ordinat ordinata. Sancta synodus dixit:Hæ uoces sancti spűs. Custos regularum. Per te uiuent patres custos fidei. Et cű legerentur, CHALCEDONE ACTA Theodorus reuerendus ep̃s Claudiopolis dixit:Hæc nullus dixit. Dioscorus reuerendissimus ep̃s Alexandriæ dixit:Ex confessis oĩa negare uolunt. Dicant & hoc,qa nec p̃sentes fuimus. Constãtinus deuot' à secretis sacri cõsistorij,ex eadẽ scheda recitauit: EPHESI ACTA. Elpidius uenerabilis comes dixit:Patefactű est,quod uobis uisum est de sancta fide,& cunctorű uocibus consentientiű & laudantiű uestrű,q p̃sidetis,decretű. Iubete religiosissimű archimandritã Eutychem,sup quo iudicata sunt, quæ iudicata sunt, & qui est autor totius actionis, & cuius gratia p̃cipue scriptű est uobis sacris literis adesse,& quæ ei uisa fuerint,docere uestrã religiositatẽ. Sancta synodus dixit: Consequens est. Iuuenalis ep̃s Hierosolymæ dixit: Rationabile est adesse

religi-

Ioan.5.f

Matt.7.a

1.Reg.2.e

al. Consequẽtur

A religiosiss. archimādritā Eutychē, & suis uti documentis. Et cū ingressus fuisset, Thalassius eps Cæsareæ Cappadociæ dixit: Quod iustū fore suæ utilitati putat reueren. archimandrita Eutyches, insinuet sanctæ huic atque magnæ synodo. Eutyches archimandrita dixit: Ego commendaui meipsum patri, & filio, & sanctospiritui, & uerbo ueritatis uestræ iustitiæ, & testes uos habeo meæ fidei, pro qua & laboraui cum sancta synodo, quæ ante uos hic congregata est, sicut & uestra sanctitas testis est. Habeo autem præ manibus & libellum fidei meæ, & iubete eum recitari, & confessionem fidei, quæ in eo continetur. Stephanus episcopus Ephesi dixit: Iustum est, confessionem & libellos reuerend. archimandritæ Eutychis susceptos inserere fidei monimentorum. Et cum porrecti fuissent, Ioannes presbyter & primicerius notariorum recitauit.

al. Constantinopoli

Libellus confessionis Eutychetis.

SAnctissimæ & dño amantissimæ uniuersali synodo congregatæ in Ephesо metropoli, ab Eutyche archimandrita. Gratias ago per oĩa sancto deo præsenti die, in qua per uos pietas recepit fidutiam, & edoceo uestram sanctam synodū, quæ in me, magis autem contra rectam fidem commissa sunt. Propositum quidem mihi fuerat à pueritia, in silētio absq; ullo negocio usq; ad decrepitam senectutem degere, & absq; ulla conturbatione* consistere. Non sum autem permissus tali frui proposito, sed B & pessimis periculis insidiantium circundatus sum, eo φ secūdum diffinitionem prioris uestri hic congregati sancti concilij, non acquieui præter eam quæ in Nicea à sanctis patribus fides est exposita, sapere. Necessarium uero arbitror, antequam ea quæ in me commissa sunt, doceam ad satisfactionem uestræ sanctitatis, quam habeam de sancto dogmate confessionem, iterum facere manifestam, attestante mihi tam deo, q̃ uestra sanctitate. Cumq; ipse semper iuxta uirtutem meam pro catholica fide aduersus hæreticos steti, Credo in unum deum patrem omnipotentem, omnium uisibilium & inuisibilium creatorem, & unum dominum Iesum Christum, filium dei, natum de patre unigenitum, id est, de substantia patris, deum de deo, lumen de lumine, deum uerum de deo uero, natum, non factum, homousion patri, id est, unius cum patre essentiæ, per quem omnia facta sunt, quæ in cælo & quæ in terra, qui propter nos homines & propter nostrā salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est, & passus, & resurrexit tertia die, ascēdit in cælos, unde uēturus est iudicare uiuos & mortuos. Et in spiritumsanctum. Eos autem qui dicunt, erat quando non erat, & antequā nasceretur non erat, & quia ex nullis extantibus factus est, aut ex alia subsistentia uel essentia dicentes esse, aut conuertibilem aut mutabilem filium dei, hos anathematizat catholica & apostolica ecclesia. Sic ab initio à progenitoribus meis accipiens, credidi, in hac autem & genitus sum, & statim consecratus sum deo, & suscepit me ipsius misericordia. Et in hac fide baptizatus, signatus sum, & usque hodie uixi in ea, & opto mori. Hanc fidem & memorata hæc anterior sancta & uniuersalis synodus confirmauit, cuius præsul fuit beatæ & sanctæ recordationis pater noster & episcopus Cyrillus, & diffinitionem protulit, eum, qui præter ista addiderit aliquid, aut minuerit, aut docuerit, damnationibus, quæ tunc scriptæ sunt, subiacere. Quorum exemplaria in codice destinauit mihi memoratus pater noster & episcopus Cyrillus, quæ & præ manibus habeo. Subijciens igitur meipsum sanctæ synodo, & diffinitionem eius usq; nunc custodiui. Et cum legerentur,

al. persistere

C

CHALCEDONE ACTA

Eusebius reuerendus episcopus Dorilei dixit: Mentitus est. Non est diffinitio talis, non est regula hoc præcipiens. Dioscorus reuerendus episcopus Alexandriæ dixit: Quatuor codices sunt, qui hanc diffinitionem continent. Quod diffinierunt episcopi, nō est diffinitio? Nunqd habet quia regula est, nō est regula? Aliud est regula, & aliud ē diffinitio. Accusa qnq; synodicos codices, & ego habeo, & ille & ille habēt, proferāt oēs codices. Diogenes reuerendissimus episcopus Cyzici dixit: Dolose præposuit synodum sanctorum patrum, quæ in Nicea facta est. Accepit nāq; additamenta à sanctis patribus, propter peruersum intellectum Apollinaris, & Valentiniani, &

Macedonij,& qui eis similes sunt. Et additum est in symbolo sanctorum patrum, qui descendit, & incarnatus est de spiritusancto *ex Maria uirgine. Hoc nanque prætermisit Eutyches, sicut Apollinarista. Nam Apollinaris suscepit sanctam synodum, quæ in Nicea facta est secūdum propriam peruersitatem intelligens uerba, effugit, de spiritusancto & Maria uirgine. ut ne omnino unionem carnis confiteretur. *Etenim sancti patres qui in Nicea conuenerunt, quod incarnatus est, dixerunt. sancti autem patres qui post ipsos fuerunt, explanauerunt, dicentes, de spiritusancto & Maria uirgine. Aegyptij & qui cum ipsis reuerendissimi episcopi clamauerunt: Nemo suscepit adiectionem, nemo diminutionem. Quæ in Nicea constituta sunt, teneant. Catholicus imperator hoc iussit. Orientales, & qui cum ipsis reuerendissimi episcopi clamauerunt: Hæc Eutyches dixit: Aegyptij & qui cum ipsis reuerendissimo episcopi clamauerunt: Adiectionem nullus subscripsit. Teneant quæ patrum sunt, teneant quæ in Nicea constituta sunt, teneant quæ de spiritusancto sunt. catholicus Imperator hoc iussit. Constantinus deuotissimus magistrianus, & à secretis sacri consistorij, ex eadem scheda recitauit. EPHESI ACTA Et omnes enim sanctos patres, sicut & uestra sanctitas catholicos habui, & fideles, & doctores meos posui, anathematizans Manichæum, Valentinum, Apollinarium, & Nestorium, & omnes hæreticos usque ad Simonem Magum, & eos qui dicunt carnem domini & dei nostri IESV CHRISTI de cælo descendisse. Et cum legerentur, CHALCEDONE ACTA. Eusebius reuerendus episcopus Dorilei dixit: Fugit quidem quod de cælo. unde autem, quod non addidit. Diogenes reuerendus episcopus Cyzici dixit: Vnde ergo dic. Per potestatem uestram rogauimus eum, dicentes: domine Eutyche, unde ergo, dic. & non concessit. Basilius reuerendus episcopus Seleuciæ Isauriæ dixit: Rogauimus eum tunc, sicut memorat dominus Eusebius, & Sozon Philippensis, ut diceret modum incarnationis & humanæ assumptionis, si secundum assumptionem carnis scit deum uerbum factum hominem. Et iusserunt non inuestigatum dimitti istud, & non susceperunt prosecutionem nostram. Dioscorus reuerendus episcopus Alexandriæ dixit: Religiosissimus episcopus Basilius reprehendit in gestis suam uocem, dicens quia sic non dixi, sed false scriptum est. Si uero Eutyches præter dogmata ecclesiæ sapit, non solum pœna dignus est, sed & igne. Ego uero fidei catholicæ & apostolicæ solicitudinem gero, & non alicuius hominis. Ad ipsam nanque diuinitatem mentem intentam habeo, & ad personam non attendo neque procuro quodlibet, nisi pro mea anima & recta & syncera fide. Basilius reuerendus episcopus Seleuciæ Isauriæ dixit: Dum legerentur gesta, quæ in Eutyche acta sunt, mea interlocutio lecta est, & in medio prolata est, quam feci sequens patres, qui in Epheso primitus consederunt, laudans epistolam beatissimi Cyrilli illius beatæ synodi præsulis, per quam insanum Nestorium arguit, male interpretantem trecentorum decem & octo patrum fidem. Habebat autem interlocutio mea, sicut & hactenus habet: Adoro dominū nostrū IESVM CHRISTVM filium dei unigenitum deum uerbum post incarnationem & inhumanationem in duabus naturis cognitum. Aegyptij & qui cum ipsis reuerendissimi episcopi clamauerunt: Impartibilem nemo separat. Vnum filium nemo dicit duo. Orientales & qui cum ipsis reuerendissimi episcopi clamauerunt: Anathema diuidenti, anathema partienti. Basilius reuerendus episcopus Seleuciæ Isauriæ dixit: Anathema partienti, anathema diuidenti duas naturas post adunationem. Anathema autem, & qui non cognoscit *naturarum proprietatem. Aegyptij & qui cum ipsis reuerendi episcopi clamauerūt: Sicut natus est, sic passus est. Voces nostras Imperatori. Vnus dominus, una fides, unum dominum nemo dicit duo. Hæc Nestorius sapit. Hæc Nestorius clamat. Orientales & qui cum ipsis reuerēdissimi episcopi clamauerunt: Anathema Nestorio & Eutychi. Aegyptij & q cum ipsis reuerendissimi epi clamauerunt: Dominum

Circa illud, Effugit de sanctospū & Maria uirg. in exēplari prius scriptum habebatur, Ex Maria uirgine. Quo accipitur argumentum, eam mutationem non carere singulari intellectu.

al. in Græco proprie ita est, Sancti enim patres qui postea fuerunt, id quod est, Incarnatus est, quod dixerunt sancti patres in Nicea.

al. &

Hic Aegyptij & q cum ipsis excludūt synodum, locū faciendo hæreticis.

Initium certaminis de duabus naturis Christi.

al. quod est, proprium naturarum

A

B

C

A nũ gloriæ nolite partiri, impartibilẽ nolite partiri. Basilius reuerendus eps̃ Seleuciæ Isauriæ dixit: Quod dicebã, in duab⁹ naturis cognoscendũ post adunationẽ deitate ꝑfecta & hũanitate pfecta. Nãq; unã habebat ex patre ante secula, alterã uero ex mr̃e secũdũ carnẽ accipiẽs, idẽ ipse uniit sibi secũdũ subsistẽtiã, & uocatus est filius dei filius hoĩs. Hac lecta interlocutiõe, unus qdem nescio qs, (etenim caligo causaꝝ & animæ oculum confundebat, & corporis) proiecit seipsum in medio, & dicere cœpit: Quia hæc uox ecclesias conturbauit. Et surrexerũt postmodum omnes Aegyptij & monachi, q sequebant̃, Barsumas & omnis turba, & cœperunt dicere: Eum qui dicit duas naturas, in duo incidite. Qui dicit duas naturas, Nestorianus est. Post hæc recitata est iteꝝ mea uox, post impiam & puersam Eutychis uocem. Interrogatus nanq; à reuerendissimo episcopo Eusebio, dicit duas naturas in Chr̃o, dicit ex duabus qdem naturis scire Chr̃m ante adunationem: post uero adunatiõem, unam. Ego uero tunc sicut nunc intuens monumẽta, recordatus sum, & dixi: Si nõ post adunationẽ inseparatas & incõfusas duas naturas dixeris, confusionẽ dicis & cõmixtionem. Lecta autẽ hac uoce, tantus ab illis factus est plausus, ut oĩm nostroꝝ commouerent̃ animæ, & maxime nostræ, q iudicabamur, & q iussi sumus synodi expectare sententiam. Caligine repletus dixi, qa ego nõ recordor his uerbis ista dixisse. Scio qdem dixisse unã

B naturã, dicas absolute post adunatiõem confusionem, dicit & cõmixtionem. Si uero addideris incarnatã & inhumanatã, & intellexeris iuxta beatum Cyrillum incarnationẽ & inhumanationẽ, eadem nobiscum dicis. Manifestum est eñ, qa aliud est diuinitas eius quæ ex patre: aliud uero humanitas, quæ ex matre est. Et q prius reprehenderunt, postea approbauerunt me ista dixisse. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Et sic catholice docens, pro qua re in dãnatione sanctæ recordationis Flauiani subscripsisti? Basilius reuerendus eps̃ Seleuciæ Isauriæ dixit: Quoniam in iudicium centum uiginti aut triginta episcopoꝝ traditus, necessitatem habui parere his, quæ ab illis ordinabant̃. Dioscorus reuerendus eps̃ Alexandriæ dixit: Nunc cõpletum est, quod scriptum est, ex ore tuo cõdemnaberis. Erubescens hoĩes, ꝑuaricatus es quod bonum est, & fidem spreuisti. Nõ audisti quod scriptum est, nõ erubescas in ruinã tuã? Basilius reuerẽdissimus eps̃ Seleuciæ Isauriæ dixit: Si apud iudices habuissem martyriũ, sustinuissem. etenim apud Constantinopolim ostendi fiduciam meam. A patre aũt q iudicat̃, iustis non utit̃: Filius enim patri etiam iusta dicens, moriatur. Orientales & q cum ipsis reuerendissimi ep̃i clamauerunt: Oẽs peccauimus, oẽs ueniam postulamus. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Et quidem uos primitus docuistis, quia per uim & necessitatem in pura charta coacti estis subscribere, ad damnationem sanctæ memoriæ Flauiani. Orientales &

Mat. 12.

al. attendisti

C qui cum ipsis reuerendissimi episcopi clamauerunt: Omnes peccauimus, omnes ueniam postulamus. Thalassius & Eusebius & Eustachius reuerendissimi episcopi dixerunt: Oẽs peccauimus, oẽs ueniã postulamus. Beronician⁹ deuotissimus magistrianus & à secretis sacri consistorij, ex eadẽ scheda recitauit. EPHESI ACTA

Sed secundum hanc fidem & uiuens, & pmanens in orationibus, accusatiõem ex insidijs Eusebij episcopi Dorilei sustinui, libellos porrigentis aduersum me reuerẽdissimo episcopo Flauiano, & diuersis alijs episcopis, qui tunc pro priuatis causis in urbe degebant regia, hæreticum me iniuriose in eis uocantis, nullã aũt speciẽ hæreseos libellis inserẽtis. Vt subito in altercatiõibus quæstiõum, lapsum linguæ (sicut assolet) ex tumultu & nouitate uocum perpessus, irruerem in peccatum. me quidem aduersus libellos accusationis memoratus reuerendissimus episcopus occurrere ad satisfactionem accusatoris præcipiebat. Ipse tamen in multis cum accusatore degebat, & penè inseparabilis erat ab ipso, putans me (sicut solebam) semper in monasterio perdurare, non meam exhibere præsentiam, & ideo quasi non occurrentem damnare. Sed subito postquam perueni in regiam ciuitatem de monasterio meo, discens à uiro laudabili magno silentiario, quem mihi pijssimus & fidelissimus noster Imperator delegauit, ad non concedendum, me comminatum peri-

culum salutis sustinere, qui superfluam de cætero meam esse præsentiam respondit, D
ut iam ante discussionem damnati, sicut & postea facta à uiro laudabili silētiario pro
secutio docet, sed quoniam etiam sic in iudicium ad satisfaciendum occurri, causa
quidem, quæ pro diuina confessione à me facta est & subscripta doctrina, secundum
eam quæ exposita est à sanctis patribus in Nicea fidem, & postea confirmata est à pri
ore sancta synodo Ephesina, neque suscipere dignabatur, neque permittebat reci-
tari: & tumultu & conturbatione secretarium replebatur, multis inordinate super-
uenientibus, & undique clamoribus me perturbantibus, sicut postea prolatæ interlo
cutiones iudicum, quæ scriptis tenentur, de tali facto tumultum designant. Et cum
iussus fuissem per meipsum confessionem fidei dicere, & dixissem sapere sicut tre-
centi decem & octo sancti patres, qui in Nicea sanxerunt, & quæ in Ephesо sancta
synodus confirmauit, exigebat me alia aliqua, præter quæ exposita sunt in Nicea &
in Epheso, prius dicere. Ego uero timens præuaricari, prolatam diffinitionem à
sancta synodo, quæ hic dei uoluntate prius congregata est, & ea, quæ diffinita erant
de fide à sanctis patribus, qui in Nicea conuenerunt, rogabam innotescere uestro san
cto concilio, ut his, quæ à uobis approbarentur, acquiescerem, præparatus in his ma
nere. Et hæc dicenti, subito contra me longe antescripta (ut ipsi uidebatur) damna-
tio legebatur, & secreto iam postea aliquæ ipsorum uoces ac professiones meæ, &
aliæ allegationes, & maxime ubi ego secundum sanctos patres in Nicea & postea in E
Epheso congregatos, sapere confitebar, in monimentorum seriem mutabantur, sic-
ut postea scriptis acta ex mea supplicatione & iussione pijssimi & Christianissimi Im
peratoris ostendunt, nullum uerbum faciente de appellatione mea ad uestram san-
ctitatem reuerendissimo episcopo Flauiano, neque meos erubescente canos in præ-
lijs contra hæreticos, & pietatis confessione senescentis, sed sicut potestatem habens
omnia de fide solus agere, & nihil uestræ sanctitati de tali æquitate tanti iudicij re-
seruare, condemnauit me, & ab ecclesia (ut putabat) abscidit, & sacerdotio (ut ar-
bitratus est) priuauit, & à diuinorum ac canonum communione prohibuit, & præ-
esse monasterio consequenter impediuit, & tradidit multitudini ab eodem præpara-
tæ, ut per episcopium, & per publicum sicut hæreticum ac blasphemum, Manichæ-
umque protraherent, nisi diuina me prouidentia conseruans usque in præsentem di
em, uestræ beatitudini custodiret. Sed & in diuersis oratorijs memorijsque sancto-
rum, post appellationem fecit in me prolatam legi sententiam. Et anathematiza-
bat me, & eos qui conueniebant ad me, & colloquebantur mecum, alienos faci-
ens à sancta communione, non expectans uestræ sanctitatis iudicium, sed & subscri-
bere dictatam aduersus me sententiam monasteria compellebat, nunquam (sic-
ut & uestra nouit reuerentia) tali habita consuetudine, nec contra apertos hæreticos.
Et in Oriente & per alia diuersa loca chartas destinauit, ut etiam & ab alijs religiosis F
episcopis & monachis, & hoc qui non iudicauerunt subscriberentur, cum magis
oportuerit ante omnibus pontificibus scribere, quos & appellaueram. Tunc ergo
uix saluatus, per libellos manifesta feci uestræ sanctitati, quæ subsequuta sunt, &
pijssimo & fidelissimo Imperatori supplicaui, uos sanctos & deo dignos, atque o-
mnem iniustitiam & factionem abominantes, iudices fieri eorum quæ iudicata sunt.
Rogo igitur nunc uestram sanctitatem, considerate compositam mihi calumniam
& factionem, & ex hac causa factam ubique sanctis ecclesiis perturbationem, & ex
hoc pullulans plurimis scandalum & per insitam uobis Christianissimam sapiētiam,
eos qui huius mali occasio facti sunt, ecclesiasticis regulis subdite. Omnem uero ra-
dicem blasphemiæ & impietatis abscindite. Ego enim uestræ beatitudinis iudicium
ab initio proclamaui, & iterum contestor coram IESV CHRISTO, qui testimoni
um perhibuit sub Pontio Pilato bonam confessionem, quia sic sapio & cogito & in-
telligo, sicut tradiderunt nobis fidem sancti patres in Nicea conuenientes, quam
& in Epheso secundo concilio sancti patres roborauerunt. Et si quis præter istam
fidem glorificat, hunc anathematizo secundum diffinitionem eorum. Euty-
ches archimandrita sic credo, sicut supra scriptum est, & subscripsi manu mea,
& tra

A & tradidi libellos. Flauianus episcopus Constantinopolitanus dixit: Iste accusatorem habuit Eusebium, iubete eum adesse. Et cum legerentur, CHALCEDONE ACTA Eusebius reuerendus episcopus Dorilei dixit: Accusatus à me Eutyches dans libellos in sancta synodo, commemorauit quia accusator ipsius sum. Quo autem modo (cum sanctæ memoriæ Flauianus, qui iudicauerat, postularet me accusatorem eius ingredi) & consequentia ac regulis ita uolentibus, prohibitus sum ingredi, rogo perquiri. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Postulante Flauiano sanctæ memoriæ Eusebium accusatorem Eutychis ingredi, quapropter secundũ regulas uos, quibus potestas iudicandi data fuerat, hoc fieri non p̃cepistis? Dioscorus reuerendus episcopus Alexandriæ dixit: Postulo recitari prosecutionem Elpidij. Non enim habui prohibere, nisi commonitorium detulisset Elpidius, confirmans quia imperator eum iusserat non ingredi. Iuuenalis reuerendus episcopus Hierosolymorum dixit: Venerandus comes Elpidius non iussit eum ingredi. Thalassius reuerendus episcopus Cæsareæ Cappadociæ, dixit: Ego non eram autor. Gloriosissimi iupices & amplissimus senatus dixerunt: In iudicio fidei nõ est ista defensio. Dioscorus reuerendus episcopus Alexandriæ dixit: Quoniam igitur nunc culpatis me, sicut qui transgressus sum regulas, & audissem Elpidium, nunc quæ cu B stodiuntur regulæ, ut Theodoretus ingrederetur? Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Theodoretus episcopus ut accusator ingressus est, sicut ex uoce eius audistis. Dioscorus reuerendus episcopus Alexandriæ dixit: Et quamobrem in ordine epi sedet? Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Et episcopus Eusebius, & episcopus Theodoretus, in ordine accusantium sedent, sicut & uos in loco *accusatorum sedetis: Vnde reliqua relegantur. Constantinus deuotus à secretis sacri consistorij, ex eadem scheda recitauit: EPHESI ACTA Elpidius uenerandus comes dixit: *Sacratissimus impator implens ipse primum ordinem legum, quarũ est & inuẽtor & custos, præcepit, eos qui dudum iudices fuerunt, in loco eorum esse qui iudicandi sunt, neque habere tempus docendi, neq; fiduciam à uobis accipere. Ad ea ergo quæ nunc ab archiepiscopo Flauiano dicta sunt, & hoc doceo, quia accusator quidem suam accusationem impleuit: & ut arbitratus est, uicit: & iudex accusatoris causam iam in semetipso transtulit, sicut & in publicis sententijs custoditur. Nunc igitur uos conuenistis, ut eos qui iudicauerant, iudicetis, nõ ut iterum accusatoris personam suscipiatis, & perturbationis iterum initium alterum fiat. Iubete ergo (sicut placet) secundum ordinem reliqua omnia, quæ in causa acta sunt, relegi ad id quod uobis uisum fuerit. Dioscorus reuerendus episcopus Alexandriæ di C xit: *Consequenter docuit uenerandus comes Elpidius. Vnde porrecto libello & relecto, legantur & ea, quæ in regia urbe de hoc negocio, quod mouetur, gesta sunt. Dicant etiam & præsentes reuerendissimi episcopi, si hoc eis placet. Iuuenalis episcopus Hierosolymorum dixit: Consequens est sententia tuæ sanctitatis. Vnde rationis est gesta recitari. Stephanus episcopus Ephesi dixit: Iusta constituta interlocutione sanctissimi & beatissimi patris nostri Dioscori & archiepiscopi, hoc fiat. Cyrus episcopus Aphrodisiadis dixit: Iusta est & consequens interlocutio sanctissimi & deo amantissimi archiepiscopi Dioscori, ad recitanda quæ super hac causa acta sunt in regia urbe. Thalassius episcopus Cæsareæ Cappadociæ dixit: Consequens est, ea quæ interlocuta est uestra sanctitas, effectui mancipari. Pro qua re proferantur chartæ, quæ recitari debent in hoc sancto concilio. Eusebius Ancyræ Galatiæ dixit: Et mihi similia placent, ut secundum sententiam sanctorum patrum fiat gestorum lectio. Diogenes episcopus Cyzici dixit: Et ego ad hæc eadem consentio, quatenus secundum sententiam sanctæ & magnæ synodi percurratur actorum series, quæ in regia urbe facta sunt. Florentius episcopus Lydiæ dixit: Concors sum propositi bene inquirentium lectionem actorum. Theodorus episcopus Tarsi dixit: Secundum quod p̃uisum est sanctissimis archiepiscopis, iustum est recitari, quæ acta sunt in regia urbe. Ioãnes episcopus Sebastiæ dixit: Secundũ decretũ sanctissimorũ & deo dignissimo

Iterũ Dioscorus de Theodoreto causam nititur uentilare.

al. rei accusantur

al. diuinissimus

*id est, rationabiliter

rum episcoporum, necessaria est, quæ in regia urbe gesta sunt, monimentorũ lectio. D
Romanus episcopus Myron dixit: Iustum puto, recitari gestorum seriem, quæ in regia urbe sunt acta, sicut & sanctissimi patres interlocuti sunt. Nunechius episcopus Laodiceæ Trimitariæ dixit: Secũdum interlocutionem sanctissimorum patrum, cõsequens & mihi uisum est, actorum fieri lectionem. Marinianus episcopus Synnadæ dixit: Sicut interlocuti sunt sanctissimi patres, recitentur gesta quæ facta sunt ꝓpter Eutychen in regia urbe. Eustachius episcopꝰ Berytius dixit: Necessaria est actorum lectio ad notionem eorum, qui cognitioni minime interfuerunt. Quintillus episcopus Heracleæ, agens uices reuerendiss. episcopi Anastasii Thessalonicensium, dixit: Consequens est, recitari quæ acta sunt apud magnificentissimam urbem Constãtinopolim, sanctæ synodo pro pfectiore negocij notione. Atticus episcopus Nicopolitanus ueteris Epiri dixit: Consequens est, interlocutioni sanctissimi archiepiscopi nostri Dioscori satisfieri, & acta recitari uniuerso sancto concilio ad subtilem inquisitionis notionem. Sozon episcopus Philippensis primæ Macedoniæ dixit: Necessaria est lectio eorũ, quæ in regia urbe acta sunt, in hoc negocio. Ita enim possunt diligentius intelligi, quæ ibi mota sunt. Vranius episcopus Himeriœ prouinciæ Osrœnæ, interpretante se Eulogio presbytero Edessenæ ciuitatis, dixit: Consequenter iudicauit sanctissimus & deo dignissimus archiepiscopus Dioscorus, ut ea prius, quæ in urbe regia de præsenti negocio acta sunt, recitentur. Sancta synodus dixit: E
Omnes uolumus acta recitari. Legantur quæ gesta sunt. Dioscorus episcopus Alexandriæ dixit: Dicat & beatissimus Iulianus episcopus, uicarius sanctissimi episcopi Romanæ ecclesiæ Leonis, si cõgruit huic sanctæ synodo, & uult & ipse relegi, quæ de hoc negocio acta sunt in Constantinopoli. Iulius episcopus agẽs uices sanctissimi episcopi Romanæ ecclesiæ Leonis, interpretante se Florentio episcopo Lydiorum, dixit: Hac ratione uolumus gesta relegi, si prius papæ legatur epistola. Hilarius diaconus Romanæ ecclesiæ, interpretante se Florentio episcopo Lydiorum, dixit: Quoniam & sanctissimus episcopus Romanæ ecclesiæ, relectis sibi istis monimentis, quorum nunc quæritis lectionem, transmisit epistolam, eam legi iubete. Quo dicente, Eutyches archimandrita dixit: Directi religiosissimi uiri à sanctissimo & deo amantissimo Leone archiepiscopo Romanæ ecclesiæ in sanctam uestram synodum, suspecti mihi facti sunt. Manserunt enim apud religiosissimum Flauianum episcopum, & prandiderunt apud eum, & munerati sunt, & omne obsequium eis præbuit. postulo ergo sanctitatem uestram, si quid iniuste ab eis factum fuerit contra me, id præiudicium mihi non generare. Dioscorus reuerendissimus episcopus Alexandriæ dixit: Consequens & rationabile est, primitus quæ in hoc negocio acta sunt, relegi, & ita epistolam beatissimi episcopi Romani. Vnde secundum quod placuit sancto concilio, acta percurrantur. Ioannes presbyter & primicerius notariorum dixit: Præcepit sancta uestra & magna synodus, quæ acta sunt in regia urbe Constantinopoli, legi de negocio quod præ manibus habemus. Sed quia obtulit ea religiosissimus episcopus Constantinopolitanus Flauianus, porrexit etiam similia & reuerendus archimandrita Eutyches, recitabimus sicut præcepistis. F

al. pransi sunt

ACTIO PRIMA Constantinopoli habita de Eutychete, lecta in Ephesino concilio, relecta in Chalcedonensi.

CONsulibus Flauijs Zenone & Posthumiano uiris clarissimis, sub die sexto idus Nouembris, in Christianissima & regia urbe Constantinopoli noua Roma, cõgregata sancta & magna synodo, reperta in prædicta magnificentissima urbe in secretario episcopij, præsidente sanctissimo & beatissimo archiepiscopo Flauiano, & recitantibus relationem directam à Florentio beatissimo episcopo Sardis metropolis ꝓuinciæ Lydiorum aduersus sub eo constitutos reuerendissimos episcopos Ioannem & Cossinium, præsentibus etiam clericis his, qui easdem relationes detulerunt. Et data forma de aliqbus quæ lecta sunt, exurgens Eusebius reuerẽdissimus episcopus Dorilei, unus constitutus de confidentibus, libellos obtulit sancto concilio, coniurans eos relegi, & inferri monimentis actorum, instante uero eo, sanctissimus archiepiscopus

A piscopus Flauianus dixit: Susceptus libellus legatur ad cognoscendam causam quæ in eo continetur. Et suscipiens Asterius notarius, legit:

¶ Epistola Eusebij episcopi Dorilei ad Flauianum Constantinopolitanum archiepiscopum.

EXemplar libelli Eusebij reuerend. episcopi Dorilei. Sanctissimo & beatissimo archiepiscopo Flauiano & præsenti magno & sancto concilio, in hac regia urbe religiosissimorum episcoporum ab Eusebio episcopo Dorilei. Optaueram quidem non sic præfocatum sensum & ebrium cogitatione & excessu mentis capi Eutychen presbyterum & archimandritam, ut oblitus quidem timoris dei, spernens etiam terribile tribunal Christi, saluatoris omnium nostrum, & iustum eius iudicium & retributionem, qui uenturus est iudicare orbem terræ in æquitate, & reddere unicuique secundum opera sua: nec ut ita auderet aduersus saluatorem omnium nostrũ Christum blasphemam linguam mouere, & patres, qui inter sanctos connumerantur, hæreticos nominare, & nos, qui eorum sumus fidei sectatores. Quoniam uero non cessat, inobseratum habens os & infrenem linguam, negans pijssimam rectæ religionis doctrinam, derogans autem & sanctissimis patribus, & me qui nunquam hæreticus suspicatus sum, sed econtrario magis semper hæreticis repugnantem, me orthodoxam fidem secundum meas uires defendentem, permanentemq; in fide sanctorum patrum trecentorum decem & octo in Nicea congregatorum, & omnibus quæ in Ephesia metropoli à sancta & magna synodo acta sunt, & his, quæ sapuit & exposuit beatissimus Cyrillus Alexandriæ magnæ ciuitatis quondam episcopus. EPHESI ACTA. Et clamans sancta synodus dixit: Semper memoria Cyrilli, Dioscorus & Cyrillus unam fidem habent, Sic sapit omnis synodus, Cyrillo æterna memoria. Si quis retractat, anathema sit. si quis super ista inquirit, anathema sit. Maledictus qui addit, maledictus qui aufert, maledictus qui innouat. Voces nostras imperatori. Iulius episcopus agens uices sanctissimi episcopi Romanæ ecclesiæ Leonis, interpretante se Florentio episcopo Lydiorum, dixit: Apostolica sedes sic sapit. CHALCEDONE ACTA. Sancta synodus dixit: Et hæc uniuersalis synodus sic sapit. Et post has uoces sequentia libelli Eusebij. CONSTANTINOPOLI actiõe prima acta, lecta in Ephesο, relecta Chalcedone & magnus Athanasius, & Gregorius, & Atticus, & Proclus sancti episcopi, supplico & peto, ue stram sanctitatem minime despicere hanc meam supplicationem, sed iubere Eutychen presbyterum & archimandritam occurrere in sanctum uestrum concilium, & respondere his, quæ à me ingeruntur. Paratus enim sum eum conuincere, falso habere *catholicum nomen, & alienum omnino à recta fide. Et coniuro uos per sanctam & homousion trinitatem, quæ saluat Christianissimos nostros Imperatores, & per salutem & perseuerantiam pijssimorum nostrorum Imperatorum Theodosii & Valentiniani perpetuorum Augustorum, prædictum Eutychen iubere occurrere in uestram sanctam synodum, & satisfacere his à me ei obiectis, quatenus hoc ita conuicto à me, & qui ab eo subuersi sunt erigantur, & catholica fides uincens & nunc appareat omnes mundi terminos circumplexa: quo proueniente, gratias semper uestræ confitear sanctitati. Eusebius episcopus Dorilei sanctæ dei ecclesiæ offerens hos libellos meos, subscripsi manu mea. Sanctissimus Flauianus archiepiscopus dixit: Stupefaciunt quidem nos, quæ lecta sunt, eo q; talis ingeritur reprehensio reuerendo presbytero & archimandritæ Eutychi. Tamen dignetur tua reuerentia conuenire ad eum, & disputare cum eo de recta fide: & si inuenietur pro uero non recta sentiens, tũc uocabitur in sancto concilio, & aderit sibi. Eusebius reuerendus episcopus Dorilei dixit: Ego quidem amicus illi eram prius. Non semel autem nec secundo, sed sæpius cõueni ad eũ pro hac causa, ex qua læsus est, & locutus sum cũ eo, & inueni eum non recta sapere, & monui, & docui, sed instabat, dicens ea quæ aliena sunt à recta nostra fide. Et hoc possum ostendere per multos testes, qui præsentes fuerunt & audierunt. Coniuro igitur uos, & iterum per dominum nostrum Iesum Christũ, quatenus

Psal. 95. Matt. 16. d

al. orthodoxum

destinetis ad eum, ut ueniat, & respondeat. Et postquam uictus à me fuerit, cesset à D peruersa doctrina: quia multi ab eo læsi sunt. Sanctissimus archiepiscopus Flauianus dixit: Patiatur nos tua reuerentia, & mox fatigationem sustineat usq; monasterium, & quæ condecent loquatur ei, & quæ ad pacem pertinent, ut non commotio, cursus & conturbatio oriatur sanctis ecclesiis Christi. Eusebius episcopus Dorilei dixit: Impossibile est, me iam postquam perrexi frequenter, & non persuasi, iterum ad eum accedere, & blasphema uerba audire. Sed dignet̃ uestra sanctitas dirigere ad ipsum, ut occurrat. nec enim permitto, inexaminatum tantum negocium relinqui. Sancta synodus dixit: Oportuerat quidem tuam reuerentiam acquiescere suasionibus sanctissimi & beatissimi archiepiscopi nostri. sed quia perstantem te uidemus, fiet quod postulasti. Nunc ergo primitus à te datos libellos fides teneat monimentorum, ad diligentem agendorum examinationem. Ioannes autem religiosissimus presbyter & defensor, simul cum religioso diacono Andrea pergentes ad religiosissimum presbyterum & archimandritam Eutychen, porrectum aduersus eum libellum ei relegant, & commoneant occurrere ad hoc sanctum concilium, & sibi adesse. Non enim in leui accusatur causa. Et cum legerentur, CHALCEDONE ACTA

Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Cum Eusebius reuerendus episcopus apud Constantinopolim accusaret Eutychen, cõsiderate, quia ipse po- E stulauit, ut præsens Eutyches discuteretur. quomodo igitur in Epheso similiter nõ est obseruatum, neque susceptus est Eusebius reuerendus episcopus? Et omnibus tacentibus, Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Reliqua percurrantur. Beronicianus deuotissimus à secretis sacri consistorij, ex eadem scheda recitauit: ACTIO CONSTANTINOPOLITANA secunda de Eutychete, lecta in Ephesina synodo, relecta in Chalcedonensi.

CONsulatu Flauij Zenonis & Posthumiani uiris consulibus, sub die pridie idus Nouembris, in Christiana regia apud Constantinopolim noua Roma, congregata sancta & magna synodo, conuersante in prædicta magna urbe, præsidente sanctissimo & beatissimo archiepiscopo Flauiano in secretario episcopij, Eusebius episcopus Dorilei dixit: Interpellans uestram sanctitatem, dudum libellos obtuli, accusans Eutychen presbyterum & archimandritam huius ciuitatis, sicut doctrinas orthodoxæ ecclesiæ corrumpentem, tam per disputationes q̃ per admonitiones ad se conuenientium, per quos possibile est (postquam idem aduenerit) probationes me in certamen præstare, & eum palam ex multis conuincere probationibus. Quoniam igitur paratus sum hunc talem probare, rogaui uestram sanctitatem, ut eum regulariter commonitum, peruenire ad sanctum concilium iuberetis. Et hoc fieri præcepi- F stis per quosdam reuerendissimos clericos. Suggero autem, ut perfectius uestra doceatur sanctitas, quoniam sanctæ & beatæ memoriæ quondam Alexandriæ magnæ ciuitatis sanctissimæ ecclesiæ archiepiscopus Cyrillus, Nestorium peruersam introducentem doctrinam & prædicantem in ecclesia, habens amorem dei & zelum fidei, cognoscens de eo, suasorias ad eum literas destinauit, continentes expositiones sanctorum patrum, qui in Nicea congregati sunt, & quemadmodum oportet illam spiritalem expositionem & intelligere, & sapere. Hanc suscipiens Nestorius epistolam, rescripsit ad eundem beatæ memoriæ Cyrillum, peruersa sua & prophana dogmata manifestans, pro quibus secundum præceptionem Christianissimorum Imperatorum nostrorum synodus in Epheso metropoli congregata est. Et primo loco postulauit beatæ memoriæ Cyrillus, relegi sanctæ & magnæ synodo epistolã à se Nestorio destinatam, ut approbaretur ab ea, utrum consonans esset expositioni sanctorum patrum, an aliter haberet. Et interloquente igitur sancta illa & magna & uniuersali synodo, lecta est ipsa epistola. Et omnes, qui in illa magna & uniuersali synodo consederunt, decreuerunt eam consonam esse expositioni sanctorum patrum & sanctarum scripturarum, & in nullo ab eis dissonare, consentire uero se his, quæ in eadem continebantur epistola. Hanc & nunc, uestram deprecor sanctitatem, ut iubeat recenseri,

A censeri, & omnibus fieri manifestam, quia secundum expositiones, quæ in memorata epistola continẽtur, sic sapimus, & sic credimus. Est enim & secunda epistola memorati sanctæ recordationis Cyrilli, scripta ad sanctam Orientalem synodum, quando inter eos concordia facta est, quomodo habent de incarnatione saluatoris nostri Christi, & quomodo oportet ubique sanctas dei ecclesias sapere & prædicare. Et has supplico sub fide monimentorum lectas inseri, ut manifesta sint omnibus ecclesiæ dogmata. Sanctissimus archiepiscopus Flauianus dixit: Et si hæc omnibus fidelibus nota sunt, qui nutriuntur & meditãtur in libris sanctorum patrum, propter profectum & robur, quod ex eorum lectione quotidie insitæ nobis fidei procreatur, nihil tamen prohibet pro tua postulatione, etiam nunc relegi, ad inserenda omnia, quæ aguntur, fidei monimentorum.

RESCRIPTUM EPISTOlæ religiosissimi Cyrilli Alexandriæ episcopi, ad Nestorium mense Mechir, indictione XIIII.

Mechira Aegyptij Februarium uocãt, q apud illos tũc inchoatur, qui apud nos habet mẽsis Ianuarii dies 23.

Obloquuntur quidẽ (sicut audio) quidam existimatiõi meæ apud tuam religiositatem, & hoc frequenter, processionum uel conuentuum tempora maxime obseruãtes: & eo magis forsitan arbitrantes delectare se aures tuas, & incõsideratas aduersũ nos uoces emittũt, læsi quidem nihil, obiurgati autem & hoc leuiter, unus quidem eorũ, quòd cæcos & pauperes uexabat iniuriis; alter autem, quòd contra matrem euaginauerat gladium: tertius uero, quia cum ancilla aurum furatus est alienum, & q talem semper habuerit existimatiõem, qualem nullus saltem prouenire grauissimis inimicis optauerit. Verum non multus mihi de talibus sermo est, ut neq; supra dominum & magistrũ, neq; supra patres, pusillitatis quæ mihi inest, modus excrescat. Non enim facile est cuiquam (quamlibet uitam suam habeat circunspectam) nequam hominum maledicta uitare, sed illi quidem maledictione & amaritudine plenum os habentes, reddent quandoq; omnium iudici rationem.

Psal. 13

Conuertar autem nũc ego ad id quod me maxime decet, & commonebo etiam nũc te tanquam fratrem in Christo doctrinæ ratione & sensu fidei cũ omi cautela plebibus pdicandæ. Exhortabor quoq; cogitare debere, q si offendatur solum unus de pusillis qui credunt in Christum, quàm sit intolerabilis indignatio dei.

Mat. 18

Si uero tanta fuerit multitudo læsorũ, quomodo, (quæso) non omni arte studẽdum est, ut pruden-

EPISTOLA CYRILLI Alexandrini ad Nestorium hæreticum.

Cyrillus Nestorio. Comperi quosdam existimationi meæ detrahentes apud reuerentiam tuam, multa garrire, & id crebro frequenterq; agere, & maxime tunc, cum uirorum illustrium atq; prudentium præsto esse plurimos uident, & fortasse opinantes tuas aures delectari, non adeo ex uolũtate tales aduersum nos uoces emittunt homines, nulla quidem in re à me prorsus offensi, nec læsi, sed modeste à nobis clemẽterq; cõuicti: unus, qa cæcis uim egẽtibusq; faciebat: alter, quia supra matrem suã erexit gladium: alius, quia cum ancilla aurum rapuit alienum, & hac semper existimatione uixit, quam nullus inimicissimo suo optat euenire. Cæterũ talium hominum nullam omĩno habeo curam, ne uidear supra dominũ, aut magistrũ, uel supra patres nostros mẽsuram meæ mediocritatis extendere. Neq; enim fieri potest, ut aliquis, maledicorum uirus & molestiam uitare possit, quamuis rectissime uiuat. Sed illi maledictionis & amaritudinis os plenum habentes, rationẽ iudici omniũ reddituri sunt.

Psal. 13

Ego autem me conuerto ad id, quod me maxime decet, & te nunc quoque admonebo quasi fratrem in domino, ut doctrinam uerbi, & sensum fidei caute & cum omni obseruatione facias semper ad populos, sciens plane, quod si quis ex his q in Christũ credunt, unum duntaxat scãdalizauerit, indignationi subiacebit ingenti.

Mat. 18

Sin uero non unus sit, sed multitudo decepta, tunc omni arte nobis utendum est,

denter auferatur huiusmodi offensio, & sanæ fidei ratio insinuetur exposcẽtibus ueritatem? Erit autem hoc recte faciendum, si sanctorum patrum libros legentes, magni eos momenti habere studeamus, & probantes nosmetipsos, si sumus in fide, secundum quod scriptũ est, illorum* rectis & irreprehensibilibus definitis, nostros sensus bene atque optime roboremus. Ait ergo sanctum illud & magnum concilium patrum, ipsum de deo patre genitum secundum naturam unicum filium, deum uerum de deo uero, lumen de lumine, per quem omnia creauit pater, descendisse, incarnatũ esse, atque inhumanatum, passum, mortuũ resurrexisse tertia die, & in cælum ascendisse. Hæc etiam nos sequi oportet & uerba atque doctrinas, cogitantes quid significet, incarnari & * inhumanari dei uerbum. Non enim dicimus, quia dei uerbi natura transformata, facta sit caro, sed nec, quia in totum hominem (qui est ex anima & corpore) commutata est, sed illud potius sentiendum, quia carnem animatam anima uidelicet rationali, uniens sibimet secundum* subsistẽtiam deus uerbum, inenarrabiliter atque inscrutabiliter factus est homo, & appellatus est filius hominis, non tantum secundum uoluntatem aut bonum placitum, nec sicut in personæ tantummodo susceptiõe, sed quia diuersæ quidem ad ueram unitionem conuenere naturæ. Vnus autem ex utrisque naturis Christus & filius, non quasi naturarum earum per unitatem diuersitate consumpta, sed magis ĳsdem naturis, id est, perficientibus nobis diuinitate & humanitate, unum dominũ & Christum, & filium, per inenarrabilem & inscrutabilem concursum ad unitatem. Et sic dicitur certe (dũ sit ante omnia secula subsistentiam habens, & natus ex patre) generari etiam secundum carnem ex muliere, non quod diuina eius natura (in qua consubstantiuus al. consubstantialis, uel coessentialis, id est, homousios est patri) in sancta uirgine initium, ut esset, acceperit, neque quia ex necessitate propter seipsum, secũda eguerit natiuitate post patrem: (est enim hoc uanum simul & impe

al. & oĩno recte | al. rite | al. facere fateamur | al. festinemus | al. dictis | al. hominem fieri | al. subsistentialiter | Istud parenthesi clausũ non est in græco.

D dum est, ut circuncidamus scandala, & illis qui quærunt ueritatem, sanam rectamq; fidei dirigamus rationem. Id autem facile fiet, si pariter patrum recẽsentes scripta sanctorum, eos plurimi faciamus. Et nosmetipsos consulentes, si in fide consistimus, secundum quod scriptũ est, tum demum rectis illorum atq; irreprehensibilibus institutis, sensus nostros animosq; firmemus. Ait igitur sancta et magna synodus, ipsum (q est ex deo patre naturaliter natus) filium unigenitum, deum uerum de deo uero, lumen de lumine (per quem & cum quo oĩa fecit pater, hũc descendisse, incarnatum esse, & hominem factum, passum esse, resurrexisse tertia die, & ascendisse rur-
E sus in cælos. hæc nos sequi uerba debemus, his nos conuenit obtemperare dogmatibus, considerantes quid sit incarnatum esse, & hominem factum dei uerbũ. Nõ enim dicimus, quod dei natura conuersa uel immutata, facta sit caro: nec q in totum hominem, qui est ex anima & corpore, transformata sit: sed illud magis, quod carnem animatam anima rationali, sibi copulauerit uerbum substantialiter, & ineffabiliter & indeprehensibiliter factus sit homo, & nuncupatus sit etiam filius hominis, non nuda tantummodo uoluntate, sed nec assumptiõe sola personæ, sed quod diuersæ qdem naturæ in unum cõuenerint. Vnus tamen ex ambabus Christus & filius, non euacuata aut sublata diuersitate naturarum per coniũctionem, sed quia simul nobis
F effecerunt unum* dominum & Christũ & filium, id est, diuinitas & humanitas per arcanam illam ineffabilemq; copulationem ad unitatem. Itaq; is, qui ante secula omnia est natus ex patre, etiam ex muliere carnaliter dicitur procreatus, nõ quia diuina ipsius natura de sacra uirgine sumpsit exordium, nec quod propter seipsam opus habuit secundo nasci post illam natiuitatem quã habebat ex patre. Est enim ineptum & stultum hoc dicere, quod is q ante oĩa secula ẽ cõsempiternus patri, secũdæ regeneratiõis egu erit ut esse inciperet: sed qa propter nos & propter nostram salutem naturam sibi copulauit humanam, & processit ex mulie

al. de

imperitum, hūc existentem ante omnia D secula, & coæternum patri, dicere, indiguisse secundo, ut esset, initio) sed quoniam propter nos & propter nostram salutem, uniens sibi *secundum subsistentiam humanitatē, processit ex fœmina, propterea dicitur *secūdum carnem natus. Non enim prius homo communis ex sancta est *genitus uirgine, & sic postea uerbum superuenit in eo: sed *ex ipsa uulua cum carne unitus, natiuitatem carnalem creditur & dicitur pertulisse, tanquam natiuitatem propriæ carnis suam faciens. Sic eum dicimus & passum esse, & resurrexisse, nō quia dei uerbum in sua natura passum est aut plagas, aut perforatiōes clauorum, aut reliqua uulnera pertulerit: (impassibilis est nanque E diuinitas, quoniam & incorporea) sed quia, quod factum est propriū eius corpus, pertulit, *ipse mortē pro nobis dicitur pertulisse. erat eñ hic impassibilis in carne passibili. Simili autem modo & de morte eius sentimus. Immortalis enim secundum naturam & incorruptibilis, & uita, & uiuificās est deus dei uerbum. sed quia iterum propriū eius corpus gratia dei (sicut dicit Paulus apostolus) pro omībus gustauit mortem, ideo dicitur mortem pro nobis ipse perferre, *non quòd in experimentum uenerit mortis, quod attinet ad eius naturā (summa enim dementia est, hoc sentire uel dicere) sed quia (sicut nuper dixi) caro eius gustauit mortem. Sic etiam resurgente F eius carne, rursus eius resurrectio dicitur, non quasi ipso ad corruptionem (quod absit) delapso, sed quia eius iterum corpus surrexit. Sic unum Christū, dominūq; *fatebimur, non ut hominem coadorantes uerbo, ne *diuisionis imaginatio præsentetur uel inducatur, dum dicitur, co, sed sicut unum atq; eundem adorantes, quia non alienum est corpus eius à uerbo, sed eius magis proprium est, cum quo ipsi considet patri: non iterum sicut duobus rursus filijs considentibus, sed sicut uno cum carne secūdum unitionem. Si uero *secundum subsistentiam unitionem, aut ut inconuenientē, aut ut indecētem recusamus, irruimus in id, ut duos filios prædicem⁹. Necesse est

al. sub. sistētia liter
al. carnaliter
al. gñatus
al. in
al. ita, aut ob hoc ipse iterum
Heb. 2
al. non qō experimētū tenere mortis diuina ei⁹ natura ptulerit
al. fatemur
al. incisionis
al. substantialem
al. ineffabilē

mulierc, idcirco dicitur natus esse carnaliter. Neq; enim *primum natus est homo communis de sancta uirgine, & tunc demum inhabitauit in eo uerbum: sed in ipsa uulua uteroq; uirginali se cum carne coniunxit, & sustinuit generationem carnalem, carnis suæ natiuitatem suam faciens. Sic illum dicimus & passum esse, & resurrexisse, nō qa deus uerbū in sua natura pass⁹ sit aut plagas, aut clauorū trāsfixiōes, aut alia uulnera: deus nanq; incorporalis extra passionem est: sed qa corpus illud, quod ipsius proprium factum est, passum est, ideo hæc omnia pro nobis ipse dicitur passus. Inerat enim in eo corpore quod patiebatur, deus, qui pati non poterat. Simili modo & mortem ipsius intelligimus. Immortale eñ & incorruptibile est naturaliter, & uita, & uiuificās dei uerbū. Sed quia corpus ipsius proprium gratia dei iuxta Pauli uocem pro omnibus mortem gustauit, idcirco ipse dicitur mortem passus esse pro nobis. Nō quod ipse mortem esset expertus, quantum ad ipsius naturam pertinet (insania est enim, hoc uel sentire uel dicere) sed quod (ut supra dixim⁹) uera caro ipsius mortem gustauit. Ita & resurgente carne, ipsius rursus resurrectionem dicimus: non quia in corruptionem ceciderat, (quod absit) sed quia eius resurrexit corpus. Ita Christum unum & dominum confitemur, non tanquam hominem cum uerbo coadorantes, ne diuisionis quædam species inducatur, sed unum iam & eundem adorantes: quia non est alienum à uerbo corpus suum, cum quo ipsi etiam assidet patri. Nec hoc ita dicimus, quasi duobus filijs assidentibus, sed uno cum carne per unitatē: qa si talē copulationē factam per substantiam, aut quasi impassibilem, aut quasi parum decoram uoluerimus accipere, in id incidimus, ut duos filios esse dicamus. Necesse enim est discernere, & dicere hominem separatum fuisse sola filij appellatiōe honoratum, & rursus uerbum, quod est ex deo, & nomine & ueritate, filium dei, sed discernere in duos filios non debemus unum dominum Iesum Christum. Neq; enim id adiuuat rectam fidei rationem, licet non

al. primo
Heb. 2
Ioā. 1

est enim omnia diuidere, & dicere hominem quidem specialiter filij honoratum uocabulo: & rursus, specialiter * deum uerbum filiationis nomen atque appellationis naturaliter habere. Non ergo in duos filios unus dominus IESVS Christus diuidẽdus est. Nullo enim modo oportet rationem rectæ fidei sic habere, sed nec personarum unitiõem, sicut aliqui opinantur. Nõ enim dixit scriptura, quia deus uerbum personam hominis uniuit sibi, sed quia caro factum est uerbum. Verbum uero carnem fieri, nihil est aliud, nisi quia iuxta nos participatus est carni & sanguini. Nostrum autem corpus fecit proprium, & processit homo ex muliere, deus esse non desinens, & ex deo patre progenitus, sed & in assumptione carnis, quod fuerat, perseuerans. Istud allegat ubique subtilis fidei ratio: sic sanctos patres sensisse comperimus, sic ausi sunt dei genitricem sanctam uirginem dicere, non quia natura uerbi uel deitas eius ex sancta uirgine initium, ut esset, accepit: sed quia quod ex ea genitum est sanctum corpus rationabiliter animatum, cui est subsistentialiter unitum uerbum, secundum carnem dicitur natum. Hæc

al. deũ & uerbum

Ioan. 1.

D nonnulli copulationem (nescio quam) perhibeant personarum. Non dixit eñ scriptura, uerbum dei personam sibi hominis assumpsisse, sed carnem factum esse. Id autem est, ostendere dei uerbum similiter ac nos participatũ habuisse carnis & sanguinis, & corpus nostrum proprie suum fecisse, & hominem ex muliere processisse, non abiecta nec deposita deitate, aut generatione illa quam habebat ex patre, sed mansisse etiam in assumptione carnis deum, quod erat. Hoc ubique rectæ fidei ratio protestatur. In tali sensu sanctos patres fuisse cõperimus. Ideo illi non dubitarũt sanctã uirginem dicere theotocon, non quod E uerbi natura deitasq; in sancta uirgine sumpsit exordium, sed quod ex ea natum sit sacrum illud corpus animatum anima rationali, cui substantialiter adunatum dei uerbum, carnaliter natũ esse dicitur. Hæc igitur pro charitate in CHRISTO scribo, quærẽs te tanquam fratrem, & contestans coram Christo & electis angelis, ut hæc nobiscum & sentias simul & doceas, ut ecclesiarum pax salua seruetur, & concordiæ charitatisq; uinculum indissolubile maneat sacerdotibus dei.

Ioan. 1.

etiam nunc ex charitate, quæ in Christo est, scribo, rogans ut fratrem, & contestans sicut in conspectu Christi & electorum angelorum, hæc nobiscum sentire pariter & docere, ut ecclesiarum pax perstet incolumis, & sacerdotibus dei indiscissum concordiæ atque charitatis uinculum perseueret.

Cyrillus episcopus Alexandriæ dixit: Audiuit hæc sancta & magna synodus quæ scripsi reuerendissimo Nestorio, defendẽs rectam fidem. Arbitror autem quia nullo modo transgressus inuenior rectæ fidei rationem, uel in aliquo præteriens expositum symbolum à sancta & magna synodo, quæ suo in tempore in Nicea collecta est. Et peto uestram sanctitatem dicere, utrum recte & irreprehensibiliter & cõsone illi sancto concilio scripserim, nec ne. Iuuenalis episcopus Hierosolymorum dixit: Relecta sancta fide, quæ in Nicea exposita est, & epistola sanctissimi & beatissimi episcopi Cyrilli & quæ à sancta synodo edita sunt, consona inueniuntur. Et istis pijs dogmatibus consentio & acquiesco. Firmus episcopus Cæsareæ Cappadociæ, dixit: Quæ in breui & capitulatim à sancta Nicena synodo dicta sunt, exponens tua religiositas, subtiliter & gradatim manifestã nobis & efficaciorem reuelationem editæ sanctæ fidei fecit, ut nihil sit in his, quæ dicta sunt, ambiguum, omnibus inuicem consonantibus & confirmantibus fidem. His ergo diligenter & immutabiliter se habentibus, ac nullam nouitatem inferentibus, & ego cõsentio, eandẽ doctrinã à sanctis patribus & epĩs meis suscipiẽs. Memnon epĩs Ephesiorũ metropolis dixit: Exposita fidei à sanctis trecẽtis decẽ & octo patribus in Nicea cõuenientibus cõsona, & in epistola relecta sanctissimi & beatissimi patris nostri & epĩ Cyrilli cõtinenf, qbus et acquiescimus, et consentimus, nihil minus, neq; dissonum inuenientes. Interlocutum est autem eadem et omne sanctum magnumq; concilium.

F

Epistola

A ¶ Epistola scripta deo amãtissimo epo Antiochiæ Iohanni, a sanctissimo episcopo Alexandriæ Cyrillo de pace.

EXultent cœli, & lætet terra. Solutus est em̃ medius paries maceriæ, & q̃d contristabat, quieuit: atq; dissensionis oĩs modus abcisus est, oĩm nostrũ saluatore Chr̃o pacẽ suis ecclesijs tribuente, conuocantibus aũt nos ad hoc & pijssimis ac deo amãtissimis atq; Christianiss. Imperatoribus, q originalis pietatis facti imitatores egregij, tutã quidẽ & incõcussam in proprijs animis rectã fidẽ custodiũt, maximã vero curã impendũt pro sanctis ecclesijs, vt * opinabilẽ habeãt in secula gloriã, & p̃ clarissimũ propriũ ostendãt imperiũ. Quibus & ipse dñs virtutũ diuite manu bona B *impertit, & tribuit subiugare qdẽ aduersarios, donat aũt & victoriã. Neq; em̃ mentitur, dicẽs: Viuo ego, dicit dñs, qa glorificãtes me, glorificabo. Veniẽte igit̃ in Alexandria dño meo religiosissimo & cõsacerdote fratre * Proculo, impleti sumus omni lætitia, & nimis digne, tanq̃ tãto viro mediante, & supra vires in laborib⁹ acquiescẽte versari, vt diaboli superaret inuidiã, & cõiungeret separata, & interiecta scãdala circũcidẽs, cõsensu & pace coronet ecclesias, q̃ apud nos & apud vos sunt. Quo em̃ mõ diuisæ sunt, supfluũ arbitror dicere. Oportere aũt reor, ea q̃ pacis tpi cõueniẽtia sunt & sapere & effari. Delectati ergo sum⁹ colloquijs memorati reuerẽdissimi viri, q forte & certamina se nõ parua habiturũ suspicabat̃ ad psuadendũ nobis, qm̃ oportet ad pacẽ cõiungere ecclesias, & hæreticorũ risum abolere, sed & hebetẽ facere sup his C aculeũ diabolicæ malignitatis. Paratos aũt ita in hoc nos inuenit, vt nullũ laborẽ penitus sustineret. Recordamur em̃ saluatoris dicẽtis: Pacẽ meã do vobis, pacẽ meã relinquo vobis. Edocti aũt sumus & in oõnibus nr̃is dicere: Dñe deus nr̃, pacẽ da nobis, oĩa em̃ reddidisti nobis, in tantũ, * vt si qs particeps fuerit pacis, q̃ a deo datur, non indigebit omni bono. Qm̃ vero oĩno supflua & inopportuna ecclesiarũ diuisio facta est, nũc magis nobis ẽ satisfactũ, dño meo religiosissimo * Paulo epo chartã nobis p̃ferẽte, q̃ irreprehensibilẽ cõtinet fidei cõfessionẽ, & affirmãte hãc a tua sctitate & ab alijs deo amantissimis ibidẽ cõstitutis epis, eẽ cõpositã. Habet aũt scriptura ita, & ipsis verbis inserta ẽ huic ep̃læ meæ. De genitrice aũt dei virgĩe queadmodũ & sapim⁹ & dici-

¶ Epistola Cyrilli ad Iohannẽ Antiochenum, de partu diuinę genitricis virginis & vnigeniti filij dei hũanitatis assumptione.

LAetent̃ cœli, & exultet terra. Solutus est em̃ medius paries sepis, & cessauit illud, quod afferebat tristitiã, & totius dissensionis sublata ẽ via, oĩm nr̃m saluatoris Chr̃i suis ecclesijs pacẽ p̃stãtis, prouocãtibus nos & adhortãtibus ad hoc ip̃m pijssimis & deo amãtiss. principibus nr̃is, q patrũ suorũ religionis æmuli existẽtes, veracẽ & incõcussam & rectã in suis animis cõseruãt fidẽ, egregiã aũt faciũt solicitudinẽ pro sanctis ecclesijs, vt inenarrabilẽ habeant sempiternã gloriã, & suũ imperiũ dignũ oĩni laude cõseruẽt. Quibus & ip̃e oĩm virtutũ dñs, ditissima manu distribuit bona, & p̃stat obtinere resistẽtes, & donat victoriã veritati. Nec em̃ mẽtit̃, dicẽs, Viuo ego, dicit dñs, qm̃ eos, q me glorificãt, glorificabo. Aduenięte igit̃ nũc Alexandriã dño meo venerabili fratre * Paulo, lætitia repleti sumus, & valde necessarie, vtpote tali viro mediatore, & de his laborib⁹ & causis (q̃ vires excedũt) aĩose volẽti disputare, vt diaboli vincat inuidiã, & cõiũgat diuisa, & q̃ in medio fuerãt inter hæc aspersa scãdala, auferat, & coronet cõcordia & pace ecclesias, q̃ sunt & apud nos & apud vos cõstitutæ. Quẽadmodũ em̃ diuisæ sunt, superfluũ est dicere. Oportere aũt arbitror, ea loqui & sentire, q̃ decẽt pacis tpa. Gauisi sumus igit̃, occursu & notitia memorati religiosi viri, q fere non leuiter se laborare putauit, vt psuadeat nobis ecclesias oportere cõiungere, & adunare ad pacẽ, & eorũ, q aduersa nobis sentiũt, dissipare ridicula, obscurare aũt & hebetare adhuc diaboli malignitatis stimulũ. Inuenit aũt nos ita paratos ad hoc, vt oĩno nullũ laborẽ sustineamus. Meminimus em̃ saluatoris nr̃i dicentis: Pacẽ meã do vobis, pacẽ meã relinq̃ vobis. Docti etiã sum⁹ dicere in oõnib⁹ nr̃is: Dñe deus nr̃, pacẽ da nobis, oĩa em̃ reddidisti nobis. Si qs igit̃ particeps fiat a deo pacis hui⁹ tributę, inops nõ erit oĩs boni. Qm̃ ergo supflua & nullis ex causis ecclesiarũ dissensio facta ẽ, nũc maxĩe plenius docti sumus, & cognouim⁹ dño meo venerabili * Paulo epo chartã nobis proferẽte, irreprehẽsibilẽ habẽtẽ fidei cõfessionẽ, & hãc ipsam chartã cõfectã esse adstruẽs & cõfirmãs a tua sanctitate, & a venerabilib⁹ illarũ partiũ epis, q̃ cõscriptio ita cõtinet̃, & ipsis verbis aponet̃ * in hac ep̃la nr̃a. De partu

BBB iij autem

Margin notes: a͞rs, inenarrabilem — a͞rs, partitur — 1. Reg. 2. f — a͞rs, Proculo — a͞rs, Paulo — Iohã. 14. d — a͞rs, quare quisquis — a͞rs, Proculo — a͞rs, huic ep̃læ nostræ.

dicimus,& de mõ incarnatiõis vnigeniti filij dei,necessario non quasi in additamenti pte,sed in specie satisfactionis, sicut ab initio tã ex diuinis scripturis, q̃ ex traditione sanctorum patrũ suscipiẽtes, habuimus: Breuiter dicimus,nihil penitus addẽtes sanctę fidei,quæ a patribus in Nicea est exposita Sicut enim anticipãdo diximus, sufficit ad oẽm pietatis cognitionẽ, & abdicationem totius hæreticæ prauitatis, Dicimus autẽ, nõ quasi audẽtes aliquid cõtra ineffabilia, sed cõfessione proprię infirmitatis,pro excludẽdis his,qui cõtra nos tẽtãt assurgere in quibus ea q̃ sunt supra hoiem, cogitamus. Cõfitemur etẽm dñm nostrũ Iesum Christũ filiũ dei vnigenitũ, deũ perfectũ, & hoiem perfectũ ex anima rationali & corpe, ante secula quidẽ ex patre natum secundũ deitatẽ,qui fuit vero dierum eundẽ propter nos & propter nostrã salutem de Maria virgine secundũ humanitatẽ,consubstantialẽ patri secundũ deitatẽ,& consubstantialẽ nobis secundũ humanitatem. Duarum enim naturarum vnio facta ẽ. Propter q̃d vnũ Christũ, vnum filium, vnũ dñm cõfitemur. Secundũ hunc inconfusæ vnitionis intellectũ confitemur sanctã virginem dei genitricem,propter q̃d deus verbum incarnatus est, *& homo factus est, & ex ipsa cõceptione sibimet vnierit templum,q̃d ex ipsa suscepit. Euangelicas vero & aplicas de dño voces, scimus deiloquos viros quasdã quidẽ* vnificãtes,tanq̃ in vna psona: quasdã vero diuidẽtes,tanq̃ in duabus naturis,& diuinitatem quidem dicentes secundũ deitatẽ Christi,humiles autẽ secundũ humanitatem eius tradẽtes. His vestris relectis sacris vocibus,& ita vt nos q̃q; sapere inuenientes (vnus eñ deus vna fides,vnum baptisma) glorificauimus omniũ saluatorẽ deũ, alterutrũ congaudẽtes, qm̃ scripturis diuinitus inspiratis,& traditioni sanctorum patrũ nostrorum consonantem fidem habent & nostræ & vestræ ecclesiæ. Qm̃ vero cõperi quosdã vituperare amãtes, vesparum agrestiũ modo circũsonare, & malignos contra me sermones eructare,tanq̃ ex cœlo depositũ,& nõ ex sancta virgine sanctum corpus Christi eẽ confitear. Consideraui, pauca pro hoc ad eos *dicere oportere: O insensati,& tantũ calumniari docti, quẽ ad modum in hoc estis sensu lapsi, & hac tãta stultitia languistis? Oportebat eñ aperte intelligere,qm̃ nobis pene omne certamen de fide prouenit,con-

alias,inhumanatus.

als,cõiungentes.

als,intellexi.

alias,dici debere.

aũt diuinæ genitricis virginis,quemadmodũ & sentiamus,& dicamus & de humanitatis adsumptione vnigeniti filij dei,necessarij,nõ partẽ aliquem addẽtes,sed plenissima satisfactiõe & rõne speciali,a principio & de diuinis scripturis, & traditione sanctorum patrũ suscipiẽtes, & docti,breuiter dicimus,nihil prorsus addẽtes in sctõrum patrũ cõuentu & synodo Niceni concilij expositæ & expressæ fidei. Sicut eñ pdiximus,ad oẽm sufficit pietatis sciẽtiam, & vniuersæ hæreticę & prauæ doctrinę abdicationẽ. Dicim⁹ aũt nõ temere audẽtes de incõprehẽsibilibus, sed cõfessione propriæ infirmitatis excludẽtes eos q oboriri volunt,in qbus ea cogitamus,q̃ sunt vltra hoiem. Cõfitemur igit̃ dñm nostrũ Iesum Chr̃m filiũ dei vnigenitũ,deũ pfectum & hoiem pfectum ex aĩa & corpe rõnali,añ secula qdẽ de patre natũ secundũ deitatẽ, in nouissimis vero tpibus eundẽ ipm propter nos & propter nostrã salutẽ de Maria virgine secundũ humanitatẽ, cõsubstãtiuum vel cõsubstãtialẽ patri secundũ deitatẽ,cõsubstãtialẽ nobis secundũ humanitatẽ. Duarum enim naturarum vnitio facta est. Propter q̃d vnũ Chr̃m, vnũ dñm confitemur. Scdm hãc incõparabilis vnitatis fidẽ cõfitemur sanctã & diuinã genitricẽ dei virginẽ propter hoc,q̃d dei verbum incarnatũ est, & humanitatẽ assumpsisse, & ex ipso cõceptu adunasse sibi tẽplũ credimus q̃d ex ipa assumpsit. Euãgelicas aũt & apostolicas de dño nostro voces, nouimus viros aliquas qdẽ cões faciẽtes tanq̃ in vna psona,aliquas aũt diuidẽtes tanq̃ ex duabus naturis,& illas qdẽ,q̃ deo conueniunt scdm deitatẽ Christi, humiles vero scdm humanitatem ipsius tradẽtes. His ergo cognitis sacris vocibus vestris, & sic vos sentientes cum cognouissemus, vnus eñ dñs, vna fides, vnũ baptisma,glorificam⁹ oĩm dñm saluatorẽ deũ,inuicẽ cõgaudẽtes, qm̃ scripturis, q̃ a deo inspiratæ sunt, & traditioni sanctorum patrũ cõueniẽtẽ habẽt fidẽ, quæ apud nos & apud vos sunt ecclesiæ. Qm̃ igit̃ *interrogaui q̃sdã, q amãt ex more suo vituperare, velut scabrones agrestes circumstrepere,& molesta eructuare cõtra me verba, eo q dixerim de cœlo aduenisse,& nõ de sancta virgine sanctũ corpus Christi,oportere arbitratus sum,pauca sup hoc ad eos dicere. O stulti,& solum calũnias mouere sciẽtes,qũo ad hoc cõcilium deducti estis, & tãta stultitia ægrotastis?

A nit,cõfirmãtibus qm̃ sancta virgo dei genitrix est. Sed si de cœlo & nõ ex ipsa sanctũ corpus oĩm nr̃m saluatoris Chri factũ esse dicamus,quõ iã intelligat dei genitrix eẽ? Quẽ em̃ oĩno peperit,nisi ẽ verũ,ꝙ peperit secũdũ carnẽ Emmanuel est? Rideãtur,hæc de me garrientes. Nec em̃ beatus propheta Esaias mẽtitus est,dicens: Ecce virgo in vtero habebit,& pariet filium,& vocabit nomẽ eius Emmanuel,q̊d est interpretatũ, nobiscũ deus.* Vere aũt oĩno & sanctus Gabriel ad beatã virginẽ dicit: Noli timere Maria, inuenisti em̃ gratiam apud deũ. Et ecce,cõcipies in vtero, & paries filiũ,& vocabis nomẽ eius Iesum. Ipse em̃ saluabit pplm̃ suũ a pc̃tis eorũ. Qñ aũt dicimus,de cœlo,& de sursum dñm nr̃m B Iesum Christũ,nõ quasi desursum & de cœlo deposita eius sancta carne talia dicimus,sed magis seq̃ntes diuinũ Paulũ,aperte clamantẽ. Primus homo de terra,terrenus,secũdus hõ de cœlo,cœlestis. Meminimus aũt & ip̃m saluatorẽ, dicentẽ: Et nemo ascendit in cœlũ,nisi q de cœlo descẽdit,filius hoĩs,q vtiq; & secundũ carnẽ(sicut nuper dixi)ex sancta virgine natus est. Qm̃ vero desursum, & de cœlo descẽdẽs deus verbũ,exinaniuit semetip̃m formam serui accipiẽs,& nũcupatus est filius hoĩs, permanẽs id,q̊d erat,id est,deus (Incõuertibilis em̃ & immutabilis est secundũ propriã naturã,* tantũ qa vt vnus iã intelligit cum propria carne, de cœlo dicit descendisse)nũcupatus ẽ vero & hõ de cœlo,p C fectus in deitate,& pfectus idẽ ipse in hũanitate,& tãq̃ in vna ꝑsona intelligẽd⁹, vn⁹ em̃ dñs Iesus Chr̃s,q̃uis nõ ignoret differẽtia naturarũ,ex qbus inenarrabilẽ vnitionẽ factã eẽ dicimus. Eos aũt q dicũt, qa cõmixtio vel cõfusio aut fermẽtatio dei verbi facta ẽ ad carnẽ,dignet tua sc̃titas refrenare. Suspicor em̃, & hoc de me aliq̃s diuulgare,q̃si *aut tali multiloqo vsus sim,aut talia dixerim. Ego aũt tãtũ absum ab hmõi sensu,vt & furere arbitrer eos, q vel suspicati sunt oĩno,qa mutationis adumbratio circa naturã dei verbi p̃t cõtingere. Manet em̃ q̊d est,semp,& nõ est mutat⁹,sed neq; mutabit aliq̃n,vel cõuersionis ẽ capax. Impassibile aũt sup hæc dei verbũ oẽs cõfitemur, licet ipse sapiẽtissime dispones mysteriũ,sibimet applicãs videat accedẽtes carni propriæ passiões. Ideo vtiq; & sapiẽtiss. Petrus inqt: Chr̃o passo pro nobis carne,& nõ natura inenarrabilis deitatis. Vt em̃ ipse saluator

stis? Oportebat enim, & valde oportebat, aperte vos intelligere, qm̃ pene omne nobis q̊d pro fide est, luctamẽ aduenit, adfirmãtibus,qm̃ sancta virgo diuini partus est genitrix. Sed si dixerimus,de cœlo,& non ex ipsa sancta natũ eẽ corpus oĩm nr̃m saluatoris dñi,quõ em̃ dicemus genitricẽ dei, q̃ em̃ omnimodo peperit,nisi ẽ verũ illud, q̊d peperit secundũ carnem,q est Emmanuel? Derideant ergo,q de me ista garrierũt. Nõ em̃ mentit beatus Esaias propheta dicẽs: Ecce virgo in vtero cõcipiet,& pariet filiũ,& vocabitis nomẽ eius Emmanuel,q̊d interp̃tat,nobiscũ deus. Verũ q̃ꝙ testatur & sanctus Gabriel,ad eandẽ beatam virginẽ dicẽs: Noli timere Maria, inuenisti em̃ grãm apud deum. Ecce cõcipies in vtero,& paries filiũ,& vocabis nomẽ eius Iesum. Ipse em̃ saluabit populũ suũ a peccatis eorũ. Qñ aũt dicimus, de cœlo,& de supernis dñm nr̃m IesumChristũ nõ tanq̃ de cœlo deposita sancta eius carne talia dicimus,sed sequimur magis mirabilẽ Paulũ,clamãtẽ aperte: Primus hõ de terra,terrenus,secũdus hõ de cœlo, cœlestis. Meminimus aũt & ip̃m saluatorẽ dicentẽ: Nemo ascẽdit in cœlũ,nisi q descendit de cœlo filius hoĩs. Natus est em̃ secundũ carnẽ (sicut pauloante p̃dixi) de sancta virgine, & qm̃ q de cœlo & de superioribus aduenit deus verbũ, exinaniuit seip̃m formã serui accipiẽs,& appellatus est filius hoĩs,manens q̊d erat,hoc est,de⁹. Immutabilis em̃ & inconuertibilis secundũ naturã est,tanq̃ vnus iã intellectus cũ propria carne,de cęlo dicit descẽdisse, appellat⁹ ẽ etiã & hõ de cœlo pfectus,cũ eẽt etiã in deitate pfectus idẽ ipse in eadẽ humanitate pfectus,& tanq̃ in vna ꝑsona intelligẽdus. Vnus em̃ dñs Iesus Chr̃s, etsi naturarũ differẽtia nõ ignoretur,de qbus inenarrabilẽ vnitionẽ actam fuisse sentimus,& dicimus. Eos aũt qui dicunt,qm̃ tẽperamentũ,aut cõfusio,aut cõspersio facta est dei verbi ad carnem,dignet tua sanctitas refrenare. Forsitan em̃ esse quosdã nõ ambigo,q hæc de me iactitent,tanq̃ garrientes aut dicentes. Ego aũt in tantũ ab his longe sum, vt nihil tale sentiam,vsqueadeo, vt insanire putẽ,q hoc de me suspicati sunt,ꝙ oĩno mutatiõis adumbratio accidere p̃t circa diuini verbi naturã. Manet em̃ id q̊d semp est,& nõ mutatur,nec vnq̃ mutabit, nec suscipiet mutationẽ. Impassibile enim ad hoc dei verbũ esse cõfitemur vniuersi,tametsi sapientissime

aľs, Verũ aũt

Esaiæ.7.c

Matth. 1.

1.Cor.15.f

Iohan.3.b

aľs,tanq̃,vel, tamen

aľs, ita sapuerim aut dixerim

1.Pet.4.

uator esse omnium crederetur, secundum proprietatem dispensatiuã ad semetipsum (vt dixi) carnis suæ refert passiones, quale est illud, quod per prophetæ vocem tanq̃ ab ipso *prędicitur: Dorsum meum dedi ad verbera, & maxillas meas ad palmas, faciem aũt meã non auerti a fœditate sputorum. Quoniã vero vbiq; sequimur sanctorum patrum sententias, maxime aũt patris nostri beatissimi, & opinabilis Athanasii, omnino in aliquo ab eo deuiare metuẽtes, tua quidem sanctitas credat, aliorum vero ambigat nemo. Apposuissem vtiq; & testimonia multa eorum, ex ipsis mea verba cõfirmans, nisi prolixitatem meæ epistolæ timuissem, ne forte per hoc fastidium legentibus generetur. Nullo vero modo moueri ab aliquibus patimur fidem, aut ipsum fidei symbolum, quod a sanctis patribus nostris in Nicea conuenientibus, illo tempore diffinitum est, sed neq; permittimus nobismetipsis, aut aliis, vel *verbum mutare ibidẽ positorum, vel vnã saltem syllabam præterire. Meminimus enĩ & dicẽtis: Noli transgredi terminos æternos, q̃s posuerũt patres tui. Neq; enĩ ipsi erãt, qui loquebãtur, sed spũs dei & patris, q procedit quidẽ ex ipso. Est aũt & a filio nõ alienus secundum vnius essentiæ rationem, & ad hoc ipsum nos sanctarum arcana docẽtium verba confirmãt. In Actibus nanq; apostolorum scriptum est: Veniẽtes autem in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam, & non pmisit eos spũs Iesu. Scribit aũt & admirabilis Paulus: Qui autẽ in carne sunt, deo placere nõ possunt. Vos aũt nõ estis in carne, sed in spũ, siquidẽ spũs dei habitat in vobis. Si quis autẽ spiritum Christi non habet, hic nõ est eius. Quãdo aũt quidam eorum, qui recta peruertere solẽt, meas voces in sibimet placitũ vertunt, nõ admiretur hoc tua sanctitas, sciens, qm̃ & omnes hæretici de scriptura diuinitus inspirata, sui colligunt erroris occasiones, ea, quæ a sancto spũ recte dicta sunt, sua malitia corrumpẽtes, & sup sua capita flammã inextinguibilem haurientes. Qm̃ vero didicimus, q̃ epistolã opinatissimi patris nostri Athanasii ad beatũ Epictetũ destinatã recte habentẽ, corrũpentes, quidã ediderũt, vt per hoc plurimis noceat, propterea vtile aliq̃d & necessariũ fratrib9 prouidẽtes, ex antiquis exemplaribus, quæ apud nos sunt, & nullum errorem habentibus, tuæ sanctitati paria destinauimus. ¶ Finit.

1. Petri. 4. a.
al's. predicat.
Esa. 50. c
al's. vnũ mutare dictorum.
Prouer. 22. d.
al's. alienus.
Actorum. 16. b.
Romanorum. 8. b.

me ipse disponens mysteriũ, video in propria carne passiones, q̃ acciderũt. Eadẽ & sapiẽtissimus Petrus: Christo (inquit) pro nobis passo in carne, & nõ natura inenarrabilis deitatis. Vt enĩ ipse oĩm saluator eẽ credat, secũdũ dispositionẽ proriã in se (vt dixi) ppriæ carnis reuocat passiões. Quale est illud secundũ prophetæ vocẽ p̃dictũ tanq̃ ex ipso intelligẽdũ. Dorsum meum dedi ad flagella, & maxillas meas ad verbera, faciẽ aũt meã nõ auerti a cõfusionibus sputorum. Qm̃ aũt sanctorum patrũ doctrinis obtẽperãtes vbiq;, maxĩe aũt beati & p oĩa laudabilis patris nr̃i Athanasii p̃cepta, oĩno de his aliq̃d foras eijcere recusãtes, discat q̃dẽ tua sanctitas, & nullus alius societ. Posuissem aũt etiã illorum plura verba, q̃bus meis dictis fidẽ adhiberẽ, si nõ prolixitatẽ scriptorum reuererer, ne ex hoc ipso fieret horribile. Nullo autẽ mõ patimur a q̃busdã cõcuti definitã fidẽ, siue fidei symbolũ a sanctis patribus nostris, qui apud Nicẽã conuenerũt illis tp̃ibus. Nec permittitur aut nobis aut aliis, mutare aliq̃d verbũ ex his, q̃ ibidẽ continẽtur, aut vnã syllabã immutare, memores eius dicẽtis: Ne trãsferas terminos æternos, q̃s posuerũt pr̃es tui. Nõ enĩ erãt ipsi loquentes, sed spũs dei & patris, q pcedit q̃dẽ ex ipo. Nõ est aũt *alienũ a filio secũdũ eẽntiæ rõnẽ, & ad hoc nos eorum sanctorum, q̃ mysteria tradiderũt, dicta cõfirmãt. In actib9 enĩ aplorum scriptũ ẽ Veniẽtes aũt circa Mysiã, tentabãt in Bythiniã ire, & nõ eos pmisit spũs Iesu. Scribit etiã & venerabilis Paul9: Qui aũt in carne sunt, deo placere nõ pñt. Vos aũt non estis in carne, sed in spũ, si tñ spũs dei habitat in vobis. Si q̃s aũt spm̃ Chr̃i nõ habet, hic nõ est ei9. Qñ aũt q̃dã, q cõsueti sunt, q̃ recta sunt puertere, q meas voces deuiare & abstrahere æstimant ad id, q̃d eis videt, nõ miretur hoc sanctitas tua, sciẽs, qm̃ qui sunt ab oĩ hæresi, ex diuinis scripturis erroris sui colligũt causas, & ea, q̃ p spm̃ sanctũ recte dicta sunt, malignitatibus mentis suæ corrũpẽtes, propriis capitibus suis ignis inextinguibilis exhauriũt flãmã. Et qm̃ cognouim9, & ad beatũ Epictetũ epistolã p oĩa laudabilis pr̃is nr̃i Athanasii rectã fidẽ habentẽ, q̃d immutãtes eã ędiderint, & hinc quasi lædi plurimos, propter hoc necessariũ & vtile intelleximus, & fratribus nr̃is de exẽplaribus antiq̃s ædere, q̃ apud nos sunt bene explanata, & similia tuæ venerabilitati dirigere. ¶ Explicit.

D

E

F

Et cũ

A Et cũ legeretur epistola sanctæ memoriæ Cyrilli reuerendissimi episcopi, CHALCEDONE ACTA. Illyriciani clamauerũt: Sic credim⁹ sicut & Cyrillus, Cyrilli æterna memoria. Theodoretus ẽpus dixit: Anathema ei, q dicit duos filios. Vnũ ẽm filiũ adoramus dñm nostrũ Iesum Christũ vnigenitũ. Oẽs reuerend. ẽpi clamauerunt: Nos sicut Cyrillus credimus. Sic credimus, sic credimus, anathema, q sic non credit. Orientales, & qui cũ ipsis reuerend. ẽpi clamauerunt: Flauianus sic credebat, Flauianus ista vindicabat, pro his Flauianus dãnatus est, Eusebius Nestoriũ deposuit, Dioscorus fidẽ corrumpit, Aegyptij, & qui cũ ipsis, reuerẽdissimi ẽpi clamauerunt: Nestoriũ deus deposuit. Orientales, & qui cum ipsis, reuerẽdissimi ẽpi clamauerũt: Leo sic sapit, Leo sic credit. Anatholius sic sapit. Aegyptij, & qui cũ ipsis, reuerẽd. ẽpi clamauerũt: Oẽs sic credimus, oẽs sic sapimus, Satanas locũ nõ habeat, Satanas occasionẽ non inueniat. Orientales, & qui cũ ipsis, renerend. ẽpi clamauerunt: Et Imperator & senatus & oẽs ita sapiunt. Gloriosissimi iudices, & amplisſ. senatus, & vniuersa synodus reuerend. ẽpoꝶ clamauerũt: Imperator sic sapit, Augusta sic sapit, Oẽs sic sapimus. Aegyptij, & qui cũ ipsis, reuerẽd. ẽpi clamauerũt: Sic sapit vniuersus mũdus. Statuta patrũ bñ habẽt. Oriẽtales, & q cũ ipsis, reuerẽd. ẽpi clamauerũt: Interfectorẽ foras mittite, temeratorẽ foras mittite. Aegyptij, & q cũ ipsis, reuerẽ. ẽpi clamauerũt: Vniuersi sic credim⁹. Multos annos senatui, multos annos Impatorib⁹, multos annos catholicis, Vniuersi sic credimus. Per vos pax fiat. Oẽs recte glorificam⁹. Gloriosisſ. iudices, & amplisſ. senatus dixerũt: Et qua rõne Eutychen quidẽ his cõtraria dicentẽ, in coĩonem suscepistis, Flauianũ vero sanctæ memoriæ, & Eusebiũ reuerendũ ẽpm his vsos deposuistis? Dioscorus reuerẽd. ẽps Alexãdriæ dixit: Monimẽta ipsa veritatẽ docebũt. Beronicianus deuotus a secretis sacri cõsistorij, ex eadẽ scheda recitauit. EPHESI ACTA. Eustachius ẽps dixit: Postq̃ lectæ sunt ẽplæ, necessariũ est manifestũ facere vrã scĩtati, qa p̃stitit deus beatæ & sanctæ memoriæ patri nrõ & archiẽpo Alexãdriæ Cyrillo, vt in vita ipsius dubitari de aliqbus, q̃ ab eo scripta sunt, ab his, q bñ dicta nõ recte intelligũt, q̃tenus ipse p sapientissimã & doctisſ. suã linguã manifestũ faceret, volẽtibus peruertere scripta bñ cõposita, & sequi suũ piũ dogma oĩbus persuasit, sed alijs qbusdã pparantibus de ẽplis in p̃senti plectis beatissimi & sanctisſ. viri dubiã facere sñiam, rursus necessitatẽ habuit, magis aũt audaciã. Omne aũt suũ tẽpus hoc pio labore cõsumpsit, vt seipm interp̃taret, suãq; intentionẽ oñderet, & palã oĩbus faceret p ea, q̃ scripsit ad beatæ & sanctæ memoriæ q̃ndã ẽpos Acatiũ Meletinæ, & Valerianũ Iconij, & Successum Diocæsariæ Isauriæ prouinciæ, q̃uo oportet intelligi & nup lectas ẽplas, & cultum aduẽtus saluatoris nri. Adiacet ẽm & hoc inter alia in his ẽplis, quas ad illos beatos viros direxit. Nõ oportet igit̃ intelligere duas naturas, sed vnã naturã dei verbi incarnatam. Et hãc suã vocem testimonio beatisſ. viri Athanasij cõfirmauit. CHALCEDONE ACTA. Orientales, & q cũ ipsis, reuerẽd. ẽpi clamauerũt: Ista Eutyches dixit, hæc

C Dioscorus dicit. Dioscorus reuer. ẽps Alexãdriæ dixit: Neq; cõfusionẽ dicimus, neq; diuisionẽ, neq; cõuersionẽ. Anathema dicẽti aut cõfusionẽ, aut cõuersionẽ, aut cõmixtionẽ. Gloriosisſ. iudices, & amplisſ. senatus dixerũt: Dicat scĩã synodus, si canonicis ẽplis sanctæ memoriæ Cyrilli, q̃ in synodo publicatæ & hic lectæ sunt, cõsonat interloqutio Eustachij reuerẽd. ẽpi. Et anteq̃ rñderet scĩã synodus, Eustachius reuerẽd. ẽps Beryti trãsiẽs in mediũ, & iactãs codicẽ, dixit: Si male dixi, ecce codex, liber Cyrilli anathematizet, & anathematizer. Aegyptij, & q cũ ipsis, reuerẽd. ẽpi clamauerũt: Eustachius ẽps bñ dixit, orthodox⁹ bñ dixit. Probatissimi venerabilis Cyrilli æterna memoria. Eustachius reuerẽ. ẽps Beryti dixit. Ẽplæ sanctæ memoriæ Cyrilli sic hñt. Et memoriter recitauit tenorẽ ẽplæ, inter cætera sic cõtinentẽ: Nõ optet igit̃ intelligere duas naturas, sed vnã naturã dei verbi incarnatã. Et post pronũtiationẽ p̃dictæ ẽplæ idẽ reuerẽd. ẽps Eustachius Beryti dixit: Et q dicũt vnã naturã ad negationẽ carnis Chri, q̃ & consubstãtialis est nobis, anathema sit. Et q dicit duas naturas ad diuisionem filij dei, anathema sit. Et probato Flauiano dicere volo, ipsa nuda accepit beatus Flauianus, & porrexit pĳssimo Imperatori, & iubete recitari manũ ipsius, vt dicat vniuersa synodus, qa iuste susceptus est. Gloriosisſ. iudices, & amplisſ. senatus dixerũt: Cur ergo Flauianũ reuerẽdæ memoriæ deposuistis? Eustachius reuerend. ẽpus Beryti dixit: Erraui. Beronicianus deuotissimns a secretis sacri consistorij, ex eadem scheda recitauit.

Allegatio Eustachij pessima & hæretica.

Locus corruptus.

Et postq̃ lecta sunt, ACTIONE II. CONSTANTINOP. HABITA, LECTA EPHESI, RELECTA CHALCEDONE. Eusebius R. eps Dorylei dixit: Hæc meipm sapere sciens, & de his falsare rectũ dogma volẽtibus existens aduersarius, ad vestram perueni sanctã synodum, & peto vestram sanctitatem, consentaneam his quæ lecta sunt fieri, quatenus omnes sciant, quia si qs has expositiones soluerit, inimicus sit catholicæ ecclesiæ, & a sacerdotali conuentu alienus. Sacratissimus archieps Flauianus dixit: Necessariũ & piũ est, cõsentire nos recte fidei placitis. Quis enim sancti spũs verbis resistere potest? Lectæ nãq; epistolæ sanctæ memoriæ & inter sanctos patris nostri Cyrilli, quondam epi Alexandrinæ sanctæ ecclesiæ, diligẽter sancto℞ patrũ, q in Nicea eo tẽpore conuenerunt, sensum interpretantis, quia dñs noster Iesus Christus filius dei vnigenitus, deus perfectus, & homo perfect⁹ est ex anima rationali & corpore, ante oĩa quidẽ secula ex patre sine initio genitus secundũ deitatẽ, in fine autem & in nouissimis temporibus, idẽ ipse propter nos & propter nostrã salutem, de Maria virgine natus secundum humanitatem, consubstantialis patri secundũ deitatẽ, & consubstãtialis nostri secundũ humanitatem. Etenim ex duabus naturis cõfitemur Christũ esse post incarnationẽ in vna substãtia,, & in vna persona vnũ Christũ, vnũ dñm, vnũ filiũ confitentes. Volentes aũt præter hæc sapere, abdicamus a sancta sacerdotali synodo & ecclesiæ plenitudine. Singuli autem præsentes reuerend. episcopi suã voluntatem & fidem in actorum deponant monimentis. Et cũ legerent, CHALCEDONE ACTA. Gloriosissimi iudices & amplissĩmus senatus dixerũt: Quid dicũt venerand. epi præsentis sanctæ synodi? Ita ne exponens fidem sanctæ memoriæ Flauianus, orthodoxã & catholicã religionẽ saluauit, an errauit in ea? Paschasinus venerãdus epũs, vicarius sedis aplicæ dixit. Hanc interlocutionẽ in latinis literis habent codices Acumicensiũ. Græci his verbis, prout hic iacet sancte & integre, & catholicæ exposuit beatæ recordatiõis Flauianus. Siquidem eius fidei expositio cũ beatissimi atq; catholici viri papæ Romani epistola concordat. Qua voce Græce interpretata per virum deuotissimum Constantinũ secretarium sacri cõsistorij. Anatholius venerand. archiepiscopus Constãtinopolitanæ ciuitatis, dixit: Beatus Flauianus bene orthodoxe sancto℞ patrum nostro℞ fidẽ exposuit. Lucẽtius reuerendus eps, vicarius sedis apostolicæ, dixit: Quoniam sanctæ memoriæ Flauiani fides cõcordat cũ apostolicæ sedis & patrũ traditione, sententiã qua illũ ab hæreticis constat damnatũ, ipsam in eos retorqueri a sancta synodo necesse est. Qua voce Græce interterpretata per Constantinũ venerandũ secretariũ sacri consistorij. Maximus reuerẽd. eps Antiochiæ Syriæ, dixit: Orthodoxe sanctæ memoriæ archieps Flauianus & cõsonãter beatissimo & sanctissimo archiepo Leoni fidẽ exposuit, & omnes eã prompte suscepimus. Chalassius reuer. eps Cæsareæ Cappadociæ dixit: Beatæ memoriæ Flauianus consonanter locutus est sanctæ memoriæ Cyrillo. Eusebius venerand. eps Ancyræ Galatiæ dixit: Consentimus, & approbamus sanctissimi Flauiani pro catholica fide interlocutionẽ. Eustachius reuer. eps Beryti, dixit: Secutus est beatæ memoriæ archiepiscopus regiæ vrbis quondã Flauianus doctrinã beatissimi & sanctiss. patris nostri & quondã epi Alexandriæ Cyrilli. Oriẽtales & qui cũ ipsis venerãd. epi clamauerunt: Martyr Flauianus fidẽ bene exposuit, Archieps Flauianus fidẽ bene exposuit. Dioscorus reuerẽd. epũs Alexandriæ, dixit: Legãtur reliqua eius verba, & sic respõdebo. In sequẽtibus eñ inuenitur se impugnãs, & dicẽs post adunationẽ duas naturas. Iuuenalis reuer. episcopus Hierosolymæ, dixit: Cõsona dictis beatæ memorię Cyrilli & sanctissimus epũs Flauianus dixit: Supplicamus vero sequẽtia recitari, vt sensus eius manifestior fiat. Reuerend. episcopi Palestini dixerũt: Eadẽ dicimus, quæ & sanctissimus archiepũs Iuuenalis. Exurgens reuer. epũs Iuuenalis simul cũ ipsis, transiit in alteram partẽ, & clamauerunt Orientales, & qui cum ipsis reuerend. episcopi: Deus bene adduxit te Orthodoxe, bene venisti. Petrus reueren. epũs Corinthi, dixit: Ego quidẽ tunc nõ affui in Ephesina synodo, necdũ eñ eram *gratia Christi ordinatus episcop⁹, ex his vero, q̃ lecta sunt, repperi dicta a beatæ memoriæ Flauiano zelũ habẽtia, pro expositionibus sanctæ memoriæ Cyrilli, & piget me reprehẽdere. Reliqua vero, cum lecta fuerint, perfectius me edocebũt. Et exurgẽs & ipse, transiit in alterã partem. Et acclamauerunt Orientales, & qui cũ ipsis reuerendi episcopi: Petrus ea quæ Petri sunt, sapit.

Acumicensiũ non habet gr̃a Christi.

A sapit. Bene venisti Orthodoxe. Hireneus reuerēd. episcopus Naupacti Helladis prouintiæ, dixit: Nec ego quidē præsens fueram *sanctæ Ephesinæ nuper factæ synodo. Ex his vero expositionibus, quæ nunc nobis lectæ sunt sanctæ memoriæ Flauiani, piget me eam reprehendere, Reliqua vero petimus recitari. Cæteri venerand. episcopi Helladis dixerunt: Hæc eadem & nos super his, quæ lecta sunt, docemus. Et omnes in alteram partē transierunt. Quintillus & Sozon, & cæteri reuerend. episcopi Macedoniæ & Cretę dixerunt: In recitata interlocutione sanctæ memoriæ Flauiani, nihil incōsequens inuenimus. Petimus aūt reliqua recitari. Nicolaus reuerendus episcopus Stobenus secundæ Macedoniæ prouintiæ, dixit: In præscripta quidem synodo nō affui. De his vero quæ lecta sunt, nihil inuenio contrariū definitis a beatis patribus, & a beato Cyrillo, dixisse sanctæ memoriæ Flauianum. Athanasius reuerēdus episcopus Busireus Tripolis Aegypti prouintiæ, dixit: Secutus ē epistolas sanctissimi Cyrilli, & sanctus archiepiscopus Flauianus. Etenim bene exposuit fidem. Ausonius reuerendus episcopus sebennitenus, dixit: Cōsona his, quę exposita sunt a sanctæ memoriæ Cyrillo, interlocutus est & sapuit sanctissimus & venerandus episcopus Flauianus, sicut & quæ lectæ sunt epistolæ sanctissimi Cyrilli, continēt. Nestorius venerand. episcopus

B Flauoneus dixit: Consequentia his, quę lecta sunt ex fide monimentorum, & expositione quā exposuit beatæ memoriæ Cyrillus, & beatæ memorię Flauianus exposuit. Macharius venerand. episcopus Cabassi, dixit: Ego hæc eadē dico. Bene enim exposuit sanctissimus epūs Flauianus, secutus fidē sanctissimi Cyrilli. Constantinus venerand. eps Demetriadis Thessaliæ, dixit: Metropolita quidē meus ægritudine detētus, adhuc in Helenopoli est. Ego tamen secundum fidem trecentorum decem & octo, sapio & consentio his, quæ nuper lecta sunt beatissimi Cyrilli. Et si sapio aliter, aut aliquando aliter sapui, anathema mihi. Et consentio eis, sicut consensit beato Cyrillo & beatæ memoriæ Flauianus. Eutychius venerād. eps Adrianopolis veteris Epiri, Claudius eps Anchiaxi, Marcus reuer. eps* Euriæ, Peregrinꝰ reuer. eps Phœnice, & Sotericus reueren. episcopus Corcyræ, dixerūt: Sanctissimus quidē pater noster Atticus metropolita epūs Nicopolis, ante paululum recessit, dure ægrotans. Nos vero tantum confitemur, quia lectis epistolis beatissimi & sanctissimi patris nostri Cyrilli, cōsona & beatissimus Flauianus interloquutus est, & petimus sequētia omniū gestoꝝ relegi. Et oēs in alterā partē trāsierunt. Dioscorus R. eps Alexādrię dixit: Manifeste ideo damnatus est Flauianus, qm̄ post adunationem duas dixit naturas. Ego aūt testimonia habeo sanctoꝝ patrū, Athanasii, Gregorij, Cyrilli in multis locis, q a nō oportet dicere post adunationē duas naturas, sed vnā naturā dei verbi incarnatā. Ego cū patribus eijcior, ego defendo patrū dogmata, nō trāsgredior in aliquo, & hoꝝ testimonia nō sim-

& pro catholica fide, & custodiri volumus rectam (deo inspirante) prædicatã fidẽ a sanctis patribus, qui in Nicea cõgregati sunt, trecentis decẽ & octo, & ab his q Ephesi interfuerunt damnationi Nestorij. Hoc ergo volumus, ne scandalũ in pdicta catholica fide immittatur. Et qm̃ scimus magnificentissimũ Patricium Florentiũ esse fidelem, & testimonijs probatũ in recta fide, volumus ipsum interesse audientiæ synodali, qm̃ sermo de fide est. Adhuc cũ hæc legerentur, sancta synodus dixit: Multos annos Imperatori, Magna fides Imperatorũ, Custodibus fidei multos annos, Orthodoxis Imperatoribus multos annos. Pio & orthodoxo, pio Imperatori, pontifici Imperatori. Audite sancti patres, Gratias agimus orthodoxis Imperatoribus. Flauianus sanctiss. epũs dixit: Dñm Florentiũ fidelẽ oẽs scimus, & testificationibus probatũ in catholica fide, & volumus eum interesse. Discamus aũt & ab Eutyche pbr̃o, si vult & ipse eũ interẽ. Eutyches pres. & archimãdrita dixit: Quod vult deus & sanctitas vestra, facite, ego me vobis commẽdo. Flauianus sanctiss. eps dixit: Veniat & magnificentiss. Patricius Florentius. Dignare ergo fili Silentiarie, fatigari ad eũ. Vir laudabilis magnus Silentiarius dixit: Iubete & aliquem clericorum mecum mitti, ne forte dubitet, quoniam vestra sanctitas miserit. Flauianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Si iussisset pijssimus Imperator noster nos mittere, misissemus. Quoniam vero non iussit, ipse solus perge ad eius amplitudinem. Et cum venisset magnificentissimus & gloriosissimus ex præfecto & ex consulibus Patricius Florentius, sancta synodus dixit: Stent in medium accusator & accusatus, & legant ab initio q acta sunt de negotio, qd vertit inter deo amantissimum episcopum Eusebium & venerabilem presbyterum & archimandritam Eutychen, vt instructi ex prioribus, terminum demus his, quæ mota sunt, conuenientem iustitiæ & sanctis regulis. Et transiens in mediũ Aetius diaconus & notarius, legebat factã cognitionẽ gestorũ. Et cũ legeret, peruenit ad partẽ secundæ epistolæ sanctæ memoriæ Cyrilli, scriptæ ad deo amãtissimos epos Orientales, in qua hæc verba cõtinebãtur. Confitemur itaq; dñm nostrũ Iesum Christũ filiũ dei vnigenitũ, deũ perfectũ, & hoiem pfectũ ex aia rõnali & corpe, ante secula quidẽ ex patre natũ secũdũ diuinitatẽ, in vltimis aũt diebus eundẽ propter nos & propter nostrã salutẽ de Maria virgine secundũ humanitatẽ, consubstantialẽ patri secundũ diuinitatẽ, & consubstãtialẽ nobis secundũ humanitatẽ. Duarũ em̃ naturarũ vnitio facta est. Propter quod vnũ Christum, vnũ dñm confitemur secundũ * hunc intellectũ inconfusę vnitionis. Confitemur sanctã virginẽ theotocon, propter incarnationẽ dei verbi & hominis assumptionẽ, & qa ex eius cõceptione vnijt sibi tẽplũ, qd accepit ex ipsa. Eusebius deo amãtiss. epus dixit: Iste p vestigia vr̃a hoc non confitet̃, nec his aliqñ consensit, sed cõtraria illis sensit, & locutus est ad vnũquẽq; ad se venientẽ, & docuit. Magnificentiss. & gloriosiss. Florentius ex præfectis & ex consulibus & Patricius dixit: Si placet vestræ sanctitati, interrogetur papas Eutyches, vtrum his consentiat. Eusebius deo amantissimus episcopus dixit: Patimini igitur, vt legatur omnis actio gestorum. Sufficiunt em̃ mihi prius acta ad eum conuincendum, nam mihi * conuictus est. Neq; em̃ si modo consenserit, sumens aliunde documentum, debeo præiudicium sustinere. Nam ego demonstraui eum & per * professiones, quæ ad eũ missæ sunt a sancta synodo, & per testes epos sanctissi. eadẽ possum rursus ostendere, etsi negauerit. Est em̃ dñs Melipthongus, & dñs * Iohãnes, & dñs Iulianus scientes certissime. Flauianus sanctiss. archiepiscopus dixit: Nemo neq; tibi concedit, Eusebi episcope, eũ non conuincere, neq; pbr̃m Eutychen continuo suscipiet aliquis consentientẽ, nisi conuincatur quid ante senserit. Eusebius deo amãtiss. episcopus dixit: Metuo ipsius circumuentionem. Ego pauper sum, nihil possidẽs. Minatur mihi exilium. * Pecunias habet. * Præpingit mihi iam omasan, id est, petram exilij. Flauianus sanctissimus archiepiscopus dixit: Licet millies ista perseueres dicendo, nos tamẽ nihil pponimus veritati. Eusebius episcopus dixit: Si conuictus fuero ego calumniæ amittã dignitatẽ. Magnificentiss. & gloriosissimus ex præfectis Patricius Florentius dixit: * Inquisitio offerat̃ Eutychi pbr̃o, quẽadmodũ credit, aut q d dicit, & tũc rursus interroget̃, cur mõ ista asserẽs, ante aliter * sentiebat. Eusebius eps dixit: Sicut p̃dixi, piudiciũ mihi non fiat ex eius * moderna professione, & interroget̃. Ego em̃ ex his, q ante acta sunt, documẽtis cõuici eũ, nõ recte sentientẽ. Flauianus sanctiss. archieps dixit: Nõ est tibi piudiciũ, si modo cõsenserit. Nã q ante acta sunt, habẽt pro

E

F

Loc. obscur.

al. gratiam

al. iam manifestatus

ali. sanctiões

ali. Iouinus

ali. Diuitias

als. Nã designat mihi iam nũc eas in loco exilij

ali. Spatium

ali. asserebat

ali. repentina consensione

priam

A prim firmitatem Eusebius epũs dixit. Consentit istis, quae modo lecta sunt beatae memoriae Cyrilli, & confitetur duarum naturarum vnitionem factam in vna persona, & in vna subsistentia, an non? Flauianus sanctissimus archiepũs dixit: Audisti presb. Eutyches, quid accusator tuus dicit. Edicito nunc, si ex duabus naturis vnitionem confiteris. Eutyches pbr̃ dixit: Etiam ex duabus naturis. Eusebius epũs dixit: Confiteris duas naturas dñe archimandrita post * incarnationem, & consubstantialem nobis esse Christum dicis secundum carnem, an non? EPHESI ACTA. Sancta synodus dixit: Tolle, incende Eusebium. Iste viuus ardeat, iste in duo fiat. Sicut partitus est, partiatur. Dioscorus epũs Alexãdriae dixit: Tolerabilis est vobis iste sermo, post inhumanationem duas naturas dicere? Sancta synodus dixit: Anathema, qui dixerit. Dioscorus epũs Alexãdriae dixit: Quoniam & voces vestras necessarias habeo & manus, si qs non potest clamare, manum extendat. Et cum legerentur. CHALCEDONE ACTA. Orientales, & qui cum ipsis reuerendissimi epi clamauerunt: Nullus dixit ista. Dioscorus dixit: Ista Aegyptij dixerũt. Aegyptij reuerend. epi clamauerunt. Ista tunc diximus, & nunc dicimus. Constantinus deuotissimus a secretis sacri consistorij, ex eadem scheda recitauit. CONSTANTINOPOLI ACTIONE VII. ACTA, CHALCEDONE AVTEM LECTA.

alias, incorporationem

B Eutyches presbyter dixit. Ego non veni disputare, sed veni satisfacere sanctitati vestrae quomodo sapiam. Scriptum est autem in hac chartula, quomodo sentio, & iubete eam legi. Sanctissimus archiepiscopus dixit. Ipse lege. Eutyches pbr̃ dixit. Non possum. Sanctissimus archiepũs dixit. Quare? Tu non exposuisti, aut alterius est expositio? Si tua est, lege ipse. Eutyches pbr̃ dixit. Mea qdem est * dictatio, quae dictatio aequalis est expositioni sanctorum patrum. Sanctiss. archiepũs dixit. Dic, quorum patrum? Dic per teipsum. Quid opus habes charta? Et cum legerentur. EPHESI ACTA, Iohannes reue. epũs Ephesi dixit. Quãdoqdem absuit, & in concilio venire minime sperabat, oĩs ei quasi promitti clemẽtia videbat. Qñ vero aduenit, in oẽm tentationẽ inhumanitatis inducitur. CONSTANTINOPOLI, ACTIONE VII. ACTA, SED CHALCEDONE LECTA. Eutyches presbyter dixit. Sic credo, adorãs patrem cũ filio, & filiũ cum patre, & spm̃ sanctũ vnà cum patre & filio cõfiteor. Confiteor autẽ factã eius in carne * praesentiã ex carne sanctae virginis & incorporatum eum perfecte propter nostrã salutem. Sic confiteor corã patre, & filio & spũ sancto, & vestra sanctitate. Dioscorus ep̃s Alexãdriae dixit. Admittimus hãc vocem. EPHESI ACTA. Sancta synodus dixit. Haec fides patrum. Dioscorus epũs Alexãdriae dixit. Quoniam dicit religiositas vestra, haec est fides patrum

alias, aedictio

alias, praesentationem

C quae fides? quã quis exposuit? Sancta synodus dixit. Eutyches. Nam Eusebius impius est. Dioscorus epũs Alexandriae dixit. Audistis fidem Eutychis archimãdritae. Ecce omnibus vobis manifesta est eius intẽtio. Iohãnes pbr̃, & primicerius notariorum, reliqua recitauit. CONSTANTINOPOLI VII. ACTIONE ACTA, CHALCEDONE VERO LECTA. Flauianus archiepiscopus dixit. Confiteris consubstantialem patri secundum diuinitatem, & consubstantialem matri secundum humanitatem, eundem ipsum vnum filium dominum nostrum Iesum Christum. Eutyches presbyter dixit. Ego * quoniam commendaui me sanctitati vestrae, dixi, quomodo sentiam de ipso patre, & filio, & spiritu sancto, nihil vlterius a me exquiratis. Sanctissimus archiepiscopus dixit. Num Christum confiteris ex duabus naturis. Eutyches presbyter dixit. Quoniam confiteor deum meum & dominum meum dominum coeli & terrae, hactenus de eius natura disputare non mihi persuadeo. Consubstantialem autem nobis, hactenus nunquam me dixisse confiteor. Sanctissimus archiepiscopus dixit. Non dicis consubstantialem patri secundum diuinitatem, & consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem? Eutyches presbyter dixit. Vsque ad hodiernum diem non dixi corpus domini & dei nostri consubstantiale nobis. Sanctam autẽ virginẽ cõfiteor nobis esse consubstantialem, & quoniam ex ipsa incarnatus est deus noster. Sãctissimus archiepũs dixit, Consubstantialis ergo nobis est virgo, ex qua incarnatus est dñator Christus? Eutyches pbr̃ dixit. Dixi, qa virgo cõsubstantialis est nobis. Basilius reuerẽdus episcopus dixit, Si mater est nobis consubstantialis, & ipse, qm̃ filius hominis vocatus est, Si ergo mater eius cõsubstãtialis ẽ nobis, & ipse scdm carnem

alias, forte qd

consubstantialis est nobis. Eutyches pbr̄ dixit: Quoniam modo dicitis, omnibus cōsentio. Magnificētissimus atq; gloriosiss. ex præfectis & cōsulibus Florentius Patricius, dixit: Cum mater nobis consubstantialis * sit, & filius * omnino disconsubstantialis est nobis. Eutyches pbr̄ dixit: Hactenus nō dixi, qm̄ * corpus dei illud cōfiteor, animaduertis, nō dixi corpus * hominis esse illud dei corpus, humanū vero ipm corpus, & qm̄ ex ipsa virgine incarnatus est dn̄s, & si oportet, vt dicatur ex virgine, & * cōsubstantiale nobis & hoc dico dn̄e, tamen filium dei vnigenitum dominū cœli & terræ condn̄antem, & conregnātem patri, *cum eo & considet, & coliaudatur. Neq; eīm dico cōsubstātialem, * negans quod ipse sit filius dei, *ante qdem nō dicebā, dico autē tibi, qa sic æstimo, qa a principio non dicebam. Nunc autem, qa vestra sanctitas *dixit, hoc dico. Sanctissimus archieps dixit: Ergo per necessitatem, nō per voluntatē veram fidē cōfiteris. Eutyches pbr̄ dixit: Nunc dn̄e ita habet. Vsq; ad hāc horam metuebā dicere, quoniam scio dn̄m nostrum deum, & de eius natura disputare mihi non * permittebam. Quoniā autē vestra sanctitas pmittit, & docet, dico. Sanctiss. archiepūs dixit: Nō nos nouitatem inducimus, sed patres nostri exposuerunt. Et sicut exposita ab eis fides habet, sic credentes, in his perseuerare omnes volumus, & nullum aliquid innouare. Magnificētissimus Florētius Patricius dixit: Consubstātialē & ex duabus naturis post incarnationē dn̄m nostrū, qui ex virgine ē, dicis an nō? Eutyches pbr̄ dixit: Cōfiteor ex duabus naturis fuisse dn̄m nostrū ante adunationē, post vero adunationē, vnā naturā confiteor. EPHESI ACTA. Dioscorus epūs Alexandriæ dixit. Consentimus * hic & nos oēs. Sācta synodus dixit: Consentimus. Et cū legerent. CHALCEDONE ACTA, Orīetales, & qui cū ipsis reuerēdi epi dixerūt. Ista nemo dixit. Anathema ei, q dixit ista Homicida dixit. Aegyptij dixerūt. Ista Pharaonis sunt, Anathema, q ista dixerit. Hæc Dioscori sunt. Hæc homicidæ sunt. Post hæc quid quærimus? Voces nr̄as Imperatori, Multos annos Imperatori, Multos annos Augustæ, Multos annos senatui. Eustachius reuer. epūs dixit. Et intentio pijssimi Imperatoris, & intentio pijssimæ Augustæ, & intentio vestra vult vnire ecclesias. Ergo ne postq̄ hinc fuerimus egressi, incipiant aliqui dicere, quoniam docuerunt duas naturas dicere post adunationem diuisas. Et cum hæc diceret, Basilius reueren. epūs Seleuciæ Isauriæ dixit. Cognoscimus duas naturas, non diuidimus, neq; diuisas, neq; confusas dicimus. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt. Percurre reliqua. Constantinus deuotissimus a secretis sacri consistorij, recitauit ex eadem scheda. CONSTANTINOPOLI ACTIO VII. ACTA, EPHESI AVTEM LECTA, SED IN CHALCEDONE RELECTA. Sancta synodus dixit. Oportet te clare confiteri, & anathematizare omne, quod aduersatur doctrinis, quæ nunc lectæ sunt. Eutyches dixit. Dixi sanctitati vestræ, quoniam ante hoc non dicebam. Nunc autem quoniā hoc docet & sanctitas vestra, dico, & sequor patres. Neq; autem in scripturis inueni manifeste hoc explanatum, neq; omnes patres dixerunt. Si vero anathematizauero, væ mihi est, quod patres meos anathematizo. Exurgens sancta synodus, clamauit dicens, Anathema ipsi. Et post hæc, Sanctissimus archiepiscopus dixit. Dicat sancta synodus, quid meretur iste præsens, neq; confitens rectam fidem, neq; consentire volens his, quæ hęc sancta synodus sentit, sed in sua peruersa & iniqua malignitate persistens. Seleucus deo amantissimus episcopus Amasiæ, dixit. Dignus est quidem damnatione iste, in vestræ tamen solum sanctitatis humanitate consistit. Sanctissimus archiepiscopus dixit. Si quidem cōfitens proprium peccatum, persuaderetur anathematizare propriam doctrinam & consentiret nobis sequentibus traditiones sanctorum patrum, merito dignus esset venia. Sed quoniā permanet in sua iniquitate, subiacebit vindictis canonū. Eutyches pbr̄ dixit. Dico quidem ista, quoniā & vos nūc iussistis, nō autē anathematizo. Quod enim dico, * cū veritate dico. Magnificētiss. & gloriosiss. ex præfectis & cōsulibus Florentius & Patricius dixit. Duas naturas dicis, & consubstantialem nobis esse. Eutyches pbr̄ dixit. Ego sequor legem beati Cyrilli, & sanctorum patrum, & sancti Athanasii, quoniam ex duobus quidem naturis dixerunt ante adunationem, post autem adunationē & incarnationem nō iam duas naturas, sed vnam naturam dixerunt. Magnificentissimus & gloriosissimus ex præfectis & consulibus, Florentius Patricius dixit. Confiteris duas naturas post adunationem? dic. Si non dixeris, damnaberis.

Eutyches

[Margin notes: als, est sine dubio, als, consubstātialis / al. ipm corp⁹ dei, alias, humanū corpus dei, humanū autē corpus. / alias, consubstantialis / alias, qui / ali. fortè, cui / alias, negasse / al. Nō dicebā dico añ qdē, mō tibi porro, quod in exordio dixi / alias, hoc dixit, dico. / als, psuadebā / alias, huic. / Hic error Eutychis, & seqntiū eius prodit ad lucem.]

[Margin letters: D, E, F]

A Eutyches pbr dixit: Legi iubete sancti Athanasii scripta, vt aduertatis, quoniam nihil tale dicit, Basilius deo amantissimus epus dixit: Si non duas naturas post adunationem dixeris, commixtionem & confusionem dicis. EPHESI ACTA Exurgens Basilius epus Seleuciæ Isauriæ, dixit: Hanc vocem, quam dicut me dixisse, ego nō dixi his verbis, neq; scio ista. Dicente vero monacho, ex duabus naturis dico dnm Iesum Chrm, post vero adunationem vnam naturam, & nō addente incarnatam & inhumanatam scio dixisse. Quia si dixeris ex duabus naturis, post vero adunationem vnam; & nō addideris incarnatam & inhumanatam, putaberis cōfusionem dicere, & commixtionem. Si autem addideris incarnatam & inhumanatam, similia patrum nostrorum dicis manifeste, quia secūdum expositionem patrum, aliud qdem est diuinitas eius, id est, vnius dni Iesu Chri, & aliud caro eius. Iuuenalis epus Hierosolymæ, dixit. Hæc ergo vox adulterata est? Basilius epus Seleuciæ Isauriæ, dixit: Non sum memor, neq; scio dixisse.

CONSTANTINOPOLI ACTIONE VII. ACTA, EPHESI LECTA, CHALCEDONE AVTEM RELECTA.

Magnificentissimus & gloriosissimus Florentius dixit: Qui non dicit ex duabus naturis, & duas naturas, non credit recte. Exurgens vniuersa sancta synodus, exclamauit: Quæ ex necessitate est, fides non est. Multi anni Imperatorum catholicorum, Imperatorum multi anni Florentius vir illustris dixit. Fides vestra semper vincit. Synodus dixit. Non consentit. Quid illi psuades? Sanctissimus archiepus dixit. Per omnia apparet Eutyches quondam pbr & archimādrita, & ex his, quæ antea acta sunt, & propriis eius confessionibus. Valentini & Apollinaris peruersitate ægrotare, & eorum blasphemias incommutabiliter sequens, qui nec nostram reuerens persuasionem, atq; doctrinam, rectis noluit consentire dogmatibus. Vnde lachrymantes, & gementes perfectam eius perditionem, decreuimus per dnm nostrum Iesum Chrm ab eo blasphematum, extraneum eum esse ab omni officio sacerdotali, & a nostra communione, & primatu monasterii, scientibus hoc omnibus, qui postea colloquentur ei, & ad eum conuenerint, qm rei erunt & ipsi pœnæ excōicationis, sicut non recedentes ab eius collocutione.

¶ Flauianus eps Constātinopolitanus nouę Romæ, iudicans subscripsi. Saturninus eps Martianopolis, iudicās, subsc. Basilius eps Seleuciæ Isauriæ, iud. sub. Seleucus dei gratia eps Amasiæ Hellespōti, iud. subscr. Eulalius eps Chalcedonæ, iud. subsc. Timotheus epus, iud. subs. Dorotheus eps misericordia dei Neocęsareæ, cōsensi & subs. Etheric' eps Smyrnæ, iud. subscripsi & definiui, si qs aliud sapit de fide, præter ea, quæ in Nicea ab omi scā synodo diffinita sunt, anathema sit. Callinicus Apamiæ, quę est in Bithynia, iud. subs. Cecropius misericordia dei eps Sebastopolis, iud. subs. Melipthong' mia dei eps sanctæ dei ecclesiæ, q est Iuliopolis, iudi. subs. Longinus mia dei epus Chersonen. iud. subs. Tryphon eps Chii ciuitatis Insulæ, sanctæ dei eccl'iæ, iud. subs. manu mea. Paulus eps Apolloniadę ciuitatis sanctę ecclesię, iud. subs. Sabas eps Palti primæ Syriæ, iud. subs. manu mea. Iouinus epus Deuelten. iud. subs. Iulian' minim' eps Coen. iud. subs. Sauinianus eps Thelmissi, & Eniādos & Ioniæ sanctæ dei ecclesiæ, iud. subs. Eustochius misericordia dei eps, sanctæ dei ecclesiæ Docimei Phrygiæ, iud. subs. Pionius minimus eps Troadis ciuitatis sanctæ dei ecclesiæ, iud. subs. Cossinius eps Hierocæsareæ, iud. subs. Iohānes minimus epus Hyrcaniorum ciuitatis, iud. subsc. Diaferētius eps ciuitatis Olbæ, iud. subsc. Romanus epus Eudoxiupolis, iud. subs. Iulianus epus ciuitatis Mostenæ, iud. subs. Eudoxius epus ciuitatis Bosphori, iudicās & definiēs p pbrm meū Basilium subscripsi. Thomas minimus epus Valētinianupolis, iud. subsc. Amelius epus Opotanæ ciuitatis, subsc. Secūdinus epus * Noselanen. his gestis subsc. Ianuarius epus ciuitatis * Macrianæ, subsc. Timotheus epus Primopolis, iudicans subscripsi. Genethlius epus Argos, iudicās subscripsi. Andreas pbr & archimandrita, subscripsi in depositione Eutychis, per pbrm Timotheum, Faustus pbr, & archimandrita, subscripsi in depositione Eutychis quondam pbri & archimandritæ, Martinus pbr, & archimandrita monasterii B. Dionysii, subscripsi in depositiōe Eutychis quondā pbri & archimādritæ p fratrē Philippū, Manuelius pbr, & archimādrita, subsc. in depositiōe Eutychis, Petrus pbr, & archimādrita monasterii B. Thalassii, subsc. in dānatiōe Eutychis, qndā pbri & archimādritæ p Theodorum monachum, Iob pbr, & archimādrita, subscripsi in

als, forte Nocentianus.
als, Marianæ.
als, Maceri populi
Subscriptio archimandritarum

depositi-

depositiõe Eutychis per diaconum meum Andream. Antiochus pbr̃ & archimandrita monasterij beati Theotecni, subscripsi in depositione Eutychis. Abramius pbr̃ & archimandrita, subscripsi in depositione Eutychis. Theodorus monachus & archimandrita, subscripsi in depositione Eutychis. Theodorus pbr̃ & archimandrita monasterij Aegyptiorum, subscripsi in depositione Eutychis, Pientius pbr̃ & archimandrita Basilicę paruulorum, subscripsi in depositione Eutychis. * Flauianus archimãdrita monasterij sancti Hermilli, subscripsi in depositione Eutychis. Eusebius pbr̃ & archimãdrita monasterij Heliæ, subscripsi in depositione Eutychis. Eusebius pbr̃ & archimandrita monasterij sancti Eulogij, subscripsi per Theodolum diaconum meum, in depositiõe Eutychis Tryphon archimandrita, subscripsi in depositione Eutychis. Iacobus diaconus & archimandrita Syrorum, subscripsi p Zotum monachum meũ, in depositione Eutychis. Helpidius pbr̃ & archimandrita, subscripsi in depositione Eutychis. Paulus pbr̃ & archimandrita Etyhij, subscripsi in depositione Eutychis. Carosus pbr̃ & archimandrita, subscripsi in depositione Eutychis. Asterius pbr̃ & archimandrita monasterij beatæ memoriæ Laurentij, subscripsi in depositioue Eutychis. * Calluncus monachus & archimandrita monasterij Theodoti, in Eutychis depositione subscripsi. Germanus pbr̃, & archimandrita, subscripsi in depositione Eut ychis per Glycerium diaconum, Marcellus exiguus pbr̃ & archimandrita, subscripsi in depositione Eutychis manu mea. * Omnes quinquaginta tres subscripserunt. Cumq́ lecta fuissent. EPHESI ACTA. Eutyches archimandrita dixit: Certa ex gestis, quæ lecta sunt, adulterata sunt. Et sunt, quæ in hoc negotio acta sunt & peto ea recenseri. Iuuenalis epũs Hierosolymæ dixit: Suscepta percurrant, & fidei inserant monimentorum, Iohannes pbr̃, & primicerius notariorum, legit exempla libellorum habitorum idibus Aprilis CONSTANTINOPOLITANA ACTIO IN EPHESO LECTA, ET IN CHALCEDONE RELECTA. Flauio Protogene, & qui fuerit nuntiatus, consulibus, cum sedissent ex sacro mandato in maiore porticu sanctæ ecclesiæ, Flauianus reuerend. epũs huius inclytæ vrbis, Florentius magnificentissimus & gloriosissimus ex præfectis vrbis, & præfectus prætorij sexies, & exconsul. & Patricius. Thalassius reuerend. epũs Cæsareæ ciuitatis, prouinciæ Cappadociæ, Eusebius reuerendissimus episcopus Ancyranorum ciuitatis, Seleucus reuerendus episcopus ciuitatis Amasiæ, Basilius reuerendissimus episcopus Seleuciæ ciuitatis Isauriæ, Alexander reuerendissimus episcopus Tomitanorum ciuitatis prouinciæ Scythię. Marianus reuerendissimus episcopus Synnadorum, Melipthongus reuerendissimus episcopus Iuliopolitanorum ciuitatis, Acatius reuerendissimus episcopus Ariarathiræ ciuitatis, Proculus reuerendissimus episcopus Adrianopolitanus, Daniel reuerendissimus episcopus ciuitatis Cadenæ, Sabas reuerendissi. episcopus ciuitatis Paltenæ, Longinus reuerend. episcopus Chersonnensis ciuitatis, Iohannes reuerend. pbr̃ Partenopolitanus prouinciæ Cariæ, Paulinus reuerend. episcopus Theodosiopolitanus prouinciæ Asiæ, Thomas reuerend. episcopus Theodosiopol. prouinciæ Phrygiæ Pacatianæ, Timotheus reuerend. episcopus Saracenorum ciuitatis prouinciæ Palestinæ, Eusebius reuerend. episcopus Dorylei ciuitatis prouinciæ Phrygiæ Salutariæ, Paulus reuerend. episcopus Apolloniadis ciuitatis prouinciæ Bithyniæ, Eudoxius reuerend. episcopus Bosphorenæ ciuitatis, Eustachius reuerendiss. episcopus Docimenæ ciuitatis, Timotheus reueren. episcopus Primopolitanæ ciuitatis, Petrus reuerend. episcopus Theodosiopolis ciuitatis prouinciæ Armeniæ, Secundinus reueren. epũs * Nocentianæ ciuitatis, Candidianus reueren. epũs Antiochiæ ciuitatis prouinciæ Pisidiæ, Iulianus reuerendiss. epũs Coensis, Longinus reuendi. epũs * Talbondanæ ciuitatis prouinciæ Pisidię, Gerontius reuerend. episcopus Basiliopolitanus, Pergamius reueren. episcopus Antiochiæ prouinciæ * Pisidiæ, Paulus reueren. epũs ciuitatis Anthedonen. Natira reuerend. epũs Gazenæ ciuitatis, Euphrates reueren. episcopus Eleutheropolitanus prouinciæ Cretæ, Tryphon reuerend. episcopus ciuitatis Chij, Aurelius reuerend. epũs ciuitatis Adramytinæ, Præsente Mama viro spectabili comite, & proximo sacri scrinij libellorum sacrarumq́ cognitionum, Macedonius reuerend. tribunus notarius, & referendarius dixit: Sub die sexto Iduum Aprilium, ex sacro mandato iussus sum, reuerendissimos episcopos fidem pridem factorum monimentorum de accusatione, quæ inter. Flauia-

als, Claudius

als, Callenic⁹

al's, q subscripserunt

als, Nosalenæ

alias, Menedunen.

als, Phrygiæ, Salutariæ.

D

E

F

A Flauianum reuerendiss. episcopum, & Eutychen archimandritã mouetur, perquirere, quod & in præsenti identidem fieri Imperialis præcepit authoritas. Flauius Florentius magnificentissimus ex præfectis vrbis, & præfect⁹ prætorij sexies, & exconsul, & Patricius, dixit. Quæ acta sunt in prosecutione viri spectabilis Macedonij referendarij, præsente sancta synodo, lectione pandantur. Cumq́ prolata fuisset scheda a sacro scrinio libellorum, & sacrarum cognitionum a Iohanne deuotissimo exceptore eiusdem sacri scrinij recitata est. CONSTANTINOPOLITANA ACTIO, EPHESI IN CONCILIO LECTA, CHALCEDONE AUTEM RELECTA. Flauio Protogene viro clarissimo, & qui fuerit nuntiatus, consulibus, sub die quinto Iduum Aprilium in Constantinopoli, cum sedissent ex sacra iussione in sanctissimo baptisterio catholicæ ecclesiæ. Thalassius reuerendiss. epũs Cæsareæ ciuitatis Cappadociæ, Eusebius reueren. epi Ancyræ ciuitatis Galatiæ, Constantinus reueren. epũs Meletinæ ciuitatis, Basilius reueren. epũs Seleuciæ ciuitatis Isauriæ, Saturninus reueren. epũs Martianopolitanus, Marinianus reue. eps Synnadæ ciuitati, Patricius reueren. epũs Tyanæ ciuitatis, Tryphon reueren. epũs ciuitatis Chij, Seleucus reueren. epũs Amasiæ ciuitatis. Candidianus reueren. epũs Antiochiæ ciuitatis prouinciæ Pisidiæ, Timotheus reueren. epũs Saracenæ ciuitatis, Natira reueren. eps

B Gazenæ ciuitatis, Eustachius reueren. epũs Harnaciæ ciuitatis, Paulus reuerendiss. eps Antedoneñ. ciuitatis, Thomas reuerendissim⁹ epũs Theodosuipolitanæ ciuitatis, Eustachius reue. eps ciuitatis Docimenæ, Geroncius reue. eps Basilinopolitanus, Aqlas reue. eps ciuitatis *Anrocyrorũ, Secũdinus reue. eps Nouẽsenæ ciuitatis, Acati⁹ reue. eps Ariarathirenæ ciuitatis, Iulianus reueren. epũs Coeñ. ciuitatis, Proclus reue. epũs ciuitatis Adraorum, Eudoxius reueren. epũs Bosphori, Sabas reueren. epũs ciuitatis Paltenæ, Timotheus reueren. epũs Primopolitanus, Paulinus reueren. epũs Theodosuipolis ciuitatis prouinciæ Asiæ, Paulus reueren. epũs Apollomadæ ciuitatis, Longinus reueren. epũs *Madinæ ciuitatis, Macedonius venerabilis tribunus notarius, & referendarius dixit. Eutyches reueren. archimandrita, oblatis precibus sacratissimo Imperatori, suggessit pridem se repperisse, & reliqua, quæ in sacris scrinijs continentur. Magnificẽtissimus Patricius dixit. Oblatæ preces reuerendissimi Eutychis monachi, perlegantur, & venerabilis tribunus, & notarius, & referendarius doceat, si qui obseruant pro persona agentes eiusdem reuerendissimi monachi. Et antequam legerentur, Macedonius venerabilis tribunus notarius, & referendarius dixit. Obseruant qui pro persona monachi possint dicere. Magnificentissimus Patricius dixit. Quid pro

C hoc placet reuerendiss. episcopis? Eusebius reuerendissimus episcopus Dorylei ciuitatis dixit. Si per procuratorem dicit, me iubete recedere. Magnificentissimus Patricius dixit. Quid Imperialis præcepit authoritas, omnibus modis obseruandum est. Vnde si consentiunt reuerendissimi episcopi, vt suscipiantur hi, qui pro persona reuerend. monachi agere parati sunt, dicant. Meliphthongus reuerendiss. episcopus dixit. Tali facta accusatione, consequens est adesse eum qui accusatur, præsertim, quia huiusmodi accusationes non sine periculo fiunt. Nec enim leue est, ac transitorium, quod vertitur, & ideo alterũ pro altero decertare non licet. Quoniam igitur pijssimus Imperator ex auita traditione consueuit orthodoxam continere fidem, & in nullo sanctas regulas *irrumpere, postulamus eius referri clementiæ. Et si iusserit in criminali causa alterum pro altero decertare, & hoc suscepimus, præcipue, quia vniuersalem præcepit fieri synodum. Et necesse est, maiores causas in *eum reseruare concilium. Et vocati sunt multi, & iustum est, quæ a pijssimo principe præcepta sunt, effectui mancipari. Magnificentissimus Patricius dixit. Quid sibi de hoc venerabilis tribunus notariorum, & referendarius mandatum esse cognoscit, exponat. Macedonius venerabilis tribunus notariorum, & referendarius dixit. Pijssimus dominus noster cognoscens damnatum esse predictum virum, iussit pro eo omibus modis directos ingredi, vt cognoscant in relectione chartarum, quæ ab episcopo ad eum dicta sunt, & quæ ab eo ad sanctissimũ episcopum. Magnificentissimus Patricius dixit. Simplex est, quod postulatur. Et propter hoc illi ingrediant, & sub eorũ p̃sentia preces recitentur. Et cum ingressi fuissent, & stetissent in medio, Constantinus, Eleusinius, & Constantius reuerend. monachi, Macedonius venerabilis tribunus, notarius, & referẽdarius, proferẽs sanctũ euangeliũ, dixit.

Oportet

als, Ariocerãniorũ, vel Aschrotonorũ.
als, Nosalenę.
als, Mantinæ, Græce, imperiali diuinitati.
als, disrũpere
alias, illud

Oportet omnia, quæ mandata sunt ab eorum pietate, dicere me. Iussit igit eos, q dudũ præsentes fuerunt, sacratissimos epos, sub sacramento dicere, si veræ sunt legendorũ monimentorũ professiones ab vtraq; parte illatæ. Basilius reuer. eps Seleuciensium ecclesię, dixit. Hactenus iuramentũ epis nescimus oblatum. Sed & præceptum est nobis a dño Christo, non iurandũ, neq; per cœlum, quia thronus dei est, neq; per terram, qa scabellũ pedum dei est, neq; per caput suũ quenq̃ iurare, qa nullus potest vnum capillum, qui a deo creati sunt, ipse facere. Vnusquisq; vero sicut ante altare stans, dei timorem habens præ oculis, & propriam conscientiam mundam seruans deo, quod in memoriam retinet, nullatenus habet intermittere. Magnificentissimus Patricius dixit. Sicut semel dictum est, precum lectio sequatur. Et per eundem deuotissimum exceptorem recitatum est. Pijssimis & fidelissimis amicis Christi, Imperatoribus nostris, Theodosio & Valẽtiniano patribus patriæ augustis Eutyches archimandrita. In om̃ibus mihi post deũ & salutis & veritatis manifestatio facta est, vestra pietas, in nulla re prætermittens inquisitionem facere eorũ, quæ vel de fide, vel aduersus me calumniose mota sunt. Gesta em̃, quæ sunt composita a reuerend. archiepo Flauiano aduersum me, legi hesterno die, & repperi contraria his, quæ acta sunt, contineri in chartis. Nec em̃, quæ ipse ad me locutus est, iacebant in eis, neq;, quæ ego locutus sum, inseruerunt eidem monimento. Supplico igitur vestræ serenitati, consuetæ orthodoxæ fidei patrocinanti, & meæ paruitatis opinioni, vt digneť præcipere beatissimos epos, qui in hac causa tunc resederunt, & notarios reuerẽ. epi Flauiani, & reueren. clericos, qui ad me directi fuerant, vocantes vt occurrerem, & reueren. diaconũ Athanasiũ, reueren. epi Basilij, cõuenire in præsentia sanctissimi epi Thalassij, quatenus interrogati dicant, om̃i cum veritate scriptis, qd nouerint, vt hoc consecutus, more solito laudãs, grãs agam dño & deo omniũ Christo & vestræ semper pietati. Idem deuotissimus exceptor dixit. Est in recitata prece etiam diuina annotatio* sacratissimi & pijssimi Imperatoris nostri. Magnificẽtissimus Patricius dixit: Summa cum veneratione percurrať. Et per eundẽ deuotiss. exceptorẽ recitatũ est. Deponãt apud reueren. epos, nõ solum, q dudum conuenerãt, verumetiã, & apud reueren. epm Thalassium, vt om̃ibus his præsentibus, quos supplicatio loquitur, negotij veritas inquirať. Flauianus reueren. eps dixit. Reueren. diaconi & notarij, Asterius, & Aetius, Nonnus, Asclepiades, Procopius, præsto sunt. Cumq; in medio stetissent, Asterius, Aetius, Nonnus, Asclepiades, Procopius, notarij Flauiani reuer. epi, magnificentissimus Patricius dixit: Præsentibus om̃ibus monimẽta ex ordine releganť. Et prius q̃ offerrenť Aetius reue. diaconus, & notarius dixit: Nescimus p vestigia vestra, cur vocati sumus. Magnificẽtissimus Patricius dixit: Religiosissimi diaconi & notarij reue. epi Flauiani monimenta, in hoc negotio celebrata, offerãt relegẽda. Aetius diaconus & notarius dixit: Neq; causam scimus, pro qua hic assistimus, neq; pro quo gestorũ exigũtur monimenta. Hac de re differimus, & supplicamus scire, pro quo astamus, & respondere debemus. Magnificẽtissimus Patricius dixit: Gesta quæ in causa Eutychis monachi acta sunt, inquirimus publicari. Aetius diaconus & notarius dixit: Accusatio enim aliqua aliqñ talis aduersum nos emersit. Magnificentiss. Patricius dixit: Causam requirere iussus sum, & propter hoc necessaria est gestorũ oblatio. Cur ergo dilatione & calliditate vteris? Aetius diaconus & notarius dixit: Qui exordiũ inquisitionis negotio p̃stitit & originem det nobis tempus respondẽdi, vtrũ proferamus, aut non proferamus. Magnificentissimus Patricius dixit: Vos gesta excepistis, a vobis ergo offerenda sunt. Aetius diaconus & notarius dixit: Qui est accusator? Seleucus reueren. epũs dixit: Preces Eutychis archimãdritæ lectæ nobis, continẽtes, q peruiderit gesta, & deprehendit in eis non contineri, quæ in sancta synodo acta sunt. Iustum ergo nobis hoc videtur, vt proferanť illa monimẽta, quæ legisse se asseruit, & ex eis causæ fieri examinationẽ. Magnificentiss. Patricius ad Aetiũ dixit: Authenticis monimẽtis opus est, in qbus subscriptiones eporũ continenť. Propter quod (vt sæpe interlocutus sum) hæc a notarijs proferãtur. Aetius diaconus & notarius dixit. Digneť magna & sancta synodus, & vestra magnificẽtia tempus nobis dare, de quibus volumus dicere. Nec em̃ sine periculo nobis est. Magnificẽtissimus Patricius dixit. Monimẽta prius cõuenit publicari. Postmodum em̃, si quid docere desideras, facultas tibi præstabiť. Aetius diaconus & notarius dixit. Nihil incongruũ, neq; iniustum postulamus. Et præ om̃ibus magnificentia vestra cogno-

Marginalia: Matth. 5. E — Græce, diuinissimi. — Iniustæ interlocutiones — D — E — F

A cognoſcit(& ſicut dixi)quia nõ de paruo nobis eſt periculũ. Audiuimus aũt,qa interpellatio aduerſum nos facta ſit a quodã apud pijſſimũ & Chriſto amãtiſſimũ (& qui a dño deo conſeruatur)Imperatorem. Supplicamus has nobis declarari obiectiones,& cauſas agnoſcere,& pſonã ſtatui,& manifeſtã accuſationẽ aduerſus certas perſonas fieri,atq; ita reſpondebimus,& nos defendemus,præſumẽtes de veſtra iuſtitia. Magnificentiſſimus Patricius dixit: Aduerſus vos interim nihil depoſitũ eſt,ſed geſta quærun tur,quæ ſic(vt ſæpius dictum eſt)a vobis offerenda ſunt. Aetius diaconus & notarius dixit: Monimentorũ acta nos deducũt in mediũ. Neq; enim ab alijs ſcripta ſunt. Magnificentiſſimus Patricius dixit: Ne aliqua ſuſpitione pcuſſus, hæc proferre formides. Aetius diaconus & notarius dixit: A me tale aliqd nec dictũ, nec geſtũ eſt. Magnificentiſſimus Patricius dixit: Monimẽta proferant. Et priuſq̃ offerrentur,reuerend.eps huius inclytæ ciuitatis dixit. Cognoſcitis,quia tunc ſancta ſynodo cõgregata,& voces ab vtraq; parte vos excepiſtis? Et ſubtiliter cognoſcitis,q̃ a vobis ſcripta ſunt. Et ſi hęc vera ſunt,expreſſim & cũ dei timore dicite. Sin vero aliqua falſa,taceatis. Hæc ita interloquẽte reuerẽd.epo,magnificentiſſ. Patricius dixit: Propoſitũ reuerẽd.epi nouim⁹, qa propria cõſcia fiſus,interfatus eſt religioſiſſ.notarios geſta proferre,& docere de oĩbus veritatẽ. Quapropter geſta(ſicut ſæpius dictũ eſt)offerant. Aetius diacon⁹ & notarius dixit: Admonitio ſanctiſſ. & beatiſſ.archiepi nři,nřæ tribuit volũtati,q̃tenus inter acta veritatẽ dicamus. Si ergo nobis dicẽtibus digni fide cõſtabimus,& cõfitebimur & proferemus,& veritatẽ dicemus. Magnificẽtiſſ. Patricius dixit: Monimẽtorũ lectio celebret. Aetius diac. & notarius dixit: Peto & ſanctã ſynodũ,q̃ tũc fuit pſens,pcipere nobis proferre monimẽtorũ ſeriẽ. Reuerẽd.epũs Seleuciæ dixit: Semel ſctiſſ.archiepo nřo iubẽte proferri monimẽtorũ geſta,nullã dilationẽ in proferẽdis actis cõuenit fieri. Et,quaſi ſi a reuerend.epis dictũ ſit,hæc eadẽ oẽs dicimus. Magnificẽtiſſ. Patricius dixit: Dũ ſingula capitula relegunt,qd in his reprehẽſibile pbat pars reuerẽd.monachi, proſequat: & reſcripta,q̃ penes ſe habet pars pdicti reuerẽd.monachi, oblata lectione, cũ geſtis authẽticis cõferant. Et cũ vtraq; pars obtuliſſet monimẽta, Aetius diaconus & notarius dixit: Si iubet magnificentia veſtra,habemus aliqd dicere. Didicimus, ꝙ p ſupplicationẽ docuit reuerend. Eutyches,ſe geſta recenſuiſſe,& exinde cauſas pro ſuis aſſertionibus repperiſſe,hæc acta petimus. Quo dicente,magnificentiſſ. Patricius dixit: Propter hoc,cõferri authenticis geſtis reſcripta, diximus. Aetius diaconus & notarius dixit: Petimus agnoſcere,vtrũ authentica ſint,an exemplaria, aut ſi quid tale ab aliquo ei eſt præſtitũ. Magnificentiſſ. Patricius dixit: Reuerend. Conſtãtinus,ſi hæc quæ profert,exemplaria ſunt aut authentica,doceat. Aetius diac. & notarius dixit: Exemplaria ſunt. Magnificentiſſ. Patricius dixit: Nunc lectio ſubſequat. Et priuſq̃ legerent, Aetius diac. & notarius dixit: Petimus cõſiderare ſeriẽ geſtorũ,q̃ ab eis offert,vt cognoſcamus,cuius manus ſit,vel a quo data ſit,aut ſi a notarijs ſit edita. Suſcipite noſtras petitiones,q̃ nõ ſunt incongruæ. Magnificentiſſ. Patricius dixit: Si authenticis geſtis ſchedæ non concordãt,hæc iuſte poſtea requirent. Aetius diaconus & notarius dixit: Nihil prohibet. Semper indicaſtis,& indicando clatuiſtis. Magnificentiſſ. Patricius dixit: Superfluis prætermiſſis,lectio celebret. Et relecta p Aſteriũ deuotiſſimũ exceptorem authentica ſcheda,a notarijs oblata,& ab alio collatis exemplaribus, prolatis a parte Eutychis reuerend.pbři & archimãdritæ,relecta ſunt,& ab exordio recenſita ſunt prima & ſecũda acta,q̃ & in monimẽtis ita inſerta ſunt. Cõſulatu Flauiorũ Zenonis & Poſthumiani venerabilibus cõſulibus ſub die ſexto Idus Noueb.in amica Chři & regia vrbe Cõſtantinopoli Roma. Et reliqua. Et poſtq̃ lecta ſunt prima & ſecũda actorũ ſeries,& ſuppletis depoſitiõibus reuerẽd.eporũ, Aetius diac. & not. dixit: Petimus ſanctã & magnã ſynodũ interrogari,auditis proprijs vocibus & geſtorũ ſerie,ne aliqd falſatũ ſit,vel corruptũ. Magnificẽtiſſ. Patricius dixit: In hoc ipſo ꝙ tacet,cõſentire monſtrant. Vnde cõuenit & reliqua receſeri. Et p eundẽ deuotiſſ.exceptorẽ tertia geſtorũ ſeries eſt relecta,q̃ eſt & monimẽtis inſerta. Et relecta proſecutione viri religioſiſſ. Iohannis pbři & defenſoris, Cõſtãtinus diac. & monachus dixit: Ita nõ eſt dictũ p veſtigia vřa,vt continet. Idẽ deuotiſſ.exceptor,repetita eadẽ lectiõe,relegit. Et ſi alicubi cõtigit,aliq̃ ab eis in aliquibus verbis falli,aut errari,hoc neq; accuſare,neq; ſuſcipere, ſolas aũt ſcripturas ſcrutari,vt firmiores ſanctorũ patrũ expoſitiõibus. Dũ lectũ fuiſſet, Cõſtãtin⁹ reuerẽd. diaconus

Iuſtæ petitiones.

Satis prudenter Aeti⁹ manus ꝓprietatẽ q̃rebat agnoſcere,vt videret,an aliqs notariorũ Eutychis dementiæ conſentiret.

tisfactionem apud vestrũ deo amabile sanctũq; conciliũ memorata, huc qdem venire, & his, de qbus inclamat, occurrere, modis oĩbus distulit, dicens decretũ sibi, & diffinitione quadã ab exordio conseruatũ, vt nusquã alibi a sua congregatione discedat, propterea q͂d velut in sepulchro quodã in monasterio degat: innotescere vero per nos vestræ sanctitati postulauit, ꝙ olim inimicus eius existẽs, deo amãtissimus Eusebius, iniuriæ & derogatiõis gratia hãc cõtra eũ accusationẽ instituit, ipse em̃ sequi se expositiões sanctoꝝ ac beatissimoꝝ patrũ, q in Niceno atq; Ephesino cõcilio fuerũt, & subscribere eas, paratũ eẽ promittit. Si vero forte alicubi (vt dicebat) circa aliq͂ verba vel errauerũt patres nr̃i, vel falli poterunt, ea se (q͂d ad ad ip̃m attinet) neq; accusare neq; suscipere, sed solas diuinas scripturas scrutari de hmõi, vtpote firmiores. Dicebat aũt memoratis aliquibus, vanas contra se derogationes dispersas, quasi deus verbũ carnẽ de cœlo deduxerit, alienũ se aũt ab hmõi derogatiõe. Nã post incarnationem dei verbi, hoc est, post natiuitatẽ dñi nostri Iesu Christi vnã naturã adorare, & hanc dei incarnati atq; inhumanati, & de hoc codicẽ proferẽs, relegebat. Duabus em̃ de naturis post vnitionẽ dñi nr̃i Iesu Christi disputare, neq; didicisse in expositionib⁹ patrũ, neq; suscipere, si cõtingat ei forte tale aliqd relegi, eo ꝙ diuinæ scripturæ (vt dixit) nullã de naturis faciãt mentionẽ & meliores sint expositionibus magistroꝝ. Et hæc dicẽs, addebat qm̃ deus perfectus, & hõ pfectus est natus ex virgine. Magnific. Patricius ad Cõstãtinũ monachũ dixit: Scd̃m narrationẽ *cõmemoratorij, an scd̃m monimẽtoꝝ seriẽ locutũ fuisse reuer. monachũ Eutychẽ clericis dicis? Cõstãtinus reuer. diac. & monachus dixit: Quicqd allegauerint, q audierũt, hoc suscepit archimãdrita cũ veritate. Magnificẽtiss. Patricius dixit: Andreas, q͂ ab ipso monacho audiuit, edicat, relectis prius eius vocib⁹ ex monimẽtis gestoꝝ. Et priusq͂ legerent, Eleusinius reuer. monach⁹ dixit: Nõ habentẽ carnẽ cõsubstãtialẽ nobis, hoc mihi in locutione dixit, sed in prolato ab eo *cõmẽtario non continet. Magnific. Patricius dixit: Quid ad hæc dicit religiosus Iohãnes? Iohannes reuer. pbr̃ & defensor dixit: Sãctas scripturas ꝓposuit nobis humilibus vr̃a beatitudo & vestra magnificẽtia: & q͂ habet *cõmemoratoriũ meũ, ista & cõfessio in gestis: & si contigit in sermonibus ea dissonare, nõ scio qd dicere. Magnific. Patricius dixit: Sed non ẽ modicũ, q͂d dicit̃ immutatũ. Iohãnes p̃sb. & defensor dixit: Et qs põt aliena verba redintegrare cuilibet, sed magis ip̃m intellectũ, quẽ dixit: Quo dicẽte, Magnific. Patrici⁹ dixit: Quid ergo istũ in hac parte dixisse cõfirmas? Iohãnes religiosus p̃sb. & defensor dixit: Quid em̃ extat ambiguũ de cõsubstãtiali? Dixit, qa matri consubstãtialis ẽ, nõ dixit, nobis hoĩbus. Aut vbi vultis, iuro qa dixit, consubstãtialis matri ẽ, nõ nobis cõsubstãtialẽ habet carnẽ. Magnific. Patricius dixit: Rursus hæc pars tã de monimẽtis, q͂ de *cõmemoratorio relegat̃, & reuerẽdissimus Iohãnes specialr̃ fateat̃, qd in hoc ab eo audierit. Quo facto, Iohannes reuer. p̃sb. & defensor dixit: Istud mihi soli disputãs dixit, qm̃ cõsubstãtialẽ nobis carnẽ nõ habet, sed matri. Magnific. Patricius dixit: Oblit⁹ es q͂ audisti, & ꝓpterea hæc *cõmemoratorio nõ indidisti? Iohãnes relig. pbr̃ & defensor dixit. Qm̃ p̃ntes mecũ viri reuerẽdiss. diaconi non audierunt, q͂ mihi seorsum dicta sunt, ꝓpterea hæc non indidi *cõmemoratorio. Constãtinus diac. & monachus dixit: Et hoc rogamus, vt reuerẽdiss. diaconi veniãt, & cũ veritate ꝓfiteant̃, q͂ audierũt ab archimãdrita: & si semotim illi locutus est. Magnific. Patricius dixit: Sicut supius interlocutus sum, p̃nte Andrea voces ipsius publicent̃. Et ꝑ eundẽ viꝝ deuotiss. exceptorẽ ex eisdẽ gestis relecta sunt. Sanctiss. archieps dixit: Dicat reuer. diac. Andreas, si hæc audiuit a reuer. pbr̃o & archimandrita Eutyche dicta. Reuerendiss. diaconus Andreas dixit: Scd̃m p̃ceptũ vr̃æ sanctitatis iuimus ad reuer. pbr̃m & archimãdritã Eutychen, & locuti illi, hæc ab ipso audiuim⁹, q͂ & reuer. pbr̃ & defensor Iohãnes iã professus est Magnificẽtiss. Patricius dixit: Andreas reuer. diaconus qd ab Eutyche audiuit, referat Andreas reuer. diac. dixit: Qm̃ deus cõfidet vobis, & timor & tremor sensum meũ detinet, nõ possum a veritate excedere. Primit⁹ etem̃ direct⁹ a dño meo sanctiss. archiepo Flauiano, & sanctissimo cũ ipso cõuẽtu ad reuerẽdiss. archimãdritã Eutychen, ea qdẽ, q͂cũq; de euocatiõe edocuit reue. presb. & defensor Iohãnes, hæc & cõprofessus sum & cõscius sum. De cõsubstãtiali aũt cũ interrogationem faceret reuer. pbr̃ & defensor Iohãnes reuerend. archimãdritæ Eutychi, vtrũ dicat cõsubstãtialẽ patri deũ verbũ secũdũ deitatẽ, & cõsubstãtialẽ nobis scd̃m humanitatẽ, inqt archimãdrita Eutyches, di-

cens

Marginal notes:

alias, cõmentarij.

alias, commemoratorio

alias, commẽtarium.

alias, commẽtario

alias, commẽtario.

alias, commẽtario.

A cens. Symbolũ quẽadmodũ habet? Dicit dñs Iohãnes, qa anathema cõsubstãtialẽ patri habet tñ. Opposuit archimãd. Eutyches, dicẽs: Ita ergo habe & tu, qm̃ & ego ita teneo. Aliud qd nescio in hoc negotio. Magnificẽtiss. Patricius dixit: Semotim tñ aliqd Iohãnes cũ Eutyche monacho & absente locutus est? Andreas diac. dixit: Quædã locutus est p vestigia vr̃a, q̃ ego nõ audiui. Magnificẽtiss. Patricius dixit: Nũc reuerẽdiss. diac. Athanasius adueniat. Et cũ stetisset in medio Athanasius diac. magnif. Patricius ad eũ dixit: Propositũ tuũ cõsiderãs, cũ veritate dic, qd monachũ Eutychen Iohãni viro reuerẽdiss. vel Andreæ dixisse cognoscis? Athanasius reuer. diac. dixit: Qm̃ de aĩa est sermo, & nõ est absq; periculo nõ pferẽti veritatẽ, q̃ cõperi, hęc & dico. Nõ sum directus ego pro hac cã cũ deo amãtiss. pbr̃o Iohãne, vel Andrea reuerẽdiss. diacono: vocatus tñ a p̃dicto deo amatiss. pbr̃o & defensore Iohãne, tanq̃ eo sibi p̃sente & audiẽte, q̃ ab eo dicta sunt, & requisitus a sanctiss. ep̃is, professus sum, qa hæc & ego p̃sens ibi audiui, q̃cũq; & ipse professus est. Sed & nũc hoc cõmemoratorio relecto, q̃d tenebat p̃dictus deo amatiss. vir, cognoui oẽs alios sermones, solũ vero de cõsubstãtiali nõ agnoui. Sed tũc eodẽ pbr̃o interrogãte archimãdritã, ac dicẽte, qa cõfiteris dñm cõsubstãtialẽ quidẽ patri secundũ diuinitatẽ, cõsubstantialẽ vero nobis secundũ humanitatẽ, idẽ archimãdrita dixit: Symbolũ quẽadmodũ habet? Deinde r̃ndẽs pbr̃, ait: Consubstãtialẽ patri. Dicit ille: Ita habeto, qa & ego ita habeo. Magnif. Patricius dixit: Sermocinationes tñ quasdã inter se priuatim Eutyches reuer. monachus, & Ioãnes reuer. pbr̃ habuerũt? Athanasius reuer. diac. dixit: Nõ intẽdi p vestigia vr̃a. Eleusinius reuer. monachus dixit: Precamur viꝝ reuerẽd. Athanasiũ diac. requisitũ, profiteri de ĩs, qbus in secũda interrogatione reprehẽdit viꝝ reuer. pbr̃m Ioannẽ. Docuit nãq;, ꝙ post primã professionẽ alia iteꝝ legebant, & reprehẽdit protestãs, ꝙ nõ sunt scripta hæc, q̃ professus est prius, qñ venit de monasterio, siue hæc siue alia, sed postea cõgregatione habita, & iubẽte sanctis. archiep̃o acta gestoꝝ proferri, in qbus professus ẽ deo amatiss. Ioãnes pbr̃, relectis eis, reprehẽdit reuer. diac. Athanasius, dicẽs, qa hæc nõ audiui. Magnif. Patricius dixit: Ioannis voces ex monimẽtis relegant, & q̃d amplius de ĩs Athanasius paratus ẽ docere, prosequat. Et cũ iteꝝ recitatæ fuissent, idẽ Ioãnes reuer. pbr̃ & defensor dixit: Præcedẽs reuer. diac. Andreas, necnõ & reuer. Athanasius diacon⁹, oĩbus q̃ a me dicta sunt in cõmemoratorio, cõsenserũt, p̃ter cõsubstãtialẽ, vt dixerũt: & hoc pfitentes, q̃liter dictũ est a reuer. archimãdrita, & poterit ĩtelligere & venerabile sanctũq; hoc cõciliũ & vr̃a magnificẽtia, qa hocipm̃, q̃d dixerim, qm̃ scis deũ cõsubstãtialẽ patri secũdũ diuinitatẽ, & cõsubstãtialẽ nobis secũdũ hũanitatẽ, qa hocipm̃ q̃d ecõtrario interrogauit, dubitatiõis erat signũ. Et p̃cor vocẽ beatiss. diaconoꝝ, q̃ cõfirmat oẽm pfessionẽ meã factã in *cõmemoratorio, iã nullaten⁹ euerti debere. Magnif. Patrici⁹ dixit: Athanasius, q̃d reqsitus ẽ, dicat. Atha. reue. diac. dixit: In tertia discussiõe hæc pfessio, q̃ nũc deposita ẽ a pbr̃o, relegebat in secretario, & nouũ hũc sermonẽ accepi, q in fine posit⁹ ẽ, vbi dicit, nõ habẽtẽ carnẽ cõsubstãtialẽ nobis, & cõtradixi. Dixit em̃ idẽ pbr̃ Ioannes:

*als, commentario

C Hoc mihi soli locutus ẽ. Magnif. Patricius dixit: Absente te tñ, singulatim aliqd cũ illo sermocinatus ẽ? Atha. reuer. diac. dixit: Nõ vidi. Ioannes reu. pbr̃ & defensor dixit: Qm̃ qdẽ oĩa, q̃ a me dicta sunt, & scdo & tertio reqsiti reuerẽdiss. diacones confirmauerũt pprĩs vocibus, hoc & vr̃ deo amabil̃ scr̃ũs cõuẽtus a vr̃a magnificẽtia & audiuit, & cognoscit. De cõsubstãtiali aũt, qm̃ vir reuer. diac. Atha. dixit, nouũ se cõperisse sermonẽ, sed & cõturbationẽ etiã quãdã cõcitasse, hoc etiã ego cõfiteor, semotim ei hoc dixi eũ retulisse mihi, q̃d qdẽ & dixit. Quia vero & ipsi ex pte audierĩt me ei dicẽtẽ, qa scis eũ pr̃i cõsubstãtialẽ scd̃m deitatẽ, & cõsubstãtialẽ nobis scd̃m hũanitatẽ, etiã ipsi pprĩs vocibus affirmauerũt. Cõpletis aũt primis gestis, Marinus lector & not. Cęsarieñ. eccl̃iæ Cappadocię primę, relegit. Magnif. Patricius dixit: Pars gestoꝝ reliq relegat. Et p eũdẽ viꝝ deuotũ exceptorẽ relectũ est. Reuerẽdiss. pbr̃ & defensor Ioãnes dixit: In eodẽ tpe collocutiõis nr̃æ. Et reliq tertiæ cognitiõis. Et cũ relectũ fuisset, Cõstãtinus diac. & monachus ait: Hoc nõ dixit, q̃d nisi cõspiraueritis mihi, & humiliauerit me ep̃s postmodũ, etiã vobis imponet. Hoc non dixit p vestigia vr̃a. Constãtinus diac. & monachus ait: Qm̃ neq;, qui directi sunt, hic sunt, neq; presbyter archimandrita in præsente reperitur, si iubetis, hoc transeat. Magnificentissimus Patricius dixit: Patricius, qui simul cum Petro ad monachum iuit, hic esse dicitur. Dicite ergo: Vultis istum interrogari,

 an re-

Neſtorius reſpondit: Si quis eū, qui eſt Emmanuel, deū verbū eſſe dixerit, & nō potius nobiſcum deus, hoc eſt, inhabitare eā, quæ ſecundū nos eſt, naturā, per id, qd vnitus eſt maſſæ noſtræ, quā de Maria virgine ſuſcepit, matrē etiā dei verbi, & nō potius eius, qui Emmanuel eſt, nuncupauerit, ipſumq; dei verbū in carnē verſum eſſe, quā accepit ad oſtenſionē deitatis ſuæ, vt habitu inueniret vt homo, anathema ſit.

II. Cyrillus dixit: Si quis nō confitetur carni ſubſtantialiter vnitū eſſe verbum patris, vnitum quoq; eſſe Chriſtum cum propria carne, eundem ipſum ſine dubio deum & hominem, anathema ſit.

Neſtorius reſpondit: Si quis in verbo dei coniunctionē, quæ carne facta eſt, de loco in locū mutatione diuinæ eſſentiæ dixerit factā, eiuſq; diuinæ naturæ carnē capacē eſſe dixerit, ac ſpecialr̄ vnitā carni, aut iteꝝ in infinitū incircūſcriptæ diuinæ naturæ, qd extenderit carnē accipiendum deum dicat & hominē, anathema ſit.

III. Cyrillus dixit: Si quis in vno Chr̄o diuidit ſubſtātias poſt vnitatē, ſola eas ſocietate cōuertens ſecundū dignitatē aut authoritatē, aut potētiam, & non magis cōuentu ad vnitatem naturalem, anathema ſit.

Neſtorius reſpondit: Si quis non ſecundum coniunctionē vnum dixerit Chriſtum, qui eſt etiā Emmanuel, ſed ſecundū naturā, ex vtraq; etiam ſubſtātia, tam dei verbi, q̄ etiam ab eo hominis ſuſcepti, in vnā filĳ connexionem, quā etiam nunc inconfuſe ſeruamus, minime confiteatur, anathema ſit.

IIII. Cyrillus dixit: Si quis in duabus pſonis aut ſubſtātĳs diſcernit eas voces, quæ tā in euāgelĳs, q̄ in apoſtolicis ſcriptis cōtinent, aut etiā eas, q a ſanctis dicunt, vel ab ipſo Chr̄o de ſeipſo, & aliquas quidē ex his tanq̄ homini, q præter dei verbū qſi ſpecialiter intelligatur, applicandas crediderit, aliquas vero tanquam deo decentes, ſoli verbo dei patris deputauerit, anathema ſit.

Neſtorius reſpondit: Si quis eas voces quæ tā euāgelicis, q̄ epiſtolis apoſtolicis de Chr̄o, qui eſt ex vtroq;, conſcriptæ ſunt, accipiat tanq̄ de vna natura ipſiq; dei verbo tentat paſſiones tribuere, tam carne q̄ etiam dignitate, anathema ſit.

V. Cyrillus dixit: Si quis audet dicere, hominē deo vtentē Chriſtū, & nō potius deū eſſe ſecundum veritatē, tanq̄ vnū filiū, qui naturaliter ſecundū qd verbum caro factum eſt, participauerit ſimiliter nobiſcum carni & ſanguini, anathema ſit.

Neſtorius reſpondit: Si quis vnum eſſe poſt aſſumptionem hominis naturaliter dei filium audet dicere, cum ſit Emmanuel, anathema ſit.

VI. Si quis dicit deum vel dominū eē Chr̄i verbū patris, & nō magis eundē ipm cōfitet deum & hominē ſimul, tanq̄ verbū carnē ſecundū ſcripturas, anathema ſit.

Neſtorius reſpondit: Si quis poſt incarnationē deum verbum alteꝝ quempiā præter Chriſtum nominauerit, ſerui ſane formā initium non habere eum deo verbo, & increatā, vt ipſe eſt, dicere tentauerit eſſe, & nō magis ab ipſo creatā confiteat tanq̄ naturā & creaturā ex deo, quam & ſuſcitare propria virtute promiſit, ſoluite, dicens ad Iudæos,

Iohā. 2. c

A dæos,templum hoc,& in triduo suscitabo illud,anathema sit.

VII. Cyrillus dixit:Si quis dicit tanq̃ in hoie Iesum deũ verbũ fuisse inoperatũ,& vnigeniti dignitatẽ,tanq̃ alteri p̃ter ipsum existẽti,tributã esse,anathema sit.

Nestorius respõdit:Si quis hominẽ, qui de virgine creatus est in virgine,hũc eẽ dixerit vnigenitũ,q ex vtero patris ante luciferꝝ natus est,& nõ magis propter vnitionem eũ,qui est naturaliter vnigenitus patris, vnigeniti appellatione confiteat eũ participem factũ,Iesum quoq; alterꝝ quempiam præter Emmanuel dicat,anathema sit.

VIII. Cyrillus dixit:Si quis audet dicere assumptũ hominẽ coadorari cũ deo verbo oportere,& cõglorificari,& cõnuncupari deũ,tanq̃ alterꝝ alteri(adiectio t̃m vnius syllabæ,hoc est,co,hoc cogit intelligi) & nõ magis vna reuerẽtia venerat Emmanuel, vnãq̃ei glorificationẽ depẽdit,secũdum q̃d verbũ factum est caro, anathema sit.

Nestorius r̃ndit:Si quis serui formã per seipsam,hoc est, secundũ propriæ naturæ rationẽ,colendã esse dixerit,& oim dominã,& non potius propter societatẽ,qua beate & ex se naturaliter dñe vnigeniti naturæ coniuncta est veneratur, anathema sit.

IX. Cyrillus dixit:Si quis eũ,qui est vnus,dñm Iesum Christũ glorificatum dicit esse a sp̃ũ sancto,tanq̃ aliena potentia,qua per eũ vteret,ab eoq; meruisse inoperari posse aduersus immundos sp̃ũs,& per eum implere diuina signa,& non magis proprium B eius sp̃m dicat,per quem signa operatus est, anathema sit.

Nestorius respondit:Si quis formæ serui consubstantialẽ dixerit sp̃m sanctũ,& nõ potius p illius meditationẽ,q̃ est ad deũ verbũ,ex ipsa cõceptione habuisse dixerit coniunctionẽ,per quã cõmunes nonnunq̃ & in hoies mirandas curationes exercuit,& ex hoc fugandoꝝ spirituum eueniebat ei esse potestatem,anathema sit.

X. Cyrillus dixit:Pontificẽ & ap̃lm cõfessionis nr̃æ Chr̃m factũ eẽ,sancta scriptura designat. Obtulit aũt seip̃m pro nobis deo patri in odorẽ suauitatis. Si quis ergo pontificẽ nostrum & ap̃lm dixerit esse factum nõ ipsum dei verbũ (quãdo factũ est caro, & secundum nos homo)sed quasi alterꝝ præter ipsum specialiter hominẽ ex muliere, & si quis dicit,quia pro se obtulit seipsum oblationem,& nõ magis pro nobis solis(Nõ eñ indiguit oblatione,qui peccatum nescit)anathema sit.

Heb.3.a
Heb.9.d

Nestorius respondit:Si quis illũ in principio verbũ pontificẽ & ap̃lm confessionis nostræ factũ esse,seq; ip̃m obtulisse pro nobis dicat,& nõ Emmanuelis esse ap̃lm dixerit,oblationẽq; secundũ eandẽ diuidat rationem ei,q vniuit,& ei,q vnitur,ad vnã cõmunitatem filij,hoc est,deo,quæ dei,& homini,quæ hominis deputant,anathema sit.

XI. Cyrillus dixit:Si quis nõ cõfitet carnẽ dñi viuificatricẽ eẽ, tanq̃ propriã ipsius dei verbi patris,sed quasi alterius cuiuspiã p̃ter ip̃m, coniuncti quidẽ ei secundũ dignitatẽ,aut tanq̃ secundũ q̃d solã diuinã habitationẽ habuerit,& nõ potius(sicut dixi)viuificatricẽ esse,q a facta est propria verbi dei,cui oĩa viuificare possibile ẽ,anathema sit.

C

Nestorius respõdit:Si qs vnitã deo carnẽ ex naturæ proprietate possibilitate viuificatricẽ esse dixerit,ipso domino & deo pronũtiante,sp̃ũs est,q viuificat,caro nihil prodest,anathema sit. Sp̃ũs deus est,p quẽ hoc a deo pronuntiatũ est. Si quis ergo deũ verbũ carnaliter secundũ substantiã carnẽ factũ esse dicat,hoc aũt modo & specialiter custodite, maxime domino Chr̃o post resurrectionẽ discipulis suis dicẽte: Palpate & videte,quia sp̃ũs carnem & ossa non habet,sicut me videtis habere,anathema sit.

Iohan.6.g
Luc.24.f

XII. Cyrillus dixit:Si quis nõ confitet deũ verbũ passum esse carne,& crucifixũ carne,& mortem carne gustasse,factumq; primogenitum ex mortuis,secundum quod est viuificator & vita tanquã deus, anathema sit.

Nestorius r̃ndit:Si qs cõfitẽs passiones carnis,& has q̃q; tanq̃ verbo dei tribuerit,q̃si etiã carni in qua factus est,adhibuerit,nõ decernẽs dignitatẽ naturaꝝ, anathema sit.

His igit recitatis,decreuit sancta & magna synodus,aliã fidẽ nulli licere proferre,vel cõscribere,vel cõponere,p̃ter illã,quæ cõstituta est a sanctis patribus,qui in Nicea cum sancto sp̃ũ cõuenerunt. Illos aũt,qui audeant fidẽ aliã cõponere,vel proferre volentibus se cõuertere ad agnitionẽ veritatis ex paganitate,siue ex Iudaismo, siue ex alia qualibet hæresi,eos,si ep̃i sint aut clerici,alienos esse ep̃os ab episcopatu,clericos a clericatu. Sin vero laici sint,anathema esse simili modo. Si qui vero deprehensi fuerint,siue ep̃i,siue laici,vel credentes,vel docentes ea,quæ scripta sunt in expositione a Charisio presbytero prolata de incarnatione vnigeniti filij dei,aut certe scelerata & peruersa Nestorij

dogmata, quæ etiam supra scripta sunt, eos subiacere sanctæ & magnæ synodi, sit perspicuũ, & epũs quidẽ sciat se alienũ futurũ episcopatu, & fore depositũ, clericus vero a clericatu se submouendũ. Si vero laicus sit, eũ fore anathema, sicut supra dictũ est. D

Et subscripserunt. Cyrillus eps Alexandriæ subscripsit. Archadius eps legatus sedis aplicæ subscripsit. Iuuenalis eps Hierosolymitanus subscripsit. Et cæteri epi subscripserunt, qui in eodẽ cõcilio fuerunt, numero centũ nonagintaquatuor.

ET CVM LEGERENTVR CHALCEDONE ACTA, accensis cæreis Constãtinus deuotissimus secretarius sacri cõsistorij, ex eadẽ scheda recitauit ita. EPHESI GESTA. Dioscorus epũs Alexandriæ dixit: Existimo oĩbus placere, q̃ sunt exposita a sanctis patribus, q in Nicea olim cõgregati sunt, q̃ & cõfirmauit, & sola tenere diffiniuit, q̃ hic pridẽ sancta synodus collecta est, deo amabilia & sufficienter habẽtia. Audiuimus aũt diffinientes eos ita. Si quis p̃ter hæc dixerit, aut sapuerit, aut retractauerit, aut quæsierit, subiaceat sententiæ. Quid vobis videtur? Vnusquisq; qualẽ habet voluntatẽ, subscriptis dicat. Non enĩ possumus hæc aut quærere, aut retractare. Si vero aliquis inquisiuit vltra ista, q̃ dicta sunt, & ordinata sunt, & placuerunt, nõne iuste subiacebit patrũ sententiæ? Dicat igit vnusquisq; vestrum, si eius est voluntatis. Thalassius eps Cæsareæ Cappadociæ dixit: Trecentorũ decẽ & octo patrũ in editione fidei laudẽ illis temporibus diuina gratia demonstrauit, cui illi accommodãtes linguas, p̃dicauerunt. Confirmauit vero maxime, & q̃ in hac splendida metropoli conuenit sanctorũ concordia, quã tenere omnino est necessariũ sine aliquo additamẽto aut detrimento, quia hæc similiter nocere solent regulæ pietatis sancitæ a sanctis patribus, q in Nicea congregati sunt, & cõfirmatę ab his, qui hic ante hoc cõuenerũt. Eos aũt, qui cõtraria ijs sapiunt, abominabor, sicut soluentes rectã fidẽ. Sozon epũs Philippensis dixit: A trecentis decẽ & octo sanctis patribus, qui in Nicea cõuenerũt, expositã fidẽ & credidi, & credo, & in hac vrbe cõgregatæ synodo cõsensimus. Et eos, qui p̃ter hæc sapiunt, aut docent, minime esse catholicos credidi. Ioannes eps ciuitatis Sebastiæ primæ Armeniæ dixit: Morbũ in veritate introducere, nihil est aliud q̃ audere impietatẽ fidei cõmiscere. Qui enĩ spernit fidẽ, quæ in se firmitatem possidet, præ multitudine, & tẽpore, & authoritate eorũ, qui exposuerunt, nullũ habet stabilitatis terminum, mutabili voluntatis impietate ægrotãs. Vnde & ego omnẽ hæresim & nouitatẽ obhominans, colo solã hanc fidẽ, q̃ a sanctis patribus est exposita, quia oĩs pietatis nr̃æ est subsidium. Theodorus epũs Tarsensis ciuitatis prouinciæ Ciliciæ primæ dixit: Et fidei (q̃ exposita est a sanctis patribus, qui in Nicea conueuerũt, & qui pridẽ in Epheso congregati sunt) similia & ego ipse sapiens permaneo, & eos, qui p̃ter hæc sapiunt, non iudico catholice sapere. Basilius eps ciuitatis Seleuciæ prouinciæ Isauriæ dixit: Et expositã fidem a sanctis patribus, qui in Nicea conuenerũt, & quæ sunt lecta a sanctorũ patrum dogmata, & quæ pridem in hac ciuitate a sanctis patribus congregatis ordinata sunt, eiusdem sancti spũs operationis esse credo. Et eos, qui p̃ter hæc aut sapiunt, aut docent, inimicos orthodoxorũ ecclesiæ existimo. Stephanus eps ciuitatis Ephesinæ dixit: Manifesta sunt, quæ a sanctis patribus sancita, & diffinita sunt trecẽtis decẽ & octo qui in Nicea ciuitate congregati sunt, & confirmata sunt a sancta & vniuersali synodo, collecta in hac Ephesia metropoli. Vnde si quis præter ea, quæ sancita sunt, dixerit, anathema sit, quoniã hæc est vera & catholica fides. Vranius eps ciuitatis Himeriæ prouincię Osroenæ interpretante se me Eulogio pbr̃o Edeseno, dixit: In his, quæ exposita sunt a sancto concilio in Nicea congregato, & sententiæ, quæ diffinita est in hac metropoli de eadẽ fide aduersus p̃uaricatores eius, permaneo. Et qui præter hæc ausi fuerint aut dicere, aut inquirere, anathematizo, & alienos esse a recta fide diffinio. Theodorus eps Damasci dixit: Qui istis, quæ nuper lecta sunt, non obtemperat, alienus est a catholica fide, & dign⁹ anathemate, q̃d a sanctis patribus diffinitũ est. Iulius epũs tenẽs locũ Leonis sanctissimi epi Romanæ ecclesiæ, interpretante se Florentio episcopo Lydiæ, dixit: Hæc tenet apostolica sedes. Stephanus epũs Hierapolitanus dixit: His & nos consentimus, & præter hæc neq; sapuimus, neq; sapiemus, & vsq; ad vltimũ suspirium nostrũ hæc sequemur, & nullis p̃ter hæc conantibus docere permittimus. Meletius epũs Larissenæ ciuitatis faciens verbũ pro sanctissimo epo. Domnos Apamenæ ciuitatis secũdæ Syriæ, dixit: Semper ab infantia his credidi, & nunc hãc eandẽ teneo fidẽ, & ample E F

ctor

A ctor eã,quæ nuper nobis lecta est,sanctorũ patrũ expositionẽ. Cyrus eps Aphrodisiæ ciuitatis prouinciæ Cariæ,dixit:Et ego non solũ a puerili ac monachali mea vita,sed etiã ex paterna doctrina hanc fidem possideo. Florẽtius epũs ciuitatis Lydiæ dixit:Et ego huic adhæreo fidei,quæ nuper lecta est,& dudũ a sanctis patribus cũ sancto spũ diffinita est,& tutelam meæ spei esse cõfiteor,& placent mihi,quæ sancita sunt. Candidianus epũs ciuitatis Antiochiæ prouinciæ Pisidiæ dixit:Et a pueritia nutritus sum in catholica fide,& archidiaconus regiæ ciuitatis fui, & gratia dei & Christi sine querela hactenus(sicut arbitror)cõuersatus sum,& vsq; hodie sanctorũ patrũ trecentorũ decẽ & octo, qui in Nicea,& eorum, qui in hac metropoli congregati sunt, inconcussibiles expositiones custodio,& vsq; in finẽ hæc eadẽ & sapui,& sapio. Hilarius diaconus Romanæ ecclesiæ interpretante se Florẽtio epo Liddensi dixit:Quæ nuper lecta sunt, de fide prolata,tã,quæ in Nicea est exposita,q̃ a sancta synodo,quæ in hac Ephesia ciuitate a sanctis patribus cõfirmata est,apostolica sedes & docet,& veneratꝰ. Hæc ergo scio sanctorũ patrũ cõsonare dogmatibus,hęc & proprijs,o vos sanctissimi,literis,quas ad vos destinauit,apostolica sedes inseruit. Quas,si iusseritis recitari,cognoscetis consonas esse veritati. Basilius epũs Traianopolitanus dixit:Et mea paruitas in hac sancta fide nutrita est,& in ipsa oro vitam finire. Polychronius eps Antipatridis ciuitatis dixit:
B Diuinas & veras constitutiones sanctorũ patrũ & tenemus gratia dei apud nosmetipsos,& in hac nos fide semp custodiri oramus. Sancta synodus dixit:Omnes eiusdẽ sumus voluntatis & fidei. Dioscorus epũs Alexandriæ dixit: Quoniã sancta & magna synodus,q̃ iamdudũ in Nicea congregata est per voluntatẽ dei,rectã nostrã & immaculatã fidẽ exposuit,quã & nup hic congregata sctã synodus cõfirmauit,& hanc solã teneri,& in ecclesia tradi diffiniuit,ordinans & hoc,quatenus nulli liceat alterã fidem præter hanc vel exponere,vel inquirere,vel innouare,aut penitus commonere de nostra venerabili religione,eos aũt,qui præter hæc tentant aut sapere,aut quærere,aut cõponere,aut omnino quæ ordinata sunt,retractare,certis subiecit damnationibus,ita vt si epi sint,alieni sint ab episcopatu,& clerici clericatu,si vero laici, priuenꝰ cõmunione. Hæc nãq; ex nup lectis monimẽtis didicimus. Apparẽt vero sicut oĩs vestra sancta & vniuersalis synodus puidet,oĩa pene renouãtes & immutãtes. Flauianus ecclesiæ quondam Constãtinopolitanæ vrbis eps,& Eusebius Dorilei,& scandali & conturbationis facti occasio sanctissimis ecclesijs & vbiq; catholicis populis,certũ est, hos ex semetipsis synodicis olim a sanctis patribus diffinitis damnationibus subiacere. Vnde & nos,q̃ eorũ sunt confirmãtes,memoratos,id est, Flauianũ & Eusebiũ omni sacerdotali & episcopali dignitate esse iudicauimus alienos. Cõfiteaꝰ vero & vnusquisq; religiosissimorũ
C epõrũ suã propriã voluntatẽ,& manifestã hanc faciat sub fide monimẽtorũ. Vniuersa aũt quæ acta sunt hodie,innotescãt pijssimis & Christianiss. Imperatoribus. Flauianus dixit: Appello a te. Hilarius diaconꝰ Romanę ecclesię dixit:Cõtradicitꝰ. Et cũ legerenꝰ,

CHALCEDONE ACTA. Orientales,& qui cũ ipsis,reuerendissimi epi clamauerũt: Anathema Dioscoro. Hac hora damnauit,hac hora damnetꝰ. Sancte dñe,tu illum vindica. Dñe dñe,tu illum vindica. Catholice Imperator,tu illum vindica. Leoni multos annos. Patriarchæ multos annos. Constãtinus deuotissimus secretarius sacri consistorij recitauit. EPHESI ACTA. Iuuenalis epũs Hierosolymitanus dixit:Sese alienos a sacerdotio & gradu episcopali monstrauerũt Flauianus & Eusebius,qui conati sunt addere,& minuere aliquid de sancta fide,quæ in Nicea a sancto cõcilio exposita est,quã & cõfirmauit sancta & vniuersalis synodus,in hac Ephesia ciuitate pridem collecta. Quapropter iustũ est,eos,qui audẽt addere aliquid fidei,aut minuere,alienos esse a sacerdotio,& maxime,qui tantã fecerunt confusionẽ. Vnde & ego consona decerno in sancta & vniuersali synodo,& sanctissimo archiepiscopo Dioscoro,alienans eos ab epatus dignitate. Domnus epũs Antiochiæ dixit: Cõsors sum & ego sanctæ vestræ synodo,damnãti Flauianũ,& Eusebium, tanquã nõ permanentes in sancto Niceno concilio,& quod pridẽ hic cõgregatum est. Et consentio in eos, a vobis prolatæ iustæ sentẽtiæ. Thalassius epũs Cæsareæ Cappadociæ dixit:Quotq̃t pter constitutiones patrum,quas de fide decreuerunt,agere conantur,sibimet inducũt correptiones canonicas. Vnde Flauianus & Eusebius,qui transgressi sunt constituta, quæ in Nicea,& in Epheso a sanctis patribus exposita sunt, secundum decretum ve-

stræ religiositatis & nostrũ, episcopali gradu priuati sunt. Eusebius epũs Ancyræ Galatiæ dixit: Mihi quidẽ amabilis est semper misericordia. Sed quoniam religionis ratio mouet sanctos patres ad prolatam iusto iudicio sentẽtiam aduersus Flauianum & Eusebium, & ego consentio. Stephanus epũs Ephesiæ ciuitatis dixit: Iusta est, quæ est prolata sentẽtia contra Flauianũ quondã epm, & Eusebiũ. Vnde cõsentio vtrorũq; depositioni, & subscribo. Cyrus epũs Aphrodisiadæ ciuitatis dixit: Nemo ita insipiens, aut deo inimicus existit, q diffinitionibus & sẽtẽtijs patrũ audeat cõtraire. Vnde & ego concors pcedẽtibus sentẽtijs sanctoꝝ patrũ factus sum in dãnatiõe Flauiani & Eusebij quondã epoꝝ. Erasistratus eps Corinthi Helladis dixit: Præsens, & cognoscẽs ab his, q lecta sunt, nõ cõsona sapere catholicę fidei Flauianũ & Eusebiũ, neq; obtẽperare Niceno sancto cõcilio, necnõ & Ephesio, qd paulo ante est collectũ, & ego cõsentio sctis patribus, & alienos hos omni epali dignitate eẽ existimo. i. Flauianũ & Eusebiũ. Quintillus eps Heracleæ, vicarius Anastasij reuerẽdiss. epi Thessaloniceñ. dixit: Quæ paulo ante in hac ciuitate collecta ẽ sancta & magna synodus, in damnationẽ impij Nestorij diffinijt, nulli licere alterã qñq; proferre fidẽ, q q in Nicea exposita est a sanctis trecentis decẽ & octo patribus. Sequens igit & egoipse illã diffinitionẽ, oẽs quidẽ, q permanent in prædicta fide, catholicos esse iudico, hos vero, q aliqd puerterũt, anathematizo, & alienos esse catholicæ fidei decerno. Meletius eps Larissenæ ciuitatis, & agẽs vices Domni reuerẽdiss. epi Apamenæ ecclesiæ dixit: Cõsentio & ego vræ sanctitati, q iusta & legitima ẽ in depositiõe Flauiani & Eusebij quondã epoꝝ, qm demõstrati sunt puaricari cõstituta, q tradita sunt a sctis & magnis cõcilijs, q in Nicea & in Epheso cõgregata sunt, & alienos eos eẽ epali dignitate vna vobiscũ existimo. Diogenes eps Cyricenæ ciuitatis dixit: Hæc eadẽ & ego cõsentio sctis nris patrib⁹ in ijs, q aduersus Flauianũ & Eusebiũ ordinata sunt, alienãs eos ab epali dignitate. Ioãnes eps Sebastiæ primæ Armeniæ dixit: Omnis innouatio, q contra iustitiã ab aliquibus cõmittit, sup se trahit regularẽ sentẽtiam. Qm igitur & Flauianus, & Eusebius cõuicti sunt puaricari, & innouationẽ fecisse in ea fide, q a sanctis patribus apud Niceã constituta est, & apud Ephesum cõfirmata, iusto iudicio a sacerdotio priuati sunt, secundũ formã reuerẽdiss. & sanctissimi Alexandrini archiepi, & sancti & vniuersalis cõcilij, & ego eisdẽ cõsentio. Basilius eps Seleuciæ Isauriæ dixit: Sequor ea, q a sanctitate vra aduersus Flauianũ, & Eusebiũ quondã epos ordinata sunt, & cõsentio oĩbus diffinitis a vra beatitudine. Etenim ipsi sequuti estis ea, q pridẽ sancti patres sanxerũt, & iusserũt aduersus puaricatores fidei, siquidẽ sacerdotes sunt, alienos esse a sacerdotio, si vero laici sint, hos fieri sub anathemate. Theodorus eps Tarseñ. ciuitatis dixit: Prolatæ aduersus Flauianũ & Eusebiũ sñiæ a sancta synodo, sicut iustæ & canonicæ promulgatæ, & ego cõsentio. Romanus eps Myreñ. ciuitatis prouiciæ Liciæ dixit: Et ego cõcors sum ijs, q a sanctis patrib⁹ sancita sunt aduersus Flauianum & Eusebiũ, iuste aduersus eos platæ sñiæ. Photius epũs Tyri ciuitatis dixit: Cõsona & mea pfitet paruitas sñiæ sancti huius & vniuersalis cõcilij, alienos faciẽti Flauianũ, & pessimũ Eusebiũ a sacerdotio, tanq cõtraria sapiẽtes sancto Niceno cõcilio, & qd paulo ante in hac splẽdida Ephesina metropoli congregatũ est. Iulianus eps Tabiæ ciuitatis dixit: Doleo quidẽ, ad hãc tristẽ vocẽ veniens. Talis eñi prudentiũ lex est. Sed qm pro pietatis assertione magni vniuersalis cõcilij psules, Flauianũ, & Eusebiũ diffinitioni patrũ subiecerũt, his, q legitime facta sunt, consentio. Florentius epsLiddeñ. ciuitatis dixit: Qm hoc sanctæ & magnæ synodo placuit, eos, qui diuinas leges puaricant, ex eius sancto ore dãnari, aduersus Flauianũ, & Eusebium quondã epos, similia & ego vestræ sanctitati decerno. Marinianus eps Synnadeñ. dixit: Sequor in oĩbus, quæ sunt ordinata a sancta synodo, quæ & meã supereminẽt paruitatem, aduersus Flauianũ, & valde pessimũ Eusebium. Et cõsentio eoꝝ dãnationi. Musonius epũs Nysenæ ciuitatis dixit: Quoniã spernere reperti sunt sanctã synodum, ante hoc in Ephesia metropoli cõgregatã, Flauianus, & Eusebius quondã epi, ideo & ego in regulari eoꝝ facta damnatione consentio. Constãtinus epũs Bostrenæ ciuitatis dixit: Consentio & ego iustæ depositioni, quæ aduersum Flauianum & Eusebiũ quondam epos a sancta synodo prolata est, & concors sum sententiæ, bene ab ipsa diffinitæ. Stephanus epũs Hierapolitanæ ciuitatis dixit: Sequor & ego a vestra sanctitate aduersus Flauianum & Eusebium quondã epos prolatã sententiam, tanquam præuaricantes

sanctos

A sanctos canones, qui in Nicea, & hic pridem cōstituti sunt, & alienos eos esse cōsequēter vestræ diffinitioni cōsentio. Atticus epūs Nicopolitanæ ciuitatis veteris Epiri, dixit. Sequor & ego, quæ a sanctis patribus diffinita sunt in sententia, quæ aduersus Flauianum, & Eusebium prolata est, alienās eos, sicut iudicauit sanctorum sentētia ab epatus dignitate. Eustachius epūs Beryti, dixit. Manifesta omnibus facta est forma diffinita a nostris sanctis patribus, qui hic pridem ex iussione piissimoꝝ & Christianissimorum nostroꝝ Imperatoꝝ congregati sunt, aperte iubens eos, qui conātur aliquid inquirere, aut scrutari, aut addere fidei sanctoꝝ patrum, qui in Nicea conuenerūt, & hos proprio gradu priuari. Flauianus ergo quondam Constātinopolitanus epūs, & Eusebius olim Dorylei præsulatum habens, cōtraria his sapientes, seipos illi omnino terribili subiecerunt sententiæ. Nunechius epūs Laodiciæ Trimitariæ, dixit. Cōsentio & ego ipe prolatæ sentētiæ a sanctis patribus aduersus Flauianū, & Eusebium quondā epos. Olympius epūs Constātinæ ciuitatis Cypri insulæ, dixit. Concors & ego sum vestro sancto & glorioso concilio, dānāti Flauianum, & Eusebium tanquā præuaricatores eorum, quæ placita sunt in sancta Nicena synodo, & in ea, quæ hic sub ter beato & sanctæ memoriæ patre nostro & epo Cyrillo cōgregata est, & cōsentio iuste diffinitis a vestro magno & sancto cōcilio. Iohānes epūs insulæ Rhodi, dixit. Cōsentio & egoipe his, quæ diffinita sunt a sancta & magna vestra synodo in alienatione Flauiani, & Eusebij, eo ꝙ præuaricati sunt, quæ in sancta & magna Nicena synodo diffinita sunt, & quæ sub reuerē. & sanctæ memoriæ pr̄e nostro & epo Cyrillo in hac Ephesia metropoli ordinata sunt. Cādidianus epūs ciuitatis Antiochiæ prouinciæ Pisidiæ, dixit. Omnibus regulariter ordinatis ab omni sancta synodo sanctorum patrum aduersus Flauianum, & Eusebium, & ego cōsentio. Stephanꝰ ep̄s Anazarbenæ ciuitatis, dixit. Cōsentio & ego iuste prolatæ snīæ a vr̄a sc̄titate aduersus Flauianū & Eusebiū q̄ndā epos, & alienos eos de cætero existimo ab hmōi dignitate, eo ꝙ p̄uaricati sunt prolata statuta a sc̄tā & magna in Nicea cōgregata synodo, necnō & q̄ cōseq̄nter in hac ciuitate collecta est. Gerōtius epūs Seleuciæ Syriæ dixit: Et ego ipse consentio sancto vestro concilio & alienos discerno Flauianum, & Eusebium ab episcopatus dignitate, tanquā præuaricatores eoꝝ, quę sancita sunt a sanctis patribus, qui in Nicea, & qui in Ephesia ciuitate collecti sunt. Rufinus epūs Samosatenæ ciuitatis, dixit: Consentio omnibus, quæ iuste prolata sunt aduersus Flauianum, & Eusebium quondam epos, & alienos eos esse existimo a sacerdotij dignitate, tanq̄ præuaricatores eoꝝ, quæ a sanctis patribus statuta sunt Niceæ & Ephesi cōgregatis. Indimus epūs Hirenupolitanæ ciuitatis, dixit: Iuste promulgato iudicio a vestra sanctitate in dānatione Flauiani, & Eusebij quondam eporum, qui præuaricati sunt prolata statuta a sancta & magna synodo sanctoꝝ patrum, qui in Nicea ciuitate collecti sunt, necnō etiā qui pauloante in hac Ephesia ciuitate, cōsentio, & alienos eos de cętero ab epali dignitate existimo. Timotheꝰ epūs Balaneesi, dixit. Cōsentio & ego prolatæ iustæ snīæ a vestra sancta synodo in dānationē Flauiani, & Eusebij quōdā epoꝝ,

C in quibus trāsgredi ausi sunt ea, quę placita sunt synodo, q̄ in Nicea ciuitate, & quę nup in Epheso collecta est. Theodosius epūs Canothæ ciuitatis, dixit. Permaneo in oībus diffinitis a sc̄tā synodo de Flauiano & Eusebio quondā epis, & alienos eos existimo ab epatꝰ dignitate, tanq̄ p̄uaricatores statutoꝝ pr̄m, q in Nicea, & q in Epheso cōuenerūt. Seleucꝰ ep̄s Amasiæ, dixit. His, q̄ legitime & regulariter de Flauiano, & Eusebio a sc̄tā synodo definita sunt, & ego ipe cōcors efficior, & cōsentio alienos eos ab omī sacerdotali ministerio. Petrꝰ ep̄s Gangrenę ciui. dixit Et ego cōcors sum snīæ sc̄toꝝ pr̄m in dānatione Flauiani & Eusebij. ⌊Eutychiꝰ ep̄s Adrianupolis veteris Epiri, dixit. Similiter Cladeus epūs ciuitatis Anchiaxi, veteris Epiri, dixit. Similiter. Symeon epūs Amydæ, dixit. Similiter. Helias epūs Adrianupolitanus, dixit. Similiter. Lucas epūs Dirrhacenæ ciuitatis, dixit. Similiter.⌋ Basilius episcopus Traianupolitanus Rhodopenæ prouinciæ, dixit. Sententiæ huius magnæ & sanctæ synodi, & mea consentit paruitas aduersus Flauianum, & Eusebium. Docimasius episcopus Marouex dixit. Prolatæ sententiæ a sancta & magna synodo aduersus Flauianum, & Eusebium consentit & mea humilitas. Alexander episcopus ciuitatis Sebastiæ, dixit. Quæ prolata est sententia a sanctis patribus aduersus Flauianum, & Eusebium, & ego similiter consentio. Vranius episcopus Himerorum ciuitatis prouinciæ Osroenæ, interpretante se

Ab hoc signo vsq; ad signū qd paulo pꝰ seq̄tur, q̄ sunt itermedia nō habent in aliq̄bus exemplaribus

Eulogio pbro Edesseno dixit. Quotquot ausi sunt præuaricari sentētiā sanctorum patrū qui in Nicea, & q in Epheso cōuenerunt, hi nō solum ab ecclesiastica dignitate debent expelli, verumetiā gladio submitti. Oportebat em̄, videntes eos, q ante se fuerūt, quali subiacuerunt pœnæ, recedere ab huiusmodi conatibus. Qm̄ igitur Flauianus, & Eusebius præuaricatores eorum extiterūt, hos & ego alienos ab episcopatus dignitate, & dignos multis milibus malis esse diffinio. Athanasius epūs Opuntenæ ciuitatis, dixit. Et ego concors effectus prolatæ sentētiæ à sancta synodo in damnatiōe Flauiani, & Eusebij, eadem profiteor. Theodorus epūs Claudiupolitanus, dixit: Consentio his, quæ a sancta synodo iudicata sunt in damnatiōe Flauiani, & Eusebij, vt q nō permāserunt in regulis trecentorum decem & octo patrum, & statutis sancti concilij, quod dudum in hac Ephesia ciuitate collectum est, & similia decerno eorum, quæ iuste a vestra sancta synodo dicta sunt. Leontius epūs Ascalonensis, dixit: Consentio omnibus, quæ a sanctis patribus aduersus Flauianum, & Eusebium decreta sunt, quatenus alieni sint ab omni sacerdotali dignitate. Photinus eps* Lidd..., dixit: Recte & iuste, quod hic pridem conuenit sanctum concilium, definiuit nihil ab aliquo mutilari eorum, quæ in Nicea, vel in eo ordinata sunt. Propter quod cōsentio his, quæ nunc a sanctis patribus statuta sunt, & alieno ab epatus gradu Flauianū, & Eusebium, q ausi sunt pūaricari ea, quæ in sancta ordinata sunt synodo. Anastasius epūs* Areopolitanorum, dixit: Audiens cognitionem, quæ inter reuerend. pbrm & archimādritā Eutychen, & Eusebiū, & Flauianū habita est, & ex prolatis monimentis, & porrectis libellis, reprehendens eorum perfidiam, cōcors effectus, & ego sanctis patribus, alienos eos feci ab omni sacerdotali dignitate, id est, Flauianum, & Eusebium. Theodosius epūs Amathuntenæ ciuitatis, dixit: Flauianus, & Eusebius, q sanctorum patrum, qui in Nicea, & qui in hac pridem ciuitate collecti sunt, definitiones nō custodierunt, & a sanctis patribus damnati sunt, etiam alieni ab episcopali dignitate facti sunt. Sequor em̄ ea, quæ a sanctis pribus decteta sunt. Paulus epūs Maiumenę ciuitatis, dixit: Flauianum, & Eusebium, q sanctorum patrum, qui in Nicea, & qui pridem in Epheso conuenerunt, statuta præuaricati sunt, & propter hoc dānati sunt à nunc collecta sancta synodo, decreui, & ego alienos esse ab epali dignitate. Zosimus epūs Minoidæ ciuitatis, dixit. Flauianus, & Eusebius, qm̄ in sanctorum patrum eorum, q in Nicea, & qui in Epheso cōuenerunt, diffinitiōibus minime permāserunt, sed præuaricati sunt, & mutilarunt, & propter hoc dānati sunt sentētiæ huius præsentis sanctæ synodi, & a me epali priuati dignitate. Epiphanius epūs Pergenæ ciuitatis, dixit. Execrabile qdem erat hoc mihi, lachrymās vero anima cōcors, & ego efficior in dānatione Flauiani quondā Cōstātinopolitani epi, & Eusebij, q olim Dorylenæ ciuitatis tenuit præsulatū. Baruchius epūs Sozusenę ciuitatis, dixit. Custodes fidei sacerdotes semper spūs sanctus producit. Qui ergo cōtraria cōmittūt, q̄ peragere debuerūt, damnādi sunt. Inter quos Flauianus, nec nō & Eusebius canonicis expositiōibus sanctorum prm, q in Nicea, & in Epheso cōuenerūt, audacter rebelles inuēti, epatus decidēt gradu, propriæ temeritatis, iustum luentes iudicium. Heraclius epūs Azoti ciuitatis, dixit. Eos, q cōturbare conātur, & mutilare semp, & quę a sanctis patribus bene statuta sunt, sancta hæc & magna synodus bene fecit abscidere Flauianum, & Eusebium ab omni sacerdotali ministerio. Vnde & ego iuste diffinita sequens, consentio. Iohannes episcopus Tyberiadis, dixit. Iusta est, & legitima, quæ aduersus Flauianum, & Eusebium a sancta synodo est prolata sententia. Vnde & ego hæc eadem profiteor. Musonius episcopus Zoarensis, dixit. Non aduersantur hominibus, sed deo, qui, quæ a trecentis decem & octo sanctis patribus in Nicea, a sancto spiritu congregatis, & post ipsos iterum in hac magna Ephesia metropoli sancita sunt, existunt contraria. Vnde Flauianus, & Eusebius contraria sancto spiritui loquentes, & peragentes, episcopatus vtrique decident gradu, sibimetipsis causam ruinæ, non nobis, qui ab eorum impietate recessimus, scribentes. Dionysius * Sycamazone-sis episcopus, dixit. Iusta, & deo amabilia, a patribus diffinita sunt aduersus Flauianum, & Eusebium quondam episcopos, qui recte de fide non sapuerunt. Vnde & ego hæc eadem decerno, quæ & sancta synodus. Caiumas episcopus * Phaneēsis, dixit. Et ego iusta reperiēs, quæ a sanctis patribus aduersus Flauianum, & Eusebium quondam episcopos decreta sunt, abscidi eos a sacerdotio, consentiens sanctæ synodo. Ethericus episcopus Smyrnensis, dixit.

Nullus

alias, Lydæ.

alias, Aureliopolitanorum

als, Orusenæ.

alias, Sycacinonen. vel Sycaminen.

als, Phœnicen.

D

E

F

A Nullus audet contraire statutis sanctorum & magnorum conciliorum, quæ diuinitus definierunt, eos, qui præuaricati sunt ad catholicã religionẽ, regulari reprehensioni subiacere. Vnde ego concors sentẽtiæ vestræ sanctitatis factus, Flauianum, & Eusebiũ quondã epos sacerdotali nudaui dignitate. Constãtius eps Sebastæ ciuitatis dixit. Flauianus, & Eusebius, qui ad acerbissimũ bellum, eorum, quæ in Nicea olim, & postmodum in Ephe so de fide sunt regulariter exposita, seipsos armauerunt, episcopali decidant gradu, per propriam ruinam vniuersum orbem ab scandalo, quod operati sunt, liberantes. Zebennus episcopus Pellensis dixit. Deo amabilia & vtilia a sanctis patribus decreta sunt aduersus Flauianum, & Eusebium, qui non sequuti sunt sanctum & vniuersale Nicenum concilium, & quæ in hac Ephesia ciuitate aduersus temeratores ecclesiasticorum terminorum confirmata sunt. Vnde & ego concors sententiæ effectus, alienos feci ab omni sacerdotali dignitate Flauianum, & Eusebium. Alipius episcopus Bachatensis, dixit: Præsens & audiens examinata cognitione, quæ inter reuerendissimum presbyterum & archimandritam Eutychen, interq; Flauianum, & Eusebium facta est, & ego cognoscens, & ex relectis nobis monimentis, & porrectis libellis esse reprehensibiles eosdem Flauianum, & Eusebium, & reos perfidiæ apparuisse, concors effectus sanctissimis patribus, alienos eos feci, id est, Flauianum, & Eusebium, a sacerdotali dignitate.
B Polychronius episcopus ciuitatis Antipatridis dixit. Secundum sentẽtiam sanctorum patrum, quæ aduersus Flauianum, & Eusebium prolata est, vt extranei sint a sacerdotio & dignitate episcopatus, & ego consentio. Pancratius episcopus Libyadis ciuitatis dixit. Flauianus, & Eusebius episcopatus ruina sui orbe ab scandalo liberato, docent omnes oportere perseuerare in regulis, quæ a sanctis patribus in Nicea, & in Epheso promulgata sunt, & non se armare ad manifestissimum prælium, quemadmodum hi. Auxolaus episcopus gentis Sarracenorum fœderatorum dixit: Iustum est, ea, quæ a sanctis patribus diffinita sunt, sequi. Vnde & ego consentio prolatis diffinitionibus aduersus Flauianum, & Eusebium quondam episcopos. Domninus epũs Plateæ ciuitatis dixit. Cum manifesta sit interloquutio sanctorum patrum, & prolata diffinitio aduersus Flauianum, & Eusebium, & ego concors effectus sententiæ, hæc eadem profiteor. Theodosius episcopus Mastaurensis dixit: Iusto consistente decreto sanctorum patrum in damnatione Flauiani & Eusebij. Et ego concors sententiæ factus sum. Cyriacus episcopus * Eglensis dixit: Et si præter nostras orationes factum est, non obedire Flauianum, & Eusebium regulari expositione sanctorum patrum apud Niceam prolatæ, & in hac Ephesia metropoli confirmatæ, & propter hoc iusta aduersus eos a sancta synodo est prolata sententia, cui & ego concors effectus sum, in damnatiõe memoratorum.
C Flauianus epũs Adramytenæ ciuitatis, dixit: Et ego consentio diffinitioni, quæ a sanctis põtificibus prolata est Dioscoro, Iuuenali, Domno, & Stephano, & Thalassio, & ab omni simul collecto vna cum ipsis sancto cõcilio Flauiani, & Eusebij causa, & alienos istos iudico, ab omni simul sacerdotio. Cyriacus epũs Lebedensis dixit: Concors & ego factus sum sanctorum patrum decreto. Vnde cõsentio in damnationẽ Flauiã & Eusebij, q veritatem cõtempserũt. Leontius epũs Magnisiæ Meãdri ciuitatis dixit: Non optabã quidẽ, neq; ea, quæ aduersus sanctiss. & reuer. pbr̃m & archimãdritã Eutychen audacter cõmissa sunt, fieri, neq; Flauianum, & Eusebium quondã epos extra catholicam fidem cõuinci sapere, sed qm̃, quę facta sunt, regulari integritate calcata sunt, prædictus qdem religiosissimus archimãdrita iustã promeruit ab hoc sancto & vniuersali concilio clementiam, recipiẽs & gradum, & cõionem, & principatum proprij monasterij, Flauianus vero & Eusebius sibimetipsis asscribant ex propria blasphemia acquisitam perditionem. Propter quod & ego consentio his, quæ aduersus eos ab omni, ac deo amabili, & vniuersali synodo diffinita sunt. Eutropius epũs Pergamẽsis dixit: Concors & ego factus sum sanctorum patrum sentẽtiæ, in damnatiõe Flauiani, & Eusebij. Gẽnadius epũs * Thieñ ciuitatis prouinciæ Achaiæ dixit: Et ego similiter cõcors efficior sanctis patribus, quatenus alieni sint Flauianus, & Eusebius a participatiõe sacerdotalis gradus. Olympius epũs * Euazonẽsis, dixit: Secũdum præcedẽtem sentẽtiã sanctorum prm vniuersalis synodi Ephesi congregatæ, discerno & ego, lachrymans multum apud me metipsum, Flauianum, & Eusebiũ alienos esse ab omni sacerdotali collegio. Maximus episcopus Trallensis dixit: Consentio & ego in damnatione Flauiani, & Eusebij quondam epi

* als, Aegeẽs.
* alias, Dieñ.
* alias, Euazẽnẽn. uel Ebageneñ.

dam epi

dam eporum, iuxta terminum a sanctis patribus datum. Iulianus epus Hypepen. dixit. D Et ego cocors efficior diffinitioni a sanctis patribus prolatæ, q secudum gratiam dei in Ephesia metropoli collecti sunt, quatenus Flauianus, & Eusebius alieni sint ab episcopatus dignitate, & no fruatur sancto & arcano mysterio dni Christi & dei nostri, tanq contraria sapientes sanctæ fidei, quæ exposita est a sanctis patribus, qui in Nicea ciuitate collecti sunt, & qui postmodum in Ephesia ciuitate congregati sunt. Theopemptus epus Cabassenus dixit: Graue prælium quidem quod a manifestissimis inimicis est, a fictis vero & deceptoribus amicis durius (nocent enim per simulationes, & q maxime simpliciores, & à pietate abstrahut, & longe ab ecclesiasticis seducunt dogmatibus.) Reuerendissimus igitur Flauianus magnæ Constantinopolitanæ vrbis quondam episcopus, confirmare desiderans perniciosi Nestorij dogmata, per multa ostensus est hæreticus, nec non & Dorylei ciuitatis malefactus quondam Eusebius episcopus, similia Flauiano sapiens deprehensus e. Quoniam ergo & sancta hæc & magna synodus, quia non permanserunt idem in sanctorum patum doctrinis, iustam dānationis aduersus eos sententiam protulit, concors & ego sum his omnibus, quæ a sancto concilio super statuta sunt, quatenus manifestum sit, alienos eos esse ab episcopatus dignitate, & omni sacerdotali ministerio. Calosirius epus Arsinoensis, interpretante se Helia diacono suo, dixit: Et ego hæc eadem, quæ & præcedentes sanctissimi episcopi in damnatione Flauiani, & Eusebij quondam eporum confiteor. Et consentio in oibus quæ definita sunt a sancta synodo. Iohannes epus* Ephestien. ciuitatis dixit. Si eum E qui scandalizauerit vnum de pusillis, reum amarissimæ pœnæ diuina salutaris definiuit sententia, quid patientur, dignum sua impietate, qui omnem fere orbem terræ in præsenti conturbauerunt, & fidutiam his, (qui scelerata Nestorij dogmata colunt, quantum ad ipsos pertinet) præstiterunt. Insuper etiam Paganis & Iudæis ad deridendum & detrahendum Christianæ fidei dederunt licentiam, quasi vsq in hodiernam diem recta & immaculata nostra fides ignorata sit, quæ a sanctis patribus per sanctum spiritum in Nicea est exposita, cosignata vero pauloante in hac metropoli, & hoc sanctiss. condecente collegio sancta & iusta præcipiēte sentētia abscidi a sacerdotio eum, qui ausus fuerit nouam aliquā inquisitionem, aut expositionem supintroducere his, quæ plenissime per sanctum spiritum (sicut dixi) sunt exposita. Sed hoc quidem iustum decretum supra memorati contemnentes, quod sibi placuit, peregerunt. Occasio vero fuerat inimicitiarum, aduersus prædictum pbrm Eutychen illa circa catholicam fidem tuitio, quam vsq in finem idem religiosissimus vir immutabilē coseruauit. Et hoc damnationis eius crimen inuentum est, abominatio est em peccatori dei cultus. Flauianus igit & Eusebius decenter sanctorum patrum nostrorum subiacent sentētiæ, a sancto hoc concilio sacerdotio expulsi, innouare fidē volentes, & Nestorij imprudēter dogmatibus con F gruere, quatenus de cætero nulla innouatio perpetretur aduersus piam & rectam religionem. Heraclides epus Heracleapolitanæ ciuitatis dixit: Secundum ea, quæ diffinita sunt a sancta vestra synodo, concors & ego sum, & cosentio in damnatione Flauiani, & Eusebij quondam eporum. Isaac eps* Elearchien. ciuitatis dixit: Hęc eadē & ego profiteor, quemadmodum & ante me sanctissimi patres, & epi in damnatione Flauiani, & Eusebij quodam eporum. Gemellinus epus Erythrenæ ciuitatis dixit: Qui sanctorum patrum doctrinis bene expositis, & habentibus no obtēperant, seipos ecclesiasticis subijciunt sentētijs. Hoc & in præsenti ē inuenire. Qm ergo aliqua displicētia spiritualibus nostris patribus, qui venerabilem illum trecentorum decem & octo eporum numerum cōpleuerunt, & his, q dudum in Ephesia metropoli eorum acta cōfirmauerunt, inqsitio facta ē, ab Eusebio Doryleorum epo, & Flauiano Constātinopolitano iudicāte, & acquiescēte retractari aliqd eorum, quæ no cōtinent in pdictis doctrinis, necessariū est, subijcere eos diffinitæ snīæ a sanctis prībus, pridē in Ephesia metropoli hoc approbātibus, & deponendos eē, & ab omi ecclesiastico agmine effici alienos. Apollonius eps Taneos dixit. His quæ a sanctis prībus eo tpe in Nicea cōgregatis, exposita sunt pro catholica fide, quæ in Chro est, & nup cōfirmatis in hac Ephesia metropoli, qa cōtraria sapiētes, & gerentes Eusebius, & Flauianus inuenti sunt, & increpatioibus, quæ ibi cōtinent, subiacuerūt, & a sancta hac & vniuersali synodo sunt damnati, & alieni ab omni sacerdotali agmine facti. Ideoque & ego concordo, & consentio. Gennadius episcopus maioris

Herino

alias, Hephestien.
Matth. 18. a
Eccl. 1. e.
al. Heracleen.
alias, Libyarchien.

A Herinopolitanę ciuitatis dixit: Hæc eadē & ego, quę prędecessores mei sancti pr̄es sup damnationem Flauiani, & Eusebij quondā epo℞ statuerunt, profiteor, & dānādos hos eē decerno. Chr̄s ep̄s Babulinus dixit. Et ego cōsentio his, q̄ a sanctis patribus sup dāna tione Flauiani, & Eusebij q̄ndā epo℞ definita sunt. Athanasius ep̄s Busiridis ciuitatis dixit: Sequēs & ego iuste promulgatā sn̄iam aduersus Flauianū, & Eusebiū, profiteor, & cōsentio decretis, q̄ sup eos definita sunt. Photinus ep̄s Tentyrenæ ciuitatis dixit. Scd̄m ea, q̄ cōstituta sunt a sanctis p̄ribus, & ego decerno, cōfirmās ab eis factā damna tionē Flauiani, & Eusebij q̄ndā epo℞, & cōsentio decretis oībus, q̄ cōtra eos, defixa sunt. Theophilus ep̄s Cleopatridis ciuitatis dixit. Concordo, & cōsentio his, q̄ sancta hæc & vniuersalis synodus diffiniuit aduersus Flauianū, & Eusebiū q̄ndā ep̄os, & cō cors efficior in oībus, q̄ aduersus eos statuta sunt. Pasmeius ep̄s Parali dixit. Cōcors & ego efficior his, q̄ placuerīt sc̄tō & magno huic cōcilio sup dānatiōe Flauiani & Eusebij quōdā epo℞. Sosias ep̄s * Sozuse ciuitatis dixit: Quæ diffinita sunt a sanctis p̄ribus sup dānatiōe Flauiani, & Eusebij quondā epo℞, iusta cognoscēs, his & ego cōcors efficior. Theodulus ep̄s Ticelieñ. ciuitatis dixit: Expedisset Flauiano, & Eusebio q̄ndā episco pis, si nati nō fuissent, sed mola asinaria suspēdi circa colla eo℞, & in mare proijci, q̄niam scādalizauerūt aīas simplices. Et propter hoc cōcors efficior in dānatiōe eo℞, tanq̄ qui

B p̄uaricati sunt diffinitiōes sancto℞ p̄rm in Nicea, & in Epheso ante hoc cōgregatorum. Theodorus ep̄s Barcenæ ciuitatis dixit: Hęc eadē & ego habeo dicere, & agere, & sapere, quæ placuerunt sc̄tō huic cōuentui. Et in his cōsentio, & cōcordo sup dānatiōe Flauiani, & Eusebij q̄ndā epo℞. Rufus ep̄s Cyreneñ. dixit: Flauianus, & Eusebius q̄n dam ep̄i sibimetipsis causa dānatiōis effecti sunt, q sancto℞ p̄rm dogmata ausi sunt retra ctare. Et ego igit̄ cōsentio, & cōcordo in eo℞ dānatiōe, q̄ a sancta & magna hac synodo promulgata est. Zenon ep̄s Rhinocorhureñ. ciuitatis. Licet sæuera, & oīni tristitia plena, & amarissimis lachrymis digna, aduersus q̄ndā ep̄os a sancta & magna synodo sentētia prolata sit, veruntñ propter multā iniquitatē & impietatē impij Eusebij, & sedu cti eiꝰ insania & cæcitate Flauiani, sicut hæc monimēto℞ lectio manifestat, sequētes cō passionis, & fraternæ charitatis iura, cōgemiscētes cōsentimus aduersus eos promulgā to iusto iudicio. Lucius ep̄s Zygrenæ ciuitatis dixit. Flauianū, & Eusebiū quondā epi scopos cōuictos in præuaricatiōe eorū, quæ in Nicea, & q̄ in Epheso a sanctis p̄ribus pridē cōgregatis diffinita sunt, cōdemno & ego secūdum statuta totius huius sancti cō cilij. Auxonius ep̄s Sebēnitenæ ciuitatis dixit. Licet lachrymis digna sit, quæ aduersus Flauianum, & Eusebium sentētia prolata est (oportet em̄ nos inxta compassionis legem contristari, & repleri mœstitia) attamen sequens, & ego sanctum hoc & vniuersale concilium, consentio his, quæ aduersus eos diffinita sunt. Isaac episcopus Tauenæ ci-

C uitatis dixit. Contra semetipsos Elauianus, & Eusebius quondam ep̄i elicuerunt sententiam, quantum in gestis, quæ in Niceno, & in hac ciuitate collecto cōcilio acta sunt, intelligitur tantorum congregatoum ep̄orum præsente eis & sancto spiritu, ex eo q̄d præuaricati sunt ea, quæ illo tempore gesta sunt. Consequens ergo secundum voces religiosissimorum patrum alienos eos esse ab omni sacerdotali ordine. Philocalus ep̄s Zagyleñ. ciuitatis dixit: Rectis synodalibus formis, quæ a sanctis patribus de catholica fide statuta sunt, cognouimus ex his, quæ nunc prolata & relecta sunt monimentis, Flauianum, & Eusebium quondam episcopos, retractantes ea. quæ bene sunt placita a sanctis patribus, ideo & ego consentio in eorum damnationem, secundum ea, quæ ab hac sancta synodo ordinata sunt. Esaias episcopus Herinopolis minoris ciuitatis, dixit. Aduersus seipsos Eusebius, & Flauianus, secundum quod ex gestorum serie ostenditur, protulerunt sententiam, quia post diffinitionē sancti & vniuersalis (id est) Niceni cō cilij, & Ephesii alteram fidem exponere ausi sunt, inferentes sibimetipsis increpationes, quæ in præcedentibus sanctis concilijs diffinitæ sunt, & præsenti hac sancta, & vniuersali synodo eos damnante, sanctis diffinitionibus eorum concors efficior. Barsumas episcopus & archimandrita, interpretante Eusebio monacho dixit. Et ego sequēs sanctos patres, qui in Nicea conuenerunt, & qui in Epheso prius, nunc vero vestram sanctitatem, Flauianum quondam Constantinopolitanæ ciuitatis episcopum, & Eusebium damnatos a vobis, condemnabo, sciens, quæ a vestra sanctitate acta sunt, secundum dei timorem esse confecta.

alías, Orusæ.

Matth. 18. a

SVB-

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM EPHESINAE SYNODI SECVNDAE, RECENSITAE IN HAC SYNODO CHALCEDONENSI.

D

¶ Dioscorus epūs Alexandriæ diffiniens subscripsi. Iuuenalis epūs Hierosolymorum diffiniens sub. Domnus epūs Antiochenæ ciuitatis diffiniens sub. Stephanus Ephesi epūs diffi. sub. Thalassius epūs Cæsareæ Cappadociæ diffiniens sub. Eusebius misericordia dei epus metropolis Ancyræ diffiniens sub. Iohannes epūs Sebastiæ diffiniens, sub. Cyrus minimus epūs Aphrodisiadis metropolis sanctæ dei ecclesiæ diffiniens, subscri. Quintillus epūs Heracliæ, & agens vices sanctissimi archiepiscopi Thessalonicensis Anastasii diffiniens sub. Meletius epus Larissæ, agens vices Domni reuerēdissimi epi Apamiæ & pro meipso definiens sub. Diogenes epūs Cyzici definiens sub. Basilius epūs Seleuciæ Isauriæ diffi. sub. Theodorus epūs Tarsi diffi. sub. Romanus epūs Myrorum diffiniens, sub. Photius epūs Tyreñ. diffiniens sub. Theodorus epūs Damasci diffiniens sub. Iulianus epūs Tabiæ diffiniens sub. Florentius epūs Sardiorum Lidiæ metropolis diff. sub. Marinianus epūs Synnadæ diffi. sub. Musonius epūs Nyssæ diffiniens sub. Constantinus epūs Bostrenorum definiens sub. Iohannes gratia dei epūs Nicopolitanus primæ Armeniæ defi sub. Acatius epūs Ariarathyræ secundæ Armeniæ definiens sub. Stephanus epūs Hieropolitanus definiens sub. Atticus epūs Nicopolis, quæ est metropolis veteribus Epiri decernens cum sanctis patribus, ac definiens, sub. Meletius epūs Larissenæ sanctæ ecclesiæ, faciens sermonem tam pro epo Domno Apamenorum, q̄ etiam pro me definiens sub. Quintillus epūs Heracliæ tenens locum sanctissimi archiepi Thessalonicensis Anastasi definiens sub. Eustachius epūs Beryti definiens sub. Nunechius humilis epūs Laodiciæ metropolis definiens sub. Candidianus epūs Antiochiæ metropolis definiens sub. Stephanus epūs Anazarbi, decernens sub. Geroncius epūs Seleucię Syriæ definiens sub. Rufinus epūs Samozatenus definiens sub. Indumus epūs Hirinupolitanus definiēs sub. Timotheus epūs ciuitatis Balaneorum definiens sub. Theodosius epūs Canothæ definiens sub. Eutychius epūs Adrianopolis veteris Epiri definiēs sub. Claudius epūs ciuitatis Anchiaxi, veteris Epiri, definiens sub. Symeon epūs *Amidæ metropolis Mesopotamiæ, definiens sub. Helias epūs Hadrianupolitanus definiens sub. per Romanum episcopum Myrorum, eo q͂ nesciam literas. Seleucus gratia Christi epūs metropolis Amasiæ definiēs sub. Petrus eps Gangrenæ ciuitatis definiēs sub. Lucas eps Dirrhachij definiens sub. Antoninus eps Lychnidensis definiens sub. Marcus epūs *Euriæ ciuitatis, def. subsc. Vigilātius epūs ciuitatis Larissæ definiens subsc. Basilius epūs sanctæ ecclesiæ Traianopolis prouinciæ Rhodope definiens sub. Docimasius epūs sanctæ ecclesiæ, quę est Maroueæ prouintiæ Rhodope definiens sub. Cōstātinus epūs Demetriadis definiēs sub. Alexander epūs ecclesiæ, quæ est Sebastę Tarsensis definiens subs. Zozon epūs Philippensis definiens sub. Eusebius epūs Topiritanus primæ Macedoniæ definiens sub. Maximianus epūs *Derrensis ciuitatis Macedoniæ definiens sub. Hermogenes epūs Casandriæ primæ Macedoniæ definiens sub: Diogenianus epūs *Remissianeñ. Daciæ mediterraneæ definiens sub. Lucas epūs Beroeæ Macedoniæ primæ definiēs sub. Cyriacus epūs Trogmadorum ciuitatis & agens vices Theoctisti reuerēdissimi epi Pessinunteñ. metrop. secūdæ Galatiæ definiens sub. Iohannes epūs Messene, quæ est Achaiæ def. sub. Athanasius epūs Opunti, q̄ est Achaiæ definiens sub. Theodorus epūs Claudiopolis Isauriæ definiens sub. Olimpius epūs metrop. Constātiæ Cypri definiēs sub. Leontius epūs Ascalonæ def. sub. Photinus epūs Lydæ, def. sub. Anastasius epūs Archeopolis def. sub. Theodosius epūs Amathuntenus def. subsc. Paulus epūs *Maiumę def. sub. Baruchius eps ecclesiæ *Oruzæ def. sub. Heraclius epūs Azoti definiēs sub. Iohānes epūs ciuitatis Tyberiadis def. sub. Musonius minimus epūs Zoarēsis definiens sub. Dionysius eps* Sycamanonēsis def. sub. Caiumas epūs ciuitatis *Phenicensis def. sub. per coepm meum Dionysiū, propter q̊d literas ignorem. Constātius epūs Sebastię def. sub. Zebennus epūs Pellensis ciuitatis def. sub. Alipius epūs Bachateñ. def. sub. Polychronius epūs Antipatridæ def. sub. Pancratius epūs Libiadæ def. sub. Auxolaus epūs Hypopodion gentis Saracenorum federatorum defi. sub. Domninus epūs Plateæ definiens sub. Theodosius epūs Mastaurensis def. sub. Cyriacus minimus epūs

E

F

Marginal notes: als, Amyclæ — alias, Euiæ — alias, Serreñ. — als, Rhuesieñ. — alias, Maniæ — alias, Sozusæ — als, Sycasinoneñ. vel Sycamineñ. — alias, Phanusteñ. vel Phaneeū.

A epūs Egaræ definiens subsc. Flauianus minimus eps Adramytinus defi. sub. Cyriacus reuerēdiss. epūs Lebedi defi. sub. Leontius mini. eps Magnisiæ Meandri defi. sub. Eutropius epūs Pergami defi. sub. Gennadius humilis epūs ciui. Thieñ. defi. sub. Olympius mini. epūs ciui. *Ebagenē. defi. sub. Maximus mini. eps Trallēsis defi. sub. Iulian⁹ humilis epūs Hypepeñ. defi. sub. Chrisantus mini. epūs Balcenus defi. sub. Policarpus minimus epūs Gabalenus defi. sub. Paulus humilis eps Tripolis defiñ. subs. Epiphanius humilis epūs Pergis Pāphiliæ defi. sub. Petrus epūs Chersonnēsis faciens verba & pro Cyriaco epo Heracleæ Thraciæ defi. sub. Olimpius epūs Sozopolis prouinciæ Pisidiæ definiēs sub. Florentius epūs Lesbos & Tenedi emporij Hellesponti Etlicorū sub. Ethericus epūs Smyrnēsis defi. sub. Bassus eps ciui. Chij defi. sub. Daniel minimus epūs ciui. quondā Cadoniæ sanctæ dei ecclesiæ defi. sub. Simmachus mini. epūs Attaliæ sanctæ dei ecclesiæ defi. sub. Philetus eps sanctæ dei ecclesiæ, q̄ est Hierocepiæ definiens subs. Sosimus epūs Minoidis defi. sub. Maras epūs ciui. Dionysiæ defi. sub. Eulogius pbr̄ hortatu Vranij epi ciui. Himeroꝝ prouinciæ Cyriæ Osroenæ subscripsi pro eo, definiente cū synodo. Erasistratus eps Corinthi sanctæ dei eccl. defi. sub. Theopeptus epūs Cabassenæ ciui. defi. sub. Calosirius epūs Arsinoeñ. ciui. defi. sub. per Heliā primū diaconū meū. Ioannes epūs ciui. Hephestieñ. defi. sub. Heraclides epūs Heraclenæ ciui. defi. sub. Gemellinus epūs Erythreeñ. defi. sub. Apollonius eps Taneæ ciuitatis defi. sub. Gennadius epūs Herinupolis maioris ciui. defi. sub. Cyrus eps ciuitatis Babulinæ defi. sub. Athanasius eps ciui. Busiridis defi. sub. Photinus epūs ciui. Tentyrenæ defi. subs. Theophilus eps Cleopatridis defi. sub. Pasmeus epūs Paralaioꝝ ciui. def. sub. Sosias eps *Sozusæ defi. sub. Theodulus eps Ticelieñ. defi. sub. Theodor⁹ eps Barcenus defi. sub. Susus eps ciui. Cyreneñ. defi. sub. Zenon epūs ciui. Rhinochorurēsium defi. sub. Lutius epūs Zygreñ. defi. sub. Auxonius epūs Sebēnitēsis defiñ. subsc. Isaac epūs ciui. Tauatēsiū defi. sub. Philocalus epūs Zagylenoꝝ defi. subs. Esaias epūs Herinupolis minoris defi. sub. Marinianus eps Gazæ defi. sub. Martyrius epūs Gortynæ Cretæ defi. sub. Gēnadius eps ciui. Gnidi defi. sub. Barsumas pbr̄ & archimād. def. sub. Longinus pbr̄ agens vices Dorothei reuerēdiss. epi Neocæsareæ defi. sub. Antemius pbr̄ agens vices Patricij epi Tyaneñ. prouinciæ Cappadociæ secūdæ defi. subs. Ariston pbr̄ agens vices Eunomij reuerēdiss. epi Nicomediæ definiēs subs. Olimpius pbr̄ agens vices Calogeri reuerēdiss. epi Claudiupolis prouinciæ Ponti defi. subs.

*al's, Euazeñ. *al's, Ozusæ.

B

CHALCEDONE ACTA. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt. De recta quidē & catholica fide perfectius sequēti die cōueniente concilio, diligētiorē examinationē fieri oportere perspicimus. Qm̄ vero Flauianus religiosæ memoriæ, & Eusebius reuerēdiss. epūs ex gestoꝝ & cognitionū scrutatione, & ipsa voce quorundā, q tunc synodo p̄fuerunt, cōfitentiū se errasse, & frustra eos dānasse, qa nihil circa fidē monstrant errasse, ostendunt iniuste depositi, videt nobis (secundū quod deo placitū est) iustū esse (si placuerit diuiniss. & pijssimo dn̄o nr̄o) eidē penæ Dioscoꝝ reuerendiss. epm Alexandriæ, & Iuuenalē reuerendiss. epm Hierosolymoꝝ, & Thalassiū reuerēdiss. episcopū Cæsareæ Cappadociæ, & Eusebiū reuerend. episcopū Ancyræ, & Eustachiū reuerē. epm Beryti, & Basiliū reuer. episcopū Seleuciæ Isauriæ, q potestatē & principatū tunc synodi tenuerūt, subiacere, & a sancto cōcilio secundū regulas ab episcopali dignitate fieri alienos, oībus, q̄ acta sunt, ad sacrum apicē referēdis. Orientales, & qui cum ipsis reuerendissimi episcopi clamauerunt. Hoc iustum iudicium. Illyriciani reuerendissimi episcopi dixerunt: Omnes errauimus, omnes veniā mereamur. Orientales, & qui cum ipsis reuerendiss. episcopi dixerunt: Multos annos senatui. Sanctus deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis. Multos annos Imperatoribus. Impius semper fugit. Dioscorū Christus deposuit. Homicidam Christus deposuit. Hæc iusta sententia, hoc iustum cōcilium, hoc sanctū concilium. Iustus senatus, iustum concilium, Martyres deus vindicauit. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Vnusquisq; reuerendissimoꝝ episcopoꝝ præsentis sancti cōcilij, quo modo credit, in scriptis sine vllo metu, dei timorem ante oculos suos ponens, exponere festinet, cognoscens, quoniā diuinissimus & pijssimus dominus noster secūdum expositionē in Nicea congregatoꝝ trecentorum decem & octo sanctorum patrum episcoporum, & secundum expositionem, qui post eos fuerunt centum quinquaginta &

C

secundum canonicas epistolas & expositiones sanctorum patrū Gregorij, Basilij, Hilarij, Athanasii, Ambrosii, & Cyrilli, duas canonicas epistolas in Ephesina prima synodo publicatas & confirmatas, credit, nullo modo ab earum fide recedens. Etenim reuerendissimus archiepūs senioris vrbis Romæ Leo aduersus Eutychis infidelem & contrariam catholicæ religioni emergentem dubitationem, visus est ad reuerende memoriæ Flauianum misisse epistolam. Legi, legimus. Etius archidiaconus regnātis Cōstantinop. nouæ Romæ, & primicerius notariorum, dixit: Completū est.

¶ Finis primæ cognitionis Chalcedonensis concilij, quæ finita, emendata, & collata est, anno dñi. CCC. XVII. feria. IIII. Indict. XIII. Kaleñ. Aprilis. XII.

Rusticus per gratiam dei diaconus sanctæ ecclesiæ Romanæ cōtuli, annotaui, distinxi.

Deo gratias.

COGNITIO SECVNDA SANCTAE CHALCEDONEN. CONCILII.

CONsulatu dñi nostri Marciani perpetui augusti, & qui fuerit nuntiatus, sub die sexto Idus Octobris Chalcedone secūdum iussionē diuinissimi & pijssimi dñi nostri Marciani perpetui augusti conuenientibus in sancta ecclesia sanctæ martyris Euphemiæ gloriosissimis iudicibus (id est) magnificentissimo & gloriosissimo magistro militū, & exconsule ordinario, ac Patricio Anatholio, & magnif. & gloriosiss. præfecto sacrorum prætoriorum Palladio, & magnif. & gloriosiss. præfecto vrbis Tatiano, & magnificentissimo, & gloriosissimo magistro sacrorum officiorum Vicomalo, & magnif. & gloriosiss. exmagistro Martiali, & magnif. comite deuotissimorum domesticorum Sporatio, & magnificentiss. comite sacrorum priuatorum Genethlio, Insuper etiā & gloriosiss. & ampliss. senatu (id est) magnif. & gloriosiss. ex præfecto Prætoriorum, & exconsule ordinario ac Patricio Florentio, & magnif. & gloriosiss. exconsule ordinario, & Patricio Senatore, & magnif. & gloriosi. exmagistro officiorum, & exconsule ordinario, ac Patricio Nomo, & magnific. & gloriosiss. expræfecto, & exconsule ordinario ac Patricio Protogene, & magnif. & gloriosiss. ex præfecto Zoilo, & magnific. & gloriosiss. expræfecto vrbis Theodoro, & magnificentiss. & gloriosiss. expræfecto Apollonio, & magnif. & gloriosiss. expreposito sacri cubiculi Romano, & magnif. & gloriosiss. expræfecto Illirici Theodoro, & gloriosiss. expræfecto prætoriorum Constātino, & magnif. & gloriosiss. ex ꝓposito Artaxerse. Conueniente vero & sancto & vniuersali concilio secundū sacram sanctionē in Chalcedonensi ciuitate congregato (id est) Paschasino & Lucentio reuerendissimis episcopis, & Bonifacio reuerendissimo pbrō, agētibus vices sanctissimi & deo amātiss. archiepī senioris Romæ sancti Leonis, & Anatholio sanctissimo archiepō magni nominis Constantinopolitanæ ciuitatis nouæ Romæ, & cætero sancto concilio. Et cōsedentibus ante cancellos sanctissimi altaris. Magnificentissimi & gloriosiss. iudices & amplissimus senatus dixerūt. Priore cōuentu de dānatione sanctæ memoriæ Flauiani, & Eusebij reuerēdissimorum eporum inquisitio facta est, & oībus vobis manifestū constitutum, q̄ iuste & secundū consequentiā prouenit examinatio. Et ostēsi sunt, tūc crudeliter & non decenter dānati. Quæ nobis igit visa sunt super hoc capitulo fieri oportere, tunc per interlocutiones vobis manifesta facta sunt. Nunc aūt hoc q̄rendū, & studendum & iudicandum est, vt vera fides contineat, pro qua maxime & conciliū factū est. Scientes igit quia & deo rationem reddituri estis, tam pro proprijs animabus singuli vestrum, q̄ & pro nostris omnibus, qui & doceri, quæ ad religionem pertinent, recte desideramus, & omnem ambiguitatem auferri, ex omnium sanctorum patrum concordia, & consensu, & consona expositione, & doctrina. Festinate igitur sine vllo timore, & gratia, atq; inimicitia fidem puram exponere, ita vt, qui videntur non eadem cum omnibus sapere, per veritatis agnitionem ad concordiam reuocentur. Scire enim vos volumus, quia tam diuinissimus & pijssimus orbis terræ dominus, q̄ nos, catholicam fidem a sanctis trecentis decem & octo, & a sanctis centū quinquaginta, nec non etiam & a cæteris sanctissimis & gloriosissimis patribus traditam, custodimus, & secūdum ipsam credimus. Reuerendissimi episcopi clamauerunt. Expositionem alterā nullus facit, neq; tentamus, neq; audemus exponere. Docuerunt enim patres, & in scriptis custo-

A custodiuntur, quæ ab eis sunt exposita, & citra ea dicere nō possumus. Cecropius reuerendissimus epūs Sebastopolitanus dixit: Emerserunt, quæ ad Eutychen pertinebant, & super ijs forma dicta est a sanctissimo archiepiscopo Romanę vrbis, & constat nobis, & epistolæ omnes subscripsimus. Reuerendissimi epī clamauerunt: Ista omnes dicim⁹. Sufficiunt quæ exposita sunt, alterā expositionem non licet fieri. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Si placet vestræ reuerentiæ, sanctissimi patriarchæ singularū prouinciarū eligentes singulos aut binos suæ propriæ quisqꝫ prouinciæ, in medio transeuntes, & cōmuniter de fide tractantes, quæ cōplacita fuerint, oībus manifesta cōstituantur, quatenus si (sicut optamus) omnes cōsenserint, soluat omnis ambiguitas, sin vero aliqui cōtraria (quod non putamus) sapuerint, ita fiat, vt & eorū voluntates manifestæ cōstituant. Reuerendissimi epī clamauerūt: In scriptis expositionē non facimus. Regula est, quæ pdicat sufficere, quæ sunt exposita. Regula vult aliam expositionem nō fieri. Ea, quæ sunt patrū, teneant. Florentius epūs reuerendiss. Sardeorū dixit: Quoniā non est possibile, subito dictare de fide eos, qui docti sunt sequi Nicenam sanctam synodū, & quæ in Epheso recte & pie roborata est, secūdum fidē sanctorum patrum Cyrilli & Cœlestini, & epistolæ sanctissimi Leonis, precamur vestram magnificentiam, præstari nobis inducias, quatenus vt decenti tractatu accedere ad veritatis causam possimus, quāuis in nostra persona (qui eplæ sanctissimi Leonis subscripsimus) nō indigeamus correctione. Cecropius reuerendiss. epūs Sebastopolitanæ ciuitatis dixit: Fides bene disceptata est a trecentis decem & octo sanctis patribus, & firmata a sanctis patribus Athanasio, Cyrillo, Cœlestino, Hilario, Basilio, Gregorio, & nūc iterum per sanctissimū Leonem. Et precamur, vt ea, quæ sanctorū patrum trecentorū decem & octo sunt, & quæ sanctissimi Leonis, recitentur. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Recitentur, quæ exposita sunt a sanctis trecentis decē & octo patribus in Nicea congregatis. Eunomius reuerēdissimus epūs Nicomediæ ciuitatis, ex codice recitauit symbolum trecentorū decem & octo patrum.

¶ Expositio fidei concilij habiti in Nicea.

Consulatu Paulini & Iuliani viris clariss. conss. anno post Alexandrū sexcentesimo tricesimosexto, mensis secundū Græcos Desij, die nonodecimo, qđ est tertio decimo Kalend. Iuliarū, in Nicea metropoli prouinciæ Bithyniæ. Credimus in vnū deum, patrē omnipotentē, omniū visibilium & inuisibiliū creatorem. Et in vnū dñm Iesum Christū filiū dei, de patre natū vnigenitū, hoc est, de substantia patris, deū ex deo, lumen ex lumine, deum verū ex deo vero, natū, non factum, homousion patri, hoc est, eiusdem cū patre substantiæ, per quē omnia facta sunt, quæ in cœlo & quæ in terris. Qui propter nos hoīes & propter nostrā salutem descendit, & incarnatus est, & C inhumanatus, passus est, & resurrexit tertia die, & ascendit in cœlos, inde venturus iudicare viuos & mortuos. Et in spm̄ sanctum. Eos aūt, qui dicunt, erat aliquādo quādo non erat, & anteq̄ nasceretur non erat, & quia ex nullis extantibus factus est, aut ex alia subsistentia vel substantia dicunt esse, aut cōuertibilē aut mutabilē filium dei, anathematizat sancta ecclesia catholica & apostolica. Reuerēdiss. epi clamauerunt: Hæc catholicorum fides. Huic omnes credimus. In hac baptizati sumus, in hac baptizamus. Beatus Cyrillus sic docuit. Hæc vera fides, hæc sancta fides, hæc sempiterna fides. In hac baptizati sumus, in hac baptizamus. Omnes ita credimus. Papa Leo sic credit. Cyrillus ita credit. Papa Leo ita interpretatus est. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt. Recitentur & quę a sanctis centū quinquaginta patribus exposita sunt. Aetius reuerendissimus archidiaconus Cōstātinopolitanæ ecclesiæ ex codice recitauit symbolū centum quinquaginta patrum. Sancta fides, quā exposuerunt sancti centum quinquaginta patres, consona est sanctæ & magnæ Nicenæ synodo.

¶ Symbolum synodi Constantinopolitanæ.

Credimus in vnū deū patrē omnipotentē, factorē cœli & terræ, visibiliū omnium & inuisibiliū. Et in vnū dñm Iesum Christū filiū dei vnigenitū, ex patre natū ante omnia secula, deū ex deo, lumen ex lumine, deum verū ex deo vero, natum, nō factū, homousion patri, hoc est, eiusdem cū patre substantiæ, per quē omnia facta sunt. Qui propter nos homines & nostrā salutē descendit, & incarnatus est de spū sancto, & Maria virgine, humanatus est, & crucifixus pro nobis sub Pontio Pilato, & sepultus,

& tertia die resurrexit, & ascendit in cœlos, & sedet ad dexteram patris, & iterum venturus cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in spiritũ sanctum dominum, & viuificatorem, ex patre procedentem, cum patre & filio coadorãdum, & conglorificandum, qui loquutus est per prophetas. In vnam catholicã & apostolicam ecclesiã. Confitemur vnum baptisma in remissionem peccatorum, & expectamus resurrectionem mortuorum, & vitã futuri seculi amen. Omnes reuerendissimi episcopi clamauerunt. Hæc omnium fides, hæc orthodoxorum fides. Omnes sic credimus. Aetius reuerendissimus archidiaconus dixit: Est & epistola sanctæ & beatæ memoriæ Cyrilli Alexandrinæ magnæ ciuitatis quondã episcopi, scripta ad Nestorium, quę ab omnibus sanctissimis epis prius in Ephesо in dãnationem eiusdem Nestorij cõgregatis & approbata est, & subscriptione omniũ cõfirmata. Est aũt & altera epistola eiusdem sanctæ memoriæ Cyrilli, ad beatæ memoriæ Iohannẽ Antiochenæ magnæ ciuitatis quondã episcopũ scripta, quæ similiter & confirmata est, & (si placuerit) eas recitabo. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerũt. Recenseant epistolæ sanctæ memoriæ Cyrilli. Aetius archidiaconus regiæ Constantinopolitanæ ciuitatis legit. Reuerendissimo & religiosissimo consacerdoti Nestorio Cyrillus. Obloquuntur, &c. supra actione prima præsentis concilij plene habita sub biformi interpretatione. Similiter idem archidiaconus Aetius recitauit. Domino meo dilectissimo fratri & consacerdoti Iohanni Cyrillus in domino salutem. Exultent cœli, &c. quæ similiter habita est in prima huius concilij actione sub duplici translatione. Et cum legerentur reuerendissimi episcopi clamauerũt. Omnes sic credimus. Papa Leo sic credit, Anathema ei, qui partit, & ei, qui diuidit. Hæc fides Leonis archiepiscopi. Leo sic credit. Leo & Anatholius ita credũt. Oẽs sic credimus. Sicut Cyrillus, ita credimus. Aeterna memoria Cyrilli. Sicut epistolæ Cyrilli habent, ita sapimus, sic credimus, sic credimus. Leo archiepiscopus sic sapit, ita credit, ita scripsit. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Recitetur & epistola deo dignissimi archiepiscopi regiæ & senioris Romæ Leonis. Beronitianus deuotissimus secretarius sacri consistorij recitauit ex codice porrecto sibi ab Aetio archidiacono Constãtinopolitanæ ecclesiæ.

¶ Epistola Leonis papæ vrbis Romæ, scripta ad Flauianũ episcopũ de hæresi Eutychianorum, siue proprie de ipso Eutyche. Dilectissimo fratri Flauiano Leo. Lectis dilectionis tuæ literis, quas miramur fuisse tam seras, & gestorum episcopaliũ ordine recensito, tandẽ quid apud vos scandali contigerit, atq; contra integritatem fidei exortũ fuisset, agnouimus, & quæ prius videbant occulta, nũc nobis reserata. Et reliqua. Quæ in epistolari Leonis papæ epistola. X. habentur. Post lectionẽ autem prædictæ epistolæ reuerendissimi episcopi clamauerũt: Hæc patrũ fides, hęc apostolorum fides. Oẽs ita credimus, orthodoxi ita credimus, anathema, qui ita non credit. Petrus per Leonẽ ita loquutus est, apostoli ita docuerũt. Pie & vere Leo docuit, Cyrillus ita docuit, Cyrilli æterna memoria, Leo & Cyrillus similiter docuerũt, anathema qui sic non credit. Hæc vera fides. Catholici ita sapimus. Hæc patrum fides. Hæc in Ephesо cur lecta non sunt? Hæc Dioscorus occultauit. Et cũ legeret pars prædictæ epistolæ, quæ cõtinet. Et ad resoluendũ conditionis nostræ debitũ, natura inuiolabilis naturæ est vnita passibili, vt q̃d nostris remedijs congruebat, vnus atq; idẽ mediator dei & hominũ homo Christus Iesus, & mori posset ex vno, & mori non posset ex altero. Dubitantibus Illiricianis & Palestinis reuerendissimis epis, Aetius reuerendus archidiaconus sanctæ Constãtinopolitanæ ecclesiæ ciuitatis legit Cyrilli sanctæ memoriæ Alexãdrinæ magnæ ciuitatis quondã epi capitulũ ita continẽs. Quoniã vero iterum propriũ eius corpus gratia dei (sicut ait Paulus) pro omnibus gustauit mortẽ, ideo dicit ipse passus propter nos mortẽ, non tanq̃ in experimentũ veniens mortis, q̃d ad suã pertinebat naturã (dementiæ est enim hoc dicere, aut sapere) sed q̃a (secundũ quod nuper dixi) caro eius gustauit mortem. Similiter cum legeret ex epistola pars, quæ continet. Agit enim vtraq; forma cũ alterius cõmunione, q̃d proprium est, verbo scilicet operãte, q̃d verbi est, & carne exequente, quod carnis est, vnũ horum chorus cat miraculis, aliud succũbit iniurijs. Dubitantibus Illiricianis & Palestinis reuerendissimis epis Aetius archidiaconus sanctæ Constantinopolitanæ ecclesiæ legit sanctæ memoriæ Cyrilli capitulũ cõtinẽs ita. Quædã sunt voces quàmmaxime deũ decẽtes, quædã vero decẽtes humanitatẽ, q̃dã vero

Heb. 2. c

D E F

A vero mediũ tenẽtes ordinẽ, insinuantes filiũ dei deũ esse, & hominẽ simul. In eisdem similiter cũ legeretur ex eadẽ epistola pars, quæ ita continet. Quãuis in dño Iesu Chro dei & hois vna persona sit, aliud tñ est, vnde in vtroq; cois est cõtumelia, aliud vnde cõmunis est gloria. De nro em̃ illi est minor patre humanitas, de patre illi est æqualis cũ pr̃e diuinitas, dubitãtib⁹ Illyricianis & Palestinis reuerẽdiss. epis. Theodoret⁹ reuc. eps Cyri dixit: Est similiter exemplũ beatissimi Cyrilli ita habẽs. Et factũ hominẽ, nõ mutantẽ quod propriũ est. Permansit em̃ id q̃d erat, intelligitur vero omnino & aliud, in alio quod habitat, id est, diuina natura in humanitate. Magnificẽtissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Post hæc om̃ia adhuc quis dubitat? Reuerendissimi epi clamauerunt: Nemo dubitat. Aetius reuerend. epũs Nicopolis ciuitatis dixit: Quoniam præstitit magnificentia vestra suarũ auriũ facilitatẽ cũ patientia, precamur (si iubetis) inducias dari nobis, vt intra paucos dies tranquilla mente, & nõ turbato animo, quæ deo placent, a sanctis patribus ordinentur. Qm̃ vero nunc dñi nostri & sanctissimi patris & archiepi Leonis, adornãtis apostolicã sedẽ, lecta est epistola, oportet vero & beatæ memoriæ Cyrilli epistolã scriptam ad Nestoriũ (in qua iubet, eum cõsentire duodecim capitulis) & hanc dari nobis, vt in tẽpore disceptationis parati inueniamur. Reuerendissimi epi clamauerũt: Si iubetis dari nobis inducias, petimus patres perscrutari. Magnificẽ B tissimi iudices & amplissimus senatus dixerũt: Differatur audientia vsq; ad quinq; dies, vt inter hos conueniat vestra sanctitas ad sanctissimũ archiepm Anatholiũ, & communiter de fide tractetis, vt, qui dubitant, doceantur. Omnes reuerẽd. epi clamauerũt. Nos ita credimus. Omnes ita credimus. Sicut Leo ita credimus. Nostrum nullus dubitat. Nos iam subscripsimus. Magnificentissimi & gloriosiss. iudices & amplissimus senatus dixerunt: Non est necessariũ omnes vos cõuenire. Sed qa conueniens est, dubitantib⁹ persuadere, reuerẽdiss. archiepũs Anatholius eligat de his, qui subscripserunt, quos putauerit idoneos esse ad docendũ eos, qui dubitãt. Reuerendissimi episcopi clamauerũt. Pro patribus petimus, patres synodo reddite consentaneos Leoni, in synodo, patres in synodo. Has voces Imperatori. Has preces catholico. Has preces augustę. Oẽs peccauimus, omnibus indulgeat. Clerici Cõstãtinopolitani clamauerunt: Pauci clamant, Nõ tota dicit synodus. Orientales, & qui cũ ipsis reuerẽd. epi clamauerunt: Aegyptium in exilio. Illyriciani, & qui cũ ipsis reuerendi episcopi clamauerunt: Precamur, omnibus miseremini. Orientales, & qui cum ipsis reuerẽdi epi clamauerunt: Aegyptium in exilio. Illyriciani, & qui cum ipsis reuerẽdi epi clamauerunt: Omnes peccauimus, omniũ miseremini. Has voces catholico Imperatori. Ecclesiæ scindũtur. Clerici Constãtinopolitani clamauerũt. Dioscorum in exilio. Hæreticum in exilio. Dioscorum Christus C damnauit. Illyriciani, & qui cum ipsis reuerẽdi episcopi clamauerunt: Omnes peccauimus, omnibus indulgete. Dioscorũ in synodo, Dioscorum in ecclesijs. Sub vobis malum non fiat. Sub imperio vestro malum nõ fiat. Sub imperio vestro dissidium nõ fiat. Clerici Constãtinopolitani clamauerunt, Qui cõmunicat Dioscoro, Iudæus est. Oriẽtales, & qui cum ipsis reuerẽdi episcopi clamauerunt: Aegyptium in exilio. Hæreticũ in exilio. Illiriciani, & qui cum ipsis reuerẽdiss. epi clamauerunt: Patres in synodo. Magnificẽtissimi & gloriosissimi iudices, & amplissimus senatus dixerunt: Quę interloquuta sunt, effectui mancipentur.

TERTIA COGNITIO CONCILII CHALCED.

Consulatu pijssimi & Christianiss. Imperatoris nři Martiani primo, & qui fuerit nũtiatus, sub die tertio Idus Octob. in Chalcedonẽsi ciuitate Bithyniæ prouinciæ, scdm dei grãm ex sanctione pijssimorũ & fideliss. Imperatorũ, cõgregato vniuersali cõcilio, & cõsidẽtibus in scã basilica sanctæ & bonæ victricis martyris Euphemiæ oĩbus sanctiss. & reuerẽdiss. epis, Aetius archidiaconus regiæ Constãtinopolitanæ nouæ vrbis Romæ, & primicerius notariorũ dixit: Retinet vr̃a sanctitas, qm̃ pridẽ lectis p̃cibus, q̃ & pijssimis & Chr̃ianiss. Impatorib⁹ nr̃is a religiosiss. epo Doryletanę ciuitatis Eusebio, aduersus religiosiss. epm Alexãdriæ Dioscorũ porrectę sunt, certa gesta monimẽtorũ subsecuta sunt, p̃sente hoc scõ cõcilio, & gloriosiss. & magnificẽtiss. iudicibus, & ampliss. & gloriosiss. senatu, examinantibus inter vtrosq; causam vsq; profundasse ad vltimã vesperã. Qm̃ igitur idem

religiosissimus epus Eusebius & nunc alios libellos vestrae sanctitati obtulit, aduersus memoratum sanctissimum episcopu Dioscorum, hos prae manibus habentes, intimamus ad id faciendu, quod vobis placuerit. Paschasinus epus Lilibei prouinciae Siciliae, & agens vices sanctissimi epi senioris vrbis Romae Leonis, per interpretem dixit: Notum est nepe huic deo amabili concilio, & ad beatu & apostolicu & catholicu papam Leone sacras ee literas destinatas, quatenus huic sancto cocilio se psentare dignaretur. Sed q n neq; antiqua hoc tenuit cosuetudo, neq; generalis teporis necessitas pmittere videbat, nostra paruitatem huic sancto cocilio pro se psidere praecepit. Ideoq; necessarium est, haec, quae in mediu proferutur, per nostra interlocutione disceptari. Propter hoc igitur, porrectus libellus a religiosissimo fratre nostro & coepo Eusebio, susceptus a religiosissimo archidiacono, & primicerio notarioru recitet. Et suscipies Aetius archidiaconus, & primiceri9 notarioru recitauit. Sanctae & vniuersali synodo, ex sanctione piissimoru Imperatoru nostroru cogregatae in Chalcedonensiu ciuitate prouinciae Bithyniae, ab Eusebio Doryletanae ciuitatis epo, faciete verba ta pro se, q etia pro sanctae memoriae Flauiano quonda epo Constatinopolitanae ciuitatis, & pro catholica fide. Scientes vestrae sanctitatis mores deo amabiles, & contrarios malitiae, & circa iniqua passos iusta compassione vestra, multa, & dira, & cotra omne consequentia perpessi a reueredissimo epo Dioscoro Alexadriae magnae ciuitatis, adimus vestram reuerentia, iustitia impetrare deprecates, causam vero in his contentam. Pridem cogregata vestra sancta synodus pariter cu gloriosissimis & excellentissimis iudicibus, & amplissimo senatu in hac sancta ecclesia, audiuit ex precibus nostris, quas obtulimus piissimis nostris Imperatoribus aduersus Dioscoru reuerendissimu Alexandriae magnae ciuitatis epm, & propositu nobis certamen discussit inter nos, & arguit, quae audacter comissa sunt a Dioscoro aduersus me, & sanctae memoriae Flauianu, & orthodoxam fide. Accusauimus em praedictu Dioscoru, tanq consentaneu Eutychi haeretico constitutum, & damnato, & anathematizato, & qa voles perfidiam cofirmare in nuper facto in Ephesia metropoli concilio, multitudine seditiosae turbae collecta, potentia sibimet acquirens p suas diuitias, recta fidem (quantu ad ipm pertinet) contaminauit, & fermentu haereseos insolitae in catholica ecclesia introduxit, & nos sacerdotali dignitate priuauit. Quia ergo cognitione facta (sicut nouit vestra reueretia) praedictus Dioscorus aliena sapere a catholica fide, a nobis demonstratus est, & me non pmisit ingredi, facto in Ephesia metropoli concilio, & adesse meis allegationibus, insuper vero & Flauianu sanctae memoriae quoda Costatinopolitanae vrbis epm, pro q & sermone feci, pro tpe suis allegationibus vti no sinit, praeterea vero & voces, quae a synodo tuc dictae non sunt, monimentis indidit, & in puris chartis copulit eos subscribere, & oem iniquitatem operatus est cotra ipsam pietate, & contra diuinas regulas, & cotra legum consequentia, precor, & supplico vestrae sanctitati, miseremini nostri sancti patres. Et dum adhuc in memoria retinetis, quae antea inter nos & praefatu Dioscoru acta sunt, decernite omia, quae aduersus nos gesta sunt viribus carere, & nihil nobis ea monimetis, quae iniuste contra nos facta sunt, nocere. Habere vero nos & sacerdotale dignitatem, anathematizare autem eius sceleratu dogma, pietatis aut verbum corroborare, & illum, eorum, quę audacter comisit, luere poenas, quatenus exemplu factus, in reliqua vita omnes corrigat, similia actis eius agere conates. Quod impetrates, incessanter gratias agamus vestrae sanctitati. Eusebius epus Dorylitanae ciuitatis prouinciae Phrygiae Salutariae hos libellos manu mea subscribes, porrexi. Et cu lecti fuissent, Eusebius episcopus dixit: Supplico aduersarium meu euocari. Aetius archidiaconus, & primicerius notarioru dixit: Dudu (sicut iussistis) pergentibus Domnino, & Cyriaco diaconibus, queadmodu ad alios sanctissimos epos, & ad Dioscoru sanctiss. epm maturius, pro eo, vt hic vobis consideret, & hortantibus eum vt conueniret, & ipse in hoc concilio nuntiauit se quidem velle venire, non aut permitti a custodientibus se, sicut dicebat. Paschasinus epus dixit: Quonia non videmus praesente esse Dioscoru sanctissimu episcopu, egrediētes reueredissimi clerici inquirat eu, si prae foribus concilij inuenitur. Aetius archidiaconus, & primicerius notarioru dixit: Queadmodu iussistis, Epiphanius, & Helpidius pbri circueuntes sancta hanc basilicam, quaesierut religiosissimu episcopu Alexandriae Dioscoru, & (si placuerit) praesentati interrogentur. Anatholius eps Constanti-

A Constantinopolitanæ ciuitatis nouæ Romæ dixit: Dicant reuerendissimi Epiphanius, & Helpidius pbri, si quæsierũt reuerẽdissimũ episcopũ Dioscorũ. Epiphanius & Helpidius dixerũt: Peragrantes atria sancti huius loci, quæsiuimus, & nõ eum inuenimus. Anatholius epũs Constantinopolitanæ vrbis nouæ Romæ, dixit: Si cõplacet vestræ sanctitati, aliquos ex deo amãtissimis fratribus, & coepis nostris destinare ad eũ in domũ, in qua manet, & cõmonefacere eũ, vt in hoc sanctũ conciliũ adueniat. Maximus epũs magnæ Antiochiæ ciuitatis, dixit: Bene placuit sanctissimo archiepiscopo Anatholio, dirigi deo amãtissimos episcopos ad accersendũ rursus deo amantissimũ Dioscorum magnæ Alexandriæ ciuitatis episcopũ, & manifestum ei facere, quæ aduersus eum facta est accusatio. Sancta synodus dixit: Consequẽs est, mãdare deo amãtissimo episcopo Alexãdriæ ciuitatis Dioscoro. Vnde deo amãtissimi episcopi, Cõstantinus metropolitanus Bostrẽsis, & Acatius Ariarathirensis & Atticus Zelensis pergentes, cõmoneant deo amãtissimũ episcopũ Alexandriæ Dioscorũ occurrere ad sanctũ hoc conciliũ. Et cum abissent reuerendi episcopi Constãtinus, & Acatius, & Atticus cum Himerio lectore & notario, & reuersi fuissent, Aetius archidiacon9, & primicerius notariorũ, dixit: Qui pauloante destinati sunt sanctissimi episcopi Constantinus metropolitanus Bostrensis, & Acatius Ariarathirensis, & Atticus Zelensis ad deo amantissimũ

B episcopũ Alexãdriæ Dioscorũ a vestra sanctitate, aduenerũt. Et hoc ip̃m suggerimus ad notitiã vr̃æ sanctitatis. Anatholius ep̃s Cõstãtinopolitanæ ciuitatis nouæ Romæ, dixit: Dignẽtur deo amãtissimi reuerẽdi ep̃i docere hanc sanctã synodũ, quale acceperunt responsum a deo amantissimo Dioscoro ep̃o. Constantinus epũs metropolitanus Bostrensis, dixit: Secundũ præceptũ vestræ sanctitatis pergentes ad reuerendissimũ ep̃m Alexãdriæ Dioscorũ, in scriptis ei, quæ nobis mãdata sunt, diximus. Et postulamus, vt q̃ Himerius lector & notarius, q pariter nobiscũ directus ẽ, excepit, dicat, quæ sunt, quæ a nobis dicta sunt, & quale nobis dedit responsum. Paschasinus epũs dixit: Præsens Himerius notarius secundũ prosecutionẽ deo amãtissimi fratris nostri & coepiscopi, ea, quæ r̃ndit ep̃s Dioscorus recitet, vt possit hæc beatissima synodus cõmuni cõcilio tractare, qd debeat agere. Himerius lector & notarius recitauit. Et lectũ est ita. Constantinus epũs metropolis Bostrensis ad ep̃m Dioscorũ, dixit: Sancta synodus tuam obsecrat sanctitatem, vsq; ad ipsam occurrere, quæ congregata est in basilica sanctæ & bonæ victricis martyris Euphemiæ. Dioscorus R. ep̃s Alexãdriæ, dixit: Custodior ego. Si vero permittũt me descẽdere, dicãt magistriani. Acatius epũs Ariarathirẽsis dixit: Nos ad deuotissimos magistrianos nõ sumus directi, sed ad tuã sanctitatem, quatenus digneris fatigare te, & peruenire ad sanctũ conciliũ, cõgregatũ in basilica sanctæ martyris Euphemiæ. Dioscorus epũs Alexandriæ dixit: Paratus sum ad-

C uenire ad sanctũ & vniuersale concilium, sed prohibeor. Atticus epũs Zelensis, dixit: Libelli porrecti sunt, & nũc ab Eusebio deo amantissimo episcopo sancto, & vniuersali concilio aduersus tuam sanctitatem, & per nos sancta & magna synodus tuæ sanctitati mandauit, quatenus peruenias, & satisfacias sup his, quibus accusaris. Dioscorus episcopus dixit: Semel dixi, & ego paratus sum venire ad sanctũ & vniuersale concilium, sed, vt videt vestra religiositas, prohibeor a deuotissimis magistrianis, & scholaribus. Et cum hæc lecta fuissent. Himerius lector notariorũ, dixit: Sed postquam descendi cum deo amãtissimis episcopis, occurrit Eleusinius venerandus adiutor magnificentissimi & gloriosissimi magistri sacrorum officiorum, & reuersi iterum deo amãtissimi episcopi ad eundem deo amantissimũ episcopũ Dioscorũ, & ascendentes, rursus commonuerunt eum occurrere, & certa locuti sunt, quæ in exceptis habeo. Si placet vestræ sanctitati, & hæc recenseo. Sancta synodus dixit: Relege. Himerius lector, & notarius legit. Dioscorus Alexandriæ epũs dixit: Tractans apud memetipsum, & cognoscens quid expedit mihi, hæc respondeo. Quoniam ante hæc in congregatione sedentes magnificentissimi iudices, certa diffinierunt post multam vniuscuiusque interlocutionem, nunc vero in prædictorum infirmatione, secundo me euocat congregatio. Obsecro, vt qui pridem ad hoc sanctum concilium gloriosissimi iudices, & amplissimus senatus conuenerunt, & nunc sint præsentes, vt iterum sub eorum præsentia hæc eadem examinentur. Acatius epũs Ariarathirẽsis dixit: Nõ ita sancta, & magna synodus vestrã sanctitatem euocauit, ob subuertendũ ea, q̃ sub magnificẽtissimorũ &

gloriosissimorum iudicum, & sacri senatus pñtia acta sunt, sed mandata destinauit, quatenus ad cõcilium peruenias, & nõ absit ab eo tua sanctitas. Dioscorus epũs dixit: Dixistis mihi nũc, eo q libellos porrexerit Eusebius aduersus *tuã religiositatẽ, postulo iterum pñtibus iudicibus, & glorioso senatu approbari, quæ ab ipso dicũtur. Atticus epũs Zelensis, dixit: Nos ad tuam directi sumus sanctitatem ad cohortãdum. Et interrumpens ei Dioscorus epũs, dixit. Rñdi iam, qa sub pñtia magnificẽtissimorum iudicum & sacri senatus iterum, quæ de me sunt, volo discuti. Cõstãtinus epũs metropolitanus Bostrensis, dixit: Statim, vt venimus, rñdit nobis tua sanctitas, Qm si permissus fuero a me custodientibus, peruenio ad sanctum cõcilium. Qm igitur adueniẽte viro clarissimo adiutore gloriosissimi magistri officiorum, permissus es (si volueris) ad sanctã synodum peruenire, de hoc (si placet) da nobis rñsum. Dioscorus epũs dixit: Nunc didici, quia nõ sunt pñtes magnificentissimi & gloriosissimi iudices, & sanctus senatus, & ideo nunc ita rñdi. Et cum lectum fuisset. Eusebius epũs Dorylenæ ciuitatis, dixit: Precor sanctitatem vestram, quæ nunc a destinato notario cum deo amãtissimis epis ad reuerendissimum epm Dioscorum lecta sunt, iubete indi pñtibus monimentis. Maximus epũs magnæ Antiochenæ ciuitatis, dixit: Ea quidem, quæ nũc ab Himerio notario lecta sunt, actis inserentur monimẽtorum. Consequens tñ est secundum regulas sanctorum patrum & rursus dirigi ad deo amãtissimum epm Dioscorum deo amãtissimos epos, ad vocãdum eum secũdo, vt adueniat in hoc vniuersale, sanctumq; cõciliũ. Eusebius epũs Dorylenæ ciuitatis, dixit: Deo amãtissimus epũs Dioscorus dissimulatiões, & occasiones emittit, ne ad hãc sctãm perueniat synodum. Super certis eñ capitulis iam cõuictus est, tã sub vestræ sanctitatis, q̃ sub magnificentissimorum iudicum, & sacri senatus pñtia. Et sunt alia capl'a, quæ debent corã vestra sanctitate ventilari, & approbari, & iubete eũ adesse. Neq; eñ subuertimus aliquid eorum, quæ dudum acta sunt. Aetius archidiaconus, & primicerius notariorum, dixit: Quid videtur vestræ sanctitati, de interloquutione secũdæ vocationis. Sancta synodus dixit: Consequens, & regulare est, & secũdo eum euocare. Eant igitur ad Dioscorum sanctissimum Alexãdrinorum epm deo amãtissimi epi Pergamius, & Cecropius, & Rufinus ad cohortãdum eum, vt ad nos veniat. Aetius archidiaconus, & primicerius notariorum dixit: Placet ergo sanctitati vestræ, scriptis ad eum ex persona totius sancti cõcilij destinare? Amphilochius epũs metropolitanus Sidẽsis, dixit. Vno, aut duobus diebus causa differatur. Menecrates epũs Cyrassen. prouinciæ Lydiæ, dixit: Vnus homo vniuersum orbem desolauit, & tres menses assidemus ei. Et destinatum est secundo ita.

¶Literæ directæ a concilio Dioscoro epo ad vocandum eum secundo.

SAncta & vniuersalis synodus deo amãtissimo epo Alexãdrinorum Dioscoro. Prius placuit sacratissimis dñis orbis terræ, tam sub magnificentimis & gloriosissimis iudicibus, q̃ etiã sub sacratissimo & amplissimo senatu, inter tuã religiositatẽ, atq; reuerendissimum epm Eusebium, & a nobis causam examinari, & nunc placuit, quatenus considente sancta, & magna synodo, habente regularem authoritatem, nihil de prioribus, quæ de te, seu corã te acta sunt in illo sacro concilio, retractari, sed de alijs quibusdam, de quibus nunc idem deo amãtissimus epũs Eusebius per libellos accusans tuam religiositatem, a nobis petit fieri examinationem. Sine vlla igitur excusatione tua religiositas perueniat ad nos, satisfactura, sicut ordo expetit regularum. Ecce enim & secundam regularem vocationem ad tuam fecimus religiositatem, dirigentes, Pergamium, & Cecropium, & Rufinum deo amãtissimos fratres, & coepos nostros, debentes commonefacere tuã religiositatem, quatenus ipe ad nos indubitanter peruenias, & satisfacias de his, quæ tibi ingeruntur. Et his remeantibus. Aetius archidiaconus, & primicerius notariorum, dixit. Qui secũdæ ministrauerunt vocationi sanctissimi episcopi, Pergamius & Cecropius, & Rufinus aduenerunt, & hoc ipsum suggerimus. Stephanus epũs Ephesi, dixit. Dicant deo amãtissimi episcopi, si quid a beatissimo epõ Aleãdrinæ magnæ ciuitatis Dioscoro audierunt, & sanctæ synodo, quæ audierũt cum veritate denuntiẽt. Pergamius episcopus metropolitanus Antiochiæ Pisidiæ, dixit. Consequenter his, quæ præcepta sunt a vestra sanctitate de secunda regulari vocatiõe, commonefecimus deo amantissimũ episcopum Alexãdrinorum Dioscorum. & super hęc, quæ ei in scriptis mãdata sunt, certum fecit rñsum, q̃d (si placuerit vr̃æ sanctitati) a lecto-

A a lectore & notario Hypacio, qui nobiscũ directus fuerat, & exceperat, recitent. Diogenes epũs metropolitanus Cyzici dixit: Lector Hypacius, quæ a deo amantissimo episcopo Dioscoro excepit, huic sanctæ, & magnæ, & vniuersali recenseat synodo. Hypacius lector, & notarius relegit ita. Pergamius episcopus metropolitanus Antiochiæ Pisidiæ dixit: Congregata in basilica sanctæ martyris Euphemiæ vniuersalis sancta synodus, secundam vocationem faciens ad tuam sanctitatem, paruitatem nostrã direxit, facientem commonitionem in scriptis denuntians, quæ nũc tuæ sanctitati relegentur. Et cũ episcopo Dioscoro, quæ a sancta synodo per deo amantissimos epos ei mandata sunt, lecta fuissent, Dioscorus episcopus dixit: Iam dudum præueniens demandaui vestræ religiositati, quia & infirmitate detineor, & postulo & magnificentissimos iudices, & sacrum senatũ esse præsentem, in eorũ quæ nũc examinanda sunt audientia. Quoniam vero amplius mihi ægritudo inualuit, huius gratia feci dilationẽ. Cecropius episcopus Sebastopolitanus dixit: Pauloante tua sanctitas non se asserebat infirmari, sed postulauit sacratissimum senatũ, & magnificentissimos iudices esse præsentes, nunc vero hoc addidit. Dignare ergo (sicut te decet) agere, & regulis satisfaciens, obedire sanctæ & vniuersali synodo, quatenus, quæ negotio competunt, consequenter, & secundũ regulas proueniãt. Dioscorus eps dixit: Semel dixi, quia postulaui glo-
B riosissimos & magnificentissimos iudices, & sacratissimũ senatũ adesse his, quæ nũc debent examinari. Rufinus Samosatenus episcopus dixit: Canonica sunt, quæ mouent. Potest & nunc tua proueniens sanctitas, quæ vult, postulare a sancto concilio. Dioscorus episcopus dixit: Venerunt religiosissimi episcopi ad sanctum concilium Iuuenalis, & Thalassius, Eusebius, Basilius, & Eustachius. Pergamius episcop⁹ dixit: De hac interrogatione a tua reuerentia facta, responsum nũc facere, nõ præcepit nobis sancta & vniuersalis synodus. Vt vero satisfacias regulari secũdæ vocationi, sufficienter cõmonefecimus. Tuæ igit sanctitatis est, & sanctissimã & vniuersalẽ synodũ (prout decet) per obedientiã honorare, & tuæ reuerẽtiæ cognitas regulares formas similiter in honore habere, cõsequẽter illis obtemperando. Dioscorus epũs dixit: Et nũc eadem dico. Petij pijssimũ & Christianissimũ nostrũ Imperatorẽ, quatenus & nũc, ante hoc constituti in sancta synodo magnificentissimi & gloriosissimi iudices, vna cũ sacro senatu, præsentes sint his, quæ examinãda sunt, pſentibus etiã & religiosissimis epis, qui simul mecũ *feruntur in accusatione, quæ nobis ingeritur ab Eusebio. Cecropius eps dixit: Tuã tantummodo religiosissimus Eusebius sanctitatem accusat, & hæc societas necessaria non est. Sed vt consequenter, & regulariter impleatur obedientia, & quæ
C canonica sunt, ventilentur. Quando eñ quædam regularia examinantur, neq; iudices, neq; alios aliquos laicos interesse oportet, nisi tantummodo tuã sanctitatẽ, quæ in propria accusatur persona. Non est igitur opus ista tarditate, aut dilatione, si quidẽ volueris & deo, & canonibus obedire, & non per dilationes confirmare ea, quæ ab accusatore dicuntur. Dioscorus eps dixit: Semel precatus sum pijssimũ & amicũ Christi nostrum Imperatorẽ, quatenus & alij epi vna mecũ intersint. Neq; eñ aduersus me specialem causam habet Eusebius, sed potius de qbus omnes pariter egimus. Pergamius episcopus dixit: Secundum quod deo amantissimus coepiscopus Cecropius tuã cõmonuit reuerentiam, religiosissimi Eusebij epi accusatio, sicut aduersus tuam reuerentiam facta, tuam quærit personã. Ideoq; tuã sanctitatem consequenter, & regulariter vocauit, & vocat sanctissima & catholica synodus. Dioscorus epus dixit: Semel dixi, quæ dixi, & vltra hæc cõpendiosius quod dicã non habeo. Et cũ prædicta relecta fuissent. Eusebius eps Doryletanæ ciuitatis dixit: Et per preces, quas victoribus, & triũphatoribus dominis nostris obtuli, aduersus solũ religiosissimum epm Dioscorũ accusationẽ institui, tanq̃ ab eo passus iniqua, vna cũ sanctæ memoriæ pr̃e nostro, & quondam archiepo Flauiano. Et nũc sub fide monimentorũ profiteor, quoniam aduersus nullum alterũ facio accusationẽ, nisi tantummodo aduersus Dioscorũ magnæ Alexãdriæ ciuitatis epm. Non ergo fingat occasiones Dioscorus, neq; cõpellat, me alijs, qbus nolo, accusationem ingerere. Quippe & si ab alijs læsus essem, licebat mihi, aduersus vnum, quem vellem accusationem deponere. Cum vero non profiteor, qa neque ab altero læsus sum, supplico vr̃æ sanctitati, & tertia eũ accersitũ vocatiõe, adesse vr̃o sancto cõcilio, & meas cõtra eũ factas cõuentiões suscipere. Et cũ diceret Aeti⁹ archi diaconus

*afs, fuerũt.

Optima & canonica ratio contra Dioscorum.

diaconus, & primicerius notariorum dixit: Ante hoc, aliqui dicentes se esse clericos, vna cum aliis laicis ab Alexandria orti, aduersus Dioscorum sanctissimum episcopum libellos porrexerunt. Hi ante sanctum constituti concilium vestrum clamoribus vsi sunt, & obsecrãt, coniurãtes vos per sanctã & Homousion trinitatem, & salutem, & victoriã piissimorum, & Christi amicorum nostrorum Imperatorum introitum impetrare. Et hoc ipsum ad id (quod placuerit) suggerimus. Sancta synodus dixit: Ingrediatur qui libellos porrexerunt. Et cum ingressi fuissent Athanasius dicens se esse presbyterum magnæ Alexandriæ ciuitatis, dixit: Multa, & dira, & omino sæuissima, & omi plena impietate, & auaritia perpessus sum à reuerendissimo epo Dioscoro. Preces obtuli piissimis & Chri amicis nostris Imperatoribus, docens, quas ab eo sustinui circumuentiões, pariter & insidias, nec non & huic vniuersali concilio easdem preces obtuli. Et precor sanctissimos, & deo amãtissimos epos, & patres nostros, quatenus & mei misereamini, & clemẽter me suscipiatis, docẽtem, quæ ad meipsum pertinẽt. Et post ipm Ischirion, dicẽs se esse magnæ Alexãdriæ ciuitatis diaconum, dixit. Vt nõ putet reuer. eps Dioscorus, solum reuerendissimũ epm Eusebium accusationẽ aduersus eum instituisse, sed vt sciat, & alios, & qui sint, qui eum accusant, & quæ sunt, quæ ei ingerũtur, obsecramus libellos recitari. Lucẽtius epũs dixit: Libelli, qui aduersus reuerendissimũ epm Dioscorum a diuersis nobis, oblati sunt, suscepti, ab Aetio archidiacono, & primicerio notariorum recẽseãtur quatenus omis hæc sancta synodus scire possit, qd cõtinent. Et suscipiẽs Aetius archidiaconus & primicerius notariorum libellum Theodori legit. Et cũ lectũ fuisset, Paschasinus reuerẽdus eps dixit: Quid ad hæc dicit pñs accusator Theodorus: Si cõfidit, ap probare ea, quæ ingerit aduersus reuerẽdissimũ epm Dioscorum, proprio ore cõfiteatur, si nõ vult aduersus se regularẽ cõuerti sniam. Theodorus epũs dixit: Supplico porrectum libellum monimẽtis inseri, paratus em sum mihi ipsi adesse, Paschasinus eps dixit: Perlectus libellus monimẽtis ecclesiasticis societur, reliqua vero dicat Theodorus, adueniente eius aduersario, quæ ei competunt.

¶Libellus Theodori diaconi ad Leonem papam, & Chalc. concil.

SAnctissimo & deo amãtissimo & vniuersali archiepo, & patriarchæ magnæ Romæ Leoni, & sanctæ & vniuersali Chalcedonẽ. synodo, quæ volũtate diuina dei pceptione cõgregata est, a Theodoro ecclesiæ Alexãdrinæ diacono. Quæ a reuerẽdissimo Dioscoro, qndã epo Alexãdriæ magnæ ciuitatis cõmissa sunt, lingua qdẽ egẽtanti qua, quę possit docere singula, quæ ab ipo ppetrata sunt tã in sanctorum prm regulas, nec nõ etiã & in diuersos, & plurimos illius prouinciæ. Quæ em in ipa deuotione ab eo cõfecta sunt gesta, sub diuersis iudicibus habita, vrãm sanctitatẽ docebunt. Tñ vt oĩa cõpẽdiose dicã, quæ ab eo in nostrã pusillitatẽ ppetrata sunt, adsum vrãm depcãs sanctitatẽ Viginti, & duos plus minus annos in schola deuotiss. magistrianorum militãs, cõuersatus sum, nullã aduersus memetipm dãs aliqñ rephẽsionẽ, aut qrelã, sperãs magnæ illius scholæ mereri priuilegiũ. Sed sanctæ & beatæ memoriæ Cyrillus, qui nominatissime Alexãdriæ ciuitatis triginta, & duos annos fuit archieps, recte & immaculatæ fidei aduocatus deputatũ me habuit, & maxime in tpe quo facta est sub eo in Epheso synodus, & sine vlla querela ministrãs sancto illi, & p deũ facto cõcilio, ita vt pro synceritate, & studio meo magnæ Alexãdrinæ ciuitatis clericatum ab ipo mererer. Siquidem videbar fructu multorum annorum fraudari. Militiæ meæ maiorẽ tñ honorẽ existimãs diuini & veuerabilis mysterii ministerium qndecim annos in clero permãsi, sperãs & maiorẽ honorẽ mereri. Sed inter hæc sancto, & beatæ memoriæ Cyrillo de hac humana vita migrãte, succedẽs ei, (quod atque vtinã nunquam cõtigisset) memoratus reuerẽdus epus Dioscorus, nulla aduersus me accusatiõe p scripturã, vel sine scriptura facta, sed neque simplici querela in principio episcopatus sui, (quẽ, nescio quo ordine, sortitus est) statim me clericatu priuauit, cõminans & a magna illa ciuitate fugare, propter nihil aliud, nisi ob id, quod familiaritate, & con tinentia sanctæ memoriæ Cyrilli vtebar. Intentio enim eius talis est, non solum parentes eius ex illa ciuitate exagitare, seu vita priuare, verum etiam & familiares ipsius. Exercens inimicitias aduersus eius rectam fidem hæreticus constitutus, & semper quæ Origenis sunt sapiens, & hic homo neque a sanctæ trinitatis blasphemia abstinens, neque homicidii expers, neque alienas parcens excidere arbores, neque incẽdia facere, neque domos destruere, sed* enim & turpiter semper viuens, quæ sum paratus ostendere. Quoniam igitur

Quæ antea synodus epm, iste iã qndã epm dicit, alias, Secundũ exemplar Acumicense, tã in diuinitate quã in sanctis prm regulis. alias, In alio Græco. in sanctorum & diuinorum patrum regulas

Cyrillo Dioscorus successit.

alias, forte etiã

D E F

A igitur vestra deo amabilitas peruidet, quia non leuem iniquitatem sustinui, militiã tantorum annorum contemnens, maiorem sacerdotalem ordinem arbitrans, supplico permittere mihi in sancto vestro concilio adesse, & meis allegationibus vti, vt ne ex vtraq; parte videar cadere, qui & in militia (sicut dixi) irreprehensibiliter conuersatus sum, & in venerabili clero (quantum ad me pertinuit) cũ modestia memoratis temporibus ministraui. Ostendam enim, eum omnia, quæ dicta sunt, perpetrasse, nec non etiã & contra gestum in metropoli Nicena cõcilium, temerariũ extitisse. Hic nanq; sanctissimus, magis autem circa omnia ferocissimus, in consuetudine habens leges præuaricari, nihil arbitrans, quod ab ipso in sanctæ, & sacræ memoriæ Flauiano commissum est, insuper ad mala maiora se vertit. Excommunicationẽ nãq; faciens contra sanctissimũ & beatissimũ apostolicæ sedis magnæ Romæ episcopũ, suasit subscribere eis, qui cũ ipso de Aegypto exierũt sanctissimis epis plus minus numero decem (neq; eñ ampliores ausi sunt exire cum ipso, propter quæ ab ipso in Epheso cõtra leges peracta sunt) aliquotiẽs comminans, aliquotiẽs nolentes decipiens. Vnde lachrymantes, atq; gemẽtes nephandæ illi carthæ subscripserunt. Considerate igitur sanctissimi & reuerendissimi patres, quam neq; deo placita sint, quæ ab eo cõmissa sunt, neq; hominibus toleranda. Et obsecro vestrã sanctitatẽ præcipere (si placet) eos, qui subter designati sunt sub custodia fieri, quatenus, quæ veritatis sunt, ostẽdãtur. Sunt aũt Agorastus, Dorotheus,

B Eusebius, Iohãnes notarius. Tẽpore nãq; opportuno *vacãte, offero vestro angelico choro, & sanctissimos viros, & reuerentia & rectitudine adornatos, q super singulis capitulis possint testimoniũ perhibere. Et ipse ego hanc accusationem propria subscripsi manu. Similiter & reliqui accusatores suas accusatiões singuli per singula se probare spoponderunt, & singulos accusationis libellos propria manu subscripserunt. Theodorus diaconus sanctæ & catholicæ ecclesiæ magnæ Alexandrinę ciuitatis suprascriptus, sancto & vniuersali concilio hos libellos obtuli. Et post hoc idem ipse Theodorus dixit: Paratus sum, adueniente reuerendo epo Dioscoro, in hoc sanctum vestrum cõcilium meis adesse accusationibus. Bonifacius pbr̃ Romanæ ecclesiæ vicarius, & ipse beatissimi papæ Leonis dixit: Et proclamantis præsentis Ischyrionis iustũ est recitari libellos. Romanus epũs metropolitanus Myrensis prouinciæ Liciæ dixit: Secundum interlocutionẽ religiosissimi pbr̃i Bonifacij, oblati libelli ab Ischyrione recenseant. Et suscipiẽs Asclipiades diaconus, & notarius legit. Et postq̃ lectum est, Petrus eps metropolitanus Corinthi, dixit: Et ab Ischyrione reuerẽdissimo porrectus libellus, ex lectione notus factus sancto huic, & vniuersali cõcilio, p̃sentibus inseratur monimẽtis.

*als, vocato me in synodũ

Libellus Ischyrionis diaconi ad Leonẽ papam, & Chrlcedoneñ. cõciliũ.

SAnctissimo & beatissimo vniuersali archiepo, & patriarchæ magnæ Romæ Leoni, & sanctę, & vniuersali Chalcedonensi synodo, voluntate dei & diuina p̃ceptiõe cõgregatæ, libellus ab Ischyrione magnæ Alexandrinæ ciuitatis diacono. Nunc quando liberam vocem vnusquisq;, qui male passus est, recipit, & iusti patroni humano generi præsunt, & perijt decætero omnis circumuentio, & auaritia, & quæ erant

C quasi in dira tyrannide tunc, & ego ausus sum hunc libellum vestræ sanctitati offerre, & docere, quanta aduersus me, & aduersus multos alios commissa sunt a reuerendissimo magnæ Alexãdrinorum ciuitatis episcopo Dioscoro, si mihi lingua dicere & pro illis sufficeret. Neq; enim quisquã fuit expers illius crudelitatis, & inhumanitatis. Aliquorũ eñ vastata sunt prędia excisione arborũ perpetrata, aliorũ vero domus destructæ sunt, alij in exilium pulsi sunt, alij vero mulctatione vexati sunt, quidam vero & ab Alexandrina magna ciuitate, sicut de propria eius possessione exclusi sunt. Quoniamquidem impia deuotione non intermisit maxima peccare hoc magni & clari viri sciunt, nec non etiã & omnis illa magna ciuitas Alexandria, sicut & acta habita sub diuersis iudicibus manifestant. Quæ eñ contra sanctã, & homousion trinitatem ab ipso sæpe contumeliose dicta sunt, omnia nominatissimo illius ciuitatis populo, nec nõ etiã venerabili clero, reuerendissimis quoq; monachis nota sunt. Tanta autem contra omnes (non sicut decebat episcopum, & maxime tantæ ciuitatis, & euangelicæ illius sedis præsulem constitutum) perpetrare ausus est, vt etiam & frumentum, quod a p̃ijssimis nostris Imperatoribus ecclesiis Lybiæ (propter ariditatem illius prouinciæ, & qa ibi omnino triticũ nõ nascitur) p̃stitũ est, in primis qdẽ vt ex ipso hostia offerat, deinde vt &

vt & peregrini, nec nō etiam & prouinciales pauperes aliquod mereātur solatium, non permitteret suscipere sanctissimos epos illius prouinciæ, sed æstimaret memoratum frumentū largissimis precijs, ipm vero in tempore famis amarissimis æstimatiōibus venundaret. Et ex hoc neq; terribile, & incruentū sacrificium celebratū est, neq;(sicut dixi) peregrini, aut prouinciales hoc solatio fruiti sunt. Cæterum clarissimæ memoriæ Peristeriæ negotium nullus ignorauit, maxime eoꝝ, qui in hac regia vrbe noua Roma habitare noscūtur. Illa nāq; pro suæ animæ salute testamentū cōdens, iussit multā quātitatem pecuniaꝝ præstari monasterijs, necnō etiam Xenodochijs, & parrochijs, & alijs pauperibus Aegyptiacæ prouinciæ. Quod moleste ferens idem reuerendissimus vir, ob id ꝙ in persona eius hęc minime sunt dimissa, fecit easdem pecunias pro eleemosyna scotis, & alijs theatricis dispartiri personis, vt neq; incensum ex oblatione illius clarissimæ memoriæ Peristeriæ (quātum ad eum pertinuit) deo offerretur, sed illius qdem manifestum propositum demōstratum est. Qm̄ vero & vita prædicti reuerend. viri, & luxuria omni illi prouinciæ nō ignorata est, (impudicis mulieribus frequenter in episcopio, & in balneo eius aperte deliciādus, præcipue famosissima Pansophia (quæ cognominatur Orini) de qua & numerosus Alexādriæ populus frequentissimas voces emisit, tam ipsius q̄ amatoris eius faciens mētionē) vestro angelico choro manifestabitur. Non solum vero hæc, sed etiā homicidia per occasionem istius admirabilis doctoris perpetrata sunt. Qm̄ vero, & quæ in me miserabili ab ipso cōmissa sunt, tollerabilia nō sunt, accedo, & precor vestrā sanctitatem, misereri mei hominis, qui multis temporibus in sancta illa magnæ ciuitatis ecclesia laboraui, & hac de causa clericatum eius merui, sæpius destinatus in peregrinationes sub sanctæ memoriæ Cyrillo, q ipsam euāgelicā sedem ornauit, & maxime ad hāc regiā nouā Romā, aliquādo quidem in hyemis tempore animalibus iter omne perficiens, aliquādo vero & pro cōmissis mihi a sanctę memoriæ Cyrillo necessarijs causis, per mare omne nauigio trāsmeās, aliquādo per Lyciam, aliquādo per Pamphyliam, ita, vt debile mihi corpus laborum faceret magnitudo, sicut & ipsis aspectibus intuetur vestra beatitudo. Optinui em̄ dignus fieri & familiaritate, & gratia sanctæ memoriæ archiepi Cyrilli, quod reuerend. epm Dioscorum cōtristabat. Quippe mox, vt migrauit sanctæ & beatæ memoriæ Cyrillus in cœlos, iste (quod vtinam nunquā cōtingeret) successit, q prohibuit me in sancto & venerabili ministerio obsequium facere. Nihilominus etiā aduersus nostras vilissimas possessiones monachos, & alios aliquos destinauit, & tradidit eas incendio, ita vt & ipsa in eisdem possessionibus ædificia (ex quibus nutrimenti mei haberem solatium, pauper cōstitutus, & solutus corpe) plenius ignis cōsumeret, diuersas quoq; arbores ibi succideret, atq; ipsam incenderet terram, & mihi vltra inutilem faceret, & in reliquum mendicās, nec victus necessarios haberem. Sed neq; his cōtentus, summittit aduersus miserabilē me ecclesiasticoꝝ cateruā (vt verius autem dicā latronnm) pariter cum Petro, & Arpocratione diaconibus, & Mena pbro, vt me de humanis rebus auferrent, mandās corpus meum mortuum sibi deportari. Quod nisi p misericordiā dei ante punctum tpis mihi innotuisset & fugissem (sicut prius dixeram) iam tūc ab humanis rebus efficerer alienus. Postq̄ vero saluari p misericordiā dei potui, ex insensibilitate facta diuinitus corporis mei, & qa multū meoꝝ obsequio indigebat, præcipue vero qa & ex ea essem ciuitate, ego & mei maiores, & quia domū in ea haberem, iratus super his, quasi nihil factum esset, in ipsis paschalibus diebus iteꝝ me iubet, raptum per Arpocrationē diaconum, rapi (semp em̄ eius ministrauit furori) pariter cum prædicto Petro diacono, sicut demonstrāt, quę apud Ephesum gesta sunt aduersus sanctæ memoriæ Flauianum quondā archiepm huius nouæ Romæ, & cōtra multos eius, insup etiā & cōtra reuerendissimū, nunc qdem epm, tunc vero pbrm, & œconomū cōstitutum magnæ Alexādrinæ ciuitatis ecclesiæ Nestorium, & recludor in vno Xenodochio tabidorum, nullo modo alicui obnoxius constitutus. Neq;(sicut docui) accusatione aliquādo aduersus me facta, immittit iterum & in eodem Xenodochio aliquos, q me occiderent, sicut & omnibus, q in ipso Xenodochio sunt, manifestatū est, in tātum vt horrentes malitiā, iuuare me dignarent, propter quod & viuo hactenus. Nec prius me ab illis iniquissimis absoluit vinculis, nisi & a magna Alexādria alienum me fieri promitterem in tali corporis statu, & alia aliqua, quæ illi erant desiderabilia, agerem. Qm̄ igitur cōsideratis, sanctissimi & beatissimi patres, qa omnia, quæ ab eo cō

Est nomē mulieris quasi latine dicas, columbam

A ab eo cōmissa sunt, neq; deo placita, neq; legibus tolerāda sunt, sed neq; vlli homini, peto, & deprecor vestigia angelicę vr̄æ militiæ, misereri mei, & p̄cipere, me sanctū & vniuersale vr̄m intrare conciliū, hæc oīa probatuꝝ. q̄tenus & ex omni iniquitate in me illæsus effectus, proprio gradui (si vr̄æ placuerit sanctitati) restituar, hō, qui multis tp̄ibus syncere iussionibus sanctæ memoriæ, & catholicę fidei aduocati Cyrilli ministraui, debilis factus, & non habēs aliunde necessaria vitæ nutrimēta, q̄tenus hæc iuste promeritus, solitas orōnes, & gr̄as referā oīm nr̄m saluatori Chr̄o pro vr̄o angelico choro. Et supplico, pro documēto eoꝝ, q̄ a me dicta sunt, in tuto collocari Agorastū, & Dorotheū, Eusebiū, Didionē, Arpocrationē, Petrū, Gaianum, & Mediastinū ep̄alis balinei nunc eū comitantē, q est imperitus, & q p̄t oīa subtiliter dicere. Paratus em̄ sum, tp̄e cognitionis & sanctiss. viros vita, & fide probabiles, producere, ex iussione vr̄æ sanctitatis, q de his oībus, q̄ in libellis accusationis sunt inserta testificari valeant. Ischyrion diaconus, hos libellos obtuli, factos secundū meā voluntatē, & dictatos, & manu mea subscriptos. Et cū recitatus fuisset libellus, Paschasinus ep̄s dixit: Et libellus p̄sentis Athanasii, q nobis oblatus est, recenseat. Et suscipiens eū * Procopius lector, & notarius legit. Et cū lectus esset, Lucētius ep̄s dixit: Quæ p libellū docuisti aduersus deo amātissimū Dioscoꝝ ep̄m, hæc considera, etsi confidis, p te notū nobis facito, & proprio ore

Acumicen. Procopius diaconus.

B manifesta. Athanasius dixit: Paratus sum, & mihi confido, aduenientem eum in vestro sancto concilio, in oībus, de q̄bus eum accusaui, conuincere. Et post ip̄m Ischirion dixit: Si deductus fuerit in hac sancta & vniuersali synodo Dioscorus reuer. Alexandriæ ep̄s, paratus sum, p euidētissimas approbatiōes demonstrare hæc oīa, q̄ vestrū angelicū choꝝ docui, nihilominus & p noīatos a me testes, * syncellos eius constitutos, q hactenus cū ipso degere, & manere vident, cū producti fuerint, q̄tenus & ex domesticis eius veritas ostēdat. Per orōnes em̄ vr̄as quidā in honore promoti sunt, pro eo ꝙ illis homicidiis, q̄ in Ephesо facta sunt, ministrassent, & hic cū ipso sunt. Et cū lecti fuissent libelli, Marinianus epūs metropolitanus Synnadæ dixit: Oblatus libellus aduersus deo amātiss. Dioscoꝝ ep̄m ab Athanasio viro reuerēdiss. fidei monimentoꝝ cum aliis misereatur. Pergamius ep̄s metropolitanus Antiochiæ Pisidiæ dixit: Lectū libellum, quem obtulit Athanasius reuerēd. in quo deo amātiss. Dioscoꝝ Alexandriæ ciuitatis ep̄m accusauit, oportet monimentis, q̄ nunc aguntur, inseri. Dicat vero idem Athanasius propria voce, si suis accusationibus aderit.

.i. cohabitatores, vel cōuictores

¶ Libellus Athanasii pb̄ri ad Leonem papam, & ad Chalced. concilium.

SAnctissimo & beatiss. vniuersali patriarchæ magnæ Romę Leoni, & sancto & vniuersali cōcilio, secundū dei voluntatē, & diuinū nutū cōgregatū in Chalcedonensi ciuitate, a miserabili Athanasio quondā pb̄ro magnæ Alexādrię ciuitatis, & filia sororis sanctæ & beatæ memoriæ ep̄i Cyrilli. Sāctæ & beatæ memoriæ Cyrillus magnæ Alexādriæ ciuitatis quondā triginta & duob⁹ annis archiep̄s, irrep̄hensibilr̄, & cū recta fide viuēs, mihi q̄dē Athanasio, & clariss. memoriæ Paulo fratri meo auunculus

C fuerat, meæ vero matris Isidoræ german⁹. Hic moriturus testamētū cōdens, honorauit eū, quicunq; ille post eū fuisset ordinatus archiep̄s plurimis & magnis legatis de sua substātia, coniurās eū in scriptis p venerabilia & terribilia mysteria, vt ipsius foueret genus, & in nullo eis laborē incuteret. Sed reuerēdiss. Dioscorus, q malo nō solū nr̄o, sed etiā totius illius diocœseos succedens throno inimicitias exercēs, cōtra eius rectā fidē hæreticus cōstitutus, non solum non fouet, sed pro nihilo ducēs eius terribiles adiurationes cōtraria in nos operat, oēs aduersus nos exquirens insidias, & in principio quidē ep̄atus (quē, nescio q̄ ratione, sortitus est) mihi, & fratri meo adhuc tūc superstiti mortē minitans, a noīatissima Alexandria quadā nos intentione exclusit, vt p̄sequutionē passi, exinde ad feliciss. Constātinopolitanā vrbē peruenirem⁹, sperātes mereri auxiliū. Sed intentio reuerendiss. viri talis erat, quatenus hic teneremur, & affligeremur tā ab iniquæ memoriæ Chrysaphio, q̄ etiā & a magnificentissimo & gloriosiss. Nomo, tunc res totius orbis habenti quæ manifesta sunt præ manibus. Hoc em̄ mandauit per literas, quasi magnū aliquid prouidens memoratis, vt nos quidem ab eis consumeremur, ipsis vero nostræ captionis grām se debere confiteret. Quippe ilico cum in regiam vrbē perueniremus, sperātes mereri auxiliū, sub custodia habiti, diuersis sum⁹ pœnis subiecti, quousq; omnia, quæ in mobilibus habebamus, daremus, ita vt, cum tormentis non sufficeremus,

quasi pro remedio cogeremur cũ grauissimis vsuris multos fœneratores inquirere, ita vt noster quidẽ frater clarissimæ memoriæ Paulus non sustinens cruciatus, & iniurias, humanis rebus excederet. Ego aũt Athanasius, & nostra matertera, & vxor, & filij fratris mei, malo nostro in humanis rebus permãsimus, nihil aliud q̃ fœneratores habẽtes sub grauissimis (sicut dixi) vsuris, vt de cætero nec procedẽdi haberemus licentiã, pro frequentissima fœneratorũ contra nos interpellatione, cũ nõ haberemus, vnde absolueremus debitũ. Infinitã nanq;, & excedentẽ non solũ nostrã virtutẽ, sed etiã diuitũ insignium pecuniã, exacti sumus, ita vt nihil nobis relinqueret. Super hæc aũt, vt neq; habitationẽ aliquã haberemus, nostras domos præparauit ecclesias fieri, meã Athanasii quarto tecto superiacentẽ, & q̃ pro sui positione fieri non posset ecclesia, quia cõplectitur cũ prædictis domibus, alias etiã vicinas domos, & redditus tenens. Sed neq; his contentus, me pbr̃io priuauit, & alienũ ab ecclesiastico fecit collegio, nulla aduersus me facta accusatione. Etiã agimus annũ integrum errantes de loco in locũ, aliqñ quidẽ a creditoribus fugientes, aliqñ & ab ipso neq; in ecclesiis, neq; in monasterijs habitare permissi. Sic ergo perueniente me Athanasio in metanæa (id est, huius nominis suburbano magnæ Alexãdriæ ciuitatis, quod aliqñ Canopos vocabat, quod suburbanũ ab initio, & ex antiqua consuetudine ad refrigeriũ confugientium, constitutũ est. Totũ em̃ videtur esse sub tutela venerabilis monasterij Tabẽnensium) verũetiã & intra fines sanctæ dei ecclesiæ, habẽs & publicũ balneũ, in quo & reficere nostrũ miserabile corpus, & tutelã ab insidiantibus sperabamus habere, in tantũ autẽ ad impietatẽ memoratus reuerendiss. epũs declinauit, vt miserioribus omni miseratione nobis effectis, neq; misereretur, neq; aliquãdo aliquod mãdatum Christi præcepit impendi. Nam præcepit, neq; publicũ balneũ exhiberi, neq; panẽ transmitti, aut alterũ aliquem cibũ ibidẽ venundari, ad hoc vnũ respiciens, quatenus sub angustia nõ lauandi, & famis periremus. Vnde ex multa angustia & penuria *paulominus de humanis rebus excesseram, q̃d mihi quidẽ optabile erat, vt a tantis malis liberarer. Non aũt cõtigit mihi per dei misericordiã. Pecuniæ itaq;, quas exacti sumus, quædã quidẽ de propria nostra substãtia, aliæ vero sub grauissimis vsuris (sicut diximus) accõmodatæ, vsq; ad mille quadringẽtas plus minus auri libras extenduntur, quas a nobis magnificentiss. & gloriosissimus Nomus, per virum deuotũ Seuerũ magistrianum, & quondã subadiutorem eiusdẽ deuotissimæ magistrianorũ scholæ accepit. Nec em̃ faciẽ illius barbari Chrysaphij vidim⁹. Has vero nostras, & hmõi calamitates pro nihilo ducens, in possessionẽ relictarũ mihi Athanasio rerum *mittitur, ita vt vndiq; mihi & necessarius victus deficeret, & postea mendicando ab his, qui misereri pie cõsueuerunt, mihi, & reliquis duobus aut tribus mãcipijs victũ colligerẽ. Post has aũt oẽs pecunias exegit a nostris materteris, sororibus vero sanctæ, & beatæ memoriæ Cyrilli, vsq; ad ipsam animã, extremãq; expugnationẽ afflictis metu mortis, impositio auri pondo, octogintaquinq;, nihilominus & filios clarissimæ memoriæ mei fratris orbitate infelices, & eius vxorẽ, mortẽ mariti sui plangentẽ, auri pondo quadraginta. Cõsiderate igitur oĩa, deo amãtissimi, quia nec Barbari aliqñ aduersus subiectos sibi talia cõmiserunt, q̃lia iste mirabilis doctor, q alijs prædicare debuit obliuisci malitiã. Talia aũt ipse, non solũ contra nos, sed etiã contra multos alios perpetrauit, & precamur vestrã sanctitatẽ, vt vel nunc mereamur auxiliũ, & cognitione nobis proposita, q̃ iniuste a magnificentiss. & gloriosiss. Nomo exacti sumus, recipiamus, vt reddamus fœneratoribus. Parati em̃ sumus, ostẽdere hunc magnificẽtiss. virũ, qui nos illã quãtitatẽ exegit, & reuerendiss. epm Dioscorũ, & in ipsum Christũ contumelias perpetrasse, & multa alia cõmisisse, q̃ non solũ legibus abdicata sunt, sed etiã immanissimis, & ferociss. Barbaris. Istius em̃ cõmissa illorũ crudelitatẽ, & omnẽ circa deum impietatẽ vicerunt. Et precamur, sicut & antea obsecrauimus, vestrũ mereri auxilium, q̃tenus gratias agẽtes deo, & vestræ religiositati sanctæ, solitas orationes pro vr̃a sanctitate Chr̃o omniũ nostrum saluatori fundamus. Rogamus vero, neq; testes abesse, q possunt tẽpore cognitionis de oĩbus, q̃ a nobis dicta sunt, testimoniũ p̃hibere. Miserabilis Athanasius pbr̃ noĩatissimæ Alexandrinæ ciuitatis hos libellos porrexi sanctissimo & vniuersali archiẽpo & patriarchæ Leoni, & sanctissimo & vniuersali concilio sanctissimorũ patrum & episcoporũ. Et post hæc Athanasius dixit: Possum adesse meæ voci, & opinioni, & p manifestissimas approbatiões ostẽdere, nã hęc aduersus me a reuerẽdiss. & deo aman-

[Marginal notes: "al. pœnitẽtia," beside "metanæa"; "id est, fere" beside "paulominus"; "al. mittor, vl̃ mittimur" beside "mittitur"]

A amantissimo Dioscoro perpetrata, in totis octo hodie annis, eo circũueniente me, & insidias faciente vsq; ad ipsam salutẽ mihi, & omni nr̃o generi, & meis materteris, & ter beatissimo fratri meo, & vxori eius, & orphanis infantibus. Iohãnes eps̃ metropolis Sebastiæ primæ Armeniæ dixit: Quid etiã astans desiderat, manifestius doceat. Sophronius dixit: Multa iniqua perpessus & ego a Dioscoro reuerẽdiss. Alexandrinæ ciuitatis ep̃o, ad sanctũ hoc pueni cõciliũ. Et interpellãs, dudũ libellos porrexi, & iubete eos relegi. Iohãnes eps̃ metropolitanus Sebastiæ dixit: Et libelli p̃sentis Sophronij reciten tur. Et accipiẽs Asclipiades diaconus, & notarius recitauit. Et cũ lecti fuissent, Sophronius dixit: Peto & meos libellos inseri monimẽtis. Patricius eps̃ metropolitanus Tyanẽsis dixit: Lecti libelli secundũ postulationẽ Sophronij monimẽtoꝝ *serie socientur. alias, seriei

¶ Libellus Sophronij Christiani ad Leonẽ papã & ad Chalced. conciliũ.

SAnctissimo & beatiss. vniuersali archiep̃o, & patriarchæ magnæ vrbis Romæ Leoni, & sanctissimo cõcilio secundũ voluntatẽ dei & diuina mãdata in Chalcedonẽsi ciuitate cõgregato, a Sophronio Christiano. Orationis meæ opus fuit, nõ solũ vero mihi minimo, verumetiã oĩbus, q a Dioscoro ep̃o læsi sunt, vt secundũ voluntatẽ dei, & sanctionẽ sanctissimoꝝ dñoꝝ orbis terræ, sanctũ vestrũ, & euangelicũ cõgregaret conciliũ, quatenus interpellãs edocerẽ, quantã tyrannidẽ, & violentiã a memorato reuerẽdiss. ep̃o sustinui. Precor igit̃ vestrã sanctã synodũ, suas mihi aures accõmodare, vt, q̃ in me cõmissa sunt, pro meis virib⁹ doceã, licet maiore sermone, qa magna sunt, B egeant. Læsus em̃ sum maxime, & ego in paupertatẽ deductus, p diuersas circũuentiones reuerẽdiss. Dioscori magnæ Alexandrinæ ciuitatis ep̃i, p quas sæpius aduersus me pauperẽ maligne operatus est. Adiens doceo, diuersos habẽs obnoxios, necnon etiam & iniqua passus a Machario magnæ Alexandrinæ ciuitatis curiali. Hic em̃ coniugem meã noĩe Theodotem, ex qua & filios suscepi, neq; repudio cõsequente, neq; tristi aliquo cõmisso, sed in cõmuni cõnnubio constitutã, desiderio iniquo captus, raptã apud se habuit, ad hoc concitatus, q̃d neq; Barbari vnquã facile perpetrauerũt. Vix tandẽ p ueniens ad dños orbis terræ, & magnificentissimos & excellentiss. præfectos, accusaui memoratũ Machariũ, & certa sup his acta sunt. Et præcepi, eũ, qui cõtra iura perpetrare p̃sumpsit, representari vnã cum mea coniuge Theodote, q̃tenus legitima examinatio cognitionis proueniret, nominãs & alios, q mihi in scriptis, vel sine scriptis probationibus obnoxij sunt. Habẽs itaq; diuina decreta, sed & maximas sñias magnificentiss. & gloriosiss. p̃fectoꝝ, necessariæ vero & eoꝝ executorẽ, id est, virũ strennuũ Theodorũ ex amplissimo officio, reuersus sum in magnã Alexãdrinã ciuitatẽ, q̃tenus hęc executioni traderent. Sed reuerẽdus eps̃ Dioscorus oĩa indeuote agẽs, arbitratusq; se sup oẽs eẽ, neq; immobilia decreta, neq; magnificas concessit exequi sñias, suã magis prouinciã q̃ Imperatoꝝ esse dicens. Quippe immittit aduersus me Isidoꝝ, nomen quidẽ habentem diaconi, sui vero furoris ministrũ, cũ latrocinãtium agmine tã rusticoꝝ q̃ quorundã alioꝝ, vt me de rebus humanis facerẽt alienũ, exequutorẽ vero mihi ab amplissimo C officio delegatũ, sine vlla accusatione abigerent, q̃d & factũ est. Qui diaconus, secũdum præceptionẽ memorati reuerẽdiss. ep̃i Dioscori, non contentus ijs, insup oẽs meas abstulit facultates, quas in nauibus, & multis rebus alijs possidebã, ex quibus cũ nostris infantibus victũ habebã. Ex insperato em̃ ista cognoscẽs, aliquo mihi memorati insaniã nuntiante, fugiens, saluatus sum. Qm̃ igitur, q̃ perpetrata sunt a reuer. ep̃o Dioscoro, neq; a Barbaris aliq̃n sunt cõmissa, ideo & deprecor vestrã angelicã militiam, misereminĩ mei, & p̃cipite p dei prouidentiã, hic cõprehẽsum tyrannũ mihi facere responsum. Preparatus em̃ sum ostẽdere, reuer. ep̃m Dioscoꝝ & aduersus sanctã homousion trinitatẽ sæpius blasphemas emisisse voces, necnõ etiã adulteria ppetrasse, & in ipsam euocationẽ peccasse. Nã & sacra laureata, cũ pro felicitate orbis terræ & in Alexandrinã ciuitatẽ introissent, nõ recusauit agere, multas dispergẽs pecunias p Agorastũ, & Timotheũ & alios quosdã, vt ea de ciuitate depelleret. Moleste em̃ ferebat, eo q talis orbis terræ dñs prædicaret̃. Sæpius em̃ magis Aegyptiacæ diocœseos imperare volebat, sicut & gesta, apud diuersos iudices confecta, demonstrant. Nam & vir spectabilis, tribunus, & notarius, Iohannes testimonium perhibet, & nisi, qa ex diuina prouidentia cõtigit, magnificentissimum, & gloriosissimum Theodorum Aegyptiacæ prouinciæ gubernare negotia, fortem legum patronum, olim a prædicto tyranno magna Alexandrinorum

ciuitas fuisset deleta. Quia em̃ non ego solus, sed etiam multi sunt alij experti insaniam prædicti reuer. Dioscori, manifestum est, licet, qui pertulerunt, siue pro paupertate, siue pro timore eius tyrannidis, non sunt ausi, ad vestram sanctitatẽ peruenientes, eum accusare, peto ergo, & deprecor vestrum angelicũ chorũ, Agorastum hic cõprehensum, vnũ ex cooperatoribus eius insaniæ, & syncellum eius existentem, adduci, & iubete me apud vestrũ sanctũ & vniuersale conciliũ ingredientẽ, omnia probare, quæ docui. Paratus em̃ sum, si meruero a sanctis vestris auribus audientiã, ostendere, reuerendissimũ episcopum Dioscorũ hæc omnia perpetrasse. Suprascriptus Sophronius Christianus hunc libellum obtuli sancto & vniuersali concilio, sicut præscripta sunt. Et post hæc sancta synodus dixit: Omnes hi libelli gestis inserantur. Oportet em̃ eos rursus recitari, adueniente sanctiss. Dioscoro, & querelã suscipiente. Florentius epũs metropolitanus Sardensis dixit: Certis cõstitutis quæ lecta sunt, & tertio vocetur religiosiss. Alexandrinorũ epũs Dioscorus. Qm̃ hoc vult ecclesiastici ordinis consequentia, vt si & post hanc tertiam euocationẽ venire recusauerit, regulæ suo itinere gradiantur. Paschasinus epũs dixit: Consequenter deo amantissimus epũs Florentius prosequutus est, vt tertio commoneatur per sanctissimos fratres nostros, quatenus venire nõ differat, ad respondendũ se accusantibus. Et pro hoc (si placet sanctæ & vniuersali synodo) & tertio vocetur reuerendiss. epũs Dioscorus. Aetius archidiaconus, & primicerius notariorũ dixit: Qm̃ tertiã vocationẽ a sancta synodo ad religiosiss. epm̃ Dioscorũ fieri iudicatis, si placet, iubete aliquos sanctiss. epõs pergere, & commonefacere eum, vt occurrat vel nunc in sacratissimũ vestrum conciliũ. Sancta synodus dixit: Deo amantissimi epi Francion, Lucianus, & Iohãnes pergentes ad sanctissimum epm̃ Dioscorũ, manifestam ei tertiam constituant vocationem, eum fraterne monentes.

¶ Literæ directæ a concil. ad Dioscorũ, quibus iam tertio vocatus est.

Sancta & magna vniuersalis synodus sanctissimo epo Dioscoro. Quæ a tua religiositate mãdantur, multã & diuersam habẽt varietatẽ. Aliquãdo em̃ teneri te a deuotissimis magistrianis, atq; scholaribus significant. Deinde post eorũ permissionẽ, oportere cõfingunt, præsentes esse debere magnificẽtissimos, & gloriosissimos iudices. Rursus ægritudinẽ proferunt, & iterũ magnificentissimorũ, & gloriosissimorũ iudicum confessionẽ simulant expectare. Insuper postulasse etiã a pijssimo, & Chri amico nostro Imperatore, & deo amãtiss. epos Iuuenalem, Thalassium, Eusebium, Basilium, & Eustachium vna tecũ adesse, in ijs, quæ cõtra te dicta sunt, significãt. Quorũ singula nullo modo veritati concordãt, qm̃ vnũquodq; dictorũ tuorũ repellit ex differentia veritatem. Qm̃ igitur neq; pijssimus & Chri amicus Imperator noster ea, q̃ dixisti, decreuit, sed permisit sancto huic, & vniuersali concilio audientiã, neq; aliud aliquid a præsenti regulari examinatione nos prohibet, omni deposita occasione, dignare aduenire in sacrum hoc concilium, ad satisfaciendũ simul & reuerendiss. Eusebio epo, & ijs, quæ tibi nunc ingeruntur, responsurus, & q in præsenti aduersus te alios accusatorios dederũt libellos, nõ paucis cõstitutis, &, q ab Alexandria orti sunt, clericis, & laicis, quorũ nomina sunt Athanasius, Theodorus, Ischyrion, Sophronius, & Theodorus, sciens, quod si post tertiã hanc regularẽ vocationẽ, ex omni parte nullã habentem suspitionẽ, ad veniendũ distuleris, præsens sancta & magna, & vniuersalis synodus ad illũ veniet modũ, q contra pertinaces, & cõtemptores synodalis vocatiõis scit mouere pœnã a canonibus constitutam. Direximus vero ad te, & nũc tertiæ euocationis grã, deo amãtiss. coepõs nros Frãcionẽ metropolitanũ Philippipoleos, & Lucianũ Byzenũ puinciæ Thratiæ, & Iohãnẽ Germaniciæ ciui. Oriẽtalis. Anatholius deo amãtiss. archieps dixit: Dignẽtur Francion, & Lucianus, & Iohãnes deo amãtiss. epi, sicut cõplacuit, pergere ad deo amãtiss. epm̃ Dioscorũ, rogare eũ, vt vel nũc adsit huic sancto cõcilio. Francion eps metropolitanus Philippipoleos dixit: Vnũ de excipiẽtibus notarijs iubete nobiscũ venire, ad perlegẽda deo amãtiss. Dioscoro epõ, q̃ ei mãdata sunt a vr̃o sancto cõcilio. Sancta synodus dixit: Pergat Palladius diaconus, & notarius deo amãtiss. epi Patricij, &, q̃ a nobis ei dicta sunt ex exceptis suis, deo amãtiss. epo Dioscoro præsentibus directis cũ deo amãtissimis epis, relegat. Et redeuntibus rursus ijs reuerendissimis episcopis. Aetius archidiaconus, & primicerius notariorum dixit: Qui destinati sunt sanctissimi episcopi, ad deo amantissimũ episcopum Dioscorum, ob faciendam ad eum secundum diui-

nas li-

A nas regulas tertiam vocationẽ, adſunt. Et hoc ipſum ſuggero. Anatholius epũs Cõſtãtinopolitanus nouæ Romæ dixit: Dignemini referre nobis, quale & ipſi nũc pro tertia vocatione a deo amantiſſ. epo Dioſcoro accepiſtis reſponſum. Maximus epũs Antiochiæ magnæ ciuitatis dixit: Relegant ea, q̃ a deo amãtiſſ. epo Dioſcoro in tertia euocatione mãdata ſunt. Francion epũs metropolitanus Philippipoleos dixit: Sicut præcipere dignata eſt veſtra ſanctitas, pergere nos ad deo amantiſſ. Dioſcorũ epm, peruenimus, & q̃ mandata fuerãt, verbis ei nũtiauimus, & tertiã vocationẽ in ſcriptis directam, perlegi fecimus, & petimus, tã quæ a nobis ad eũ dicta, q̃ quæ ab ipſo reſponſa ſunt, relegi ſancto concilio. Maximus epũs magnæ ciui. Antiochiæ dixit: Legant, q̃ a reuerendiſſimo epo Dioſcoro pro tertia vocatione mandata ſunt. Palladius diaconus, & notarius Patricij deo amantiſſimi epiſcopi Tyanenſis, recitauit ita. Francion epiſcopus Philippipolitanus ad Dioſcorum Alexandrinæ ciuitatis epiſcopum dixit: Sancta, & vniuerſalis ſynodus congregata in baſilica ſanctæ martyris Euphemiæ, noſtram humilitatem ad tuam religioſitatem deſtinauit, tertiã iam hãc vocationem faciens, ſecundum conſequẽtiam ſanctorũ canonum. Et hãc vocationẽ, quam in ſcriptis fecit, iubeat tua reuerentia recitari, vt digneris aduenire in ſanctã eorũ congregationem, ob reſpondendum ad ea, quæ ingeruntur. Dioſcorus epũs dixit: Sufficienter docui veſtrã religioſitatem, qbus addere aliquid non poſſum, illa eñ ſufficiunt mihi. Lucianus epũs Byzetanus dixit: Decet tuã ſanctitatẽ, obedire ſancto, & magno, & vniuerſali concilio, & confidentia ſuæ cõſcientiæ aduenire ad ſatisfaciendũ ſuper ijs, quæ ſibi ingeruntur, ne amplius cõtradicens, regulari increpationi ſuccumbat, pcipue iam tertia hac ad te a ſancta & magna ſynodo facta vocatione. Dioſcorus epũs dixit: Quæ dixi, dixi, qbus addere aliqd non poſſum. Iohannes epũs Germaniciæ dixit: Ante tres dies ſecundum præceptionem pijſſimi & Chri amici noſtri Imperatoris, magnificentiſſ. & glorioſiſſimi iudices, & ſacratiſſimus ſenatus, vna cũ ſancta, & magna ſynodo examinationem de ijs peccatis, quæ ingerebantur tuæ religioſitati a religioſiſſimo epo Euſebio, fecit, & decernẽs aduerſus tuã reuerẽtiam, promulgauit ſentẽtiam, ſi hoc placuiſſet ſanctiſſimis epiſcopis, qbus hanc inferre a dño deo creditum eſt. Sed quod ipſam decet, ſancta, & magna ſynodus mẽte concipiens, hactenus tuæ religioſitati dedit inducias. Dignare igitur (ſi cõſcientia vteris munda) aduenire, & ſanctæ & magnæ ſynodo rñdere. Dioſcorus epũs dixit. Et tertio hæc eadem dico, ꝙ addere aliqd ijs, quæ iam dicta ſunt, nõ habeo. Francion epũs dixit: Sed neceſſarium ducimus, ad ſanctã ſynodũ tuam religioſitatem aduenire, & rñdere, vt, quæ deo placuerint, ordinẽtur. Dioſcorus eũs dixit: Iterũ hæc eadẽ dico, & nihil amplius addere habeo ijs, quæ dicta ſunt. Lucianus epũs dixit: Non parua, neq; leuia inferuntur in libellis, q aduerſus tuam reuerẽtiam ſancto & vniuerſali concilio oblati ſunt. Si ergo tibi ipſi confidis, q̃ſi potens adeſſe ſuper ijs, quæ ingerunt, petimus, te adeſſe, vt oſtendas, qa per omnia ab ijs, in qbus reprehenderis, innocens & alienus exiſtis. Dioſcorus epũs dixit: Quid me compellis alia dicere? Hæc eadem, quę prius, dico. Iohannes epũs dixit: Non eſt violentiæ cauſa. Magna, & vniuerſalis, & ſancta eſt ſynodus. Et credimus, qa ſicut placitum eſt deo, ita iudicat. Si igitur ſcit tua ſanctitas, poſſe deſtruere querimonias, quæ ſibi ingeruntur tam a deo amantiſſimo epiſcopo Euſebio, q̃ ab ijs, q hodie interpellantes obtulerunt libellos, adeſto, & a macula libera ſanctam dei eccleſiam. Dioſcorus epũs dixit: Maculam non habet eccleſia? Abſit. Ego eñ ſcio, quomodo occurri reſponſionibus. Iohannes epũs dixit: Delicta ſacerdotum, communis eſt turpitudo. Si igitur ſcit tua ſanctitas calumniam ſe ab aliquibus pati, non eſt longe ſancta ſynodus. Fatigare, vt conuincas mendacium. Dioſcorus epũs dixit: Quæ dixi, dixi, & hæc mihi ſufficiunt. Et poſtquã recitatum eſt. Paſchaſinus epũs dixit: Cognouit deo amabilis, & beatiſſima ſynodus, quoniam tertio vocatus per deo amantiſſ. epõs Francionem, Lucianum, & Iohannem Dioſcorus epũs, ad rñdendum ſuis accuſationibus, ſciens ſe eſſe obnoxium, venire cõtempſit. Quo igitur dignus eſt ita contemnẽs, veſtra ſanctitas ore proprio faciat manifeſtum. Sancta ſynodus dixit: Indignatione, quæ cõtra inobedientes a ſanctis regulis conſtituta eſt. Stephanus epũs Epheſi metropolis dixit: Hoc conſequens eſt, vt q ſecundum ſanctos canones vocatus, eoſdem canones cõculcauit, eorum ſentẽtiæ ſubiaceat. Paſchaſinus epũs dixit: Iterum rogamus veſtram beatitudinem. Ecce tertio a ſanctis fratribus, & coepiſcopis noſtris

Dioſcor⁹ nõ pmiſit ſibi legi ſynodi ſcripta.

ſtris vocatus, & contemnens, & nõ veniens, quo dignus eſt? Quid placeat veſtræ ſanctitati, volumus diſcere. Sancta ſynodus dixit: Quæ placita ſunt canonibus. Lucianus epũs dixit: A beatiſſ. patre noſtro, & epo Cyrillo in ſancta Epheſia ſynodo cõtra Neſtorium quædã acta ſunt, ipa inſpicientes, formã, quæ placuerit, date. Paſchaſinus epũs dixit: Iubet religioſitas veſtra, vt vltione eccleſiaſtica cõtra eũ vtamur? Cõſentitis? Sancta ſynodus dixit: Omnes cõſentimus, q̃ regulis ſunt placita, in eo fieri. Paſchaſinus eps dixit: Iubet religioſitas veſtra, vt eccleſiaſtica ſentẽtia aduerſus eũ vtamur? Sancta ſynonodus dixit: Etiã cõſentimus. Quintus epũs Phocenſis dixit: Qñ ſanctũ virũ Flauianũ catholicæ fidei cuſtodẽ interfecit, neq; canones protulit, neq; lecti ſunt, neq; aliquo eccleſiaſtico ordine vſus eſt, ſed propria vtens authoritate, eũ dãnauit. Nunc vero oĩa canonice placuerũt, & non debẽt iterũ dilationibus protrahi. Protherius epũs Smyrnẽſis dixit: Qñ interfectus eſt ſanctus Flauianus, nihil conſequẽter ſuper eum actũ eſt. Nũc vero tanti ſunt patres, & nunc iterũ protractiones tentatis exquirere oĩbus pie in ſancto concilio cõgeſtis? Iulianus epũs Hypepenſis dixit: Sancti patres audite. Qñ in Epheſia metropoli primatũ habebat Dioſcorus, ad iudicandũ inter ſanctũ Flauianũ, & religioſiſſimũ Euſebium epm, inter q̃ Eutyches ex omni parte iniquã proferẽs ſententiã, ipſe prius proſequutus eſt iniuſtũ iudiciũ, & oẽs cũ neceſſitate ſequuti ſunt. Nunc veſtra ſanctitas primatũ tenet ſanctiſſimi Leonis, & cognouit, vt veſtra ſanctitas & omne ſanctũ cõciliũ, q̃d ſecundũ dei grãm, & ſanctionẽ pijſſimorũ nrorũ Impatorũ cõgregatũ eſt, & cognouit ſingula, q̃ in Epheſo iniuſte facte ſunt, & oĩa, q̃ ibi geſta ſunt, vr̃æ ſanctitati innotuerũt. Et ſemel, & ſecũdo, & tertio vocauit Dioſcorũ, & nullatenus voluit obedire. Petimus veſtrã ſanctitatẽ, q habes, magis aũt q habetis locũ ſctiſſ. papæ Leonis, promulgare in eũ, & regulis inſitã cõtra eũ proferre ſnĩam. Oĩs eñ, & tota vniuerſalis ſynodus cõcors efficit vr̃æ ſanctitatis ſnĩæ. Paſchaſinus eps dixit: Iterũ dico: Quid placet beatitudini vr̃æ? Maxim⁹ eps magnæ Antiochenę ciui. dixit: Quod videt ſanctitate vr̃æ, & nos cõcordes efficimur. Paſchaſinus eps Lilibetan⁹ prouinciæ Siciliæ, & cũ ipſo Lucẽtius eps Eſculaneñ. & Bonifacius pbr̃ magnę Romanę eccleſiæ, tenẽtes locũ ſanctiſſ. & beatiſſ. archiepi aplicæ ſedis magnæ, & ſenioris Romæ Leonis pronũtiauerũt. Manifeſta facta ſunt, q̃ a Dioſcoro quondã Alexãdriæ magnæ ciui. epo cõmiſſa ſunt, aduerſus ſanctarũ regularũ ordinẽ, & eccl'iſticã diſciplinã, tã ex ijs, q̃ dudũ examinata ſunt in priore cõſeſſu, & ex ijs, q̃ hodie acta ſunt. Hic eñ (vt plurima intermittamus) Eutychen ſiĩa ſibi ſapientẽ, & regulariter a proprio dãnatũ epo (.i. ſanctiſſ. patre noſtro & archiepo quondã Flauiano) pſumẽs, ſibi primatum irregulariter in coĩone ſuſcepit, priuſq̃ cõſideret in Epheſo cũ deo amãtiſſ. epis. Sed illis quidẽ aplica ſedes veniã pſtitit de ijs, q̃ ibi nõ volũtarie ab eis geſta ſunt, q & hactenus permãſerũt obediẽtes ſctiſſ. archiepo Leoni, & omi ſctõ, & vniuerſali cõcilio. Huius gfa, & in ſua coĩone eos ſicut cõfideles ſuſcepit. Hic aũt & hacten⁹ pmãſit gloriãs in eis, pro qbus eũ oportebat gemere, & ſe terræ pſternere. Sup hæc vo, neq; eplam legi pmiſit beatiſſ. papæ Leonis, ſcriptã ad ſanctę memoriæ Flauianũ, & hoc frequẽter rogatus a portitorib⁹ recitari eã & cũ iuramẽto fieri lectionẽ pmittẽs. Qua nõ lecta, ſcãdalũ & læſionẽ ſanctę dei eccleſiæ p totũ orbẽ terræ ptulerũt. Sed tñ talib⁹ ab eo audacter cõmiſſis, deliberabam⁹, vt de priore ſua peſſima actione aliqua ei pſtaret clemẽtia, ſicut & cęteris reuerẽdis epis, & ijs q neq; ſimilẽ ei authoritatẽ iudicãdi habuerũt. Sed qm ſecũdis exceſſib⁹ priorẽ iniquitatem valde tranſcẽdit (præſumpſit eñ, & excõmunicationẽ dictare aduerſus ſanctiſſ. & beatiſſ. archiepm magnæ Romæ Leonẽ, inſup etiam & multi libelli, multis eius plenĩ iniquitatibus, cõtra eũ in ſancto & magno cõcilio oblati ſunt, & ſemel, & ſecũdo, & tertio per deo amãtiſſ. epõs regulariter vocatus, minime voluit obedire, propria vtiq; conſciẽtia ſtimulatus, & hos, q a diuerſis cõcilijs regulariter dãnati ſunt, contra diuinas leges ſuſcepit) ideo ipſe cõtra ſe elicuit ſententiã, ſæpius eccleſiaſticos cõculcãs canones. Vnde ſanctiſſ. & beatiſſ. archiepũs magnæ & ſenioris Romæ Leo, per nos, & p pſentẽ ſanctã ſynodũ, vna cũ ter beatiſſ. & omni laude digno beato Petro apoſtolo, q eſt petra & crepido catholicæ eccleſiæ, & ille, q eſt rectæ fidei fundamentũ, nudauit eũ, tam epatus dignitate, q̃ etiã & ab omni ſacerdotali alienauit miniſterio. Igit ſctã hęc, & magna ſynodus, q̃ placẽt regulis, ſup memorato Dioſcoro decernet. Anatholius archieps regiæ

De periurio notatur Dioſcorus.

A regiæ Constãtinopolis nouæ Romæ dixit: Hæc eadem, apostolicæ sedis per omia sapiens, cõcors sentẽtiæ efficior, super damnatiõe Dioscori quõdam Alexãdrinę magnę ciuitatis epi, q seipm ab omi sacerdotali ministerio ostẽdit alienum, eo q in omibus sanctorum patrum regulis extitit inobediẽs, & tertio canonice vocatus, noluit obtemperare. Maximus epus magnæ Antiochiæ ciuitatis dixit: Optabam quidem, nullum ex fratribus, & cõsacerdotibus quõdã meis talibus peccatis irruere, vt etiã regulis subiaceret. Qm vero Dioscorus quõdã Alexãdrinæ magnæ ciuitatis epus, super alia, & tertio ad se facta regulari vocatiõe, inobediẽs, visus est nõ occurrẽs, ideo eum ecclesiasticæ sniæ subiicio, sicut & sanctiss. & beatiss. archiepus, & pater noster Leo regiæ senioris vrbis Romæ, per vicarios suos sanctiss. epos Paschasinũ, & Lucentium, & religiosissimum pbrm eiusdem magnæ Romæ Bonifacium & sanctiss. & beatiss. regiæ nouæ Romæ archiepus Anatholius interlocuti sunt. Et ego his cõcors effectus, alienum eum iudico ab omni epali, siue sacerdotali dignitate, & ministerio. Stephanus epus Ephesi metropolis dixit: Et ego his, quæ dicta sunt a religiosiss. & sanctissimis Leone, & Anatholio super damnatiõe Dioscori quõdam Alexãdrinæ magnæ ciuitatis epi, cõcors efficior, & alienum eum ab omni sacerdotali dignitate esse definio. Lucianus epus Byziæ ciuitatis, agens vices deo amãtissimi epi Cyriaci metropolitanæ Heracliæ pro ipso dixit:

B His, quę secũdum deum, & magno cõcilio super damnatiõe Dioscori quõdam magnę Alexandrinæ ciuitatis epi bene placuerunt, cõsentio, alienans eum ab omni sacerdotali ministerio, & dignitate. Diogenes epus metropolis Cyzici ciuitatis dixit: Dioscorus quondam magnæ Alexãdrinæ ciuitatis epus, aduersus eum oblatis libellis, tertio regulariter per religiosissimos epos vocatus, & non obediens, semetipm hmõi increpationibus fecit obnoxium. Vnde & ego cõsentio his, quæ aduersus eum sunt definita, alienans eum ab omni sacerdotali ministerio, cõsentiens his, quæ statuta sunt a sanctissimo & beatissimo archiepo Romano Leone & his, quæ a sanctiss. & beatissimo regiæ nouæ Romæ Anatholio, & præsente sancto, & vniuersali cõcilio. Iulianus epus Coen. & legatus Romanæ ecclesiæ dixit: Mihi quidem lachrymarum fontes distillant, & tenet linguam ad explanationem cõmunis cõpassio, sed qm præter meum votum Dioscorus magnæ Alexãdrinæ ciuitatis epus tot seipm per inobedientiã criminibus monstrauit obnoxium, accusatus a diuersis in multis delictis, & tertio vocatus regulariter occurrere minime voluit, debilitate conscientiæ tentus, dolens, & gemens, dico, alienus est ab episcopatus dignitate, & omni sacerdotali ministerio. Eunomius epus Nicomediæ ciuitatis metropolitanus dixit: His, quæ sub diligentia sancti huius, & vniuersalis concilii

Iste nõ alĩq qui fuit

C examinatiõibus super Dioscoro, qui fuit magnæ Alexãdrinę ciuitatis episcopus, cum legitima cautela gesta sunt, & ego consequenter decerno, alienum eum iudicans a sede sacerdotali. Petrus episcopus metropolitanus Corinthi Achaiæ prouinciæ dixit. Consentio & ego his interloquutionibus, tam vicariorum sanctissimi, & beatissimi archiepiscopi maxime Romæ Leonis, & sanctissimi, & deo amantissimi, & omni laude supergressi Anatholii, super damnatione Dioscori, & alienum eum ab omni sacerdotali ministerio esse decerno. Eleutherius epus Chalcedonensis dixit: Omnibus iuste definitis a sancta hac, & vniuersali synodo aduersus Dioscorum quondam magnæ Alexãdrinæ ciuitatis epũm, concors effectus, alienum eum esse iudico ab omni sacerdotali dignitate, & ministerio. Theodorus epus metropolitanus Tarsensis dixit: Seipsum alienum fecit a sacerdotali dignitate Dioscorus, Eutychen, damnatum a sanctæ memoriæ Flauiano, in cõmunionẽ suã irregulariter suscipiens, super criminibus vero grauissimis accusatus, & vocatus a sancto, & vniuersali concilio, nõ obtemperans, vnde & a maximis sedibus tam magnæ Romæ, q̃ nouæ Romæ sanctissimarum ecclesiarum archiepis, Leone, & Anatholio iuste damnatus est. Quibus & ego concors effectus, interlocutus sum, alienum eum iudicans ab omni pontificali ministerio. Romanus epus metropolitanus Myrenæ ciuitatis dixit. Dioscorum accusatum per oblationem libellorum a religiosiss. epo Eusebio, insuper etiam & a diuersis clericis in sancta, & vniuersali synodo cõgregata, secundum sanctionem piiss. & Chrianiss. nostrorum Imperatorum Chalcedonensi ciuitate, tertia ad eum regulariter facta vocatiõe per reuerend. epos, vt veniret, & de his quæ ab eis ingerebãtur, sibi adesset, & minime obedientem, cõsono & ego, sequens sanctissimũ & deo amãtiss. Leonem senioris Romæ, & sanctiss. & deo amantissimũ archi-

epm nouæ Romæ Constātinopolitanum Anatholium,& oēe sanctum,& vniuersale D cōciliū profiteor prædictum Dioscorum Alexandrinæ ciuitatis quondam epm, contē nētem, & nō obedientē,alienum esse tam ab epatus dignitate, q̄ ab omni sacerdotali ministerio. Cyrus epūs metropolitanus Anazarbenæ ciuitatis dixit: Lamentatione qdem dignum est,aliquem patrum quondam nostro℞ huiusmodi incidisse delicta,quæ sacerdotali eum alienarent dignitate. Qm̄ vero ea,quæ super Dioscoro quondam epo magnæ Alexandrinæ ciuitatis subsecuta sunt,& tres, quæ ad eum factæ sunt vocationes, quibus noluit obedire,compulerunt sanctos, & beatissimos nostros patres regulariter & consequenter eum ab episcopali dignitate,& ministerio exterum cōstituere, hoc & ego,quæ ab eis recte,& iuste iudicata sunt,sequens,eadem decerno, alienum eum iudicans ab episcopali dignitate,& ministerio. Constātinus epūs metropolis Melitenæ ciuitatis dixit. Ploro quidem,& plango, per suos actus ruentem de episcopali gradu Dioscorum quondam Alexandrinæ magnæ ciuitatis epm. Tamen qm̄ consequenter,& canonice,& iuste aduersus eum a sancto, & beatissimo archiepo Leone, & beatissimo Anatholio archiepo nouæ Romæ Constātinopolitanæ,& sancto,& magno,& vniuersali Chalcedonensi cōcilio est prolata sentētia,cōcors efficior his, quæ super prædicto definita sunt,alienum eum iudicans ab omni sacerdotali ministerio. Seleucus epūs metropolitanus Sebastiæ Armeniæ primæ ciuitatis dixit: His, quæ legitime & canonice nuper prolata sunt ab apostolica Romana sede,per sanctiss. epos, q in eius loco aduenerunt,& a sanctissimo,& deo amantissimo archiepo nouæ Romæ Anatholio,& ab oīi E sancto cōcilio super Dioscoro magnæ Alexandrinæ ciuitatis quōdam epo,& ipse cōsentio,& cōcordo,& ab omni eum alienum iudico pontificatus ministerio. Iohannes epūs metropolitanus Sebastiæ ciuitatis dixit. Iusta, & regularis prolata sententia est a deo amātissimo,& sanctissimo patre nostro,& archiepo Romano Leone,& deo amantissimo,& sanctiss. archiepo Anatholio nouæ Romæ Constātinopolitano, & à sancto hoc,& vniuersali cōcilio super Dioscoro Alexandrinæ magnæ ciuitatis quondam epo Et ego oīibus,quæ super eum sunt placita,cōsentiēs,alienū eum iudico ab omni sacertali ministerio. Constātinus epūs metropolitanus Bostrenę ciuitatis dixit. Consentio & ego his, quæ diffinita sunt aduersus Dioscorum Alexandrinæ ciuitatis quōdam epm a vicarijs sanctissimi archiepi Leonis, deo amantiss. epis, & a sancto,& beatissi. archiepo regiæ Constantinopolitanæ ciuitatis nouæ Romæ Anatholio, & alienum eum iudico ab omni sacerdotali dignitate,& ministerio. Calogerus epūs Claudiopolis ciuitatis metropolitanus dixit: Consentio his, quæ regulariter & iuste super Dioscoro Alexandrinæ magnæ ciuitatis quondam epo facta sunt, decernens, eum alienum esse ab omni sacerdotali dignitate,& ministerio. Patricius epūs Tyanæ ciuitatis metropolitanus dixit: Ego quidem optabam,nō interesse audaciæ Dioscori, ita cōtemnentis tam diuinos canones,q̄ etiā sanctissimos patres,& archiepōs magnæ Romæ Leonem, & nouæ Romæ Anatholium,& omne sanctum,& vniuersale cōcilium. Quoniā vero, quæ com- F missa sunt,oēm repleuerunt regularem cōsequētiam,cōcors sum oīibus his,quę super eo a maxime deo amabili synodo ordinata sunt,alienū eū iudicans ab omni pōtificali ministerio. Amphilochius epūs metropolitanus Pamphyliæ prouinciæ Sidenæ ciuitatis dixit: Votum quidem mihi erat, nec qualecunq; quidem, maxime autem honoratum ecclesiæ membrum abscindere. Qm̄ vero Dioscorus Alexandrinæ magnæ ciuitatis quōdam epūs,super qbus accusatus est a quibusdā,tertio vocatus a sancto,& vniuersali cōcilio, minime occurrit, & super seipsum sanctæ synodi attraxit sentētiam,sibimet hoc ipsum iuste reputet. Epiphanius epūs metropolitanus prouinciæ Pamphyliæ Pergenæ ciuitatis dixit: Optabam quidem ex nulla parte, neq; super minores talem proferre sentētiam,qualem aduersus Dioscorum magnæ Alexādrinæ ciuitatis quōdā epm. Sed qm̄ seipm obnoxium cōstituit,nolens tertio a sancto, & vniuersali cōcilio vocatus,aduenire,& satisfacere de his,quæ ei ingerebātur,cōsentio cum oīibus his,quæ super eo iudicata sunt. Theodorus epūs metropolitanus Damascenæ ciuitatis dixit: Recte & iuste, & secūdum sancto℞ canonum normā sancta & magna synodus diffiniuit, quaten⁹ Dioscor⁹ sit alien⁹ a sacerdotali,& epali dignitate. Propter q̄d & ego alienū eū ab oīi sacerdotali ministerio iudico,cōcors effectus his,q̄ placita sunt(sicut p̄dixi) sanctę & magnæ synodo. Attic⁹ eps metropolis veteris Epiri Nicopolitanę ciuitatis dixit.

Regula-

A Regularem fidem sanctorum patrum decernentium dānationem Dioscori magnæ Alexandrinæ ciuitatis quondā epi, & ego sequens, concors efficior. Onesiphorus epūs metropolis Iconij ciuitatis dixit: Oportebat qdem, reuerendissimum Dioscorum & scientem regulas, & cōsuetudinem minime ignorātem, obtēperare his, quæ à sancto, & uniuersali cōcilio præcepta fuerāt, & tertio vocatum eum per deo amātissimos epos, aduenire in sanctum cōcilium, ad satisfaciendum de his, quę ei ingerebātur. Basilius epūs metropolitanus Traianupolis ciuitatis dixit: His, quæ placuerunt sancto cōcilio super Dioscoro, cōsentit & mea paruitas. Florentius epūs metropolis Sardenæ ciuitatis, dixit: Sequens & ego hæc, quæ decreta sunt a sanctiss. & beatiss. papa Leone, per eius beatitudinis hic inter gesta vicarios, & per alios sanctos epōs, Dioscorum magnæ Alexandrinę ciuitatis epm alienū a sacerdotio, & cōiōe ecclesiastica decerno, propter suprascriptas culpas. Francion eps metropolitanus Philippipolis ciuitatis dixit: Cōcors & ego efficior apostolicæ sedi, & sanctiss. & deo amantiss. archiepo Anatholio nouæ Romæ Cōstantinopolitanæ ciuitatis, & præsenti sancto, & vniuersali cōcilio, de dānatiōe Dioscori Alexādrinæ magnę ciuitatis qndā epi, & iudico alienū eū eē, tā a dignitate sacerdotali, q̄ etiā cōiōe terribilis* mysterij. Iohānes eps metropolitan9* Rhodi insulæ dixit.

*als, ministerij

B Omnibus iuste, & regulariter de his, a sancta hac, & vniuersali synodo aduersus Dioscorum magnæ Alexādrinæ ciuitatis quōdam epm cōcors & ego effectus, alienum eum iudico ab om̄i sacerdotali, siue etiā epali dignitate, & ministerio. Petrus epūs metropolitanus Gangrenæ ciuitatis, dixit: Quæ placuerunt apostolicæ sedi, & sanctis patribus super dānatione Dioscori, his & ego consensi. Photius epūs metropolitanus ciuitatis Tyri dixit: Iuste & regulari sententiæ, quæ facta est in Dioscorum magnæ Alexandrinæ ciuitatis quondam epm, a sanctissimo, & beatissimo archiepo Leone, & sanctissimo, & beatissimo archiepo huius regiæ vrbis Anatholio, & a sancto, & vniuersali concilio, quod scdm decretū dei, & imperialem sanctionē in Chalcedonensi ciuitate factum est, consentio, & decerno ea, quæ super eo sunt placita, & alienum eum habeo ab omni sacerdotali dignitate. Nunechius epūs metropolitanus Laodiceæ ciuitatis dixit. Secundum ea, quæ definita sunt a deo amantiss. & sanctiss. patre nostro, & archiepo senioris Romæ Leone, per directos ab eo deo amātissimos epōs, & deo amātiss. presbytero Bonifacio, & a deo amantiss. & sanctiss. Anatholio archiepo nouæ Romæ Constantinopolitanæ ciuitatis, & omni præsenti concilio, iudico & ipse Dioscorum Alexādrinæ magnæ ciuitatis quondam epm, alienum esse ab omni sacerdotali ministerio. Pergamius epūs metropolitanus Pisidiæ prouinciæ Anthiochenæ ciuitatis dixit: Plurimam olim confusionem contra diuinos canones operātem Dioscorum magnæ Alexandrinæ ciuitatis quondam epm, & post multa aduersus eum a diuersis personis in sancta, & magna synodo in scriptis deposita, vocatum eum probabiliter non semel, neq; secundo, sed tertio, & aduenire minime passum, sed aliqua inconsequenter, & indecenter responsa facientem, & propter hoc iuste damnatum ab vniuersali hoc sancto concilio, alienum eum esse a sacerdotali ministerio, & dignitate, similiter & ego prædictis increpationibus subiacere eum decerno. Meletius epūs Larissenæ ciuitatis, faciens verba pro Domno sanctissimo episcopo metropolitano Apamiæ ciuitatis, dixit: Hæc eadem & ego decerno, concors effectus sanctis patribus aduersus Dioscorum magnæ Alexandrinæ ciuitatis quondam epm, & eum alienum facio ab omni sacerdotali ministerio, & dignitate. Critonianus episcopus metropolitanus Aphrodisiadæ ciuitatis dixit: Secundum prolatam sententiam aduersus Dioscorum magnæ Alexandrinæ ciuitatis quondam epūm, a sanctissimis, & deo amantissimis archiepiscopis, & patribus nostris magnarum, & regalium vrbium, secundo, & tertio regulariter vocatum, & minime obedientem, & ego concors effectus eidem sententiæ, alienum eum definio ab omni sacerdotali ordine, & ministerio. Symeon episcopus metropolitanus * Amidenæ ciuitatis, dixit. Concors & ego sum regulariter gestis super damnatione Dioscori quondam episcopi Alexandrinæ magnæ ciuitatis, a sanctissimo, & deo amantissimo archiepiscopo nouæ Romæ Constantinopolitanæ ciuitatis Anatholio, & sanctissimis, & deo amantissimis episcopis in sancto hoc concilio congregatis, alienum iudicās eundem Dioscorum ab om̄i episcopali dignitate, & ministerio. Theoctistus episcopus metropolitanus Pessinuntenæ ciuitatis dixit. Consentio & ego omnibus, quæ aduersus

*als, Amedens

Piissimis & fidelissimis, & Christianissimis Imperatoribus, ac triumphatoribus Valentiniano, & Martiano semp Augustis sancta, & magna synodus secũdũ dei grãm, & sanctionẽ vestræ pietatis cõgregata in Chalcedonensiũ ciuitate. Magnæ ægritudines & medicamine forti, & medico indigent sapiente. Propter hoc igitur omnium dominus passionibus orbis terræ sicut medicum optimũ vestram superinstituit pietatem, vt has congruentibus sanetis medicaminibus. Vos vero Christianissimi diuinum suscipientes decretum prę alijs hominibus, competentem diligentiam adhibuistis ecclesiis, pontificibus concordiæ medicinam machinantes. Vndique enim nos congregantes, omne commodastis auxilium, quatenus vt factæ interimantur discordiæ, & paternæ fidei doctrina roboretur. Nos igitur * confidentes, & vniuerso orbi factæ tempestatis causam inquirentes, huius rei authorem comperimus Dioscorum quondam Alexandrinorum episcopum. Primum quidem, quia epistolam à sanctissimo archiepiscopo senioris Romæ Leone directam, ad sanctæ memoriæ Flauianum quondam Constantinopolitanæ vrbis episcopum, recitari prohibuit reuerendissimis episcopis Ephesi congregatis, & hæc post promissiones suas & iuramenta plurima, sicut nos præsentes nouimus. Secundo vero, quia Eutychi ægrotanti impietate Manichæi, & legitime abdicato, tam sacerdotiũ, quàm monachorum principatum ante decretum synodale irregulariter reddidit. Et hæc cum sanctissimus & beatissimus magnæ Romæ archiepiscopus Leo per easdem literas conuenientia decreuisset, & scelestam Eutychis in scriptis damnasset perfidiam, dicentis: Confiteor quidem ante adunationem ex duabus naturis dominum nostrum Iesum Christum, post vero vnitionem vnam esse naturam, & quia in deo amantissimũ epũm Eusebium iniqua commisit. Adhuc autem & quosdam a diuersis concilijs rite damnatos, in communionem propria authoritate suscepit, * sanctis regulis præcipientibus, excommunicatos ab alijs in communionẽ alios non debere suscipere. Et forte super tantis, ac talibus

F

alias, considerantes

Regula siue decretũ de excõnicatione

A talibus iniqtatibus veniam adipisci potuisset, si per dignam pœnitētiam adsciseret medicinam ab hoc vniuersali concilio. Sed quoniam super alias suas nequitias & aduersus ipsam apostolicam sedem latrauit, & excommunicationis literas aduersus sanctissimũ, & beatissimum papam Leonem facere conatus est, & in prioribus arroganter perstitit iniquitatibus, & aduersus præsentem sanctam, vniuersalem, & magnam synodũ procax existens, atq; diuersis contra se factis accusationibus, omnino contemnens, responderenon passus est, semel quoq;, ac secundo, & tertio secundum sanctas regulas euocatus, despexit occurrere, decenter ab vniuersali concilio sacerdotio est nudatus, & ab episcopali dignitate pronuntiatus est alienus, vt his similia perpetrare tentantibus, disciplinæ fieret & sobrietatis exemplũ. Quoniamquidē & diuinæ præcipiunt leges, aperte dicentes: Expellite malũ a vobismetipsis. Quid aũt peius est tantis in rebus delinquēte, & ita diuinos canones conculcante, & vniuersum orbem terræ fluctuatione & tempestate replente, & mēbra ecclesiæ dissipante, & hæc eadem aduersus se inuicem armante? Quoniãuero inueniet aliquis & medicũ (quando viderit mēbrum teneri incurabili passione, & corpus omne pestiferum) ferro vtētem, & abscindentem male se habenta, vt alijs corporis partibus conferat sanitatem. Hæc vero pium vestrũ docemus imperium, vt & illius malitiam, & in eum prolatæ (quod deo teste dicimus) iustæ sen-B tentiæ synceritatē consideretis. Credimus enim cōsonos nobis fieri & vos pijssimos & Christianissimos Imperatores, scientes vestri venerabilis imperij circa malos horrorem, & quantã pacis ecclesiasticæ geritis prouidentiam experimento edocti. Cuius gratia, & omnium deum petimus, vestrum amplius custodire imperiũ, & pietatē solito more protegens, & tranquillæ vniuersum orbem terræ regens, & iustitiam singulis subditis iudicans, & resistentes manus hostium subiugans, & vestris sceptris obtemperare compellens. Vt aũt, quæ bene & secundum deum cum sanctis regulis definita sunt, manifestius cognoscat Christianissimũ vestrũ imperiũ, & ipa, quę subsecuta sunt monimentoꝵ gesta, cũ omniũ nostroꝵ subscriptione huic relationi sociauimus.

Deute. 13. d & 19. b

¶ Propositio edicti Chalcedoneñ. concilij contra Dioscorum.

SAncta, & magna, & vniuersalis synodus, quæ per gratiam dei secundũ sanctionē pijssimoꝵ, & deo amantissimoꝵ Imperatoꝵ nostroꝵ in Chalcedonensi prouinciæ Bithyniæ ciuitate collecta est, in ecclesia sanctissima & decore ornata Victricis sanctissimæ martyris Euphemiæ, omni dilecto in Chr̃o Constantinopolitanæ populo ciuitatis simul & Chalcedonensis. Peruenit ad sanctũ, magnũq; conciliũ, ꝙ post sacerdotij ablationē ex diuinis regulis descendentē, Dioscorus, q fuit Alexandrinoꝵ magnæ ciuitatis epũs, diffamare præsumit, rursus se fore sacerdotiũ receptuꝵ, quod prius habuit, & nõ ad placãdũ largitorē Christũ, sed ad iniqtatē, corruptionēq; canonũ diui-C noꝵ ecclesiastico est ordine hoc abusus. Vt igitur cũcti, q sane fidei sunt alumni, certũ & indubitatũ teneatis, ꝙ iusta sit sup eũ a sancto, & vniuersali cõcilio decreta deiectio, iustũ iudicauimus has literas promulgare, signãtes, ꝙ q talia perpetrauit, q̃ ab omnium dñatore deo, & a tãta epoꝵ multitudine ignosci nõ debeãt, sacerdotali gratia denudat⁹ oĩno nullã restaurationis spem poterit obtinere, qppe q̃ proiecto, vna qeuit & scãdalũ.

¶ Damnatio missa Dioscoro a sancto concilio Chalcedoneñ.

SAncta & magna, & vniuersalis synodus, q̃ gratia dei secũdũ cõstitutũ pijssimoꝵ, & deo amãtissimoꝵ principũ nr̃oꝵ collecta est in Chalcedonensiũ ciuitate Bithyniæ in basilica sanctissimæ & bonæ victricis martyris Euphemię, Dioscoro. Cognosce teipm, propter ꝙ diuinos canones despexisti, & inobediens extitisti huic sancto, & vniuersali cõcilio, sup quæ hæc, ꝑter alia tua cõmissa, in qbus inuētus es reus, etiã tertio euocatus ab hac sancta, & magna synodo secundũ diuinas regulas, vt accusationibus r̃nderes, minime occurristi, Octob. mēse ꝑsenti, tertiodecimo die, a sc̃õ, & vniuersali cõcilio eē ab epatu depositũ, & ab omi ecclesiastica sanctione submotum.

¶ Item clericis Alexãdrinis, q erant Chalcedone de damnatione Dioscori.

SAncta, & magna, & vniuersalis synodus, q̃ gratia dei secũdũ sanctionē pijssimoꝵ, & amãtiũ Christũ Impatoꝵ nr̃oꝵ collecta ē in Chalcedoneñ ciuitate Bithyniæ regionis, in martyris sanctissimæ & bonæ victricis Euphemiæ ecclesia, Charmosino presbytero & dispensatori, & Euthalio diacono reuerendissimis, & cæteris clericis, q hic sunt. Cognoscat reuerentia vestra, Dioscorum (qui fuit vester epũs, multis modis depre-

deprehensum in diuinarum regularum læsione & ecclesiastici ordinis, insuper vero & huic sanctæ, & vniuersali synodo cõtumelias irrogãtem, & q̃d tertio euocatus scd̃m diuinos canones, cõtempsit ocurrere) hesterno die, q est pñtis Octobris mẽsis tertiusdecim⁹ dies sabbati, a sctã & vniuesali synodo (scd̃m q̃d placuit ecclesiasticæ disciplinæ) tã ab epatu esse depositũ, q̃ & ab om̃i ecclesiastico gradu factũ extraneũ. Custodite igit̃ res ecclesiasticas vniuersas, tanquam q reddituri estis rõnem ei, q secundum dei voluntatem, & nutum pijssimorum, & deo amãtissimorum Imperatorum nostrorum Alexãdrinæ magnæ ciuitatis sanctissimæ ecclesiæ est ordinandus epus.

¶ Ex codice Acumiceñ. Græco in Latinũ relatio sanctæ synodi Chalcedoneñ. ad sanctæ memoriæ Pulcheriam augustam de damnatiõe Dioscori.

PIissimę, & Chr̃m diligẽti, deoq; dilectissimę reginę, & augustę, custodi catholicę & orthodoxæ fidei filiæ Pulcheriæ, sctã, & magna synodus, q̃ scd̃m dei grãm, & vr̃i imperij sanctionẽ, in Chalcedonẽsiũ metropoli cõgregata ẽ. Multa tibi bona præstent, q̃ donãte digna sunt saluatore, q̃ amas Chr̃m filia & augusta. Loquentes em̃ nos ad alumnam fidei, oportet ab orõnibus inchoare, atq; hinc deo laudes offerre, qa iuxta ipsam dñi euãgelicã vocẽ, lucet lux meritorum vestrorum corã cunctis hoĩbus, & bona opa vr̃a cernẽtes, glorificãt patrẽ nr̃m, q ẽ in cœlis. Ecce em̃ cũctis pietatis vr̃æ fulgor irradiat, impletus est per vos doctrinæ aplicæ cursus, & zelo vestri amoris in deũ ignorãtiæ caligo pculsa est, & fidei declarata cõcordia, nec vltra hæreticę pestilẽtiæ nobis sunt importuna zizania. Cõsonamus vniuersis magisterijs pietatis, vestris id adiuti laboribus impetrãtes. Per vos em̃ nobis fideliũ gregibus caule replent̃, per vos nunc, q olim fuerant dispersi, cõcurrunt, suntq; pastores ouibus restituti, & magistri discipulis. Qui em̃ dispergebat, extinctus est, sopitus est persecutor, princeps tẽpestatis explosus est, ipsiq; naues suas in cursu repetiere rectores, Chr̃o ad intelligẽtiã prospere dirigẽte, q ostẽdit in Leone mirabili veritatem, q sicut sapiẽte Petro, ita & isto vtitur assertore. Et nos qdẽ desiderauimus, vt om̃e membrũ nobiscũ pariter fraterna cõcordia chorum gaudij celebraret, sed qa solus ille, q Alexandrinorum tenuit præsulatũ, vltro semetipm̃ a tantorum bonorum collegio pepulit, & nos ei cum tristitia, & lachrymis denegauimus cõionis nostræ cõsortium. Quia & saluator noster, q vult om̃es hoĩes saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire, illum quẽ sordida indutum veste cõspexit, regali aula cõpetenter exclusit. Cui, qa similem cõperimus esse Dioscorum, ob hoc eũ a sacerdotij dignitate cõtra vota nostra defiximus alienum. Fratribus em̃ scandala ponebat, vt nequã, in ore suo abundauit nequitia, fallacia sua lrarum Romani põtificis abnuẽs lectionẽ. Vnde qa semetipm̃ nõ exhibuit bonis exemplũ, remãsit sicut statua salis, vt terreat delinquẽtes, dum per illa, quę gessit, pro nobis suis adiudicatoribus satisfaciat, eo q; ex nulla duritia, quinimmo, nec quanta adhuc exigebat iustitia, sentẽtiæ aduersus eum decreta protulimus. Vnde præsumentes, ea, quæ placuerunt, vestro insinuamus imperio, vt illum pro suis erroribus execretur, nostram vero sententiam probet, a quibus pro totius corporis prouidẽtia, quod cõputruerat est abscissum. Estote igit̃ incolumiũ protectores, & sicut pij roborate fideles, & diuinæ in vobis prouidẽtiæ largitori hanc vicissitudinem repensate, vt tali pretio illum obtineatis honorem, q nulla successiõe finiet̃, & imperiali corona coronã immarcessibilẽ cõparetis. His em̃, qui pie dispensationẽ rerum peragũt terrenarum, necessario cœlestia repẽduntur, & maxime vobis, o fidelissimi, qbus & inter tanti onera principatus, in oratiõibus tota vita cõsistit, quorum cõuersatio est in psalmis, & apud quos dignitate videntur ornati, q se humiliant propter deum. (Aut certe sic interpretandum) qui dum dignitatem geratis, estis tamen humiles propter deum, qbus religiõnis est (vt ad eos facile accedat̃) & zelus ille cœlestis, quatenus omnibus, qui ad vestrum pertinẽt principatum, fructum prouideant veritatis.

Matth. 5. b

1. Timot. 2. a

Matth. 22. b

¶ Edictum siue leges sanctæ memoriæ Martiani Imperatoris, quos quidem leges beatissimus papa Leo in suis confirmauit epistolis, quibus interdicuntur prohibenturq; disputationes Chr̃ianorum cum Paganis & Iudæis, & confirmantur Chalcedoneñ. concilij ædita atq; statuta.

IMperatores Cæsares Flauius Valentinianus pontifex inclytus, Germanicus inclytus, Alamannicus inclytus, Sarmaticus inclytus, tribunitiæ potestatis vicies septies, Imperato. vicies septies, consul septies. Et Flauius Martianus pontifex inclytus

A inclytus, Germanicus inclytus, Sarmaticus inclytus, Alamannicus inclytus, Francus inclytus, tribuniciæ potestatis, vicies septies Imp. cõsul semel de prohibitis disputationibus a Christianis ciuibus nostris Constãtinopolitanis. Tandem aliquando, quod summis votis atq; studijs optabamus, euenit. Remota est de orthodoxa Christianorũ lege contentio, tandem remedia culpabilis erroris inuenta sunt, & discors populorũ sententia in vnum consensum, concordiamq; conuenit. E diuersis enim prouincijs religiosissimi sacerdotes Chalcedonã venerunt iuxta nostra præcepta, & quid obseruari in religione debeat, perspicua definitione docuerũt. Cesset igitur iam prophana contẽtio. Nam vere impius atq; sacrilegus est, qui post tot sacerdotum sentẽtiam, opinioni suæ aliquid tractandũ relinquit. Extremæ quippe demẽtiæ est, in medio, & perspicuo die commenticium lumen inquirere. Quisquis enim post veritatem repertam, aliqd vlterius discutit, mendacium quærit. Nemo itaq; vel clericus, vel militaris, vel alterius cuiuslibet cõditionis de fide Christiana publicæ turbis adunatis, & aduenientibus tractare conetur in posterũ, ex hoc tumultus & perfidiæ occasionem requirens. Nam iniuriam facit iudicio religiosissimę synodi, si quis semel iudicata, ac rectæ disposita, reuoluere & publice disputare contendit, cũ ea, quæ nunc de Christiana fide statuta sunt, ac iuxta apostolicas expositiones, & statuta sanctorum patrum trecentorũ decem & octo B & centum quinquaginta definita eẽ noscũtur. Nam in contemptores huius legis pœna non deerit, quia non solum contra fidem bene compositam veniunt, sed etiã cũ Iudæis & Paganis ex huiuscemodi certamine prophanant veneranda mysteria. Igitur si clericus fuerit, q publice tractare de religione ausus fuerit, a cõsortio clericorum remouebitur. Si vero militia ꝑditus sit, cingulo spoliabitur. Cæteri etiam huius criminis rei de hac sanctissima vrbe pellentur, pro vigore iudiciario etiam competentibus supplicijs subiugandi. Constat enim hinc hæreticæ insanię exordia, fomitemq; præberi, dum publice quidam disputant atq; contendunt. Vniuersi ergo, quæ a sancta synodo Chalcedoneñ. statuta sunt, custodire debebunt, nihil postea *dubitantes. Hoc itaq; nostræ cõmoniti serenitatis edicto, abstinete a prophanis vocibus, & vlterius definite de diuinis disputare, quod nephas est. Quia nõ solum diuino iudicio peccatum hoc (prout credimus) punietur, verum etiam legum & iudicum authoritate coercebitur. Datũ Constantinopoli. VII. Kalendas Februarij, Sporatio viro clarissimo, & qui fuerat nũciatus, consulibus.

L. Nemo. C. de sum. tri. & fide cath.

al. dubitaturi

¶ Martiani Imperatoris edictum ad Constantinopolitanos ciues de confirmatione gestorũ Chalcedoneñ. synodi, & eorũ obseruatione.

Venerabilem catholicæ orthodoxorum fidei sanctitatem manifestam, & indubitatam vniuersis constituere cupiẽs nostra serenitas, vt maior erga diuinitatis obsequia hominibus religio traderetur, tantam, atq; talem synodũ ex omnibus pene prouincijs coadunatis episcopis, in Chalcedonensi ciuitate colligi iussit, atq; ibi plurimis diebus tractatu habito, quod verum, & infucatum Christianæ fidei esset, inuenit. C Votis etenim, & orationibus plurimis exorauere diuinitatẽ, quatenus sancta, & plena eos veritas nõ lateret. Secutiq; sunt statuta venerabiliũ patrum, ea videlicet, quæ apud Nicæam trecentorum decẽ & octo sanctorũ episcoporũ sunt sententia definita, similiter, & quæ centum quinquaginta in hac amplissima coadunati vrbe cõstituerunt, atq; ea, quæ apud Ephesum pridem statuta sunt, cum beatissimæ recordationis Celestin[9] Romanæ vrbis, & Cyrillus Alexandrinæ ciuitatis episcopi, inuenere veritatem. Quo tẽpore etiã Nestorianus error exclusus est, eius authore damnato. Quibus ita rite, & venerabiliter apud Chalcedonam inquisitis, Eutyches, qui plura affirmabat illicita, cũ sua assertione deiectus est, ne decipiendorum vlterius ei hominum præberetur facultas. Ordinatis itaq; religiose, & fideliter, quæ venerandam orthodoxorum fidem fundasse noscuntur, ita vt nulla in posterum dubitatio, vel illis, q calumniari diuinitatem assolent, relinqueretur, sacro nostræ serenitatis edicto venerandam synodum confirmantes, admonuimus vniuersos, vt de religione disputare desinerent, quoniam vnus & alter tanta secreta inuenire non posset, maxime, cum summo labore, & amplissimis orõnibus tot venerabiles sacerdotes, nisi deo (vt credẽdũ ẽ) authore, ad indaginẽ veritatis nõ potuerint ꝑuenire. Verũ sicut manifesta rõne cognouimus, nõ desinũt qdam in eadẽ peruersitatis insania ꝑmanere, & publice de religione cõtẽdere populis coadunatis,

& myste-

&mysteria diuina Iudæorum Paganorumq; sub obtutibus publicare, & prophanare, quę rectius colenda sunt, q̃ ingrenda. Oportuerat itaq; in eadem pertinacia cõsistentes, sta tuta dudum aïaduersiõe cõpesci, vt pœna corrigeret, quos reuerentia iussionum emendare nõ potuit. Verum in hoc secuti cõsuetudinem nostrã,* noscentes pr̨e omnibus, q̄ diuinitas pietate lætetur, pœnã nocentium credidimus differendã, iterata hac sancientes nostræ clementiæ iussiõe, vt in futurum a prohibitis oĩes abstineãt, nec conuenticula colligãt super religione certãtes, qa in hmõi peruersitate & vanitate detecti, & statutas dudum sucipient pœnas, & iudiciario motu (prout religiosis temporibus cõuenit) puniẽ tur. Oportet eñ Chalcedoneñ. synodum sequi, in qua, omnibus diligenter quæsitis, ea definita sunt, quæ pridem tres prædicti cętus apostolicã fidem secuti, oĩbus obseruanda tradiderunt ciuibus Constãtinopolitanis. Datum. iiij. Idus Martij Constãtinopoli Sporatio viro clariss. & q fuerit nuntiatus, cõsulibus. Et eodẽ exemplo scriptum, Palladio viro illustri prætori Orientis. Valentiniano viro illustri prætori Illyrici, Taciano viro illustri præfecto vrbis, Vincomalo viro illustri, magistro officiorum, & cõsuli designato.

ał's, nocentes nostra

Interpretatio legis Theodosii iunioris, quã pro Eutyche seductus a Chrysaphio promulgauit. Quæ nunc ideo ponitur, vt qa beatæ memoriæ principis Martiani lex hãc subsecuta destruxit, etiã tali collatione noscatur, q d amplectendum, qdq; euitãdum sit de hæreticis Nestorianis, & fide catholica. Olim qdẽ prius Nestorius, q fuit Constantinopolitanus epũs, noua & pestifera (præter illa, quæ tradita sunt, tentãs inducere) dogmatum Chrĩanorum puræ & orthodoxæ fidei cõtraria, a sancta synodo est eiectus, quę Epheso ex vniuerso orbe principali sanctiõe cõuenit. Quæ sancta synodus pariter cõfirmauit etiam catholicã fidem, ab epĩs, q Niceæ cõgregati sunt, traditã. Et nos confirmãtes, quæ salubriter definita sunt ab eodem sancto cõcilio, quod Ephesi cõgregatũ est, generalem promulgauimus legem, quæ tã prædictum Nestorium, q̃ eos, q ei similia sapiunt, dãnat, præcipientes, ne Chrĩano saltem nomine censerent, sed vt Symoniani potius vocarent, qm̃ blasphemiam Symonis dilexerunt. Definiuimus eñ, cæteris eos debere vltionibus subiacere, quas cõtinet præfata præceptio. [Hic iam male] Qm̃ vero præsenti tempore, dum post illa iam pridem quietæ essent ecclesiæ, Flauianus Constantinopolitanus epũs, & Eusebius alter epũs perniciosas seductiones sequendo Nestorij schismata sectiones ecclesiis iniecerunt, præcepimus rursus in eiusdem ciuitatis Ephesiæ sanctiss. ecclesiæ vtiq; denuo cõuenire cõcilium, vt cum oĩi subtilitate vera fide firmata a sanctis ecclesiis, iniecta per eos hæresis auferretur. Hæc ipsa igitur sancta synodus definiuit, obtinere qdem fidem, quæ Niceæ a trecentis decem & octo patribus tradita est, excludi vero ab epãtu nõ solum Flauianum, & Eusebiũ, sed & Domnũ, qui fuit Antiochenus epũs, & Theodoretum, & alios quosdam, q in eadem præfatæ hæreseos cæcitate participant, & ob hoc sacerdotalibus indigni sunt sedibus. Et nos igitur eiusdem sanctæ synodi decreta laudamus, atq; firmamus, hanc orthodoxam fidem putãtes, atq; nominãtes, quæ a trecentis decem & octo patribus exposita est, & firmata in sanctis cõcilijs, quæ Ephesi cõgregata sunt. Vt vero & in reliquum tempus perfectissima fiat totius solutio quæstionis, iubemus, vt in omni orbe terrarum, huic ipsi fidei, q̃ in Nicea prolata est, vndiq; epĩ vniuersi subscribant per metropolitanos singulorum locorum, & hoc ipsum nobis per proprias eorum literas intimet. Omnino autẽ nullus, q Nestorij, ac Flauiani, & eorum, q eiusdem sententia hæreseos detinent, vllo modo epũs ordinetur, sed & si qs iam maligno præuentu est ordinatus, aut si qs de cætero per concursum fuerit, simulationemq; prouectus, hic orthodoxorum proijciat decreto põtificum, & nec vsq; ad verbũ eidem sanctæ fidei vel adijciatur aliqd, vel dematur. Sed nec habeat aliqs, aut legat, aut transscribat, proferatve Nestorium, vel terminos eius, aut codices noxios, & maxime, quos cõtra solas Porphyrius ædidit Chrĩanas literas, neq; Theodoreti scripta, sed qcũq; hmõi codices habet, publice illos proferat, & cunctis videntibus igni tradãtur. Et eos, q hãc religionem colunt, vel doctores eorum, nullus neq; in ciuitate, neq; in agro, neq; in suburbio suscipiat, neq; eos secum patiatur habere cõsessum, alioquin rebus eius publicatis, ipse perpetuo exilio relegabitur, quisqs hoc egerit, vel qualislibet extiterit, vel quisqs codices habuerit, interdictã fidem Nestorij ac Theodoreti cõtinẽtes, vt interpretatiões eorum, vel q vocãtur sermones allocutorij, siue traditiões, hisdem tormẽtis subiaceat, vel si ea, q̃ sunt ab illis cõposita, alterius noĩe fuerint ꝑnotata. Finis.

Mala definitio Theodosij

Hec lex

A Hæc lex de Nestorio recte cõtinẽs ẽ,cõtra orthodoxos vero peruerse. Sed pro illa nihilomin⁹ vtilitate inserta est, vt sciat lector, qa sequẽs lex principis Martiani ideo nominatim de Iba nil dixit, qm̃ nec in ista sic legit, sed specialr̃ ab ista dãnatos specialr̃ soluit, generalr̃ vero & illa gñaliter attingit. Sicubi aũt de Iba in huius legis(q̃ sequitur)exemplaribus inuenitur, vt superfluum deputetur, qa & nos ita nos alicubi posuisse recolimus, quod ex verioribus Acumiceñ. exemplaribus duximus emendandum.

¶ De infirmãdis ijs, q̃ cõtra sanctæ memoriæ Flauianũ epm̃ Cõstãtinopolitanæ vrbis sunt iniuste prolata, & confirmandis ijs, quæ meliori tractatu postea de eo sunt prolata a sancta synodo Chalcedonensi.

IDem augusti, id est, Valẽtinianus & Martianus Palladio præfecto prętorio℞ Oriẽtis. Gloria nunq̃ gloriosa morte perimit, nec pereunt, cũ deficiẽt virtutes. Imo etiã obitu existimatio augeť bono℞, qa oĩs aduersum mortuos euanescit inuidia. Inde tanto studio ac præconijs maio℞ facta laudanť, inde optimo℞ maxima cũ veneratione memoria celebrať, inde magno℞ animi viro℞ exit⁹ appetiuere vere gl'iosos, qa cõpertũ erat eos solũmõ ꝑpetue mori, q̃℞ de vita ac morte taceret. Iudicia vel inuidiã esse, etiam præsenti in tpe diuinũ oſtẽdit, humanũq́ꝫ iudiciũ. Cũ em̃ falsa inuidia, & improbe concinnata calũnia, religiosæ ac venerabilis recordatiõis Flauianus huius almæ vrbis epũs, B episcopatu fuisset expulsus, quãuis hoc fuit plenius retinere sacerdotiũ fidẽ, quam acceperat cõseruare(is em̃ solus est, q esse mereť epũs)tñ ita eius reliquias & expetijt hæc sacratissima ciuitas, & recepit, vt beatior omni viuẽti videreť, vt exitus ille, q putabať acerbus, optãdus credať fuisse, quo illam immortalem mercatus est laudẽ, sequutũ est illud, q̃d meritis eius diuinitas pręstitit, vt venerabilis synodus innumerabiliũ pene sacerdotũ Chalcedone cõueniret, q̃ dũ fidẽ diligẽter inquirit, authoritate beatiss. Leonis epi æternæ vrbis Romæ & religionis fundamẽta cõstituit sanctæ ciuitati, & Flauiano palmã mortis tribuit gloriose. Ergo qm̃ venerabilis recordatiõis Flauianus tãto, ac tali decoratus ẽ testimonio, vt Eutyches, q cõtra senserat, cũ sceleratis dictis suis ab oĩbus vno ore dãnareť, aboleať ille a cõstitutiõe, q̃ subreptiõe scelerato℞ post obitũ sanctæ memoriæ Flauiani aduersus eũ lata cognoscit, cessetq́ꝫ in totũ, cuius initiũ fuit iniquũ, & iniusta sñia. Nihil obsit Eusebio q̃q́ꝫ, & Theodoreto religiosis epis, q eadẽ lege cõtinẽtur, qm̃ nõ possunt sacerdotes cõstitutione dãnari, q̃s synodicũ ornat sup̃ cõseruãda religione decretũ. Expulsa itaq́ꝫ illa sanctione, retineat vitæ gloriæq́ꝫ Flauianus, quã mereť, ꝑpetuã laudẽ, cæteris cõstãtiæ erga fidẽ, futurus exẽplũ. Illa igiť & magnifica authoritas tua hãc saluberrimã legẽ, edictis propositis, ad oĩm notitiã faciat puenire. Datũ Cõstantinopoli pridie Nonas Sporatio viro clarissimo, & qui fuerit nuntiatus, consulibus, Palladio præfecto prætorij.

¶ De cõfirmãdis, q̃ a synodo Chalcedoneñ. cõtra Eutychen, & eius monachos cõstituta sunt, Idẽ augusti Palladio præfecto prætorij. Et eodem exemplo Valentiniano p̃fecto Illyrici, Taciano p̃fecto vrbis, Vincomalo mgr̃o officio℞, & cõsuli designato.

C AMplæ oĩpotẽti deo referẽdæ, ac tribuendæ sunt gr̃æ, ꝙ scelera nec latere concedit, nec durare impunita pmittit. Ho℞ em̃ alte℞ lædẽdi habet plurimã facultatẽ, alte℞ peccãdi cæteris p̃stat exẽplũ. Curæ igiť eẽ diuinitati, hoĩm actus, & maxĩe reuerẽtiã religionis proxime in cõfirmãda catholica fide euidẽter apparuit, cũ Eutychen scelerato℞ dogmatũ sectatorẽ nec latere(vt diu lateret)siuit, nec patefacto scelere passa est pœnã sceleris euitare. Sentẽtijs itaq́ꝫ diuinis humanisq́ꝫ dãnatus, synodicũ decretũ(vt merebať)excepit, reus diuinitati, cui faciebat iniuriã, reus hoĩbus, q̃s decipere conabatur. Proxime etem̃ innumerabiles ex toto pene orbe beatiss. epi Chalcedone cõgregati, improba prædicti Eutychis vna cũ synodo eius causa habita, expulere cõmenta, sequuti sancto℞ definita maio℞, q̃ vel apud Niceã a trecentis decẽ & octo cõstituta sunt, vel in hac postea alma vrbe a centum quinquaginta sunt epis * decreta, vel apud Ephesum(cũ Nestorij est error exclusus)p̃sidẽtibus Celestino Romanæ vrbis, & Cyrillo Alexandrinæ ciuitatis epis. Ea igitur, quæ sunt iuxta pristinã disciplinã a reuerenda synodo Chalcedone definita, illa fide, qua deum colimus, per omnia seruanda censuimus, atq́ꝫ censemus, quia valde consequens est, *quingentorum viginti sacerdotum pura mente deum colentium definita, quæ pro orthodoxorum fide sacrosancta secundũ patrum regulas processerũt, summa cũ veneratione seruare. Verũ quoniam principalis

al, declarata

als, sexcẽto℞ triginta

 proui-

prouidentiæ est, omne malũ inter initia opprimere, & serpẽtem morbũ legũ medicina resecare, hac lege decernimus, eos, qui Eutychetis decipiuntur errore, ad exemplum Apollinariorum, quos Eutyches sequutus est, quosq; venerabiles parentũ regulæ, id est, ecclesiastici canones, & principũ diuorum sacratissima scita condemnãt, nullũ epũm, nullum habere pbrũ, nullos *habere, vel appellare clericos, ipsumq; Eutychẽ nomine pbrij (quo & indignus, & spoliatus est) in totum carere. Si qui tamen contra definita nostra epõs, pbros, cæterosq; clericos, ausi fuerint creare, tam factos, q̃ facientes, vel præsumẽtes sibi clericorum gradum, bonorum amissione perculsos, exilio perpetuo præcipimus contineri, coeundi, vel colligendi, vel congregãdi monachos, aut ædificandi monasteria, nullam eos iubemus habere licentiam, locaq; ipsa (in quæ forte cõuenire aliquãdo tentauerint) confiscari, si tamẽ domino loci sciente conuenerint. Quod si ignaro actore, cõductorem loci fustibus cæsum, deportationẽ subire censemus. Ipsos præterea nihil ex testamento cuiusq̃ capere, nihil eis, qui eiusdem erroris sunt, relinquere testamẽto, ad nullam eos patimur aspirare militiã, nisi forte ad cohortaliciam, vel limitaneam. Si qui etiam extra prædictã militiã inuentus fuerit militare, vel quia ignorabat eius in religione peruersitas, vel quia post adeptum cingulũ ad hunc deuenerit errorẽ, solutus militia, infidelitatis suæ fructũ hunc habeat, vt optimorum hominũ, & palatij cõmunione priuetur. Nec alibi q̃ in quo natus est vico, vel ciuitate versetur. Quod si qui eorum in hac alma vrbe (quod credi nephas est) geniti sunt, tam hac ciuitate venerabili, q̃ sacratissimo comitatu, & omni excludantur metropolitana ciuitate. Et hæc qdem generalr circa omnes constituimus, qui tali labe polluti sunt, vel polluentur. Eos aũt (qui ante hac clerici orthodoxorum fidei, & monachi, q quondã Eutychis habitauere diuersoriũ (neq; eñ monasterium dicendũ est, quod religionis habuit inimicos) q ad hoc vsq; insanie processerunt, vt relicto venerabilis religionis cultu, & synodico decreto, quod totius pene orbis Chalcedone coadunati * decreuere sacerdotes, infaustã Eutychetis sequant assertionem, quia, vera luce deserta, tenebras eligẽdas esse crediderũt) omnibus pœnis, quæ vel hac, vel præcedẽtibus legibus aduersus hæreticos definitæ sunt, iubemus teneri, imo extra Romanũ expelli solum, sicut pręcedẽtes religiosissimæ cõstitutiones de Manichæis constituere, ne eorum venenatis fraudibus, sceleratisq; commẽtis innocentũ & infirmorum animi decipiantur. Cõperimus præterea quædã eos in cõtumeliã religionis, & inuidiã venerabilis synodicæ definitionis fuisse mẽtitos, cõscriptisq; libris, & chartarum tomis plura finxisse, quæ eorum insaniã aduersus verã fidẽ aperte signarent, atq; ideo præcipimus, vbicunq; hmõi scripta reperta fuerint, ignibus concremari. Eos vero, q vel scripserint, vel alijs legenda tradiderint docẽdi studio, vel discendi censemus deportatione puniri. Docẽdi etenim hãc infaustã hæresim (sicut pridẽ edictis serenitatis nr̃æ continetur) oĩbus adimimus facultatem, qa vltimo supplicio cohercebit, q illicita docere tentauerit. Eos vero, q discendi studio audierint scelerata disserentẽ, decẽ librarum auri mulcta compescimus. Ita eñ materia subtrahet erroris, si peccatorum & doctor defuerit, & auditor, Palladi parens charissime. Illustris itaq;, & magnifica authoritas tua edictis propositis, oĩbus faciat nota, quæ iussimus, cognoscẽtibus moderatoribus prouinciarum, eorumq; officijs, defensoribus etiã ciuitatũ. Quod si ea, q̃ * mera fide & sancto proposito custodienda censuimus, aut neglexerint, aut permiserint temerari, denarum librarum auri mulcta perculsi, vt religionis legũq; proditores etiã existimatione laborabũt. Datũ. xv Kalend. Augusti, Constãtinopoli Sporatio, & q fuerit nuntiatus cõsulibus, Legi. Eodẽ exẽplo scripta, Valẽtiniano viro illustri pfecto Illyrici, & Taciano præfecto vrbis, & Vincomalo magistro officiorum, & cõsuli designato. Datũ. xv. Kalẽ. Augusti, Cõstantinopoli Sporatio viro clariss. & q fuerit nuntiatus consulibus.

¶ Relatio sanctæ synodi Chalcedonẽ. ad beatũ papã Leonẽ de oĩbus gestis gñaliter.

SAncta, & magna, & vniuersalis synodus, quæ per grãm dei, & sanctionem pijssimorum & amatorum Chrĩ Imperatorum nostrorum, collecta est in Chalcedonensium metropoli prouinciæ Bithyniæ, sanctiss. & beatiss. Romanorum archiepõ Leoni. Repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. Hanc tanquã propriam nobis prophetiam gratia coaptauit, a quibus pietatis est restitutio confirmata. Quid eñ fide sublimius ad lætãdum? Quid agnitione dominica festiuius ad coronas, q̃ nobis olim saluator ipse tradidit ad salutem, inquiens: Euntes, docete omnes gentes, bapti-

Marginalia: al's, creare — al's, definiere — al's, vera — Psalm. 125 — Matth. 28. d — D — E — F

A baptizantes eos in nomine patris,& filij,& spūs sancti,docētes eos seruare omnia,quæ cunq; mādaui vobis. Quā velut auro textam seriem ex veste Chri,& præcepto legisla toris veniētem vsq; ad nos,ipse seruasti vocis beati Petri omnibus cōstitutus interpres, eius fidei beatificationem super omnes adducens. Vnde & nos quippe,vt inchoatore bonorū te ad vtilitatē vtentes,ecclesiæ filijs hæreditatem sortemq; veritatis ostēdimus, non sigillatim faciente in occulto vnoquoq; doctrinā,sed vno spū,vna conspiratione, atq; concordia cōfessionem fidei declarantes,& eramus in cōmuni corona gaudij,quasi in Imperialibus cœnis delitijs spiritalibus epulātes,quas per tuas literas Chrs præpa rauerat inuitatis,& supercœlestem sponsum inter nos conuersantē nos cernere putaba mus,Si em̄ vbi sunt duo,aut tres congregati in noīe eius,ibi se in medio eorū fore perhi buit,quātam circa sacerdotes peculiaritatem potuit demonstrare, q & patriæ,& liberis suæ confessionis notitiam prætulerūt? Quibus tu quidē sicut membris caput præeras, in his,qui tuum tenebāt ordinē,beniuolētiam pferens, Imperatores vero ad ornandū decentissime præsidebant,sicut Zorobabel Iesu ecclesiæ Hierusalem ædificationē renouare circa dogmata adnitētes. Et fuerat vtiq; aduersarius tanquam bestia extra caulas apud semetipsum rugiens,nullū præualens capere,nisi semetipsum ei ad capiendū inie

Matth.18.c

B cisset is,q Alexandrinorū quondam pontifex fuit. Qui multa prius pessime operatus, superuicit,priora sequentibus superauit. Nam beatum illū inter sanctos Cōstātinopo lis pastorem Flauianū apostolicam proferentē fidem,& deo amantissimū epm Eusebiū, pter omnē canonū consequētiā deposuit,atq; damnauit, Eutychen pro impietate damnatū,suæ tyrannidis decretis innoxium statuit,& dignitatē,quæ a vestra illi ablata fuerat sanctitate(quippe vt ab eo,q hac gratia erat indignus) ille restituit,& in summa (sicut singularis ferus)in vineam irruens,quā optime repperit plantatā,euertit, quā vero vt infructuosam eradicatā,rursus induxit. Et eos quidem,q ea,quę pastorum sunt, sapiunt,abscidit,eos vero,q lupi demonstrati sunt,super oues imposuit. Et post hæc omnia insuper & contra ipm,cui vineæ custodia a saluatore cōmissa est,extendit insaniam,id est,contra tuā quoq; apostolicā sanctitatē. Et excōmunicationē meditatus est contra te,q corpus ecclesiæ vnire festinas. Et dū de talibus pœnitere eū potius oporteret,dū deberet misericordiā lachrymis postulare,tanq̄ male sobrius exultabat. Eplam quidē tuæ respuēs sctitatis,oībus vero dogmatibus veritatis aduersans. Et quidē oportebat eū mox inter illos, vt in q̄rū seipse statuit parte relinq̄re. Qm̄ vero saluatoris profitemur nō esse discipulos,q omnes hoīes saluos fieri vult, & ad cognitionē veritatis ac cedere,opere hāc in eo misericordiā festinauimus confirmare, & cum cū fraterna man suetudine ad iudicium vocabamus,nō quasi tentantes abscindere,sed excusationis ei lo cū saluandi causa tribuētes. Et orabamus eū declarari victorē contra eos,qui eū diuer

1.Timo.2.a

C sis accusationibus inscribebāt,vt festiua celebriq; lætitia cōciliū cōsummantes in nullo su peraremur a Satana. Sed ille in semetipso inscriptā conuictionē cōscientiæ habens,refu tatione iudicij accusationibus suis assensit,& legitimas ad se factas tres euocationes abie cit. Propterea ergo decretū,quod ipse contra semetipm peccādo protulerat, hoc(prout potuimus leuigando)firmauimus,lupū pastorali pelle nudantes,qua prius quoq; figuraliter,seu in speciem tantūmodo cōuincebatur obtectus. Vsq; ad hæc nobis tristia prouenientia cessauerūt,& bonorū gratia mox effulsit,& vnū zizaniorum euellentes, mundo tritico vniuersum mundū cum voluptate compleuimus. Et tanquā euellendi, ac plantandi potestatem sumētes,incisionem quidē vnius tantūmodo ingemuimus,bo norū vero vbertatem diligenter plantauimus. Deus em̄ erat,q operabatur. Et quę suo sponso conciliū coronauit ornata decore victoriæ Euphemia,quæ tanquā propriā cōfessionem,fidei definitionē suscipiens a nobis,suo sponso per pijssimū Imperatorem,& amicam Chri augustā obtulit,omnem quidē perturbationē contrariorū sedans, veritatis autē confessionem roborans,vt amicā,& manu ac lingua vniuersorū decretis pro demonstratione subscriptā. Hæc sunt quæ tecū, qui spū præsens eras, & complacere tanquam fratribus deliberasti,& qui pene per tuorū vicariorū sapiam videbaris a nobis, effecimus. Indicamus vero,qa & alia quædā pro rerum ipsarū ordinata quiete,& propter ecclesiasticorum statutorū definiuimus firmitatem,scientes,quia & vestra sanctitas addiscens,& probatura,& confirmatura est eadem. Eam nanq; cōsuetudinem,quæ ex longo iam tempore permansit,quā habuit Cōstātinopolitanorū sancta dei eccle

 sia,

sia, ad ordinandũ metropolitanos prouinciarum, tam Asianæ q̃ Ponticæ, vel Thraciæ, & nunc synodali decreto non tantũ firmauimus, sed aliquid Constantinopolitanæ præstantes, quantũ metropolitanis vrbibus ad quietem cõgruere visum est, eo q frequenter epis vitam finientibus multæ turbæ nascuntur, absq; rectore clericis ac populis remanẽtibus, qui per easdem sunt ciuitates, & ecclesiasticum cõfundẽtes ordinem, quod nec vestrã latuit sanctitatem, q̃ maxime propter Ephesios, vnde quidam vobis sæpius importuni fuerunt. Confirmauimus aũt & centum quinquaginta sanctorum patrum, qui in Constantinopoli congregati sunt, regulam, sub piæ memoriæ maiore Theodosio, quæ pcepit, post vestram sanctissimã & apostolicã sedem honorẽ habere Constãtinopolitanã, quæ secũda est ordinata, cõfidentes, quia lucente apud vos apostolico radio, & vsq; ad Constãtinopolitanorum ecclesiam consuete gubernãdo illum spargentes, hunc sæpius expanditis, eo q absq; inuidia consueueritis vestrorum bonorum participatione ditare domesticos. Quæ igitur definiuimus ad interemptionẽ quidẽ totius confusionis, confirmationẽ vero ecclesiasticæ ordinationis definiuimus. Hæc sicut propria, & amica, & ad decorẽ cõueniẽtissima dignare cõplecti, sanctissime & beatissime pater. Qui em̃ locũ vestræ sanctitatis obtinẽt sanctissimi epi Paschasinus, & Lucentius, & q̃ cum eis est reuerẽdissimus pbr̃ Bonifacius, ijs ita constitutis vehemẽter *resistere tentauerunt, proculdubio a vestra prouidentia inchoari & hoc bonum volentes, vt sicut fidei sic bonæ ordinationis vobis deputetur effectus. Nos em̃ curãtes tam pijssimos & Chr̃i amicos Imperatores, qui super hoc delectant̃, q̃ clarissimũ senatũ, & totam (sicut dicere conuenit) imperij ciuitatẽ, opportunũ credidimus esse, honoris eius cõfirmationem ab vniuersali concilio celebrari, & velut hæc a tua sanctitate fuerint inchoata, eo q fouere semper studeas, roborauimus p̃sumentes, dum nouerimus, quia quicquid rectitudinis a filijs fit, ad patres recurrit, facientes hoc proprium sibi. Rogamus igitur, & tuis decretis nostrũ honora iudicium, & sicut nos cupidi in bonis adiecimus consonantiam, sic & summitas tua filijs (q̃d decet) adimpleat. Sic em̃ & pij principes cõplacẽbũt, qui tanquã legem tuæ sanctitatis iudiciũ firmauerũt, & Constãtinopolitana sedes suscipiet præmiũ, quæ omne semper studium vobis ad causam pietatis expleuit, & semetipsam vobis ad cõcordiam eodẽ zelo coniunxit. Vt autẽ cognoscatis, quia nihil alicui donando per grã̃m fecimus, aut per inimicitias aduersando, sed (quippe nutu gubernati diuino) omnẽ vobis gestorum vim insinuauimus, ad comprobationẽ nostræ synceritatis, & ad eorum quæ a nobis gesta sunt firmitatem, & consonantiam. Scripsi pridie Kalend. Aprilis, feria tertia, indictione. xiij.

Videlicet anno domini, ccc. lxxxiij.

*al. insistere

¶ Epistola sanctissimi & beatiss. atq; apostolici, dei gratia per omnia pleni, Leonis papæ, omnia gesta sanctæ Chalcedoneñ. synodi confirmãtis, & sola illa infringentis, quę per ambitionẽ Constantinopolitanorum gesta sunt contra Niceni statuta concilij. Quæ quidem epistola respondet ad relationem sanctæ synodi suprascriptam.

OMnem quidẽ fraternitatem vestrã nosse nõ ambigo definitionem sanctæ synodi, &c̃. Hæc epistola in epistolari Leonis papæ, epistola. lix. ponitur.

ACTIO QVARTA CHALCED. CONCILII.

COnsulatu dñi nr̃i Martiani perpetui augusti & q fuerit nũtiatus. xvi. Kalend. Nouẽb. Chalcedone secũdũ iussionẽ sanctiss. & pijss. dñi Martiani ꝑpetui augusti, cõgregatis in sanctiss. ecclesia sanctę martyris Euphemiæ, gloriosissimis iudicibus, hoc est, magnificẽtissimo & gloriosiss. p̃fecto sacrorum prætoriorum Palladio. Et magnif. & glorios. p̃fecto vrbis Taciano. Et magnif. & glorios. magistro sacrorum officiorum Vincomalo. Et magnif. & glorios. exmagistro Martiali. Et magnif. comite deuotissimorum domesticorum Sporatio. Et magnif. comite sacrorum priuatorum Genethlio. Ad hæc & gloriosissimo senatu, hoc est, magnif. & glorios. expræfecto, & exconsule ac patricio Florentio. Et magnif. & glorios. exconsule, ac patricio Senatore. Et magnif. & glorios. exmagistro, & cõsule, & patricio Nomo. Et magnif. & glorios. expræfecto, & exconsule, & patricio Protogene. Et magnif. & glorios. expræfecto vrbis Zoilo. Et magnif. & glorios. exp̃fecto vrbis Theodoro. Et magnif. & glorios. expræfecto Apollonio. Et magnif. & glorios. expræposito sacri cubiculi Romano. Et magnif. & glorios. expræfecto Illyrici Theodoro. Et magnif. & glorios. expræfecto præto-

D E F

A prætorioꝝ Constantino. Et magnif. & gloriof. ex præposito sacri cubiculi Artaxerxe.
Congregato aũt & sancto vniuersaliq; cõcilio, q̊d secundũ diuinã sanctionẽ in Chalcedonensiũ ciuitate collectũ est. Paschasino & Lucentio reuerẽdissimis epis, & Bonifacio reuerẽ. pbro, habẽtibus locũ sanctissimi & deo dilectiss. epi senioris Romę Leonis, & Anatholio magni nominis Cõstãtinopolis nouæ Romæ epi, & reliquis sanctiss. & reuerendiss. epis, id est, Maximo Antiochiæ Syriæ, Quintillo Heracleæ Macedonię, habente locũ Anastasii epi Thessaloniceñ. Stephano epo Ephesi, Luciano Byziæ, habente locũ Cyriaci epi Heracleæ Thraciæ, Diogene Cyzici, Petro Corinthi, Florẽtio Sardeoꝝ, Eunomio Nicomediæ, Eusebio & Constãtino pbr̃is, habẽtibus locum Anastasii epi Nicææ, Eleutherio Chalcedone, Meletio Larissæ, habente locũ Domni epi Apamiæ Syriæ secundæ, Amphilochio Sidę, Iuliano Coensis ciuitatis, habente locũ, & ipso sedis apostolicæ Romæ, Theodoro Tarsi, Cyro Anazarbi, Constantino Bostroꝝ, Photio Tyri, Theodoro Damasci, Nonno Edesæ, Simeone Amidæ, Iohanne Sebastiæ, Seleuco Amasiæ, & reliqua synodo. Et residẽtibus oĩbus ante altaris sanctissimi cancellos, propositis in medio sacrosanctis euangeliis. Gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerunt: Vt sciamus, quæ gerẽda sint, relegẽtur ea, q̃ in præcedentibus sunt audientiis cõstituta. Constantinus vir deuotus magistrianus & secretarius ex B scheda gestoꝝ sub consulatu dñi nostri Martiani perpetui augusti, & q fuerit nũtiatus viii. Idus Octobris Chalcedone inter alia legit. Magnificentissimi & gloriosiss. iudices, & amplissimus senatus dixerũt: De orthodoxa quidem, & catholica fide integrius, & subtilius in cõcilio post hũc diem inquisitionẽ fieri oportere perpendimus. Q̃m autem Flauianus reuerẽdæ memoriæ, & Eusebius reuerendissimi epi ex gestoꝝ & cognitionum perscrutatione, & ipsa voce aliquoꝝ, qui priores fuerant in illo concilio, & se errasse dicẽtium confessione, ꝙ vane fuerint cõdemnati, qui nihil in fide peccauerũt, probantur iniuste damnati, videtur nobis secundũ hoc, quod deo est placitũ, iustũ esse, si visum fuerit sacratissimo & piissimo * dño nostro, increpationi simili subiacere Dioscorũ Alexandriæ, & Iuuenalem reuerend. epm Hierosolymoꝝ, & Thalassiũ reuerendũ epm Cæsareæ Cappadociæ, & Eusebiũ reueren. epm Ancyræ, & Eustachiũ reuerend. episcopũ Beryti, & Basiliũ reueren. episcopũ Seleuciæ Isauriæ, qui potestatẽ habuerunt, & principes tunc fuere concilii, & cadere secundũ canones de sancta synodo, vt alieni a dignitate episcopatus existant, oĩbus quæ subsequuta sunt a sacro vertice cognoscendis. Post aliqua magnificentissimi & gloriosissimi iudices, & amplissimus senatus dixerũt: Vnusquisq; reuerendissimoꝝ episcopoꝝ huius p̄sentis sancti concilii quõ C credit, per scripturam, sine aliquo metu, solius dei timorẽ præ oculis habẽs, festinet exponere, sciens, quia sacratissimus & piissimus dñs noster Imperator secundũ Nicenam expositionẽ sanctoꝝ patrum trecentoꝝ decem & octo, & secundũ expositionem sanctorũ patrum centũ quinquaginta, qui post hæc collecti sunt, & secundũ canonicas epistolas & expositiones sanctoꝝ patrũ Gregorii, Basilii, Hilarii, Athanasii, Ambrosii, & Cyrilli canonicas epl̃as, q̃ sunt in primo Ephesino publicatæ cõcilio, atq; firmatæ, credit, nullo mõ ab eoꝝ fide recedẽs. Nã & reuerẽdiss. archiepũs senioris Romæ Leo prę cõtentione, q̃ ab Eutyche infideli, & cõtra catholicã religionẽ facta est, videt ad reuerendissimæ memoriæ Flauianũ epl̃am direxisse. Beronicianus vir deuotus secretarius ex alia scheda gestoꝝ recitauit ea, q̃ acta sunt. Cõsulatu dñi nr̃i Martiani ppetui augusti, & eius, q fuerit nũtiauit. vi. Idus Octob. Chalcedone. Et post alia legit. Magnificẽtissimi & gloriosiss. iudices, & ampliss. senatus dixerũt: Differat auditio vsq; ad dies quinq;, vt inter hæc vr̃a sanctitas cõgregetur ad sanctissimũ archiepm Anatholiũ, & de fide cõmuniter cogitetis, vt ii, q dubitãt, doceant. Et post reliqua, magnificentiss. & gloriosissimi iudices, & ampliss. senatus dixerũt: Necessariũ nõ est omnes vos cõuenire. Sed q̃m cõsequens est credere dubitãtes, reuerẽdissimus epũs Anatholius elegat ex iis, q subscripserunt, quos putauerit esse dignos, vt doceant dubitãtes. Post reliqua, magnificentissimi & gloriosiss. iudices, & ampliss. senatus dixerũt: Interloquutio, q̃ præcessit, tradatur effectui. Magnificentissimi & gloriosiss. iudices, & ampliss. senatus dixerunt: Manifestatis iis, quæ iam pridẽ cõstituta sunt, quod placuit reuerẽdo cõcilio de sancta fide, ipm nos doceat. Paschasinus & Lucentius reuerẽdiss. epi, & Bonifacius reuerẽ. pbr̃ vicarii sedis apostolicæ, per Paschasinũ virũ reuer. epũm dixerũt: Sancta & beatissima

Margin: ars, concilio

Margin: Habent actione huius cõcilii prima.

Margin: In epl̃ari Leonis 8. ponitur epl̃a, cui hoc cõcilium meminit.

ſynodus fidei regulã,quæ apud Niceã a patribus eſt cõſtituta, ſequit, & tenet, ſed etiã & centũ quinquaginta apud Cõſtantinopolim, ſub ſanctæ recordationis Theodoſio maiore congregata ſynodus,ipſam fidẽ confirmauit,cuius ſymboli expoſitionẽ a beatæ recordationis viro Cyrillo apud Epheſum expoſitã (quãdo Neſtorius eſt pro ſui calliditate dãnatus)ſimiliter amplectit. Tertio vero beatiſſimi & apoſtolici viri vniuerſalis eccleſiæ papæ Leonis, Neſtorij & Eutychetis hæreſim damnantis, directa ſcripta, qd vera fides habeat, expoſuerũt. Similiter vero & ſancta ſynodus hãc fidẽ tenet, hãc ſequitur, nihil amplius nec addere poteſt, nec minuere. Qua expoſitione interpretata græce per Beronitianũ, videlicet ſecretariũ diuini cõſiſtorij, reuerendiſſimi epiſcopi clamauerũt: Omnes ſic credimus. Sic baptizati ſumus. Sic baptizamus, ſic credimus. Glorioſiſſimi iudices, & ampliſſimus ſenatus dixerunt: Qm̃ ſacra euãgelia poſita a reuerentia veſtra perſpicimus, ſinguli reuerend. epiſcopi, qui cõuenerũt, doceant, ſi expoſitio trecentoꝝ decem & octo ſanctoꝝ patrum, qui olim in Nicea collecti ſunt, & poſt hæc centũ quinquaginta, qui in regia congregati ſunt ciuitate, conſonant epiſtolæ reuerend. papæ Leonis. Anatholius reuerend. epiſcopus regiæ Conſtantinopolis dixit: Epiſtola ſanctiſſimi & deo amantiſſimi archiepiſcopi Leonis conſonat ſymbolo trecẽtorum decem & octo ſanctorum patrum, qui apud Niceam & centum quinquaginta, qui apud Cõſtantinopolim poſtea ſunt collecti, qui eandẽ fidem cõfirmauerũt, ſed & ijs, q̃ in Epheſo ſub beatiſſimo & ſanctiſſimo Cyrillo geſta ſunt ab vniuerſali & ſancto cõcilio, quãdo maledictũ Neſtorium cõdemnauit. Quapropter conſenſi, & eidem epiſtolæ libenter ſubſcripſi. Paſchaſinus & Lucentius viri reuerend. epiſcopi, & Bonifacius pbr̃, vicarij ſedis apoſtolicæ, per virũ reuerend. Paſchaſinũ dixerunt: Manifeſtũ eſt, nec poterit dubitari, vnam fidẽ beatiſſimi papæ ſedis apoſtolicæ rectoris Leonis, cũ trecentorum decem & octo apud Niceam patrũ concordare, atq; detineri, centũ quoq; quinquaginta apud Conſtãtinopolim cõgregatoꝝ ſacerdotum, qui eandẽ fidem firmauerunt, ſed & Cyrilli ſanctæ recordationis viri apud Epheſum (quando Neſtorius pro ſuo errore damnatus eſt) ſtatuta in nullo penitus diſcordare. Ideoq; etiã beatiſſ. papæ epiſtolã, quæ illã fidem expoſuiſſe, cauſa erroris Eutychis eſt viſa, vno ſenſu, vno quoq; ſpũ videtur illi fidei eſſe coniuncta. Maximus reuerend. epũs Antiochiæ Syriæ dixit: Cõcordat epiſtola ſanctiſſ. archiepiſcopi regiæ Romæ Leonis expoſitionib⁹ trecentoꝝ decẽ & octo apud Niceam ſanctoꝝ patrũ, & centũ quinquaginta apud Conſtãtinopolim nouã Romã, & in Epheſo a ſanctiſſ. epo Cyrillo expoſitæ fidei. Et ſubſcripſi. Stephanus reuerẽd. epũs Epheſi dixit. Cõcordat, & ſubſcrip. Diogenes reuer. epũs Cyzici dixit: Cõſonat, & ſubſ. Cyrus epũs Anazarbi dixit ſimiliter. Cõſonat, & ſubſ. Cõſtantinus reuer. ep̃s Boſtroꝝ Arabiæ dixit: Cõſonat, & ſub. Ioãnes reuer. epũs Sebaſtiæ Armeniæ primæ dixit: Secundũ intellectum meũ intentio epiſtolæ ſanctiſſ. archiepĩ Romæ Leonis cõſonat fidei trecentoꝝ decẽ & octo, & centũ quinquaginta, qui poſt hæc apud Cõſtantinopolim cõgregati ſunt, & expoſitioni, q̃ in Epheſo in dãnatione impij Neſtorij facta eſt, cui beatiſſ. Cyrillus p̃ſidebat. Et in ea ep̃la ſubſcripſi. Cõſtantinus epũs Meletinæ, ſiſr. Seleucus epũs Amaſiæ, ſiſr. Patricius epũs Tyanoꝝ, ſiſr. Theodorus epũs Damaſci, ſiſr. Photius epũs Tyri, ſiſr. Simeonius epũs Amidæ, ſiſr. Pergamius epũs Antiochiæ Piſidiæ, ſiſr. Theodorus ep̃s Tarſi, ſiſr. Francion ep̃s Philippopolis, ſiſr. Euſebius epũs Dorylei, ſiſr. Florẽtius epũs Sardeoꝝ, ſiſr. Amphilochius epũs Sidæ, ſiſr. Marinianus epũs Synnadoꝝ, ſiſr. Epiphanius epũs Pergæ, ſiſr Oneſiphorus epũs Iconij, ſiſr. Petrus epũs Gangroꝝ, ſiſr. Theodoſius epũs Canothæ ſiſr. Sabas epũs Palti, ſiſr. Epiphanius pbr̃, habẽs locũ Eherici epĩ Põpeiopoleos, ſiſr. Filotimus pbr̃, habẽs locũ Themeſtij epĩ Amaſtridis, ſiſr. Abraamius epũs Caſtri Circeñ. ſiſr. Eudoxius epũs Etennoꝝ, ſimiliter, Eugenius epiſcopus, Cotenoꝝ, ſiſr. Obrimus epũs Coraceſij, ſiſr. Neon epũs Pſilij, ſiſr. Theophilus epũs Orei, ſiſr. Verus pbr̃, obtinẽs locũ Maræ epĩ Cordiluſorũ, ſiſr. Sebaſtianus epũs Beroeę, ſiſr. Ariſtomachus epũs Colonæ, ſiſr. Iulianus epũs Coenſis, ſiſr. Theodoretus epũs Cyrri, ſiſr. Cecropius epiſcopus Sebaſtopolis, ſimiliter. Acatius epũs Ariarathire, ſiſr. Atticus epiſcopus Zeloꝝ, ſiſr. Heraclius epũs Comanoꝝ, ſiſr. Meletius epũs Lariſſę, ſiſr. Olimpius epũs Paneadis, ſimiliter. Timotheus epũs Balaneoꝝ, ſiſr. Iulianus epũs Rhoſi, ſiſr. Paulus ep̃s Mariamniæ, ſiſr. Atharbius epũs Trapezuntis, ſiſr. Photinus diaconus, vicarius Dorothei epĩ Neocæſareæ, ſiſr. Iohãnes epũs Polemonij, ſiſr. Gratidianus epũs Ceraſuntis,

A similiter. Iohannes epũs Carræ, ſi'r. Renus epũs Iunopolis, ſi'r. Caiumas epũs Marcopolis, ſim. Athanaſius epus Pari inſulæ, ſim. Baſili⁹ epus Traianopolis, ſim. Docimaſius epus Maroneæ, ſim. Seren⁹ epus Maximianupolis, ſim. Euſebi⁹ epus Seleucobeli, ſim. Euſebi⁹ & Cõſtãtinus pbr̃i & vicarij Anaſtaſij Niceæ, ſim. Porphyri⁹ archidiaconus, locũ tenẽs Vranij epi Emiſæ, ſim. Theodor⁹ eps Claudianupolis, ſim. Iohãnes eps Germaniciæ, ſim. Euolti⁹ epus Zeugmatis, ſim. Quintillus epus Heracleæ, tenẽs locũ Anaſtaſij Theſſalonicẽſ. Et Petr⁹ eps Corinthi. Et Attic⁹ epus Nicopolis. Et Lucas epũs Dirrhachij. Et Martyri⁹ eps Gortynæ. Et Cõſtãtinus eps Demetriadis, tenẽs locũ Vigilãtij epi Lariſſæ, & reuer. Macedoniæ primæ epi, id eſt, Zoſon Philippi epi. Et Euſebius epũs Topirus. Et Maxim⁹ epũs Cherſonneſis. Et Nicolaus epũs Stoboꝶ. Et Iohãnes epũs Parethenopolis. Et Dardani⁹ epũs Bargylæ. Et Honorat⁹ epũs Thaſſi. Et Niceas epũs Megarę Helladis. Et Iohãnes eps Meſſenæ. Et Ophelimus epũs Tegeę Et Athanaſius epũs Opũtis. Et Hyrenęus epus Naupacti. Et Dõninus eps Plateę. Et Oneſimus ep ũs Argoꝶ. Et Marcus eps Euriæ veteris Epiri. Et Peregrin⁹ epũs Phœnicæ. Et Eutychius eps Adrianupolis. Et Claudius epũs Anchiaxi. Et Sothericus eps Corcyræ. Et Petrus epũs Echineoꝶ nouę Epiri. Et Euſebius eps Apolloniæ Cretæ. Et Cyrillus epũs Subritis Crœtæ. Et Gẽnadius epũs Gnoſi. Et Demetrius epũs Lap-

B pæ. Et Euphrates epũs Eleuthernæ, tenẽs locũ Pauli epi Cãdiæ, ex cartha dictauerunt notis p Zozontẽ epm Philippoꝶ. Nos ſanctoꝶ pr̃m trecẽtoꝶ decẽ & octo fidẽ, quæ eſt ſalus nr̃a, & ſeruamus, & cũ ipſa vitã noſtrã cõplere oramus. Necnõ & cẽtum quinquaginta, p nullũ modũ antedictæ fidei diſſonat, quã & ſeruantes exequimur, & oĩa quæ acta ſunt, & decreta in prima Epheſiaca ſynodo, cuius p̃ſides fuerũt beatiſſ. Cœleſtinus ap̃licæ ſedis p̃ſul, & beatiſſ. Cyrillus epũs magnæ ciuitatis Alexãdriæ. Et ſummę orthodoxũ eẽ ſanctiſſ. patrẽ nr̃m archiepm Leonẽ pfectiſſime nouimus. Factũ ẽ autẽ nobis certũ, de ep̃la miſſa ab ipſius btitudine ſanctiſſ. epis Paſchaſino & Lucẽtio, q locũ cõtinẽt apoſtolicę ſedis, q nobis dilucidauerũt, q̃ linguæ obſcuritas ſecernere ſubſannabat. Qñ em̃ ſcd̃m iuſſionẽ ptãtis vr̃æ ad ſanctiſſ. archiepm Conſtãtinopolis magnæ ciuitatis Anatholium, & ad conſidẽtem ei ſanctiſſ. ſynodũ, puenimus, volentes, de qbus pauloante dubitabamus, doceri, inuenimus ipſoꝶ ſanctitatẽ paratiſſimã ad expellẽdam omnẽ dubitationẽ. Omnẽ em̃ hominẽ anathematizabant, ſeparãtem a diuinitate carnẽ dñi & dei ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quam ſibi adunauit de ſancta virgine Maria genitrice dei, & non dicẽtem, quæ deum decẽt, & quæ cõueniunt ipſius eſſentiæ inconfuſæ, & indiuiſæ, & ſine cõuerſione. Et per hoc nobis ſatiſfactũ eſt. Et p oĩa cõſonare æſtimãtes p̃ſcriptis ſanctis patribus, huic epiſtolæ cõſenſimus, & ſubſcripſimus oẽs ãndicti reuerẽ. epi. Oẽs de Illyrico eãdẽ vocẽ dedimus, cui oẽs cõſentimus. Leõtius eps Aſcalonis. Et Photinus epũs Lydæ. Et Paulus epũs Anthedonis. Et Heraclius epũs Azoti. Et Stephanus epũs Iãniæ, & Polychronius epũs Antipatridis. Et Pãcratius eps Libiadis, & Zozimus eps Minoidis, & Annianus epũs Capitoliadis, & Zebẽnus eps Pellæ, & Iohãnes epũs Tyberiadis. Et Iohãnes epũs Gadaron. Et Berillus eps * Aialæ, & Arethas epũs Eluſæ, & Muſonius epũs Zoaræ, & Martianus epus Ili. ex cartha dictauerẽt p Annianũ epm Capitoliadis. Nos ſctõꝶ patrũ trecẽtoꝶ decẽ & octo, q in Nicea ciuitate cõuenerũt, fidẽ ſp ſeruauimus, & ſeruamus, & cũ ea vitæ nr̃æ finẽ cõplere oramus. Seqmur aũt & centũ qnquaginta nullo mõ diſſonãtẽ. Cõſentimus aũt actis & cõſtitutis in prima Epheſina ſynodo a beatiſſimo, & ſanctiſſimæ memoriæ Cyrillo, q fuit epũs Alexãdriæ magnæ ciuitatis. Sed & lecta eſt nobis epiſtola beatiſſ. & deo amãtiſſimi archiepi Romani Leonis, in plurimis recte habẽs, & prædictis conſonãs, & conſentimus. Aliqua aũt nobis ex ipſa apparuerunt verba, vt partitionem & ſeparationem aliquã demonſtrãtia ſic volentibus ſapere. De qbus & ab initio ante veſtram clemẽtiam certabamus, & tunc a veſtra iuſſi exire magnificentia, audiebamus a ſanctiſſimis patribus, & epis, & pbr̃is locum continẽtibus ſanctiſſimi & dei amatoris precipui archiepi Leonis, quia nullam dicunt partitionem in dño & ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto, ſed vnum eundemq; dñm filiũ dei. Propter quod cõſenſimus, & tomo ſubſcripſimus. Exiſtimamus autem & nunc ipſos, quia ſi inuitati fuerint a veſtra magnitudine, eadem confitebuntur. Pro vtilitate totius mundi omnes prædicti reuerendiſſimi epiſcopi eadem diximus, & his conſentimus. Nunechius epũs Laodiciæ Phrygiæ Pacatianæ dixit:

C

alias, Ailæ

Epistola beatiss. Leonis in qua & subscripsi, cōsonat expositioni fidei sanctorum patrum, q in Nicea, & cētum quinquaginta, q congregati sunt in Constātinopoli, & synodo Ephesina, cuius psidēs fuit beatiss. Cyrillus. Nonn⁹ reue. eps Aedessæ, silr. Polychroni⁹ epūs Epiphaniæ, silr. Alexāder Sebastiæ epūs, sim. Eunomius epūs Nicomediæ, sim. Callinicus epūs Apamiæ Bithyniæ, sim. Theodorus epūs Tripolis, sim. Apragmoni⁹ epūs Chij, si. Cossini⁹ epūs Hierocæsareæ, si. Eulogi⁹ epūs Philadelphiæ, sim. Epiphani⁹ epūs Cestriæ, sim. Andreas eps Sectoriorum, si. Iulian⁹ epūs Celenderitis, si. Patrici⁹ epūs Acamasæ, si. Dionysius eps Attaliæ, si. Helias eps Bleādri, si. Romanus eps Myron, si. Neoptolemus eps Carnon, si. Florētius eps Adrianupolis Galatiæ, si. Paulus eps Derbe, si. Acholius eps Larandon, si. Mirus eps Euladron, si. Lucianus eps Ipsi, si. Philippus eps Lisiadis, sim. Eustochius eps Docimei, sim. Basilius eps Nacoliæ, sim. Cyriacus eps Eucarpias, sim. Abertius epūs Hierapolis, sim. Stratigius epūs Polibotis, sim. Epiphanius epūs Midaij, sim. Critonianus epūs Aphrodisiadis, sim. Iohannes eps Amyzonis, sim. Dionysius eps Antiochiæ, sim. Papias epūs Eressorum, sim. Eupythius epūs Stratonicæ, sim. Theodoretus epūs Alabandorum, sim. Menander epūs Heracleæ, sim. Iohannes epūs Gnidi, sim. Tynchanius epūs Apolloniadis, sim. Dionysius epūs Heracleæ, sim. Gemellus epūs Stratonicæ, sim. Leucius epūs Apollinis Phani, sim. Policarpus epūs Gabalon, sim. Iohannes epūs Alindæ, sim. Iulianus pres byter continens locum Calandionis epi Alicarnassi, sim. Magnificentiss. & gloriosiss. iudices, & ampliss. senatus dixerunt. Et si reliqui oēs reuerēd. epi, qui non specialiter sunt confessi, cōsentiunt dictis eorum, q iam confessi sunt sanctorum patrum, propria voce doceant. Omnes reuerē. epi clamauerunt. Omnes acquiescimus, oēs consentimus, oēs silr credimus, oēs eadē sapimus. Sic sapimus, sic credimus patres ad synodum, cōcredētes ad synodū, qui subscripserunt ad synodū. Multi anni Imperatoribus, multi anni Augustæ. Patres ad synodū, concredētes ad synodū. Multi anni Imperatoribus, consapiētes ad synodū, Multi anni Imperatorib⁹. Ipsi quinq; epi fidei subscripserūt. Sicut Leo sic sapiunt. Magnificentiss. & gloriosiss. iudices, & ampliss. senatus dixerunt: Suggessimus diuo & piiss. dño nostro Impatori propter ipos, & expectamus pietatis eius mādata. Vestra autē reuerētia (& de Dioscoro, q a vobis dānatus ē, ignorāte diuo vertice, & nobis, & de ipsis quoq;, pro qbus petitionē facitis, & de oībus actis in scā synodo) dabit rōnē deo. Oēs reuerē. epi clamauerūt. Dioscorum deus deposuit, Dioscor⁹ iuste dānatus ē, Dioscorum Chrūs deposuit. Et paucis horis trāsactis, dū expectabāt diui & piiss. dñi nri Imperatoris mādatū. Magnificētiss. & gloriosiss. iudices, & ampliss. senatus dixerūt. Piiss. noster Impator addiscēs vrās pces, sniæ vræ pmisit de Iuuenali deliberare, & de Thalassio, & de Eusebio, & de Basilio, & de Eustachio reuerē. epis, quæ vobis placuerint. Ergo vrā religiositas cognoscēs, qa deo de his, quæ fiūt, dabit rōnē, qd fieri de ipsis debeat, cogitate. Anatholius reuerēd. epūs Constātinopolis dixit. Petimus eos intrare. Oēs reuerēd. epi clamauerūt. Rogamus eos intrare. Qui credūt silr ad synodū, q eadē sapiūt synodo Assint, q subscripserunt eplæ Leonis, ad synodū. Magnificētiss. & gloriosiss. iudices, & ampliss. senatus dixerunt: Intrent. Et postquā intrauerūt præfati reuerēd. epi, & cōsederunt. Omnes reuerēd. epi clamauerunt: Vnus deus q hoc fecit. Multi anni Imperatorum. Magnorum Imperatorum multi anni. Multi anni senatus. Multi anni iudicū. Orthodoxorum multi anni. Hæc integra adunatio, hæc pax ecclesiarum. Magnificētiss. & gloriosissimi iudices, & ampliss. senatus dixerūt: Pridie certi epi Aegyptiacæ regiōis petitiōes porrexerunt diuiniss. & piiss. Imperatori dño nostro, propriā fidē exponētes, & placuit pietati eius ante vestram sanctā synodum eas recitari. Ergo obedientes decretis diui, & victoris apicis, & intrare eos præcipimus, & petitiōes ipsis psentibus recitari, & vestrā reuerētiā docere, qd de eis placuerit. Vt intrauerūt Hieracus, Sabinus, Apollonius, Parmius, Ianuarius, Eulogius, Iohānes, Isaac, Iron, Stephanus, Theophilus, Isidorus, reuer. Aegyptiorum epi, & iussione oīm consederūt, magnificētiss. & gloriosiss. iudices, & ampliss. senatus dixerūt: Vos petitiones porrexistis? Reuerē. Aegyptiorum epi dixerūt: Etiā per vestigia vestra. Magnificētiss. & gloriosiss. iudices, & ampliss. senatus dixerunt: Et subscripsistis eis. Et conspexerunt id ē reuerē. Aegyptiorum epi subscriptionē petitionū, & dixerunt. Etiā per vestigia vrā cognoscimus subscriptiones. Nos subscripsimus, nræ sunt literæ. Magnificentissimi, & gloriosissimi iudices, & amplissimus senatus dixerunt: Reciten-

A Recitētur petitiōes. Cōstantinus deuotiss. secretarius sacri consistorij recitauit. Piissimis & Cristi amatoribus nostris Imperatoribus, Flauio Valētiniano, & Flauio Marciano, victoribus ac triumphatoribus semper augustis, ab oībus epīs Aegyptiacæ vestræ regiōis. Quæ a principio tradita ē nobis à sanctiss. & spūalibus patribus orthodoxa fides, à sancto euāgelista Marco, & vbiq; audito epo, & martyre Petro, & sanctis patribus nrīs & Athanasio, & Theophilo, & sanctiss. memoriæ Cyrillo, & nos seruamus, & cōfessiōis eorū sumus discipuli. Eam colimus, & secūdum eā sapimus, sicuti & trecēti decem & octo, q in Nicea, & beatus Athanasius, & q sanctis cōnumeratur Cyrillus, exposuerunt, anathematizātes omēs hæreses, & Arrij, & Eunomij, & Manichæi, & Nestorij, & illos, q dicunt e cœlo carnem dñi nostri fuisse, & nō ex sancta dei genitrice virgine Maria ad silitudinē oīm nrm sine peccato super hæc & omēs hæreses, q̄ extra ecclesiā catholicā sapiunt & docēt. Et subscriptiōes: Hieracus epūs Asuitorū, porrexi. Sauinus epūs * Doctitorū, porrexi. Ianuarius epūs Leonton, porrexi. Apollonius epūs Taneorū, porrexi. Iohānes epūs Pselchis, porrexi. Isaac epūs Taueorū, porrexi. Pasmeius epūs Paralteorū, porrexi. Eulogius epūs Athribitorū, porrexi. Yron epūs Tenissæ, porrexi. Stephanus epūs Gerisorū, porrexi. Theophilus epūs Erithræ, porrexi. Theophilus epūs Cleopatridis, porrexi. Isidorus epūs Sethroitorū, porrexi. Omēs reuerend.

als, Oassorū
als, Tuccitorū

B epi clamauerunt. Dogma Eutychis quare nō anathematizauerūt? Cum impostura petitiones porrexerunt. Epistolæ Leonis subscribant, anathematizantes Eutychen, & dogma eius. Cōsentiant epistolæ Leonis. Eludere nos volunt, & discedere. Diogenes reuerēd. epūs Cyzici dixit: Synodus propter Eutychen facta est, nō propter alterū aliquem. Romanus epūs propter ipm scripsit: Omēs cōsensimus eplæ cōsequēter habēti expositiōi sanctorū patrum. Cōsentiant & isti, eplæ sanctiss. Leonis. Paschasinus & Lucentius viri reuerend. epi, & Bonifacius pbr, vicarij sedis aplicæ, per Paschasinū dixerūt. Dicant, si cōsentiunt eplæ aplicæ sedis, & si anathema dicunt Eutycheti. Acatius reuerend. epūs Ariarathię dixit. Suggerimus anathematizare eos Eutychen, q dixit ante incarnationem duas naturas saluatoris nostri, & post incarnationem vnā. Cecropius reuerend. epūs Sebastopolis dixit. Subscribāt eplæ beatiss. papæ Leonis, & Eutychen, anathematizēt & dogma ei9. Hierac9 reue. eps Aegypti, & cęteri reue. epi Aegyptij p eūdē Hieracū dixērt: Si qs pter ista, q̄ a nobis in petitiōibus porrecta sunt, sapit, siue Eutyches, siue alter aliquis anathema sit. De epistola aūt sanctiss. & deo amantiss. archiepi Romani Leonis, sciunt omēs sanctiss. patres nostri, qa in nobis expectamus sententiam beatiss. nostri archiepi, & petimus vestram clementiam expectare præsidis nostri sententiam, qa eum in oībus sequimur. Et sanctiss. patres, q in Nicea cōgregati sunt trecenti decem & octo, regulā dederunt, vt sequatur oīs Aegyptiaca regio archiepm magni nominis ciuitatis Alexādrinæ, & nihil absq; ipso agatur ab aliquo ei subiacēte epo. Eusebius reuerend. epūs Dorylei, dixit. Mentiuntur. Florētius reuerend. epūs Sardeorum dixit: Ostendant, quod dicunt. Omnes reueren. epi clamauerunt: Manifeste ana-

C thematizate dogma Eutychis. Qui nō subscribit eplæ, cui omnis sancta synodus cōsensit, hæreticus est. Anathema Dioscoro, & amātibus eum. Si nō recte sapiunt, quomodo possunt eligere episcopum? Reuerend. epi Aegyptij clamauerunt. De fide est certamen. Cecropius reuerendus epūs Sebastopolis dixit: Nō nouerunt isti, qūo credunt, & nō volunt dicere. Photius reue. eps Tyri dixit: Cōsentitis eplæ beatissimi & sanctissimi archiepi Romæ Leonis, sicut & vniuersalis synodus cōsensit, & subscripsit, aut nō? Paschasinus & Lucentius viri reuerendissimi epi, & Bonifacius pbr, vicarij sedis apostolicæ, per Paschasinum virum reuerend. epm dixerunt. Tot annorū epi in ecclesia senescentes, vsq; ad hoc tempus fidem rectam & catholicam ignorant, & expectant adhuc alienam sentētiam? Et interpretata in græcam linguam prædicta interloquutione. Omnes reuerendissimi epi clamauerunt. Qui nō consentit epistolæ sanctissimi archiepi Leonis, hæreticus est. Diogenes reuerend. epūs Cyzici dixit. Qui necdum cognoscūt, quod credunt, isti ordinare habent epm? Omnes reuerendissimi epi clamauerunt. Qui non anathematizat Eutychen, hæreticus est. Reuerendissimi epi Aegyptij clamauerunt. Anathema Eutychi, & credentibus ei. Reuerendissimi episcopi clamauerunt, & dixerunt. Subscribant epistolæ Leonis. Qui nō ei subscribit hęreticus est. Reuerendiss. episcopi Aegyptij clamauerunt, Extra voluntatē archiepi nrī nō possum9 subscribere.

Hic Aegyptij epi anathematizant Eutychen

Acatius

Acatius reuerend. epũs Ariarathiræ dixit: Incongruũ est vuiuersalem synodum prætermittere, & in vna persona attendere, quæ suscepturą ẽ epatum Alexãdriæ magnæ ciuitatis. Intentio eñ his est, sicut in Epheso ꝑturbauerũt oĩa, & scandalis cõpleuerunt vniuersum mundum, & nũc istam sanctam & magnam synodum ꝑturbare. Petimus, vt eis, q cõturbauerunt secũdam Ephesinã synodum, & maxime vniuersum mundum nunc istam sanctã & magnã synodum Chalcedoneñ. ꝑturbare nõ concedat, sed aut cõsentiãt epl'æ, aut regularem dãnationem suscipiãt, & cognoscãt, qa excõicati sunt. Photius reuerend. epũs Tyri dixit: Quomodo conãtur ordinatiõe facere, nõ eadẽ sapiẽtes huic sanctæ & vniuersali synodo? Si eñ recta sapiunt, ostẽdant propriã intẽtionẽ, qualis est circa fidem, & suscipiant eplãm sanctiss. archiepĩ Leonis. Si eñ nolunt, excõicati sunt. Omnes reuerend. epĩ clamauerunt. Hæc omẽs dicim⁹. Omẽs sic sapim⁹. Reuerẽ. epĩ Aegyptiorum per vnum ipsoꝶ, Hieracum. s. dixerunt: Iam per petitiones nostrã fidem manifestã fecim⁹, & nõ extra catholicã fidem credentes apparuim⁹. Quia vero epĩ nostræ regionis nimis multi sunt, nos pauci, nõ possum⁹ pauci numero, illoꝶ personas suscipere. Petimus autẽ vestrã sublimitatem, & hãc sanctã & magnã synodum, vt misereamini nobis, & expectetis nostrum archiepũm, vt secũdum antiquã cõsuetudinẽ illius sequamur sententiã. Quia si extra voluntatem præsidis nostri aliqd faciamus, sicut præsumptores & nõ seruãtes secundum canones antiquã cõsuetudinem, omẽs Aegyptiacę regiones insurgẽt in nos. Ergo miseremini nostræ senectutis. Miseremini, & nõ nos faciatis in peregrinatiõe nostram vitam consumere. Et idem reuerend. epĩ iactauerunt se in terra, & dixerunt: Clementes estis, miseremini nostri. Cecropius reuerendiss. epũs Sebastopolis dixit. Vniuersalis hæc synodus Aegyptiaca regione maior est, & fide dignior. Et nõ est iustum decem hæreticos audiri, & prætermitti mille ducentos epõs. Non eñ eos exigim⁹, vt pro aliis suam fidem ostendant, sed dicim⁹, vt ipsi pro sua persona rectæ fidei consentiant. Reuerendiss. epĩ Aegyptiorum clamauerunt. Iam nõ possum⁹ habitare in prouincia. Miseremini nostri. Eusebi⁹ reuerendiss. Dorylei dixit. Procuratores sunt isti omium Aegyptiorum, & debent vniuersalem synodum sequi. Vicari⁹ vir reuerendissimus epũs maioris sedis apostolicæ dixit: Si errãt doceantur per vestigioꝶ vestroꝶ magnificentiã, qa non possunt decem hoĩes præiudicium facere synodo sexcentorum epõrum, nec catholicæ fidei. Reuerend. epĩ Aegyptii clamauerũt: Occidimur. Miseremini nostri. Omnes reuerend. epĩ clamauerunt: Videtis, qũo testimonium ꝑhibẽt suis epĩs, dicentes, qa occidimur? Aegyptii reuerend. epĩ dixerũt: Morimur per vestigia vestra, miseremini nostri. Moriamur a vobis, & nõ illic. Fiat hic archiepũs, & subscribim⁹, & consentim⁹. Miseremini canoꝶ nostroꝶ. Detur hic archiepš Nouit deo amantissim⁹ archiepũs Anatholius, qa talis consuetudo Aegyptiacam regionem obtinuit, vt omnes epĩ obediant archiepõ Alexandriæ. Non qa nõ obtemperamus synodo, sed occidimur in patria. Miseremini nostri, potestatem habetis. Subditi sumus, nõ recusamus. Libentius est nos mori a dño mũdi, & a vestra magnificẽtia, vel ab hac sancta synodo, quàm illic. Propter deum miseremini istoꝶ canorum, parcite decem hominibus. Omnes epĩ reuerendissimi clamauerunt: Isti hæretici sunt. Reuerendissimi epĩ Aegyptii dixerunt. Potestatem habetis in animam nostram, parcite decem hominibus. Morimur illic, Melius est hic mori. Misericordes sunt domini. Nouit consuetudinem Anatholius archiepũs. Hic sumus, vsq; dum fiat archiepũs. Sedes nostras volunt, tollãt. Nolumus esse epĩ. Solũmõ non moriamur. Date archiepiscopum, Et si contradixerimus, punite nos. Cõsentimus his, quæ decreuerit potestas vestra, Non cõtradicimus, sed eligite archiepũm. Hic expectamus, vsq; ordinetur. Omnes reuerend. epĩ clamauerunt. Subscribant damnationi Dioscori. Magnificentiss. & gloriosissimi iudices, & ampliss. senatus dixerunt. Quoniam reuerend. epĩ Aegyptiorum, non vt repugnantes catholicæ fidei, subscribere in præsenti distulerunt eplæ sanctiss. archiepĩ Leonis, sed dicentes consuetudinem esse in Aegyptiaca regiõe, extra sentẽtiã & iussionẽ archiepĩ nihil tale se posse (poscũt autẽ sustineri se, donec consecretur epũs, q ordinandus est magnæ ciuitatis Alexandriæ) rationabile nobis & clemẽs esse apparuit, vt in eodem habitu expectent in regia ciuitate, & dilationẽ habeant vsq; ad ordinationẽ archiepĩ magnæ ciuitatis Alexandriæ. Paschasinus vir reuerendiss. epũs, vicarius sedis apostolicæ dixit. Si præceperit gloria vestra, & iubetis illis aliquid præstari humanitatis, fide-

iussori-

A iussoribus datis,non exeant de ista ciuitate, quàmdiu Alexandria epũm accipiat. Magnificentissimi & gloriosiss.iudices,& amplissimus senatus dixerunt: Sanctiss. Paschasini sit firmũ iudiciũ. Vnde permanentes in proprio habitu reuerend. epi Aegyptiorum, aut dent fideiussores, si hoc illis est possibile, aut per sacramenta eis credatur,qa expectant ordinationem futuri epi magnæ ciuitatis Alexandriæ. Per iussionẽ gloriosissimorum iudicum,& ampliss.senatus,& sanctæ synodi,intrantibus,Fausto,Martino,Petro, Manuhele,Abraamio,Iob,Antiocho,Theodoro,Paulo,Iacobo, Eusebio,Tryphone,Marcello,Timotheo,Pergamio,Petro,Asterio,Iohanne,reuerend.pbris & archimandritis,& considentibus, magnificentiss.& gloriosiss.iudices, & ampliss. senatus dixerunt.Petitiones porrectæ sunt diuiniss.& pijss.nostro Imperatori,ex nomine Carosi & Dorothei reuerendissimorum archimãdritarum,& alterutrum aliquorum.Nomina autẽ illorum,q eas porrexerunt, manifesta fiant his,q introierunt reuerẽ.viris,vt dicant,si omes nouerunt esse archimandritas. Et audiẽtes reuerend. archimandritæ nomina eorum, q petitiões porrexerunt,per Faustum reuerend.archimandritã dixerũt.Carosus & Dorotheus archimãdritæ sunt. Helpidius monumẽtorum procupientiũ custos est.Photin[9] autem qs est,nõ nouim[9].Eutychi[9] de basilica Celestinæ est,qa monasterium nõ habet. Theodorus in monumentis habitat.Moysen nõ nouimus.Maxim[9] archimãdrita est, magister Eutychis.Gerontium nõ nouimus.Nemesinum nõ nouim[9],sed & nomẽ ei[9]

B miramur.Theophili & nomen miramur.Thomã filr nõ nouimus.Leonti[9] ex Vrsario est. Hipsius in monumẽtis habitat,habẽs duo vel tria nomina in Xylocerco.Callinicus habet decẽ nomina in memoria in Xylocerco. Paulus de Bithynia est,habitans in monumento.Gaudentius in monumentis habitat. Habet quinq; nomina in Philippianis Eugnomenem non nouimus. Rogamus aliquos mitti a vestra magnificentia, & a vestra sancta synodo,vt ambulent,& videant monasteria eorum,& dicant,si habent monasteria,an deludant, & noceant honoribus archimandritarum,& an modo debent accipere disciplinam,vt non se dicant archimandritas, qui in monumentis habitant. Petimus etiam,vt & illi,qui se dicunt esse monachos,& non agnoscuntur,nec a vestra magnificentia,nec a sanctissimo archiepiscopo,nec a nobis,vt exeant a ciuitate,sicut impostores propter scandalum,quod conati sunt facere. Magnificẽtiss. & gloriosissimi iudices,& amplissimus senatus dixerunt.Intrent reuerẽdissimi monachi,q petitiones porrexerunt. Et intrauerunt Carosus,& Dorotheus,& Helpidius,& Photius, & Eutychius,& reliqui reuerendissimi monachi, & Barsumas monachus, insuper etiam & Calopodius eunuchus.Magnificentissimi & gloriosissimi iudices,& amplissimus senatus dixerunt: Petitiones olim reuerentia vestra victori summo porrexit. Ergo respicientes, quæ vobis proferuntur, dicite,si eas agnoscitis a vobis porrectas. Carosus,& Doro reuerendissimi archimandritæ,& reliqui respicientes petitiones dixerunt.Istæ sunt petitiones,quas nos porreximus. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices, & amplissimus senatus dixerunt: Recitentur petitiones.Et antequam recitarentur Anatholius re

C uerendissimus archiepiscopus Constantinopolis dixit: Calopodius & Gerontius,q inter eos pres byteri sunt,olim damnati sunt,& non illis licet intrare.Calopodius,& Gerontius dixerũt: Nemo nobis dixit,quia damnati sumus.Modo nobis dixerunt: Aetius archidiaconus sanctæ ecclesiæ Constantinopolitanæ vadens ad Calopodium eunuchum,dixit ei: Archiepũs per me archidiaconum dicit tibi, quia damnatus es.Et exi. Calopodius dixit: Pro qua causa. Aetius archidiaconus dixit: Vt hæreticus.Calopodius dixit: Suggero, vt legantur petitiones nostræ. Gloriosissimi & magnificentissimi iudices, & amplissimus senatus dixerunt. Recitentur.Beronicianus deuotissimus magistrianus, & secretarius sacri consistorij recitauit.

Xylocerc[9] nõ mẽ loci ẽ,vbi duo vel tres monachi habitant.

¶ Diuersorum archimandritarum epistolium ad Martianum Augustum.

Pijssimo & Christi amantiss.Imperatori nostro nouo Constãtino Martiano,a Caroso,Dorotheo,Helpidio,Photino, Eutychio,Theodoro,Moyse,Maximo Gerõtio,Nemesino,Theophilo,Thoma,Leontio,Hipsio,Callinico,Paulo,Gaudẽtio, Eugnomenæ,viris archimãdritis,&ab oĩbus in Chro comitibus suis,&reliquis clericis & monachis,& laicis.Semp Imperiũ Romanorum, & pſertim a Theodosio maximo & btõ,vniuersum mũdũ pacis bono cõpleuit,laborãs pro recta fide. Sed qm̃ q sq; suũ q̃rit nõ etiã ꝓximi(sicut sancit sctã scriptura)oĩa soluta sunt,aplorum fides turbata ẽ,& ea q dẽ

Philip.2.

quæ

quæ sunt inimicorum (Iudæorum dicimus, & Paganorum) quis pessima, tñ in pace constituta sunt. Nostra aũt in bello irrecõciliabili psistunt. Hæc autẽ correctio seruabatur vestro amico Christi Imperio, vt nõ in recta fide fiat schisma, sed vt fides firmaretur a diuinitate vestra. Omnis eñ iustitia omnem qdem iudicẽ decet, sed præcipue Imperatorem, & maxime pium. Vnde ad ipm pertinet ius promulgare legitimũ. Suggerimus ergo pietati vestræ, vt præcipiat vniuersalẽ fieri synodum, quã vestra pietas prouidentiã faciẽs, nostrum oĩm saluti iam cõuenire sanciuit. Vacent autẽ turbatiões, & subscriptiões, quę per violentiã fiunt, & persecutiões, quæ semper a clericis cõtra nos meditãtur, & quas conãtur facere, latẽtes vestrã pietatem. Et petimus diuinitatẽ vestrã, iam neminẽ iactare, nec a monasterio, nec ab ecclesia, neq; a basilica martyris, vsq; ad iustum sanctæ synodi iudicium, ne canonicis regulis obuiare videamur, & ne forte aliqui, aliis seditionẽ facientibus, hæc pietati vestræ putẽt ascribenda, quã pacem diligere, & pro ipa præ oĩbus nouimus cogitare, vt iterum per sanctos patres, sancta fide cõfirmata, possimus reliquum tps vitæ nr̃æ caste & pie viuere, & in pace incessanter cõsuetas orões offerre dño nostro Christo pro diuturnitate æterni vestri Imperii, q & sua bona voluntate inuisibiliter nobis donauit Imperium diuiniss. Augusti. Diogenes reuerend. epũs Cyzici dixit: Barsumas, q inter illos intrauit, occidit beatum Flauianũ. Ipse instabat, & dicebat: Occide. Et nõ est positus in petitionibus, quare introiuit? Omnes reuerend. epi clamauerunt. Omnem Syriã Barsumas euertit. Dixit super nos mille monachos. Magnificẽtissimi & gloriosiss. iudices, & amplissimus senatus ad monachos dixerũt: Secundũ vestrã petitionem, quã per suggestiões dedistis, diuus & piissimus Imperator & sanctã synodum cõuenire, & vos introire præcepit. Ergo post quã intrastis, sustinete discere, quæ ab ipsa sancta synodo de fide formãtur. Carosus & Dorotheus reuerẽ. archimãdritæ, & cæteri monachi dixerunt. Rogamus, vt recitetur libellus, q a nobis offertur. Omnes reuerendissimi epi clamauerunt: Homicidã Barsumã mitte foras. Homicidam in arena Anathema Barsumæ, Barsumã in exilium. Magnificentiss. & gloriosissimi iudices, & ampliss. senatus dixerunt. Recitetur libellus, q a reuer. monachis porrectus est. Constãtinus deuotiss. secretarius diuini cõsistorii accipiens ab eis recitauit.

¶ Epl'a archimãdritarum ad Chalcedoneñ. cõciliũ pro Dioscori rehabilitatiõe.

SAnctæ synodo, quæ hic modo profecta est archimandritis, & ab omni in Chr̃o fraternitate. Ad primã vocationem cõuenire habuimus ad vestrã sanctitatem, sed qa piissimus Imperator sanctiss. archimandritæ, & pbr̃o Caroso mandauit nõ venire, nisi & ipsius pietas pñs fuerit, nos autẽ sine ipso intrare superuacuum putauimus, qa pater est noster, sicut & vestræ sanctitati per rescripta mandauimus, ob hoc nõ venimus. Nunc autẽ ad vos venientes, petimus vestrã sanctitatem, vt oĩa consequenter procedant, & ad hoc cõcilium cõueniãt sanctiss. archiepũs Dioscorus, & qui cum ipso sunt sanctiss. epi. Et cum legerẽtur. Omnes reue. epi clamauerunt. Anathema Dioscoro, Dioscorum Chr̃us deposuit. Istos mitte foras. Tolle iniuriam a synodo, Voces Imperatori. Tolle violentiã a synodo, tolle iniuriam a synodo, tolle notam a synodo. Faustus reueren. & q cum ipso reuerendi archimandritæ dixerunt: Tolle iniuriã a monasteriis. Omnes reuerend. epi clamauerunt. Petitiones istas synodum audire non licet Illum, q damnatus est ab omni synodo, epũm nominare nõ licet. Epũm nominare ausi sunt. Regulæ quare calcãtur? Magnificentiss. & gloriosiss. iudices, & ampliss. senatus dixerunt: Sine præiudicio recitetur libellus. Constãtinus deuotiss. secretarius sacri cõsistorii, libelli reliqua recitauit. Nq; & ipse piiss. noster Imperator, ex quo congregare hanc synodum cõstituit, pollicitus est nobis, cõfirmare tãtum expositionem fidei trecentorum decem & octo sanctorum patrum, & nihil aliud ante hoc moueri vel fieri. Isto autẽ placito vtiq; irrationabilis est facta dãnatio cõtra sanctissimũ archiepũm Dioscorum, quia nec sine eo, & sanctiss. epis, qui cum ipso sunt, possumus aliquid de fide aut dicere, aut facere. Ergo præcipite venire eundẽ sanctiss. archiepũm Dioscorum, & oẽs epõs, qui cum ipso sunt, vt & scandala, quæ facta sunt de fide, incidãtur, & orthodoxi populi nõ habeant inter se discordiã. Debebat eñ in hac parte vobis esse studium ante oĩa vitæ necessaria. Si autẽ cõtra hæc, quæ nos tam cõsequenter requirimus, vestra nititur reuerentia, & velit authoritate vti, quæ cõtrara est vtilitatibus, testamur dñm Chr̃m, & piissimũ Imperatorem, & magnificentiss. iudices, & ampliss. senatũ, & vestram consciẽtiam,

& vestes

A & vestes nostras excutimus,&extra communicationẽ vestram nosmetipsos efficimus.
Non enĩ patimur(symbolo fidei trecentorum decem & octo recusato)communicato-
res fieri eorum,qui hũc respuunt. Ad integriorem autẽ probationem,ꝙ nihil nos cõ-
trarium symbolo fidei sapiamus,neq; locum habeat aliqua calumnia, quæ aduersum
nos facta est,subdidimus & ipsum symbolũ , & diffinitionem, quæ hoc superſignauit,
prolatam a sancta & vniuersali synodo,quæ Nestorium condemnauit. Aetius archi-
diaconus Constantinopolis sanctæ & vniuersalis ecclesiæ dixit:Regula est hæc cũ alĳs
posita a sanctis patribus,quã custodientes sanctissimi patres epi docent & clericos, &
monachos,& omnes Christum colentes. Si autem inueniant aut insultantes,aut acqui-
escere non volentes,hac vtuntur regula. Et ex codice relegit hæc. De clericis, & mo-
nachis,qui semetipsos a communione suspendunt. Si quis pbr̃ aut diaconus suum con
temnens episcopum,a communione semetipsum suspendit ecclesiæ, & secreti⁹ colle-
ctam fecerit,& altare constituerit,& noluerit euocanti episcopo consentire, & nolue-
rit eidem acquiescere,neq; obedire & prius & secundo vocanti, hunc omnino damna-
ri,nec vnquã hunc curationem mereri,nec recipere eum posse honorẽ ordinamus. Si
autem permãserit turbas faciens & seditiones ecclesiæ,per extraneam potestatem tan-
B quã seditiosum debere* conuerti. Omnes reuerendissimi epi clamauerunt:Hæc iusta
regula. Hæc regula patrum. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices,& amplissimus
senatus dixerunt:Secũdum vestram petitionẽ(& contradicẽtibus reuerendissimis epis)
oblati a vobis libelli relecti sunt. Dicite igitur,si vultis dogmatibus totius sanctissimæ sy
nodi consentire. Carosus reuerendissimus archimandrita dixit:Fidem trecentorum de
cem & octo patrũ,qui conuenerunt apud Niceam,in qua & baptizatus sum,noui. Nã
ego aliam fidem nescio. Episcopi sunt. Potestatem habẽt,& excõmũnicare & damna-
re,& quicquid volunt,potestatem habẽt amplius. Ab hoc ego aliud nescio. Me san-
ctus Timotheus in Tomis baptizauit. Iussit mihi,nihil aliud sapere. Dorotheus reuerẽ
dus archimandrita dixit:Permaneo in fide sanctorũ patrum trecentorum decẽ &octo,
qui apud Niceã conuenerũt, in qua baptizatus sum,&constituta eorũ,qui apud Ephe
sum Nestorium damnauerunt. Et sic credo,& præter hanc non noui aliam fidẽ. Barsu
mas reuerendus monachus per proprium hominẽ interpretantem eum scire loquen-
tem,dixit:Sic credo quomodo trecenti decem & octo. Et sic baptizatus sum in nomi-
ne patris,& filĳ,& spũs sancti,sicut dominus docuit apostolos. Helpidius monachus
dixit:Ego credo sicut trecẽti decem & octo patres,qui apud Niceam, & qui in Ephe
so Nestorium damnauerunt,& permaneo constitutus,sicut exposuerunt. Alĳ mona-
C chi,qui cum ipsis erant,dixerunt:Et nos eadem dicimus. Aetius archidiaconus Con-
stantinopolitanæ sanctissimæ ecclesiæ vadens ad eos,dixit eis:Sanctũ hoc magnumq;
concilium sic credit sicut trecenti decem & octo sancti patres,qui apud Niceam tunc
congregati sunt,& exposuerunt hoc symbolum,& ipsi custodiunt,& omnes aduenien
tes edocent. Quoniam autẽ inter hæc discordiæ sunt per aliquos generatæ,& aduer-
sus has repugnantes sancti patres Cyrillus & Cœlestinus,& nunc sanctissimus & bea-
tissimus papa Leo,epistolas interpretantes symbolũ,non fidem,aut dogma exponẽtes,
dederũt,quas veneratur omne cõcilium vniuersale,& consentit, & interpretationem
earum tradit cupientibus edoceri,& vestra dilectio huic sententiæ totius sanctæ syno-
di conquiescit,& anathematizat Nestorium & Eutychen,tanquã nouas voces intro-
ducentes,aut non? Carosus reuerendiss. monachus dixit:Ego quid habeo anathemati
zare Nestorium,qui & semel,& secundo,& tertio,& multoties anathematizaui,& dã
naui eum? Aetius archidiaconus Constãtinopolis sanctissimæ ecclesiæ dixit:Et Euty-
chen igitur modo anathematizas,sicut sancta synodus,aut non? Carosus reuerendiss.
monachus dixit:Non est scriptum tibi,non iudices,ne iudiceris. Episcopi sedent,& tu
cur loqueris? Aetius reuerendus archidiaconus Constãtinopolitanæ sanctæ ecclesiæ
dixit:Ad ea,quæ per me interrogatus es a sancto cõcilio,dic. Acquiescis sanctissimo &
vniuersali concilio,an non? Carosus reuerendiss. monachus dixit:Ego secundũ expo-
sitionem trecentoꝝ decem & octo sanctoꝝ patrum sic credo, sic baptizatus sum,aliud
qd mihi dicis,nescio. Potestatẽ habetis,epi estis. Vultis in exiliũ mittere,vultis dãnare?
Quicquid vultis suscipio a vobis. Sanctus Apostolus dicit:Si angelus de cœlo annun
tiauerit vobis,præterq̃ quod accepistis,anathema sit. Quid habeo facere? Si nõ credit

7.q.1. Si quis pbr̃. Et in cõci. Antioche no ca.5

als, corripi

Matth. vlt.a

Matth.7.a

Hæreticorũ cõsuetudo in puersitare hęrere nec timore concuti.

Galat.1.b

Eutyches, sicut credit vniuersalis ecclesia anathema sit. Magnificētissimi & gloriosissimi iudices, & amplissimus senatus dixerūt: Relegant preces, quæ a Fausto reuerēdissimo, & ab alijs archimandritis oblatæ sunt. Beronitianus deuotissimus secretarius sacri consistorij legit. D

Peticio catholicorum archimādritarum cōtra pseudo archimādritas hæreticos.

¶ Fausti, Martini, Petri, & aliorum archimandritarum literæ ad Martianum Imperatorem.

A Diuina semp manu protecto pijssimo & Christianiss. dnatori & Impatori Martiano perpetuo augusto, pces & supplicationes a Fausto, Martino, Petro, Manuele, Abraamio, Iob, Antiocho, Theodoro, Paulo, Iacobo, Eusebio, Triphone, Marcello, Timotheo, Germano, Petro, Asterio, & Iohanne pbris, & archimādritis. Christianissimū & pium vestrū imperiū sanctā orthodoxorum religionē augere, atque continere meditās, sanctarum ecclesiarum expulit turbationē. Eutychen enī, q pollutas & prophanas aduersus omniū saluatorē Christū voces euomuit, & seminare Christi ecclesiæ multa zizania machinatus est, proiecit Christianissima vestra potētia. Qui autē ab illo edocti sunt, nolunt piæ & orthodoxę fidei subscribere, & sequi sanctorum patrum pijssima dogmata, sed dura ceruice māserunt, resultātes, atque aduersantes recte patrum cōfessioni. Multa vero admonitione eis illata a deo amātiss. archiepō Anatholio, & his, qui cum eo sunt sanctissimis epis & pbris, & diuinis dogmatibus eis relectis, sicut hi, q a nobis directi sunt, vobis hoc declararūt. Hac causa rogamus vestrā sancire potentiā, quatenus non amplius eorum augeat impietas. Præcepit aūt nobis, vt monachorum spiritalibus constitutis subdantur, qui sic inuerecundæ a nostra fide recta recesserunt, aut si emendati fuerint (qd oramus) cū his, q saluant, hos quoque partē habere. Si aūt amplius in sua mala fide pmāserint, decētē eos suscipere disciplinā. De spelunca aūt, vbi digni bestijs habitant, & qtidie blasphemāt saluatorē oīm Chrm, disponi nobis pcipiat Christianissimū vestrū imperiū, sacra vestra subnotatiōe trāsmissa ad nostrā personā. Dorotheus reuerendissimus monachus dixit: Quoniam Eutychen dicūt, qa ante vnitionē duas naturas dixit, & post vnitionem vnam naturam, & anathematizant eum sicut hæreticum. Vbique propositiones posuit Eutyches, & vestra magnificentia audiuit, quę sunt ab eo proposita, quia orthodoxus est homo, & fit ei calumnia. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices, & amplissimus senatus dixerunt. Eutyches ait, q corpus saluatoris nostri Christi non fuit nostræ substantiæ, tu de hoc quomodo confiteris? Dorotheus reuerendus monachus dixit: In nomine patris, & filij, & spiritus sancti tincti, baptizati sumus, confitentes saluatorē nostrū Iesum Christum, qui descendit, & incarnatus est ex sancta virgine Maria, qui inhumanatus est, & crucifixus est pro nobis tēporibus Pontij Pilati. Sustine autem, & si quid me transit, corrigar. Hunc ex trinitate esse fatemur. Nam & ipse dominus noster in cuius faciem expuerunt, & telo pcussus est, & alapam accepit, cum surrexisset a mortuis, dixit sanctis suis discipulis: Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in noīe patris, & filij & spiritus sancti. Ergo credimus illū passum trinitatis esse, & aliā fidem nō nouimus. Omnes reuerēdissimi episcopi dixerūt: Subscribit epistolæ, aut non? Dorotheus reuerēdus monachus dixit: Ego in baptismate credo, epistolæ aūt nō subscribo. Magnificentissimi & gloriosiss. iudices & amplissimus senatus dixerūt: Cū diuinissimus noster Imperator, & magnificētissimos iudices, & amplissimū senatū ad vos destinauit, promisistis non cōtradicere his, q a sancta synodo promulgant, quare igit in psenti non cōsentitis decretis sanctæ synodi? Dorotheus reuerendus monachus dixit. Tunc nos locuti sumus iudicibus & senatui. Et intus intrātes rogauimus Imperatorē, vt hæc synodus, q præsens est, fidem cōfirmaret trecentorum decem & octo patrum, in qua & baptizati sumus, vna cum definitione, quæ ab ipsis patribus definita est. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices, & amplissimus senatus dixerunt: Quia diuinissimus Imperator noster pius est, & nos intentionem eius sequimur, si vultis, inducias duorum aut trium dierum ad cogitandū accipite. Hoc enim, vt vobis concedatur, nos petimus sanctam synodum, vt recogitantes, confessionem fidei sanctorum patrum sequamini. Carosus reuerendissimus archimandrita dixit: Hic sum. Quid opus habetis duos aut tres dies sustinere? Ecce modo, si vultis aliquid facere, potestatem habetis. Dorotheus reuerendus monachus dixit: In fide permaneo trecentorum decem & octo patrū, in qua & baptizatus sum, & in defini-

E

Matth. vlt. c

F

A definitione Ephesia, & aliud aliquid nō dico. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices & amplissimus senatus dixerūt: A sancta synodo forma laudabitur.

ACTIO QVINTA CHALCED. CONCILII.

Consulatu domini nostri Martiani perpetui augusti, & qui fuerit nuntiatus, sub die. xi Kalend. Nouembris in Chalcedone, secundū iussionem diuinissimi & piissimi domini nostri Martiani perpetui augusti, cōuenientibus in sanctissima ecclesia sanctæ martyris Euphemiæ, magnificentissimo & gloriosissimo magistro militum exconsule ac patricio Anatholio, & magnif. & glorios. præfecto sacrorum prætoriorum Palladio, & magnif. & glorios. magistro sacrorum officiorum Vincomalo. Conuenientibus etiam Paschasino & Lucentio reuerendiss. epis, & Bonifacio reuerendissimo presbytero, agentibus vices sanctissimi archiepiscopi senioris Romæ Leonis, & Anatholio reuerendissimo archiepiscopo magni nominis Constantinopolis, & Maximo reuerendo episcopo Antiochiæ Syriæ, & Iuuenali reuerendissimo episcopo Hierosolymorum, & Quintillo reuerendissimo episcopo Heracleæ Macedoniæ, agente vices sanctissimi episcopi Anastasii Thessalonicensis, & Thalassio reuerend. Cæsareæ episcopo Cappadociæ, & Stephano reuerend. episcopo Ephesi, & Luciano reuerendissimo episcopo Byziæ, agente vices deo amantissimi Cyriaci B episcopi Heracleæ Thraciæ, & Eusebio reuerend. episcopo Ancyræ Galatię, & Diogene reuerend. episcopo Cyzici, & Petro reuerendissimo episcopo Corinthi, & Florentio reuerend. episcopo Sardeorum, & Eunomio reuerend. episcopo Nicomediæ, & Anastasio reuerend. episcopo Niceæ, & Iuliano reuerend. episcopo Coensi, & eodem agente vices sedis apostolicæ senioris Romæ, & Eleutherio reuerendissimo episcopo Chalcedone, & Basilio reuerend. episcopo Seleuciæ Isauriæ, & Meletio reuerēdo episcopo Larissæ, agente vices reuerendissimi episcopi Apamiæ Syriæ Domni, & Amphilochio reuerend. episcopo Sidæ, & Theodoro reuerendissimo episcopo Tarsi, & Cyro reuerend. episcopo Anazarbi, & Constātino reuerend. episcopo Bostrorū, & Photio reuerend. episcopo Tyri, & Theodoro reuerend. episcopo Damasci, & Stephano reuerend. episcopo Hierapolis, & Nonno reuerend. episcopo Edesæ, & Simeone reuerend. episcopo Amidæ, & Epiphanio reuerend. episcopo agente vices reuerend. episcopi Olympij Constātiæ, & Iohanne reuerend. episcopo Sebastiæ, & Seleucio reuerendissimo episcopo Amasiæ, & Constantino reuerend. episcopo Melitenæ, & Patricio reuerend. episcopo Tyanensi, & Petro reuerend. episcopo Gangrorū, & Eustachio reuerend. episcopo Beryti, & Apragmonio reuerend. episcopo Tij, agēte vices reuerend. episcopi Calogeri Claudiupolis, & Atharbio reuerend. episcopo Trapezuntis, agente vices Theoctisti reuerend. episcopi Pessinuntis, & Romano reuerend. episcopo Myrorum, & Critoniano reuerend. episcopo Aphrodisiadis Cariæ, & Nunechio reuerend. episcopo Laodiciæ Phrygiæ, & Mariniano reuerend. episcopo C Synnadorum, & Onesiphero reuerend. episcopo Iconij, & Pergamio reuerend. episcopo Antiochiæ Pisidiæ, & Epiphanio reuerend. episcopo Pergami, & Attico reuerend. episcopo Nicopolis Epiri, & Martyrio reuerend. episcopo Gortynæ, & Luca reuerend. episcopo Dirrhachij, & Vigilantio reuerend. episcopo Larissæ Thessaliæ, & Francione reuerend. episcopo Philipporum, & Sebastiano reuerend. episcopo Beroæ, & Basilio reuerend. episcopo Gratianupolis, & Triphone reuerend. episcopo Chij, & Theoctisto reuerend. episcopo Beroæ, & Gerontio reuerend. episcopo Seleuciæ Syriæ, & Eusebio presbytero, agente vices Macharij reuerend. episcopi Laodiceæ Syriæ, & Eusebio reuerend. episcopo Dorylei, & reliqua sancta & vniuersalis synodus, secundum præcepta diuinissimi & piissimi domini nostri congregata in Chalcedone ciuitate. Et consedentibus omnibus ante cancellos sanctissimi altaris. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Hæc, quæ decreta sunt de fide, manifesta nobis iubete perfici. Asclipiades diaconus magni nominis sanctissimæ ecclesiæ Constātinopolis recitauit diffinitionem, quam non placuit ijs gestis inserere. Et post lectionē dubitantibus aliquibus, Ioannes reuerend. episcopus Germaniciæ, transiens in medio, dixit: Non bene habet diffinitio, sed debet integre fieri. Anatholius deo amantissimus

Hic nō sedis senatus.

archiepiſcopus nominatiſſime Conſtantinopolis ad ſanctam ſynodũ dixit: Placet vobis diffinitio? Omnes reuerendiſſimi epiſcopi præter Romanos, & aliquos Orientales clamauerunt: Diffinitio omnibus placet. Hæc fides patrum. Qui præter iſta ſapit, hæreticus eſt. Qui aliter ſapit, anathema ſit. Neſtorianos mitte foras. Hæc diffinitio omnibus placet. Qui non anathematizat Neſtorium, exeat. Anatholius deo amãtiſſimus archiepiſcopus regiæ vrbis Conſtantinopolis dixit: Heri omnibus diffinitio fidei placuit. Prædicti reuerẽd. epiſcopi clamauerunt. Diffinitio omĩbus placuit. Aliter nõ credimus. Anathema illi, q aliter credit. Iſta fides patrum. Diffinitio deo placuit. Iſta fides orthodoxorum. Fides fraudem nõ patitur. Sancta Maria theotocos ſcribatur. In ſymbolo ſic addatur. Paſchaſinus & Lucentius viri reuerendiſſimi epiſcopi, & Bonifacius preſbyter vicarij ſedis apoſtolicæ dixerunt: Si non conſentiunt epiſtolæ apoſtolicæ, & beatiſſimi viri papæ Leonis, iubete nobis reſcriptam dari, vt reuertamur, & ibi ſynodus celebretur. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi iudices dixerũt: Si placet, ab Orientalibus reuerendiſſimis epiſcopis ſex, & ab Aſiana regione tres, & ab Illyrico tres, & a Pontica tres, & a Thracia tres, præſentibus etiam ſanctiſſimo archiepiſcopo Anatholio, & reuerendiſſimis Romanis, conueniamus intro in oratorio ſanctæ martyris, & omnibus ab ijſdẽ conſequenter requiſitis, quæ placuerunt de ſancta fide, manifeſta nobis fiant. Prædicti reuerendi epiſcopi clamauerunt: Omnibus diffinitio placuit. Has voces Imperatori. Iſta diffinitio orthodoxorum eſt. Et iterum Iohanne reuerendiſſimo epiſcopo Germaniciæ veniente ad glorióſiſſimos iudices, reuerendi epiſcopi clamauerunt: Neſtorianos mitte foras. Inimicos dei mitte foras. Qui ſunt, vix apparent. Vniuerſus mundus orthodoxus eſt. Heri diffinitio omnibus placuit, Imperator orthodoxus eſt, Auguſta orthodoxa eſt. Iudices orthodoxi ſunt. Multi anni auguſtæ, multi anni Imperatori. Heri diffinitio omnibus placuit. Multi anni iudicibus. Petimus, vt diffinitio ſubſcribatur coram euangelijs. Omnibus placuit. Iubete ſubſcribi diffinitionem Contra fidem fraus non fiat. Qui non ſubſcribit diffinitioni, hæreticus eſt. Sancta Maria Theotocos eſt. Qui non ſic ſapit, hæreticus eſt. Orthodoxi iudices, fidem cuſtodite orthodoxorum Imperatorum. Orthodoxi iudices, a diffinitione nullus abſcedit. Spũs ſanctus diffinitionẽ dictauit. Diffinitio orthodoxa ẽ. Diffinitio mõ ſubſcribat. Qui nõ ſubſcribit, hæreticus ẽ. Hæreticos foras mitte. Virgo Maria Theotocos ẽ. Hæreticũ mitte foras. Maria Theotocos diffinitiõi addita ẽ. Neſtorianos mitte foras. Chrs deus eſt. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi iudices dixerũt: Dioſcorus dicebat, propter hoc ſe damnaſſe Flauianum, quia duas naturas aiebat eẽ. Diffinitio autem ex duabus habet naturis. Anatholius reuerendus archiepiſcopus Conſtantinopolis dixit: Propter fidẽ non eſt damnatus Dioſcorus, ſed quia excommunicationem fecit domino archiepiſcopo Leoni, & tertio vocatus eſt, & non venit, & ideo damnatus eſt. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi iudices dixerunt: Epiſtolam ſanctiſſimi Leonis ſuſcepiſtis? Prædicti reuerendiſſimi epiſcopi clamauerunt: Etiam ſuſcepimus, & ſubſcripſimus. Magnificentiſſimi & glorioſiſſimi iudices dixerunt: Ergo quæ in ea inſeruntur, inſerant diffinitioni. Prædicti reuerendi epiſcopi clamauerunt: Altera diffinitio non ſit. Nihil deeſt diffinitioni. Euſebius reuerẽdus epiſcopus Dorylei dixit: Alia diffinitio non ſit. Prædicti reuerendi epiſcopi clamauerunt. Epiſtolã diffinitio firmauit. Archiepiſcopus Leo, vt credimus, ſic credit. Diffinitio ſubſcribatur. Diffinitio habet omnia. Diffinitio fidẽ habet. Leo eadem dixit, quæ & Cyrillus. Celeſtinus, quæ & Cyrillus dixit, firmauit. Chriſtus roborauit, quæ Cyrillus dixit: Vnum baptiſma, vnus dominus, vna fides. Tolle fraudem a diffinitione. Magnificẽtiſſimi & glorioſiſſimi iudices dixerunt: Suggerentur diuiniſſimo & pijſſimo domino noſtro Imperatori clamores iſti. Et per iuſſionem glorioſiſſimorum iudicum vadens in diuinum palaciũ Beronicianus deuotiſſimus ſecretarius ſacri conſiſtorij & poſt paululum rediens, iſta ſanctæ ſynodo interlocutus eſt. Præcepit diuiniſſimus & pijſſimus dominus noſter Imperator, ſicut placuit magnificentiſſimis & glorioſiſſimis iudicibus, ſex reuerendiſſimos epiſcopos ab Oriẽtali regione, & tres ex Pontica, & tres ab Aſiana, & tres a Thracienſi, & tres ab Illyrico, præſentibus etiam archiepiſcopo Anatholio, & reuerendiſſimis Romanis, & conuenientibus in oratorio ſanctæ martyris, de fide recte & irreprehenſibiliter cõſtituat, quibus

A quibus omnes consentiant, & nihil dubium relinquatur. Si em̃ vobis hoc non placet, singuli fidem suam per suum metropolitam manifestam constituant, vt nulla similiter dubietas aut discordia relinquatur. Si autem neq; hoc vestra velit sanctitas, cognoscite, quia in partibus Occidentalibus fieri habet synodus, eo ꝙ religiositas vestra hic noluit de vera & orthodoxa fide indubitanter diffinire. Reuerendissimi episcopi clamauerũt: Multi anni Imperatori: Aut diffinitio persistat, aut vnus intereat. Multi anni Imperatoribus. Cecropius reuerend. episcopus Sebastopolis dixit: Petimus recitari diffinitionem, & ij, qui contradicunt, & non subscribunt, ipsi ambulent, quia nos consentimus bene decretis, & in nullo contradicimus. Reuerẽdissimi episcopi Illyrici dixerunt: Qui contradicunt, manifesti fiant. Qui contradicunt, Nestoriani sunt. Qui contradicũt, Romam ambulent. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Dioscorus dicebat, Quod ex duabus naturis est, suscipio, Sanctissimus autem archiepiscopus Leo duas naturas dicit esse in Christo vnitas, inconfuse, inconuertibiliter, & indiuisibiliter in vno vnigenito filio saluatore nostro. Quem autem sequimini, sanctissimum Leonem, aut Dioscorum? Reuerendissimi episcopi clamauerunt: Vt Leo sic credimus. Qui contradicunt, Eutychianistæ sunt. Leo recte exposuit. Magnificentissimi & gloriosissimi B iudices dixerũt: Ergo addite diffinitioni secũdũ iudiciũ sanctiss. patris nostri Leonis, duas esse naturas vnitas in Christo inconuertibiliter, inseparabiliter, & inconfuse. Et rogati ab omnibus gloriosissimi iudices, intrauerunt in oratorio sanctissimę martyris Euphemiæ, vnà cum Anatholio reuerendo archiepiscopo Constantinopolitano, & Paschasino, & Lucentio reuerendissimis episcopis, & Bonifacio presbytero, & Iuliano reuerendo episcopo Coensi, vicario apostolicæ sedis Romanæ magnæ ciuitatis, necnon & Maximo reuerendo episcopo Antiochiæ Syriæ, & Iuuenali reuerendo episcopo Hierosolymitano, & Thalassio reuerend. episcopo Cæsareæ Cappadociæ, & Eusebio reuerendo episcopo Ancyræ Galatiæ, & Quintillo, & Attico, & Zozonte reuerendissimis episcopis Illyricis, & Diogene reuerendo episcopo Cyzici, & Leontio reuerendo episcopo Magnisiæ, & Florentio reuerendo episcopo Sardeorum, & Eusebio reuerẽdo episcopo Dorylei, & Theodoro reuerendo episcopo Tarsi, & Cyro reuerendo episcopo Anazarbi, & Constantino reuerendo episcopo Bostrorum, & Theodoro reuerendo episcopo Claudiupolis Isauriæ, & Francione, & Sebastiano, & Basilio reuerendis episcopis Thracibus. Et postquam tractauerunt de sancta fide, & exierunt, & sederunt omnes, magnificentissimi & gloriossimi iudices dixerunt: Dignetur sancta synodus fidem continens, cum taciturnitate audire, quæ decreta sunt in præsentia nostra a congregatis sanctissimis patribus, qui & diffinitionem fidei interpretati sunt. Aetius C archidiaconus sanctæ ecclesiæ magnæ ciuitatis Constantinopolis recitauit. Sancta, & magna, & vniuersalis synodus, quæ per gratiam dei, & præcepto piissimorum & Christianissimorum Imperatorum Valentiniani & Martiani augustorum congregata est in Chalcedone metropoli prouinciæ Bithyniorum, in ecclesia sanctæ & victricis martyris Euphemiæ, hæc diffiniuit, quæ subter scripta sunt.

Aeditio prima.

Iohan.14.d.

C tychius epũs Adrianopolis, sim̃, Claudiꝰ epũs Anchiaxi, sim̃, Sothericꝰ eps Corcyræ, sim̃, Dionysiꝰ epũs Antiochiæ, sim̃, Ioãnes epũs Alindoꝝ, sim̃, Flacillus epũs Assi, similiter, Papias epũs *Eresoꝝ, sim̃. Dionysius epũs Heracleæ *Latmi, sim̃. Menander eps Heracleæ Saluacis, sim̃, Eupythius epũs Stratonicæ, sim̃, Ioãnes epũs Amyzonis, sim̃, Tinchaniꝰ epũs Apolloniadis, sim̃, Theodoretꝰ epũs Alabãdoꝝ, sim. Ioãnes epũs Gnidi, sim. Calandion epũs Alicarnassi silr̃ p Iulianũ pbr̃m, Daniel epũs Cadoꝝ, simi. Modestꝰ epũs Sebastæ sim̃, Paulus epũs Aristĳ silr̃, Eulalius epũs Silbĳ, sim̃, Chariton epũs Dionysiopolis simi. Ioãnes epũs Trapezopolis silr̃, Gẽnadius eps Acmoneoꝝ similiter, Thomas epũs Theodosiopolis sim̃, Gerdio epũs Cliadalma, sim. Gẽnadiꝰ eps Mossiunoꝝ, sim. Euãdrus epũs Diocliæ, sim. Gerõtius epũs Basilinopolis, sim. Alphiꝰ epũs Myndi, sim. Diogenes epũs Orthosiæ, p Theoctistũ pbr̃m silr̃, Zoticus epũs Arpasiẽsiũ, p Philoteũ pbr̃m, sim. Mirus epũs Euladrus, sim. Lucianus epũs Hipsis, simil. Philippꝰ epũs Lisiadis sim. Epiphaniꝰ epũs Midaĳ sim. Abertius epũs Hierapolis sim. Cyriacus epũs Eucarpiæ si. Eustachius epũs Docimęi sim. Aqlas epũs Aurocyroꝝ, sim. Basilius epũs Nacoliæ sim. Strategius epũs Polibotis sim. Neoptolemꝰ epũs Corneñ. sim. Paulus epũs Derbæ, sim. Plutarchus epũs Lystroꝝ sim. Eugenius epũs Cannoꝝ sim. Rufus epũs Hydæ sim. Tyrãnus epũs Homonadoꝝ sim. Acholius epũs Larandoꝝ, sim. Eutropius epũs Adadoꝝ sim. Paulus epũs Philomelĳ sim. Paulinus epũs Apamiæ sim. Theoctistus epũs *Tyrĳ sim. Eorticius eps Metropolis sim. Cyrus eps Siniandi silr̃, Libanius epũs Parilicaoniæ, sim̃, Alexãder epũs Seleuciæ sim̃, Olimpius epũs Sozopolis sim̃, Fõteianus epũs Sagalassi sim̃. Messalinus epũs Laodiceæ, p Adilũ Chorepm̃ sim. Bassonas epũs Neapolis sim, Florẽtius epũs Adrianopolis similiter,

als, Dacliorum ficpolis

als, Theodo-

als, Basilius

als, Palesce psis

als, Miniæ

als, Euiæ

als, Eressorum

al, Linceftid.

als, Theræ

Musianus epũs Limerorum ssr, Manasses epũs Theodosiopolis ssr, Ioannes epũs Bargilæ ssr, Florẽtius eps Lesbi, p Euelpistũ Chorepm ssr, Epaphroditus epũs Tamassij ssr, Sotheres epũs Theodosianus ssr, Heliodorus epũs Amathũtis, p Sotherẽ episcopũ Theodosiañ. ssr, Didimus epũs Lapethos, p Epaphroditum Tamassij ssr, Echius epũs Arsinoæ, p Sotherẽ epm Theodosiañ. ssr, Photinus epũs Chitrorum, p Dionysiũ diaconũ ssr, Epiphanius epũs Salorum, p Sotherẽ epm Theodosiañ. ssr, Ioãnes eps Messenæ ssr, Ophelimus epũs Tegeæ ssr, Irenæus epũs Naupacti simi. Cyrillus epũs Subritis ssr, Gẽnadius epũs Gnosi ssr, Eusebius epũs ciuitatis Apolloniæ ssr, Demetrius epũs Lappæ ssr, Euphrates epũs Eleuthernæ ssr, Paulus epũs Cãdiæ, p Crisogonum pbr̃m similiter, Zozon epũs Philippẽsium simi. Eusebius epũs Topirensiũ sim̃. Maximinus epũs Serrẽsium ssr, Nicolaus epũs Stoborum ssr, Dardanius epũs Bargilæ similiter, Ioannes epũs *Perticupolis, p Cyriacũ pbr̃m simi. Honoratus epũs Thassos similiter, Theophilus epũs *Ariassi simi. Neon epũs Psillenus simi. Diodotus eps Lysimachorum simi. Maras episc. Cordilusorum ssr, p Macellinũ epm Isidorum, Paulus episc. Tlosorum ssr, Marcellinus Isidorum simi. Macedon episc. Magidis ssr, Eudoxius epi. Etennorum ssr, Aurelius episc. Adrumetinus similiter, Marcellinus episc. Corydallorum ssr, Eugenius eps Cotennorum ssr, Obrimus episc. Coracesij ssr, Petrus episc. Echineorum, p manũ Sophronij coepi ssr, Eustachius episc. gentis Sarracenorum ssr, Cõstantinus episc. Demetriadis similiter, Restituanus episc. Africanus ssr, Sauinianus episc. Perræ ssr, Eudoxius episc. Comatis ssr, Palladius episc. Coridallorum, per Eudoxiũ epm Chomatis ssr, Diogenes episc. Cyzici, & pro absentib' episcopis sub me cõstitutis, hoc est, Alexãdro ciuitatis Oceæ, Gemello Melitopolis, Eustorgio Scepsiæ, Eutychiano Bareñ. Acatio Procõnesi, Timotheo Germæ, cõsentiens, subscripsi. Theodorus episc. Tarsi, & pro absentibus epis sub me cõstitutis, Salustio Coryceñ. Matroniano Pompeiopolis, subscripsi. Marinian' eps Synnadorum, & p absentibus epis, q sub me sunt, Helladio Thyatiræ, Paulo Gãmausæ, Auxianõte Prepenissę, Otreio Cynnabarij, Auxianõte Bysenorum, Iacobo Primessæ insulæ, Basilio Orei, cõsentiẽs subs. Cyrus episc. Anazarbi, & p absentibus epis sub me cõstitutis, Paregorio Castabalæ, Iuliano Alexãdriæ miñ. Eustachio Rhisorum, Alexandro Egeorum, cõsen. sub. Onesiphorus epi. Iconij, & p absentibus epis sub me cõstitutis, Eugenio Aranę, Diomede Ablateñ. Etio Isauriopolis, Eustachio Ebagenorum, Igemonio Gadazenorum, Conone Pertę, Armatio Mistij, Onesimo Cyzistrorum, Olimpio Sadagenorum, cõs. subs. Basilius episc. Seleuciæ Isauriæ, & p absent. epis sub me cõsti. Antonino Nephelidis, Iacobo Anemurij, Nunechio Charadrorum, Diaferẽtio *Olbassę, Antonio Domitiopolis, Stephano Dalisandi, Paulo Serepolis, Minodoro Irinopolis, Cynone Isidis, cõs. subs. Nunechius epi. Laodiceę, & p absen. epis sub me cõst. Simmacho Antiquorum Bendos, Phileto Hierocepieñ. Epiphanio Chologeñ. Euagora Ielissorum, Zozimo Themisonij, Antiocho ciuitatis Neæ, Philadelphio ciui. Anthemusiæ, Arabio ciuitatis Simæ, Heraclio ciui. Cydissorum, Gaio Egarorum, Mathia Trimenothuritorum, Philippo ciui. Peltorum, Taciano ciui. Philppupolis, cõsen. subs. Olimpius episc. Cypri, p Epaphroditũ epm Tamassi, & p absen. epis sub me cõst. Hermolao ciuitatis Catherię, Aristo Clides, Tyberio Nicopolis, cõsen. sub. Simeonius episc. Amidæ, & p absent. episc. sub me cõst. Eusebio, Maronio, Caiuma, Gualaras Tiritio, p Petrũ pbr̃m, cõs. subs. Pergamius episc. Antiochiæ Pisidiæ, & p absen. episc. sub me const. Apellino, Protogene, Marcellino, Maximo, Timotheo, Eutropio, Armenio, Musonio, cõs. subs. Stephanus episc. Ephesi, & p absen. episc. Eutropio Pergami, Flauiano Andriaceorum, Maxio Assi, Aroetiano Antãdri, Crisogono Cimę, Alexãdro Magnisiæ apud Sipilũ, Eustachio Timbriæ, Dracocio Hidræ, Gẽnadio Therorum, Iuliano Lebedi, Alexãdro Colophonis, Zitico Neæ, Isidoro Prienæ, Maxio Trallorum, Sabacio Mastaurorum, Eustorgio *tẽpli Iouis, Gerõtio Archadiupolis, Thoma Aulij, Rufo *Ilij, Ioanne *Bargasorum, Basilio Teorum, Alexãdro Naulochi, p Hesperiũ epm Pitanæ, cõsen. subs. Constãtinus episc. Bostrorum, & pro epis. absen. sub me const. Placo Gerassæ, Zosio Ebodorum, Malcho Auarę, Gãtone Elanorum, Nonno Saraceni, Chilone Neapolis, Erreiobio ciui. Neclæ, Gaineo ciuitatis Medinæ, Seuero ciuitatis Maximianupolis, Anastasio Anithæ, Solemo Constãtiæ, Mara Dionysiadis consentiens subsc. Theodorus episcopus Damasci, & pro epis. absen. sub me constitutis, Ioanne Palmiræ, Dadachrũ *Cochena, Eusebio Iabrudorum, Theodoro Dananio, Abraamio Alalorum, Petro Coarorum, consentiẽs subsc.

als, Parethenopolis
als, Orei
als, Olbiæ
als, phani
als, Timi
al. Varectorum
als, Ogdama

A Stephanus epūs Hierapolis, & pro deo amātiss. epis sub me constitutis. Vranio Surorum. Mara Vrimorum. Dauid Europi. Cosma Marino, cōsentiens, subscri. Diuinissimus & piissimus dn̄s noster Imperator ad sanctā synodum dixit: Dicat sancta synodus, si secūdum oīm sanctorum epōrum expositionē diffinitio nunc relecta, prolata est. Om̄es clamauerunt: Omnes sic credimus: Vna fides, vna voluntas. Om̄es idipsum sapimus, oēs cōsentiētes subscripsimus, oēs orthodoxi sumus. Hæc fides patrū, hæc fides apl'orum, hæc fides orthodoxorum. Hæc fides orbē terræ saluauit. Martiano nouo Cōstantino, nouo Paulo, nouo Dauid annos. Dauid Imperatori pio dn̄o vitā ei. Nouo Cōstātino, nouo Martiano. Vos estis pax orbis, pie dn̄e. Dn̄s vitā ei cōseruet. Vos fides nr̄a. Chr̄us, quē honoras, ipse te custodiat. Orthodoxā fidē tu roborasti. Sicut apl'i ita creditis. Augustæ multos annos. Vos lumina orthodoxæ fidei. Propter hæc vbiq; pax ē, Lumina pacis, dn̄e, tu custodi. Luminaria mūdi, dn̄e, tu custodi. Perpetua memoria nouo Cōstātino. Quæ ex genere orthodoxa est, de⁹ eā custodiat. Custodē fidei de⁹ custodiat. Eam, quę semp pia est, de⁹ custodiat. Pia orthodoxa, quę cōtraria ē hæreticis, de⁹ eā custodiat. Oēs hæreticos tu fugasti. Nestoriū & Eutychē tu psecuta es. Absit inuidia a vr̄o imperio. Fideles Imperatores sic honorant. Deus custodiat ptātem vestrā, deus pacificet imperiū vestrū Martianus nouus Cōstātinus. Pulcheria noua Helena. Zelū Helenæ tu

B sectaris. Vestra vita munimē cunctorum est, vestra fides ecclesiarum gloria est. Et post has voces. Diuiniss. & piiss. noster domnus Impator ad sanctā synodū dixit: Licet laborem vestræ reuerētiæ fatigationēq; fecerimus, tn̄ maximas grās agimus oīm saluatori deo, qui multorum errantiū circa fidē amputata discordia, in vnā eādemq; religionē om̄es nūc vna voluntate cōuenimus, sperātes celerrimā, vestris ad diuinitatē pcibus, & circa oīa pacē nobis a deo donari. Omnes clamauerūt: Hæc digna vestro imperio. Hęc propria vestri regni. Hæc correctio vestri imperij digni fide, digne Christo, digne imperio, digne fide & religiōe. Propter hęc pacificat orbis terrarum. Hæc digna vestra imperio. Per te orthodoxa fides firmata est. Per te hæresis nō est. Cœlestis rex, terrenū custodi. Per te firmata fides est. Cœlestis rex Augustā custodi. Per te fides firmata est. Vnus deus qui hoc fecit. Rex cœlestis Augustā custodi, dignā paci. Hæreticos tu fugasti. Nestorio & Eutychi anathema. Anathema & Dioscoro. Per vos fides, p vos pax. Hæc oratio ecclesiarum, hęc oratio pastorum. Nestorio, & Eutychi, & Dioscoro anathema. Et post has voces diuiniss. & piiss. dn̄s noster Imperator ad sc̄tām synodū dixit: Pia & catholica fide a sancta & vniuersali synodo secundū patrū expositionē declarata, iustū simul & expediens esse nostra trāquillitas approbauit, oēm de cætero cōtentiōis occasionē de

C sanctæ fidei religione penitus amputari. Si qs igitur idiota, vel militaris, seu clericus, publice de fide turbam congregans, sub obtentu disputationis tumultum fecerit, sciat, quia si qdem idiota sit, ab vrbe regia expelletur, militaris vero & clericus gradus suæ periculum sustinebunt, & pœnis alijs subiacebunt. Omnes clamauerunt. Multos annos Imperatori, multos annos Augusto pio & Christiano. Ecclesias tu correxisti, orthodoxam fidem tu confirmasti. Augustæ orthodoxæ multi anni. Multos annos piæ & amatrici Christi. Imperium vestrū deus custodiat. Vos hæreticos expulistis. Nestorio, & Eutychi & Dioscoro anathema. Trinitas hos tres damnauit. Imperpetuum maneat vestrum imperium. Diuiniss. & piissimus noster Imperator ad sanctam synodum dixit. Quædam capitula sunt, quæ ad honorē vestræ reuerētiæ vobis seruauimus, decorum eē iudicantes, a vobis hæc regulariter potius formari per synodum, q̄ nostra lege sanciri. Et iubente diuiniss. & piiss. principe, Beronicianus vir deuotus secretarius diuini consistorij, capitula relegit.

Primum capitulum.

¶ Eos qui vere & syncere solitariam arripiūt vitam, debito honore dignos efficim⁹. Quoniam vero quidam, sub prætextu solitariæ vitæ, & ecclesias & communes perturbant causas, placuit, nullum quidem ædificare monasterium præter voluntatem epi ciuitatis, neq; in possessionem præter voluntatem dn̄i possessionis. Eos vero monachos, qui per singulas ciuitates sunt atq; prouincias, subijci epo, & quietē amplecti, & intēdere soli ieiunio & orationi, & neq; ecclesiasticis, neq; publicis importunos rebus existere, nisi forte iubeatur eis propter necessariam causam ab epo ciuitatis. Sed neq; potestatem habere monachos, suscipere in monasterijs suis seruos aut inscriptitios, præter voluntatem dominorum.

Cōci. Chalce. capi. iiij.

Et in Chalcedonen. simi.

Capitulum secundum.

¶ Quaoniam vero aliqui clericorum & monachorum pecuniæ amore languentes, curis mundanarum rerum semetipsos subijciũt, possessionum aut procuratores cõstituti, aut in domibus secularium obuersant, tanquã dispẽsatores effecti, placuit huic sctõ & magno cõcilio nullum clericum cõducere possessiones, aut curationem suscipere, nisi forte ei a proprio episcopo iubeatur, ecclesiasticarum possessionum habere sollicitudinem. Si quis autem post hunc terminum, aut ipse conducere præsumpserit, aut per alium quemlibet hanc curam suscipere, placuit hunc ecclesiastico subdi supplicio. Quod si in contentione perstiterit, dignitate nudetur. Capitulum tertium.

¶ Clericos in ecclesia cõstitutos, nõ licere alterius ciuitatis ecclesię deputari, placuit, sed permanere illic, in qua ministrare ab initio deputati sunt, extra illos, scilicet qui, amissis proprijs prouincijs, ex necessitate in aliena ecclesia trãsierũt. Si qs vero post hãc definitionẽ, clericum alij epo cõpetentẽ susceperit, placuit extra cõionẽ fieri, & eum, q susceptus est, & q suscepit, donec clericus, q excessit, ad propriã reuertat ecclesiã. Et post hãc lectionẽ capitulorum à diuiniss. & pijssimo dño nostro religiosiss. epo regiæ Cõstantinopolis Anatholio: Oẽs clamauerũt: Multos annos Imperatori pio Chriano. Chrũs, quẽ colis, ipse te seruet. Hæc fide digna sunt sacerdoti. Imperatori multos annos. Ecclesias tu erexisti, victor bellorum, doctor fidei. Multos annos Augustæ piæ amatrici Chri. Orthodoxæ multos annos. Vestrũ imperiũ deus cõseruet. Hæreticos vos destruxistis, fidem vos custodistis. Inuidia ab imperio vestro procul sit. Imperiũ vestrũ p seculũ sit. Et post hæc diuiniss. & pijss. noster dñs Imperator ad sanctã synodũ dixit: Ad honorẽ sanctę martyris Euphemię, & vrę pariter sanctitatis, Chalcedonẽsiũ ciuitatẽ, in qua sanctæ fidei cõciliũ gestũ ẽ, metropolis priuilegia hre sancim⁹, noie tm̃ hãc honorãtes, salua videlicet Nicomedensiũ ciuitati propria dignitate. Omnes clamauerũt: Iustũ iudiciũ Imperatoris digni sancta martyre. Vnũ pascha orbi terrarum. Circumuentiões eporum vos cohibetis. Hæc sancta te custodiat, supplicamus: Dimitte nos, pie Imperator, dimitte nos. Diuiniss. & pijssimus dñs noster Martianus ppetuus Augustus ad sanctum cõcilium dixit: Multum qdem estis itinere fatigati, laborẽ perferẽtes. Veruntñ sustinete tres adhuc aut quatuor dies, & præsentibus magnificẽtiss. nostris iudicibus, quæcũq vultis mouete, competẽs adepturi solatium. Nullus vestrum, anteq perfecti termini ex omnibus proferantur, a sancto concilio discedat.

CONCILII CHALCEDONEN. ACTIO VII.

Consulatu dñi nostri Martiani patris patriæ ppetui Augusti. iiij. Kalen. Nouẽb. Chalcedonę scdm iussionẽ pijss. nostri dñi Impatoris, cõueniẽtib⁹ in ecclesia sanctiss. beatę martyris Euphemiæ gloriosiss. iudicibus & sctõ & vli cõcilio, p sanctionẽ sereniss. & pijss. nostri dñi in Chalcedonẽ siũ ciuitate cõgregato, & residẽtib⁹ cũctis añ cãcellos altaris, gloriosiss. iudices dixerunt: Diuiniss. & pijss. noster dñs Imperator rogatus a Maximo & Iuuenale sanctiss. epis, pcepit nos agnoscere, de motis inter eos capl'is. Vnde cõueniẽtes sanctiss. viri, qdam ad inuicẽ inter se ex nõ scripto cõstituerũt, quæ etiã nobis manifesta fecerũt, & videnť ex cõsensu iuste deposita. Hæc igitur necessariũ iudicauimus, etiã corã sancta synodo vnumquẽq eorum edocere, quatenus & ex vestra sentẽtia, & ex nostra allocutione, q̃ fuerint placita, cõfirmẽtur. Maximus reue. epũs Antiochiæ Syriæ dixit: Placuit mihi & reue. epo Iuuenali, propter multã cõtentionẽ p cõsensum, vt sedes qdẽ Antiochensium maxime ciuitatis beati Petri habeat duas Phœnicas & Arabiam, sedes autem Hierosolymorum habeat tres Palæstinas. Et rogamus, ex decreto vestræ magnificentiæ & sancti concilij, hæc scripto firmari. Iuuenalis sanctissimus Hierosolymorum ciuitatis epũs dixit: Hæc etiam mihi complacuerunt, vt sancta quidem Christi resurrectio tres Palæstinas habeat, sedes autem Antiochensiũ duas Phœnicas & Arabiam. Et rogo, quatenus ex decreto vestræ magnificẽtiæ & sancti cõcilij ista firmentur. Paschasinus & Lucentius reuerẽdiss. epi, & Bonifacius pbr, tenentes locum apostolicæ sedis, per Paschasinum reuerẽ. epm dixerunt: Hæc, cõcordãtibns fratribus nostris, Maximo reue. Antiochensiũ ciuitatis epo, & Iuuenali reue. & sanctiss. Hierosolymorum epo pro bono pacis dicta noscuntur, hoc est, Antiochensiũ ecclesia duas Phœnicas & Arabiã habeat, Hierosolymorum vero tres Palæstinas, possideat. Ad hoc autem & nostræ humili-

humilitatis interloquutione firmantur, vt nulla in posterum de hac causa prædictis ecclesiis cõtentio relinquatur. Anatholius reuerendus archiepũs gloriosæ Cõstantino polis nouæ Romæ dixit: Quæ cõplacuerunt inter deo amantissimum episcopum Antiochensium Maximum, & deo amantissimũ Hierosolymorꝝ epm Iuuenalem, & ex mea interloquutiõe firma consistant, vt sanctiss. quidem ecclesia Antiochensium magnæ ciuitatis habeat duas phœnicas & Arabiam, sanctissima vero ecclesia Hierosolymorum tres Palæstinas obtineat, quatenus de cætero vtræq; ecclesiæ rei huius causa nullius cõtentionis relinquatur occasio. Thalassius reuerẽdus epũs Cæsareæ Cappado ciæ dixit: His, quæ per cõsensum ordinata sunt inter amantissimos epõs Maximũ & Iuuenalem, & nos consentimus. Stephanus reuerẽdus epũs Ephesi dixit: Sicut placuit reuerendis episcopis Antiochensium ciuitatis Maximo, & deo amantissimo Iuuenali Hierosolymorum, vt sanctissima quidem Antiochensium ciuitatis ecclesia habeat duas Phœnicas & Arabiam, sanctissima vero Hierosolymorꝝ ecclesia tres habeat Palæstinas, quæ inter eos placuerunt, confirmo, quatenus vtraq; ecclesia de cætero nullius habeat cõtentiõis occasionem. Eusebius reuerẽdus epũs Ancyræ Galaciæ dixit: Gratias agimus dño deo, in quibus duorum patrũ cõtentio amicabili placito terminata est. Obtinere igitur volumus ea, quæ vtrisq; partibus placuerunt. Petrus reuerendus epũs Corinthi dixit: Circa pacem & cõcordiam vtrorumq; patrum gaudentes placitis, consentimus. Iulianus reuerẽdus epũs Coensium dixit: Sicut complacuit vtriq; parti, hoc est, Maximo reuerendo epõ Antiochensium, & Iuuenali epõ Hierosolymorum, vt sanctissima quidem ecclesia Antiochensium maximæ ciuitatis habeat duas Phœnicas, & Arabiam, sanctissima vero ecclesia Hierosolymorꝝ tres Palęstinas obtineat, & ego, quæ inter eos placuerunt, mediante Christi charitate, vtrisq; ad vnitatẽ firma eẽ decerno. Diogenes reueren. epũs Cyzici dixit: Cõsentio his, quæ a patribus facta sunt. Amphilochius reuerẽ. epũs Sidẽsis dixit: Aperte diuina dispensatiõe ad amicabilẽ cõsensum cõtentionẽ deo amantissimorꝝ epõrum Maximi & Iuuenalis venire iubente, gratias ago, & ego saluatori Christo de eorꝝ pace, cõsentiens his, quæ sunt bene disposita. Omnes reuerẽd. epi clamauerunt. Et nos ita dicimus, & consentimus his, quæ a patribus dicta sunt. Gloriosissimi iudices dixerunt: Et hoc efficacia est sanctæ trinitatis, & propositi diuinissimi & pijssimi principis nostri, quatenus ea, quę in lite erant apud eos, qui cõtendere videbantur, cõcordi proposito deciderentur. Per placitum igitur Maximi sanctissimi Antiochensium ciuitatis epi, & Iuuenalis Hierosolymorum factis cõsentio, sicut vtriusq; attestatio declarauit. Firma etiam p nostrum decretum & sententiam sancti cõcilij in omni tpe permanebit, hoc est, vt Maximus quidem sanctissim⁹ epũs seu Antiochensium sanctissima ecclesia duas Phœnicas & Arabiã sub propria habeat ptãte, Iuuenalis aũt sanctiss. Hierosolymorꝝ epũs, siue sanctiss. ecclesia quæ sub eo est, tres Palęstinas itidẽ sub propria habeat ptãte, vacantibus, scilicet, secundum iussionem diuiniss. & pijss. principis omnibuus rebus, & quocunq; modo sacris ab vtraq; parte lr̃is impetratis, insuper & mulctatiõe, quæ in eis huius rei causa noscitur contineri. Datum Kalendis Aprilis, feria quarta, Indictione decimaquarta.

ACTIO DE DOMNO ANTIOCHENO, QVAE INuẽta est in codice pr̃m Iuliæ mẽbratio trãscripta ex codice vetusto chartha tio, & dicit ipsa fuisse Proculi & Albini Germanorꝝ scholasticorꝝ.

Consulatu dñi Martiani perpetui Augusti, & qui nuntiatus fuerit, sexto Kaleñ. Nouembrium, Chalcedone secundum præceptum diuiniss. & clemẽtissimi dñi nostri Imperatoris, cõuenientibus in sancta ecclesia sanctæ martyris Euphemiæ magnificẽtiss. & gloriosiss. magistro militum, & excõsule ordinario & Patricio Anatholio, magnificẽtiss. & gloriosiss. pfecto sacri cõsistorij Palladio, & magnifcentiss. & gloriosiss. sacrorꝝ officiorꝝ magistro Vincomalo, cõueniẽtibus etiam & Paschasino & Lucẽtio viris reue. epis, & Bonifacio viro reue. pbro, vicarijs sancti archiepi senioris Romę Leonis, & Anatholio reue. archiepõ maximi noĩs Cõstãtinopolis, & Maximo reue. archiepõ Antiochiæ Syriæ, & Iuuenale reu. epõ Hierosolymitano, & cętera sctã synodo, quæ ex sanctiõe diuiniss. & clemẽtiss. dñi nr̃i Impatoris in Chalcedonẽ, ciuitate cõgregata ẽ, qrũ noĩa infra sunt scripta.

Et resi-

Et residentibus vniuersis ante cancellos sancti altaris. Maximus reuerẽdus epũs Antiochiæ dixit: Deprecor magnificẽtissimos & gloriosissimos iudices, sanctã & hanc vniuersalem synodũ, humanitatem exercere in Dõnũ, qui fuit Antiochiæ episcopus, dignemini, & statuere ei certos sumptus de ecclesia, quæ sub me est. Paschasinus & Lucentius viri reuerẽdi episcopi, & Bonifacius pbr̃, vicarij sedis apostolicæ, per Paschasinum reuerẽdissimum ep̃m dixerunt. Sanctus ac beatissimus papa, qui episcopatum sancti ac venerabilis Maximi ep̃i Antiochenæ ecclesiæ cõfirmauit, iusto satis iudicio eius meritũ approbasse videtur. Si q̃dem memoratus vir episcopus Maximus suo arbitrio Dõno voluerit esse consultum, vt sumptus ei de sua ecclesia (miseratiõis intuitu prout æstimauerit) largiatur, vt contentus alimonijs quiescat in posterum. Quæ confessio Græce per Beronicianum virum deuotissimum secretarium sacri cõsistorij translata est. Anatholius reuerẽdus epũs dixit. Laudo & ego cõdolentiam beatiss. ep̃i Antiochiæ Maximi, in quibus spontanea voluntate ip̃e tales precatorias obtulit, vt sumptus præstaret Domno, qui fuit epũs ecclesiæ sanctæ, quæ sub eo est, præter hoc prædicto nihil requirente. Iuuenalis epũs Hierosolymitanus dixit. Amplector & ego cõsilium sancti ep̃i Antiochiæ Maximi. Vniuersa sancta synodus vociferata est. Laudabiles merito sunt beneuolẽtiæ archiep̃i. Omnes cogitatũ eius laudabimus. Hic decet eius existimationem humanus cogitatus põtificis. Magnificẽtiss. iudices dixerunt. Amplectente sancta synodo arbitrium Maximi viri religiosi ep̃i Antiochensium, quod de Domno probauit, & nos eidem consentimus, quæ sunt eius arbitrio derelinquentes de Domni honorificentia. Et alia manu ædantur.

ACTIO OCTAVA, DE COMPOSITIONE MAximi & Iuuenalis, quã inter se fecisse legunt, de quibusdã parrochijs.

Consulatu domini nostri Martiani perpetui Augusti, & qui fuerit nunciatus, sub die octauo Kaleñ. Nouemb. Chalcedonæ, secũdum iussionẽ sacram diuinissimi & pijssimi dñi nostri Imperatoris congregatis in sanctissima ecclesia sanctæ martyris Euphemiæ, magnificentissimo & gloriosissimo magistro militum & exconsule ordinario, & Patricio Anatholio, & magnificentiss. & gloriosiss. præfecto sacrorum prætoriorum Palladio, & magnificentissimo & gloriosiss. magistro sacrorum officiorum Vincomaio. Congregatis autem & Paschasino & Lucentio reuerẽdissimis ep̃is, & Bonifacio reuerẽ. pbr̃o, habẽtibus locũ sanctiss. archiep̃i senioris Romæ Leonis, & Anatholio reuer. archiep̃o magni nominis Cõstantinopolis, & Maximo reuer. ep̃o Antiocheno, & Iuuenali reuer. ep̃o Hierosolymorum, & Quintillo reuer. ep̃o Heracleæ Macedoniæ, habẽte locum sanctiss. archiep̃i Anastasii Thessalonicẽsis, & Thalassio reue. ep̃o Cæsareæ Cappadociæ, & Stephano reue. ep̃o Ephesi, & Luciano reuer. ep̃o Byziæ, habẽte locum reue. ep̃i Cyriaci Heracleæ, Thraciæ, & Eusebio reue. ep̃o Ancyræ, & Diogene reue. ep̃o Cyzici, & Petro reuerend. ep̃o Corinthi, & Elorẽtio reuerend. ep̃o Sardeorum, & Eunomio reuerẽ. ep̃o Nicomediæ, & Anastasio reue. ep̃o Niceæ, & Iuliano reuer. ep̃o Coensi, habẽte locũ & ip̃o ap̃licæ sedis senioris Romæ Leonis, & Eleutherio reuerẽ. ep̃o Chalcedonos, & Basilio reuerẽ. ep̃o Seleuciæ Isauriæ, & Meletio reue. ep̃o Larissæ, habẽte locum reuer. ep̃i Apamiæ Syriæ Domni, & Amphilochio reuer. ep̃o Sidis, & Theodoro reuer. ep̃o Tarsi, & Cyro reue. ep̃o Anazarbi, & Cõstantino reue. ep̃o Bostrorum, & Photio reuerẽ. ep̃o Tyri, & Theodoro reue. ep̃o Damasci, & Stephano reue. ep̃o Hierapolis, & Nunechio reue. ep̃o Laodiceæ, habẽte locum reue. ep̃i Cõstantiæ Olympij, & Iohãne reue. ep̃o Sebastiæ, & Seleuco reuer. ep̃o Amasiæ, & Cõstantino reue. ep̃o Melitenæ, & Patricio reue. ep̃o Tyanorum, & Petro ep̃o Gangrorum, & Apragmonio reuerẽd. ep̃o Tij, habẽte locum reuerẽ. ep̃i Calogeri Claudiopolis, & Atharbio reuerẽ. ep̃o Trapezuntis, habẽte locum reu. ep̃i Dorothei Neocæsareæ, & Photino archidiacono, habẽte locum reue. ep̃i Theoctisti Pessinũtis, & Romano ep̃o Myrorum, & Critoniano reue. ep̃o Aphrodisiadis Cariæ, & Nunechio reuerẽ. ep̃o Laodiceæ Phrygiæ, & Mariniano reue. ep̃o Synnadorum, & Onesiphoro reue. ep̃o Iconij, & Pergamio ep̃o Antiochiæ Pisidiæ, & Epiphanio reueren. ep̃o Pergæ, & Attico reuerend. ep̃o Nicopolis Epiri, & martyrio reuerendiss. ep̃o Gortynæ, & Luca reuerendissimo ep̃o Dirrhachenorum,

& Vigi-

A & Vigilantio reuerē. epo. Larissæ Thessaliæ, & Fracione reuer. epo Philippopolis, & Sebastiano reuerend. epo Beroe, & Basilio reuerē. epo Traianopolis, & Triphone reuerend. epo Chij, & Theoctisto reuerend. epo Beroe, & Gerontio epo Seleuciæ Isauriæ, & Eusebio pbro habente locum Macharij reuerend. epi Laodiceæ Syriæ, & Eusebio reuerend. epo Dorylei, & reliqua sancta & vniuersali synodo, quæ secūdum sanctionem diuiniss. & pijssimi domini nostri Imperatoris in Chalcedonēsium ciuitate collecta est. Et residentibus omnibus ante cancellos sanctiss. altaris, reuerendiss. epi clamauerunt. Theodoretus modo anathematizet Nestorium. Theodoretus reuerendus episcopus transiens in medio dixit. Preces obtuli diuinissimo & pijssimo Imperatori, & libellos obtuli reuerendissimis episcopis, agentibus locum archiepiscopi Leonis. Et si vobis videtur, legantur coram vobis, vt (sicut sapio) cognoscatis. Reuerendiss. epi clamauerunt: Nihil relegi volumus, modo anathematiza Nestorium. Theodoretus reuerend. epūs dixit: Ego per dei gratiam ab orthodoxis sum nutritus, & orthodoxæ docui, & orthodoxæ sum edoctus, & orthodoxæ prædicaui. Et non solum Nestorium & Eutychen, sed & omnem hominem, qui recte non sapit, auersor, & alienum existimo. Et dum diceret: Reuerendi episcopi clamauerunt. Clare dic, anathema Nestorio & dogmatibus eius, anathema Nestorio & amantibus eum. Theodoretus reuerendus episcopus dixit: Vere non dico, nisi quomodo noui deo placere. Prius satisfacio vobis, qa neq; de ciuitate cogito, neq; honore opus habeo, neq; ob hoc adueni. Sed quia calumniam passus sum, veni satisfacere me esse orthodoxum, & omnem hæreticum, q conuerti noluerit, anathematizo, & quia Nestorium, & Eutychen, & omnem hominem dicētem, vel opinātem duos filios, anathematizo. Et cum diceret: Reuerē. epi clamauerūt. Dic aperte, anathema Nestorio, & q ea, quæ eius sunt, sapiunt. Theodoretus reueren. epūs dixit: Ego, nisi exposuero, quomodo credo, nō dico: Credo autē. Et cum diceret: Reuerend. epi clamauerunt: Iste hæreticus est, iste Nestorianus est. Hæreticum foras mitte. Theodoretus reuer. epūs dixit: Anathema Nestorio, & eis, q nō dicunt dei genitricem virginem Mariam, & q in duos filios partitur vnum filium vnigenitum. Ego autē & fidei diffinitioni subscripsi, & epistolæ sanctiss. & deo amantiss. archiepi domini Leonis, & sic sapio. Et post oīa hæc dixit: Saluete. Gloriosiss. iudices dixerunt: Omis iā dubitatio de Theodoreto reuer. est soluta, quippe & Nestorium coram nobis anathematizauit, & a sanctiss. & deo amantissimo archiepo senioris vrbis Romæ Leone susceptus est, & diffinitionem fidei a religiositate vestra prolatam libenter suscepit, & insuper epistolæ memorati sanctissimi archiepi Leonis subscripsit. Deest igitur, vt sententia proferatur a deo amabilitate vestra, vt cuncta sua prius, & ecclesiam suam recipiat, sicut & sanctissimus Leo archiepiscopus iudicauit. Legi. Legimus. Omnes reuerendiss. epi clamauerunt: Theodoretus dignus est sede ecclesiæ. Orthodoxum ecclesia pastorem recipiat, orthodoxum doctorem ecclesia recipiat. Theodoretus dignus est sede. Archiepiscopo Leoni multos annos. Post deum Leo iudicauit. Populus orthodoxum recipiat dignum sua sede. Theodoreto catholico doctori reddatur ecclesia. Paschasinus & Lucentius reuerendissimi episcopi, & Bonifacius reuerendus presbyter, insuper & Iulianus reuerendus epūs Coensis, habētes locum apostolicæ sedis, dixerūt. Sanctissimum & venerandum epm Theodoretum, & sanctissimus & beatissimus vniuersæ ecclesiæ epūs vrbis Romæ Leo, dudum in cōmunionem suscepit, ita, sicut literæ ab eo ad nostram humilitatem directe testantur. Si igitur fidem catholicam (sicut promittit) secundum prædictum beatum epm subscriptiōe, in proprio libello direxit, & nostræ insuper humilitati, alio dato libello, monstrauit, quoniam & Nestorium & Eutychē nō solum scripto, sed & sub pręsentia totius cōsessus ore proprio anathematizauit, hoc iudicio sanctissima & venerandissima synodus, insuper vero & nostra humilitas reddi ei ecclesiam propriam definiuit. Anatholius reuerendus epūs Constantinopolis dixit. Reurendissimus epūs Theodoretus per omnia quidem est orthodoxus demonstratus, & ob hoc vero, ꝙ anathematizauit Nestorium & Eutychen eiusq; male placiti hæresim, & suam igitur ecclesiam iuste recipiet. Maximus reuerēd. epūs Antiochiæ dixit. Dudum qdem, & a principio reuerē. epm Theodoretū noui catholicum, audiēs doctrinas eius in sanctiss. ecclesiam, multo aūt magis nunc eius recipio sanctitatem, qa modo anathematizauit Nestorium & Eutychen, & sapit secundum definitionem expositam

positam ab hoc sancto concilio. Vnde & ego decerno esse eum consuete epm ciuitatis Cyrri. Iuuenalis reuer. epūs Hierosolymorum dixit. Et ego hisdem consentio, q̄ decreuit Anatholius deo amantiss. Constantinopolitanus epūs. Thalassius reuerend. epūs Cæsareæ Cappadociæ dixit: Et ego decerno his filia, quæ patres sanctiss. deo amantiss. epo Theodoreto firmauerūt. Eusebius reuer. epūs Ancyræ dixit: His, quæ firmata sunt à sanctiss. patribus nostris, & archiepis, consona definio de reuer. epo Theodoreto. Constantinus reuer. epūs Bostrorum Arabiæ dixit: Et ego consentio his, q de sanctiss. epo Theodoreto recte & iuste decreta sunt. Omnes reuer. epi clamauerunt. Hoc iustum iudicium, hæc iusta sentētia, hoc Chri iudicium. His & nos cōsentimus. Hæc omnes dicimus. Gloriosiss. iudices dixerunt: Secūdum decretū sancti cōcilij Theodoretus sanctissimus epūs ecclesiā ciuitatis Cyrri recipiet. Relegi. Relegimus. Reuerend. epi clamauerunt: Anathematizet & Sophronius. Sophronius reuer. epūs Constātiæ dixit: Anathema Nestorio & Eutychi, & omnibus, q orthodoxæ non sapiunt. Reuer. epi clamauerunt: Et Iohānes modo, Anathematizet. Iohānes reuer. epūs Germaniciæ dixit. Anathema Nestorio & Eutychi, & omibus praua sapientibus. Reuer. epi clamauerūt: Amphilochius mō anathematizet. Amphilochi⁹ reue. eps Sidæ dixit, Anathema maledicto Eutychi, & q ea, quę eius sunt sapiūt. Gloriosiss. iudices dixerunt: Curata per omia sancta synodo, tempus est omes seruare concordiam. Legi. Legimus. Legi.

Contuli die supradicta sexto Kalendas Aprilis, Indictione. * xiij. (alias. viij.)

CONCILII CALCEDONEN. ACTIO IX.

Consulatu dñi nostri Martiani perpetui Augusti. vij. Kaleñ. Nouemb. in Chalcedona secūdum iussionē diuiniss. & pijssimi nostri dñi Imperatoris conuenientibus in sanctissima ecclesia sanctę martyris Euphemiæ gloriosissimis proceribus, & sancta & vniuersali sonodo, q̄ p decretum diuinissimi & pijssimi nostri dñi Imperatoris in Chalcedona ciuitate collecta est. Et residētibus omibus ante cancellos sanctiss. altaris ingressus Ibas reuerē. q fuit Edessenæ ciuitatis epūs dixit: Iniustitiam ab Eutyche, & falsa figmenta ꝑpessus, absens à quadraginta mansionibus & cōdemnatus, huc adueni impetrare clemētiam, & adij sacrum & immortalem verticē, & iussit vestram magnificētiam, cum sancta hac & vniuersali sonodo, quæ aduersum me sunt gesta, perquirere. Deprecor igitur vos, vt cognoscatis, qm̄ falsam accusationem ꝑtuli, & calumniam a quibusdā clericis. Iubete ea, quæ indicata sunt a Photio & Eustachio reuer. epis legi. Vranius em̄ epūs Himerorum, pro gratia Eutychis omia agens, præparauit quosdā clericos accusare me, & iudicium sibi prædictisq; transmitti. Et inuētus sum innocēs à blasphemijs, quę mihi illatæ sunt & iudicatum datum est a præfatis reuer. epis, accusatiōes q̄dem aduersum me per calumniam factas arguens, testificās autem meæ rectæ fidei. Iubete omia, quæ per absentiam meam in Ephesо sub Dioscoro gesta sunt, euacuari, & iustitiā mihi seruari, q sum in nullo culpabilis, & reddi mihi episcopatum, pariter & ecclesiam. Nam & omes clerici Edesseni, per quæ scripserunt præfatis epis, testātur me esse catholicum, & alienus sum a nepharia blasphemia, quæ mihi infertur. Magnificentiss. & gloriosiss. iudices dixerunt: Postulatiōe Ibæ reuerēd. declarata sanctæ synodo, quid videtur? Paschasinus & Lucētius, & Iulianus reuer. epi, & Bonifaci⁹ pbr, vicarij sedis aplicæ, p Paschasinū dixerunt: Ea, quæ gesta sunt, quorum memoriam fecit reuerēdus Ibas, & semetipm mūdum ab omni accusatiōe in eporum significauit iudicio, proferātur in medio, vt eorum lectione, aut quid iudicandum sit, aut quid diffiniri oporteat, cognoscamus. Et porrecta ea sententia ab Iba reuerendissimo Beronicianus vir deuotus secretarius diuini consistorij relegit.

¶ Ibæ Edisseni episcopi libellus querulosus.

Post cōsulatum Flauij Zenonis & Posthumiani venerandorum virorum cōsulum sub die qnto Kaleñ. Martiarum in Colonia Tyro clarissimo metropoli cōsulari, anno qngentesimo septuagesimo quarto mensis Peritu die decima, scdm Romanos autem Februarij quinta & vicesima indictiōe prima. Photius epūs Tyriorum metropolis, & Eustachius Berytiorum pulchræ ciuitatis, interloquuti sumus ea, quæ sunt subiecta. Magnificentiss. & gloriosiss. tribunus & notarius Damascius aduenies in Phœnicum prouincia, pias literas nobis dedit, per omia pijssimi & amatoris Christi Imperatoris nostri, quæ iu-

A quæ iuberet auditores nos eē, cū religiosiss. Vranio epo ciuitatis Himeriæ capitulorum eoꝝ, q̄ mouenť aduersus deo amātiss. Ibā Edessenæ ciuit. epm, a Samuele, & Cyro, & Mara, & Eulogio reuerēdis, & formā, q̄ nobis videť iustissimā proferre. His ergo, quę pie sancita sunt, satisfaciētes, audientiā proposuim⁹ & partibus nobis adductis, p p̄fatū strēnuissimū & spectabilē tribunū & notariū Damasciū, ab eodē strēnuiss. viro depositione facta, manifestāte Impatoris nr̄i pijssimi sanctionē necessarie hortabamur, accusatorū psonā habētes, docere q̄ vellēt. His ergo dātibus capitula q̄dā, & rogātibus, vt horū fieret subtilis inqsitio, incūbētes nos capitulis, & inuenientes his accusationē quandā aduersus Ibam religiosiss. epm, quasi non recte saperet, sed alia p̄ter piam doctrinā doceret, necessarie ex hoc prius inquisitionē cum magna diligentia facere sumus impulsi. Præcepimus igitur accusatoribus dicere, q̄ essent, quæ a religiosiss. epo Iba dicta essent (sicut ipsi dicebant) a pijs dogmatibus aliena. Dixerūt vero eoꝝ ipsoꝝ quædā. Et cum multa mota fuissent, q̄ in actis inserta sunt, nos audientiū ordinē ad modicū relinquentes, & ad sanctaꝝ ecclesiaꝝ cōmunem vtilitatem respicientes, pro iudicibus pacis mediatores partibus nosmetipsos effecimus, & multis vsi cōsilijs, pietatē vbiq; p̄ponētes, & inquirētes, præparauimus religiosiss. Ibā episcopū, q̄d & ipse amplexus ē, ad satisfactionem eoꝝ, qui læsi dicebanť, ex scripto dare q̄d sentit, vel sapit de pia nr̄a fide, q̄d & fecit.

B Ex habundāti aūt prædictus religiosiss. vir promisit, & in sua alloqui ciuitatis ecclesia, & manifeste anathematizare malignæ impietatis principē Nestoriū, & eos, qui sicut illæ sapiunt, & q vel libris vel codicibus eius vtunť. Confessus aūt sic se credere, sicut cōtinent literæ, q̄ conuenerūt inter deo amātissimæ & sanctiss. memoriæ viros Iohānem maximæ Antiochenæ ciuitatis epm, & Cyrillū maximæ Alexādrinoꝝ ciuitatis epm, quibus ministrauit beatæ memoriæ Paulus Emisenoꝝ ciuitatis epūs, ex quibus vniuersalis concordia facta est, cōsentire aūt & oībus, q̄ nuper gesta sunt a sancta synodo, quę cōuenit in regia & Christiana Cōstantinopoli ciuitate, habere aūt oīa, quæ placuerūt in Ephesina metropoli, vt a concilio, quod a spū sancto mouebať, æqualē aūt eam iudicare his, q̄ in Nicea sunt cōstituta, & nullā differētiam arbitrari eius ad illam. Et valde eius religiositatem laudauimus, q̄ anticipauerit curare eos, q vel suspitione, vel alio quolibet modo læsi erant de opinione eius doctinæ. His ergo placitis, & promissis, & mediū parietem inimicitiaꝝ cū deo soluētes, necessariū fuit cōgregare nos, & coniungere ad pacem, & cōcordiā, & dilectionē capiti membra diuisa. Dicētes igitur quæcunq; decebāt, persuasimus reuerendo epo Ibæ, vt præfatos sicut filios proprios haberet, & foueret, & cōtineret, omni iniuriaꝝ obliuione præbita, dei iudiciū ei proponētes. Persuasimus aūt, & eosdē prædictos cōuenire sicut patri eidē religiosiss. epo Ibæ, & omnē præbere benignitatē, pariter & affectū, oībus q̄ tristitiam cōmouerūt, deo iubente, cessantibus.

ἀμνησία, id ē obliuio iniuriarum

C Super hæc nos exegimus sacramentū a religiosiss. epo Iba, vt oībus, qui eū in præsenti negotio cōtristassent, vel visi fuissent aliquid aduersus eū egisse, obliuionē donaret, & nullū penitus cōtristaret, neq; gradu fraudaret, neq; minores maioribus propter præfatā contristationē præferret, sed oēs, siue clerici, siue monachi, vel laici essent, tanquā proprios filios haberet, nullā differentiā vniuscuiusq; ad aliū faciendo, sed oībus seruaret iustitiam in honoribus, & cōsuetudinibus, & gradibus. De ecclesiastico vero reditu, & ex quacunq; causa quæstionibus sanctissimæ ecclesiæ motis, aliquibus placuit eidem religiosissimo Ibæ ex propria voluntate promittere, qa de cætero secundū formā Antiochenæ maxiæ ecclesiæ gubernarenť res p economos, ex clero ordinatos ab eius religiositate. Placuit aūt, etsi aliqn̄ iuste visus cōtristari religiosiss. Ibas epūs, voluerit corripere aliquē præfatoꝝ reuerēdiss. Samuelis, Cyri, Mareæ, Eulogij, non ex authoritate propria corripiat eos, sed ex sentētia reuerēdissimi & deo amātiss. & sanctiss. patris & archiepi Domni hoc faciat, propter præcedentē, q̄ in eis pusillanimitas est effecta, & excitata. Sunt aūt & alia quædā, ex nō subscripto capitula, q̄ & disposita sunt, & rata ambæ partes habuerūt, q̄ a nobis sunt probata. Et subscriptiones. Photius epūs Tyri decreui. Eustachius epūs Berytioꝝ pulchræ ciuitatis, decreui. Samuel pbr̄, Rata habeo, q̄ decreta sunt. Maras pbr̄, Rata habeo, q̄ decreta sunt. Eulogius pbr̄, Rata habeo, quæ decreta sunt. Cyrus pbr̄, Rata habeo, quæ decreta sunt. Magnificentissimi & gloriosissimi iudices dixerunt: Audiuit sancta synodus quæ relecta sunt, quid igitur ei videatur, edicat. Paschasinus, & reliqui reuerendissimi episcopi, per Bonifacium presbyteꝝ apostolicæ

sedis, dixerũt: Sanctissimi epi, q decreto proprio inculpabilem, & ab omni accusatione liberum Ibam reuerendissimũ declararũt, si propriã sententiam recognoscant, edicant. Photius reuerend. epũs Tyri dixit: Etiã nostrũ est iudicatũ. Eustachius reuerend. eps Beryti dixit: Mea est & dictatio. Paschasinus, & reliqui epi sedis apostolicæ dixerunt: Audiuit vestra beatitudo, qd contineat & sanctissimoꝝ epoꝝ decretũ, similiter & vestræ puritati de statu Ibæ qd videtur, declarare dignamini. Et tacentibus omnibus reuerendissimis episcopis. Magnificentissimi iudices dixerũt: Subsequenti die suã sententiam sanctissima synodus efficiat manifestam.

D

CHALCEDONEN. CONCILII ACTIO X.

SImiliter sexto Kaleñ. Nouemb. eodẽconsulatu, in eadẽ sanctissima ecclesia sanctæ martyris Euphemiæ, præsidentibus eisdẽ magnificẽtissimis & gloriosiss. iudicibus, & eadẽ sancta & vniuersali synodo secũdũ iussionẽ diuinissimi & pijss. dñi nostri Martiani ppetui augusti. Ingressus pdictus Ibas reuerend. epũs dixit: Deprecor magnificentiã vestram, & hãc vniuersalem sanctissimã synodũ. Eutyches aduersus me pro fide qdã falsa confinxit, nec me in synodũ introire pmisit, per quadraginta mãsiones p diuersos ad inuicẽ succedẽtes ordines direxit me, viginti & amplius carceres mutaui, tanq̃ nõ esset carcer in Antiochia in ordine cõmicianoꝝ, dicunt mihi, qa dãnatus es. Si videtur ergo magnificentiæ vestræ, & sanctæ vestræ synodo, q̃ sine iudicio in absentia mea aduersum me gesta sunt, infringere, in vestra erit potestate. Ob hoc etem (sicut iam edocui) adij sacrum & immortalem verticẽ. Et iussit vestrã magnificentiã, & sanctã synodũ audire, quæ aduersum me gesta sunt. Et cognouistis ex decreto, qa in nullo culpabilis sum repertus. Magnificẽtissimi & gloriosiss. iudices dixerũt: Pridem dilatione facta, vt sancta synodus, quæ ei videntur, ediceret de Iba reuerendo, q̃ placet, manifeste declaret. Reuerendissimi epi clamauerũt: Absentem nemo cõdemnat. Ibas reuerẽdus dixit: Exoro vos. Absens cõdẽnatus sum, nõ aderam. Nõ obtinui, non merui satisfactionis* licentia facere verbũ. Reuerend. epi clamauerũt: Male fecerũt, q eũ præter canones dudũ dãnauerunt. Quæ aduersus absentẽ facta sunt, vacuent. Hæc oẽs dicimus. Nullus cõdemnat absentẽ. Patricius reuerend. epũs Tyanẽsis dixit: Pridẽ relecta est sentẽtia eoꝝ, q tunc iudices fuerũt deputati (Dico eñi Photij & Eustachij reuerẽdissimoꝝ epoꝝ) & decreuerunt eũ sacerdotẽ eẽ. Oẽs ergo eoꝝ definitiõi cõsentimus, & eũ eẽ volumus sacerdotem. Oriẽtales reuer. epi clamauerũt: Iustũ est hoc decretum. Quidã reuerẽdiss. epoꝝ clamauerũt: Cõtradicit. Sunt accusatores eius foris, & iubeant ingredi. Magnificẽtissimi & gloriosiss. iudices dixerũt: Ingrediant, q Ibam reuerẽdũ accusare voluerũt. Et ingressis Theophilo diacono, & Euphrasio, & Abraamio, & Antiocho, Theophilus dixit: Rogamus, q̃ sup Ibam in Beryto gesta sunt, relegi, vt addiscatis, qa iuste damnatus est. Magnificentissimi & gloriosiss. iudices dixerũt Theophilo: Accusaturus Ibã reuerẽdũ aduenisti, an pro fide certaturus gesta relegi q̃ris? Theophilus diaconus dixit: Accusatores manifesti sunt, & hic nõ sunt. Ego diaconus sum, & scio violẽtiã ciuitatis. Et si accuso, testes nõ assunt, & denegat. Magnificẽtissimi & gloriosiss. iudices dixerũt: Scriptas probationes de re aliqua præstare potes? Theophilus diaconus dixit: Habeo monimenta, q̃ sup hoc gesta sunt in Beryto, & q̃ in Epheso. Ecce & dñs Thalassius religiosissimus epũs nouit ipse, qui suscepit relationes. Adest. Interrogetur ipse, ob quã causam dãnationẽ fecit. Et dñs Eusebius adest, & nouit. Eusebius reuerendus epũs Ancyræ dixit: Ego relationẽ non suscepi. Dum aũt in Epheso relegeret, audiui. Et est versuũ charta multoꝝ, & multoꝝ hominũ depositiones habẽs, si aũt habet monimenta, tanq̃ ad petitionẽ gesta, eius est probare. Ego eñi cũ multitudine auditor fui. Thalassius reuerendus epũs Cæsareæ Cappadociæ dixit: Cũ omnibus audiebamus. Magnificẽtissimi & gloriosiss. iudices dixerunt: Aderat tunc reuerẽdus Ibas in vestra audiẽtia. Thalassius reuerendus epũs Cæsareæ Cappadociæ, & Eusebius reuerẽdus epũs Ancyræ Galatiæ dixerunt: Nõ aderat. Orientales & Pontici reuerendi episcopi clamauerũt: Absentẽ nullus abijcit. Theophilus diaconus dixit: Veritas in sancta synodo demonstret. Et dñs Eustachius dixit, qa introduxerũt tres, & sex, & duodecim testes propter dictionẽ, quã dixit, hoc est, nõ inuideo Christo facto deo. Hic Photius

E

* al's, gratia

F

epũs

A episcopus ait: Proponat ei euāgeliū. Magnificētiss. & gloriosiss. iudices dixerūt: Expertus reuerē. epūs Photius snīam synodi, iustitiā, quā in propria causa inueniet, custodire nunc q̄q; festinet, narrās nobis, qūo se habuit Ibæ negotiū. Photius reuer. epūs Tyri dixit: Vere dico. Neq; enim decet in q̄cunq; causa mētiri, multo magis in tali & tāta, & q̄ a vestra ptāte requirit. Et ab vniuersali synodo q̄stione quadā de eo mota veniētes pbri & monachi a Mesopotamia dicebāt aduersus eū de semetipso, iste vero negabat. Nos tanq̄ mediatores, & pro timore blasphemiarū, & pro īportunitate monachorū & pbrorū, iussimus egredi eos a Tyro. Scandalizabat enim ciuitas, q̄ nunq̄ tale aliqd vel intellexerat, vel audierat. Post hæc, eo iurāte nihil tale a se dictū, occasionē percepimus, vt pacificaremus ambos, & cōmunicarēt sibi (aderat puto & Dōnus diaconus Eulogius Cōstātinopolitanus) & nos amicos eos fecimus. Gloriosissimi iudices dixerūt: Ibas igit reuerend. a suis accusatoribus est conuictus? Photius reuer. epūs Tyri dixit: Nō. Dicebat autē: Venerunt quidē tres cohabitātes ipsis clericis iniuriātibus, & litigātibus cōtra eū. Nos diximus, qa nō possunt cohabitātes inimicis susceptibiles ad testimonium comprobari. Fecimus ergo eos amicos. Sancta munera sursum in episcopio cōmunicauerunt inuicē pbri & ipse. Theophilus, Per salutē Imperatorū, eorumq; victoriā, legātur q̄ sup hoc gesta sunt. Magnificentissimi & gloriosiss. iudices dixerunt: Relegant ea, q̄

B super Ibā reuer. in Tyro gesta dicuntur. Et his oblatis, Cōstantinus vir deuotus magistrianus, & adiutor sacri consistorij, relegit commonitorium.

¶ Commonitorium pro causa Ibæ Edesseni episcopi.

DAmascio viro spectabili tribuno, & notario prætorianorū. Scientes admirationis tuæ propositum, & cognoscētes quātum habeas studiū, vt teipsum deo & nostræ pietati cōmēdes, visum nobis est, vt tu pergas cū Vranio reuerēdo epo Himerorū ciuitatis ad partes Orientales, & cooperātibus p loca iudicibus, inducas reuerēdū Ibā Edessenæ ciuitatis epm, & Danielē reuer. Carrenorū ciuitatis epūm, & Ioannē reuerendū Theodosiopolitanū epm, in Phœnicū properare prouinciā, & ibi inquiri, q̄ mouent a reuerēdis pdictarū clericis ciuitatū, tā apud pdictū religiosiss. Vranium, & Photiū reuerē. epm Tyri metropolis, q̄ Eustachiū reuer. epūm Beritiorū ciuitatis, aduersus supra memoratos religiosiss. epōs. Festina igit scdm ea, q̄ nr̄æ diuinitati visa sunt, peragere ad partes Oriētales, & inducere præfatos reuer. epōs, in Phœniciā aduenire, & ibi oīa, q̄ mouent a venerabilibus clericis Edessenæ, & Carrēsis, & Theodosiopolitanæ ciuitatū, inquiri subtiliter apud memoratos religiosiss. epōs, & q̄ ab ijs fuerint definita, effectui mancipare. Datum Cōstantinopoli sexto Kalend. Nouembris.

¶ Beryteñ. synodus habita in causa Ibæ Edesseni epi, relecta Chalcedone.

C POst cōsulatū Flauij Zenonis & Posthumiani virorū clarissimorū, sub die Kaleñ. Septēbris, indictione scda, In Colonia Chr̄i amica Beryto, cōsidētibus Photio & Eustachio & Vranio religiosiss. episcopis, in nouo episcopio Beryti sanctissimæ nouę ecclesię, presidēte & Damascio viro spectabili, tribuno, & notario diuini pallacij, & Eulogio religiosiss. diacono Chr̄i amātissimæ Cōstātinopolis sanctiss. ecclesiæ, præsentib⁹ religiosiss. epis Iba, Ioanne, Daniele, stātibus autē Samuele, & Cyro, & Eulogio, & Mara, & Ablabio, & Ioanne, & Anathollo, & Caiuma, & Abibo, reuerēdus Damascius dixit: Cū præsentes reuerēdi clerici adijssent pijssimū & diuiniss. dn̄m nr̄m Imperatorē, & accusassent reuer. & deo amātiss. Ibā epm, & reuerēdū Ioannē epm, & reuer. Danielē epm, pietas eius sanxit (sicut cōtinēt & piæ & sacræ literæ, q̄ ad vestram datæ sunt sanctitatē) vt ij, q accusati sunt, a * Bostroena ad Phœniciā aduenirēt, & ad ea, q̄ ijs inferunt apud vestrā religiositatē redderēt rationē. Et deputatus sum eos deducere, & q̄ a vobis fuerint definita, exequutioni mādare. Adsunt ambæ partes ad hoc, q̄d vobis placuerit. Reuerēdi episcopi Photius, & Eustachius, & Vranius dixerunt: Pium cōmonitorium dignet tua magnificentia demonstrare, & p oīa intentionē pijssimi & Christianissimi Imperatoris nostri sequemur, pręfulgere etenim debet ijs gestis. Quo facto, Eulogius diaconus Cōstātinopolis dixit: Adeuntibus reuer. clericis Samuele, Cyro, Eulogio, Mara, Ablabio, Ioāne, & Anatholio, & Caiuma, & Abibo, deo amātissimū epm nostrū Flauianū in sanctiss. ecclesia regiæ ciuitatis Cōstātinopolis nouæ Romæ, & accusantibus Ibam, Ioannē, & Danielē reuerendiss. epōs, approbauit eius sanctitas vestrā religiositatē audire negotium, & ex hoc literas detuli vestræ sanctitati. Et adsunt partes

als, Osroena

adest sanctũ concilium, prę manibus habeo libellos, & si præcipit tua sanctitas, eos relego. Dõnus eps Antiochiæ dixit: Vbi sunt q libellos obtulerũt? Tacianus diac. dixit: Foris sunt. Domnus epũs Antiochiæ dixit: Ingrediant. Tacianus diaconus dixit: Astitit Isacius, qui libellos obtulit. Domnus eps Antiochiæ dixit: Solus Isacius libellos obtulit, an alij cum eo? Tacianus diaconus dixit: Solus Isacius obtulit libellos. Domnus episcopus Antiochiæ dixit: Dicat Isacius, si ipse libellos obtulit. Isacius primicerius lectorum dixit: Etiã, quæso sanctitatem tuã. Domnus epũs Antiochiæ dixit: Quoniam memoria facta est, & Iohannis subdiaconi, & ipse ingrediat. Tacianus diaconus dixit: Adest Iohãnes subdiaconus. Domnus epũs Antiochiæ dixit: Præsentibus lege coniunctos libellos. Et lecti sunt. Domnus epũs Antiochiæ dixit: Vbi sunt ipsi libelli? Tacianus dixit: Habeo eos præ manibus. Domnus epũs Antiochiæ dixit: Lege etiã eos. Et lecti sunt. Domnus Antiochiæ epũs dixit: Quãdo delegauimus causam beatissimo Panolbio, qui tunc metropolitanus erat eius prouinciæ, vt causam audiret, quæ subsecuta sunt? Tacianus diaconus dixit: Habeo eiusdẽ beatissimi Panolbij epistolã, ꝑ quã edocuit, quæ secuta sunt. Domnus dixit: Lege eã. Et lecta est. Domnus epũs Antiochiæ dixit: Habes exemplaria repudij reuerẽdi epi Athanasij? Tacianus diaconus dixit: Præ manibus habeo & exẽplaria & autentica, quæ accepi a deo amãtissimo episcopo Iohanne Hieropolitanoꝝ metropoli. Domnus epũs Antiochiæ dixit: Legant autentica per ordinẽ. Et lecta sunt. Theodorus epũs Damasci dixit: Qm̃ fauorabilis erat circa reuerend. epm Athanasium beatæ memoriæ Panolbius Hierapolitanus quondam epũs, per proprios repudij libellos edocuit reuerẽdus epũs Athanasius. Manifestus ẽ igitur litem fugiẽs, & neq; amico proprio audientiã suã credens. Valerius epũs Anazarbi dixit: Manifestus est reuerẽdus epũs Athanasius, tanq̃ conscius sibi, in qbus accusat, eo q̃d noluerit apud amicũ propriũ Panolbium causam dicere, secundũ epistolas repudij ab eo conscriptas. Pompeianus epũs Emisæ dixit: Dũ amicus eius existeret beatæ memoriæ Panolbius epũs, certus est reuerẽdus epũs Athanasius, quia hoc conscientia mala fecit. Polychronius epũs Epiphaniæ dixit: Reuerendiss. epus Athanasius neq; suo amico cõmittẽs accusationẽ suã, certus est praua conscientia declinasse iudiciũ. Iamblicus epũs Chalcidis dixit: Si cõsideret reuerẽd. Athanasius, audiẽtiã Panolbij amici proprij nõ fugisset, sicut ipse in literis repudij ad eũ datis professus ẽ. Sed forsan cõsciẽtia cõpulsus, euocationẽ declinauit, a ꝑdicto beato Panolbio factam. Damianus epũs Sydonis dixit: Maxime semetipsum nocuit, & reũ canonibus sanctis effecit reuerẽdus eps Athanasius, citatus a reuerẽdę memoriæ Panolbio, q tunc erat Hierapolitanoꝝ metropolitanus epũs, & tertio respuens, nec occurrẽs. Gerontius eps Seleuciæ dixit: Valde semetipm nocuit reuerendiss. epũs Athanasius, neq; amicũ suũ ꝑdictũ Panolbiũ passus, & ꝑcipue euocatus ad iudiciũ, & audiẽtiã fugiens, sicut tria eius repudia manifestãt. Benetius epũs Bybli dixit: Lectio literaꝝ repudij reuerẽdi episcopi Athanasii docuit nos, qa purus amicus fuit ei, qui tunc metropolitanus erat, hoc est, beato Panolbio, apud quẽ responsum fieri oportebat. Vnde non oportuit euocationẽ effugere, nisi forte eius cõscientia impedisset. Theoctistus epũs Beroæ dixit: Si mũdã habuisset cõscientiã reuerẽdus epũs Athanasius, nõ repudiasset audiẽtiã beati Panolbij, cũ eius vtiq; amicus existeret. Epiphanius epũs Archæ dixit: Ostẽdit reuerendus epũs Athanasius, qa semetipsum ab episcopatu Parenoꝝ ecclesiæ fecit extraneũ, repudium tertio mittens, dũ vtiq; beatũ Panolbiũ Hieropolitanoꝝ episcopũ haberet, q posset, nisi iste sibi conscius eẽt, eius negotiũ bene disponere. Maras epũs Vrimoꝝ dixit: In eo ꝙ reuerẽdus epũs Athanasius iudiciũ beati Panolbij declinauit, q tunc Hierapolitanoꝝ erat epũs, apparet, quia cõscientia sua conuictus est. Baranis epũs Alexãdriæ dixit: Maxime sibi nocuit reuerẽdus eps Athanasius, nõ obediens tunc metropolitano beatæ memoriæ Panolbio, & ꝑcipue dum eius amicus existeret. Vnde certus est, qa nõ recta cõsciẽtia viuẽs, talẽ audiẽtiã declinauit, & ad repudiũ venit. Stephanus epũs Epiphaniæ dixit: Superfluã rem eẽ iudico, post tria repudia, & terminũ habẽtia, causam reuerẽdi epi Athanasii in examinationem adduci. Qũo em̃ elegit hãc a sancto cõcilio iudicari, dum proprij amici sui beatæ memoriæ Panolbij, sicut ipse in repudijs manifestauit, videat declinasse iudiciũ. Phosphorus epũs Orthosiadis dixit: Ea, quæ a reuerẽdo epo Athanasio sunt scripta ad beatæ memoriæ Panolbiũ, q tunc Hierapolitanorum

A tanoꝝ erat epũs, manifeſtãt, qm̃ iudiciũ fugiẽs, reus a Parenoꝝ diſceſſit ep̃atu. Daniel epũs Carrenſiũ dixit: Palã eſt, qa directis repudiĳ literis reuer. epũs Athanaſius ad beatæ memoriæ Panolbiũ, q tũc metropolitanus erat, refutãdo iudiciũ, ab ep̃atu ſemetip̃m fecit extraneũ. Iohãnes epũs Theodoſiopolis dixit: In ĳs, q̃ placẽt ſancto concilio vr̃o, & ego cõſentio. Sophronius epũs Conſtantiæ dixit: Ex repudĳ literis, q̃ relectæ ſunt, certus eſt reuerẽdus epũs Athanaſius, qa ad iudiciũ venire noluit, & epiſcopatũ quoq; repudiauit. Ioſeph epũs Iuliopolis dixit: Tertio repudiando reuer. epũs Athanaſius, & nolẽdo apud amicũ ſuũ beatæ memoriæ Panolbiũ, q tũc metropolitanus erat epũs, occurrere, & cauſam dicere, & ſemetip̃m ab illatis ſibi criminibus liberare, certus eſt, * qm̃ cõſcientia mala ſit vſus. Timotheus epũs Dolichis dixit: Oportebat quidẽ, reuerendũ ep̃m Athanaſiũ ab exordio euocatũ tertio a beatæ memoriæ Panolbio, q tũc metropolitanus epũs erat, occurrere, & allegationibus ſuis vti, dum ſecundũ ea, q̃ nũc lecta ſunt, amicũ ſuũ eundẽ eſſe definiret. Quia igit̃ ſæpe euocatus repudiauit, reum ſemetip̃m illatis ſibi cõſtituit. Paulus epũs Ptolemaidis dixit: Tertio ad audientiã euocatus reuerẽ. Athanaſius a Panolbio metropolitano *ep̃o, & maxime eius amico, ſicut ex his, q̃ ſunt lecta, didicimus, & tertio Parenoꝝ epiſcopatũ repudians, apparet, *qm̃ nõ bona conſcientia percuſſus, videt̃ declinaſſe iudiciũ. Sabas epũs Palti dixit: Tertio repudiando reue-

B rẽdus epũs Athanaſius, & coniurãdo, aliũ pro ſe ordinari debere, quã de reliquo rationem habet de ep̃atu Parenoꝝ ſanctæ dei eccleſiæ nunc mouere, & præcipue, dũ apud amicũ ſuũ beatæ memoriæ Panolbiũ cauſam non dixerit? Maras epũs Anaſarthæ dixit: Integre ſemetipſum diligere monſtrauit reuer. epũs Athanaſius a beatæ memoriæ Panolbio metropolis ep̃o p epiſtolas repudĳ ad eũ directas. Fugiens itaq; audientiam eius, apparet hoc cõſcientia maligna feciſſe. Domnus epũs Antiochiæ dixit: Poſt hæc repudia vbi degebat reuer. epũs Athanaſius? Iſacius archidiaconus dixit: Egreſſus eſt de prouincia Samoſatoꝝ, degebat apud ſemetipſum in proprio prædio, & denuo deſcendit in ciuitatẽ Samoſatoꝝ. Qm̃ aũt hic ſunt clerici, rogo eos ſanctũ veſtrũ cõcilium ingredi, & dicere, q̃ ipſi quoq; nouerũt. Dõnus epũs Antiochiæ dixit: Ingrediant̃. Tacianus diaconus dixit: Adſunt reuerẽdi clerici. Dõnus epũs Antiochiæ dixit: Stent ſecũdũ ordinẽ reuer. pbr̃i, & reuer. diaconi. Theodorus ep̃s Damaſci dixit vni: Vbi degebat poſt repudia reuer. epũs Athanaſius? Qui cũ rñdiſſet, Dõnus epũs Antiochiæ dixit: Quid dicunt & reliqui clerici? Theodorus epũs Damaſci dixit: Ex illo regreſſus eſt Paros. Et poſt rñſum, Domnus epũs Antiochiæ dixit: Quot ordinauit? Et facto rñſo, Theodorus epũs Damaſci dixit: Iſtas ordinatiões, poſt repudia a ſe facta, cõſtituit? Ac-

C cepto rñſo, Dõnus epũs Antiochiæ dixit: Dicãt & reliqui clerici, q̃ nouerũt, q d poſtea ſubſequutũ ſit. Theodorus epũs Damaſci dixit: Vos, cuius rei cauſa, eſtis Hierapolim profecti? Et cum dixiſſent, Domnus epiſcopus Antiochiæ dixit: Noui & ego formidaſſe reuer. ep̃m Athanaſiũ. Nã detulit mihi literas deo amãtiſſimoꝝ & ſanctiſſ. epoꝝ, id eſt, dñi Procli & dñi Cyrilli. Theodorus reuer. epũs Damaſci dixit: Diuinæ lr̃æ per deo amãtiſſ. ep̃m Athanaſiũ deductæ ſunt ſc̃tiſſimoꝝ archiep̃oꝝ. Iubeat tua ſanctitas, has relegi corã ſancto cõcilio. Domnus epũs Antiochiæ dixit: Legant̃. Et lectæ ſunt. Theodorus epũs Damaſci dixit: Videt̃ reuer. epũs Athanaſius nihil veꝝ docuiſſe ſanctiſſ. & deo amãtiſſ. archiep̃os dñm Proclũ & dñm Cyrillũ, dũ etiã apud beatũ Panolbiũ, q fuit eius metropolita & eius amicus, ſicut ipſe in repudĳs, a ſe datis oñdit, * a Parenoꝝ ep̃atu, & nõ a clericis eſt expulſus, ſicut edocuit, ſed ipſe tertio ab eodẽ Panolbio euocatus, audientiã illatoꝝ ſibi criminũ refutauit, & propriã ciuitatẽ reliquit, adĳciens & hoc in repudĳ ſui literis, qm̃ & ante duos, aut tres annos hoc apud ſe deliberatũ fuiſſet, vt ab ep̃atu recederet. Valerius epũs Anazarbi dixit: Perſpexi & ego, qm̃ reuer. Athanaſius falſo docuerit deo amãtiſſ. & ſanctiſſ. archiep̃ós Proclũ & Cyrillũ. Nã & propria voluntate ex ſcripto repudiauit ep̃atũ. Et tertio a beatiſſ. memoriæ Panolbio euocatus, audiẽtiã declinauit. Vſus etiã repudio, & propria voluntate, ciuitatẽ deſeruit, & nõ a clericis ẽ expulſus. Polychronius epũs Epiphanię ſcdæ Cilicię dixit: Manifeſta eſt deo amãtiſſ. ep̃i Athanaſĳ circa cauſam ei' *argumẽtatio, calũniã faciẽtis (q̃ſi de violẽtia ſua) reuer. clericis. Qui dũ a ſemetipſo ab eccl'iaſtico miniſterio diſceſſerit, & añ multa t pa in ꝑfectionẽ lõginquã abierit, cauſam illis aſſcripſit. Põpeianus epũs Emiſæ dixit: *Certus eſt Athanaſius alia ꝑ alĳs docuiſſe deo amãtiſſ. & ſc̃tiſſimos Proclũ & Cyrillum.

alias, q̃

alias, ſuo

alias, q̃

al', nec ab ep̃atu, ſicut ipſe docuit, non a clericis ẽ expulſus.

al's, puerilitas

al's ſcd̃m græcũ exemplar, Hæc eadẽ & nos cognouimus

mus, q̃a mens mus est reuerendus epũs Athanasi⁹, &

lũ. Iamblicus epũs Chalced. dixit: Dati repudij libelli a reuerẽd. ep̃o Athanasio beatæ memoriæ Panolbio, q tunc metropolitanus epũs, & eius amicus erat, sicut & ipse mõstrauit, docẽt nos, qa inaniter calumniã fecit apud sanctissimos & venerandissimos archiep̃os Proclũ & Cyrillũ de reuerẽdis suis clericis, dũ ipse episcopatũ reliquerit Parenorũ, & coniurauerit aliũ pro se ordinari epũm. Timotheus epũs Dolichis dixit: Hæc eadẽ, q̃ deo amãtiss. ep̃i, & ego p̃spexi. Daniel ep̃s Carrẽsiũ dixit: Admiratus sum, q̃uo passus sit reuerẽdus epũs Athanasius (euocatus a metropolitano ep̃o beatæ memoriȩ Panolbio, vt satisfaceret, & tertio repudiãs episcopatũ) importunus existere deo amãtissimis ep̃is Proclo & Cyrillo, & nihil eos veri edocere. Gerontius epũs Seleuciæ dixit: Hæc eadẽ & ego p̃spexi, qa nihil veritatis edocuit sanctissimos & deo amãtiss. ep̃os Proclũ & Cyrillũ reuer. epũs Athanasius. Theoctistus ep̃s Beroe dixit: Hæc ipsa & ego p̃spexi, qa falsa docuerit sanctiss. & venerabiliss. archiep̃os Proclũ & Cyrillũ reuerẽdus epũs Athanasius. Stephanus epũs Epiphaniæ dixit: Et ego ita p̃spexi, qa magis mẽtitus est apud sanctissimos & deo amãtiss. archiep̃os Proclũ & Cyrillũ reuer. epũs Athanasius. Nam neq̧ a clericis videtur expulsus, sed repudia propria voluntate fecit. Valerius epũs Loadiciæ Syriæ dixit: Et ego hæcipsa p̃spexi, q̃ sanctũ concilium. Epiphanius epũs Archȩ dixit: Hæcipsa & ego cognosco, q̃ sanctũ cõcilium. Baranis ep̃s Alexãdræ dixit: Et ego cõsentio sancto cõcilio deo amãtissimorũ ep̃orũ, & illa constituo, q̃ & ipsi bene se habere cõprobauerũt. Ioseph epũs Iuliupolis dixit: Hæcipsa & ego p̃spexi, q̃ deo amãtissimi & sanctiss. archiep̃i decreuerũt. Paulus epũs Ptolemaidis dixit: Hæcipsa & ego p̃spexi, q̃ præcedẽtes sanctissimi p̃res, & cũ eis q̃q; decerno. Maras epũs Anazarthæ dixit: Si quietẽ diligeret reuer. epũs Athanasius, non eum oportuerat post repudiũ & iusiurãdũ, iopportunũ existere sanctiss. p̃ribus & archiep̃is Proclo & Cyrillo. Iohãnes epũs Theodosiupol. dixit: Similiter & ego p̃spexi. Sophroni⁹ Constãtiæ epũs dixit: Præcedẽtibus me deo amãtissimis ep̃is & ego cõsentio. Domn⁹ epũs Antiochiæ dixit: Qñ suscepi literas deo amãtissimorũ ep̃orũ Procli & Cyrilli, memor sum, quia & eũ huc euocaui, & deo amãtiss. ep̃os prouinciȩ, vt hæc causa potuisset examinari. Relegite itaq; ambas ep̃las. Et lectæ sunt. Domnus epũs dixit, Quid scribit ad hæc reuer. epũs Athanasius? Domnus epũs dixit: Lege & ep̃lam, quã scripsit deo amãtiss. Iohãnes Hierapolitanorũ metropolis epũs. Et postq̃ lecta ẽ. Domn⁹ ep̃s dixit: Noui, qñ suscepi a reuer. ep̃o Athanasio literas, qa mox cõuocaui sanctũ hoc cõciliũ secundũ eius preces, mittẽs etiã scripta ad eum, vt adesset in hoc sancto concilio. Relege itaq; a me ad eum factã ep̃lam. Et ea iã lecta iterũ, Domn⁹ epũs dixit: Lege etiã synodicas l̃ras ad eum factas. Quibus lectis, Domnus epũs dixit: Quæ sunt sup hæc ex non scripto dicta a reuer. ep̃o Athanasio. Et iterũ: Dõnus epũs dixit: Lege & quã habeo cõscriptã ep̃lam sancto cõcilio. Qua ep̃la iã lecta, Tacianus diac. dixit, Habeo & ep̃las reuerẽdiss. ep̃orũ dñi Ibæ, & dñi Andreæ, q̃s miserunt, euocati a tua sanctitate, & occurrere non valẽtes. Dõnus epũs dixit: Lege & eas p ordinẽ. Et his q̃q; ep̃lis lectis. Tacianus diac. dixit, Alios libellos obtulit sancto cõcilio reuer. subdiaconus Philippus sanctæ dei Parẽsis eccl̃iæ. Et si iubet ṽra sanctitas, hos q̃q; relego. Domnus epũs dixit, Lege. Cũq; fuissent lecti libelli. Theodorus epũs Damasci dixit: Ea, q̃ posita sunt in libellis, solus nosti, an & alij simul sciunt? Philippus subdiaconus dixit: Nouit hæc etiã reuer. pbr̃ ex economo Fronton. Domnus epũs dixit: Dicat reuer. Fronton, quid de hac causa nouit. Qui cum dixisset, Domnus epũs dixit, Hæc domnica quæ est? Theodorus reuer. epũs Damasci dixit, Quis scit hæc? Fronton dixit. Theodorus diaconus, qui cõmanebat cũ ipso reuer. ep̃o Athanasio. Quo vocato, Theodor⁹ ep̃s dixit. Quid nosti i causa colũnarũ argẽteanũ? Si vere cõscius* erat illo tp̃e reuerẽ. ep̃o Athanasio? Et cũ hic dixisset, Domnus epũs dixit. Dicãt etiã isti, q̃rũ memoriã fecit Fronton pbr̃, quid nouerũt. Theodorus epũs dixit, Si hic sunt, q̃rũ memoriã fecit reuer. Maris pbr̃, & ipsi, q̃ nouerũt, ppria voce testent. Tacianus diaconus dixit. Astãt Maris & Theophilus diacones. Theodorus epũs dixit: Quid nostis in causa? Qui postq̃ libellorũ meminerãt, Domnus epũs dixit: Lege eos. At lectis iã libellis, Theodor⁹ epũs dixit. Nũquid nõ sufficiẽt nobis, q̃ iam dicta sunt atq; deposita, scãdalis cõplere omnium aures. Domnus epũs dixit: Quid perspicit vestra sancta synodus fieri oporteret? Theodor⁹ epũs dixit: Si opinionis suæ curã habuisset Athanasius reuer. epũs, nõ declinasset examina-

* alias, erat.

mina-

A minationẽ criminũ sibimet illatorũ, & q̊d maius est, audientiã delegatã a beatæ memoriæ Panolbio, qui fuit Hierapolitanus epũs, & eius amicus, & circa eũ valde fauorabilis, sicut ipse Athanasius proprijs literis sæpius intimauit. A q̊ tertio ad audientiã euocatus, nõ obediuit, sed etiã tertio epatum, Pari ex scripto repudiauit p ea, q̃ ad beatę memoriæ Panolbiũ scripsit, in qbus etiã rogauit dicẽs a se silentiũ cõplectendũ. Sed hoc nõ fecit, sed longa itinera aggressus, turbauit auditus sanctissimorũ & deo amãtiss. archiepõrũ, id est, dñi Procli & dñi Cyrilli, nihil verũ memoratos sanctiss. viros edocens, sed etiã postea sæpius euocatus, tã a sanctiss. & patre nostro archiepõ Dõno Antiocheno .s. q̃ a p̃senti cõcilio, q̃tenus semetipsum a criminibus sibi illatis exueret, venire non voluit* Quid ergo ecclesiasticis sanctionibus placet, eũ, qui pro quibusdam rebus ĩcõgruis euocatus, et tertio euocatus nõ venit, cadere honore, quẽ habet. Videtur autẽ memoratus Athanasius nõ solũ tertio euocatus, sed etiam frequenter, & nõ obediens, neq; illatis volens criminibus rñdere. Huius rei gratia, alienũ eum a sacerdotio secundũ ecclesiasticas leges esse decerno, & oportere deo amãtissimũ epm Hierapolitanorũ, dñm Iohannẽ feliciter epm in ecclesia Parenorũ regulariter ordinari, vt tandẽ aliqñ in pacifica quiete eadẽ ciuitas cõstituat, libera a fluctuatiõe atq; tumultu duorũ annorũ tpe in ea machinato. Valerius eps Anazarbi dixit: Qm̃ dudũ videt examinationẽ causę repudiasse

B p̃dictus Athanasius, & declinãdo iudiciũ beatę memoriæ Panolbij, insup etiã & ei⁹ successoris metropolitę, & nũc etiã reglariter euocatus a cõi p̃re & archiepõ Dõno, & sancto cõcilio, silr examinationẽ fugit frequẽter differẽdo, certus ẽ, q m̃ debet adiudicari. Igit extraneũ eũ & ego a sacerdotio iudicaui, & ab epi dignitate, & debet ab oibus illic ordinari alter eps, tanq̃ hoc semel alienato, q̃ten⁹ vel nũc desinat eẽ sine p̃re (q̊d violenter sustinuit) orbata Parenorũ ciuitatis ecclia. Timothe⁹ reue. eps Dolichis dixit: Recta & iusta p̃lata ẽ snia, a cõgregato hic scõ cõcilio aduersus p̃dictũ Athanasiũ. Nã toties cõseqnter & reglariter euocat⁹ a metropolita suo btẽ memoriæ Panolbio, & deo amãtiss. & sctiss. epõ Iohãne metropolita nr̃o, & a p̃nti scõ cõcilio, sed & etiã a sctiss. & deo amãtiss. epõ Dõno, & nõ obaudiẽs, diuersis ꝑo dilatiõibus vsus, sibimet oẽm sacerdotij priuationẽ ascribat. Igit & ego cõsentio ijs, q̃ reglariter & legitiẽ sunt decreta a vr̃o scõ cõcilio. Et supplico, vt Parenorũ sctiss. eccliæ ordinet eps, vt & nos, & eadẽ sctiss. ecclia cõtritiõe & miseria liberemur. Maras eps Anasarthę dixit: His eisdẽ & ego cõsentio, & alienũ eẽ decerno ab honore epat⁹ Athanasiũ, q Pari fuit eps, qm̃ sæpe vocat⁹ nõ obediuit. Et supplico, vt velociter ĩ Parenorũ ecclia ordinet eps. Põpeian⁹ eps Emisæ dixit: His, q̃ regulariter, & ecclesiastice definita sunt a sanctiss. & deo amantiss. metropolitis Theodoro & Valerio, & ego consentio, q̃ vtiq; iuste ab eis decreta sunt, approbãs. Et ego Athanasiũ, q Pari fuit epũs, ab epatu omnimodis alienũ & ab honore pontificatus

C decerno. Et rogo aliũ epm pro eo cõstitui in eadẽ ciuitate, vt vel nũc a tumultu & seditiõibus eadẽ Parenorũ sctã dei ecclesia liberet. Iamblic⁹ eps Chalcidis dixit: Simul decerno & ego ea, q̃ regulariter, & legitime cõstituta sunt a deo amãtiss. & sanctiss. epis, id est, Theodoro & Valerio metropolitis de Athanasio, q quondã Parenorũ fuit eps. Vnde & ego rogo sanctiss. Iohãnẽ epm hui⁹ pridẽ metropolitã, isto secũdũ vestrã approbationẽ alieno ab epatu facto, aliũ põtificẽ cõstituere sanctiss. Parenorũ eccliæ. Vranius epũs Hymerorũ dixit: Athanasiũ epm euocatũ, vt satisfaceret de illatis sibi maximis nefarijsq; criminib⁹, & nõ obediẽtẽ citationi canonicæ deo amãtiss. & sanctiss. archiepi nr̃i Dõni, & p̃ntis sancti magniq; cõcilij, qm̃ conscia mala videt alligatus, hũc & ego decerno indignũ, & extraneũ omni ecclesiastico ministerio, epiq; vocabulo. Damianus Sydonis epũs dixit: Oportebat Athanasiũ, q Parenorũ ecclesiæ fuit epũs, in qbusdã criminibus accusatũ & euocatũ, a beatiss. Panolbio suo tũc metropolita, vt curã eius habenti, obaudire, & suis allegationibus vti, & hoc quidẽ nõ fecit, sed p longa itinera profectus est, molestus existẽs auribus deo amãtissimorũ epõrũ Procli & Cyrilli, & deferẽs lr̃as, q̃rũ grã & iterũ euocatus est a sanctiss. archiepõ nr̃o Dõno & a sancto cõcilio, & obaudire contẽpsit. Hoc ergo nõ faciẽte eo, & ego decerno alienũ eũ existere a dignitate pontificatus, & oportere amãtiss. Iohãnẽ epm Hierapolitanorũ metropolis, epm consecrare pro eo Parenorũ ecclesiæ. Polychronius epũs Epiphaniæ secũdæ Ciliciæ dixit: Luctus & gemitus causa nobis effectus est Athanasius quondã Parenorũ epũs. Diuersis em̃ criminibus accusatus, iudiciũ declinauit, Tertio euocatus a beatæ memoriæ Panolbio

[margin: al's, Vnde]

bio Hieropolitanoꝝ epo, cum vtiq; eius amicus existeret, sicut ipse in repudij sui literis declarauit, & nũc quidẽ sæpius a deo amãtissimo & sanctiss. archiepo Domno, & hoc cõgregato cõcilio, obedire citationi nõ voluit, sed pmãsit multo tpe illudẽs, & fallẽs ecclesiasticas sanctiones. Huius itaq; rei grã, semetipm oñi põtificatus ministerio denudauit, episcopiq; vocabulo, & sit q̃q; depositus etiam meo decreto, & ordinabit alter epũs sanctæ Parẽti ecclesiæ, q possit soluere maloꝝ calamitatẽ. Theoctistus epũs Beroæ dixit: Consentio his, q̃ bene, & regulariter definita sunt a sancto concilio, q̃tenus alienus sit ab honore põtificatus Athanasi⁹, q Paros fuit epũs. Et decerno, vt pro eo Parenoꝝ sanctissimæ dei ecclesiæ ordinetur epũs. Benetius epũs Bibli dixit: His, q̃ regulariter a sancto cõcilio sunt prolata, consentio etiã ipse, iudicãs Athanasiũ Pari quondã epũm alienũ eẽ a pontificatu, & oportere pro eo pontificẽ ecclesiæ dei constitui. Gerontius epũs Seleuciæ dixit: Qm̃ sæpe vocatus Athanasius Paros q̃ndã epũs, & a metropolita suo beatæ memoriæ Panolbio, & a Iohãne Hierapolitanoꝝ metropolitano episcopo, & ab archiepo nr̃o Domno, sed & a p̃nti sancto cõcilio, nõ affuit, hunc & ego alienum eẽ decerno scdm ecclsiasticas sanctiões ab epatu. Et rogo velociter epm ordinari pro eo sanctissimæ Parenoꝝ ecclĩæ. Stephanus epũs Epiphaniæ dixit: In maximis criminibus accusatus Athanasius Parenoꝝ q̃ndã epũs, & sæpius euocatus, & nec semel obaudiẽs, sed lõga itinera eligẽs proficisci, & molest⁹ existere auribus deo amãtiss. epoꝝ Procli & Cyrilli, & ppterea rursus ab exarcho Oriẽtalis diocesis euocatus, & a cõgregato scõ cõcilio, & neq; sic obaudiẽs, dignus ẽ expelli a põtificatu, alio p eo prędictæ ecclesiæ constituto pontifice. Ioseph epũs Iuliopolis dixit: Oportebat q̃dẽ occurrere Athanasiũ Parenoꝝ ecclĩæ q̃ndã epũm, & ab illatis sibi criminibus semetipm exuere. Sed qm̃ sæpius euocatus, hoc nõ fecit, sanctũ p̃sensq; cõciliũ in eũ sentẽtiã protulit secundũ ecclĩasticas sanctiones. Vñ & ego cõsentio oĩbus, q̃ ab eis legaliter definita sunt, iudicãs alienũ eũ eẽ a pontificatu, oportere aũt aliũ pro eo pontificẽ Parenoꝝ sanctæ dei ecclesiæ ordinari. Phosphorus epũs Orthosiadis dixit: Cõsentio & ego his, q̃ regulariter definita sunt a scõ cõcilio, alienũ eẽ iudicãs ab epatu prędictũ Athanasiũ. Rogo aũt, & vna decerno, aliũ p eo Parenoꝝ sanctissimæ dei ecclĩæ ordinari põtificẽ. Thomas epũs Mopsiestię dixit: Accusatoribus Athanasii frequẽter, olim beatæ memorię Panolbio, q metropolis fuit epũs, & sanctiss. archiepo nr̃o Dõno, & nunc etiã sancto cõcilio, molestis existẽtibus, & vocatiõibus sæpe factis, vt accusatoꝝ examinatio pueniret, nõ occurrẽs Athanasius, semetipsum extraneũ ab efficacia põtificat⁹ effecit. Vñ post sñiam sancti concilij, necessarię Parenoꝝ sanctiss. dei ecclĩa, tãto tpe sine p̃sule manẽs, suscipiat pontificẽ a sanctissimo metropolita, & religiosiss. epis puinciæ regulariter ordinatũ. Paulus epũs Ptolemaidæ dixit: Consentio his, q̃ decreta sunt ab hoc sancto cõcilio, & alienũ ab epatu iudico p̃dictũ Athanasiũ, atq; decerno pro eo velociter Parenoꝝ sanctæ dei ecclĩæ ordinãdũ epũm. Paulus epũs Antaradeñ. dixit: His, q̃ ecclesiasticæ, & regulariter a sancto cõcilio sunt decreta, particeps sum, alienũ iudicãs ab honore epatus Athanasiũ Parenoꝝ q̃ndã epũm, & decerno aliũ pro eo celerius eidẽ sanctissimæ dei ecclesię cõstituẽdũ epũm. Maras epis. Vrimoꝝ dixit: Et ego hæc ipsa cõstituo, & alienũ iudico ab honore põtificat⁹ Athanasiũ Parenoꝝ q̃ndã epm, qm̃ sæpi⁹ euocatus nõ obaudiuit, & decerno, aliũ pro eo Parenoꝝ sanctę dei ecclĩæ ordinari debere. Baranis Alexãdriæ epũs dixit: His, q̃ regulariter definita sunt a deo amãtiss. epis, cõsona loq̃r & ego, alienũ iudicãs ab oñi pontificatus honore & dignitate epatus eũdẽ Athanasiũ, & decerno, aliũ pro ea Parenoꝝ sanctæ dei ecclesiæ constituẽdũ. Epiphanius epũs Archæ dixit: His, q̃ bene, & regulariter a sancto concilio sunt decreta, cõsentio & ipe, alienũ iudicãs ab honore põtificatus Athanasiũ Parenoꝝ q̃ndã epũm, & decerno, celeriter aliũ constitui eidẽ Parenoꝝ ecclesiæ: q eã possit pro dei volũtate gubernare. Iordanus epũs Abilæ dixit: His, q̃ secundũ ecclesiasticos canones a sancto concilio bene sunt prolata, consentio, alienũ iudicãs ab honore pontificatus Athanasium Parenoꝝ q̃ndã epũm, & decerno aliũ pro eo Parenoꝝ sanctæ dei ecclesiæ ordinãdũ. Iohãnes epũs Theodosiupolis dixit: Cõsentio & ego ipse, q̃ canonice, & legaliter definita sunt a scõ cõcilio, & alienũ ab epatu iudico Athanasiũ, approbãs alteꝝ põtificẽ constituẽdũ ecclesiæ Parenoꝝ. Daniel epũs Carreñ. dixit: Cõsentio oĩbus his, q̃ regulariter sancto concilio placuerũt, & alienũ iudico Athanasiũ ab epatu, approbans alteꝝ

D

E

F

A alterum pro eo Parenorum ciuitati ordinãdũ epm. Sophronius epũs Cõstãtię dixit: Ea, q̃ regulariter, atq; legaliter a sancto concilio definita sunt, & ipse sequens, alienum iudico Athanasiũ ab epatu, approbãs alterum pro eo Parenorum sanctæ dei ecclesię constituẽdũ epm. Sabas epũs Palti dixit: Cõsentio & ego oĩbus, q̃ dicta sunt, & vna decerno cũ sancto cõcilio, alienũ iudicãs eẽ ab honore põtificatus Athanasiũ, qm̃ euocat⁹ ab om̃i sua prouincia, suisq; metropolitis, & sanctissimo patre nr̃o atq; doctore, & ab om̃i sancto cõcilio nõ obediuit. Approbo ãt, q̃ten⁹ p eo Parenorum sanctę dei eccl'iæ alter ordinet eps. Dõn⁹ Antiochię eps dixit: Mei qdẽ voti nõ fuit, talẽ aduersus epm pferre sn̄iam Quia vero sancto concilio digne cõplacuit, alienũ existere Athanasiũ secundũ ecclesiasticas sanctiones ab epatu, tanq̃ sæpius qdẽ, & in multis magnisq; criminib⁹ accusatum, semp vero iudiciũ & examinationẽ negotij fugiẽtem, cõfirmo hæc etiã ego, & in his, q̃ oĩbus cõiter placuerũt, cõcors existo, iudicãs eũ alienũ eẽ a põtificatu. Et pcipio deo amãtissimo epo Iohãni, & ipsis prouincię religiosiss. epis, aliũ pro eo Parenorum sanctæ dei ecclesiæ epũm ordinare. Et subscriptiones pdictorum eporum. Gloriosissimi iudices dixerũt: Si q eorum, q tunc cũ Domno deposuerunt Athanasiũ reuer. epũm, assidẽt sancto cõcilio, in mediũ trãseãt. Et trãseuntib⁹ in medio, Theodoro reuer. epo Damasci, Theoctisto reuer. epo Beroe. Gerontio reuer. epo Seleuciæ, Damiano reuer. epo

B Sydonis, Ioseph epo reuer. Heliopolis, Saba reuer. epo Palti, Sophronio reuer. epo Cõstãtiæ. Gloriosiss. iudices dixerũt: Dicãt reuerẽd. & sanctissimi epi, p qua culpa tũc Athanasiũ reuer. deposuerũt de epatu. Theodorus reuer. epũs Damasci dixit: Clerici Parenorum eccl'iæ accusatiões obtulerũt aduersus eũ, & euocat⁹, nõ affuit, dicẽs, q̃sdã se inimicos habere, & secũdo euocatus, nõ affuit. Dũ vero tres euocatiões in eũ factę fuissent, & venire recusasset, scd̄m canones aduersus eũ depositionis eius prolata sn̄ia est. Theoctistus reuer. epũs Beroæ dixit: Euocatus religiosiss. epũs Athanasius a concilio Antiochiæ cõgregato tertio, nõ affuit, & ideo q̄ non affuit, adiudicatus ẽ. Gerõtius reuer. epũs Seleuciæ Syrię dixit: Nos deposuim⁹ eũ, qm̃ regulariter euocatus tertio, nõ occurrit, & scd̄m regulas depositus ẽ ab oĩbus, q tũc cõuenerũt. Grauia eñi q̃dã posita erãt in libellis, aduersus eũ prolatis, & euocat⁹ regulariter obaudire cõtẽpsit. Damianus reuer. eps Sydonis dixit: Euocatus Athanasius reuer. epũs a sancto cõcilio Antiochiæ congregato tertio, nõ obaudiuit. Et scd̄m regulas ab oĩbus, q tũc cõuenerũt, cõdẽnatus est. Ioseph reuer. eps Heliopolis dixit: Euocatus a sancto cõcilio Antiochiæ cõgregato ĩ auditorio & semel, & secũdo, & tertio reuer. Athanasius, & nõ aduenięs, dãnatiõi submissus ẽ. Sabas reuer. eps Palti dixit: Aderã in iudicio. Detulerat Athana

C sius sacra, vt nõ sederet, neq; dñs Theodoretus in causa, neq; Iohãnes metropolita. Sedebant ambo in causa. Dicebã ad eos. Quia si iudices estis, audite negotiũ. Si vero non subscribitis, egredimini simpl'r. Et cõtẽtiõe facta subscribere noluerũt. Ad vltimũ euocatus ẽ tertio, & nõ venit. Et pptera deposuimus eũ. Sophronius reuer. epũs Cõstãtinæ dixit: Nihil discussum ẽ eorum, q̃ aduersus eũ erãt, & in psentia eius p probationẽ nihil exaĩatũ est. Sed ex vna parte accusauerũt illi. Nos aũt nõ credidimus vni parti, qm̃ accusatores, q̃cũq; volũt, dicũt, nec oĩno oportet accusatorib⁹ credi. Euocatus ẽ aũt ppter hæc semel, Dixit causam, pro qua nõ adesset, q̃sdã se inimicos habere in synodo, q̃ posita ẽ in gestis. Iterum scd̄o euocatus ẽ. Rursus tertio euocatus ẽ. Cũ aũt nõ obaudisset tertio, deponẽs eũ prolata sn̄ia ẽ. Gloriosiss. iudices dixerũt: Dicat Athanasius reu. eps, cur, tertio euocat⁹ a sc̄tõ Antiocheno cõcil. q̃re nõ occurrit, vt pprijs allegatiõib⁹ vteret. Athanasius reu. eps dixit: Qm̃ inimicus me⁹ erat ipse, q iudicabat Antiochen⁹. Et rogo hęc relegi, & veritatẽ pbari. Abierũt tredecim clerici, & ipsi decreuerũt nolẽtes. Gloriosiss. iudices dixerũt: Sauinianus reuer. epũs, qm̃ post depositionẽ Athanasii reuerẽdi ordinatus est a puinciali cõcilio, in Parenorum ciuitatis epatu (sicut nos pspicim⁹) manere debet. Neq; eñi ex vna parte remotus, iustũ ẽ, vt piudiciũ patiat, qm̃ neq; vocatus est neq; cõtradictio ei seruata ẽ. Athanasius vero depositus, tanq̃ euocationibus nõ obaudięs, postea vero ex vna parte a Dioscoro epatũ obtinere iussus, interim (sicut pspicimus) debet quiescere. Causas vero illatas ei, examinãdas eẽ decernimus apud sanctissimũ epm Antiochiæ Maximũ, & cõcilium, q̃d cum eo est. Ita tamẽ vt intra octo mẽses, a psenti die numerãdos, examinatio fiat eorum, q dudũ accusationẽ aduersus eum proposuerunt. Aut si alter contra eũ quilibet de hisipsis instare voluerit, & si quidem

cōuictus fuerit,oīa præsumpsisse,quæ ei criminaliter seu pecuniałr sunt illata, & gestis inserta,aut vnū eorꝝ,quod dānatiōe sit dignū, nō solū eum alienū esse ab ipo epatu,sed etiā legibus publicis esse subdēdum.Si vero intra hoc tps nō agat aduersus eū,neq; conuincat,(sicut pdictū est) Athanasius qdē epatum eiusdē recipiat ciuitatis ecclesiæ p sanctissimū epm Antiochiæ Maximū,Sauinian⁹vero reue.eps & dignitatē epatus habeat & substitut⁹ sit,& pascat,donec reue.eps Antiochenorꝝ Maximus, eum scdm virtutē Parenorꝝ sanctiss. disponat ecclesiæ.Hęc audiēs sanctiss.synodus,dicat,si ea,q̄ sunt ordinata,decernit,aut aliud qd disponit. Maxim⁹reue.eps Antiochiæ dixit:Hoc nihil iustius.Cyrus reue.eps Anazarbi dixit:Deus p vos locut⁹ est. Sācta synodus dixit:Nihil iustius,nihil integrius.Hæc iusta sententia.Quæ disposita sunt effectui mācipentur, quia cum deo vos iudicatis.Gloriosiss.iudices dixerunt:Ea quæ à nobis quidē approbata sunt,disposita vero à sancto concilio,firma consistant.

D

CHALCEDONEN. CONCILII CANONVM.

¶ Aeditio prima.

De canonibus vniuscuiusq; cōciliȷ̄.

25.q.1. a sanctis patribus

Regulas sanctorꝝ patrum, per singula nunc vsq; concilia cōstitutas, proprium robur obtinere decreuimus.

Quod nō oporteat,epos,aut quēlibet ex clero p pecunias ordinari.

1.q.1.Si qs eps per pecuniā alias,pecuniā

II Si qs eps p* pecunias fecerit ordinationē,& sub ptio redegerit grām, q̄ nō pt vēdi, ordinaueritq; p pecunias epūm, aut chorepm,aut pbrm,aut diaconū,vel quēlibet ex his,q cōnumerant in clero, aut pmouerit p pecunias dispēsatorē,aut defensorē,vel māsionariū,vł quēq̄ oīno,q subiectus ē regulæ, p suo turpiss.lucri cōmodo,is,q hoc* attētasse pbatus fuerit, pprȷ̄ gradus piculo subiacebit.Et q ordinatus ē nihil ex hac ordinatiōe, vel promotiōe, q̄ est p negotiationē facta, pficiat,sed sit alienus* a dignitate vel solicitudine,quā pecunȷ̄s*acquisiuit. Si qs vero mediator tam turpibus, & nephandis datis, vel acceptis extiterit,& ipse, si quidem clericus fuerit, proprio gradu decidat, si vero laicus, aut monachus, anathematizetur.

als,is,cui hoc attentāri probatum

alias,ea

als,quæsiuit

Qd nō oporteat, epos,clericos,& monachos prędia aliena conducere.

86. Peruenit ad sanctam

III Peruenit ad sanctam synodum,q quidam,qui in clero videntur,allecti propter lucra turpia conductores alienarum possessionum fiant, & secularia negotia sub cura sua suscipiant, dei quidem ministeriū paruipēdentes,secularium vero discurrentes domos,& propter auaritiam,patrimoniorum solicitudinē sumentes. Decreuit itaq; sanctum hoc magnumq; conciliū nullum deinceps nō epūm,non clericum, vel monachū,aut possessiones conducere,aut negotȷ̄s secularibus se miscere, prętcr pupillorum(*si forte leges īponāt) inexcusabilem curā aut ciuitatis episcopus ecclesia-

alias,nisi

¶ Aeditio secunda.

De seruādis canonibus synodorꝝ.

Regulas sanctis patribus in vnaquaque synodo vsque nunc prolatas teneri statuimus.

E

Quod præmio vel pecunia non ordinentur episcopi.

II Si qs epoꝝ,accepta pecunia, ordinationē fecerit, & sub pretium deduxerit impciabilē grām, atq; ordinauerit p pecunias epm,siue Chorepm, siue pbrm, siue diaconū,aut quēcūq; aliū, qui cōnumerat inter clericos,aut accepta pecunia,ordinauerit œconomū,id est,defensorē,siue paramonariū, quicūq; ergo hæc meditatus fuerit,si cōuict⁹ fuerit,ipse qdē subeat gradus sui periculū, &, q sic ordinatus fuerit, nullū habeat fructū ex hmōi, & creatiōe probrosa,& mercimonio,sed sit alienus & dignitatis & solicitudinis eius, quā per pecunias introiuit. Sed & ille,q instans tam turpibus & illicitis datis intercessor apparuit, si quidem clericus fuerit, de proprio decidat gradu, si vero laicus, siue monachus fuerit, anathema sit.

F

Episcopi,clerici, & monachi seculares curas postponant.

III Peruenit in sanctam synodum,qa de his,qui in clero connumerantur,quidā propter turpis lucri gratiā alienarum possessionum conductiones, & causas seculares suscipiunt, & seipsos quidem a ministerȷ̄s sanctis per desidiam separant,& ad domos autem secularium concurrunt, & substantiarum eorum gubernationes auaritiæ causa suscipiunt. Decreuit ergo sancta &magna synodus,neminem deinceps eorum,hoc est,episcopum, siue clericum, aut monachum conducere possessiones, aut misceri seclarib⁹procuratiōib⁹, nisi forte q legib⁹ad minorꝝ tutelas ætatū, siue curationes

A ecclesiasticarum rerum solicitudinē habere pcipiat aut orphanorum, & viduarum, earūque, q̄ sine vlla *prouisione sunt, psonarum, q̄ maxie ecclesiastico indigēt adiutorio, & propter timorē dñi causa deposcat. Si quis autem de cætero transgredi statuta tentauerit, q est huiusmodi, ecclesiasticis increpationibus subiacebit.

De honore monachis cōpetente, & vt nullus eorum tētet ecclesiastica aut secularia inquietare negotia, nec alienum seruū prę ter conscientiā dñi eius suscipere.

IIII. Qui vere & syncere singularem sectanť vitam, competēter honorenť. Q̄m vero quidā vtētes habitu *monachali, ecclesiastica negotia ciuiliaque conturbāt, cir- B cumeuntes indifferenter vrbes, necnon & monasteria sibi instituere tētantes, placuit, nullū q dē vsquā ædificare, aut cōstituere monasteriū, vel oratorij domū, p̄ter conscientiā ciuitatis epi. Monachos vero per vnāquāque ciuitatē, aut regionem subiectos eē episcopo, & quietē diligere, & intentos esse tātummodo ieiunio & orōni, in locis, in quibus renuntiauerūt seculo, permanētes, nec ecclesiasticis vero nec secularib' negotijs cōicent, vel in aliq̄ sint molesti propria monasteria deserētes, nisi forte his p̄cipiatur, propter opus necessariū ab episcopo ciuitatis. Nullū vero recipere in monasterijs seruum, vt sit cum eis monachi obtentu præter sui dñi conscientiā. Transgredientē vero hanc definitionē nostram C excommunicatum eē decreuimus, ne nomen dei blasphemetur. Veruntamē episcopum conuenit ciuitatis, competentem monasteriorum prouidentiam gerere.

Nō trāsmigrādū de ciuitate ad ciuitatē.

V. De his, q trāsmigrant de ciuitate in ciuitatem, epis aut clericis placuit, vt canones, q de hac re a sanctis patrib' statuti sunt, habeant propriam firmitatem.

Qd nō oporteat absolute q̄slibet ordinari.

VI. Nullum absolute ordinari debere pbr̄m aut diaconū, nec quēlibet in gradu ecclīastico, nisi specialiter ecclīæ ciuitatis, aut possessiōis, aut martyrij, aut monasterij, q ordinādus ē, p̄nūtieť. Qui vero absolute ordinanť, decreuit sancta synod', irritā haberi huiuscemodi manus īpositionē, & nusq̄ posse mīstrare ad ordinātis īiuriā.

De clericis & monachis nō manētibus in suo proposito.

VII. Qui semel in clero deputati sunt aut monachorum vitā expetiuerunt, statuimus,

rationes inexcusabiles attrahuntur, aut cum ipsius ciuitatis episcopus ecclesiasticarum rerum commiserit gubernacula, vel orphanorum, aut viduarum, q̄ indefensæ sunt, aut earum personarum, quæ maxime ecclesiastico indigent adminiculo, propter timorē dei. Si quis vero trāsgressus fuerit statuta, correptioni ecclesiasticæ subiaceat.

als, defensiōe

Absque voluntate epi nec monasteriū, nec oratoriū qs facere p̄sumat. & de monachis

IIII. Qui vere & pure solitariam eligunt vitā, digni sunt conueniēti honore. Quia tn̄ quidam monachi habitu vtentes res communes disturbāt, indifferenter ciuitates circūeuntes, nec non & monasteria per seipsos propria p̄sumptione contētāt, placuit, neminem aut ædificare, aut constituere monasteria, aut oratorij domū, sine consciēta ipsius ciuitatis episcopi. Eos vero, qui per singulas ciuitates seu possessiones in monasterijs sunt, subiectos eē debere episcopo, & quieti operā dare, atque obseruare ieiunia, & orationes, in locis, in quibus semel deo se deuouerūt, permanētes, & neque cōmunicare ecclesiasticis, neque seculares aliquas tractare actiones, relinquētes propria monasteria, nisi forte iubeantur propter vrgentes necessitates ab ipsius ciuitatis episcopo. Et neminem seruorum suscipi in monasterium, vt sit cum eis monachus, nisi cum domini proprij *conscientia. Prætereuntem vero hæc decreuimus extra communionē eē, ne nomen domini blasphemetur. Conuenit vero ciuitatis episcopo, curam solicitudinemque necessariā monasterijs exhibere.

16.q.1. qui vere pureque 18 q. 2. Quidā monachorū habitu. als, monachi.

Snaliter. 2.q 7. Null' mo. Et. 16.q.1. qui vere pureque

16.q.1. qui vere pureque. als, volūtate.

De his, qui de ciuitate in ciuitatē vadunt.

V. Propter eos episcopos siue clericos, qui de ciuitate ad ciuitatē trāseunt, placuit, definitiones datas a sanctis patribus habere propriam firmitatem.

7.q.1. Propter eos Nicenū con. cap. 15

Vt in publicis locis fiat ordinatio.

VI. Neminē absolute ordinari pbr̄m, vel diaconum, vel quēlibet in ecclesiastica ordinatiōe cōstitutum, nisi manifeste in ecclesia ciuitatis, siue possessionis, aut in martyrio, aut in monasterio, qui ordinatur, mereať ordinatiōis publicatæ vocabulū. Eorum vero, qui absolute ordinanť, decreuit sancta synodus, vacuam haberi manus impositionē, & nullū eius tale factum valere ad iniuriā ipsius, qui eum ordinauit.

Dist. 70. Neminē absol.

Vt monachi ad militiā non redeant.

VII. Eos, q semel in clero taxati fuerint, siue ī monasterijs deputati, decreuim' neque

20.q.3. eos q semel.

mus, neq; ad militiam, neq; ad dignitatem aliquam venire mundanam. Aut hoc tẽtantes, & nõ agentes pœniam, quo minus redeant ad hoc, quod propter deũ primitus elegerunt, anathematizari.

als, voluerint

alias, anathema esse

De clericis q sunt in ptochodochijs monasterijs atq; martyrijs, quæ sub potestate epo℞ vniuscuiusq; ciuitatis existunt.

VIII. Clerici, q præficiunt ptochodochijs, q ordinant in monasterijs & basilicis martyrũ, sub epo℞, q in vnaquaq; ciuitate sunt scdm sancto℞ prm traditiões ptãte p maneãt, nec p cõtumaciã ab epo suo dissiliãt. Qui vero audẽt euertere huiuscemodi formã quocũq; mõ, nec proprio subijciunt epo, si qdẽ clerici sunt, canonũ* correptiõibus subiacebũt, si vero laici vel monachi fuerint, cõmuniõe priuentur.

18. q. 2. qdam monachorũ habitu. §. Itẽ clerici in. Et § Item clerici q.

al. vltionibus

alias, excommunicentur

Quod nõ opoteat, clericos habẽtes aduersus inuicem negotia, proprium epm relinquere, & ad secularia iudicia conuolare.

IX Si qs clericus aduersus clericum habet negotiũ, nõ deserat proprium epm, & ad secularia percurrat iudicia. Sed prius actio ventilet apud epm proprium, vel certe cõcilio eiusdẽ epi apud quos vtræq; partes voluerint, iudicium obtinebunt. Si quis autem præter hæc fecerit, canonicis correptionibus subiacebit. Quod si clericus habet causam aduersus epm proprium, vel aduersus alterum, apud synodum prouinciæ iudicet. Quod si aduersus eiusdem prouinciẹ metropolitanũ episcopus vl' clericus habet querelã, petat aut primatẽ diocœseos, aut sedẽ regiæ vrbis Cõstãtinopolitanæ, & apud * ipsam iudicet.

11. q. 1. Si clericus aduersus clericum

alias, ipsum

Quod nõ liceat, clerico in dua℞ ciuitatum ecclesijs ministrare.

X Non licet clericum conscribi in duabus simul ecclesijs, sed & in qua ab initio ordinat⁹ est, nõ ad quã cõfugi, quasi ad potiorem ob inanis gloriæ cupiditatem. Hoc aũt faciẽtes, reuocari debere ad suã ecclesiã, in qua primitus ordinati sunt, & ibi tantummodo ministrare. Si vero iã quis translatus est ex alia in aliam ecclesiã, prioris ecclesiæ, vel martyriorũ, quæ sub ea sunt, aut ptochodochio℞, aut pthochiorum, aut xenodochio℞ reb⁹ in nullo cõmunicet. Eos vero, q ausi fuerint, post definitionẽ magnæ & vniuersalis hui⁹ synodi, quicq̃ ex his, quẹ sunt prohibita, perpetrare, decreuit sancta synodus, a proprio huiuscemodi gradu recedere.

21. q. 1. clericũ in duarum

als, debet reuocari ad suã ecclesiam

21. q. 2. Si qs iã translatus

Quod

neq; ad militiã, neq; ad honores seculares venire. Eos aũt, q hoc ausi fuerint facere & nõ ei⁹ rei pẹnitere *maluerint, vt ad hoc idẽ reuertantur, q̃d ante obtentu dei proposuerunt sibi * anathematizari.

D

Vt dispẽsatores pauperum epo suo obediant.

VIII. Clerici in pthocijs, & in monasterijs, aut martyrijs constituti, sub ptãte sint eius, q in ea ẽ ciuitate eps scdm traditionẽ sancto℞ prm, nec p psumptionẽ recedãt à suo epo. Eos vero, q ausi fuerit rescindere hmõi institutionem quocũq; modo, vel si noluerint subiacere proprio epo, si qdem fuerint clerici, pro psona℞ ordinatiõe subiaceant condemnatiõibus canonum. Si vero monachi seu laici fuerint, *communione priuentur.

Si clericus contra alium causam habeat, ante episcopum suum examinetur.

E

IX Si cleric⁹ aduersus clericũ habeat negotiũ, nõ relinquat suũ epm, & ad secularia iudicia nõ cõcurrat, sed prius negotium agitet apud propriũ epm (vel certe si fuerit iudiciũ ipsius epi) apud arbitros, ex vtraq; parte electos, audiat negotiũ. Si qs vero cõtra hæc fecerit, canonũ subiaceat correptiõibus. Et si clericus aduersus suũ vel aliũ epm habeat causam, apud audientiam synodi prouinciæ eius conquiratur. Si vero contra ipsius prouinciæ metropolitanũ epm episcopus siue clericus habeat controuersiam, pergat ad ipsius diocœsis primatem, aut certe ad Constantinopolitanæ regiæ ciuitatis sedem, vt eorum ibi proprium negotium exquiratur.

Vt non liceat de alia ciuitate in aliam transmigrare.

F

X Nõ licere clericũ in ecclesijs duarum ciuitatum ordinari, sed in ea, in qua ab initio ordinat⁹ est, & cui⁹ expetitio erat añ profugiũ. Etsi propter vanæ gloriæ desideriũ cõtigerit, vt post ad maiorẽ ecclesiã cõfugerit, *eum indubitanter reuocari debere ad eam, in qua ab exordio ordinatus est, & ibi tantummodo ministrare Si qs vero iam translatus est ab alia in aliam ecclesiam, nihil habeat cõmune cũ priore ecclesia, siue sub hac ecclia cõstitutis martyrijs, siue in ptochijs, vel xenodochijs, aut eo℞ negotijs. Eos vero, q ausi fuerint post ordinationẽ hui⁹ magnæ vniuersalis synodi agere, quæ prohibita sunt, statuit sancta synodus cadere de proprio gradu.

Egenis

A Qđ nō opteat egenis epistolia tribui, honestiores ãt cõmẽdaticijs literis approbari.

XI. Omnes pauperes, & indigentes auxilio, cũ proficiscunt, sub probatiõe epistolijs, vel ecclesiasticis pacificis tantũmodo cõmẽdari decreuimus, & nõ cõmẽdaticijs lrīs, propter q̃d cõmendatitias literas honoratioribus tantũmodo præstari personis conueniat.

Vt nequaq̃ in duos metropolitanos prouincia diuidatur.

XII. Peruenit ad nos, ꝙ qdã, præter ecclñastica statuta faciẽtes, cõuolarũt ad potestates, & per pragmaticã formã in duo, vnã prouinciã diuiserunt, ita vt ex hoc fa B cto duo metropolitani eẽ videant in vna prouincia. Statuit ergo sancta synodus, de reliq̃ nihil ab epĩs tale tentari, alioquin, qui hoc adnisus fuerit, amissioni gradus proprij subiacebit. Quæcũq; vero ciuitates iã literis imperialibus metropolitani noĩs honore subnixæ sunt, honore tãtũmodo pfruantur, & qui ecclesiã eius gubernat eps, saluis.s. vere metropoli priuilegijs suis.

Quod nõ oporteat, peregrinos clericos sine commẽdatitijs ministrare.

XIII. Peregrinos clericos & lectores in alia ciuitate, prȩter commẽdatitias literas sui episcopi, nusquam penitus ministrare debere.

Quod non liceat, clericos vxorẽ sectæ alterius accipere.

XIIII. Qm̃ in qbusdã prouincijs concessum ẽ lectorib⁹ & psaltis vxores ducere, statuit sancta synodus, nõ licere cuiquã ex his accipere sectæ alterius vxorẽ. Qui C vero ex hmõi cõiugio iã filios susceperũt, si qdẽ pueti sunt, vt ex se genitos apud hȩreticos baptizarent, offerre eos ecclesiæ catholicæ cõioni cõueniet, nõ baptizatos ãt nõ posse vlteri⁹ apud hȩreticos baptizari. Sed neq; copulari debet nuptura hȩretico aut Iudæo vel pagano, nisi forte pmittat ad orthodoxã fidẽ se *p psonæ orthodoxæ copulam trãsferre. Si qs hãc definitionem sanctæ synodi trãsgressus fuerit, correptioni canonicæ subiacebit.

De diaconissis mulieribus.

XV. Diaconissam nõ ordinãdã añ annũ quadragesimũ, & hãc cũ summo libramine. Si vero suscipiẽs manus impositionem & aliquãtũ tpis in ministerio pmanens, semetipsam tradat nuptijs, gratiæ dei contumeliam faciens, anathematizet huiusmodi cum eo, qui eidem copulatur.

De

Egenis epistola tribui debet, honestioribus formata.

XI. Oẽs paupes, & indigẽtes ecclĩasticis auxilijs, cum proficiscunt, sub probatiõe epistolij, siue pacificis, q̃ dicunt ecclesiasticȩ, tãtũmõ cõmẽdari statuimus, & nõ cõmẽdatitijs eplĩs, qa cõmendatitias epistolas quas dicimus, eos tantũ accipere cõuenit, qui in opere sunt clariores.

Vt prouincia in duos metropolitanos episcopos non diuidatur.

XII. Peruenit ad nos, ꝙ qdam pter ecclesiasticos ordines affectãtes potẽtiã, p pragmaticã *formã vnã prouinciã in duas diuidãt, ita vt ex hoc inueniant duo metropolitani epĩ in eadẽ vna eẽ prouincia. Statuit ergo sancta synodus, deinceps nihil tale attentari a quolibet episcopo. Eos vero, qui tale aliquid attentauerint, de proprio gradu cadere. Si quæ vero antea ciuitates per pragmaticã imperialẽ metropolitani nominis honore decoratæ sunt, nomine solo perfruant, & qui ecclesiã ei⁹ regit epũs, priuilegio *metropolitano epõ iure proprio reseruato.

Vt peregrini in alia ciuitate non ministrent.

XIII. Extraneũ clericũ & lectorẽ extra ciuitatẽ suã sine cõmẽdatitijs lrĩs ppri epĩ nusquã penitus liceat ministrare.

Nõ licet cũ hȩreticis, aut Iudȩis cõiũgi.

XIIII. Quia in qbusdã prouincijs cõceditur psalmistis & lectoribus vxores accipere, statuit sancta synodus, prorsus nõ licere cuiquã ex his alterius sectæ accipere vxorẽ. Si qs vero puenit, & habet iã de tali connubio filios, si forte puenerint eos iã apud hæreticos baptizari, debẽt eos offerre sanctæ ecclesiȩ catholicæ, vt ibi cõicẽt. Qui vero adhuc baptizati nõ sunt, oĩmodo nõ posse eos in hæretica ecclesia baptizari, nec in matrimonio iungi hȩretico, Iudæo, vel pagano, nisi forte spoponderit se venire ad orthodoxã fidẽ, dũ cõiungit personæ orthodoxæ. Si quis vero hanc diffinitionẽ sanctæ synodi præterierit, regular condemnationibus subiaceat.

De diaconissis.

XV. Diaconissam nõ debere ante q̃draginta annos ordinari, & hoc cũ diligẽti probatiõe. Si vero susceperit ordinationẽ & quãtocũq; tpe obseruauerit ministeriũ, & postea se nuptijs tradiderit iniuriam faciens dei gratiæ, hæc anathema sit cũ eo, qui in illius nuptijs conuenit.

Vt

Dist. 41 Peruenit ad nos. alias, sacram.

al's, metropolitani epi.

Dist. 71 Extraneo clico.

Dist. 32. Qm̃ in qbusdã p. vsq; q vero.

al's, psona orthodoxæ copulãda.

27. q. 1. Diaconissam non

De virginibus.

27.q.1.Si qua virgo

XVI Virginem quæ se deo dño cõsecrauit, siſr & monachũ, nõ licere nuptialia iura cõtrahere. Quod si hoc inuẽti fuerint ꝑpetrãtes, excõicent. Cõfitẽtibus aũt decreuim⁹, vt habeat authoritatẽ eiusdẽ loci eṗs, misericordiã humilitatemq; largiri.

De parochijs.

16.q.3.ꝑ singulas eccſias, alias, i possessionibus

ars, dubitatio

XVII Sigularꝫ ecclesiarꝫ rusticas parochias vel in possessiõib⁹ manere incõcussas illis eṗis, qui eas retinere noscunt, & maxime, si ꝑ tricenniũ eas absq; vi obtinẽtes, sub dispẽsatiõe rexerũt. Quod si intra tricẽniũ facta est de his vel fiat altercatio, licere eis, q se læsos asserũt, apud sanctã synodũ prouinciæ de his mouere certamẽ. Quod si quisq̃ a metropolitano lædit, apud primatẽ diocœseos, aut apud sanctã Cõstãtinopolitanã sedẽ iudicet, sicut superius dictũ est: Si qua vero ciuitas ṗtãte imperiali * nouata ẽ, aut si protinus innouet, ciuiles dispositiõẽs, & publicas ecclesiasticarꝫ q̃q; parochiarꝫ ordines subsequantur.

id est, nouiter constructa

De coniuratione vel conspiratione.

11.q.1.cõiurationũ, & conspirationum. als, ab exteris als, fratrias

11.q.1. Si q vel clerici &c. & ibi cõiu. &c.

als, abijciant.

XVIII Coniurationis vel conspirationis crimen, & a * veteribus legibus est omino prohibitum, multomagis hoc in dei ecclesia, ne fiat, admonere conueniet. Si qui ergo clerici vel monachi reperti fuerint coniurantes, aut conspirantes, aut insidias ponentes episcopis, aut cõclericis, gradu proprio penitus abscindãtur.

Quod oporteat, per prouincias bis in anno concilia celebrari.

18. Peruenit ad nostras

al. ꝓbati synodici cõuentus eṗorum,

al. correctiõẽs

als, antistes

XIX Peruenit ad aures nr̃as, ꝙ in ꝓuincijs statuta eṗorꝫ cõcilia minime celebrent, & ex hoc plurima negligant ecclesiasticarꝫ causarꝫ, q̃ * correctiõibus indigeant. Decreuit itaq; sancta synodus, scd̃m canones pr̃m bis in anno eṗos in idiṗm in vnãquãq; prouinciã conuenire, quo metropolitanus * eṗũs probauerit, & corrigere singula, si qua fortassis emerserint. Quicunq; vero non aduenerint eṗi, residentautem in suis ciuitatibus, & hoc si in sua incolumitate consistunt, omniq; inexcusabili, & necessaria occupatione probãtur liberi, fraterno corripiantur affectu.

Quod minime clericos transmigrare conueniat.

71. clericos in singlis eccſijs

XX Clericos in ecclesia ministrantes sicut iam constituimus, in alterius ciuitatis ecclesia statutos fieri non oportet, sed conten-

Vt nec deo dicata v̄go nec mõach⁹ nubãt

XVI Si qua v̄go se dedicauerit deo siſr & monach⁹, nõ licere eis iungi nuptijs, Si vero inuenti fuerint hoc facientes maneant excõmunicati. Statuimus vero, posse in eis facere humanitatem, si ita probauerit loci episcopus.

Singulas ꝓuincias incõuulsas manere.

XVII. Per singl̃as ecclesias rusticanas parochias siue * possessiõẽs manere ĩmobiles apd̃ eos, q eas retinẽt, eṗos, & maxie q eas sine violẽtia iã ꝑ trigĩta ãnos tenẽtes gubernauert. Si vero intra trigĩta annos etiã facta fuerit, aut fiat de his * altercatio, licere eis, q se dixerũt lęsos, propter eas mouere apud synodũ prouincię certamẽ. Si qs vero putauerit se a proprio metropolitano grauari, apud primatẽ diocœseos, aut apd̃ Cõstãtinopolitanę ciuitatis sedẽ agat iudiciũ, sicut dictũ ẽ. Si vero q̃libet ciuitas ꝑ authoritatẽ ĩperialẽ r̃nouata ẽ, aut si renouet ĩ posterꝫ, ciuilib⁹ & publicis ordĩatiõib⁹ etiã ecclesiarꝫ parochianarꝫ sequat ordinatio.

De his, qui coniurationem, aut calumniã contra episcopum faciunt

XVIII Coniurationum & conspirationum crimẽ (quod apud Græcos dicitur * fratrea) publicis etiam legibus certum ẽ penitus inhiberi, hoc multo magis in sancta dei ecclesia (ne fiat) conuenit abdicari. Si qui vero clerici vel monachi inuẽti fuerint coniurantes, aut fratreas, vel factiones componentes aliquas suis episcopis, aut alijs clericis oĩno cadãt de proprio gradu.

Vt synodus bis in anno fiat.

XIX Peruenit ad aures nostras, & hoc quod in prouincijs * cõstituta episcoporum cõcilia minime celebrentur. Et ꝙ inde multæ, quæ correctione opus habeant ecclesiasticæ res, negligantur. Statuit igitur sancta synodus hæc, secundum patrum regulas bis in anno in vnum conuenire per singulas prouincias episcopos, vbi singula, quæ emerserint, corrigantur. Qui vero noluerint conuenire episcopi, constituti in suis ciuitatibus, & cum hoc maxime in sui corporis sanitate consistẽtes, etiã oĩbus alijs vrgentibus & inexcusabilibus negotijs liberi sunt, licere eos fraternę charitatis admonitionibus corripi.

Eum, qui alium clericum suscipit, a communione suspendi.

XX Clericos in suis ecclesijs constitutos (sicut iam definiuimus) non licere in alterius ciuitatis ecclesijs ordinari, sed adquiesce-

A tos esse, in qbus ab initio ministrare meruerunt, exceptis illis, qui proprias amittentes prouincias, ex necessitate ad aliã ecclesiam trãsierũt. Si quis aũt epũs post hãc diffinitionẽ susceperit clericũ, & aliũ epm ptinẽtẽ, placuit, & susceptũ, & suscipientẽ cõione priuari, donec is, qui migrauerat clericus, ad propriã fuerit regressus ecclesiam.

De epoꝝ aut clericoꝝ accusatorib⁹.

XXI. Clericos, aut laicos accusantes epõs, aut clericos passim & sine ꝓbatione, ad accusationẽ recipi nõ debere, nisi prius eoꝝ discutiatꝰ existimationis opinio.

Quod nõ liceat clericis, post mortẽ sui epi res ad eũ pertinẽtes diripere.

XXII. Nõ licere clericis, post obitũ sui epi res ad eũ pertinentes diripere, sicut antiquis quoqꝫ est canonibus cõstitutum. Quod si hoc facere tẽtauerint, graduũ suorum periculo subiacebunt.

B De clericis & monachis, qui præter voluntatẽ sui episcopi, ad vrbẽ regiã Constantinopolim veniunt.

XXIII. Peruenit ad aures sancti concilij, ꝙ quidã clerici & monachi, qbus nihil ab epo suo cõmissum est, aliqñ vero & cõmunione ab eo priuanꝰ, peruenĩẽtes ad vrbẽ regiã Cõstantinopolitanã, in ea diutius immorenꝰ, excitãtes turbas, & statum ecclesiasticũ cõmouẽtes, subuertẽtes etiã quorundã domos. Decreuit itaqꝫ sancta synodus, hmõi primo quidẽ p defensorẽ Cõstãtinopolitanæ sanctiss. ecclesiæ commoneri, vt egredianꝰ ab vrbe regia. Quod si ijsdẽ negotijs impudẽter insistãt, etiam nolẽtes, idem defensor expellat, vt ad propria loca perueniant.

C Quod nõ liceat, monasteria, q̃ cõsecrata sunt, diuersoria secularia fieri.

XXIIII. Quę semel ex volũtate epi dedicata sũt mõasteria, cõsilio epoꝝ ppetuo manere monasteria, & res, q̃ ad ea ptinẽt, monasterijs reseruari, nec posse ea vltra fieri secularia habitacula. Qui vero hoc fieri pmiserit, canonũ correptiõib⁹ subiacebũt.

Quod nõ oporteat, ordinatiões episcopoꝝ diu differri.

XXV. Qm̃ quidã metropolitanoꝝ (quantũ cõperimus) cõmissos sibi greges, & ordinationes epoꝝ facere differunt, placuit sanctæ synodo, intra tres menses ordinationes episcopoꝝ celebrari, nisi forte necessitas inexcusabilis coegerit tempus dilationis extendi. Quod si hoc minime fecerit, correptioni ecclesiasticæ subiacebit, veruntamen

quiescere in ea, in qua ab initio * ministrare meruerũt, exceptis illis, q proprias ciuitates pdiderũt, & ex necessitate ad alias ecclesias migrauerũt. Si ṽo quicũqꝫ eps post diffinitionẽ istã ad aliũ epm ptinẽtẽ clericũ susceperit, placuit sanctę synodo, & hũc, q susceperit, & eũ q susceptus ẽ, tãdiu excõmunicatos manere, q̃ diu ipse clericus ad propriam reuertatur ecclesiam.

De his, qui accusant ecclesiam.

XXI. Clericos, siue laicos, q accusauerint epm aut clericos temere, atqꝫ indifferẽter, nõ debere suscipi in accusationẽ, nisi prius eoꝝ opinio fuerit * perscrutata.

Clericis nõ licere diripere bona epi.

XXII. Non licere clericis, post mortem episcopi, rapere pertinentes ad eũ res, sicut iam præcedentibus regulis statutum habetur. Si vero hæc fecerint, periclitari se nouerint in proprio gradu.

Vt ad loca propria reuertantur clerici.

XXIII. Peruenit ad aures sanctæ synodi, qa clerici quidã & monachi nihil sibi habẽtes iniunctũ a proprio epo, interdũ vero etiã illi, qui ab eo fuerãt excõmunicati, veniãt ad regiã ciuitatẽ Cõstantinopolitanã, & multis tẽporibus in ea cõsistẽtes, pturbatiões trãquillitati ecclesiasticæ inferant, & diuersoꝝ domos corrũpãt. Statuit igiꝰ sancta synodus, hos quidẽ primũ cõmoneri p defensorẽ Cõstantinopolitanæ sanctę ecclię, vt execãt de regia ciuitate. Si aũt in eodẽ ꝓposito improbe pdurauerit, etiã inuitos eos ipse expellat defensor, vt ad sua loca perueniant.

Vt q̃ deo sacrata sunt monasteria, cœnacula secularia nõ fiant.

XXIIII. Quæ semel cõsecrata fuerit monasteria cũ iudicio sui epi maneãt ppetua, & ptinẽtes ad ea res, cõseruari ipsis monasterijs decreuimus, nec vlterius posse ea fieri secularia habitacula. Qui vero pmiserint hæc fieri, subiaceãt his cõdẽnationib⁹, quæ per canones constitutæ sunt.

Qđ intra tres mẽses epoꝝ ordinatiões fiãt

XXV. Qm̃ quidã metropolitanoꝝ (sicut ad nos perlatũ est) negligũt creditũ sibi gregẽ, & differũt ordinationes facere epoꝝ, placuit sanctę synodo intra tres mẽses fieri ordinationes epoꝝ, nisi forte inexcusabilis necessitas coegerit tẽpus ordinationis amplius prorogari. Si aũt quis epoꝝ hęc non obseruauerit, ipsum debere ecclesia

Marginal notes: aľs, principiũ ministrandi meru. — 3.q.7. Clericos aut laicos — alias, cõprobata — 12.q.2. Nõ liceat cle. — 16.q.1. Quidã monachi — 19 q.3. Quæ semel sunt — dist.57. Qm̃ quidã met.

..reditus

runtũ * redditus ecclesiæ viduatæ penes economũ eiusdẽ eccl'iæ integri reseruent.

De dispẽsatoribus singularũ ecclesiarũ.

Dist.89.qm̃ in quibusdam. Et 10.q.7.qm̃ in quibusdam

XXVI. Qm̃ in quibusdã ecclesijs (vt rumore cõperimus) p̃ter economos epi facultates ecclesiasticas tractãt, placuit, oẽm ecclesiã, habentẽ epm̃, habere economum de clero proprio, q dispenset res ecclesiasticas secundũ sententiã epi proprij, ita vt ecclesię dispensatio p̃ter testimoniũ nõ sit, & ex hoc disperganf ecclesiasticæ facultates, & sacerdotio maledictionis * cõtumelia procuret. Quod si hoc minime fecerit, diuinis cõstitutionibus subiacebit.

al, derogatio

De his, qui rapiunt puellas.

36.q.2.Eos, q rapiunt.

XXVII. Eos, qui rapiũt mulieres sub noĩe simul habitãdi, aut cooperãtes, aut cõniuentes raptoribus, decreuit sancta synodus, vt si quidẽ clerici sunt, decidãt gradu proprio, si vero laici, anathematizentur.

clesiasticæ condemnationi subiacere, redditus v̄o eiusdẽ viduatę eccl'ię integros reseruari apd̃ economũ eiusdẽ eccl'ię placuit

D

Vt epi dispẽsatores habeant.

XXVI. Quia in quibusdã ecclesiis (sicut ad nos p̃uenit) sine economo epi res ecclesiasticas tractãt, placuit, omnes ecclesias epõs habẽtes, habere economũ de ꝓprio clero, q gubernet ecclesiæ res cũ arbitrio sui epi, vt nõ sine testimonio sit gubernatio ipsarũ rerũ ecclesiasticarũ, & ex hoc deueniat dispergi eiusdẽ res ecclesię, & sacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si vero quis non obseruauerit hæc, diuinis subiaceat regulis.

De his, qui mulieres accipiũt.

XXVII. Eos, q sibi rapiũt vxores, vel eos, q eis auxiliũ p̃stiterint, statuit sc̃tã synodus, siqdẽ clerici fuerint, cadere de ꝓprio gradu. Si vero laici fuerint, anathema sint.

E

¶Canones sancti Chalcedonen̄. concilij finiunt.

Bonifacius pbr̃ sanctæ ecclesiæ Romanæ statui, & subscripsi, & cæteri episcopi diuersarũ prouinciarũ vel ciuitatũ subscripserũt. Post actionẽ de beato Theodoreto ista iacet in codice Acumicẽsiũ, id est, cũ præfatione hac. Octaua actio Chalcedonen̄.

CHALCEDONEN. CONCILII ACTIO XVI.

Consulatu dñi nostri Martiani ppetuo augusti, & q fuerit nũtiatus, quinto Kalen̄. Nouẽbris, in Chalcedona, secundũ iussionẽ diuiniss. & p̃ijssimi dñi nostri ppetui augusti, congregatis in sanctissima ecclesia sanctæ martyris Euphemiæ, magnificẽtiss. & gloriosiss. magistro militũ exconsule & patricio Anatholio, & magnif. & glorios. præfecto sacrorũ prætoriorum Palladio, & magnif. & glorios. magistro sacrorũ officiorũ Vincomalo, congregatis etiã & Paschasino & Lucentio reuerẽdis episcopis, & Bonifacio reuer. pbr̃o, habentibus locũ sanctiss. archiepiscopi senioris Romæ Leonis, & Anatholio reuer. archiepiscopo magni nominis Cõstãtinopolis, & Maximo reuer. episcopo Antiochiæ Syriæ, & Iuuenali reuer. episcopo Hierosolymorũ, & Quintillo reue. episcopo Heracleæ Macedoniæ, habente locũ Anastasii reuerẽdi Thessalonicẽsis episcopi, & Thalassio reuer. episcopo Cæsareæ Cappadociæ, & Stephano reuer. episcopo Ephesi, & Luciano reuerẽdo epis. Byziæ, habẽte locũ deo amãtissimi Cyriaci episcopi Heracleæ Thraciæ, & Eusebio reuer. epis. Ancyræ Galatiæ, & Diogene reuer. epis. Cyzici, & Petro reuerẽdo epis. Corinthi, & Florẽtio reuer. epis. Sardeorũ, & Eunomio reuer. epis. Nicomediæ, & Anastasio reuer. epis. Niceæ, & Iuliano reuer. epis. Coensi, habẽte locum sedis apostolicæ senioris Romæ, & Eleutherio reuer. epis. Chalcedonẽsiũ, & Basilio reuer. epis. Seleuciæ Isauriæ, & meletio reuer. epis. Larissæ, habẽte locũ reuer. episcopi Domni Apamiæ Syriæ, & Amphilochio reuer. epis. Sidæ, & Theodoro reuer. epis. Tarsi, & Cyro reuer. epis. Anazarbi, & Constãtino reuer. epis. Bostrorũ Arabiæ, & Photio reuer. epis. Tyri, & Theodoro reuer. episcopo Damasci, & Stephano reuerẽdo epis. Hierapoleos, & Iba reuer. epis. Edessæ, & Simeone reuer. epis. Amidæ, & Epiphanio reuer. epis. Pergæ, agente locũ reuer. episcopi Olympij Constãtiæ, & Iohãne reuerendo epis. Sebastiæ, & Seleuco reuer. epis. Amasiæ, & Constãtino reuer. epis. Melitenę, & Patricio reuer. epis. Tyanorũ, & Petro reuer. epis. Gangrorũ, & Calogero reuerẽdo epis. Claudiupolis, & Apragmonio reue. epis. Tij, & Atharbio reue. epis. Trapezũtis, & habẽte locũ reue. episcopi Dorothei Neocæsareæ, & Photino archidiacono, agẽte locũ Theoctisti reuer. epis. Pessinũtis, & Romano reuer. episc. Myrorũ, & Critoniano reuer. epis. Aphrodisiadis Cariæ, & Nunechio reuer. epis. Laodiciæ Phrigiæ, & Ma-

F

riniano

A riniano reuer. epo Synnadorum, & Onesiphoro reuer. epis. Iconij, & Vigilãtio reuerendo epis. Larissæ Thessaliæ, & Pergamio reuer. epis. Antiochiæ Pisidiæ, & Epiphanio reuer. epis. Pergæ, & Attico reuer. epis. Nicopolis veteris Epiri, & Martyrio reuerendo epis. Gortynæ, & Luca reuer. epis. Dirrhachij, & Francione reuer. epis. Philippopolis, & Sebastiano reue. epis. Beroæ, & Basilio reue. epis. Traianopolis, & Triphone reuer. epis. Chij, & Theoctisto reuer. epis. Beroæ, & Gerõtio reue. epis. Seleuciæ Syriæ, & Eusebio reue. pbro, obtinẽte locũ Macharij epis. Laodiciæ Syriæ, & Eusebio reuer. epis. Dorylei, & reliquo sancto & vniuersali cõcilio, qđ secundũ sanctionẽ diuinissimi & pijssimi dñi nři Imperatoris in Chalcedonẽsiũ ciuitate collectũ est. Et residẽtibus oĩbus ante altaris cancellos sanctæ martyris Euphemiæ, Paschasinus & Lucẽtius reuerẽdi epi vicarij sedis apostolicæ dixerunt: Si imperat magnificẽtia vřa, habemus q̃dã referre vobis. Gloriosissimi iudices dixerunt: Quod vultis, edicite. Paschasinus deo amãtiss. epũs & Lucentius sanctiss. epũs, vicarij sedis apostolicæ dixerunt: Dñi totius orbis pro catholica & orthodoxa fide decertantes, p quã & auget eorum & lucet imperium, sancire dignati sunt, quatenus vnã fidẽ teneant oẽs ecclesiæ pro bono pacis. Maior aũt eorum tanquillitati cura est, in quibus post hæc prouidere dignati sunt, ne qua rursus cõtentio inter sacerdotes dei, aut schisma, aut aliqđ nascatur scãdalũ. Hesterna em̃ die,

B postq̃ potestas vřa surrexit, & humilitas nřa vestigia vřa sequuta est, q̃dã gesta facta dicuntur, q̃ nos & præter canones ecclesiasticos, & disciplinã æstimamus effecta. Poscimus ergo, vt vestra magnificentia relegi hæc præcipiat, vt oĩs fraternitas inspiciat, vtrũ iusta an iniusta sint ea, q̃ gesta sunt. Qua voce Græce interpretata per Beronicianũ deuotũ secretariũ diuini cõsistorij, gloriosissimi iudices dixerunt: Si qua gesta post nostrũ discessum facta sunt, relegantur. Et anteq̃ recenserent, Aetius archidiaconus sanctæ ecclesiæ Cõstantinopolis dixit: Cõfitendũ est, quia formã, ea, q̃ de fide sunt, congruã susceperunt. Cõsuetudo aũt est in synodis, postq̃ ea, q̃ sunt omniũ præcipua, fuerint definita, & alia quædã necessaria exerceri, atq; formari. Habuimus, hoc est, Cõstantinopolitana sanctissima ecclesia certa quædã, q̃ agere deberemus. Rogauimus dños epõs de Roma, vt cõmunicarẽt ijs gestis. Refutauerunt, dicẽtes: Non. Sed alia se suscepisse mãdata. Retulimus & ad vestrã magnificentiã, & iussistis, vt pñs sanctũ conciliũ hoc ipsum inspiceret. Procedẽte vřa magnificẽtia, sanctiss. episcopi, q hic sunt, tanq̃ de cõmuni causa * arguentes, poposcerũt hæc fieri gesta. Et adsunt hic, neq; in occulto gestũ est, neq; modo furtim, sunt gesta consequẽter atq; canonice facta. Gloriosiss. iudices dixerunt: Gesta, q̃ confecta sunt, relegantur. Et oblata scheda ab Aetio archidiacono Constãtinopolitano, Beronicianus vir deuotus, secretarius diuini consistorij legit. Diffinitiones sanctorum patrũ sequẽtes vbiq;, & regulã, & q̃ nunc relecta sunt centum quinquaginta deo amãtissimorum eporum, q congregati sunt sub piæ memoriæ Impatore maiore Theodosio, in regia ciuitate Constãtinopoli noua Roma cognoscẽtes & nos, eadẽ definiuimus de priuilegijs eiusdẽ sanctiss. Constãtinopolitanæ ecclesiæ nouæ Romæ. Etenim sedi senioris Romæ, propter imperiũ ciuitatis illius, pñes consequẽter priuilegia reddiderunt. Et eadẽ intẽtione pmoti centũ quinquaginta deo amãtiss. epi, æqua sanctiss. sedi nouæ Romæ priuilegia tribuerũt, rationabilr iudicãtes, imperio & senatu vrbẽ ornatã, æquis senioris regiæ Romæ priuilegijs frui, & in ecclesiasticis, sicut illa, maiestatẽ habere negotijs, & secundã post illã existere, & vt his, q de Ponto sunt, & de Asia, & Thracia diocœsibus metropolitanos solos, rursus aũt, & q inter Barbaros sunt epos pręfatarum diocœsum ordinari a prædictæ sanctiss. Constãtinopolitanę sedis sanctiss. ecclesia, quippe vt vnusquisq; metropolita præfatarum diocœsum cũ epis suæ prouinciæ ordinet suæ regionis epõs, sicut diuinis canonibus est præceptũ. Ordinari aũt (sicut dictũ est) metropolitas præfatarum diocœsum a Constãtinopolitano archiepo, decretis consonis secũdũ morẽ factis, & ad eũ relatis. Anatholius epũs Constãtinopolis, definiẽs, subscripsi. Maximus epũs Antiochiæ definiens, subscripsi. Iuuenalis epũs Hierosolymorum definiens subs. Cyriacus epũs Heracleæ, p Lucianũ epũm Byziæ definiẽs, subs. Diogenes epũs Cyzici, silr. Florẽtius epũs Sardeorum Lydiæ, silr. Romanus epũs Myrorum, silr. Basilius epũs Seleuciæ Isauriæ, silr. Cyrus epũs Anazarbi, silr. Eleutherius epũs Chalcedonen. silr. Theodorus epũs Tarsi, silr. Calogerus epũs Claudiopolis Honoriadis per Stephanum pbřm, silr. Seleucus epũs Amisiæ, silr. Petrus epũs Gangrorum, silr. Photius epũs

C

* als, agentes

D

Tyri,ſſr. Theodorus epũs Damaſci,ſſr. Conſtãtinus epũs Boſtroꝝ,ſſr. Meletius eps Lariſſæ,ſermonẽ faciens pro Domno epo Apamiæ,ſſr. Stephanus epũs Hierapoleos ſſr. Baſilius epũs Traianopolis,ſſr. Francion epũs Philippopolis,ſſr. Nunechius eps Laodiciæ,ſſr. Marinianus epiſ. Synnadoꝝ,ſſr. Oneſiphorus eps Iconij,ſſr. Eutychianus epũs Epiphaniæ,ſſr. Pergamius epũs Antiochiæ Piſidiæ, ſſr. Critonianus epũs Aphrodiſiadis,ſſr. Meletius epũs Lariſſæ,ſſr. Euſebius epũs Dorylei,ſſr. Lucianus epũs Byziæ & Archadiopolis,ſſr. Iohãnes epũs Rhodi,p Triphonẽ epm Chij, ſimil. Ibas epũs Edeſſæ,ſſr. Abraamius epũs Circen.ſſr. Theodor⁹ eps Claudiopolis,ſimil. Antiochus eps Sinopæ,ſſr. Rufinus epũs Samoſatoꝝ,ſſr. Callinicus epũs Apamiæ, ſſr. Vranius eps Hymeroꝝ ſſr,p Paulũ pbrm. Timotheus eps Balaneoꝝ ſſr. Proclus epũs Adranoꝝ ſſr. Marcus epũs Arethuſæ,p Timotheũ epm Balaneoꝝ,ſſr. Theodoſius epũs Canothæ ſſr. Hormiſda epũs Philippopolis ſſr. Patrimus Choreps pro Iordane epo Abilæ ſſr. Meliptõgus epũs Iuliopolis,ſſr. Ioſeph epũs Heliopolis ſſr. Damianus epũs Sydonis ſſr. Iohãnes epũs Flauiadis ſim. Indim⁹eps Herinupolis ſſr. Iulianus epũs Rhoſi ſſr. Aretas epũs Eluſę ſim. Berillus epũs Ailæ ſim. Olympius eps Paneadis ſim. Vranius epũs Emiſæ ſim. Theodorus eps Tripolis ſim. Paulus eps Aradi ſim. Daniel epũs Lãpſaci ſim. Leõtius epũs Aſcalonis ſſr. Lucianus epũs Ipſeñ. ſſr. Alexãder epũs Seleuciæ ſim. Stephanus eps Prymneſiæ ſim. Policarpus epũs Gabaloꝝ ſſr. Leutius epũs tẽpli Apollinis ſim. Natiras epũs Gazæ ſim. Gẽnadius eps Moſiunoꝝ ciuitatis ſim. Alphius epũs Myndi ſim. Gẽnadius epũs Acmoneoꝝ ſſr. Dionyſius epũs Antiochiæ ſim. Iohannes epũs Alindoꝝ ſim. Dionyſius epũs Heracleæ Latmi ſim. Iohãnes epũs Gnidi ſim. Euſebius epũs Seleucobeli,p Paulũ epm Mariãniæ ſim. Paulus epũs Mariãniæ ſim. Polychronius epũs Epiphaniæ ſim. Roman⁹ eps Eudoxiopolis ſim. Aurelius epũs ex partibus Aphricanis ſſr, Patricius epũs Acamaſſæ ſim. Baſſianus epũs Monipſeſtinus, p Sophroniũ Chorepm Anazarbi ſſr, Renus epũs Iunopolis ſim. Zenodotus epũs Thelmiſſæ,& longæ inſulæ ſſr, Theodor⁹ epũs Antiphelleñ. ſſr, Philippus epũs Liburnæ ſim. Andreas epũs Eoeoꝝ ſim. Romanus epũs Buboneoꝝ ſim. Thomas epũs Euroniæ ſim. Theoctiſtus epũs Peſſinũtis ſſr,per Photinũ archidiaconũ, Florẽtius epũs Leſbi Tenedi,p Euelpiſtũ Chorepm ſſr, Triphon eps Chij ſim. Docimaſius eps Maroneæ ſim. Serenus epi. Maximianonopolis, ſimiliter, Euphraſius epi. *Laganiæ ſim. Euſtochius epiſ. Docimei ſſr, Baſilius epiſ. Nacoliæ ſſr, Pionius epiſ. Troadæ ſſr, Petrus epiſ. Dardani ſſr, Theoſebius epiſ. Ilij ſſr, Eulalius epiſ. Pionioꝝ ſim. Eutropius epiſ. Adadoꝝ Piſidiæ ſim. Muſianus epiſ. Lymeroꝝ ſim. Philppus epiſ. Liſiadis ſſr, Gemellus epiſ. Stratonicæ ſſr, Cyrinus epiſ. Pataroꝝ ſſr, Eulalius epiſ. Silbij ſſr, Modeſtus epiſ. Sebaſtię ſſr, Epiphanius epi. Midaij ſſr, Thomas epũs Theodoſiopolis ſim. Paulus epiſ. Ariſtij ſſr, Iohãnes epiſ. Trapezopolis ſſr, Tinchanius epũs Apolloniadis ſſr, Photius epũs Tyri ſim. pro Petro epo Bybli,& pro Heraclio epiſcopo,& pro Phoſphoro epo Orthoſiadis, & pro Porphyrio epo Botroꝝ ſubſcripſi, Papias epũs *Erizoꝝ ſſr, Iohãnes epũs Amyzonis ſſr. Theodoretus epũs Alabandoꝝ, ſimiliter, Calandion epũs Alicarnaſſi,ſimiliter,p Iulianum pbrm meum, Neoptolemus epũs Corneñ. prouinciæ Lycaoniæ,ſimiliter, Plutarchus epũs Lyſtris,ſimiliter, Eugenius epũs Cannoꝝ,ſimiliter, *Rufinus epũs Hydæ ſimiliter, Tyrãnus epũs Homonadoꝝ,ſimiliter, Acholius epũs Larãdoꝝ,ſimiliter, Thomas epũs Porphyreonis,ſimil. Euãdrus epũs Diocliæ,ſimiliter, Iohannes epũs Arcæ ſim. Dardanius epũs Bargylæ,ſſr, Dionyſius epũs Attaliæ Lydiæ, ſſr, Andreas epũs Sectorioꝝ,ſſr,p Dionyſiũ epm Attaliæ Lydiæ, Sabas eps Palti,ſſr,p Acholiũ epm Larãdoꝝ, Mirus epi. Euladri,ſſr. Alberti⁹ eps Hierapoleos,ſſr, Cyriacus epiſ. Eucarpiorum,ſſr, Aquilas epiſ. Androſioꝝ,ſſr, Eulogius epiſ. Philadelphiæ,ſimiliter, Alexander epiſ. Sebaſtæ,ſimiliter, Philippus epiſ. Adanoꝝ,ſſr, Hypatius epiſ. Zephirij,ſimi. Theodorus epiſ. Auguſtæ,ſſr, Cyriacus epũs Trogmadoꝝ, ſſr, p Chryſippũ pbrm ſuũ, Polychronius epiſ. Antipatridis,ſſr, Iohãnes epũs Carroꝝ,ſim. Eudoxius eps Comatis Liciæ,ſſr, Stephanus epũs Lymiroꝝ, ſſr, Patricius eps Adramyteoꝝ, ſſr, Hermias epũs Abydi,ſſr, Dauid epũs *Adrianæ,ſſr, Heraclius epũs Azoti,ſſr, Leontius epũs Araxoꝝ,ſim: Sauinianus epũs Pari,ſim. Daniel epũs ciuitatis Cadoꝝ,ſſr, Paulinus epiſ. Apamiæ,ſim. Tyrannus epiſ. Germanicopolis,ſim. Atticus epiſ. Zeloꝝ ſſr,

E

F

*als, Lagariæ

*als, Ereſſoꝝ

*als, Rufus

*al, Andrianæ

Noe

A Noe epũs Cephacastelli,sllr. Valerius epũs Laodiceæ,sllr. Cyrus epus Siniadi,simil. Bassonas epũs Hierapolis,sllr, Eupythius epũs Stratonicę,sllr, Eorticius epũs Nicopolis Pisidorum,sim. Theodoretus epũs Cyrreñ.simi. Iohãnes epũs Germaniciæ, simi. Timotheus eps Dolichis,simi. Thalassius epũs Parij,simi. Gerõtius epũs Seleuciæ,simil. Petrus epũs Gabalæ,simi. Euolcius epũs Zeugmatis,sllr,Leontius epũs Araxorum,sllr. Fonteianus epũs Sagalassi,simi. Rusticus epũs Apher,simi. Annianus epũs Capitoliadis,simi. Zebennus eps Pellæ,simi. Iohãnes episc. Tiberiadis,simi. Menecrates eps Cyrassorum,simi. Pancracius episc. Libiadis,simi. Cossinius epũs Hierocæsareæ,simi. Alchimides episc. Silandi,simi. Amachius episc. Septenorum,simi. Ethericus episc. Põpeiopolis,p Epiphaniũ pbrm sllr. Themestius epi. Amastridis,p Philotimũ pbrm,sllr. Paulus epi. Tripolis,sllr. Musonius episc. Zoarorum,sllr. Messalinus episc. Laodiceæ, sllr. Olympius episc. Theodosiupolis,sllr. Fronton episc. Phaselidorum,sllr. Diogenes episc. Cyzici,subscripsi pro absentibus religiosiss. epis,q sub me sunt, Timotheo Germæ, Alexãdro Oceę, Philostorgio Schepsiæ, Gemello Melitopolis,Eutychiano Bareñ. Acatio Proconnesi. Stephanus epũs Hieraspoleos,subscripsi,pro absentibus,q sub me sunt,religiosiss. epis,Vranio,Mara,Dauid,Cosma,Marino. Nunechius episc. Laodiciæ, subscripsi, & pro his,q sub me sunt, religiosiss. episcopis,Symmacho,Heraclio,Philippo,Philadelphio,Phileto,Taciano,Antiocho,Zozimo,Epiphanio, Arabio, Gaio, Euagora,sllr.

B Lucentius reuerẽd. eps,sedis apostolicæ vicarius,dixit: * Primo gloria vr̃a perpendat,q̃ circumuẽtione cũ sanctis epis gestũ sit,vt nõ cõscriptis canonibus,quorum mẽtionẽ fecerunt,subscribere sint coacti. Et interpretata voce p Beronicianũ deuotũ secretarium diuini cõsistorij,reuerendiss. epi clamauerunt: Nemo coactus est. Lucentius reuerendus epũs,vicarius sedis apostolicæ,dixit: Accedit ad cumulũ, q trecentorum decẽ & octo constitutionibus postpositis,centũ quinquaginta,qui in synodicis canonibus non habentur,mentionẽ tantum fecisse noscuntur,quę dicunt ante octoginta prope annos constituta fuisse. Si ergo his tẽporibus hoc beneficio vsi sunt,quid nunc requirunt? Si nunq̃ vsi sunt, quare requirunt? Qua voce p Constãtinum deuotũ secretarium diuini consistorij Græce interpretata, Aetius archidiaconus sanctissimæ Cõstãtinopolitanæ ecclesiæ dixit: Si de hoc capitulo aliq̃d mãdatum acceperunt,proferãt. Bonifacius pbr sedis apostolicæ vicarius dixit: Beatiss. & apostolicus vir papa,inter cætera hoc nobis mãdauit, & ex chartula recitauit,sanctorum q̃q; patrum cõstitutionẽ prolatã, nulla patiamini temeritate violari,seruãtes omnimodis psonæ nostræ in vobis,q̃s vice nr̃a transmisimus,dignitatẽ. Ac si qui forte,ciuitatũ suarum splendore confisi, aliquid sibi tentauerint vsurpare,hoc,qua dignũ est cõstãtia,retundatis. Gloriosiss. iudices dixerunt: Vtraq; pars canones proponãt. Paschasinus vir reuer. epũs, vicarius sedis apostolicæ, recitauit. Trecentorum decem & octo sanctorum patrum canon sextus. Quod ecclesia Romana

als græce, Videt ergo præ alijs vr̃a gl̃ia, q̃ circũuentione actũ ẽ circa epos, qua etiã festinatione factũ ẽ,vt pter sctãs regulas sub necessitate subscriberẽt epi.

C semp habuit primatũ. Teneat aũt & Aegyptus,vt epũs Alexandriæ omnium habeat potestatẽ,qm̃ & Romano epõ hæc est cõsuetudo. Similiter aũt,& qui in Antiochia cõstitutus est,& in cæteris prouincijs primatus habeant ecclesiæ ciuitatũ ampliorum. Per omnia aũt manifestũ sit,vt si quis præter voluntatẽ metropolitani epi fuerit ordinatus, qa hunc,statuit hæc sctã synodus,nõ debere eẽ epm. Sane si cõi cõsensu, & rationabiliter probato, & secundũ ecclesiasticã regulã statuto,duo aliqui aut tres p cõtentionẽ suã cõtradicunt,illa obtineat snĩa,in qua plures fuerint numero sacerdotes. Qm̃ vero mos antiquus obtinuit & vetusta traditio,vt Eliæ,id est, Hierosolymorum epõ deferat,habeat cõsequenter honorẽ suum. Sed & metropolitano sua dignitas salua sit. Cõstantinus deuotus secretarius diuini cõsistorij,ex dato codice ab Aetio archidiacono Cõstantinopolitanorum sanctiss. ecclesiæ,recitauit. Regula sexta trecentorum decẽ & octo sanctorum patrum. Antiquæ cõsuetudines teneant in Aegypto,vt Alexandrinus epũs oĩm habeat potestatẽ,qm̃ & Romano episcopo hæc cõsuetudo est. Similiter autẽ & Antiocheno, & in alijs prouincijs primatus habeãt ecclesiæ ciuitatum. Vniuersaliter autẽ illud manifestũ est,qa quisq; præter voluntatẽ metropolitani fiat epũs,hunc,sctã synodus diffiniuit,nõ esse epm. Sane si cõi oĩm cõsensu rationabiliter probato, & secundũ ecclesiasticã regulã statuto,duo aliqui vel tres p cõtentionẽ suã cõtradicũt,diffinitio obtineat plurimorum. Synodicũ primi cõcilij sub Nectario epõ Cõstãtinopolis,eporum centum quinquaginta. Hæc cõstituerunt epi,qui in Cõstãtinopolim dei gr̃a cõuenerunt ex diuersis

Niceni concilij ca. 6

Ibidẽ ca. 7

Constã. conc. ca. 1.

prouincijs, secundũ euocationẽ deo amãtiss. principis Theodosij, sub Nectario epõ Cõstãtinopolitano, nõ recusare fidẽ, neq; regulas trecẽtorũ decẽ & octo patrũ, q in Nicea Bithyniæ cõuenerũt, sed maneat illa propria. Et anathematizent oẽs hæreses, & ꝓprie Eunomianorũ, vel dissimilẽ filiũ patri credentiũ, & Arrianorũ, seu Eudoxianorũ, & semi Arrianorũ, seu Pneumathomachorũ, & Sabellianorũ, & Marcionitarũ, & Photinianorũ, & Apollinariorũ. Epi aũt sup diocœsim, q̃ trans finẽ sunt ecclesiarũ, nõ trãscendant, neq; cõfundãt ecclesias, sed secũdũ regulas, Alexãdriæ quidẽ ea solũ, q̃ sunt in Aegypto disponat. Oriẽtis aũt epi, Orientẽ solũ gubernẽt, seruatis aũt primatib⁹, secundũ canones Nicenos, Antiochenæ ecclesiæ, & epm Asianę diocœsis Asianã diocœsim tãtũmodo gubernare, & Põticos Põticã, & Thraciæ Thraciã solũ. Ineuocatos aũt epos, sup diocœsim, neq; sup ordinationẽ, vel pro alijs ecclesiasticis ordinationibus nullaten⁹ inueniri, seruata aũt suprascripta de prouincijs vel regionib⁹ regula. Manifestũ aũt est, qa secundũ vnãquãq; prouinciã eiusdẽ synodus ꝓuinciæ gubernatura est, secundũ ea, q̃ in Nicea sunt cõstituta. Eas aũt, q̃ sunt in Barbaricis gentibus, dei ecclesias gubernari oportet secundũ hãc, q̃ per patres cõsuetudo tenet. Epatũ tamẽ Cõstãtinopolitanũ habere primatus honorẽ post Romanũ epm, propter q̃ sit noua Roma. Gloriosiss. iudices dixerũt: Hi, q relecto tomo subscripserũt Asiani, & Põti sanctiss. epi, dicãt, si volũtate propria, vel imposita sibi aliqua necessitate, coacti, subscripserũt. Et transeuntibus in medio Ponticis & Asianis epis, q subscripserũt, Diogenes reue. eps Cyzici dixit: Corã deo, cum voluntate subscripsi. Florentius reuer. epũs Sardeorũ Lydiæ dixit: Nulla mihi illata est necessitas, sed spõte subscripsi. Romanus reuer. eps Myrorũ dixit: Non sum coactus. Ego gratum habeo, sub sede Constãtinopolitana esse, qm̃ & ipse me honorauit, & ipse ordinauit. Mihi iustũ videtur, & voluntate subscripsi. Calogerus reuer. epũs Claudiupolis Honoriadis dixit: Secundũ sententiã sanctorũ patrũ centũ quinquaginta voluntate propria, non coactus, subscripsi. Seleucus epũs Amasiæ dixit: Ante me tres sunt ab hac sede ordinati episcopi, & inueniens hanc cõsequentiã, & ego sequutus sum. Et nunc propria voluntate feci, sub hac sede esse volẽs, quia & prouide videtur mihi. Eleutherius epũs Chalcedonæ dixit: Sciens, qa & per canones, & p cõsuetudinẽ p̃cedentem habet hæc iura Cõstantinopolitana sedes, cũ volũtate subscripsi. Petrus reuer. eps Gangrorũ dixit: Ante me tres sunt ordinati a sede regiæ ciuitatis, & ego post tantos sũr. Et ob hoc cõsensi his, q̃ cõsuetudo habuit, & spõte subscripsi. Nunechius reueren. epũs Laodiceæ Phrigiæ dixit: Gloria sedis Cõstantinopolitanæ, gloria nr̃a est. Huius eñ honoris nos sum⁹ q̃q; participes, qm̃ solicitudines nr̃as suscepit. Et diligim⁹, vt vniuscuiusq; prouinciæ metropolis a sede hac ordinet. Vnde & spõte subs. Marinianus eps Synnadorũ dixit: Sicut & priores mei a sede Cõstãtinopolitãę sanctę ecclię ordinati, & ego q̃q; ipse subscripsi, qm̃ & canones primatũ p̃bẽt Constãtinopolitanæ sanctiss. sedi. Pergamius reuer. epũs Antiochiæ Pisidiæ dixit: Et ꝓpria volũtate subscripsi, & in oĩbus sanctiss. archiepm regiæ ciuitatis nouæ Romę in honore & cura sicut patrẽ p̃cipuũ, habere nos cõuenit. Hoc solũ rogo, vt si q̃, aut p eorũ sanctitatis ignorãtiã, aut p surreptionẽ inueniunt agi, pro eius gloria, vel pace sanctarũ ecclesiarũ, & eius ad deũ corã oĩbus cõprobatiõe, tãq̃ corã hoc p̃re discutiant, atq; seruent. Critonian⁹ reue. eps Aphrodisiadis dixit: Ex propria volũtate subscripsi, sequẽs intentionẽ sanctorũ patrũ, & debitor huius sedis existẽs, qm̃ & ego ordinatus sum & priores mei, & oĩne patrociniũ nr̃a ecclesia promeret. Eusebius reue. eps Dorylei dixit: Spõte subscripsi, qm̃ & hãc regulã sanctissimo papæ in vrbe Roma ego relegi, p̃sentibus clericis Cõstantinopolitanis, eãq; suscepit. Antiochus reue. eps Synopis dixit: Spõte subscripsi, sequẽs metropolitanum meũ, & regulã centũ quinq̃ginta. Cæteri reuer. epi clamauerũt: Spõte subscripsimus. Gloriosiss. iudices dixerũt: Relectis subscriptionibus, & vniuscuiusq; subscribentiũ depositione manifestata, quia nulla necessitate, sed voluntate propria subscripserunt, hi, qui non subscripserunt sanctissimi episcopi, quid edocent? Eusebius reuerendus episcopus Ancyræ Galatiæ dixit: Ego meum dicturus sum ṽbũ, nullũ in cõe p̃iudiciũ faciens. Qm̃ penitus desisto a desiderio ordinationis, rebus ostẽdi. Petrus etenĩ eps, q mõ testatus est, de Gãgris est eps. Ante hũc eñ q fuit, ego ordinaui. Oĩs eñ ciuitas ad me venit in Ancyra, decreta portãtes. Rñdi eis, dicẽs: Ego nõ sum ex ijs, q ordinare desiderant. Cõmemorabãt vero me priores, q fuerãt ordinati ab epõ Ancyranorũ, duos, tres. Ego dixi: Quæcũq; mihi dicatis, ego meipm iudicio nõ submitto. Post hæc veniũt re-

Niceni conc. ca. 2

Nic. cõc. ca. 3

Nic. cõc. ca. 5
Cõstan. cõci. ca. 4. & 5

Aut Eusebi⁹ mẽtit, aut ad horã sanctũ Leonem fefellit.

A gantes beatum Proclum. Et cum diceret Philippus reuerendus pbr̄ Constantinopoli-tanæ sanctæ ecclesiæ dixit: Religiositas tua scripsit de Callinico, & post sanctitatem tuam Petrum ordinauit beatus Proclus. Eusebius reuerendus epūs Ancyræ Galatiæ dixit: Direxit beatus Proclus ad me scripta. Ordinaui eum. Hoc totum allegatio nō est, sed meę probatio voluntatis, vt post hęc inferam, quod peto, vel id, quod contradico. Profectus sum in Gangra, intronizaui epm̄. Sic euenit, vt moreretur intra paucos dies. Rursus oēs de ciuitate adeūtes, rogabāt, vt fieret alter eps. Dixi. Dixi hęc ipsa vobis, & nunc respondeo: Ego non desidero ordinare. Respicientes meum ex his rebus fastidi-um, venerunt ad Constantinopolim, & deduxerunt dominum Petrum, qui nunc confessus est. Hoc ergo fit pro meę testimonio voluntatis. Et ego ordinare non cupio. Rogo autem, vt ciuitates pro ordinationibus nō soluantur. Si enim non in ciuitatibus ipsis hi, qui eliguntur a ciuitate, ordināṫur, à synodo prouinciæ comprobati, soluuntur sub-stantia. Et hoc probatum habeo, qui pro eo, qui ante me fuit multa reddidi debita. Philippus reuerendus pbr̄ dixit: Ex regula hoc interruptum est. Hæc legibus & regulis interempta sunt. Altaria munda sunt. Eusebius reuerendus episcopus Ancyræ Gala-

B tiæ dixit: Propter deum opinio clara est sanctissimi episcopi Anatholij, sed nullus im-mortalis existit. Anatholius reuerēdus episcopus regiæ Cōstantinopolis dixit: A quo ordinatus es ipse? Eusebius reuerendus episcopus Ancyræ Galatiæ dixit. Hic malo meo repertus sum, & ordinatus a beato Proclo. Thalassius reuerendus episcopus Cæsareæ Cappadociæ dixit: Pergimus ad dn̄m archiepiscopum Anatholium, & ordina-mus illud. Gloriosissimi iudices dixerunt: Ex his, quæ gesta sunt, vel ab vnoquoq; de-posita, perpendimus omnem quidem primatum & honorem præcipuum, secundum canones antiquæ Romæ deo amantissimo archiepiscopo conseruari. Oportere autem sanctissimum archiepiscopū regiæ Constantinopolis nouæ Romæ eisdem primatibus honoris & ipsum dignum esse, & potestatem habere ordinare metropolitas in Asiana, & Pontica & Thracia diocœsibus, secundum hunc modum, vt decreto facto a cleri-cis vniuscuiusq; metropolis, & possessoribus, atq; clarissimis, super hæc & a reuerendis-simis epis prouinciæ omnibus aut plurimis, eligi quemcunq; præfati metropolitanæ ecclesiæ episcopi dignum esse probauerunt. Referri autem ab omnibus eligentibus sanctissimo archiepiscopo regiæ Constantinopolis, vt penes eum sit (si velit) hunc, qui ele-ctus est, deductum hic ordinari, aut secundum eius permissionem in prouincia episco-

C patus mereri decretum, vniuscuiusq; tamen ciuitatis sanctissimos episcopos ab omnibus ordinari, aut plurimis prouinciæ reuerendissimis episcopis, potestatem habente metropolitano secundum patrum regulas, diffinitam, etiam nihil communicāte in illorum ordinatiōibus sanctissimo archiepō regiæ Constantinopolis. Hæc a nobis inspecta sunt. Quæ autem videntur, sanctum & vniuersale concilium docere dignetur. Reuerēdi episcopi dixerunt: Hæc iusta sententia, hæc oēs dicimus, hæc oībus placent, hæc oēs dicimus, hoc iustum decretum. Quæ cōstituta sunt, valeant. Hæc iusta sententia. Oīa ordinate decreta sunt. Supplicamus, dimitte nos. Per salutem Imperatorum, dimitte nos. Omnes in sententia permanemus. Lucentius vir reuerendus epūs, vicarius sedis apostolicæ dixit: Sedes apostolica nobis præcepit p̄sentibus, humiliari non debet. Et ideo quæcūq; in p̄iudicium canonum vel regularum, hesterna die gesta sunt nobis ab-sentibus, sublimitatē vestram petimus, vt circumduci iubeatis, sin alias contradictio no-stra his gestis inhæreat, vt nouerimus, quid apostolico viro vniuersalis ecclesiæ papæ referre debeamus, vt ipse aut de suæ sedis iniuria, aut de canonum euersione possit fer-re sententiam: Iohannes reuerendissimus episcopus Sebastiæ dixit: Omnes in sententia vestræ magnificentiæ permanemus. Viri illustrissimi iudices dixerunt: Quod interlo-cuti sumus, tota synodus approbauit.

¶ Responsio seu allocutio sancti & vniuersalis Chalcedonensis concilij habita apud Martianum pijssimum & amatorem Christi Imperatorem. Quod nō innouās aliquid aduersus Nicenā fidem nunc sanctiss. archieps Leo scripsit ep̄lam ad sanctæ memorię Flauianū Constantinopolitanæ regię vrbis ep̄m, sed sanctos patres secutus sit, q & post magnam synodum Nicenam hæreses, quæ p vnumquodq; tēpus exortæ sunt, siłr re-futauerūt, & hoc vestrū decebat imperiū, vt circa subiectos sibi prouidētia ex his, quæ ad deū ptinēt, initiū sumeret profecto prima cōtra diabolū pro pietate militia cōueniret

 Vnde

Vnde nobis impenetrabilem in omni errore propugnatorem deus prouidit, & Romanæ ecclesiæ papã ad victoriam pparauit, & doctrinis eum p omnia veritatis astringens, vt quemadmodum qetrus, & hic affectu feruẽtiore decertãs, oẽm ad deũ sensum, intelligẽtiáq; pducat. Sed ne qs fidei ei⁹ cõcordiã vitãs, & propriæ seductiõis cõiũctionẽ cęlare cõtendẽs, quasi peregrinam quãdam & ignoratã regulis, epl'æ eius seriem accuset, asserens, quod nõ licuerit cuiquam exponere fidem pter patres, q̃ apud Niceam concorditer cõuenerunt, vnam qdem esse velut principali loco trecentorꝶ decem & octo patrum doctrinæ cõfessionẽ, lex nobis ecclesiæ pcepit, quam velut cõe sanctorꝶ decretum, ad eorum, q vocant in adoptionem filiorꝶ, tradimus firmitatem. Aduersus eos autem, q veritati resistunt, variæ nobis certaminum causæ tributæ sunt, a pijs viris congruenter adhibitæ cõtra ea, quæ ab his fallaciter inferuntur. Et credẽtibus qdem sufficit ad vtilitatem fidei indiscussa pspectio, ad cõfessionem pij dogmatis deuotos pertrahẽs animos. His autem, qui doctrinam rectam puertere moliuntur, ad singula, quæ male pariunt, oportet occurrere, & eorum obiectis cõgrua quæq; prouidere. Nam si omnes cõtenti essent fidei constituto, & pietatis semitam nulla innouatione turbarent, deceret ecclesiæ filios, nihil amplius excogitare, quàm symbolo constat esse declaratum. Sed quia multi a recta linea per anfractus erroris exorbitant, nouum quoddam sibimet iter mendacij construentes, necesse nobis est, veritatis eos inuẽtione conuertere, commenta quoq; eorum deuia salutaribus adiectionibus refutare, non vt nouum ad pietatem, (quasi fidei desit) semper aliquid exquirẽtes, sed vt contra ea, quæ ab illis innouata sunt, excogitãtes, quæ salubria iudicãtur, & vt mansuetudini vestræ, quod dicimus, euidẽter appareat, ab ipsis fidei sermonibus inchoem⁹ sanctorꝶ patrum, qualiter qsq; de his senserit, decreta subdẽtes. Dixit fides: Credo in vnum dñm Iesum Chrm filium dei, cõsubstãtialem patri. Hoc verbum pfectum est, atq; sufficiẽs his, q ad cõfessionem fidei deuotum animũ deferre cõtendũt; vnam diuinitatis naturam patris, filijq; significãs, ita vt non alterius qdem substantiæ patrem, alterius vero filium sensus excogitet, & Arrij, cõtra pietatem sentiẽtis, malignitatibus inferatur. Sed quia Photinus, atq; Marcellus alias aduersus filium blasphemias innouãtes, & nõ eum prorsus existere, audaciæ calumnia negauerunt, sed vnum, eundemq; ipsum patrem, & filium, & spm̃ sanctum appellatum esse firmantes, & vsq; ad vocabulorum tãtummodo sonum trinitatis definiuere distãtiam, cõtra eos quoque, trium subsistẽtiarum patres intulere doctrinam, nõ extra scripturam sanctam hãc inuẽtionem sibi * fungẽtes, nec intelligẽtia fidei veluti imperfectam penitus trãseuntes, sed eam diuinitus inspiratis explanãtes eloquijs, & pro Homousii, id est, vnius essentiæ cõfessiõe optime desudantes, & ostendẽtes, q vnam duarum psonarum nobis essentiam fides ædiderit, nequaq̃ filij subsistẽtiam denegauerit, iterum ait symbolum. Credo & in spm̃ sanctum, sufficiẽtem intelligẽtiam, q spũs sanctus deus sit, pijs mẽtibus tradẽs. Si eñ si'r, vt in pr̃em, & filium, ita etiam & in spm̃ sanctũ credere cẽsuit, manifestum est, q quippe vt in deum spem nos habere pcepit, vnam naturam insinuãs in trinitate credẽtibus. Sed qa tũc fidem, simplicemq; de spũ sancto doctrinam protulit, nullo adhuc certamẽ afferẽte de eo, illi, qui de Arrij stirpe progeniti sunt, apud semetipsos hãc pestilẽtiam retinẽtes, veris refutatiõibus cõuicti de filio, & in spiritum sanctum suam blasphemiam trãstulerũt, arbitrãtes calumniam suam nõ posse detegi, cum temerarie eum inter creaturæ vilia deputarẽt. Vnde q defensionem veritati postea detulerũt, pijs renisi argumẽtatiõibus, eorꝶ penitus expulere cõtagia, dñm eũ, & deum ex patre procedẽtem, secũdum fidei documẽta declarãtes. Sic igitur audaces aduersus diuinitatem, q colore pietatis circa fidem, regulam fidei subruebant, ab assertoribus trinitatis capti, atq; protriti sunt. Sed quia etiam illa, quæ bene de dispensatione dominicæ incarnationis probantur esse disposita, alijs hæretici malignis inuentionibus subuertere sunt moliti, iterum gratia & cõtra eorꝶ ferales impetus nobis propugnatores veritatis ostẽdit, confidẽtius asserẽtes, quod integra, & diuina de incarnatiõe dei verbi, dignáq; tãtæ clemẽtiæ symboli intelligẽtia, comprobet. Ait enim: Descẽdit, & incarnatus est, & inhumanatus est. Quod descendit quidem, hęc dicta sunt spontaneæ potestatis condescẽsionem describẽtia, dicẽs vero incarnatus est, verã assumptionẽ nostræ carnis & ex virgine p veritatẽ natiuitatis ostẽdit. Quod vero inhumanatus est, in ipo nostrę naturę plenitudinẽ ex aĩa rõnali & corpe manifestat. Sed nescio, qũo cõtra fidẽ hãc malign⁹

Margin: al. fingentes

Margin letters: D, E, F

A malignus perniciem excogitauit hominibus, tanquam inimicus, arcem diuinæ prouidẽtiæ circa nos violare contẽdens, & illis q̃dem, iuxta id, quod assumptum est, natiuitatẽ persuasit ex virgine denegare, velut in honorem atq; reuerẽtiam nostri saluatoris, & domini gloriæ, vocabulum dei genitricis ab eius generatiõe subripiẽs. Illos autem aduersus ipsam eiusdem vnigeniti diuinitatem impie, atq; impudẽter armauit, cõuertibilem eam, atq; passibilem prophanis instigãs prædicare sermonibus, distributor plane malarum rerum, dignis ministratoribus, quæ sunt, blasphemia, sacrilegaq́; dispertiens, ita, vt per illos quidem assumptæ formæ adimerent indicia, per istos autem tãtummodo carnis initium diceretur. Et illi q̃dem negarẽt animæ medicinam, hi vero inesse q̃dem animam corpori, sed eam præter intelligẽtiam esse faterẽtur. Per hos iam hostis antiquus vnitionis, nisus est sacramenta diuidere, & purum (tanquã de propheta aliquo) id, quod apparuit, pro nobis, asserere, per illos autem differẽtiam negare naturarum, & nihil redemptoris nostri diuinitatis, humanitatisq́; relinquere proprium, simulq́; fermenti instar dispensatiõis negotia vniuersa miscere. Verum nõ latuit indormitabilem oculum naturæ nostræ cõmunis inimicus, sed tãquam luminaria cõfestim patres nostros, his, quos tenebrarum persuaserat error, ostendit, q̃ cunctis referarẽt intelligẽtiam fidei & incarnationis diligenter beneficia prædicarent, quomodo dispensatiõis sacramentum sit ab initio ex vulua dispositum, quomodo & dei genitrix sit virgo vocitata, propter eum, q̃ virginitatem eius dignatus est etiam sacrare post partum, vuluamq́; (vt decebat deum) integritate signaret, quomodo secũdum veritatem mater dicta sit, propter carnem, quam ex se oĩm dño ministrauit, quomodo de Iesse radice ortus sit, quomodo semẽ Abrahæ mundi cõditor apprehẽderit, quomodo in seipso nostræ probauerit naturæ primitias, quomodo p̃fectus deus, & p̃fectus homo vnigenitus apparuerit, quomodo in eo sub testimonijs claruit differẽtia naturarum, quomodo p̃sonæ singularitas damõstrata sit, quomodo Iesus Christus heri & hodie ip̃e & in secula, quomodo recẽs & sempitern⁹, quomodo cœlestis atq; terrenus, quomodo visibilis & inuisibilis, quomodo cõsubstantialis patri secũdum diuinitatẽ, & cõsubstãtialis idem ip̃e matri secũdum humanitatem, quomodo idem impassibilis vt deus, & vt homo passibilis sit, probat. His inimicum patres nostri prostrauere sermonibus, hãc pro symbolo defensionem cõtra eos, q̃ calumniam tẽtauerãt struere, protulerũt, nõ aliud nobis ad cõfessionẽ proferẽtes signaculum fidei, sed, quod male ab hostibus corruptum fuerat, instaurãtes, atq; obsistẽtes eis, * qui p̃ illa tẽpora subrepere nitebãtur, & custodes singulis eorum, q̃bus præerãt, effecti sunt ad salutem. Sic magnus ille Basilius minister gratiæ, subsistentiarum per ep̃lam euidẽtiam mire declarauit, & sancti sp̃us doctrinam diligẽtius tradidit, cõsacerdotum suorum eliciẽs etiam subscriptiõe cõsensum. Sic quoq; Damasus Romæ vrbis decus ad iustitiam, literis ad Paulinum datis, dispẽsatiõis sacramẽta patefecit, admonẽs, vt his, quæ bene decreta sunt, si qui communionis suæ particeps velint esse, consentiant. Ita, & qui postmodum vbiq; aduersus varias hæreticorum congregati sunt nouitates, commune de fide decretum vnanimiter ædiderunt, eaq́; fraterno consensu probauerunt, absentibus euidentissime intimantes. Et illi quidem, qui apud * Serdicam cõtra reliquias Arrij conuenerunt, Orientalibus direxerunt sui cõstituta iudicij. Qui vero in hac vrbe Apollinaris detexerunt pestilentiam, Occidẽtalibus proprium innotuere decretum, illisq́; tunc Osius ad proferẽdam sententiam præerat, horum autem Nectarius cum Gregorio susceperat principatum. Sic & apud Ephesum, id quod de dei genitrice iudicatum est, scripto firmatũ est. Et de deitate, atq; humanitate dñi testimonia cum propria subscriptione protulerunt, manu & lingua naturarum professionem in vna persona pariter approbantes. Si quis autem censet, hucusq; consistere eos, qui fidem pro facultate defendere cupiunt, maxime quidem hoc præceptum hæreticis promulgare debebit, illos ab impugnatione remouens, nõ auertens a protectione pastoris. Omnis enim lex iniustos à delictis cohibet, non iudices a potestate discingit. Alias autem doceantur indociles, quia & nunc licet, vt ambiguitate quæstionis exorta, patrum interpretationibus nostram confessionem coaptemus, satisfacientes, quod in nullo discordem intelligentiæ eorum detulerimus animum, sed his vtamur testibus ad nostræ fidei firmitatem. Sic Athanasii ad Epictetum amplectimur literas, sic tanquam propriam Gregorij ad Celidonium epistolam vbique proferimus. Et quid oportet plura dicere?

Si enim

Esaię.11.a
Heb.2.d

alias, quæ

Epistolarum decretalium, prima

als, Sardicam

scilicet, Nanzianzeni

D

Si em̃ per ep̃las ecclesiæ dogmata declarari pro vnaquaq; quæstione, dignum culpa iu dicant, ip̃m in primis beatissimũ Cyrillum quilibet poterit denotare, q literis suis Orieta libus, quod sentiebat, expressit. Necnõ & magnum Proclum huic vituperationi subij- ciet, q eisdẽ Orietalibus volumẽ ad Armenios pro fidei congruẽtia destinauit. Hic aũt cõsociabitur ad culpã, & sapiẽtissimus Iohãnes Antiochenus ep̃s, q hæreticorũ male- dicta repellens, & ap̃licæ doctrinę rectissimũ dogma declarans, totius Orietis cõfessio nem, velut ex vno ore, sanctiss. Proclo, & ei, q per idem tẽpus mundi regebat guberna la, destinauit. Non igitur nobis, admirãdi Romanæ vrbis præsulis ep̃lam, velut innoua- tionis offendiculum criminẽtur, sed, si nõ est diuinis scripturis coaptata, redarguant, si nõ præcedẽtium patrum sentẽtijs adunata, si non impiorũ accusationem cõtinet, si nõ de- fensionem Nicenæ fidei profert. Et si non eorum, qui nouitates appetunt, commenta subruit, si non vaniloquiorũ contagia prodigiosa subuertit. Si qs em̃ patrum deprauat intelligentiam, hic pœnæ transgressionis habet obnoxius, non q transgressionem sua cura redarguit. Qui em̃ sponte sua, nullo contra confligente professionem verbis pro- prijs defert, hic, vt elatus, forsan non immerito comprobat, Qui vero eis, q praua sen- tiunt, obluctat, is contra inimicorũ adinuentiões linguam prudenter exercet, quæ ab il- lis male prolata sunt, veritatis nitens rõne dissoluere. Sed o vos Christo amabiles, & im perio superno nutu vobis concesso dignissimi, compensatis ei fidem, q beneficia tanta cõcessit, studioq; circa purissimã cõfessionem præstãtiam vestræ deuotiõis ostenditis, malignorũ qdem molimina refrenãtes, oĩbus vero piæ cõfessionis declarantes in vnita- te cõcordiã, ac velut signaculum sacræ doctrinæ, cõcilij huius, à vobis cõgregati, prædi cationem, Petri sedis authoritate roborãtes. Confidere nãq; oportet vestrã pietatem, qa nihil pręter fidem, quæ olim a sanctis patribus annuntiata est, venerabilis Romanus põ tifex innouauit, atq; vt nulla his, q ap̃licum virum p inuidiã lacerare nitunt, relinquatur, occasio, consonãtiæ ep̃læ eius ad sanctorũ patrum testimonia, ad certiorẽ notitiã vr̃æ pietatis, ex multis pauca subdidimus. Testimonia sanctorũ patrum, q & duas naturas in Christo confessi sunt, & consubstãtialem patri deum verbũ, etiã nobis secũdum car- nem ex Maria consubstãtialem factum, veraciter asserẽtes. Sancti Basilij ex his, quę contra Eunomiũ scripsit: Ego enim & hoc, quod est in forma dei, existere, ac si in essen tia dei, æquiualere pronuntio. Sicut enim hoc, quod forma serui suscepit, in substantia humana dñm nostrum factum esse significat, ita, quod dicit, quod in forma dei est, di- uinæ substantiæ proprietatem sine dubitatione commendat. Beati Ambrosii ex his, quæ scripsit ad Gratianum Imperatorẽ Seruemus differẽtiã diuinitatis & carnis. Vnus in vtroq; loquitur filius dei, qa in eo vtraq; natura est. Beati Gregorij Nanzianzeni ex ep̃la ad Celidonium: Naturæ qdem duæ deus & homo, qa & anima & corpus. Filij autem nõ duo, neq; duo dij. Eiusdem ex secũdo sermone de filio. Et hoc est, quod facit hæreticis seductionem, nominũ prolata seiũctio. Signũ est autẽ, vt si quãdo natu- ræ secernunt intelligẽtijs, simul secernant & nomina. Sãcti Athanasii ex his quæ scri psit aduersus hæreses. Et sicut non essemus liberati a peccato atq; maledicto, si non caro naturæ esset humanæ, quã induit verbum (nihil enim commune nobis eẽt ad alienum) sic nequaq̃ ille homo deus fieret, si non natura esset ex patre, & verum atq; cõsempiter num eius esset verbum, quod factum est caro. Idcirco nanq; talis est facta connexio, vt ei, q iuxta naturam diuinitatis est, illum hominem, q est humanæ naturæ, coniungeret.

Amphilochij ep̃i Icomij de explanatione euangelij secundum Iohãnem: Discerne iam naturas tam dei, q̃ hominis. Neq; enim p amissionẽ dei factus est homo, neq; secũ- dum prouectum ex hoĩbus deus est. Deum enim dico & hoĩem. Da passiones carni, da deo miracula. Antiochi ep̃i ptolemaidis. Non confundas has naturas, & non ob- stupescis circa dispẽsationẽ. Flauiani ep̃i Antiocheni in Theophanicon. Quis reuera loquetur potentias dñi, auditas faciet omnes laudes eius? Quis verbo, collati nobis be- neficij magnitudinem possit exprimere? Humana natura deitati coniungitur, ita tamẽ, vt in se vtraq; natura permaneat. Beati Iohannis ep̃i Constantinopolitani, de expla- natione euangelij secundum Iohannem: Quid enim intulit, & habitauit in nobis? Hoc bene dicens, nihil debet incõgruum suspicari, sed hoc quod factum est. Non enim con uersionem dixi illius inconuertibilis naturæ, sed habitationem & commorationem. Id autem quod habitat, non ipsum est, quod habitaculum, sed alterum in altero inhabitat.

E

F

Basilius ep̃us

Ambrosius episcopus.

Gregorius Nanzianze- nus.

Idem

Athanasius episcopus

Iohan.1.b

Amphilochi- us episcopus

Antiochus episcop⁹ Pto- lemaidis

Flauian⁹ ep̃us Antiochenus

Psalm.105

Iohãnes Chry sostom⁹ ep̃us.

Aliogn

A Alioquin iam non erit habitatio. Nihil eñ in seipso habitat. Alterũ autẽ dixi iuxta substantiam. Per vnitionẽ eñ & connexionẽ vnus est deus verbum & caro, nequaq̃ facta confusione, vel permixtione harũ substãtiarum, sed vnitione ineffabili, atq; inenarrabili.

Beati Attici Constãtinopolitani epi ex epla ad Eupsychium. Quid igitur oportebat operari sapiẽtissimũ, mediationẽ assumptę carnis, & vnionẽ dei verbi ad hoĩem, q ex Maria est? Nã vtraq; facta sunt, ita, vt ex vtroq; vnitũ, Chrm qdẽ fateamur in propria impassibilis naturæ dignitate psistere, mortem gustare simul, vt & socia sibi naturæ carnis oñderet p mortẽ, mortis ipsius contẽptũ pariterq; etiã vt noui testamẽti p obitum iura firmet. Beati Procli ex sermone: Puer natus est nobis, filius datus est nobis. Et naturas rõne diuide, & vnitatẽ mysterij diuinis extolle pconijs. Cyrilli: Aduertẽtes igitur modũ inhumanationis (vt dixi) videamus, q duæ naturę per indiuiduã vnitionẽ inconfuse atq; inconuertibilr inuicẽ sibi conuenerũt. Caro nãq; caro ẽ, & non deitas, licet dei facta sit caro, silr etiã verbũ deus ẽ, & non caro, licet dispẽsatorie propriã fecerit carnẽ.

Beati Iohãnis de explanatione euãgelij secundũ Matthæum. Et queadmodũ quis in meditullio pugnæ positus, duobus qbusdam inuicẽ sibi discordãtibus, vtrasq; manus extendens, sumens vtrinq; coniungat, sic etiam Christus fecit, vetus nouo, diuinam naturam humanæ, sua nostris clementer adiungens.

Atticus epũs Constãtinop.

Proclus epũs

Cyrillus epũs sed vbi, non scribitur, nec est in istis duabus epistolis.

Cyrilli

Iohãnes Chrysostom' in expositiõe euangelij Matthæi

¶ Allocutio seu responsio sancti Chalcedonensis concilij cum subiectis testimonijs patrum finit.

B

SACRA MARTIANI IMPERATORIS CONtra hæreticos.

IMperator Martianus Augustus Palladio pfecto ptorij. Licet iã * iamq; sacratissima cõstitutiõe mãsuetudinis meæ cautũ ac definitũ sit, q̃ in eos sæueritas exercẽda sit, q Eutychetis vel Apollinaris hæreticã puersitatẽ secuti à religione & fide catholica deuiarũt, Alexãdrinæ tñ vrbis ciues atq; habitatores tãtis sunt Apollinaris infecti venenis, vt necessariũ fuerit ea, quæ añ sanxiuimus, repetita nũc etiã lege decernere. Oportet eñ, vt sit nũerosa sæueritas sanctionũ, vbi est licẽtia crebra culparũ. Custodiẽdæ prętere a orthodoxæ fidei cura tãto à serenitate mea adhiberi impẽsior debet, quãto res humanas diuinæ pcedũt. Quicũq; ergo vel in hac sacra vrbe, vel in Alexdrina ciuitate, vel in oñi Aegyptiaca diocœsi, & diuersis alijs prouincijs Eutychetis profanã puersitatẽ sequunt, & ita nõ credũt vt trecẽti decẽ & octo sancti patres tradiderũt, catholicã sanctã fidẽ in Nicea ciuitate fundãtes, vel ita vt cẽtum qnquaginta alij venerabiles epi, q in hac alma vrbe Cõstãtinopolitana postea cõuenerũt, & sicut Athanasius & Theophil' & Cyrillus sanctæ recordatiõis epi Alexãdrinæ ciuitatis crediderũt, quos etiã Ephesina synodus (cui beatę memoriæ Cyrillus pfuit) in qua Nestorij error expulsus est, * vniuersos secuta est, quos & nup venerabilis Chalcedoneñ. synodus est secuta, prioribus cõcilijs sacerdotũ ex oñi prorsus parte cõsentiẽs, nihilq; adimẽs sacrosancto symbolo, neq; adijciẽs, sed Eutychetis dogmata funesta cõdemnãs, sciãt se esse hæreticos Apolllinaristas, Apollinaris eñ facinorosissimã sectã Eutyches & Dioscorus mẽte sacrilega sunt secuti. Ideoq; oẽs hi, q Apollinaris vel Eutychetis puersitatẽ sequunt, illis pœnis, quæ diuorũ retro principum cõstitutiõibus cõtra Apollinaristas, vel serenitatis nr̃æ sanctiõe post modũ cõtra Eutychianistas, & hac ipsa augustissima lege cõtra eosdẽ decreta sunt, nouerint se esse plectẽdos. Idcirco Apollinaristæ, hoc est, Eutychianistæ, qbus & si est in appellatiõe diuersitas, est tñ in hæresis prauitate coniũctio, & dispar qdem nomẽ, sed idem sacrilegium, siue in hac alma vrbe diuersisq; prouincijs, vel in Allexandrina ciuitate, seu in Aegyptiaca diocœsi sunt, neq; ita credũt, sicut pdicti venerabiles patres credebãt, neq; viro reuerẽdissimo Alexãdrinæ vrbis antistiti Protherio fidẽ orthodoxã tenẽti cõmunicãt, scdm sacratiss. diuorũ retro principũ constitutiões, q̃ de Apollinaristis promulgatæ sunt, non habeãt ptãtem faciẽdi testamẽti, & condẽdæ vltimæ voluntatis, neq; id capiãt, quod ipsis ex testamẽto cuiusquam fuerit relictum, nihil etiã ex donatione aliqua consequantur, sed si quid in ipsos vel liberalitate viuẽtis vel moriẽtis fuerit voluntate collatum, id protinus fisco nostro addicatur. Ipsi vero in nullos aliquid ex rebus suis donare possint.

alias, etiam

L. qcunq; C. de hæreticis & Manichęis

C

alias, in vniuersis

¶ Epos

¶ Episcopos quoq; vel presbyteros, aliosq; clericos illis creare & habere non liceat, scie̅tibus tã Eutychianistas q̃ Apollinaristas, q ausi fuerint cuiquã epi, vel presbyteri, vel clerici nomẽ imponere, quam hi, q conati fuerint, impositum sibi nomẽ sacerdotale retinere, exilio, rerumq; suarum amissione plectendos. Eos vero, qui * ante hac catholicarum ecclesiarum clerici, vel orthodoxæ fidei monachi * fuerant, derelicto vero dei cultu, Apollinaris, vel Eutychetis hæresim, & dogmata abominanda, sectati sunt, vel post hæc sectabunt, oĩbus pœnis, quæ vel hac, vel prioribus legibus aduersus hæreticos cõstitutæ sunt, iubemus teneri, & extra ipsum quoq; Romani Imperij solũ pelli, sicut de Manichæis præcedẽtium legum statuta sanxerunt. Vniuersi præterea Apollinaristæ vel Eutychianistæ non ecclesias nõ monasteria sibi construant, neq; * sinaxes, neq; cõuenticula tam diurna q̃ nocturna nõ cõtrahant, neq; ad domũ, neq; ad possessionem cuiuscunq;, neq; ad monasterium, neq; ad quẽcunq; alterius locum operatores sectæ funestissimæ cõgregẽtur. Quod si fecerint, & hoc factum fuisse, dño volente, constiterit, * postremo, iudicialiter notum domus vel possessio, in qua cõuenerint fisco sine dilatione societur, monasterium vero eius ciuitatis orthodoxæ ecclesiæ, in cuius territorio est, iubemus addici. Si vero ignorante dño, sciẽte vero, qui * dispẽsationes domus exigit, vel cõductore, vel procuratore, vel actore prædij parasinaxis, & conuẽticula interdicta collegerint, cõductor, vel procurator, siue actor, vel qcunq; eos in domũ vel in possessionẽ, vel monasterium receperint, vel passi fuerint illicitas parasynaxes, conuentusq; celebrari, si vilis & abiectæ cõditionis sint, fustibus publicæ, & in pœnam suam, & in alioꝝ exerceãtur exemplum. Si honestæ vero personæ sunt, decẽ libras auri mulctæ nomine fisco nostro cogãtur inferre. Nullum præterea Apollinaristam vel Eutychianistam ad aliquam iubemus aspirare militiam, nisi ad cohortalinam vel limitaneam, si q vero * cõtra fecerint, soluto cingulo honestoꝝ hominum, & palatij cõmuniõe priuentur. Nec in aliqua, nisi in ea, qua nati sunt ciuitate, vel vico, ac regione versentur. Si q vero in hac alma vrbe nati sunt, tam sacratissimo comitatu, q̃ omni per prouincias metropolitana ciuitate pellantur. Nulli insuper Eutychianistæ, vel Apollinaristæ publicæ, vel priuatim aduocãdi cœtus, & circulos cõtrahẽdi, & hæretico more disputãdi, ac ꝑuersitatẽ facinorosi dogmatis asserẽdi sit facultas. ¶ Nulli etiã cõtra venera. Chalcedonẽ. synodũ liceat tale aliqd vel dictare, vel scribere, vel edere atq; emittere, aut alioꝝ sup eadẽ re scripta proferre, nemo hmõi libros, & sacrilega scriptoꝝ monimẽta proferre. Quod si qui in his criminibus fuerint inuẽti, ꝑpetua deportatiõe dãnẽtur. * Hi vero, q discẽdi studio audierit de infausta heresi disputãtes, decẽ libraꝝ auri, quæ fisco nostro applicabunt, subeant dispẽdium. Omnes vero, hmõi chartæ vel libri, q funestum Eutychetis dogma fuerint complexi, incẽdio cõcremẽtur, vt facinorosæ semp peruersitatis vestigia ipsa flammis combusta depereant. Equum nãq; est, vt immanissima sacrilegia par pœnæ magnitudo percellat, Palladi pater charissime atq; amantissime parens. Illustris igitur * authoritas, quæ hac sacratissima constitutione decreuimus, in hac alma vrbe, diuersisq; ꝓuincijs, ac ꝓcipue in Alexãdrina ciuitate, & per vniuersam Aegyptiacam diocœsim, ædictis ex more propositis, ad omnium notitiam faciat ꝑuenire, vt cuncta, quæ statuimus, in eos, q rei fuerint deprehensi, sæueritas protinus exerceat, scientibus moderatoribus prouinciaꝝ, eorumq; apparitoribus, defensoribus etiã ciuitatum, ꝙ si ea, quæ legis huius religiosissima sanctione custodiẽda decreuimus, aut neglexerint, aut aliqua ꝑmiserint temeritate violari, denaꝝ libraꝝ auri mulctam fisco nostro cogant inferre, insuper etiam existimatiõis suæ periculum sustinebunt. Ea quoq;, quæ de Paganis ꝑ omne Romanum Imperium æqualiter valitura * elegimus, instãtissime in eos exerceãtur, quos cõstiterit prophanos ritus, ac simulachroꝝ impios cultus, & interdicta sibi sacrilegia celebrare. Data sub die Kaleñ. Augusti Constantinopoli diuo Valentiniano octauo & Antemio viris clarissimis consulibus.

alias, fuerunt, vel fuerint

alias, parasynaxes

als, post rẽ iã i examie iudicis approbatam

als, pensiones

alias, extra ꝑdictam militiam inuẽti fuerint militare

alias, Eos

alias, & magnifica authoritas tua

alias, perhennitatis nostræ lege decreuimus

¶ Exemplar epistolæ Paschasini & aliorum de damnatione Dioscori & Alexandrini quondam episcopi.

PAschasinus e̅pus Lilibetanus, & Lucentius e̅pus Esculanus, & Bonifacius pbr̃ ecclesiæ maximæ vrbis Romæ, vicarij sanctiss. ac beatissimæ papæ Leonis ap̃licæ sedis antistitis pronuntiauerũt manifestaruntq;, ꝙ Dioscorus Alexãdrinæ vrbis antistes cõtra canonũ disciplinã, regulasq; ecclesiasticas

A sticas illicita psumptione cōmisit, sicut pteritoꝝ gestoꝝ, seu præsens declarauit assertio. Is nanq; (vt plura relinquamus) Eutychen cōsortem perfidiæ suæ, a proprio episcopo sanctæ recordationis Flauiano iure damnatū, in grām cōmunionis, anteq̃ cū ijs, qui congregati fuerāt in Ephesina vrbe, epis resideret, recepisse cognoscit, sed illis quidem sedes apostolica veniā tribuit, quia cōtra votū gessisse, quæ patrata sunt approbantur, ita vt nunc vsq; adhæreant & beatissimo papæ, & vniuersali sanctoq; concilio, qua de re sacrosanctæ cōmunionis cōsequuti sunt medicinā. Prædictus vero, qui maloꝝ perseuerantia ornari se æstimat, cū debeat summissa fronte vsq; ad tertiam cū gemitu (vt conuenit) inclinari, qm̄ nec beatissimi papæ epistolam legi permisit, ad venerandæ memoriæ Flauianū Christi antistitē scriptā: quippe cū ab his petitus, vt legi sineret, sacramēti satisfactione, q̃d promiserat, implere cōtempsit, quatenus praui dogmatis augeretur impietas, & occasio læsionis vel scandali cunctis generaret ecclesiis, patratis tn̄ his, voluimus his sceleribus indulgere, & veniam, quā cæteris epis præstitimus, dignanter impēdere, cū nec similem iudicandi reperiantur habuisse fiduciā. Adiecit etiā accusatoꝝ supplicatio varijs referta criminibus, ꝙ tertio euocatus p reuerēdissimos fratres & coepos

B nostros, ad monitionē canonicā venire cōtempsit, cōscientiæ detentus arcano. Episcopos etiam a prouinciali synodo, cui subdebant, iure damnatos, iniqua vsurpatione contra redamnationis sententiā reuocauit, veteꝝ patrū sæpius statuta conculcās. Vnde sanctissimus ac beatissimus papa, caput vniuersalis ecclesiæ Leo p nos, vt legatos suos, sancta synodo consentiente, Petri apostoli pditus dignitate, qui ecclesiæ fundamētum, & petra fidei, & cœlestis regni ianitor nuncupatur, epali eum dignitate nudauit, & ab omni sacerdotali opere fecit extorrē, quare super his cōgregata venerabilis synodus canonicam cōtra pdictum Dioscorum proferat, iustitia suadente, sententiam.

Finit exemplar epistolæ.

¶ Narrationis ordo de prauitate Dioscori Alexandrini.

POstquā Dioscorus Alexandrinus epūs, qui pro facti sui qualitate, id est, qa cōsenserat Eutycheti hæretico, & damnauit Flauianū epm catholicū Constantinopolitanū apud Chalcedonā, tam a principe sanctæ memoriæ Martiano, q̃ ab aulicis potestatibus, vel a cuncta synodo dānatus est, Protherius catholicus fit sacerdos. Tunc Timotheus pbr̄, cui cognomen erat Ellurus, & Petrus diaconus sec-

C tatores Dioscori, ab Alexandrina ecclesia se separarūt. Quos cū Protherius eps ad ministeriū propriū reuocare nō posset, vtrūq; damnauit. Mortuo principe Martiano, collectis turbis hæreticoꝝ, Timotheus & Petrus veniunt Alexandriā, & ordinatur ab hæreticis Timotheus epūs. Duo igitur apud Alexandriā epi cœperunt esse ante triduum paschale, quo cœna dn̄i celebratur. Conductis ab his perditis, occiditur in ecclesia sanctæ memoriæ Protherius, ad quam se timore contulerat, ibiq; in baptisterio occiditur, laniatur, eijcitur, & funus incenditur, cineresq; ipsius exparguntur in ventos. Interea Leo sumit imperium, ad quem tanti facinoris catholicorum querela peruenit. Contra quos hæretici supplicarunt, petentes, vt Chalcedoneñ. synodus aboleretur. Econtra, illis indictam sceleris postulantibus, considerans Imperator, nimis esse graue, vexari tanto itinere sacerdotes, quorum aut ætas, aut infirmitas, aut paupertas hunc laborē subire prohibebat, dirigit per totū Orientē magistrianos, dirigit & Anatholius episcopus Asclepiadem diaconū suum, per quos omnes illi episcopi, q ad Chalcedonam fuerant congregati, quid Alexandriæ gestum sit agnoscerent. Qui rescribunt, Chalcedoneñ. synodum vsq; ad sanguinem defendēdam esse, & non alterā fidem tenere, q̃ synodus Nicena constituit. Timotheum vero non solum inter episcopos non haberi, sed etiam Christiana appellatione priuari. Quo facto, fit alter Timotheus episcopus Alexādriæ. Vix ille Timotheus depellitur, & mittitur in exilium Cerson, fugit & Petrus hæreticus, & quamdiu vixit Imperator Leo, Timotheus episcopus Alexandriæ vixit quiete. Sed cum Basiliscus occupasset imperiū, damnare cœpit Chalcedoneñ. synodum, & fugare catholicos. Tunc ille Timotheus damnatus, accepta libertate, Constantinopolim venit, & damnatos hæreticos locis suis reddidit, vadit Alexandriam, fugit Timotheus catholicus, & in monasterio latuit. Petrus ille iterum se Timotheo iunxit, cū quo fuerat ante damnatus. Redit Zeno Imperator ad regnum, Basiliscus opprimitur,

mittitur Alexandriam, vt pulso peruersore Timotheo, Timotheus catholicus redderetur ecclesiæ. Sed illo Timotheo damnato morte præuento, Petrus ab vno hæretico Alexandrinus episcopus ordinatur, quem nihilominus deijci iussit Imperator, & reduci Timotheum catholicum, sicut etiam Acatij literis continetur. Interea scribit ad sanctæ memoriæ papam Simpliciũ Timotheus catholicus, rogans & dicẽs Petrum olim in diaconio damnatum, nunc etiam a Christiana societate remotum, vt scriberet Imperatori, vt eundem Petrum longius in exilio dirigeret, quia latebat in Alexandrina ciuitate, & insidiabatur ecclesiæ per ferme triennium & amplius. Sanctæ memoriæ papa Simplicius nunq̃ destitit scribere Acatio epo, vt fieret de Petro, quod Timotheus eps postulabat. Defuncto Timotheo epo, a catholicis Iohãnes catholicus eps ordinatur. Mittit Iohannes epũs synodicã suã. Superuenit etiam quidam contra Iohannẽ episcopum sacra principis deferendo, vt ab episcopij illius papa se confirmatione suspenderet. Et quia in ijsdem sacris de restituendo Petro, quem ipse damnauerat, fecerat mentionẽ, hæc pars omnino est abnegata. Vnde visus est Imperator offensus. Addidit etiã Acatius & illo tempore, quo de Petro Alexandrino damnato retulit, etiã de Petro & Iohanne Antiocheno scribit, Petrum apud Constantinopolim monasterium gubernasse, sed hoc propter crimina derelicto, Antiochiã fugisse. Ibi pulso martyrio catholico episcopo per vilissimum populum & hęreticos, sedem ipsius occupasse, cõtinuoq́; damnatum ab episcopio, atq; a Leone Imperatore Oasam deportatum. Qui fugiẽs, redisse dicitur Constantinopolim, & dedisse fidem, vt pulsis vlterius turbis nil facere auderet. Sed (sicut superius dictum est) Basilisci temporibus a Timotheo illo damnato, q̃ Constantinopolim venerat, ad Antiochiam remissus est, vt iterum illic episcopatũ teneret. Quo facto, idem ipse Petrus, Iohannem (de quo Acatium diximus retulisse) ordinat Apamenis episcopum, a quibus non receptus, redit Antiochiã, & Petrũ episcopatus sui pellit authorẽ, & inuadit eius ecclesiã. Quos simul dãnatos iterum eijcit Acatius, petẽs apostolicã sedẽ, vt si ad eandẽ forte cõfugerent, ne ipso quidẽ digni haberẽtur aspectu, & si iam aliquã indulgentiã forsitan impetrassent irritã esse debere, nec eorum pœnitentiã recipiendã esse. Quid multa? Hũc ipsum Iohannẽ, quẽ Acatius cũ Petro dãnauerat, & sine pœnitentiæ remedio fecit ab apostolica sede dãnari, post tot damnatiões Tyriorũ misit ecclesię p̃sidere. Nã quod dicit Acatius Petrũ illum Alexandrinum oblata petitione Eutychianã hæresim vel Nestorianã damnasse, hoc euidẽter probatur esse falsissimũ. Nã quæ causa fecit, vt in episcopatu suo synodo Chalcedoneñ. vel thomo sanctæ memoriæ Papæ Leonis, diceret anathema? Quæ causa fecit, vt sublato nomine Protherij vel Timothei catholici, Dioscori & Timothei hæretici nomina asscriberet? Quæ causa fecit, si catholicus erat, vt Timothei catholici epi corpus de sub terra leuaret, q̃ inter epos catholicos sepultus fuerat, & proijceret foras? Ipse nõ est Petrus, qui dãnato Timotheo hæretico semp adhæsit. Qũo postea Acatius miris eum laudibus prosequit, de quo tãta se crimina ante meminerat retulisse?

Simplicius papa

D E F

¶ Incipit fides Romanorum.

CRedimus in vnum deum omnipotentem, & in vnigenitũ filium eius Iesum Christum & dominum saluatorem nostrum & spiritum sanctũ, deum non tres deos, sed patrem, & filium, & spiritum sanctum vnum deum esse confitemur. Non sic vnum deum quasi solitarium, nec eundem, qui ipse sibi pater sit ipse filius, sed patrem verum, qui genuit filium verum, id est, deus de deo, lumẽ de lumine, vita ex vita, perfectum de perfecto, totum a toto, plenum a pleno non creatum sed genitum, non ex nihilo, sed ex patre vnius substantiæ cum patre. Spiritum vero sanctum deum nõ ingenitum, neq; genitum, non creatum, sed nec factum, sed patris & filij, semper in patre & filio æternũ veneramur, vnum tamen deum qui ex vno.

¶ Atticus episcopus qualiter formata epistola fiat.

GRæca elementa literarum numeros etiam exprimere nullus, qui vel tenuiter Græci sermonis notitiam habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicis, quas mos latinus formatas appellat aliqua fraus falsitatis temere p̃sumeretur. Hoc a patribus trecentis decem & octo Niceę cõgregatis saluberrime inuẽtum est & cõstitutũ, vt formatæ eplæ hãc calculationis seu supputationis

habeant

A habeant ratione͂,id eſt, vt aſſumant in ſupputatione͂ prima Græca elementa,patris & filij & ſpũs ſancti,hoc eſt,p,y,a. Quæ elementa & octogenariũ & quadrigenteſimũ & primũ ſignificãt numerꝝ,Petri quoqꝫ apoſtoli prima litera,id eſt,p.Qui numerꝝ.lxxx. ſignificat,eius quoqꝫ q ſcripſit epiſtola prima litera,cui ſcribit ſecũda litera, accipientis tertia litera,ciuitatis quoqꝫ,de qua ſcribit,quarta,& indictionis quæcunqꝫ eſt tpis,idem qui fuit numerus aſſumat,atqꝫ ita his oĩbus Græcis literis,quæ(vt diximus)numeros exprimunt,in vnũ ductis,vnã,quæcunqꝫ fuerit collecta, ſummã epiſtola teneat, hanc qui ſuſcipit,omni cũ cautela requirat expreſſe,addat præterea ſeparatim in epiſtola nonagenarium & nouum numerꝝ,qui ſecundũ Græca eleme͂ta ſignificãt. Valete in dño.

¶ Exemplar hoc Chal.cõc.deſumptũ eſt ex bibliotheca monaſterij fratrũ ord.Cruciferoꝝ in ciuitate Aqueñ. Anno nanqꝫ dñi, M. CCCC. LXVIII. in Aqueñ. paſſagio,reuerendiſſ.dñs Petrus Ferrici,legatus Romanus in cauſa Leodieñ.poſtea cardinalis,excopiari exemplar diſpoſuit ex vetuſtiſſimo codice,eide͂ monaſterio a quodã Aqueñ.decano dono dato,quod plurium iudicio ſcriptũ,nõ multũ longe poſt huius Chalced.concilij te͂pora præſumit. Tantæ quide͂ vetuſtatis fuit, vt niſi cũ difficultate B legeret,& vnus dumtaxat in Colonieñ.ciuitate excopiare præſumeret.

Finis concilij Chalcedoneñ.

VENETICVM CONCILIVM CIRCA TEMPORA LEONIS papæ primi vel Hilarij.

VEneticæ ciuitatis meminit Pto.geographiæ ſuæ lib.iij.ca.i.tit.Italiæ ſitus, vbi Venetiæ mediterraneæ Tridentũ,Beluinũ &c͂. Ite͂ ibide͂,Cenomãnoꝝ, q ſub Venetis ſunt,Bergomũ &c͂. Ite͂ ide͂, Bechinoꝝ, qui ſunt ſub occaſu Venetiaꝝ. Et Pliñ.lib.ij.naturalis hiſtoriæ ca.lxxij.dice͂s.In parte Italiæ,q̃ Venetia appellat,eiſde͂ horis vmbra gnomoni par fit. Ide͂ lib.iij.ca.v.tit.Italia, Tyberis,Roma,Cãpania(inqt) ab eo Græciæ ora,mox Sale͂tini &c͂.Hetruſci,Veneti. Et ibidem ca.xix.ait:Venetos Troiana ſtirpe ortos, author eſt Cato. Idem lib.iiij. ca. xviij.tit. Lugduneñ. Gallia, vbi dicit,Lugduneñ.Gallia habet Lexouios, Vellocaſſes,Galletos,Venetos. C Ide͂qꝫ lib.iiij.ca.xix.tit.Aqtania,vbi ait:Inter Rhenũ & Pyreneũ Gallicus,Inſulæ complures Venetoꝝ,& q̃ Veneticæ appellant. Et lib.vi.ca.ij.tit.Gens Paphlagonũ &c͂. Deinde Cromna,Quo loco Henetos adijcit Nepos Cornelius,a qbus in Italia ortos cognomines eoꝝ Venetos credi poſtulat. Strabo q̃qꝫ de Venetis li.iiij.geographiæ ſuæ ſcribit.Poſt iã dictos(.ſ.Rhemos)ppĩos reliq̃ Belgaꝝ eſt natio ad Oceanũ,e qbus Veneti ſunt. Et paucis interpoſitis ait:Sunt em̃ alge natura humidiores &c͂.Hos ego Venetos eſſe opinor,a qbus Veneti ſinũ colentes Adriaticũ in Coloniã deducti ſunt. Et ide͂ lib.v.Ea ꝟo loca hic Liguꝝ atqꝫ Galloꝝ ge͂tes inhabitãt &c͂.Hinc Galloꝝ,Venetorũqꝫ &c͂.Et poſt pauca.Ceteꝝ de Venetis duplex eſt ſermo.Quidã em̃ eos a Gallis Oceani accolis Colonos ee͂ memoriæ prodiderũt.Nõnulli Venetis,q poſt bellum Troianum cũ Antenore ſalute͂ aſſecuti,curſum hic e Paphlagonia tenuere, deſce͂diſſe affirmãt.Et ibidem Dionyſius q̃qꝫ Siciliæ tyrãnus alendoꝝ ſeme͂ equoꝝ cõſtituit,q̃s ad equeſtre certame͂ tollebat, adeo vt p Græcos equinę prolis Venete nobilitas maneret, & ad longa tpa propago ipſa famã vendicaret.Tota itaqꝫ regio fluminibus atqꝫ paludibus maxime Venetia referta eſt. Huic adeſt & maris conditio.

¶ Canones Venetici concilij.

DOminis beatiſſ.& nobis in Chr̃o omni charitatis honore vene͂rãdis fratribus,Victurio & Thalaſſio e͂pis,Perpetuus,Paternus, Albinus, Arthemius,Nunechius, & Liberalis e͂pi. Cũ ſemp a nobis cura religionis haberi debeat in promptu,nec aliũde debeat ee͂ meditatio,eo p̃cipue tpe,q̃ nos aut volũtas aut occaſio congregarit, vt cõis ex multoꝝ collatione tractatus,cõſentiente in Chr̃o ſpũ, multaꝝ ſniaꝝ authoritate firmet,ne ſinguloꝝ pro arbitrij ſui q̃litate definitio aut imperitiæ decipiat errore,aut timore præſumptionis vel iracũdiæ deprauet,& dũ vnuſquiſqꝫ ſine fratrũ collatiõe ſuo tantum credit arbitrio,ſtatuit, ꝙ merito oĩbus poſſit diſplicere.Itaqꝫ qm̃ nos in eccleſia

Venetica causa ordinādi, episcopatus cōgregauit, rectum eē credidimus, de regula ecclesiastica, quæ nobis donāte dño credita est, & de districtione, cuius curā non sine culpa nostra omittemus habita *cōsolatiōe, vt q̄ in prioꝝ patrū statutis vidimus omissa, & procedēte tēpore ex nimia licētia pro labente seculari libertate p̄sumpta, statutis saluberrimis sanciremus. Quod in notitiam beatitudinis vestræ, qa p̄sentia vestra nobis necessitate faciēte fraudata est, credidimus deferendū, vt si probabile duxeritis, id quoque & vestra authoritate firmet, & districtione seruetur. D

(ais, collatiōe.)

I. Itaq; censemus homicidas, & falsos testes a cōmunione ecclesiastica submouendos, nisi pœnitētiæ satisfactione crimina admissa diluerint. (Agatheñ. cō. cap. 37)

II. Eos q̄q;, qui relictis vxoribus suis, sicut in euāgelio dicit, excepta causa fornicationis, siue adulterij probatione, alias duxerint, statuimus a cōmunione similiter arcendos, ne p indulgentiā nostrā, *prætermissa peccata alios ad licentiā erroris inuitēt. (Math. 5. e) (alias, ōmissa.)

III. Pœnitētes quoq;, q susceptā publice pœnitētiā intermiserint, & ad prioris erroris cōsuetudinem reuoluti, vitæ se seculari conuersationiq; reddiderint, nō solū a cōmunione dominicoꝝ sacramētoꝝ, sed etiā a cōuiuijs fidelium submouendos.

IIII. Eas etiam, quæ virginitatem professæ, & benedictionē fuerint p manus impositionem sub contestatione huius propositi consecutæ, si fuerint in adulterio deprehensæ, cum adulteris ipsaꝝ arcendas a communione censemus. E

V. Clericis aut monachis sine commēdatitijs epistolis episcopi sui licētia nō pateat ambulandi, aut euagandi, & in omni loco, ad quem sine epistolis episcopi sui (vt dictum est) venerint, a communione habeantur alieni.

VI. In monachis quoq; par sententiæ forma seruetur. Quos si verboꝝ increpatio non emendauerit, etiam verberibus statuimus coerceri.

VII. Seruandū est de monachis, ne eis ad solitarias cellulas liceat a cōgregatione discedere, nisi forte probatis post emeritos labores, aut propter infirmitatis necessitatem asperior ab abbatibus regula remittat. Quo ita demū fiet, vt intra eadē monasterij septa manētes tamē sub abbatis potestate, separatas habere cellulas permittātur.

VIII Abbatibus q̄q; singulis diuersas cellas, aut plurima monasteria habere non liceat, nisi tātum propter incursum hostilitatis intra muros receptacula collocare. (Agatheñ. cō. cap. 38)

IX. Clerico, nisi ex pmissu epi sui, seruoꝝ suoꝝ secularia iudicia adire non liceat, Sed si fortasse epi sui iudiciū cœperit habere suspectū, aut ipsi de proprietate aliqua aduersus ipsum epm fuerit nata contentio, alioꝝ epoꝝ audientiā non secularium potestatū debebit ambire. Aliter, a communione habeatur alienus.

X. Clericos quoq; ab alijs episcopis ordinatos sine permissu eorum, a qbus fuerant ordinandi, promouere ad superiorem aliquem ordinem non præsumant, ne concordiam fraternam iniuria illata contaminet.

XI. Presbyteri, diaconi, atq; subdiaconi, vel deinceps, qbus ducēdi vxores licentia nō est, etiā alienaꝝ nuptiaꝝ euitēt cōuiuia, ne his cetibus misceant, vbi amatoria cantantur, & turpia, aut obscœni motus corporis, choris & saltibus efferūtur, ne auditus & obtut⁹ sacris mysterijs deputati, turpiū spectaculoꝝ, atq; verboꝝ cōtagio polluant. F (Dist. 34. Pbri diacones Et Agat. cō. cap. 39.)

XII. Omnes deinceps clerici Iudæoꝝ cōuiuia euitent, nec eos ad conuiuium quisquā excipiat, qa sicut apud Christianos cibis cōibus non vtūtur, indignum atq; sacrilegū est, eoꝝ cibos a Christianis sumi, cū ea, quæ, Apostolo permittēte, nos sumimus, ab illis iudicentur immunda, ac si inferiores incipiant esse clerici q̄ Iudæi, si nos, q̄ ab illis apponuntur, vtamur, illi a nobis oblata contemnant. (28. q. 1. Omes deinceps Titum. 1. d)

XIII. Ante omnia a clericis vitet ebrietas, q̄ oīm vitioꝝ fomes ac nutrix est. Nec qs pōt liberꝝ corpis sui ac mētis habere iudiciū, cū captus vino, a sensu probetur alienus, & procliuis ad vitiū, mēte labefacta, ducat, ac plerūq; possit pc̄m aut crimē, dū nescit, incurrere. Sed ignorātia talis nō pōt nō subiacere pœnæ, quā ex volūtaria amētia manasse constiterit. Itaq; eū, quem ebrium esse constiterit (vt ordo patitur) aut. xxx. dieꝝ spacio a cōione statuimus submouēdū, aut corpali subdendū esse supplicio. (Dist. 35. Ante oia. Et Agat. cōcilij ca. 41. Dist. 35. Ante omnia.)

XIIII Clericus, quē intra muros ciuitatis suæ manere constiterit, & matutinis hymnis sine probabili excusatione ægritudinis inuētus fuerit defuisse, septē diebus a cōmunione habeat extraneus, qa ministrū sacroꝝ, eo tpe, quo non potest ab officio suo vlla honesta necessitas occupare, fas non est a salubri cessare.

XV. Re-

A consecrator extiterit, factum suum ipse dissoluet.

IIII. Sed & quod quis cōmisit illicite, aut a decessoribus suis inuenit admissum, si proprium periculū vult vitare, dānabit, nos eñ in nullo volumus seueritatē violationis exercere. Sed qui in causis dei vel contumacia, vel in aliquo excessu deliquerit, aut ipse, q̄d perperā fecit, abolere noluerit, in se, quicq̄d in alium nō resecarit, inueniet. Quod vt deinceps possit tenacius custodiri (si placet) sentētias, causas, & subscriptiones proprias omnes commodatæ, vt synodali iudicio aditus claudatur *illicitis. Ab vniuersis episcopis, & pbr̄is adclamatum est. Exaudi Christe. Hilario vita, dictū est. VI. Hæc & confirmamus, & hæc docemus. D. est. VIII. Hæc tenēda sunt, hæc seruāda sunt. D. est. V. Doctrinæ vestræ gratias agimus. D. est. X. Ista vt in perpetuum seruentur, rogamus. D. est. XV. Ista per sanctum Petrū, vt in perpetuum seruētur, optamus. D. est. VIII. Hæc præsumptio nunquā fiat. D. est. X. Qui hæc violauerit, in se inueniet. D. est. VII. Et facto silentio. Hilarius episcopus dixit.

*als, illicitus.

V. Præterea, fratres, noua & inaudita, sicut ad nos, missis de Hispaniis epistolis, sub certa relatione peruenit, in quibusdā locis peruersitatū semina subinde nascūtur. Deniq; nonnulli episcopatum, qui non nisi meritis præcedentibus datur, non diuinum munus, sed hæreditarium putāt esse compendium, & credunt, sicut res caducas, B atq; mortales, ita sacerdotium, velut *legali, aut testamentario iure posse dimitti. Nam pleriq; sacerdotes in mortis confinio constituti in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare, vt, scilicet, non legitima expectetur electio, sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu. Quod quam graue sit, æstimate. Atq; ideo (si placet) etiam hanc licentiam generaliter de ecclesiis auferamus, ne (quod turpe dictu est) homini quisquam putet deberi, quod dei est. Vt autem, quod ad nos perlatum est, ad vestram etiam possit peruenire notitiam, Hispanorum fratrum, & coepiscoporum nostrorum scripta legantur. Paulus notarius recitauit.

*als, legatorio 8. q. 1. c. Pleriq; sacerdotes

¶ Epistola Tarraconensiū episcoporum ad Hilarium.

Beatissimo, & apostolica reuerētia a nobis in Christo colendo papæ Hilario Ascanius, & vniuersi episcopi Tarraconensis prouinciæ. Quam curam apostolatus vester de prouinciarum suarum sacerdotibus gerat, filio nostro illustri Vincentio, duce prouinciæ nostræ, referēte cognouimus, cuius impulsu votum nostrū in ausum scribendi prona deuotione surrexit. Ergo prouinciali literario sermone debita coronæ vestræ obsequia deferentes, his quæsumus, vt dignatione, qua cæteros, etiā humilitatem nostrā in orationibus vestris in mente habere dignemini, beatissime, & apostolica reuerentia in Christo a nobis colende pater, illud specialius deprecantes, vt fa C ctum nostrum, quod tam voto pene omnis prouinciæ, quam exemplo vetustatis in notitiam vestram defertur, perpensis assertionibus nostris roborare dignemini. Et cū *legeret, ab vniuersis episcopis, & presbyteris adclamatum est. Exaudi Christe, Hilario vita. Dictū est. X. Hæc præsumptio nunquam fiat. Dictū est. VI. Quæ dei sunt, ab homine dari non possunt. Dictū est. VI. Per dominū Petrum, rogamus, vt in perpetuum seruentur. Dictum est. VI. Hæc vt reseruentur, rogamus. Hilarius episcopus dixit, Lege. Paulus notarius recitauit. Episcopus Barchinonensium ciuitatis sanctus Nundinarius sortem expleuit conditionis humanæ. Hic episcopo venerabili fratri nostro Irenæo, quem ipse antea in diocœsi sua nobis volentibus cōstituerat, derelinquēs ei, quod potuit habere paupertas supremæ volūtatis arbitrio, in locum suum vt substitueretur, optauit, sed defuncti iudicium in eius meritum non vacillat. Et cum *legeret, Probus episcopus, e consessu surgens, dixit. Illud licuit, hoc non licuit. Successores deus dat. Authoritate vestra resistite huic rei per apostolatum vestrum. Hilarius ep̄s dixit. Percurre q̄ cœperas. Paulus notarius recitauit: Siq̄dē oīs clerus, & plebs eiusdem ciuitatis, & optimi, & plurimi prouinciales, vt idē eius locū obseruaret, a nobis sperauerūt, dato cōsensu. Nos cogitātes defuncti iudiciū, & probātes eius vitā, & eorū nobilitatē, atq; multitudinē, q petebāt, simul & vtilitatē ecclīæ memoratæ, optimū duximus, vt tāto sacerdoti, q ad diuina migrauerat, nō minoris meriti substitueret antistes, p̄sertim cū ecclesia illius municipii, in q̄ añ fuerat ordinat⁹, semp huius ciuitatis ecclesiæ fuisse diocœsis cōstet. Ergo suppliciter precamur apostolatū vestrū, vt humilitatis nr̄æ q̄d iuste a nobis videt factū, vestra authoritate firmetis. Iādudū sane questi fueram⁹ literis no-

*als, legeretur

*als, legeretur

ris nostris de præsumptione Syluani episcopi, & miramur, quod nulla apostolatus vestri responsa suscepimus. Nunc hæc eadem suggerẽts, petimus, vt quid super his rebus obseruãdum sit, apostolicis sermonibus nos dignemini informare. Et ne forsitan per negligentiã portitoris, aut per longinqui itineris difficultatẽ humilitatis nostræ ad vos scripta nõ potuerint ex hoc negotio peruenire, etiam suggestionem nostrã maluimus iterare. Et subscriptio: Orãtem pro nobis sanctum apostolatum vestrum iugi æuo diuina conseruet æternitas nobis oĩbus, & ecclesiæ suæ, dñe *vere noster, & aplicæ papa. Hilarius epũs dixit: Alia episto recitetur, Paulus notarius recitauit.

als, venerãde

¶ Epl'a secunda Tarraconeñ. episcopoꝝ ad Hilarium papam.

DOmino beatissimo, & apostolica reuerẽtia à nobis in Christo colendo papæ Hilario Ascanius epũs, & vniuersi epi Tarraconensis prouinciæ. Etiam si nulla *extaret necessitas ecclesiasticæ disciplinæ, expetẽdum reuera nobis fuerat illud priuilegium sedis vestræ, quo susceptis regni clauibus, post resurrectionẽ saluatoris per totum orbẽ beatiss. Petri singularis prædicatio vniuersoꝝ illuminationi prospexit, cuius vicarij principatus, sicut eminet, ita metuendus est ab oĩbus, & amãdus. Proinde nos deum in vobis primitus adorantes, cui sine querela seruitis, ad fidẽ recurrimus apostolico ore laudatã, inde responsa quærentes, vnde nihil errore, nihil præsumptiõe, sed pontificali totum deliberatiõe præcipitur. Cum hæc ita se habeãt, est tñ inter nos falsus frater, cuius præsumptionẽ, sicut diutius tacere nõ licuit, ita & loqui futuri iudicij necessitas imperauit. Syluanus qdem, epũs Calaguræ, in vltima parte nostræ prouinciæ cõstitutus, diuinatiões sibi indebitas vsurpãdo, humilitatẽ nostram ad hoc vsqꝫ pduxit, vt contra eius vanissimã superstitionẽ sedis vestræ vnicum remediũ flagitemus. Hic nãqꝫ iam ante septẽ, aut octo amplius annos postponens patrum regulas, & vestra instituta despiciens, nullis petentibus populis epm ordinauit, cuius præpropeꝝ factũ existimantes fraterna, & pacifica posse admonitione sanari, profecit in peius. Deniqꝫ cõtra vetustatem canonum, contra synodi constituta alterius fratris nostri pbri, spũ tm̃ præsumptionis accensus, in eodem loco, q illi fuerat destinatus, cui inuito & repugnanti imposuerat manus, & q nostro iam cętui fuerat adgregatus, epũm fecit. Hinc factum est, vt de eius miserrima temeritate ad nos Cæsaraugustanæ vrbis epũs frater noster vniuersa referret, cuius diligentia, & solicitudo admodum prospexerat, si in aliquo profuisset. Siqdem cunctis in vicinia positis episcopis, ne se schismatico adiungerent, frequẽtissime cõtradixit, sed obstinatione damnabili, totum, quod erat illicitum, & quod nobis pudor est dicere, nõ erubuit solus ille cõmittere. Proinde qa his præsumptionibus, quæ vnitatem diuidunt, quæ schisma faciunt, velociter debet occurri, quæsumus sedẽ vestrã, vt quod super hac parte obseruare velitis, apostolicis affatibus instruamur, quatenus fraternitate collecta prolatis in medium venerandæ synodi constitutis, cõtra rebellionis spm̃ vestra authoritate subnixi, quid oporteat, & de *ordinatione, & de ordinato fieri, intelligere (deo iuuante) possimus. Erit profecto vester triumphus, si apostolatus vestri tẽporibus, quod sancti Petri cathedra obtinet, catholica audeat ecclesia, si nouella zizanioꝝ semina fuerint extirpata. Et subscriptio: Orantem pro nobis sanctũ apostolatum vestrum iugi æuo diuina cõseruet æternitas. Ab vniuersis episcopis, & pbris adclamatum est. Vt hæc emendent rogamus. Dictum est. VI. Vt hæc *recidantur rogamus. D. est. VII. Vt disciplina seruet, rogamus. D. est. VIII. Vt antiquitas seruet, rogamus. D. est. V. Vt canones custodiãtur, rogamus. D. est. VII. Vt in præsumptoribus vindicetur, rogamus. D. est. VII. Ordinatio apostolica illibata seruetur. D. est. VIII. Exaudi Christe, Hilario vita. D. est. V. Dignus papa, dignus doctor. D. est. VIII. Hilarius epũs dixit: Acceptis, quę recitata sunt de oĩbus, nunc, frẽs, speciales sentẽtias, deo vobis inspirãte, depromite. Maximus eps ecclïæ Tauritanæ dixit: In custodiẽdis oĩbus, quæ ad *sacras ordinatiões pertinẽt, disciplinis, melius sentẽtiæ meę professione *denuntio, nihil a me vnq̃ eoꝝ, quæ prohibita sunt, esse faciẽdum. De reliquis censeo, vt quisqꝫ talia fecerit, aut detecta in ecclesiis resecare noluerit, nouerit se graues causas in apostolicæ sedis iudicio reddituꝝ, in quo illi necesse erit subire sententiam. Ingenuus epũs Ebredunensis dixit: Mihi quoqꝫ eadẽ de oĩbus partibus sñia est, qua me *ipse constringo, ne quid a me vnquã de his, q̃ sunt interdicta, tentetur, qa noui statum, & professionem meã. De cæteris etiã censeo, vt quisquis statutorum transgressor

alias, dictaret · *Matth. 16. c* · *Romañ. 1. a* · *alias, ordinatore* · *als, resecẽtur* · *alias, sacræ ordinationis ptinẽt disciplinã* · *alias, definio* · *als, ipsum.*

A gressor extiterit, sciat se ecclesiasticæ regulæ laqueis innodari, & reatũ apl'icæ sedis incurrere. *Paulus eps Aquæuiuæ dixit: Ego q̃q; simili me lege cõstringo, & de cæteris, qui transgressores fuerint, pariter censeo, ne eis sine periculo sui quicquã tale tẽtare liceat, quod merito debeat vindicari. Primus eps ecclesiæ Atellanæ dixit: Hoc & ego censeo obseruandũ. Palladius eps ecclesiæ Salpinatis dixit: Nihil me cõtra disciplinam ecclesiasticã, vel statuta sanctorũ canonum factuɼ esse polliceor. Tiberius eps ecclesiæ Sabinensis dixit: Profiteor me statuta sedis apostolicæ in omnibus custodire, & si in ecclesia mea clericorũ aliquem contra p̃cepta sanctorũ canonũ deprehendero aut mulierem duxisse, aut duas habere vxores, ab ecclesiastico officio separari. Ab vniuersis epis dictum est. Sententias fratrum omnes sequimur, omnes confirmamus, & obseruandas esse decernimus. Exaudi Christe, Hilario vita. Dictũ ẽ. VI. Quæ male admissa sunt, per te corrigãtur. Dictũ est. VIII. Quod nõ licet, nõ fiat. Dictũ est. VIII. Hilarius episcopus ecclesiæ vrbis Romæ synodo præsidens dixit: Quoniã præsentis definitionis formam, quæ secundum sanctorum est statuta sententiam, in omnium ecclesiarum notitiam peruenire decernimus, ne cuiquam pro sui possit ignoratione licere, quod nõ licet edere, gesta notariorum solicitudo curabit.

als, Paulinus

B

¶ Capitula epistolæ sequentis.

¶ Finiunt capitula.

Hilarius episcopus Ascanio, & vniuersis epis Tarraconeñ. prouinciæ. Postq̃ literas vestræ dilectionis accepimus, quibus præsumptiones Syluani episcopi Calagurensium ecclesiæ retundi petistis, & rursum Barcinonensium queritis nimis illicita vota firmari, Honoratorũ, & Possessorum Turiassonensium, Cascantensiũ, Calaguritanorum, Virgiliensium Triciensium, Legionensium, & Ciuitatensium, cũ subscriptiõibus diuersorũ literas nobis cõstat ingestas, per quas id, quod de Syluano querela vestra deprompserat, excusabant. Sed reprehensione iustissima eorũ pariter iusta allegatio nõ carebat, qa præter conscientiã metropolitani, fratris, & coepiscopi nostri Ascanij, nõnullis ciuitatibus ordinatos claruit sacerdotes. Vnde quoniã, quicqd ab alterutra parte est indicatũ, omĩ videmus puersitate cõfusum, temporũ necessitate perspecta, hac ratione decernimus ad veniã pertinere, quod gestum est, vt nihil deinceps cõtra p̃cepta beati apostoli, nihil cõtra Nicenorũ canonum constituta tentetur.

C

1.q.7.c. Omĩ quicquid
1.Timor.3.b & Heb.10.b.
Nic.cõc.c.4. &.6

¶ Capitulum primum.

Hoc autem primũ iuxta eorundẽ patrũ regulas volumus custodiri, vt nullus prę ter notitiã, atq; cõsensum fratris Ascanij metropolitani, aliquatenus consecretur antistes, quia hoc & vetus ordo tenuit, hoc trecentorum decem & octo sanctorum patrum definiuit authoritas, cui quisquis obuias tetenderit manus, eorũ se consortio fatetur indignum, quorum præceptionibus resultarit.

II. In quorũ cõtumeliã a superbo spũ etiã pars illa contẽnitur, *quæ veret, ne quis relicta ecclesia sua ad alterã transire præsumat. Quod nimis improbe conniuentibus, &, vt doleatur grauius, vobis adserentibus, Irenæus episcopus conatur admittere *qui nostra authoritate *reuocari cupitis, quos maxime de rebus illicitis magna indignatione probatis accendi. Lectis ergo in conuentu fratrum, quos natalis mei festiuitas congregarat, literis vestris, quę de ordinandis episcopis secundum statuta canonũ, vel prædecessorum meorum decreta sunt, prolata sententia gestorum, quæ pariter direximus, tenore discetis.

alias, qua vetatur.
Sardic. conc. ca.1.&.2
alias, Quod, vel, quæ
als, roborari

III. Vnde remoto ab ecclesia Barcinonensi, atq; ad sua remisso Irenæo epo, sedatis per sacerdotalẽ modestiã volũtatibus, quæ p ignorantiã ecclesiasticarũ legum desiderant, quod non licet obtinere, talis protinus de clero proprio Barcinonensibus epũs ordinetur, qualem te pręcipue, frater Ascani, oporteat eligere, & decet cõsecrare, ne si

7 q.1.c. Remoto

alias, aliter / alias, retũdat

ne si* similiter forte factum fuerit, non sine obiurgatione tui maxime nominis* retundat nostra præceptio, quod in iniuriam dei, à quo specialiter sacerdotalium est grã dignitatum, didicerimus admissum. Nec episcopalis honor hęreditarium ius putet, quod nobis sola dei nostri benignitate Christi confertur. D

alias, nec in secundæ coniugis / Leuit. 21. c / Ezech. 44. f / 1. Timo. 3. a / alias, perspiciendum.

IIII Ordinatos ergo nũc epõs, q licet, dũ te ignorãte prouecti sunt, cũ suis authoribus meruerint submoueri, hac rõne firmamus, si nec viduarũ maritus fuerit quisquã, *& in vnius virginis nuptias, ac vota cõuenerit, sicut & legalia cõstituta pcipiũt, dicẽdo: Sacerdos virginẽ vxorẽ accipiat, nõ viduã, nõ repudiatã, scdm quod etiã beatus aplus Paulus, magister gẽtium, de his, q fieri desiderant sacerdotes, propria institutiõe nõ tacuit, dicẽs: Vnius vxoris virum, cuius sane tenore sentẽtiæ ita informati esse debetis, frẽs charissimi, vt inter cætera, quę cauẽda sunt, hæc studeatis pcipue custodire, quę cognoscitis ante vniuersa mãdari. In qbus etiã* prospiciẽdũ ẽ, ne duo simul sint in vna ecclesia sacerdotes, nec lrarũ ignarus, aut carẽs aliqua parte membrorũ, vel etiã ex pœnitẽtibus aliqs ad sacrũ ministeriũ prorsus sinatur accedere. Nec tñ putetis petitiões valere populorũ, vt cum his parere cupitis, voluntatem dei nostri, quæ nos peccare prohibet, deseratis. Cuius indignatio ex hoc grauius cõmouet, quia benignitas eius, dum fiunt illicita per eos, qui sunt interpretes placationis, offenditur.

V Vt autem oĩa scdm hæc, quæ scripsimus, corrigant, præsentes literas Traiano subdiacono nostro veniẽte direxemus. Quod si Irenæus eps ad ecclesiã suã, deposito improbitatis ambitu, redire neglexerit, quod ei nõ iudicio, sed humanitate præstabit, remouẽdum se ab episcopali cõsortio esse cognoscat. Deus incolumes vos custodiat frẽs charissimi. Dat. iij. Kal. Ianuarij* Basilico & Herminerico, vv. cc. conss. E

alias Basilisco

¶ Horum cõsulum Cassiodorus meminit anno. cccc. lxvij. Et Marianus Scotus ad euãgelij veritatem. cccc. lxxxvij. Iuxta vero Dionysii cyclum. cccc. lxv.

¶ Epistola Hilarij papæ, ad Leontium Veranum & Victurium episcopos.

Dilectissimis fratribus Verano, Leontio, & Victurio epis Hilarius papa. Mouemur rõne iustitiæ, quæ licet ab oĩbus, q recta sapiunt, debeat custodiri, tñ præcipue dñi sacerdotibus nõ est temere negligẽda, quorũ cæteros informari conuenit institutis. Frater igit & coepũs noster Ingenuus Ebredunensis Alpium maritimarũ prouinciæ Metropolitanus semp honore subnixus, in prẹiudiciũ suũ, sicut adnexa declarauit querimonia, quædã nos petẽte fratre & coepo nostro Auxamio statuisse commemorat, quæ vniuersis in hac eadẽ causa defensiõibus cõtrairent. Siqdem relatiõibus in nostro iudicio recensitis, quas frater & coepũs noster Veranus ad sanctæ memoriæ decessorẽ meũ cum cæteris prouinciæ sacerdotibus misit, & aplicæ sedis, quæ tũc directa fuerat, patefacta respõsiõe manifestatũ est, nihil postea debuisse tẽtari, nec ad iniuriã synodaliũ regularũ quicq̃ per obreptionẽ, quæ proxime facta est, oportere constitui. Nam licet ex hoc etiã, quod a nobis est elicitũ, censeat infirmũ, q ex ipo insinuatum est exequi voluisse, q̃ meruit, tñ ne odio vel grã moueamur, quæ in causarũ disceptationibus esse nõ debet, ita vestræ charitati cognitionẽ adnexæ querimoniæ delegamus, vt nihil aduersum venerãdos canones, nihil cõtra sanctæ memoriæ decessoris mei iudiciũ valeat, quicqd obreptum nobis esse cõstiterit. Nolumus nãq; (frẽs charissimi) ecclesiarũ priuilegia, quæ semp sunt seruãda, cõfundi, nec in alterius prouincia sacerdotis alterum ius habere pmittimus, qa per hoc nõ minus in sanctarũ traditionũ delinquit sanctiones quã in iniuriarum ipsius dñi prosilitur, cũ expectatio fructus nostri ministerij nõ in latitudine regionum, sed in acquisitione ponit animarũ. Habeat itaq; põtificium frater & coepũs noster Ingenuus prouinciæ suæ, de cuius dudum ab apostolica sede est illicita cessione culpatus, & custoditis oĩbus, quæ super ecclesiis Cemeliensis ciuitatis, vel castelli Niceensis (sicut diximus) sanctæ memoriæ decessoris mei definiuit authoritas, nihil ecclesiarum iuri noceat, quod in alterum memoratorum, a pręedicto fratre ad excludendam cupiditatem quendam modum prohibuit ambitionis alienæ, proxime est episcopus consecratus, sed statutæ correctionis forma permaneat, vt ad vnius antistitis regimen prædicta loca reuertantur, quæ in duos diuidi non decuit sacerdotes. Dominus vos incolumes custodiat, fratres dilectissimi. F

¶ Epla

A ¶Epistola Hilarij papæ ad Ascanium episcopum.

Dilectissimo fratri Ascanio Hilarius episcopus. Diuinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, qui nos per dignationis suæ misericordiã ob hoc ad fastigiũ sacerdotale prouexit, vt mãdatis ipsius inhærẽtes, & in quadã* sacerdotij eius specula constituti, prohibeamus illicita, & sequẽda doceamus. Vnde directis p Traianũ subdiaconũ nostrũ literis admonemus, vt, quæ male sunt facta, corrigant. Et miramur admodũ dilectionẽ tuã Barcinonensiũ petitiones non solũ nulla authoritate retundisse, verũetiã, directis ad nos literis,* consummationẽ praui desiderij postulasse, adhibẽdo in epistolarũ procemio concilij mentionẽ, tanq̃ culpæ minuerent excessus per multitudinẽ * imperitorũ, cũ si etiam sub significatione vnusquisq; sui nominis tecũ pariter retulisset, & subscriptiones proprias factas singuli cõmodassent, dilectionẽ tamẽ tuã rei, de qua displicet, summa tangebat, quia pro loco & honore tibi debito cæteri sacerdotes docendi fuerãt, non sequẽdi. Vnde, sicut in gñalibus lrĩs indicaui, Hireneus ad propriã reuertat ecclesiã, & Barcinonẽsibus de suo clero protinus cõsecret antistes, cui tñ statuta canonũ, & apostolica p̃cepta concordẽt. Et licet hi, q propter notitiã atq; cõsensum tuæ dilectionis ordinati sunt sacerdotes, cũ suis debuerint authoribus submoueri, ne q̃d tñ in tanta necessitate decernamus austerũ, eos, q epĩ facti sunt, ita volumus pmanere, vt in apostolicis p̃ceptionibus, & statutis sanctorũ patrũ nõ reperiant obnoxij, ac deinceps nihil, q̃d contra disciplinã ecclesiasticã veniat (sicut hactenus factũ est) perpetret. Tuæ solicitudinis est, frater charissime, oĩa debita tibi authoritate tueri, & illicitis nõ modo nõ p̃bere assensum, sed etiã cuncta, q̃ cõtra regulã facta reppereris, coercere, atq; ante oĩa, q̃ sola vnitate decernimus, Hireneũ ad ecclesiã suã redire cõpelle. Ad quã sponte potius *redire debebit, si a sacerdotali cõsortio non metuit separari. Nec vnius ecclesiæ duo eẽ permittant antistites, q̃d opportunius supradicti subdiaconi fieri delegamus instantia, quẽ etiã pro conseruãda ecclesiæ disciplina commeare ad Hispanias, dispositionis nostræ fecit authoritas. Deus aũt incolumem te custodiat, frater charissime.

B (margin)

al's, sacerdotiũ — al', cõsensionẽ — al', impetitorũ — al', remeare

¶Decretũ Hilarij papæ iuxta Gratianũ, q̃d in prioribus non ponitur.

Corpus Christi in singulis portionibus, singuli totũ accipiunt.

Vbi pars est corporis, est & totũ. Eadẽ ratio est in corpore dñi, quæ in manna, q̃d in eius figura præcessit. De quo dicitur: Qui plus collegerat, nõ habuit amplius, neq;, qui minus parauerat, habuit minus. Non em̃ est quantitas visibilis in hoc æstimanda mysterio, sed virtus sacramenti spiritualis.

De cõs. dist. 2 Vbi pars est — Exodi. 16. d

¶Aliud decretũ eiusdem ex codice librorũ. xvi. ca. xix.

C De contentiosis.

Si quis videtur contentiosus esse, dicente Apostolo, nos talem consuetudinẽ nõ habemus, sed neq; ecclesia dei, si quis facit, notetur, vsquequo se corrigat.

1. Corĩ. 11. c

Finis decretorum Hilarij papæ.

DECRETA SIMPLICII PAPAE.

Ex libro pontificali.

Simplicius natione Tiburtinus, ex patre Castino, sedit annos. xv. mensem vnum, dies. vij. Hic dedicauit basilicam sancti Stephani in Cælio mõte in vrbe Roma. Et basilicam beati apostoli Andreæ iuxta basilicã sanctæ Mariæ, & aliam basilicam sancti Stephani iuxta basilicam sancti Laurẽtij. Et aliam basilicã intra vrbẽ Romã iuxta palatium Licinianum beatæ martyris Bibianæ, vbi corpus eius requiescit. Hic constituit ad sanctũ Petrum apostolũ, & ad sanctũ Paulum apostolũ, & ad sanctũ Laurentium martyrem hedomadas, vt presbyteri manerent ibi propter pœnitẽtes, & baptismum. Regionẽ tertiam ad sanctũ Laurentium, regionem primã ad sanctũ Paulum, regionem sextam vel septimã ad sanctũ Petrum. Sub huius episcopatu venit relatio de Græcia ab Acatio Constãtinopolitano episcopo, & affirmauit Petrum Alexandriæ vrbis Eutychianistã hæreticũ, facta petitione ab Acatio episcopo, chirographo

constructa. Eodem tempore fuit ecclesia, hoc est, prima sedes apostolica, executrix. Tunc Simplicius præsul hoc audiens, damnauit Petrum Alexandrinum (de quo Acatius innumerabilia crimina affirmabat) ita tamen, vt pœnitentiæ reseruaret tempus. Eodẽ tpe rescripsit Timotheus catholicus & Acatius, dicentes, ꝙ etiã in mortẽ Protherij catholici Petrus esset permixtus. Tunc archiepũs Simplicius dissimulans, nunquã rescripsit Acatio, sed damnauit Petrum, expectans tẽpus pœnitentiæ. Hic fecit in ecclesia Romana scyphũ aureum pensantem libras. v. Cantharos argenteos ad beatum Petrum. xvi. pensantes singuli libras. xij. Hic fecit ordinationes in vrbe Roma. iij. per mẽsem Decembrem & Februariũ, presbyteros. lviij. diacones. xi. epos per diuersa loca numero. xxxvi. Hic sepultus est in basilica beati Petri apostoli. vi. Nonas Martij, & cessauit episcopatus dies. vi. D

DECRETA SIMPLICII PAPAE AD ZEnonem Spalensem epm, de cõmissa vice apostolicæ sedis. Epl'a. I.

Dilectissimo fratri Zenoni, Smplicius. Plurimorũ relatu comperimus, dilectionẽ tuam feruore spũs sancti ita te ecclesiæ gubernatorem existere, vt naufragij detrimẽta, deo authore, non sentiat. Talibus idcirco gloriantes indicijs, congruũ duximus, vicaria sedis nostræ te authoritate fulciri, cuius vigore munitus, apostolicæ institutionis decreta, vel sanctorũ terminos patrũ nullo modo transcendi permittas, qm̃ digna honoris remuneratione cumulandus est, per quem in his regionibus diuinus crescere innotuit cultus. Deus te incolumem custodiat, frater charissime. E

¶ Epl'a. II. Simplicij papæ, ad Iohannẽ Rauennatem epm.

Simplicius epũs Iohanni epo Rauennati. Si quis esset intuitus ecclesiasticæ disciplinæ, vel si qd apud te sacerdotalis modestiæ teneretur, nunq̃ plectibiles perpetrarẽtur excessus, a qbus, si nullo te paternarũ regularũ poteras continere ꝑcepto, saltem sanctæ memoriæ ꝑdecessoris tu[i] fueras reuocandus exemplo. Qui cũ minus deliquisset faciendo pbr̃m inuitũ, senserat tamẽ dignũ pro tali vsurpatione iudiciũ. Vbi ista didicisti, quæ in fratrẽ & coepiscopũ nostrũ Gregoriũ non electione, sed inuidia perpetrasti, quẽ inexcusabili violentia pertrahi ad te passus es, atq; vexari, vt ei honorẽ tantum, non per animi tranquillitatẽ, sed per amentiã (sicut dicendum est) irrogares? Neq; eñ talia potuissent fieri sanitate consilij. Nolumus exaggerare, quod gestũ est, ne cogamur iudicare, quod dignũ est. Nã priuilegiũ meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. Sed vna nos ratio facit esse sentẽtiæ mollioris, quã maluimus te, fratre & coepiscopo nostro Proiecto referente, cognoscere, non nostris literis propter opprobrium publicare. Nã scandalum, cuius author agnosceris, ita moderatio nostra cõpescuit, vt frater & coepiscopus meus Gregorius (quẽ non prouectũ cõstat esse, sed pulsum) nullã causam (sicut petijt) tecũ habiturus, Mutinensem gubernet ecclesiã, & contuberniũ * spiritale, quod sortiri nõ oportebat inuitũ, nõ recuset amplecti. Cui, si qd negotij forsitan emerserit, nostrũ * ex eo vel cõtra eũ petatur examen. Necessitatibus etiã, quas (faciente te) cõpellitur sustinere, hac definitione consulemus, vt refuso ꝑdio, quod ante annũ * sibi datũ esse cõmemorat, atq; ad ecclesiam Rauennatẽ reuerso, possessio in Bononiensi. xxx. solidorũ, * redditus liberorũ sine dubitatione tradat in diẽ. s. vitæ eius, saluo proprietatis iure Rauẽnatis ecclesiæ, ad quã post ꝑdicti obitũ reuertet. Quod si nõ fuerit nostris paritũ constitutis, quid post transgressionẽ maneat cõtumacẽ, ipse perpendis. Denũtiamus aũt, ꝙ si post hac quicq̃ tale ꝑsumpseris, & aliquẽ seu epm, seu pbr̃m, seu diaconũ inuitũ facere forte credideris, ordinationes tibi Rauẽnatis ecclesiæ, vel Emiliensis noueris auferendas. Data. iij. Kaleñ. Iunij, Seuerino viro claris. cons. F

xi. q. 3. Priuilegiũ oino. Et est vbũ Grego. i registro.

al's, speciale

al's, ab

alias, ibi

al's, reditum, vel, redituũ

25. q. 2. Denũtiamus aũt.

¶ Huius consulis annum quære in epistola secunda post istam.

¶ Epistola tertia Simplicij papæ, ad Florentiũ, Equitium, & Seuerũ epos.

Simplicius epũs, Florentio, Equitio, & Seuero epis. Relatio nos vestræ dilectionis instruxit, & gestorũ series plenius intimauit, Gaudentium Aufiniensis ecclesiæ sacerdotẽ cõtra statuta canonũ, ac nr̃a ꝑcepta ordinatiões illicitas ꝑpetrasse, quarũ illi totã penitus auferri ꝑcipimus potestatẽ. Scripsimus eñ ad Seuerũ fratrẽ & coepm nostrũ, vt, si necesse fuerit, ipse in supradicta ecclesia, cõsideratis patrũ regulis, hoc fungat officio

A officio, quo ille abusus esse conuictus est, ita vt hi, q illicite ab eodẽ sunt prouecti, ab ecclesiasticis ministerijs sint remoti. Simul etiã de redditibus ecclesiæ vel oblatione fidelium, qd deceat nescienti, nihil licere permittat, sed sola ei ex his * quarta portio remittatur. Duę ecclesiasticis fabricis, & erogatiõi peregrinorũ, & pauperũ profuturæ, ab*Onagro pbr̃o sub periculo sui ordinis ministrentur, vltima inter se clericis pro singulorũ meritis diuidať. At vero ministeria ecclesiæ, q̃ alienata cõperimus, reparare p̃sumptor p̃dicti fratris cõpellať instãtia, cui etiã hoc specialiter p̃cipimus imminere, vt tres illas portiones, quas per trienniũ dicitur sibi tantummodo vindicasse, restituat. Data. *xiij. Kaleñ. Decembrium post consulatum Leonis augusti.

12.q.2.de redditibus eccl'ię

alias, vna

als, Bonagro

12.q.2, de redditibus eccl.

alias, xiiij

¶ Anni istius meminit Gregorius Haloander, anno. cccc. lxxvij. Et Marian⁹ Scotus, anno ad euãgelij veritatẽ. cccc. xcvij. iuxta vero cyclũ Dionysij. cccc. lxxv.

¶ Epistola quarta Simplicij ad Acatium.

Dilectissimo fratri Acatio, Simplicius. Cogitationũ ferias nõ habemus, nec enim quiescere nos causa permittit, quã si relinquamus Chr̃o dño nr̃o, cuius interest, inexcusabiles sumus. Et mirũ est, dilectionẽ tuã totemẽsis tẽporibus, & tot opportunitatibus inde venientibus, nihil nos de Alexandrina ecclesia, q̃ tã grauiter quatiť, instruere voluisse, cum monere te, nec increpatio nr̃a destiterit, vt, participata solicitudine, literas meas apud Christianissimũ principem p̃sentibus tuæ dilectionis prosequereris alloquijs, & instituti veteris memor, in orthodoxorũ defensionem nobiscum sic semper incumberes, ne quisquã nostrum, Christiana plebe pereunte, reatũ deditiõis incurrat. Vnde hortamur dilectionẽ tuã, vt opportune atq; importune pijs auribus insinuare nõ desinat, q̃tenus Alexandrinæ ecclesiæ pax optata reddať, & celeriter vigilantiæ tuæ prouẽtus inducatur. Data. viij. Idus Nouẽb. Seuerino cõsule directa p Restitutũ.

B

¶ Huius cõsulis meminit Gregorius Haloañ. anno. cccc. lxxxiiij. Et Marian⁹ Scotus ad euangelij veritatem. d. iiij. iuxta aũt Dionysii cyclum. cccc. lxxxij.

¶ Rescriptũ Acatij ad Simpliciũ vrbis Romæ archiepiscopum.

Domino sancto patri archiep̃o Simplicio, Acatius. Solicitudinẽ omniũ ecclesiarũ secundũ Apostolũ circũferentes, nos indefinẽter hortamini, q̃uis sponte vigilantes ac p̃currẽtes, sed vos diuino zelo solicitos demõstratis statũ Alexandrinæ ecclesiæ certius requirẽtes, vt pro paternis canonibus suscipiatis laborẽ pijssimo stillantes sudore pro his, sicut semp est approbatũ. Sed Chr̃s deus nr̃, q diligẽtibus se in bonũ cooperať, nr̃is cogitationibus insidẽs, & vnã nobis in his mentẽ, atq; eandẽ gloriã esse cognoscens, omnẽ victoriã ipse perficit, cõsortes nos cũ tranquillissimo principe faciens, & Timotheũ quidẽ decessorẽ spirantẽ procellas, & ecclesiasticã tranquillitatẽ (sicut apparuit) cõturbantẽ, vitæ subtraxit humanæ, dicẽs ei: Tace, & obmutesce. Petrũ quoq;, qui ab Alexandria, more similis procellæ surrexerat, dissipauit, atq; in*æternã fugã (sancto spũ flante) cõuertit, vnũ ex his, qui olim fuerant damnati. Sicut eñ in nostris archiuis vel concilijs inuentum est, & de nostris scrinijs, si dignamini requirere, poteritis agnoscere, quæ de eodem subsequuta, ab Alexandrino episcopo Romã ad alterutrũ sint relata. Qui Petrus noctis existens filius, & operũ diei lucentium alienus apparens, omnino tenebras ad latrocinium congruas peragendũ quæsiuit, earumq; cooperator, veniens media nocte, adhuc iacente cadauere illius, qui paternos canones subuerterat, insepulto, subripuit in sedẽ, sicut ipse arbitratus est vno & solo præsente, & eo, qui cõsors illius insistebat insaniæ, ita vt propter hoc maioribus supplicijs subderetur, nec, quod sperabat, effectum est. Sed ille quidem de se ex parte vel minima*indicans, nusquam penitus omnino comparuit. Timotheus autem paternorum canonũ custos, qui Dauidicæ mansuetudinis exemplo subditur, & vsq; in finem patiens, atq; potestati propriæ restitutus a Christo, propriæ sedis honore lætatur, & spiritualium filiorum voces accipiens, gratiam curationis expectat, multiplicato in se honore a Christo principe sacerdotum, propter quem & tolerantiæ coronam sibimet relegauit. Attentius igitur oret vestra beatitudo & pro Christianissimo Imperatore, & pro nobisipsis. Nihil eñ prætermittitur eorum, quæ ad custodiam ecclesiasticę respiciunt disciplinę. Vniuersam fraternitatem, quæ vobiscum est in Christo, ego, & qui mecum sunt, salutamus. Et alia manu. In domino ora pro nobis, iustissime pater.

2.Corĩ.1.g

Roma.8.e

C

als, externã

alias, iudicãs

Finis decreti Simplicij papæ.

DECRETVM FELICIS PAPAE TERTII.

D

Ex libro pontificali.

FElix natione Romanus, ex patre Felice pbr̃o de titulo Fasciole, sedit annos. viij menses. xi. dies. xvij. Hic fuit tẽporibus Odoacris regis, vsq; ad tpa Theodorici regis. Hic fecit basilicã sancti Agapiti iuxta basilicã sancti Laurẽtij martyris. Sub huius ep̃atu iterũ venit relatio de Græcia, Petrũ Alexandrinũ reuocatũ ab Acatio Cõstantinopolitano. Tunc venerabilis Felix archieps̃ sedis ap̃licæ vrbis Romæ mittẽs defensorẽ cũ cõcilio sedis suæ, facto cõcilio dãnauit Acatiũ cum Petro. Post annos tres iterũ venit relatio ab Imperatore Zenone, vt pœnitẽs rediret Acatius. Tunc papa Felix misit duos ep̃os, Mesenũ & Vitalẽ, vt si inuenirẽt complicem Petri Acatiũ, iterũ damnarẽt eos, si non offerrent libellũ pœnitentiæ. Qui dum introissent in ciuitatẽ Heracleam, corrupti sunt pecunia data suprascripti ep̃i, & non fecerunt secundum præceptũ apostolicæ sedis. Venientes vero Romã ad sedẽ apostolicã, venerabilis Felix papa fecit synodũ, & facta discussione, inuenit ambos ep̃os (id est, Mesenũ & Vitalem) reos, & eiecit eos a cõmunione. Tunc Mesenus ep̃s non se tacuit corruptum pecunia, cui conciliũ concessit tẽpus pœnitẽtiæ. Hoc factũ est tpe Odoacris regis. Hic fecit ordinationes duas in vrbe Roma per mensem Decembrẽ, pbr̃os. xxviij. diaconos v. ep̃os per diuersa loca. xxxi. Hic sepultus est in basilica beati Pauli apostoli. Et cessauit episcopatus dies. v. Et post transitum eius factum est a presbyteris & diaconibus constitutum de omni ecclesia.

E

¶ Tituli capitulorum sequentis epistolæ decretalis.

¶ Exemplar gestorũ, quibus allegatũ est p̃ceptũ papæ Felicis.

FLauio Boetio viro clarif. conf. sub die. iij. Iduũ Martiarũ, in basilica Cõstantiniana, residẽte venerabili viro papa Felice, vnà cũ Candido Tiburtino, Paschasio Centumcelleñ. *Constantio Aquinati, Equitio Mattellicatensi, Philippo Numanati, Epiphanio Spoleti, Bono Ostiensi, Herẽnio Portuensi, Constãtino Trebiati, Agnello Torcelino, Constantino Capuano, Vrbano Fulginati, Seuero *Cassinati, Martiniano Formiano, Martiano Amerino, Cresconio Tudertino, Herculio Otriculano, Basilio Tollentinati, Maximo Blerano, Proiectitio Tarquinieñ. Petro Subaugustano, Maximino *Ferentanensi, Basso Ferentinati, Felice Antiatino, Innocentio Meuanateñ. Felice Anagnino, Benigno Aquæuiuensi, Andrea Gabinati, Decio Trium taberñ. Cypriano Nomentano, Athanasio Albanensi, Vitale Fundano, Petro Lorensi, Constãtio Sutrino, Felicissimo Sabinensi, Gaudentio Foroclodiensi, Bonifacio Veliterno, Asterio Foronouano, Romulo Prænestino, Victore Donato, Rustico & Pardalio Aphris episcopis. Et presbyteris, Rustico, Firmino, Castino, Simplicio, Laurentio, Vnicomalo, Laurentio, Canusio, Cassio, Petro, Leone, Eugenio, Ianuario, Martiano, Gordiano, Petro, Lepido, Maxentio, Epiphanio, Epiphanio, Asterio, Petro, Iustino, Felice, Alexandro, Redempto, Proiectitio, Bonifacio, Laurentio, Iouino, Epiphanio, Bono, Seruo dei, Petro, Seruãdo, Marcellino, Petro, Iuliano, Vrbico, Paulino, Petro, Valẽte, Petro, Asterio, Sorano, Valẽtino, Paschasio, Asterio, Asterio, Asello, Bonifacio, Petro, Smaragdo, Bonifacio, Sixto, Petro, Paschasio, Felice, Petronio, Laurẽtio, Fulgẽtio, Calisto, Romano, Iohãne, Valentino, Sebastiano, Martiniano, Epiphanio, Andrea, Petro, Opilione, Sebastiano, Romano, Domino, Agapeto, & Abundantio, Adstantibus quoq; diaconibus, Felix episcopus ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ, præsidens

F

ali. Cõstãtino

al. Casineñ.

al. Frẽtaneñ.

A sidens synodo dixit: Communis dolor, & generalis est gemitus, quod intra Aphricam rebaptizatos etiam epos, pbros, diaconosq; cognouimus, quæ res sine dubio ad vestræ quoq; peruenit notitiã sanctitatis. De quo quid obseruari debeat, ordinare nos conuenit. Proinde, vt manifesta sit super hoc nostra sententia, quæ nobis sunt visa recitentur.

Anastasius diaconus recitauit.

DIlectissimis in Christo Iesu fratribus, vniuersis epis per diuersas prouincias cõstitutis. Qualiter in Aphricanis regionibus astutia diaboli seuierit in populum Christianũ, atq; in id multiplici deceptione proruperit, vt nõ modo vulgus incautũ, sed ipsos q̃q; ĩ mortis profunda demerserit sacerdotes, nullus nõ orbis gemuit, nulla terra nesciuit. Vnde in grandi mœrore positi dissimulare nõ possumus, pereuntiũ, atq; a nobis exigendaꝶ discrimen aĩaꝶ. Quapropter cõpetẽs adhibenda est talibus medicina vulneribus, ne immatura curandi facilitas mortifera captis peste nihil prosit, sed segnius * tracta pnities, reatu nõ legitimæ curatiõis inuoluat pariter sau-ℓcios & medentes.

Capitulum primum.

IN primis itaq; venientis ad vos, & remediũ postulãtis solicite discutienda est professio, & persona decepti, vt medela possit cõgruens exhiberi. Et qui, satisfacturus deo per pœnitentiã, se rebaptizatũ legitime doluerit, vtrũ ad hoc facinus * concurrerit, an impulsus accesserit, requirat, sciens, q̃ se decipiat ipse, qui fallit, nihilq; per nostrã facilitatem tribunalis * excelsi iudicio derogari, cui illa sunt rata, quæ pia, quæ vera, quæ iusta sunt, & aliter necessitatis, aliter tractãda est ratio voluntatis. Deterior est aũt causa illius, qui forte pretio solicitatus est, vt periret. Nihil eñ intentatũ relinquit inimicus, cui ne de sua liceat gaudere captura, succurrendũ est irretitis, & cõterendus est venãtis laqueus, vt infucatũ lamentantibus lapsum, tã iustitiæ moderatione, q̃ cõpunctione pietatis, ad aulam, quã reliquerant, sit regressus. Nec pudeat forsitan, aut pigeat indictis ieiunioꝶ gemituumq; tẽporibus obedire, aut aliis obseruantiæ salubrioris obtemperare p̃ceptis, quia humilibus datur gratia, non superbis. Sit ergo ruinę suæ dolore prostratus, quisquis in Chřo fieri quærit electus, & per * dispositionis nostræ mysteriũ, quod vestram sequi conuenit charitatẽ. Nec alicui fas est vel velle, vel posse transcẽdere causas eius, qui contra apostolicã doctrinã ad iteratione̅ se baptismatis nimis infaustã dedidit, vel eius, qui aliquibus argumẽtis excusandũ callide propriũ putauerit esse consensum. Sacerdotali vigore & humanitate tractemus, vt in eis fides, quæ nisi est vna, iam nulla est, adiutorio dñi iudicis, ad salutẽ sine nostræ * operationis offensione reparetur, qa cũ peccatoris a nobis satisfactio protrahitur, non p̃ter laudẽ nostrã atq; lætitiam mens eius ad veniã purgatior inuenitur. Et ideo memineritis, hãc sup his nos habere sententiã, vt seruata discretione peccantiũ, nõ eadẽ cuncti, q lapsi sunt, lance pensent̃, qm̃ maioris castigationis exigendus est vsura, cui domus dñi commissa fuerit disciplina.

II. Vt ergo ab ecclesiæ summitatibus inchoemus, eos, quos epos, pbros, vel diaconos fuisse cõstiterit, & seu optãtes forsitan, seu coactos lauacri illius vnici, salutarisq; clarruerit fecisse iacturã, & Christũ, quẽ non solũ dono regenerationis verũetiã grã percepti honoris induerant, exuisse, cũ constet, neminẽ ad secundã tinctionẽ venire potuisse, nisi se palã Christianũ negauerit, & professus fuerit se esse paganũ. Quod cũ generaliter sit in oĩbus execrãdũ, multo magis in epis, pbris, diaconibus auditu saltẽ, dictuq; probatur horrendũ. Sed qa idẽ dñs atq; saluator clemẽtissimus est, & neminẽ vult perire, vsq; ad exitus sui diem, in pœnitẽtia (si resipiscũt) iacere conueniet, nec orationi non modo fideliũ, sed nec catechumenoꝶ omnimodis interesse, qbus coĩo laica tantũ in morte * reddẽda ẽ. Quã rẽ diligẽti⁹ explorare, vel facere probatissimi sacerdotis cura debebit.

III. De clericis aũt, & monachis, aut puellis dei, aut secularibus seruari p̃cipimus hunc tenorẽ, quẽ Nicena synodus, circa eos, qui lapsi sunt, vel fuerint, seruandũ esse cõstituit, vt scilicet, qui nulla necessitate, nullius rei timore, aut periculo, se, vt rebaptizent̃, hæreticis impie dediderunt, si tamen eos ex corde pœniteat, tribus annis inter audientes sint. Septem aũt annis subiaceant inter pœnitentes manibus sacerdotũ, duobus * aũt annis oblationes modis omnibus non sinãtur offerre, sed tantummodo * secularibus in oratione socientur. Nec confundatur deo colla submittere, qui non eum timuit abnegare. Quod si, vtpote mortales, intra metas præscripti temporis cœperit vitæ finis vrgere, subueniendum est imploranti, & seu ab episcopo, qui pœnitẽtiam dederit, seu ab

Marginal notes: als, tracta — B — aℓ, cucurrerit — vℓ, occurreris — alias, excelso — 1. Petri. 5. b — alias, dispensationis — C — De cõs. dist. 4 Eos quos ep. — Ibidem. — alias, redhibenda — Nic. cõc. c. 41 — De cõs. dist. 4 Eos quos. — alias, etiam — als, popularibus

aliō, qui tñ datā esse probauerit, aut similiter a pbr̄o viaticū abeunti de seculo nō neget, D

IIII. Pueris aūt, quibus, quod adhuc * imberbes sunt, a * pubertate vocabulū est, seu clericis, siue laicis, aut etiā similibus puellis, quibus ignorantia suffragatur ætatis, aliquandiu sub manus impositione detentis, reddēda communio est, nec eoꝝ expectanda pœnitētia, quos excipit a cohertione censura. Quod est a nobis prouide constitutū, ne hi, quibus in terreni labe contagij plus minusve restat ad vitā, dum adhuc in pœnitentia sunt, pœnitēda cōmittant. Quod si ante præfinitum pœnitētiæ tempus * despectus a medicis, aut euidentibus mortis pressus indicijs, recepta quisquā communionis gratia conualescit, seruemus in eo, quod Niceni canones ordinauerūt, vt habeatur inter eos, q in oratione sola cōmunicant, donec impleatur spatiū temporis eidem præstitutū, nec catechumenos nostros, qui sub tali professione baptizati sunt, * ꝑtermittimus, qa nō est causa dissimilis (sicut ijdē sancti canones ordinauerūt) eius, qui quolibet modo Christū, quē semel cōfessus, abiurarit, tribus annis inter audientes sint, & postea cū catechumenis permittant orare, p manus impositionē cōmunionis catholicæ grām percepturi, exceptis sane tantūmodo epis, pbr̄is, & diaconibus, q̄s solo mortis suæ tp̄e reconciliandos esse iā diximus. Cæteros, id est, seu clericos, siue monachos, seu laicos vtriusq; sexus ꝑsonas, q̄s * violētiæ periculis coactos iteratione baptismatis subisse cōstiterit, vel q aliquo cōmento huius se facinoris piaculo dixerint nō teneri, his pœnitētiā p trienniū durare decreuimus, & per manus impositionē ad societatem recipi eos sacramenti,

als, inuestes, vel, ipuberes, als, puritate

De cōs. dist. 4 Eos quos,

Forte, desperatus

Nic. cōc. c. 13

als, ꝑterimus

Nic. cōc. c. 14

alias, violētia ac periculis

E

V. Illo per omnia custodito, ne ex eis vnquam, qui in qualibet ætate, alibi q̄ in ecclesia catholica aut baptizati, aut rebaptizati sunt, ad ecclesiasticam militiam prorsus permittantur accedere. Quibus satis esse debet, quod in catholicorum numero sunt recepti, quoniam de suo ordine & communione videbitur ferre iudicium, quisquis hoc violauerit institutum, vel qui non remouerit eum, quem ex eis ad ministerium clericale obrepsisse cognouerit.

1. q. 7. Qui in qubet ætate.

VI. Curandū vero maxime, & omni cautela est prouidendū, ne quis fratrum, coepiscoporumq; nostrorū, aut etiam presbyterorum in alterius ciuitate, vel diocœsi pœnitentem, vel sub manu positum sacerdotis, aut eum, qui reconciliatum se esse dixerit sine episcopi, vel presbyteri testimonio, & literis, ad cuius pertinet parochiam, presbyter aut episcopus, in ciuitate suscipiat. Quod si aliqua dissimulatione negligitur, culpa tangit etiā clerum, qui in locis, in quibus hoc minus curatum fuerit, commoratur. His itaq; rite dispositis, & ad ecclesiaꝝ vestrarum notitiam * nostra deliberatione perlatis, parere vos conuenit, quibus, licet ad animaꝝ reparationem nihil deesse videatur, tamen si cui noui aliquid, & quod præterire nos potuit, fuerit reuelatū, secūdum beatum apostolum Paulum tacente priore fideliter insinuet, quia spūs sanctus vbi vult spirat, maxime cum sua causa tractatur, nec nos pigebit audire, &, si quæ sunt omissa, non arroganter abnuere, sed rationabiliter ordinare. Deus custodiat vos, dilectissimi fratres. Data Idus Martij, Diuamio & Sifidio viris clariss. conss.

al. nō h3, nr̄a deliberatiōe,

F

1. Cor. 14. f Iohan. 3. b

¶ Horum consulum anni meminit Marianus Scotus, anno ad euangelij veritatem. ccccc. x. iuxta vero Dionysii cyclum, anno. cccc. lxxxviij. Et Gregorius Haloander. cccc. xc.

¶ Epistola eiusdem ad Acatium Constantinopolitanū epm, qua eū condemnat propter Eutychianorum communionem.

FElix episcopus sanctæ ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ Acatio. Multarū transgressionū reperiris obnoxius, & in venerabilis concilij Niceni contumelia sæpe versatus, alienarū tibi prouinciarum iura temerarie vindicasti. Hæreticos, & peruasores, atq; ab hæreticis ordinatos, & quos ipse damnaueras, atq; ab apostolica sede petisti damnari, non modo communioni tuæ recipiendos putasti, verumetiam alijs ecclesijs, quod nec de catholicis fieri poterat, ꝑsidere fecisti, atq; etiam honoribus, quod non merebantur, auxisti. Testatur hoc Iohānes, quem a catholicis Apamiæ non receptū, pulsumq; de Antiochia Tyrijs præfecisti, & Humerius tunc de diaconio deiectus atq; Christiani nominis appellatione prauatus, a te etiam in presbyterij prouectus officium. Et quasi hæc minora tibi viderentur in ipsam doctrinæ apostolicæ veritatem ausus tuos, & superbiam tetendisti, vt Petrus, quē damnatū a sanctæ memoriæ decessore meo ipse retuleras (sicut testant annexa) beati euangelistæ sedem, te iubente

A bente, rursus inuaderet, & fugatis orthodoxis episcopis, & clericis, sui procul dubio similes ordinaret, pulsoq; eo, qui illic fuerat regulariter cõstitutus, captiuam teneret ecclesiam. Cuius tibi adeo grata persona est, & ministerium eius acceptum, vt epos, & clericos plurimos orthodoxos tunc Cõstantinopolim venientes detegaris affligere, & apocrisarios eius cõfouere, atq; anathematizãtem eundem Petrum Chalcedonẽsis decreta concilij, & violantem sanctæ memoriæ Timothei sepulturã, sicut ad nos certiores nũc quoq; nuntij detulerunt, per Mesenum, & Vitalem crederes excusandum, nec eum laudare desineres, & multis efferre prçconijs, ita vt damnationem ipsius, quã ante retuleras, veram non fuisse iactares. Tantum autem perseueras in hominis defensiõe peruersi, vt quondam epos, nunc vero honore & communione priuatos, Vitalem atq; Mesenum, quos ad eius expulsionẽ specialr miseramus, sublatos, custodie passus fueris mancipari, & ad processionem, quæ tibi cum hæreticis habetur, exinde productos, sicut eorũ professionibus patefactum est, ad hæreticorũ, tuamq; communionẽ, cõtempta, quæ vel gentiũ iure seruari debuit legatiõe, ptraheres, p̃mijsq; corrumperes, & in læsionem beati Petri apostoli, a cuius sede profecti fuerant, nõ solum inefficaces redire faceres, sed etiã impugnatores omnium, quæ fuerant mandata, mõstrares. In quorũ deceptionem tuam

B nequitiam prodidisti, & a libello fratris & coepi mei Iohannis, qui te grauissimis obiectionibus impetiuit, in apostolica secundum canones respondere diffidens, obiecta firmasti, Felicem quoq; defensorem fidelissimum nobis necessitate faciente serius subsequutum, indignum tuis censuisti oculis. Eos quoq; tecum literis communicare testatus, quos constat hæreticos. Quid enim sunt aliud, qui post obitum sanctæ memoriæ Timothei ad ecclesiã sub Petro redeunt, vel qui se ex catholicis eidem tradiderunt, nisi q̃ Petrus, qui ab vniuersa ecclesia, atq; a te fuerat iudicatus? Habe ergo cum his, quos libenter amplecteris portionẽ ex sententia præsenti, quã per tuæ tibi direximus ecclesiæ defensorem, sacerdotali honore & communione catholica, necnon etiam a fidelium numero segregatus, sublatum tibi nomen, & munus ministerij sacerdotalis, agnosce, sancti spiritus iudicio, & apostolica per nos authoritate damnatus, nec iam anathematis vinculis * eruendus. alias, exuẽdꝰ

¶ Felix papa Zenoni episcopo.

Dilectissimo fratri Zenoni Felix epũs. Filius meus vir clarissimus Terẽtianus ad Italiam dudum veniens, dilectionis tuæ singularis extitit prædicator, talemq; te esse vulgauit, * q ita Chri gratia redundares, vt inter mũdi turbines gubernator ecclesiæ præcipuus appareres. Quapropter (frater charissime) alias, q̃ ita

C cum ad prouinciam commearet, sedulæq; deposceret, nostras ad dilectionem tuam literas destinare, gratanter annuimus, quia & dignum deo sermone complecti cuperemus antistitem, & per eum maxime vellemus id fieri, cuius nobis fuerat laudibus intimatus. Quàmuis ergo sanctis operibus ex omni parte prædictam fraternitatẽ tuam vir præfatus astruxerit, multumq; fidutiæ de tua beneuolentia iam teneret, tamen æquum est, vt, quod desiderabat magnopere, consequatur, quatenus, qui tuis olim gratus est animis, contemplatione nostri reddatur acceptior, simulq; materna, & sacerdotali consolatione foueatur, peregrinationisq; præsidium pastorali pietate reperiat, vt vestræ dignitatis affectu appareat apud synceritatem tuam, nostrum quoq; non minimum salutaris valuisse colloquium. Deus te incolumem custodiat, frater charissime. Celius Felix episcopus sanctæ ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ, subscripsi. Data quinto Kalendas Augusti. Venantio viro clarissimo consule. Simul sexagintaseptem epcsopi absque papa subscripserunt.

¶ Hic memorati Venantij consulis annum recensent Marianus Scotus cum Gregorio Haloandro, nempe Marianus ad veritatem euangelij, ccccc. vi. Iuxta autem Dionysii cyclum, cccc. lxxxiiij. verum Gregorius Haloander anno Christi, cccc. lxxxvi.

FELICIS PAPAE III. DECRETA DVO DEsumpta ex Gratiano, quæ non habentur in præmissis.

PRIMVM.

In ecclesiasticis causis regia voluntas sacerdotibus est postponenda.

Dist. 10. Certum est hoc.

Certum est hoc rebus vestris esse salutare, vt cum de causis dei agit, iuxta ipsius constitutionem regiam voluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere, non pferre, & sacrosancta p eorum psules potius discere, q̃ docere, ecclesiasticã formã sequi, nõ huic humanitus obsequẽdo iura pfigere, neq; in eius sanctiõibus velle dñari, cuius clemẽtiæ deus voluit tuæ piæ deuotionis colla submittere, ne dum mensura cœlestis dispensatiõis exceditur, eatur in contumeliam disponentis. D

SECVNDVM.

¶ Non vltra eum procedere oportet, q in hæresim damnatam recidit.

24. q. 1. Achatius non fuit

Achatius non fuit noui vel proprij inuentor erroris, vt in eum noua scita prodirent, sed alieno facinori suã cõionem miscuit. Itaq; necesse est, vt in illam recideret iusta lãce sentẽtiam, quã cũ suis successoribus p cõniuentiã synodalẽ susceperat author erroris.

TARRACONEN CONCILIVM TEMPORE FELICIS PAPAE III.

De ciuitate Tarraconeñ scribit Ptolo. lib. ij. Geographiæ, ca. iiij. tit. Hispaniæ situs, vbi dicit: Hispaniæ (quæ apud Græcos Iberia dicit) tres sunt regiones, Betica, Lusitania, ac Tarraconeñ. Et Beticæ qdem Litus, q̃ versus occasum atq; septẽtrionẽ terminant, a Lusitania, & p parte a Tarracona sic se habet: Turditanorum &c. Idẽ ca. vi. tit. Tarraconeñ. sit⁹ dicẽs: Occidẽtale latus Tarraconeñ. (q̃d Oceanũ alluit, sic se habet: Post Dorij fluuij hostia &c. Cossetanorum litus Tarracoñ. &c. Et post alia. Insulæ Tarraconeñ. adiacẽt in Cantabrico quod Oceano &c. Pli. lib. iij. ca. i. tit. De Europa vbi ait: In eo prima Hispania terrarum est vlterior appellata, eadẽ Betica. Mox a Virgitano citerior Tarraconeñ. ad Pyrenea Iuga. Idem ca. iij. tit. Hispania citerior. Regio Cossetania, flumẽ Subi, Colonia Tarraco. Scipionũ opus sicut Carthago Penorum. Idem li. iiij. ca. xx. tit. Citerior Hispania. Proxima ora citerioris est, eiusdemq; Tarraconeñ. situs a Pyreneo p Oceanũ Vasconum saltus. Strabo quoq; Geographiæ suæ lib. iij. dicẽs: Inter. Iberi vero deflexiões & extremas Pyrenei partes, a quibus Pompei monumẽta fixa cernunt, prima est vrbs Tarraco portu carẽs, in sinu quodam sita. Cæterum in reliquis idonee cõparata, nõ minus hac tẽpestate, q̃ Carthago viris probis ornata, ad excipiẽdas eñ principum peregrinatiões egregie nata, & nõ intra Iberum modo, sed etiam extra late, metropolis, id est, ciuitatũ mater est. Gymnesiæ etiam Insulæ cõtra, nõ longe iacẽtes, & Ebosus dignitate pstantes opportunũ vrbi situm ostẽdunt. Eratosthenes aũt ei stationẽ esse affirmat, iaciẽdis anchoris nõ adeo cõmodã. Pluraq; alia ibidem ponit in laudem ciuitatis istius. Antonin⁹ etiam in Itiner. tit. Iter de Italia in Hispanias, a Mediolano Vapingo trans alpes Gottias &c. Stabulo nouo Tarracone &c. Item tit. Iter ab Arelato Narbone &c. Inde Tarracone &c. Inde Carthagine Sparthana &c. Palfuriana Tarracone. Idem tit. Iter ab Asturica Tarracone &c. Vallata &c. Ad Septimum decimum. Tarracone. E F

¶ Capitula Concilij Tarraconensis.

Conciliũ

A

CONCILIVM TARRACONENSE, DECEM EPISCOPORVM.

IN nomine Christi habita synodus Tarracone, anno sexto, Theodorici regis, consulatu Petri, sub die octauo Idus Nouembris. * Antiquorum patrum statuta de his censuisse videntur, quæ in tempore, aut ad illos *relata peruenerunt, aut acta certe testimonio proprio comprobauerũt. Cuius rei & nos sequentes exemplum, illa, quæ nunc fiunt, placuit, obseruanda decernere, vt præterita absq; ambage custodiantur, & præsentia hac obseruatione sint firma. Igitur cum in vnum pariter conuenissemus in vrbem Tarraconensem, quæ est metropolitana obseruantissime fundata titulos * supra annexos conscripsimus obseruandos. Capitulum primum.

alias, Antiqui patres
alias, perlata
alias, subter annexos

DE his, quibus cura pro parentelæ proximitate haberi permittitur, ea cautela earum necessitates sustineãt, vt pietatis beneficia, quæ eis sunt necessaria, *a longius præbeant. Ipsi vero pro visendis eis, cum ingressi fuerint, celeri salutatione recurrant, nec ibi faciant mansionem. Qui tamen cum ad earum visitationem pergunt, testem solatij sui fide & ætate probatum adhibeant secum. Si quis hæc a nobis statuta contempserit, si clericus est, loci sui dignitate priuetur. Si vero religiosus, vel monachus in cella monasterij inclusus, pœnitentiæ lamentis incumbat, vbi singulari afflictione panis, & aquæ victum ex abbatis ordinatione percipiat.

alias, non habet, a longius

B

II Canonum statutis firmatum est, vt quicunq; in clero esse voluerit, emendi vilius, vel vendẽdi carius studio nõ vtat. Certe si hæc voluerit exercere, cohibeat a clero.

14.q.4. Canonum statutis

III Si quis clericus solidum in necessitate perstiterit, hoc de vino, vel frumento accipiat, quod mercandi causa, tempore statuto decretum fuerit vænundari. Cæterum, si speciem non habuerit necessariam, ipm quod dedit sine vllo augmento recipiat.

14.q.5. Si qs clericus in necessitate, & in dec. Iuo. lib. 4

IIII Nullus episcoporum, aut presbyterorum, vel clericorum, die dominico propositum cuiuscunq; causæ negotium audeat * iudicare, nisi hoc tantum, vt deo statuta solennia peragant. Cęteris vero diebus, conuenientibus personis, illa, quæ iusta sunt, habeant licentiam * iudicandi, exceptis criminalibus negotijs.

15.q.4. Nullus eporum, aut psb. aut clericorum,
alias, vẽdicare
als, vindicãdi

V Si quis in metropolitana ciuitate non fuerit episcopus ordinatus, postea quã suscepta benedictione per metropolitani literas honorem fuerit episcopi adeptus, id optimum esse decreuimus, vt postmodum, statuto tempore, id est, impletis duobus mẽsibus, se metropolitani sui repræsentet aspectibus, vt ab illo monitis ecclesiasticis instructus plenius, quid obseruare debeat, recognoscat. Quod si forte hoc implere neglexerit, in synodo increpatus a fratrbus, corrigatur. Et si forte infirmitate aliqua (ne hoc impleat) fuerit præpeditus, hoc suis literis metropolitano indicare procuret.

Dist. 65. Si qs in metropolitana

C

VI Si quis episcoporum commonitus a metropolitano, ad synodum, nulla graui intercedente necessitate corporali, venire contempserit, sicut statuta patrum * censuerunt, vsque ad futurũ concilium cunctorum episcoporum charitatis communione priuetur.

Dist. 18. Si qs eporum com monitus
alias sanxerũt

VII De diocœsanis ecclesiis, vel clero id placuit diffiniri, vt presbyteri, vel diaconi, qui inibi constituti sunt cum clericis septimanas obseruẽt, id est, vt presbyter vnam faciat hebdomadam, qua expleta, succedat diaconus ei, similiter ea, scilicet, conditione seruata, vt omnis clerus die sabbati ad vesperam sit paratus; quo facilius die dominico solennitas cum omnium præsentia celebretur, ita tamen, vt omnibus diebus vesperas, & matutinas celebrent, quia desistente clero (quod est pessimum) comperimus, in basilicis nec luminaria ministrari. Si qui sane negligẽtiæ vitio hæc implere noluerint, nouerint, se secũdum statuta canonum pro modo psonarum canonicæ disciplinę subdendos.

VIII Multorum casuum experientia magistrante reperimus, nonnullas diocœsanas ecclesias esse destitutas. Ob quam rem hac cõstitutione decreuimus, vt antiquæ cõsuetudinis ordo seruetur, & annuis vicibus ab episcopo diocœses visitentur. Et si qua forte basilica reperta fuerit destituta, ordinatione ipsius reparari præcipiatur, quia tertia pars ex omnibus per antiquam traditionem, vt accipiatur ab epis, nouimus statutum.

10.q.1. Decreuimus, vt antiquæ

Si quis le

alias, mulieri alias manebit schola

IX Si qs lector adulteræ* mulieris voluerit misceri, vel adhærere consortio, aut relinquat adulteram, aut a clero habeatur extraneus. Simili sententia ostiariorum *lasciuia punietur.

D

15.q.2. Obseruandũ quoq;

X Obseruãdum quoq; decreuimus, ne qs sacerdotũ, vel clericorũ more secularium iudicum audeat accipere pro impẽsis patrociniis munera, nisi forte in ecclesiis oblata gratuito, quæ nõ fauore muneris videant accepta, sed collatione deuotionis illata. Quod si quis ista probatur accipere, veluti exactor fœnoris, aut vsurarum possessor secundum statuta patrum se nouerit degradandum.

16.q.1. Monachi a monast.

XI Monachi a monasterio foras egredientes, ne aliqd ministeriũ ecclesiasticũ psumãt agere, prohibemus, nisi forte cum abbatis imperio. Similiter, vt nullus eorum, id est, monachorum Forensis negotii susceptor, vel executor existat, nisi quod monasterii exposcit vtilitas, abbate sibi nihilominus imperante, canonum ante omnia Gallicanorum de his constitutione seruata.

12.q.5. Sicubi defunctus alias, breuis

XII Sicubi defunctus fuerit eps intestatus, post defunctionẽ eius a pbris, & diaconibus de rebus ipsius* inuentariũ fideliter conscribat a minimo vsq; ad maximũ, id ẽ, de vtensilibus, vel omi supellectile, ita tamẽ, vt si qs exinde vel præsumpsisse aliqd, vel occulte fuerit tulisse conuictus, secundum furti tenorem restituat vniuersa.

XIII Epistolæ tales per fratres a metropolitano sunt dirigendæ, vt nõ solum e cathedralis ecclesiæ pbris, verumetiam de diocœsanis ad concilium trahant, & aliquos de filiis ecclesiæ secularibus secũ adducere debeant. Iohãnes in Christi noie eps Tarraconẽsis ciuitatis, cõstitutioibus a nobis cõscriptis subscri. Paulus in Christi noie epũs in Tirassoneñ. ciuitate subscri. Hector eps Carthagineñ. metr. subsc. Fortunianus Agritius in Christi nomine eps Gerundeñ. ciuitatis subscripsi. Oruntius in Christi nomine epũs Eliberitanæ ciuitatis subscripsi. Vincentius in Christi nomine epũs Cæsaraugustanæ ciuitatis subscripsi, Vrsus in Christi nomine epũs Dertosanæ ciuitatis subscripsi, * Cinidius, in Christi nomine epũs Ausoneñ. ciuitatis subscripsi, Nibridius in Christi nomine minimus sacerdotum ecclesiæ * Egareñ. minister constitutioni sanctorum canonum subscripsi.

E

als, Emidius. als, Bigerreñ.

¶ Decretum eiusdẽ Tarraconeñ. concilii ex Gratiano desumptum, quod scribitur esse ca. vi. nec tamẽ habet inter priora capla, scilicet

¶ Secundo autem vel tertio nullus confirmetur.

De cõs. dist. 5. dictũ est, & in dec. Iuo. lib. 1. & i cod. libroru m. 16. lib. 4 cap. 6

¶ Dictum est nobis, q quidam de plebe bis, vel ter, aut eo amplius ab epis ignorantibus tamen, ab eisdem epis confirmentur. Vnde visum est nobis, eandem confirmationem, sicut nec baptismum, iterari minime debere, quia bis, vel ter, vel amplius baptizatos aut confirmatos, non seculo, sed soli deo, sub habitu regulari, vel clericali religiosissime famulari, decretum est.

¶ Finis decretorum Tarraconeñ. concilii.

F

DECRETA GELASII

PAPAE I. EX LIBRO PONTIFICALI.

Gelasius natione Apher ex patre Valerio, sedit annos .iiii. menses. viii. dies. xviii. Fuit autem temporibus Theodorici regis, & Zenonis Augusti. Huius temporibus inuenti sunt Manichæi in vrbe Roma, quos in exilio deportari præcepit, quorum quoq; codices ante fores basilicæ sanctæ Mariæ incendio cõcremauit. Hic sub gesta synodica, cum fletu & sub satisfactione libelli purgatum Mesenum epm reuocauit, quem & ecclesiæ suæ restituit, qui peccauerat in causa Acatii & Petri. Hic fuit amator cleri & pauperum, & clerum ampliauit. Hic liberauit a periculo famis ciuitatem Romanam. Hic fecit constitutum de omni ecclesia. Huius temporibus iterum venit relatio de Græcia, eo q multa mala & homicidia fierent a Petro & Acatio Constantinopolitano. Eodem tempore fugiens Iohãnes Alexandrinus epũs catholicus venit Romam ad sedem apostolicam. Quem beatus Gelasius suscepit cum gloria, cui etiam & secundam sedem præbuit. Ipsis temporibus fecit synodum, & misit per tractum Orientis, & iterum damnauit imperpetuum Acatium

&Petrũ,

A & Petrum, si non poenitentes sub satisfactione libelli postularent poenitētiā, secundū humanitatē primæ sedis ecclesiæ. Hic dedicauit basilicā sanctę Euphemię martyris in ciuitate Tyburtina, miliario vicesimo ab vrbe. Dedicauit autem & basilicas alias sanctorum Nicandri, & Eleutherij, & Andreæ, via Lauicana, in fundum in villa pertusa. Fecit autem & basilicā sanctæ Mariæ via Laurentina in fundo Crispini miliario ab vrbe. *xx. Hic fecit. v. libros aduersus Nestorium & Eutychen, qui hodie in bibliotheca & archiuo ecclesiæ continent. Fecit & hymnos in modum beati Ambrosii epi. Item duos libros aduersus Arrium. Fecit etiam & sacramētorum præfationes & orationes cauto sermone, & epistolas fidei elimato sermone. Multum sub huius episcopatu clerus creuit. Hic fecit ordinatiōes duas in vrbe Roma per menses Februarium & Decembrem, presbyteros trigintaduos, diaconos duos, episcopos per diuersa loca, numero. lxvij. Qui etiam sepultus est in basilica beati Petri apostoli. xi. Kalen. Decēbris. Et post obitū eius cessauit episcopatus dies septem.

alias. xxix.

¶ Gelasii papæ decretalis sequentis tituli.

alias, dæmoniacis

¶ EPISTOLA GELASII PAPAE.

Dilectissimis fratribus vniuersis episcopis per Lucaniam, & Brutios, & Siciliam, constitutis, Gelasius.

Capitulū pri-

Capitulum primum.

als, dispositione, 1.q.7. Necessaria alias, forte in

Necessaria rerum * dispensatione cõstringimur, & aplicæ sedis moderamine cõuenimur, sic canonum paternorũ decreta librare, & retro pŕsulum, decessorumq́ nostrorũ pcepta metiri, vt quę pńsentium necessitas temporũ restaurãdis ecclesiis relaxãda deposcit, adhibita cõsideratiõe diligẽti, quãtum potest fieri, tẽperemus, quo nec in totum formã veterũ videamur excedere regularũ, * & reparãdis militiæ clericalis officiis, quæ p diuersas Italiæ partes ita belli, famisq́ cõsumpsit incursio, vt in multis ecclesiis (sicut fratris, & coepi nři Iohãnis, Rauẽnatis ecclesiæ sacerdotis, freqnti relatiõe cõpe rimus) vsquequaq́ deficiẽte seruitio * ministrorũ, nisi remittẽdo paulisper ecclesiasticis promotiõibus autiqtus interualla præfixa, remaneãt (sine qbus administrari nequeãt) sacris ordinibus ecclesiæ funditus destitutæ, atq́ in plurimis locis p inopiã cõpetentis auxilii salutare subsidium redimẽdarũ desit animarũ, nosq́ magno reatu, si tanto * coartãte periculo, non aliquatenus * consulemus, innecti.

alias, ministeriorum

als, cohortãte

als, cõsulam⁹

Dist. 55. c. Priscis

II Priscis igiť pro sui reuerẽtia manẽtibus cõstitutis, quæ, vbi nulla vel rerum, vel temporũ perurget angustia, regulariter cõuenit custodiri, eatenus ecclesiis, quæ vel cunctis sunt priuatæ ministris, vel sufficiẽtibus vsqueadeo despoliatæ seruitiis, vt plebibus ad se pertinẽtibus diuina munera supplere nõ valeant, tam instituendi, q̃ promouendi clericalis obsequii sic spatia dispensanda concedimus.

Dist. 77. Si qs de religioso, eum c. seq.

III Vt si qs etiam de religioso proposito, & disciplinis monasterialibus eruditus ad clericale munus accedat, in primis eius vita pteritis acta tpibus inquirať, si nullo graui facinore probať infectus, si secundã nõ habuit fortassis vxorẽ, nec à marito relictã sortitus ostendiť, si pœnĩam publicã fortassis nõ gessit, nec vlla corporis parte vitiatus apparet, si seruili, aut originariæ nõ ẽ cõditioni obnoxius, si curiæ iam probať nexibus absolutus, si assecutus est literas, sine qbus vix fortassis ostiarii possit implere ministerium, vt si his oĩbus, quæ sunt pdicta, fulcitur, cõtinuo lector, vel notarius, aut certe defensor effectus, post tres mẽses existat acolythus, maxime si huic ætas etiam suffragať, sexto mense subdiaconi nomẽ accipiat, ac si modestæ cõuersatiõis, honestæq́ voluntatis existit, nono mẽse diaconus, cõpletoq́ anno fit pbř, cui tamẽ, quod annorũ interstitia fuerant collatura, sancti propositi sponte suscepta docetur præstitisse deuotio.

Di. 77. c. finali pag. Si vero laicus

IIII Si vero laicus quispiam ecclesiasticis est aggregandus officiis, tanto solicitius in singulis, quæ superius comprehẽsa sunt, hmõi decet examinare psonam, quãtum inter mundanã religiosamq́ vitã cõstat esse discriminis, qa vtiq́ conueniẽtia ecclesiæ ministeria reparanda sunt, non inconuenientibus meritis ingerenda, tantoq́ magis, quod sacris aptum possit esse seruitiis, in eorum quærendum est institutis, quantum de tempore, quo fuerant hæc assequenda, decerpitur, vt morum habere doceať hoc probitas, quod prolixior consuetudo non contulit, ne per occasionem supplendæ penuriæ clericalis, vitia potius diuinis cultibus intulisse iudicemur, nec legitimæ familiæ * cõputemur pro curasse compendia, quorum promotionibus super anni metas sex menses nihilominus subrogamus, quoniam (sicut dictum est) distare conuenit inter personam diuino cultui deditam, & de laicorum conuersatione venientem. Quæ tamẽ eatenus indulgenda credidimus, vt illis ecclesiis, quibus infestatione bellorum vel nulla penitus, vel exigua remaserunt ministeria, renoueně, quatenus, his deo propitio restitutis, in ecclesiasticis gradibus subrogandis canonum paternorũ vetus forma serueť, nec contra eos vlla ratione præualeat, quod pro accidentis defectus remedio prouideť. Non aduersus scita maiorũ noua lege proponiť, cæteris ecclesiis ab hac occasione cessantibus, quas, nõ simili clade vastatas, pristinã faciẽdis ordinatiõibus cõuenit tenere sñiam, quo magis hac opportunitate cõmoniti, obseruãtiam venerãdorũ canonũ propensius delegamus, singulorũ graduum conscientias admonentes, ne in illicitos prorumpere moliantur excessus.

alias, reputemur

Dist. 50. Non confidat

V Nec fas esse cõfidat, quisqs pontificum bigamos, aut cõiugia sortiẽtes, ab aliis derelicta, siue quoslibet post pœnĩam, vel sine literis, vel corpore vitiatos, vel cõditionarios, aut curiæ publicarumq́ rerũ nexibus implicatos, aut passim nulla tpis congruentis expectatiõe discussos, diuinis seruituros applicare ministeriis, necq́ pro suo libitu iura studeant aliena peruadere, absq́ sedis apostolicę * iusta dispositione mandãte.

als, iustæ dispositiõis mãdato.

De consl. dist. 1 Basilicas no.

VI Basilicas nouiter institutas, non petitis ex more pręceptionibus, dedicare nemo audeat, nec ambiant sibimet episcopi vindicare clericos potestatis alienæ.

Bapti-

A VII. Baptizandis, consignãdisq; fidelibus pretia nulla pbri ꝑfigant, nec illationib⁹ quibuslibet impositis exagitare cupiant renascentes, qm̃, quod gratis accipimus, gratis dare mandamur. Et ideo nihil a prædictis prorsus exigere moliant, quo vel paupertate cogente deterriti, vel indignatione reuocati, redemptionis suæ causas adire despiciãt, certum habentes, quod, qui prohibita deprehensi fuerint admisisse, vel commissa non potius sua sponte correxerint, periculum subituri proprij sint honoris.

1.q.1.Bapti. Matth.10.a

VIII. Nec minus etiã pbr̃os vltra modũ suũ tendere prohibemus, nec epãli fastigio debita, sibimet audacter assumere, nõ cõficiendi chrismatis, nõ cõsignationis pontificalis adhibẽdæ sibimet accipere facultatẽ, nõ ꝑsente quolibet antistite, nisi fortasse iubeat, vel orõnis, vel actiõis sacræ suppetere sibi ꝑsumat eẽ licẽtiã, neq; sub eius aspectu, nisi iubeat, aut sedere ꝑsumat, aut * venerãda tractare mysteria. Nec sibi meminerit vlla rõne cõcedi, sine summo põtifice subdiaconũ, aut acolythũ ius habere faciẽdi, nec prorsus addubitet, si quicq̃ ad epãle ministeriũ specialr̃ pertinẽs, suo motu putauerit exequẽdũ, cõtinuo se presbyterij dignitate, & sacra coiõne priuari. Quod fieri necesse est, censeamus, si, eius ꝑsule deferente, hmõi fuerit præuaricatio cõprobata, nec ipso eius epo a culpa cõniuentiæ, & vltione vacaturo, si immoderata facientẽ dissimulauerit vindicare.

dist.95.Pbr̃os

alias, venerabilia

IX. Diaconos quoq; propriam constituimus seruare mensuram, nec vltra tenorem paternis canonibus deputatum quippiam tentare. Nihil eorum suo ministerio permittimus applicare, quæ primis ordinibus proprie decreuit antiquitas. Absq; episcopo, vel presbytero baptizare non præsumat, nisi prædictis fortassis officijs longius constitutis, necessitas extrema cõpellat. Quod & laicis Christianis facere plerũq; conceditur.

B

dist.93. Diac. Nic.cõc.c.18

X. *Eos non in presbyterio residere, cum diuina celebrantur, vel ecclesiasticus habetur quicunq; tractatus. Sacri corporis prærogationem sub conspectu pontificis, seu pbr̃i, nisi his absentibus, ius non habeant exercendi.

als, Hos Nic.cõc.c.14

XI. Cum eñ decreta venerabilium sanctionũ nos quoq; magnopere custodire nitamur, ac sine eorꝶ dispendio etiam illa, quæ pro alicuius vtilitatis cõpendio fortasse videantur laxanda, * credamus, cumq; nobis contra salutarium reuerẽtiam regularum cupiamus temere nihil licere, & cũ sedes apostolica superior his omnibus, fauẽte * domino, quæ paternis canonibus sunt præfixa, pio, deuotoq; studeat tenere proposito, satis indignũ est, quemquã vel pontificum, vel ordinũ subsequentium hãc obseruantiam refutare, quã beati Petri sedem & sequi videat, & docere, satisq; conueniens sit, vt totũ corpus ecclesiæ in hac sibimet obseruatione concordet, quã illic vigere conspiciat, vbi dominus ecclesiæ totius posuit principatum, dicente scriptura: Ordinate in me charitatem. Et item: Omnia certo ordine fiant. Atq; iterũ Psalmista prædicante: Circumdate Sion, & cõplectimini eam, narrate in turribus eius. Ponite corda vestra in virtute eius, & distribuite * domos eius, vt enarretis in progenies alteras, quoniã hic est deus deus noster in æternũ, & ipse reget nos in secula. Hic proculdubio, qui in ecclesiasticarꝶ narratur altitudine dignitatũ, & in cuius virtute bonis operibus corda ponenda sunt, gradibus vtiq; distributis, cunctis deus noster, & rector populis prædicãdus est Christianis, vbi nemo sibimet aliquid iam existimet imminutũ, cum & vniuscuiusq; gradus præfectioni nil deperit, & conuenienter retinẽdo, quod cœlesti dispensatione *donatum est, pariter nobis & cognoscibilem deũ fieri, & tribuit esse rectorẽ. Nam & si quid indulgetur de temporũ quantitate, moribus aggregata strennuitate pensatur, si vitæ iam proposito cõtinetur, quod protelata fuerat ætate curandum, dũmodo illa nullatenus dissimulata subrepant, quorũ quodlibet si inesse claruerit, merito clericalibus infulis reprobabilem * conuincat esse personã. Et si illa nonnunquã sinenda sunt, quę, si cæterorum constet integritas, sola nocere non valeant, illa tamen sunt magnopere ꝑcauenda, quæ recipi nisi manifesta decoloratione non possint. Ac si ea ipsa, quæ nullo detrimento aliquoties indulgenda creduntur, vel rerũ temporumq; cogit intuitus, vel acceleratæ prouisionis respectus excusat, quãto magis illa nullatenus mutilanda sunt, quæ nec vlla necessitas, nec ecclesiastica prorsus extorquet vtilitas?

De cõs.dist.1. Basilicas. als, dicamus, vel, cedamus alia, deo

Matth.16.c Canti.2.a 1 Cor.14.g Psalm.47 als, gradus

C

als, collatum

alias, constat 1.q.7.Etsi illa

XII. Baptizandi sibi quispiam passim quocunq; tẽpore nullam credat inesse fiduciam, præter paschale festũ, & pentecostes venerabile sacramentũ, excepto dumtaxat grauissimi languoris incursu, in quo verendum est, ne, morbi crescẽte periculo, sine remedio salutari fortassis ægrotans exitio præuentus abscedat.

De cõs.dist.4 Baptizandi

Dist.75.ca.8.

XIII. Ordinationes etiam presbyterorum, & diaconorum nisi certis temporibus, & diebus exerceri non debent, id est, quarti mensis ieiunio, septimi, & decimi, sed & etiam quadragesimalis initij, ac mediana quadragesimæ die sabbati ieiunio circa vesperam nouerint celebrandas. Nec cuiuslibet vtilitatis causa seu presbyterum, seu diaconum his præferre, qui ante ipsos fuerint ordinati.

D

20.q.1. Deuotis

XIIII. Deuotis quoq; virginibus, nisi aut in Epiphaniarum die, aut in albis paschalibus, aut in apostolorum natalitijs sacrum minime velamen imponatur, al's, & nõ ante. xxv. annos, nisi forsitan (sicut de baptismate dictũ est) graui languore correptis, ne sine hoc munere de seculo exeant, implorantibus, non negetur.

XV. Viduas aũt velare pontificũ nullus attentet, quod nec authoritas diuina delegat, nec canonum forma præstituit. Nõ est ergo penitus vsurpandum eis, quia sic ecclesiastica sunt conferenda præsidia, vt nihil committatur illicitum.

Dist.54. Generalis

XVI. Generalis etiam querelæ vitanda præsumptio est, qua propemodum causant vniuersi, passim seruos, & originarios, dominorum iura, possessionumq; fugiẽtes, sub religiose cõuersationis obtẽtu, vel ad monasteria sese conferre, vel ad ecclesiasticũ famulatum, cõniuentibus quoq; p̃sulibus indifferẽter admitti, quæ modis omnibus est amouenda pernities, ne per Christiani nominis institutũ aut aliena peruadi, aut publica videat disciplina subuerti, p̃cipue cũ nec ipsam ministerij clericalis hac obligatione fuscari cõueniat dignitatẽ, cogaturq; pro statu militantiũ sibi, conditioneq; iurgare, aut videri (quod absit) obnoxia. Quibus solicita competenter indictione prohibitis, quisquis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel eorum, qui monasterijs præesse noscuntur, huiusmodi personas apud se tenentes, non restituẽdas patronis, aut deinceps, vel ecclesiasticæ seruituti, vel religiosis congregationibus putauerint applicandas, nisi voluntate forsitan dominorum sub scripturæ testimonio primitus absolutas, vel legitima trãsactione cõcessas, periculum se honoris proprij non ambigãt communionisq; subituros, si super hac re cuiusquam verax nos querela pulsauerit. Magnis quippe studijs secundum beatũ Apostolũ præcauendũ est, ne fides & disciplina domini blasphemetur.

E

1.Timot.6.a.

al's. Pheniciæ

Dist.88 Cõsequẽs. In can. apl'orum.ca.44 Et Nic.cõc.c. 17. Et Laodicẽ.c.1.5. Matth 21 b. 2.Timot.2.a. Psalm.70 14.q.4.Cler. Lucæ.19.g.

XVII. Consequẽs fuit, vt illa q̃q; quæ de *Piceni partibus nuper ad nos missa relatio nuntiauit, nec nũc p̃tereunda putaremus, id est, plurimos clericorum negotiationibus inhonestis, & lucris turpibus imminere, nullo pudore cernẽtes euangelicã lectionem, qua ipse dñs, negotiatores e tẽplo verberatos flagellis asserit expulisse, nec Apostoli verba recolẽtes, qbus ait: Nemo militãs deo, implicat se negotijs secularibus, Psalmistam quoq; Dauid, surda dissimulantes aure, cantantem. Quoniam non cognoui negotiationes, introibo in potentias domini. Proinde huiusmodi, aut ab indignis posthac questibus nouerint abstinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio, vel cupiditate cessandum, aut in quocũq; gradu sint positi, mox a clericalibus officijs abstinere cogantur, quoniam domus dei, domus orationis & esse debet, & dici, ne officina negotiationis, & spelunca potius sit latronum.

F

Dist.36. Illiteratos. Leui.21.c al's, seruitijs

XVIII. Illiteratos quoq;, & nonnulla parte corporis imminutos, sine vllo respectu ad ecclesiasticum didicimus venire seruitium. Quod simul antiqua traditio, & apostolicæ sedis vetus forma non recipit, quia nec literis carens sacris esse potest aptus *officijs, & vitiosum nihil prorsus deo offerri legalia præcepta sanxerũt. Itaq; de cætero modis omibus hæc vitẽtur, nec quisquã talis suscipiatur in clerum. Si qui vero vel temeritate propria, vel incuria p̃sidentium tales ante suscepti sunt, in his, in quibus constituti sunt locis, eatenus perseuerẽt, vt nihil vnquam promotionis accipiant, satisq; habeant, hoc ipsum sibi pro nimia miseratione permissum.

1.q.7. Si qui vel propria.

Nice. synodi ca.1 Et in ca. apl'orum ca.23.

XIX. De his aũt, q seipsos abscindũt, paterni canones euidẽter sequenda posuerũt, q̃rum tenorẽ sufficiat indidisse. Dicũt em̃, talia perpetrãtes, mox vt agniti fuerint, a munere clericali debere eos secludi. Quod modis omnibus custodire nos cõuenit, quia fas esse nulli suppeditat, quicquã præter illa, quæ memorabilis decreuit forma, cẽsere.

1.Timo.5.d als, & apost. clamet

XX Comperimus etiã, horrẽdis quibusdã criminibus implicatos, tota discretione submota, non solum de factis atrocibus necessariam penitudinem nõ habere, sed nec aliqua correptione penitus succedente ad diuinum ministeriũ honoreq; contẽdere. Nõnullos aũt in ipsis ordinibus constitutos, grauibus delinquẽtes facinoribus, nõ repellli, cum *mãdet Apostolus, nemini cito manus imponendas, neq; cõmunicandũ

peccatis

A peccatis alienis, & maiorũ veneranda constituta pronuntiant. Huiusmodi etiã, si forte subrepserint, tam qui ante peccauerunt, detectos oportere repelli, q̃ sacræ professionis oblitos, præuaricatoresq́ʒ sancti propositi proculdubio submouendos.

XXI. Vsqueadeo sane cõperimus, illicita q́ʒ prorũpere, vt *dæmoniis, aliisq́ʒ passionib⁹ * irretitis, ministeria sacrosancta tractare tribuaf. Quib⁹ si in hoc ope positis aliqd proriæ necessitatis occurrat, qs de sua, ac fideliũ salute cõfidat, vbi ministros ipsos curationis hũanæ tãta pspexerit calamitate vexari? Atq́ʒ ideo necessario remouẽdi sunt, ne quibuslibet, pro q̃bus Chrs est mortuus, scandalũ generef infirmis. Postremo si corpore sauciatũ fortassis, aut debilẽ nequaq̃ sancta contingere lex diuina pmittit, quãto magis doni cœlestis dispẽsatores esse nõ conuenit (q̃d est deterius) mente percussos.

XXII. Virginib⁹ aũt sacris temere se q̃sdã sociare cognouimus, & post dicatum deo propositũ incæsta fœdera, sacrilegaq́ʒ miscere. Quos protin⁹ æquũ est a sc̃tã cõione detrudi, & nisi per publicã, probatamq́ʒ pœnitentiã oĩno non recipi, sed his certe viaticum de seculo transeuntibus, si tamen pœnituerint, non * negari.

XXIII. Nã de viduis sub nulla bñdictione velãdis, superius * late sufficienterq́ʒ p̃diximus. Quæ si propria voluntate professam pristini cõiugii castitatẽ mutabili mente calcauerint, periculi eius intererit, quali deũ debeãt satisfactione placare, qa (iuxta Apostolũ) primã fidẽ irritã fecerũt. Sicut eñ, si se forsitan cõtinere non poterant, secundum

B Aplm, nullatenus nubere vetabanf, sic, habita secũ deliberatione, promissam deo pudicitiæ fidẽ debent custodire. Nos aũt talibus nullũ laqueũ debemus iniicere, sed solum adhortationes præmii sempiterni, pœnasq́ʒ proponere diuini iudicii, vt & nostra sit absoluta consciẽtia, & illaꝝ pro se rationẽ deo reddat intentio. Cauendũ est quippe, quæ de eaꝝ moribus, actibusq́ʒ beatus Paulus apostolus testatur, q̃d plenius exponere prætermius, ne sexus instabilis non tam deterreri, q̃ admoneri videatur.

XXIIII. Secundas nuptias sicut secularibus inire conceditur, ita post eas nullus ad clericale sinitur venire collegiũ. Alia est eñ humanæ fragilitati generaliter concessa licentia, alia debet esse vita diuinarum rerum seruitio dedicata.

XXV. Quisquis propriæ desertor ecclesiæ, nullis extantibus causis, ad aliam putauerit transeundum, temereq́ʒ susceptus fuerit & promotus, reuerendorum canonum vel ipse, vel receptor eius, atq́ʒ prouector constituta non effugiet, quæ de huiusmodi p̃sumptoribus præfixere seruanda.

XXVI. De monachis, laicisq́ʒ, in prima copiosius p̃ceptionis huius parte digestum est, quæ vel quatenus his pro rerum, tẽporumq́ʒ necessitate cõcessa sint, vel queadmodum, vbi nullius necessitatis interesse probaf, non nisi vetus institutio debeat custo-

C diri. Quos vero constiterit indignos meritis, sacrã mercatos esse pretio dignitatẽ, conuictos oportet arceri, non sine periculo facinus tale perpetrantes, quia dantem pariter & accipientem damnatio Simonis, quã sacra lectio testatur, inuoluit.

XXVII. De locoꝝ cõsecratione sanctoꝝ, quãuis superius strictim fuerit cõprehensum, nobis q́ʒ patefactũ est, q̃d absq́ʒ p̃cepto sedis aplicę nõnulli factas ecclesias vel oratoria sacrare p̃sumant, hoc sumus tñ iudicio detestabiliore pmoti, q̃d in q̃cunq́ʒ noĩe defunctoꝝ, & (q̃tũ dicif) non oĩno fideliũ, cõstructiones ædificatas sacris * processionibus audacter * instituere memoranf. Quę qm̃ tã acerba, tã dura sunt, vt eadẽ vix noster ferre possit auditus, si * veræ Christianitatis affectus in illis regionibus certus, & fixus ẽ, & districtius ista quæranf, & a quibus fuerint gesta prodanf, qm̃ sicut, latentibus in hac atrocitate noĩbus, nõ extat, in quẽ sñia debita proferaf, ita cũ manifestis fuerit documẽtis expositus, quẽ tanti sceleris poscit immanitas, nõ * vitabit vllatenus vltionem.

XXVIII. Nihilominus impatienter audiuimus, tantum diuinarum rerum subisse despectũ, vt fœminæ sacris altaribus ministrare ferantur, & cuncta, quæ non nisi viroꝝ famulatui deputata sunt, cui non competit exhiberi, viso q̃ omniũ delictoꝝ, quæ sigillatim perstrinximus, noxa omnis, & crimen eos respicit sacerdotes, q vel ista cõmittũt, vel, cõmittentes minime publicando, prauis excessibus se fauere significãt, si tñ sacerdotũ iam sint vocabulo nuncupãdi, qui delegatum sibi religionis officium sic prosternere moliuntur, vt in peruersa q́ʒ, profanaq́ʒ * procliues, sine vllo respectu regulę Christianę præcipitia funesta sectetur. Cũq́ʒ scriptum sit, minima qui spernit, paulatim decidit, q̃d est de talibus existimandũ, qui immensis ac multiplicibus prauitatũ molibus occupati,

Niceni concilii ca. 9. & 10
al', demoĩacis, similibusq́ʒ
als, irretitos, dist. 35. Vsq́ʒ adeo.
Roman. 14. c
Leui. 21. c
als, negetur
als, latius
27. q. 1. De viduis
1. Timot. 5. b
& 1. Cor. 7. b
1. Timot. 5. b
1. Coꝝ. 7. g
Nic. cõci. c. 15 & 16. Canon. apo. ca. 15. Et Chal. cõc. ca. 20. Et Antio chc. ca. 3
Sup. c 2, & 3
Et in ca. apo. ca. 30. Et in Chal. c. 2
1. q. 1. Quos constiterit
Acto. 8. c
De cõs. dist. 1. De locorũ
Istius dec. c. 4
al', pfessiõib⁹
als, instruere
als, reuera
alias, effugiet
Loc⁹ obscur⁹.
alias, declines
Eccle. 19. a

ingentem ruinā multimodis impulsionibus ædiderunt, quæ non solū ipsos videat obruere, sed & ecclesiis vniuersis mortiferam, si non sanentur, inferre pernitiem. Nec ambigant, q hæc ausi sunt exercere, sed etiam, qui hactenus cognita siluerūt, sub honoris proprij se iacere dispendio, si non quāta possint celeritate festinent, vt læthalia vulnera competenti *medicina sanentur. Quo em̄ more teneant iura pontificū, q pontificalibus excubijs eatenus iniuncta dissimulāt, vt contraria domui dei, cui præsident, potius operentur? Qui, quantū apud dn̄m possent, si ei non nisi conuenientia procurarent, tn̄ quid mereant aspiciant, cum execrabili studio sectentur aduersa. Et quasi magis hæc regula sit, qua ecclesiȩ debeant gubernari, si quicquid est ecclesiasticis inimicū regulis, perpetrat, cū & si cognitos habeat canones vnusquisq; pontificū, intemerata debuerit tenere custodia. Et si forsitan nesciebat, consulere fidenter oportuerit ignorantē. Quo magis excusatio nulla succurrit *ignorantibus, quia nesciens præposuit seruare, quod nouerat, nec ignorans curauit nosse, quod gereret.

alias, medicatione.

aſs, errātibus

XXIX. Quatuor aūt tam de *redditu, q̄ de oblatione fidelium, prout cuiuslibet ecclesiæ facultas admittit (sicut dudum rationabiliter est decretū) conuenit fieri portiones. Quaꝝ sit vna pontificis, altera clericoꝝ, paupeꝝ tertia, quarta, fabricis applicanda. De quibus, sicut sacerdotis intererit, integrā ministris ecclesiæ memoratā dependere quantitatē, sic clerus vltra delegatā sibi summā nihil insolenter nouerit expetendū. Ea vero, quæ ecclesiasticis ædificijs attributa sunt, huic operi veraciter ꝓrogata, locorum doceat instauratio manifesta sanctoꝝ, qa nefas est, si sacris ædibus destitutis in lucrum suum præsul impendia, his designata, conuertat. Ipsam nihilominus ascriptam pauperibus portionem, q̄uis diuinis rōnibus se dispensasse monstraturus esse videat, tn̄ iuxta quod scriptū est, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrē vestrū, qui in cœlis est, oportet etiam p̄senti testificatione p̄dicari, & bonæ famæ p̄conijs nō taceri.

12 q 2. Quatuor aūt alias, reditu In dec. Sil. papæ

Matth. 5. b

XXX. Quapropter nec clericoꝝ quispiā se huius offensæ futuꝝ confidat immunem, si in his, quæ salubriter sequenda deprompsimus, siue ep̄m, siue pbr̄m, siue diaconum viderit excedētē, nō protinus ad aures nr̄as deferre curauerit, probationibus dūtaxat competenter exhibitis, vt transgressoris vltio fiat & cæteris interdictio delinquēdi. Sui vero modis omnibus erit vnusquisq; pontificum ordinis, & honoris elisor, si cuiquam clericorum, vel ecclesiæ totius auditui hæc putauerit supprimēda. Data. v. Idus Martij. Asterio & Præsidio viris clarissimis consulibus.

2. q 7. Quapropter. Et in can. aplorū cap. 40. 41. Et in Antioch. cap. 25

¶ Hic recitatoꝝ consulū annus recensetur a Mariano Scoto ad veritatē euangelij ccccxvi. iuxta Dionysii cyclū. ccccxciij. Grego. q̄q; Haloander anno Chri. ccccxcvi.

¶ Epistola eiusdem ad Siculos.

Capitulum primum.

GElasius Romanæ ecclesiæ epūs, Dilectissimis, & in Christi charitate *vnanimis cōnexis fratribus epis, q in Sicilia sunt cōstituti. Præsulū authoritas nostroꝝ emanauit, vt facultates ecclesiæ episcopi ad regendum habeant potestatem, ita tamē vt viduarum, pupilloꝝ, atq; paupeꝝ, necnon & clericorum stipendia distribuere debeāt. Hoc eis etiam statuimus dari, quod hactenus decretum est. Reliquū sibi ep̄i vindicēt, vt (sicut ante diximus) peregrinoꝝ, atq; captiuoꝝ largitores esse possint.

aſs, vnanimiter, vel, vnanimi.

16. q 3. Præsulum author

II. Illud etiam annecti placuit, vt si (quod absit) facultates ecclesiæ, necnon & diocœses, quæ ab aliquibus possidentur episcopis, iure sibi vindicent, quod tricenalis lex conclusit, quia & filiorum nostrorum principum, ita emanauit authoritas, vt vltra triginta annos nulli liceat pro eo appellare, quod legum tempus exclusit. Data Idus Maij, Asterio & Præsidio viris clarissimis consulibus.

13 q. 2. Facultates ec. Et 16 q. 3. Præsulū auth. §. Item Gelasius

Præsentium consulum annus memoratur epistola præcedenti.

¶ Tomus de Anathematis vinculo Gelasii papæ.

NE forte, quod solēt, dicāt, q̄d si synodus Chalcedonen. admittitur, omnia constare debeant, quæ illic videnť esse deprompta. Aut em̄ ex toto eā admitti oportere, aut ex parte (si repudiabilis est) firmā ex toto constare nō posse, cognoscāt. Igitur qm̄ illud secundū scripturas sanctas, traditioneq; maioꝝ, secundum canones regulasq; ecclesiæ, pro fide cōmuni, & veritate catholica, & apostolica, pro qua hāc fieri sedes ap̄lica delegauit, factāq; firmauit, a tota ecclesia indubitāter admitti, alia aūt, quæ per in-

A per incompetentē p̄sumptionē illic prolata sunt, vel potius ventilata, quæ sedes aposto lica gerē da delegauit, mox a vicariis sedis apostolicæ contradicta manifestū est, quæ se des apostolica, petēte Martiano principe, nullatenus approbauit, quæ præsul ecclesiæ Constātinopolitanæ tunc Anatholius, nec se p̄sumpsisse professus est, & in apostolicæ sedis antistitis non negauit posita potestate, quæ ideo sic (vt dictū est) sedes apostolica non recepit, quia q̄ priuilegiis vniuersalis ecclesiæ contraria probant, nulla ratione susti net. Quid enī? Quia in libris sanctis, quos vtiq; veneramur, & sequimur, qm̄ quorundā illic & profanitates esse ferunt, & scelera gesta narrant, ideo nobis pariter aut venerāda sunt, aut sequenda, quia in illis sanctis libris & venerabilibus continent? Sanctus Petrus primus apostolorum, sic existimans noui testamenti grām prædicandā, vt a legis veteris non recederet institutis, quædā per simulationē legitur inter Iudæos Gentilesq; gessis se. Nunquid ideo aut illa eius sequēda sunt, quæ merito & coapostolus eius redarguit, & postea consequēter vitauit, pariterq; assumēda sunt cū his, quæ vtpote primus apo stolus salubria p̄dicauit? Nūquid nā aut eius recta doctrina cū his, q̄ humanitus accesse rant, repudianda est, aut illa adhuc imbecillis inscitia, cū perfecta eius suscipiēda est do ctrina? Nunquid nā in ipsorum hæreticorum libris non multa, q̄ ad veritatē pertineāt, posi ta relegūtur? Nunquid nā ideo veritas refutāda est, quia illorum libri, vbi prauitas inest, re

B futantur? Aut ideo praui libri suscipiendi sunt eorum, qa veritas, q̄ illic inserta est, non ne gatur? Ait Apostolus: Omnia probate, q̄ bona sunt, tenete. Scimus Apostolū etiā de paganorum libris aliqua posuisse. Nunquid ideo etiā cuncta recipienda sunt, q̄ cū his pa riter sunt prolata? Ipse Apl̄us ait, multos p̄dicatores aliter atq; aliter Christum p̄dicare, vbi, licet quocūq; modo Christum prædicatum oportet admitti, tamē non ideo illum morē, quo non recte prædicatū est, non admonet euitare. Malos operarios ipse con queritur, quorum alia refutanda, alia docet esse sectāda. Hæc & huiusmodi exempla nos edocent, & testimonia diuina confirmāt, non oīa passim a quocunq; dicta, vel vbicunq; scripta indifferenter accipere, sed retentis bonis, q̄ noceant, refutare. Peccatori homini mors illata est, & tñ homini Iesu Chr̄o mors illata reum fecit esse diabolū, quia vbi cau sa mortis non erat, ibi peccati non debebat & pœna. Snīa p̄figitur, vel p̄fixa est semp er rori. Quæ snīa, huic errori p̄fixa, nunq̄ omnino resoluet. Sicut enī, inquantū est ipse er ror, nunq̄ error esse desistit, sic a snīa p̄fixa nunq̄ resoluet, qa error, qui agnoscitur esse damnatus, & eadē, quādiu manet error, probatur astrictus. Itaq;, qui in eo errore sunt, snīa erroris obstricti sunt, &, quādiu in eo manēt, nullatenus absoluti sunt, sicut nec ipse, in quo sunt errores, absoluitur. Error enī ipse nunq̄ veniā promeret, sed qui eo veraci ter caruerit, atq; ab eius participatione discedit. Quādiu ergo in eis est error, damnatio

C nē suā tenet, nunq̄ resoluit, qa error semper pœnā meret. Participes vero ei⁹ sunt sem per, & eius pœnæ participes, si in eodē pstare non desinant, aut si ab eodē recesserint, q̄ alieni facti sunt ab errore, & ab eius participatione discreti, tā & pœnæ eius erūt conse quēter alieni. Cū errāti pœna p̄figitur, q̄diu manet errās, eadē pœna cōstringitur, quia errās esse nō potest, sine pœna errati. Hæc eadē pœna perpetua est, nunq̄q; soluenda, q̄diu errās esse perstiterit. Qui si errās esse destiterit, pœna, quæ erranti est p̄fixa perpe tua, non errāti, id est, alteri effecto, q̄ cui p̄fixa est, non solū non potest esse perpetua, sed nec esse iam pœna. Non est enī ipse, cui p̄fixa est. Errāti enī p̄fixa est, nō, nō errāti. Quę enī errāti p̄fixa est, perpetua est, & perpetuo cōstringit errantē, non errantem non po test iam tenere. Sit errāti dicta fore perpetua, sit errāti dicta nunq̄ esse soluēda. Manet omnino, & vere, certūq; est, quod in ea p̄fixum est, nec potest prorsus absolui, q̄diu, ma nente p̄fixa, debetur errāti. Non errāti aūt nec pœna potest esse, q̄ non errāti non debe tur inferri. Nec mutatur illa omnino, nec soluitur, q̄ debetur errāti. In suo ergo tenore illa p̄fixa est, in suo iure nō potest omnino resolui, in nō suo tenore, q̄ esse nō potest, iam docet eē vacuata, & ius illic penit⁹ nō habere, vbi causam nō habet existēdi. Plenæ sunt sanctæ scripturæ tali forma iustitiæ. Dicitur, Pereant peccatores a terra, ita, vt non sint, vt nō sint pctōres, vt desistāt eē pctōres. In hoc pereant, vt eē deficiāt pctōres. Cæterum si prorsus pctōres, secūdū prophetæ snīam vsquequaq; deperirēt, vt substātialr nō sub essent, q saluari potuissent a redēptore nr̄o, q venit non iustos vocare, sed pctōres. Vel de qbus dicit Apl̄us: Chr̄s venit in hūc mundū pctōres saluos facere, quorum primus ego sum. Et cū pctōres essemus, misit deus filiū suū, & cætera hmōi. Hic reuera plurimi etiā

Galat. 2. d

1. Thess. 5. d

Philip. 1. c

Psalm. 103

Luc. 5. f

1. Timot. 1. e

Roma. 5. b

& Gala. 1. a

substātialiter perierūt, pctōres in peccatis suis vtiq; pmanētes, veraq; in eis sentētia dicta permāsit, nunquāq; resoluta est, & tamē eadē in talibus, qbus pfixa est, pmanēte ppetua, quodā genere factū est, vt in talibus, nō vsquequaq; manētibus, id est, in peccatis suis nō vsquequaq; durātibus, sentētia tñ pfixa talibus pmaneret. Nā & ipsi pereūt, sed eē pctōres (*vt dictū est) nō penaliter, sed remediabiliter quodā & ipsi genere perierūt. Quodam genere & in ipsis māsit præfixa sentētia, donec permanēs eos efficeret non esse pctōres, vel pctōres nō esse perficeret. Cōpleta est & in eis sentētia, nec quo tenore pacto permanēs illa sentētia pereuntibus pctōribus, ita vt nō essent vtiq; pctōres. At ea iam in non pctōribus manere nō potuit, qa in eis, in qbus inflicta nō fuerat, ius manēdi penitus nō habebat. Ita nec in suo iure, vel tramite vllatenus sentētia resoluta est, & eadē in his, qbus inflicta est, pmanēte, ab his, q ab eius iure discreti sunt, aliena prorsus effecta est. Nec in his salua sui cōditione fas haberet manēdi, qbus inflicta non erat. Dixit dñs, q in spiritū sanctū peccātibus nec hic esset, nec in futuro seculo remittendū. Quātos aūt cognoscimus in spm̄ sanctum delinquētes, sicut hæreticos diuersos, Arrianos, Eutychianos, Macedonianos ad fidē catholicā reuertētes, & hic remissionē suæ pcepisse blasphemiæ, & ī futurꝯ spem sumpsisse indulgētiæ cōsequēdæ. Nec ideo nō vera est dñi sentētia, aut putabit esse vllatenus resoluta, cū circa tales, si hoc eē pmaneāt, nunq̄ oīno soluēda psistat, effectis aūt nō talibus, *nō irrogatat. Sicut etiā est consequēter & illud beati Iohānis apostoli. Est pctm̄ ad mortem, nō dico, vt oretur pro eo. Et est pctm̄ nō ad mortē, dico, vt oretur pro eo, & est pctm̄ ad mortē, in eodē pctō manētibus. Est pctm̄ nō ad mortē, ab eodē pctō recedentibus. Nullū est quippe peccatū, pro quo aut nō oret ecclesia remittendū, aut q̄d, data sibi diuinitus potestate, desistentibus ab eodē, nō possit absoluere, vel pœnitētibus relaxare, cui dicit, quæcūq; dimiseritis sup terrā, dimissa erūt & in cœlis, & quęcūq; solueritis sup terrā, erūt soluta & in cœlis. In quibuscūq; oīa sunt, quātacunq; sint, & qualiacūq; sint, veraci nihilominus eorꝯ manēte sentētia, *quæ nunq̄ soluēda esse denūtiatur, in eorꝯ tenore consistēs, non etiā ab hoc eodē post recedēs. Quod etiā in Acatij sentētia rationabiliter intuendū est, *in qua non etiā ab eodē post recedēs. Quod etiā si ei dictū est, nunquāq; soluēdus, nō est adiectū, tamen etiā si resipueris, etiā si ab errore discesseris, etiā si puaricator esse destiteris. Quapropter in aperto est ita dictum, nunq̄ soluendus, *si talis (scilicet) qualis est & ligatus, non aūt talis effectus, sicut ligādus non erat, sic absolutus esse docebat. Sicut carebat obligatione, cū obligationis causa caruisset, sic vtique absolutus existeret, quatenus & ipse non necessitate dictæ sentētiæ videret non posse quodāmodo iam solui, nā talis effectus, & obligatione carens, fieret absolutus, & circa tales præfixa sententia nullo modo solubilis redderet. Nunqd em̄ misit, q̄siuit, expetijt, & abiectus est. Itaque ipse in se insolubilē fecit esse sententiam, qui talis pmanere delegit, qualis veraciter nō possit absolui, & noluit talis effici, circa qualē, permanēte sentētia circa talem effectum, non talē insolubilis sententia non pmaneret, q̄ circa effectū non talem non haberet licentiā permanendi. Quo magis (vt dictū est) exemplo atque periculo admoniti, q eodem tenore sunt constricti, festinare debent, vt nō tales esse pmaneāt, qbus sentētia illa non soluēda pfixa est, & esse tales incipiāt, qualibus, non insolubilis, pfixa sentētia possit eē solubilis. Qm̄ aūt effecto non tali, quali nō soluenda pfixa sententia ē, effecto (inquam) non tali, potest solubilis esse sententia, qa iam Acatio, non volenti non *talē eē, sicut tali vsq; in finē permanenti, permāsit inabsoluta sententia, ita iam nō tali effici nō volenti, solubilis non potest esse sententia. Nōne tātos habebat Acatius, quorꝯ exemplum sequi potuisset, antistites, qui in Ephesino prolapsi latrocinio, quolibet modo in consensionē reciderāt prauitatis. Vtique tamen & si dictū non erat, & ppetuam damnationē ferre potuissent, nisi resipiscentes & non tales effici, quales illic facti fuerāt, damnationemq; perpetuā merebātur, resolui circa se dānationē, recedentes a perpetuæ dānationis causa, meruerūt, quā, qui perstitere, circa se insolubilem reddiderunt. Nihil interest igitur, nihil differt, vtrū dicatur nunq̄ soluendus an non dicatur, quia ecclesiastica sententia reos & puaricatores obligat, qa sicut ei non pōt, q̄d nō est, suffragari, q̄d non est dictus nunq̄ soluendus, sed si in errore permāserit, insolubilis modis omnibus perseuerat, nec potest inde absolui, nisi non talis effectus, sic cuiquā præiudicare non pōt, tametsi

[Margin notes: alias, & — Matth. 12. c — 1. Iohan. 5. d — Matth. 16. c — alias, qua — als, in q̄ etiā si ei dictum. — alias, sed — alias, talis. — Section letters: D, E, F]

A tametsi dictũ est, nunquã eẽ soluendũ, manifesta ratione monstrãte, qa nunquã sit omnino soluendus, si talis, qualis ligatus *esse psistat, vel talis vtiq; nunq̃ soluendus, qualis est obligatus. Non adiecto aũt, etiã si resipiscat, & corrigat, patere prorsus & liberũ esse non dubiũ sit, vt non talis effectus, qualis nunquã dictus est nunquã esse soluẽdus, sed talis, qualis non est dictus, nunquã eẽ soluendus, id est, correctus, & emẽdatus, consequenter correctus, & possit *solui. Notandũ q, quolibet genere blasphemãtibus in spiritũ sanctũ, si resipiscãt, & corrigãt, & hic eis & in futuro seculo remittat, nec inde possit dñi mutari sentẽtia, q̃ circa tales, vtiq; pmanentes, permanere dicta est, nõ circa non tales effectos. Quãdiu aũt in hoc manẽt, tales sunt, qualibus nõ remittendũ esse præfixum est. Cũ aũt ab hoc recesserint, non tales efficiuntur, qualibus non remittendũ eẽ prædictũ est. Et ideo, nõ talib⁹ effectis põt & hic & in futuro seculo iã *dimitti. Alioquin (q̃d absit) frustra videret ecclesia hmõi sua reconciliatione suscipere. Qui aũt frustrari nõ potest, hoc intellectu modis oĩbus, salua dñi sententia, pdicandũ est, q̃tum ad nos pertinet, omnino non posse. Talis igitur dictus est Acatius, qualis ligatus est, nunquam esse soluendus. Talis vsq; in finem esse pmansit, talis esse non destitit. Ita talis est hodie, qualis est & dictus. Non talis esse iã non põt, nunquã igitur, talis pmanẽdo soluendus est, *qa si talis esse desisteret, nec in non tali permãsisset, & nunquã esse soluendum, qa non talis, qualis dictus est, nunquã esse soluendũ possit absolui, & nõ tali nũquã solui recederet, & ideo, vt solui posset, accederet.

B Quod sedes apostolica nõ consensit, nec Imperator imposuit, nec Anatholius vsurpauit. Totũq; (vt dictũ est) in sedis aplicæ positũ est potestate. Ita q̃d firmauit in synodo sedes aplica, hoc robur obtinuit, q̃d refutauit, habere nõ potuit firmitatẽ, & sola rescindit, q̃d pter ordinẽ cõgregatio synodica putauerat vsurpãdum, non promulgatrix iteratæ sententiæ, sed cũ apostolica sede veteris executrix. Hoc tamen, quod de vno eodemq; homine dictum est, siue tali psistente, qualis sentẽtiã cõpetenter accepit, siue nõ tali effecto, & ab illa sententia, q̃ non tali data est adsoluto, & in vnaquaq; ciuitate legit similiter esse præfixũ, & in populo ac simul gẽte depromptũ potius q̃ in toto orbe portio est. Idem eñ mũdus ẽ, qui & periturus est dictus, & sermo dei non põt excidere, & in ipso mundo nihilominus a prauis intentionibus recedẽte nõ promit. Sic Tyrus & Beryton Gaza, & Aegyptus pronũtiatæ sunt perituræ, quas postea p euãgeliũ nouimus esse saluatas. Perierunt itaque duplici modo, aut pmanẽtes in eo, q̃d talẽ sententiã susceperũt, aut deficientes ab eo, q̃d tales fuerãt, & incipiẽtibus eẽ, quo nõ tales fuerãt. Quibus est illa pfixa sententia, vt cõsequẽter ad nõ tales non ptineret illa sentẽtia, q̃ nõ talibus præfixa nõ fuerat. Sic etiã de gẽte Iudæorũ adeo etiã per Esaiã prophetã peremptorie veluti pronũtiatum est: Claude oculos eorũ, & obtura aures eorũ, & videntes non videãt, & audiẽtes non audiãt, ne quãdo intelligãt, & obdura cor populi huius, ne vnquã cõuertãtur, & sanẽ illos.

C Hic etiã correctio & emẽdatio interdicta monstrat, & resipiscẽdi q̃q; spes prorsus abscindit. De q̃ tñ populo aplos, & ecclesiã primitiuã nouimus processisse, & tot milia hoĩm vna die baptismate fuisse saluata. Ecce & in psistẽtibus, qualis est illa sententia promulgata, pmãsit, nec ad correctionẽ prorsus venire sanitatis, admissi sunt, sed adiudicati sunt in sua nequitia deperire, & manente diuina sententia, non p ipsorũ propriã emẽdationẽ, suoq; intellectu, vel motu, suaq; virtute, vel possibilitate cõuersi sunt, vt sanarent, sed per gratiã dei sanati sunt, vt conuerterent. Ne cõuertãtur (inqt) & sanem eos, ne sua sponte, ne suis operibus vtique qbus confidebãt, ne suã iustitiã sectãtes, iustitiæ dei non debeãt esse subiecti, de suis viribus confidẽtes, non diuinæ se misericordiæ, illuminationiq; subdẽtes. Et ideo inhibetur eis superbæ psumptionis effect⁹, ne conuertãtur suis intẽtionibus, suis nisibus, vt putarãt, & sanẽ eos, ne eorũ quasi meritis ex propria facultate venientibus, saluatrix gratia daret, atq; ita gratia iam non eẽt gratia, si non gratis data esset immeritis, sed merces tanquã meritis restituta. Non ergo ipsi conuertant, & sanem eos, sed sanati per gratiã, qualiter ad humilitatẽ Christi conuertant, agnoscant. Ita in vtrisque, hoc est, & in eo, permanentibus, in quo talẽ sententiã perceperũt, & in saluatis, exinde sentẽtia dñica fixa permãsit, & tamẽ cũ pmanente sic eis miro gñe sanitas introducta est, vt illa sentẽtia non mutata videret, sed eadẽ perdurãte, sanitas non eorũ confidentia, sed diuino munere proueniret. Quod si hæc tentare formidant, nec ad suæ pertinere cognoscunt modulum potestatis, cui tantum de

Marginal notes: als, est, esse · als, absolui · alias, remitti · alias, qui · Hiere. 47. c · Hier. 44. per totum. · Luc. 10. c. · Esa. 6. c. · alias, obtura · Acto. 2. g · Roma. 10. a. · Roma. 11. a

humanis reb'iudicare pmissum est, nõ etiã eã precesse diuinis, qũo de his, p quos diuina ministrant, iudicare psumũt? Fuerũt hæc añ aduẽtum Chri, vt qdam figuralr, adhuc tñ in carnalibus actibus cõstituti, pariter reges existerẽt, & pariter sacerdotes. Quod sanctum Melchisedech fuisse sacra prodit historia. Quod in suis quoq; diabolus imitatus est, vtpote q̃ semper, quæ diuino cultui conuenirẽt, sibimet tyrannico spũ vendicare cõtendit, vt pagani Imperatores, idem & maximi pontifices dicerent. Sed cum ad verum ventum est eundem regẽ atq; pontificẽ, vltra sibi nec Imperator pontificis nomẽ imposuit, nec pontifex regale fastigium vendicauit. Quãuis em̃ membra ipsius, id est, veri regis atq; põtificis scdm pticipationẽ naturæ, magnifice vtrũq; in sacra generositate sumpsisse dicant, vt simul regale genus, & sacerdotale subsistant, qm̃ Christus memor fragilitatis humanæ, quod suo℞ saluti congrueret, dispẽsatione magnifica temperauit, sic actiõibus proprijs, dignitatibusq; distinctis officia potestatis vtriusq; discreuit, suos volens medicinali humilitate saluari, nõ humana superbia rursus intercipi, vt & Christiani Imperatores pro æterna vita pontificibus indigerẽt, & pontifices pro tẽporalium cursu rerum imperialibus dispositiõibus vterent, quatenus spũalis actio a carnalibus distaret incursibus, & ideo militãs deo minime se negotijs secularibus implicaret, ac vicissim nõ ille rebus diuinis præsidere videret, q esset negotijs secularibus implicatus, vt & modestia vtriusq; ordinis curaret, ne extolleret vtroq; suffultus, & competens qualitatibus actionũ specialr professio aptaret. Quibus oĩbus rite collectis, satis euidẽter oñdit, a seculari potestate nec ligari prorsus, nec solui posse põtificẽ. Quo manifestius approbat Alexãdrinum Petrum p Imperialẽ tantũmodo sñiam nullo modo potuisse prorsus absolui, vbi si põtificum quoq; sociat assensus, quærimus vtrũ pcesserit, an fuerit subsecutus. Si subsecutus est, nihilominus ad id redit, vt absolutio seculari potestate pcepta, & principalr inchoata, valere nõ possit, põtificumq; secutus assensus adulatiõis potius fuerit, q̃ legitimæ sanctionis. Si pcessit, doceat a qbus, & vbi ille sit gestus, si scdm ecclesiæ regulam celebratus, si paterna traditiõe profectus, si maio℞ more prolatus, si cõpetenti examinatiõe depromptus. Vbi procul dubio requirẽdum est, si synodali congregatiõe celebratus, quod in receptiõe dãnati, & depulsione catholici, qa noua est causa, fieri certissimũ est. Qđ si ad primã sedẽ, cui' intererat sñiæ, qua Petrus tenebat obstrictus, scdm regulas est relatũ, si eadẽ, quæ ligauit, absoluit, si illa, quæ nõ ligauerat, resoluente immo etiam nesciẽte, potuisset dissolui, si hæc gesta nõ sunt, quo more, quo ritu Alexãdrinus Petrus ptendit absolutus, cũ nec a põtificibus legitime, & ecclesiasticis legibus fuerit expeditus, nec a seculari ptãte potuerit pter ecclesiæ tramitẽ prorsus absolui. Sed dicat forsitan, nõ Imperator absoluit, sed a põtificib' poposcit absolui. Tanto magis poscẽti Imperatori a pontificibus fuerat suggerẽdum, vt si eum legitime vellet absolui, legitima ecclesiastici tenoris absolutio proueniret, & hæc oĩa quæ superius dicta sunt, secũdum ecclesiæ tramitẽ seruarẽtur, præcipue cum de secũdæ sedis ageretur antistite, nec ab inferiore qualibet, sed a prima sede iure possit absolui. Inferior quippe potiorẽ absoluere nõ potest, sola ergo potior inferiorẽ conueniẽter absoluit. Proinde inferioris loci põtifices, q nullatenus se nouerãt potiorẽ sibi, sine prima sede se posse resoluere, pcipue, quẽ eius sñia nouerãt obligatum, puaricatoria absolutiõe potius nõ illum penitus exuerũt, sed se puaricatiõe potius nexuerũt. Ita Petri absolutio ex vtroq; nõ cõstat, qa nec puaricatoria absolutiõe rei reum absoluere potuerunt, & depulsis vndiq; põtificibus catholicis, hæreticisq; suppositis, vel his, qui hæretico℞ tenebãtur cõione polluti, etiã sacræ relgionis in synceritate polluti, participẽ suum tam absoluere nequiuerũt, q̃ ipsi non erãt absoluti. Ac proinde tam ecclesiasticæ regulæ præuaricatores, q̃ sacrosanctæ cõmunionis integritatẽ maculantes consortio perfido℞, quod de reo simillimo potuerũt ferre iudicium? De catholicis em̃ põtificibus p totum Oriẽtem aut quicunq; perstitit, est eiectus, aut ille restitit, q consensit errori, & se ab errãtium cõtagio nõ retraxit. Quod igit eo℞ potuit de cuiusq̃ errore esse iudiciũ, q *nunq̃ nõ errasse monstrãtur * sed hæretico℞ sil' catholico℞q; cõfessiõe pmixta, cũctas religionis veræ, & syncere fides turbasse, catholicã aplicamq; cõfudisse puritatẽ? Ecce q reum absoluere potuerunt, rei præ oĩbus docebãtur effecti. Ecce cum qbus de absoluẽdo reo synodus fuerat ineũda. Si fides & cõmunio catholica retinebat, cur catholici pellebãtur antistites. Si catholici pellebantur antistites, qũo non tantummodo hæretici seruabantur.

Gene. 14. d & Hebr. 7. a

1. Petri. 2. a

2. Timo. 2. a

alias, nusquã alias, &

D E F

¶ Epla

A

¶ Epistola Gelasii papæ ad Faustum magistrum fungentem legationis officio Constantinopolis.

EGo quoque mente percepi Græcos in sua obstinatiõe mãsuros, ne cui velut insperatũ videri põt, q̊d est in ante p̃cognitum. Quapropter nõ iam propter religionis causas student dispositionibus publicis obuiare, sed potius p occasionem legationis regiæ catholicã fidem moliuntur euertere, & tali commẽto nituntur sperata p̃stare. Quid sibi vult aũt, quod dixerit Imperator, a nobis se in religione damnatũ, cum super hac parte & p̃decessor meus non solum minime nomen eius attigerit, sed insup quãdo principia adeptus regiæ potestatis excreuit, in eius se rescripsit imperij promotione gaudere? Et ego nulla ipsius vnquam scripta percipiẽs, honorificis (vt nostis) eũ literis salutare curauerim. Prædecessores mei sacerdotes, q præuaricatoribus se communicasse propria voce confessi sunt, a cõmunione eos ap̃lica submouerũt. Si isti placet se miscere damnatis, nobis nõ põt imputari, si ab eis velit abscedere, tãto magis a nobis nõ potest eẽ dãnatus, sed potius ad gratiã syncere cõmunionis admissus. Ad senatũ pertinet Romanũ, vt memor fidei, quã a parentibus se suscepisse meminit, aduigilet, ne ob cõtagia vitæ & cõionis externæ, (a cõmunione huius sedis ap̃licæ (q̊d absit) reddat externus) sed veniã sibi dari debere proponat. Legatur, ex q̃ est religio Christiana, vel certe detur exẽplũ, in ecclesia dei, a quibuslibet põtificibus, aut ab ipsis ap̃lis, ab ipso denicq; saluatore, veniã, nisi corrigẽtibus se fuisse cõcessam. Auditũ aũt sub isto cœlo nec legit̃ oĩno, nec dicit̃, q̊d eoꝵ voce depromitur. Date nobis veniã, dũ tamẽ nos in errore duremus. Id q̊cq; pariter etiã ostendãt, q nobis canones nitũtur opponere, qbus hoc canonibus, quibus regulis, qua lectione, quove documẽto, siue a maioribus nostris, siue ab ipsis ap̃lis (quos potiores merito fuisse nõ dubiũ est) seu ab ipso dño saluatore, q iudicaturus creditur viuos & mortuos, siue factũ est vnquã, vel faciendũ esse mãdatur. Mortuos suscitasse legim⁹ Christũ, in errore mortuos absoluisse nõ legimus. Et q hoc tantũ faciẽdi solus habuit potestatẽ, beato Petro principaliter mãdat apostolo: Quæ ligaueris super terrã, ligata erũt & in cœlo, & quæ solueris super terrã, erũt soluta & in cœlo. Super terrã (inquit) nam in hac ligatione defunctũ nusquã dicit absolui. Quod ergo nunquã factũ est, vel mente cõcipere formidemus, scientes in diuino iudicio nõ posse penitus excusari, si, q̊d nunc p̃tendũt, a Romana ecclesia se sunt diuisuri, q̊d iamdudum fecisse monstrãtur. Euphemius vero (miror) si ignorantiã suã ipse nõ perspicit, q dicit Acatium ab vno nõ potuisse damnari. Ita ne non perspicit secundũ formã synodi Chalcedonẽsis Acatiũ fuisse dãnatũ, nec nouit, aut se nosse dissimulat, quãtos vticq; per numerosam sentẽtiã sacerdotũ erroris huius authores cõstat fuisse dãnatos, sicut in vnaquacq; hæresi a principio Christianæ religionis & factũ fuisse, & fieri manifesta rerum rõne monstratur, p̃decessorẽcq; meũ executorẽ fuisse veteris cõstituti, nõ nouæ cõstitutionis authorem. Quod nõ solũ præsuli apostolico facere licet, sed cuicũcq; pontifici quoslibet & quẽlibet locũ secundũ regulã hæreseos ipsius ante dãnatæ a catholica cõione discernãt. Acatius qppe nõ fuit noui, vel proprij inuẽtor erroris, vt in eũ noua scita prodirẽt, sed *alioꝵ facinori suã cõionẽ miscuit. Itacq; necesse est, vt in illã recideret iusta lance sñiam, quã cũ suis successoribus p cõniuentiã synodalẽ susceperat author erroris. Nobis opponũt canones dũ nesciũt, qd loquant̃. Cõtra q̃s hoc ip̃o venire se produt, q̊d primæ sedi sana, rectacq; suadẽti parere fugiũt. Ipsi sunt canones, q appellationes totius ecclesiæ ad huius sedis examen voluere deferri. Ab ipsa vero nusquam prorsus appellari debere sanxerũt, ac p hoc illã de tota ecclesia iudicare, ipsam ad nulli⁹ cõmeare iudiciũ, nec de eius vnq̃ p̃ceperũt iudicio iudicari, sentẽtiãcq; illius cõstituerũt nõ oportere dissolui, cuius potius decreta sequẽda mãdarũt. In hac ipsa causa Timotheus Alexãdrinus, & Petrus Antiochenus, Petr⁹, Paulus, Iohãnes, & cæteri nõ solũ vnus, sed plures vticq; nomẽ sacerdotij p̃ferẽtes, sola sedis ap̃licæ sunt authoritate deiecti, cuius rei testis etiã docetur ipse Acatius, q p̃ceptionis huius extitit executor. Quod vticq; sicut ap̃licam sedẽ iuxta formã synodicã fecisse manifestũ est, sic neminẽ resultare potuisse certissimũ. Hoc igitur modo, recidẽs in cõsortiũ dãnatoꝵ, est dãmnatus Acatius, qui eoꝵ damnationem, antequam præuaricator existeret, fuerat executus. Nobis ausi sunt facere canonum mentionem, contra quos semper ambitionibus illicitis fecisse monstran-

B — 24. q. 2. Legatur ex

Matth. 9. c & Mar. 5. d & Luc. 8. d. Iohan. 11. f Matth. 16. c

C — 24. q. 1. Acatius non fuit. alias, alieno.

9. q. 3. Ipsi sunt canones

monſtrãtur. Qua in ſynodo, vel ſecundũ cuius ſynodi formam Alexãdrinũ Iohãnem de eccleſia, cui ordinatus fuerat, expulerunt? qui nullis cauſis euidẽtibus, nec ante * cõuictus, nec poſtea prouocatus, etiã in iudicio competẽti potuit accuſari. Quod ſi dicũt: Imperator hoc fecit, hoc ipſm q bus canonibus, qbus regulis eſt pceptum? Cur huic tã prauo facto cõſenſit Acatius, cum authoritas diuina dicat: Non ſolum q faciunt praua, reos eſſe, ſed etiam, q conſentiũt faciẽtibus? Quibus canonibus, qbusve regulis Calendion excluſus eſt, vel primi vrbium diuerſaꝝ catholici ſacerdotes? Qua traditiõe maiorum apoſtolicã ſedẽ in iudiciũ vocãt? An ſecũdæ ſedis antiſtites, & tertiæ, cæteriq́ bene ſibi cõſcij ſacerdotes, depelli debuerunt, & q religionis * exiſtit inimicus, depelli nõ debuit? Viderint ergo, ſi alios habẽt canones, qbus ſuas ineptias exequant. Cæteꝝ iſti, qui ſacri, q eccleſiaſtici, q legitimi celebrãtur, ſedem apoſtolicam ad iudicium vocare non poſſunt, & Cõſtãtinopolitanæ ciuitatis epũs, q vtiq per canones inter ſedes nullum nomẽ accepit, in cõionem recidens perfidoꝝ, nõ debuit ſubmoueri? An, q homini mẽtitus dicit Imperatori, & q Imperatorẽ læſiſſe perhibent, depelli debuerũt, & in deum, q ſummus & verus eſt Imperator, Acatium delinquẽtem, ſynceramq́ cõionem diuini ſacramẽti ſtudẽtem miſcere cum infidis, ſecũdum ſynodum, qua eſt damnata perfidia, nõ oportebat excludi? Sed velint, nolint, ipſius iudicio antiquæ canonum cõſtitutiões firmabunt. Sed religioſi viri atq perfecti ſecũdum canones cõceſſam ſedi apoſtolicæ poteſtatẽ nimiꝝ conãtur eripere, & ſibimet eam cõtra canones vſurpare cõtendũt? O canonum magiſtros, atq cuſtodes. Nobis nullum fas eſt inire certamẽ cum hominibus cõionis alienæ, diuina ſcriptura prædicãte, hoĩem hæreticũ poſt primã & ſecũdam correptionem deuita, ſciens, qꝺ hmõi delinquat, proprio iudicio cõdemnatus. Ecce cognoſcant, qa nõ ſolum ab alio, ſed a ſe quoq prædamnet hæreticus. Illud aũt nimis ẽ impudens, quod Acatiũ veniã poſtulaſſe cõfingunt, & nos extitiſſe difficiles. Teſtis eſt frater veſter, vir illuſtris, filius meus Andromachus, q & a nobis abundãter inſtructus eſt, vt cohortaret Acatiũ, depoſita obſtinatiõe, reſipiſcere, & ad ſedis apoſtolicæ remeare cõſortiũ, quiq́ ſe ſub iureiurãdo magnis cũ eodẽ molitiõibus egiſſe teſtat, nec ad ea, quæ recta ſunt, potuiſſe deflecti, ſicut rerum probat effectus. Certe proferat iudiciũ, qñ miſerit, qñ veniã poſtularit, correptionemq́ ſuã nobis promiſerit exhibẽdam, niſi forte hunc animũ geſſit, quẽ ſucceſſores eius habere pſpicimus. Vt tñ ſi veniã poſtularet, ſic ſibi vellet impẽdi, vt nihilominus in errore pſiſteret, vbi vtiq nõ tam a nobis recipi videret, q̃ nos potius in ſuã traduceret prauitatẽ. Quẽ reatum ſe * cõfeſſuꝝ aſſeruit ante certamẽ? Si reatus eſt, vtiq * corripiẽdus eſt. Si corrigẽdum nõ putant, fallaciter ſe reatum phibẽt profiteri, niſi quod eſt infelicius, cum & fatent reatũ, & nõ æſtimãt corrigẽdum. Illud quoq me ridere libuit, quod ait: Si neceſſe fuerit veniã poſtulare, exiſtimans nimiꝝ, tunc ſe peccati veniã neceſſario poſtulare, ſi ei cõcedamus, ne peccare deſiſtat, immo etiã (quod abſit) certe cum eodẽ cõſentiamus nos quoq peccare. Neſcio, inter quæ mũdi prodigia hæc vox poſſit admitti. Remitti culpa de pterito poteſt, correctiõe ſine dubio ſubſequẽte. Nã ſi deinceps ſinitur mãſura puerſitas, nõ eſt benignitas remittẽtis, ſed cõſentiẽtis aſſenſio. Non mirũ, ſi iſti ſedẽ beati Petri aplĩ blaſphemare præſumũt, q talia portenta vel corde gerunt, vel ore diffundũt, & nos inſup ſuperbos eſſe pronuntiãt, cum eis prima ſedes, quicqd eſt pietatis, nõ deſiſtat offerre, illi eam ipſo proteruo ſpũ ſubiugare ſe poſſe cõfidãt. Sed captos mẽte facere iſta nõ mirum eſt. Sic frenetici ſolẽt medicãtes quosq́ velut hoſtes putare, vel cedere. Quæro tñ iudicium ab his, quod prætẽdunt, vbinam poſſit agitari, an apud ipos, vt ijdem ſint inimici, & teſtes, & iudices? Sed tali iudicio nec humana debẽt cõmitti negotia, ne dum diuinæ legis integritas. Si quãtum ad religionem ptinet, nõ niſi apoſtolicæ ſedi iuxta canones debetur ſumma iudicij totius, ſi quãtum ad ſeculi poteſtatẽ, ille a põtificibus, & pcipue beati Petri vicario debet cognoſcere, quæ diuina ſunt, nõ * poteſt ipſe eadẽ iudicare, nec ſibi hoc quiſquã potẽtiſſimus ſeculi (q tñ Chrianus eſt) vindicare pſumat, niſi religionẽ forſitan pſequẽs. Quid tamẽ dicerẽt, ſi nõ chartis ſuis in omibus vincerentur? Ineptias itaq ſuas ſibi ſeruent, niſi reſipiſcãt potius, cogitantes Chri vocẽ non eſſe ſuperfluam, quę confeſſiõe beati Petri apoſtoli inferni portas nunq̃ præualituras * aſſeruit. Qua propter nõ veremur, ne apoſtolica ſentẽtia reſoluat, quã & vox Chri, & maioꝝ traditio, & canonum fulſit authoritas, vt totam potius eccleſiã ſemp ipa dijudicet. Sed cogitẽt magis, ſi quis in

Marginalia: D; alias, cõuict⁹; Roma.1.d; Diſti. 22. qua traditione; alias, extiterit; E; Titum.3.a; alias, cõfeſſuros aſſerunt; al's, corrigendus; F; alias, potius; Matth 16.c; alias, aſtruit.

A quis in eis religionis ē sensus, ne prauitatē suā nullatenus deponētes, apud deū, hoiesq; sedis apostolicæ ppetua cōstitutione dānent. Sic aūt dicit fuisse definitū, vt deinceps de negotio nihil dicatur, quasi vel nūc eos (queadmodū nostis) meo duxerim nomine speciali ter alloquēdos. Neq; plane cū istis nō corrigētibus ineunda cōgressio, queadmodum cū aliaru quoq; hæresium sectatoribus dimicatio renuenda. Vos autem saluos, & sospites quantotius huc reuerti, continuis diuinitatem votis expetimus.

¶ Epistola Gelasii ad Anastasium augustum.

FAmuli vestræ pietatis, filij mei Faustus magister, & Hireneus viri *consulares, atq; eorū comites publica legatione fungētes, ad vrbē reuersi, clementiā vestrā q̄sisse dicūtur, cur ad vos meæ salutationis scripta nō miserim. Nō meo (fateor) instituto, sed cū directi dudū de partibus Orietis, vel vidēdi me licentiā sibi vestris pceptionibus abnegatā tota vrbe disperserint, a literis credidi tēperandū, ne onerosus potius q̄ officiosus existerē. Videtis igit, nō mea dissimulatione prouenisse, sed cōpetentis fuisse cautelæ, ne respuentibus animis molestiā irrogarē. Sed vbi serenitatis tuæ beniuolentiā comperi, pfatis indicātibus, humilitatis meæ clemēter expetisse sermonē, iam B reuera *perpendi, imputādū nō immerito mihi, si tacerē, qa, gloriose fili, *& sicut *Romæ natus, Romanū principē amo, colo, suscipio, & sicut Christianus, cū eo, q zelū dei habet, secūdū scientiā veritatis habere desidero, & qualiscūq; aplicę sedis vicarius, q̄d cūq; plene fidei catholicæ deesse cōperero, pro meo modulo suggestionibus opportunis supplere cōtendo. Dispēsatione etem mihi diuini sermonis iniuncta, vę mihi est, si nō euāgelizauero. Q̄d cū vas electionis beat[9] Paulus aplus formidet, clamet, & multo magis mihi exiguo metuendū est, si diuinitus inspiratū, & paterna deuotione transmissum subtraxero ministeriū prædicādi, pietatē tuā precor, ne arrogantiā iudicet diuinæ rōnis officiū. Absit (quæso) a Romano principe, vt, intimatā suis *sedibus veritatem, arbitretur iniuriā. Duo quippe sunt, Imperator auguste, qbus principaliter mundus hic regit, authoritas sacra pontificū, & regalis potestas. In qbus tāto grauius est pōdus sacerdotū, quāto etiā pro ipsis *regibus hominū in diuino reddituri sunt examine rationē. Nosti etem, fili clemētissime, q licet præsideas humano generi dignitate regū, tamen præsulibus diuinarū deuotus colla submittis, atq; ab eis causas tuæ salutis *expectas, inq; sumēdis cœlestibus sacramētis, eisq; (vt competit) disponēdis, subdi te debere cognoscis religionis ordine potius, q̄ præesse. Nosti itaq; inter hæc, ex illorū te pēdere C iudicio, non illos ad tuā velle redigi volūtatē. Si eñ, quātū ad ordinē pertinet publicæ disciplinæ, cognoscētes imperiū tibi superna dispositiōe collatū, legibus tuis ipsi q̄q; parēt religionis antistites, ne vel in rebus *humanis exclusæ videātur obuiare sentētiæ, quo (rogo) te decet affectu eis obedire, q prærogādis venerabilibus sunt attributi mysterijs? Proinde sicut nō leue discrimē incūbit pōtificibus, siluisse pro diuinitatis cultu, quod cōgruit, ita his (q̄d absit) nō mediocre periculum est, qui cū parere debeāt, despiciunt. Et si cūctis gñaliter sacerdotibus, & recte diuina tractātibus fideliū cōuenit corda submitti, q̄to potius sedis illius psuli cōsensus est adhibēdus, quē cūctis sacerdotib[9] & diuinitas summa voluit pminere, & subseqūes ecclesiæ gñalis iugiter pietas celebrauit? Vbi pietas tua euidenter aduertit, nunq̄ quolibet penitus hūano cōsilio eleuare se quenq̄ posse illius priuilegio vel cōfessioni, quē Christi vox ptulit vniuersis, quē ecclesia venerāda cōfessa semp ē, & habet deuota primatē. Impeti pñt hūanis psumptionibus, q diuino sunt iudicio cōstituta, vinci aūt q̄rūlibet ptāte nō pñt. Atq; vtinā sic cōtra nitētibus pnitiosa nō sit audacia, queadmodū, q̄d ab ipo sacrę religionis authore pfixū ē, nō pōt vlla virtute cōuelli. Firmamētū eñ dei stat. Nūqd nā cū aliqbus infesta religio ē, q̄tacūq; potuit nouitate supari, & nō magis hoc inuicta pmāsit, q̄ æstimata est posse succūbere? Desinant ergo (quæso te) tpibus tuis qdā per occasionē pturbationis ecclesiasticæ pcipitāter ambire q̄ nō licet, ne & illa, q̄ male appetūt, nullatenus apprehendāt, & modū suū apud deū, & hoies non teneāt. Quapropter sub conspectu dei pure, syncere pietatē tuā deprecor, obtestor, & exhortor, vt petitionē meā nō indignāter accipias, rogo (inquā) vt me i hac vita potius audias depcātē, q̄ (q̄d absit) in diuino iudicio sentias accusantē. Nec me latet, Impator auguste, q̄d pietatis tuę studiū fuerit i priuata vita. Optasti sp fieri pticeps pmissiōis ęternę. Quapropter noli irasci mihi, si te tm̄ diligo, vt regnū, q̄d tpaliter assecut[9] es, velim te habere ppetuū, &, q ipera seculo, possis regnare

als, illustres.
alias, ppendere cœpi.
alias, te.
als, Roman[9].
1. Cor. 9. c
alias, sensibus
Dist. 96. Duo quippe.
alias, legibus
alias, expetis.
Dist. 96. duo quippe.
alias, mundanis
Matth. 16. c.

duceretis miserijs consulendum, formidantes in vobis, quod in alijs cernitis, ꝑter illum morem violenter admitti, si crimine resperſi erãt, aliqd ecclesiastica debuit examinatione cognosci. Taceo, & ad sedem ap̃licam ex more referri, ne nostra priuilegia curare videamur, satis sit oñdere, qd secundum regulas patrum & canones facere deberetis, præcipue cũ etiã ipsæ leges publicæ * ecclesiasticã regulã sequẽtes, tales personas nõ nisi ab epis sanxerint iudicari. Si vero de qualibet hæresi fuerint impetiti, tanto magis eos decuit ista cognoscere, qui & secundum religionis tenorẽ possent ista discutere, & haberent pristinum, ex quo est Christiana religio, põtificium iudicãdi. Aut catholici erãt, aut hæretici, de q̃bus passim illa ludibria gerebãtur, & latrocinia detestanda sæuiebant. Si hæretici, prodi, discuti, & legitime cõuinci modis oĩbus debuerant, vel suis confessionibus, vel alioꝝ vocibus confutari. Taceo, q̃a ad nos paterna fuerit consuetudine referẽdum, tãtumq́ꝫ cõmoneo, qd fieri ecclesiastico iure cõuenerat, si vero catholici probãtur, vos, q̃ non solum in eoꝝ depulsione cessastis, sed etiã subrogatis cõicare delegistis indubitãter hæreticis, q̃bus (depulsis catholicis) succedẽtibus, non ignorastis causam fidei cõmunionisq́ꝫ catholicæ per tãtos antistites toto orbe patefactam, sed plane sciẽtes, volentesq́ꝫ sine vlla discussione rerũ, sine vlla synodali examinatiõe, sine vlla sedis apostolicæ reuerẽtia, & assensistis hæreticis, libẽter habẽtes, patienterq́ꝫ sinẽtes catholicos antistites, inaudita prius & miserabili sorte detrudi, quos si a fide integra communioneq́ꝫ catholica putaretis errare, ad apostolicã sedẽ secũdũ scita maioꝝ, & sicut sp̃ est, factũ referre debuistis, sicut de Petro Alexãdrino, vel Antiocheno Petro, de Iohãne, Pauloq́ꝫ fecisse mõstratur Acatius. Sed q̃a noueratis eos cum ap̃lica sede sentire, & qd sedes apostolica sua diffinitione censeret, per illos tãtos ac tales ep̃os constat Oriẽtales antistites nullatenus ignorasse, & per illos catholicæ atq́ꝫ apostolicæ cõmunioni prodidisse cõtrarios, & ab eadẽ defecisse, cur non illis estis cõpassione coniũcti, sed potius persecutoribus eoꝝ societate cõnexi? Hic vobis synodus nunq̃ venit in mẽtem, & certe de p̃sonis (vt dictum est) nulla veteri lege cõstrictis. Hic nullo cõcilio, non vnius vrbis, vel vni⁹ ep̃i, sed totius Oriẽtis ecclesiã subijt animũ vestrũ facta sacerdotali concilio debere curari. Sed hoĩes, q̃ in contrariã partẽ toto proposito & toto recideratis affectu, concilia potius necessaria etiã * studio declinastis, ne per eadẽ tale aliqd cẽseret, quo vobis rebus euidẽter ostẽsis, & legitime confutatis, in hæreticoꝝ non liceret venire consortiũ. Quid ergo de ignorãtia prætẽditis, cũ per totũ Oriẽtem catholicã fidẽ, communionemq́ꝫ syncerã sedi ap̃licæ congruẽtẽ, non solũ cognouisse tot pontifices videbatis, sed etiã vsq́ꝫ ad extremũ constãtissime defendisse. Si vos non audieratis, qd de fide, & communione catholica atq́ꝫ ap̃lica cẽseremus, illos aspicere debuistis, & aut sequi, si credebatis eẽ catholicos, aut apud ap̃licã sedẽ potius accusare, si credebatis errasse qdem illos, aut suo proposito illã tenuisse sñiam, aut cognoscẽdo qd sedes ap̃lica diffiniret. Aut igit collegas & frẽs de proximo in conspectu vestro vel catholicos sequi debuistis, vel impetere, si credebatis errare, nec illis, à q̃bus nullo discrimine vexabant, ꝑbere consensum, donec veritas ex oĩb⁹ patefacta cõstaret, & regulariter de eis eccl̃iastici iudicij forma procederet. Sin vero sedis ap̃licæ regulam subsequendo perspiciebatis, illos hãc tenere constantiam, consequenter per illos, & quid nostra diffinitio contineret, non habuistis incertum, & illorum persecutoribus annuendo à sedis ap̃licæ non ignorãtes eius sententiam consortio retraxistis, & adhuc dicitis ignorare vos, qd sedes ap̃lica cẽsuisset, cum in illis sacerdotibus catholica fide & communione nolẽtibus non verbis aut literis, sed p̃sonis p̃ntibus didiceritis vniuersa, & ab eadẽ vos ꝓprio iudicio sepasse videamini.

Scd̃m exemplar admodũ vetustũ, inter eũ locũ vbi habet, separasse videamini, & inter illum, quo dicitur, & adhuc dicitis, sunt illa intermedia, quæ hic interdictos passus conscribunt. Circa quod tñ considerandum est, ꝙ eadem verba in præcedenti epistola, quæ est ad Dardaniæ episcopos scripta, præmissa sunt.

Ecce agnouerunt, quam iustis ex causis pro fide & communione catholica atq́ꝫ apostolica (cui & illi, qui in ea perstiterunt, congruebant, & illi, qui perstantibus obuiabant, ab eadẽ docebant alieni) sedis ap̃licæ authoritate sit remotus Acatius, eiusq́ꝫ pariter qcũq́ꝫ complices extiterũt, atq́ꝫ ab * illoꝝ merito cũ his cõione discret⁹, a qua se ipse primũ cũ suis cõsortibus a catholicis pontificib⁹ discrepãdo, cognoscit separasse, iureq́ꝫ sñiam ille damnationis excepit, cæteris consortib⁹ promulgãdã, q̃ solus pro omibus suis consortibus in

alias, ecclesiasticis regulis obsequentes.

alias, studiose

al's, illa vl' illo

D

E

F

A bus in cõionem se recidisse perfidiæ, ad aplicam sedem missis literis est professus. Cui si cõicauerant Orientales epi, anteq̃ huc referret, pari vtiq; reatu sine dubio probant, inuolui, jureq; p illum trãsgressiõis sniam susceperũt, tanq̃ facti cũ eodẽ cõionis externæ participes, q vtiq; non cõsuli, tanq̃ nr̃æ cõionis hoĩes, iam deberẽt, sed, tanq̃ in cõtrario positi, cõsortio refutari. Si vero non cõicauerãt, anteq̃ Acatius huc referret, & cõicantẽ notare debuerãt, & illis ipsi de eodẽ potius huc referre, atq; aplicæ sedis vigore pculsum merio cõprobare, cũq; ea sede aplica tãtisq; catholicis põtificib⁹ magis tenere concordiã. Sed qa ab eorũ societate desciuerãt, & eorũ successoribus cõicare delegerãt, ideo cũ sede aplica mĩme cõgruebãt, qa in *sectã reciderãt puaricatoris Acatij, illi⁹ se sine dubio puidebãt sniã consequẽter cõstringi, & ob hoc videri eũ nolebãt esse dãnatũ, qa se cognoscebãt in eadẽ puaricatiõe dãnatos, in qua hodie merito manere psistũt. Et sicut hi, simili cõditiõe cõstricti cõplicẽ suũ nõ possunt iudicare, nõ iure dãnatũ, neq; rei reum possunt competenter absoluere, sic illo* iure præuaricatore damnato, isti quoq; pari iacent damnatione prostrati, neq; nisi resipiscentes inde poterunt prorsus absolui.

alias, sortem

alias, iudis

Et adhuc dicitis synodũ in vni⁹ hoĩs psonã debuisse tractari, quã in dãnãdis tot põtificibus catholocis nõ quæsistis. Quib⁹ aũt vultis, vt de taliũ causarũ relatiõe credamus, catholicis, an hæreticis, an ab omni cõtagione hæreticorũ discretis, an hæreticorũ cõione pollutis? Quis autẽ nõ videat illos ecclesiæ catholicos, & ab oĩ hæretica peste prorsus alienos, q proprijs vrbib⁹ sunt detrusi, & in exiliũ redacti, & eos, q supstitibus catholicis B successores fieri ausi sunt, catholicos oĩno nõ eẽ, sed aut Eutychiani manifesti, aut eorũ sectatoribus cõicantes. Hæc pestis apud eos hodieq; pdurat, siquidem & cum Petro Alexãdrino, & cum Antiocheno Petro indifferenter hi, q catholicis successerãt communione pmixti sunt, & successoribus vtriusq; Petri hodieq; miscentur. His adde etiã illos, q catholicis licet nõ successerunt, sed cum catholici pontifices haberentur, talium se cõmunioni iunxerunt. Hæc illa mixtura, hæc est illa cõfusio, qua per Orientem totum inter catholicam hæreticamq; communionem nulla discretio est, immo qui discerni tentauerit, potius hæreticus habet, psecutione pcellitur *exilijs & afflictiõe mulctat.

als, ab illis

Restat ergo, vt in hac colluuione cunctorũ, sicut quisquis ab eadem separatus syncerae est communionis, & ideo catholicus, ita quisquis illius detestandi commercij particeps inuenietur, quantum a syncera communione, tantum a catholica atq; apostolica sit remotus. Nec prætendat quisquam, quod alicui forsan euidentiori non communicasset, vel non communicare videatur hęretico. Quid eñ iuuat, si illi non communicet, & his tamẽ communione iungat, qui ab illius non sunt cõmunione diuersi? Quod si eorum nulli cõicauit, vel omnino non communicat hic erit ille, synceræ, catholicæ aplicæq; communionis & fidei. Alioquin nullo modo poterit indiscretæ illius mixtionis insyncerum vitare contagium. Hoc modo etiam ille vir bonus Acatius Antiocheno C Petro, cui se palam non communicare iactabat, per alios sine ambiguo communicasse detegitur. Neq; eñ ab omnium, qui Antiocheno Petro communicabant, semet Acatius communione suspẽdit, ac p hoc quid profuit, q̃d videri volebat illi palã non communicare, cui p suos complices signo subcisiuę communionis nectebatur? Alexãdrino Petro communicauit Acatius, sed donec aduixit Antiochenus Petrus, q vtiq; cũ post Acatianũ cum Petro Alexandrino fœdus initũ, defunctus ostẽdit, nunq̃ Anticheno Petro Alexãdrinus Petrus communicare desiuit. Quod catholicorũ continet relatio sacerdotũ cæterorumq; sanctorũ in catholica fide durantium, nec consciẽtiam latere potest totius Orientis. Et vt taceam, quod p ipm Zenonem Imperatorẽ, qui vtiq; dum Antiocheno Petro, quem introduxerat, & cuius sacerdotium comprobauerat, sine dubio communione permixtus, communicabat Acatius, plurimos diuersarũ vrbium psules possumus demonstrare, quibus, cum Antiocheno Petro communicãtibus, nihilominus communicabat Acatius, & per illos Antiochenos communicabat consequẽter & Petro. Sed hæc apud Græcos facilis, & inculpabilis putat esse permixtio, apud quos nulla est veri, falsiq; discretio. Et dum cũ oĩbus reprobis volunt esse communes, in nulla monstrant probitate constare. Hic aũt ille est Petrus Antiochenus, quẽ nec per pœnitentiam, aut communionẽ catholicam* recipi, etiam a sede apostolica poposcit Acatius, ac per hoc,* quod queruntur a nobis Acatiũ fuisse damnatũ cum hac professione pmissa, & per anfractus Antiocheni Petri, recepta communione se docet ipe dãnasse.

als, recedere.

alias, non habet quod

Vbi tñ

Vbi tamẽ non solum reus tenetur Acatius, sed oẽs pontifices Orientis, q pari modo in haec * recidere cõtagia, meritoq; si lli damnatiõe tenẽtur obstricti. Nec inde possunt vllatenus expediri, nisi dum supersunt, à talibus abstinẽdo. Nec nos oportet in talibus causis, nisi illis credere, q aut oĩo se sciant ab huius pfidiæ nexibus diuino beneficio seruare discretos, aut his, q à perfidorum consortio recesserunt. Nam in pfidorum contagio constitutis, quam fidem pro syncere communionis testificatione possumus adhibere, qui in insyncera communione sunt positi, nec eorum testimonijs * inniti pro veritate poterimus, q impugnare nituntur falsitatibus veritatem? Restat igitur, vt nõ nisi illis credere debeamus, qui ab omni contagione sunt liberi.

alias, cessere

als, niti vl vti

¶ Epistola Gelasii papæ ad Euphemianum.

Dilectissimo fratri Euphemiano Gelasius. Quod plane cupimus * atq; syncera fidei cõmunionisq; catholicæ reintegratiõe firmari, asserit tua dilectio, quod alteri solus nõ sufficiat auditus, nisi p literas spectauerit, significãt prouocãtem, de his, quæ circa nos dispẽsatio diuina pfecit, vt si in secundis vicem salutatiõis impenderem, nõ arbitramur vel dilectionẽ tuam, vel aliquẽ hoc sperare potuisse, vt putaret nos, vel aliquẽpiã potiorẽ, q̃ sunt gesta referẽtes, debuisse responsa promereri, qa nimis iudicaretur arrogans, si de prima sede taliter existimasset. Quod si magis opinamur, quasi socijs, qbus præesse Christi munere delegata est, apostolicam sedẽ institutum sibi nouiter sacerdotẽ * pereuntibus oportuisse dixisti literis indicare. Fuit quondã ecclesiastica vetus hæc regula apud patres nostros, quibus vna catholica, apostolicaq; cõmunio ab omni pũaricatorũ libera pollutione cõstabat. Nunc autẽ cum societatẽ pferre * malitis extraneam, q̃ ad beati Petri purum redire, illibatumq; cõsortium, qm̃o cantabimus canticum dñi in terra aliena? Qũo dispositiõis apostolicæ antiqua fœdera pbeamus hominibus cõmunionis * extraneę? Quẽadmodum nobis ordinationẽ renuntiatura est, cui vestro etiã testimonio hæreticos damnationemq; pponitis? Dicat forsitan tua dilectio, hæreticos dãnatos dici Acatiũ, & Petrum. * Cur si fas nõ est, psentibus saltẽ lr̃is colloq̃mur. Quia aliter appellamus dñicę mensæ participes, aliter, q in eius nobiscum societate dissentiunt, qa ipe dñs alio modo verba faciebat a sua pdicatione discretis, alio discipulis regni cœlestis secreta pandebat. Consequẽter quoq; apostoli, nõ ita a suo collegio separatis, quẽadmodũ fidei domesticis, cõsortibusq; loquebant. Sed ait dilectio tua, tm̃ circa me sese charitatis habuisse, vt nõ solũ ad scribẽdũ fueris cõtẽtus, sed affatu audire. Lege sniam. Fides ex auditu, auditus autẽ per verbum dei, illud, scilicet verbum, quod cõfessioni beati apostoli Petri portas inferni nunquã pualituras esse promisit. Atq; ideo rõnabiliter existimasti, qa fidelis deus in verbis suis, non, nisi aliquid tale promisisset instituere, * vnam sponsionis suæ promissionẽ impleret. Ait deniq; tua dilectio, nos, diuinæ prouidẽtiæ gratia, quod ille monstrauerit, sanctarũ ecclesiarũ se nõ deserere charitatem, quia me in pontificali sede locauerit, non indigẽtem (sicut ait) doceri, sed intẽdentẽ oĩa necessaria ad ecclesiastici corporis vnitatẽ. Ego qdem sum omniũ hoĩm minimus, satis immeritus ad tantæ sedis officium, nisi quod superna gr̃a semp operat magna de paruis Quid eñ de me sentiam, cum hoc ipe id de se magister gẽtium testet, qui se vltimũ, & non vocari dignũ apostolum profitet. Veruntñ vt ad dilectionis tuæ verba redeamus, si veraciter executus es, hæc diuinitus mihi fuisse collata, quę & profecto quęcũq; sunt bona, dona sunt dei, sequere ergo hortamẽta nõ indigẽtis doceri, & secũdum supernã dispositionẽ vniuersa cunctaq; inspiciẽtis, quę ad ecclesiarũ pertinẽt vnitatẽ, & aduersus diabolum conturbatorẽ veræ pacis, atq; compagis (vt asseris) fortiter resistẽtem. Si ergo de me ista pronũcias, aut sectãda tibi sunt, quæ a Chr̃o (vt perhibes) constituta sunt, aut palam, id est, quod Chr̃i dispositionibus obuiare depromis, aut ad * veniam luxuriæ de me cognosceris ista iactare. Sed consequẽter adnectis, condescẽdibilem me, & optima dispositione reuocare posse concordiam. Proinde qm̃ isto verbo frequẽter vtimini, quid sibi velit, explorem. Optima eñ illa est ecclesiæ catholicæ atq; apostolicæ dispositio, ad meliora proficiẽdo cõdescẽdere, non ad inferiora descẽdẽdo deficere. Cum autẽ dicis conscẽdere nos debere vobiscũ, interim iam vos aut descẽdere, aut descendisse monstratis. Vnde (quæso) vel quo ista descensio est? Vtiq; ex superiori quodã loco ad inferiora quæq;. * deponitis a catholica apostolicaq; communione ad hæreticam dãnatamq; prolapsos, videtis, cognoscitis, non negatis, & non solũ vos in infimis iacere delectat,

atq;, videt suꝑesse Loc⁹ obscur⁹

forte alias, ꝑsentibus

alias, malit

Psal. 136

al's, externæ, Loc⁹ obscur⁹

alias, Quod

Roman. 10. d

Matth. 16. c

alias, veram

1. Cor. 15. b

Iaco. 1. c

alias, venam

alias, depromitis

A delectat, sed etiã in superiore manẽtes sede vultis impelli. Condescendere nos vobiscũ inuitat s ad ima de summis, nos coascendere vos nobiscũ rogamus ad summa de imis. Nunc igitur sub conspectu illius excelsæ iustitiæ iudicet genus humanũ, quis nostrum debeat alteri obedire. An dicis (vt cætera nũc omittã) descendit dñs ipse de cœlo? Descendit plane, sed vt hominẽ ab errore liberaret, non vt eius misceret errori. Nonne ipse p̃monuit, vt qui in tecto consisteret, non descenderẽt nec ad ea, quæ in domo videntur esse tollenda? Nonne pro oĩbus Apostolus clamat vnus, qui plus oĩbus laborauit, cum de custodia veritatis ageretur, quibus nec ad horã cessimus subiectionis gratia, vt veritas euangelij permaneret apud vos. Videtis cœlestẽ magistrũ condescendere noxijs recusantẽ? Postremo faciamus aliquẽ corruisse, ad quẽ benignissime subleuandũ paululũ quispiam velit inflecti. Ergo, vt erigatur iacens, miserantẽ cõuenit inclinari, non vt cũ eodẽ præcipitetur in foueã. Igitur per literas, quas per Sinelitiũ diaconẽ destinastis de his, quos baptizauit, quos ordinauit Acatius, maiorum traditione confectã, & veram p̃cipue religionũ solicitudini vestræ congruã præbemus sine difficultate medicinam.

Matth. 24. b
1. Cor. 15. b
Galat. 2. a

B Quo nos vultis vltra descendere? Quid tacetis? Quid verecundamini verbis exprimere, quod corde gestatis? Ipsa vos saltẽ verecundia, quod nonnunq̃ fit, debuit cõmonere. An forsitan, vt hæreticorum damnatorumq́ue, & his, vel eorũ successoribus cõmunicãtium nomina cõsentiamus admitti? Hoc non est cõdescendere ad subueniendum, sed euidenter in inferna demergi. Parcite (quæso) & nobis & vobis. Quod si curam vestri adeo non habetis, date veniã nobis. Dolere, & flere possumus, & debemus, in hæc abrupta deduci nec possumus, nec debemus, qui, præstãte deo nostro, syncerã, purãmq́ue paternæ traditionis fidẽ, communionemq́ue retinere, & ab omni præuaricatorũ contagione discretã, etiam intentato periculo mortis, optamus, eligentes (si velit deus) quælibet illa perpeti, quã causas incidere damnationis æternæ. Date (inquã) veniam, si tamen vos propter amorem cuiuslibet hominis, vel timorẽ hæc libenter incurritis. Nos propter amorem dei, & timorẽ gehennæ talia refutamus. Nec vos credatis, dissimulando causas atq́ue personas, cuiuslibet amicitijs posse subripere, quia neq́ue vos ita subtiles estis, qui non possitis intelligi, & nos præstante deo nostro non reperitis incautos. Nonne missis huc sæpe literis indicastis, cũ cæteris hæreticis vos Eutychen q̃q́ue respuere. Hoc si verũ est, aut eos, qui cõmunicauerunt Eutychetis successoribus pariter abdicate, aut

C aliorũ quoq́ue hæreticorũ successoribus communicãtes admittite. Sed Acatius (inquis) nihil contra fidẽ, sicut Eutyches & successor eius legitur vbicunq́ue dixisse, quasi non sit deterius, & non ignorasse veritatẽ, & tamen cõmunicasse veritatis inimicis. Si em̃, cum aliquis recte sapiens de fide catholica, communicet illis hæreticis, inter quos Eutychetem posuistis, vel successoribus eorum, non est fas eos inter catholicorũ altaria nominare, ita ne ergo illius Eutychetis successoribus cõmunicãdo, simili sorte tenetur obnoxius? De talibus quippe cõuenienter dicitur, descendãt in infernũ viuentes, qui dum illa vita, qua iustus viuit, vera atq́ue catholica putãtur viuere, repente aut in prona prauitatis, aut in hæreticæ cõmunionis inferna vergũt. Ecce quales Christo dicitis esse p̃ponendos, cũ ille nec animas nostras sibimet p̃cipiat anteponi. Imo & adhuc quæritis, quãdo fuerit dãnatus Acatius, quasi reuera, etiã si eum nullus ante dãnasset, non habuerit orthodoxæ, & apostolicæ cõmunionis, cuius p̃uaricator extitit & desertor participatione secludi, sicut etiã quilibet, qui fuerit ante catholicus, cuicunq́ue hæresi cõmunicãs, merito iudicatur a nostra societate remouẽdus, aut in tali sorte defunctus, inter catholicorum nomina nullatenus cõputari. Miramur tamẽ, quõo ista profertis, hoc est, vt & synodũ Chalcedonẽsem vos suscipere pro fide catholica profiteamini, & eos, quos dãnauit, sectãtium cõmunicatores nõ pariter, generaliterq́ue putetis fuisse dãnatos. Ostendite ergo, quæ synodus in vnaquaq́ue hæresi cũ erroribus successores eorum his cõmunicantes, simulq́ue omnes nõ damnet, & cõplices. Itaq́ue ille vester Acatius, qui Eutychianis hæresibus detestabili cõmunione factus est particeps, ab eadẽ synodo sine dubitatione dãnatus est, q̃ & Eutychẽ, Dioscorũq́ue cũ successoribus eorum, hisq́ue cõmunicãtes synodico tenore prostrauit. Sic sequaces quoq́ue eorum Timotheũ, Petrũq́ue simili definitione deiecit. Proinde si ea, quæ in synodo Chalcedonẽsi pro fide & communione catholica lege apostolica definita sunt, vere, certeq́ue sectamini, sicut vestra professiõe multiplici cõtinetur, aut successores ab illa synodo damnatorum, hisq́ue cõmunicantes abijcite, aut, si istos admittitis,

Psalm. 54
Roma. 1. b

ea, quæ in illa synodo pro fide, & communione catholica, & apostolica sunt perplexa, non solum falso vos retinere perpeditis, sed insuper labefactare conamini, & in Eutychianã hæresim sine retractatione reciditis, meritoq; a catholicis probamini esse vitandi, quia vt talem pestilentiam perpetuo possemus euadere, ea, quæ contra ipsam ab illa congregatione sanctorum patrũ salubriter decreta legunt, nullatenus mutilanda, non solum sedis ap̃licæ p̃sules, sed etiam Orientalium regionũ catholici censuere pontifices. An Petrum dicitis fuisse purgatum cui cõicauit Acatius? Verum assertionibus edocete, hoc ostendite, hoc probate, quibus ille modis, quibus ille regulis ab Eutychiana fuerit professione, vel cõione mũdatus, vt cum id nihilominus euidenti rerum claruerit demõstratione conuictum, palam, aperteq; possitis aduertere, aut vos debere cedere veritati, aut aduersus hãc manifesta dimicatione confligere. Nec vobis blandiamini, q̃a fidẽ catholicam profitemini vos tenere, qui Eutychetis nomen ademistis, q̃a ea veluti p̃dicare videamini, q̃ orthodoxa p̃dicauit antiquitas. Clamat eñ vobis illa euangelica sentẽtia, aut facite arborem bonã, & fructus eius bonos, aut facite arborem malã, & fructus eius malos, a fructibus eñ arbor cognoscit, id est, si voce, si fide, si professione catholica, & ap̃lica fideliter, veraciterq; gloriamini, huius & cõmunionem recipite. Si vero hæreticorum. s. damnatorũq;, vel his, aut successoribus eorum communicãtiũ communio vobis placet, quid statis, quid circũspicitis? simul & eorum aperte manifesteq; remotis obstaculis, dogma defendite. Quid eñ iuuat? imo & satis grauat, dictis polliceri, q̃d factis negatur, vt non solũ ipsa per se hæresis Eutychiana, q̃ sit funesta Christiano sacramento possitis agnoscere, sed quãta, & q̃ grauia hęresis ista in sui diffinitione cõtineat. Ecce ad quæ nos p̃cipitia condescendere prouocatis, atq; ad q̃ nos vitæ æternæ pericula cupitis inclinare. Hoc descensu saluare est ægrotantẽ, an cũ languente consumi? Hæc erit optima dispositio illius, quam memoras reparandæ concordiæ, an illa potius, vt, reiectis contagiis perfidorum, integra fide, syncera sui cõione potiatur communio catholica atq; ap̃lica, ac hæreticorum tabe depulsa, intemeratã suæ fidei confessionem nitat astruere, atq; inuicẽ sibimet congruentis orthodoxæ professionis, communionisq; fit vnitas? Hãc (sicut dilectionis tuæ literæ cohortãtur) meis q̃q; tẽporibus custodiri, qua valeo, prece deposco, quę per tot annos ab illis patribus gloriosis illibata intactaq; seruata est. Hæc eñ est (sicut ipse dicis) quã deus noster de oĩbus benefuturã, & secundum suã veritatẽ, & regulã gubernandam, & p̃scius ante constituit, & singulis quibusq; tẽporibus sua dispositione conueniẽter aptauit. Hæc est volũtas dei (cuius tu ingeris mentionẽ) quam ego quoque pro meo modulo (quẽ dñs donare dignetur) cupio prorsus implere, vt non reus de huius talenti cœlestis diminutione reperiar, sed in hoc talento (sicut ipse q̃que nos admones) incrementũ Chr̃i gratia, postulo cõsequi, & nullũ prorsus incidere detrimentũ. Hinc est, q̃ prioribus dilectionis tuæ literis (sicut tua quoque pagina designauit) pro vestra sumpsi salute tristitiã, vbi comperi, q̃d erat vobis noxium, & verę paci contrariũ repperi. Contristat eñ ap̃lus de errore deuiantium, & lætitiã recipit de eisdem sua p̃dicatione correctis. Si autẽ tua charitas (vt dixit) (nescio quorum necessitate) constringit, quod (pace tua dixerim) sacerdos pro veritate promenda, nec facere deberet omnino, non dicere, ignoscite nobis hoĩbus timidissimis, si cohortãte nos terribili, & diuini iudicii grãdi necessitate cõstringimur, sicut qualescũq; ministros Christi, decet nos animas nostras ponere pro veritate saluandas, q̃ eas lucrari velle veritatis diminutione perdẽdas non (vt dicam) cuiuslibet contra fidẽ libitis abdicãdas. Istę mihi sunt (quas dilectio tua commendat) certe fidei perpetuæ cum eo, quicunq; voluerit, in Christi visceribus amicitiæ. Hic non tã optamus p̃poni alii (sicut p̃dicis) quã cũ fidelibus cunctis sanctũ & deo placitum habere consortium. Hæc mihi (quam mandat dilectio tua) pax solida, inconuulsa, & perhennis, hoc vnum vinculum (sicut etiam ipse desideras) salutare, quo cũcta vniri possit ecclesia. Hoc quibus est creditũ (sicut & ipse deprecaris) protectio diuina perficiat. Hæc est, quæ deus est, charitas (quam poscis) de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta. Quomodo ergo de corde puro, si hęreticorum fuerit participatione polluta? Quomodo conscientia bona, si malorum fuerit confusione permixta? Q̃uo fide non ficta, si fuerit mixta cũ perfidis? Quæ, si prudẽtia tua (sicut eam precamur) diligenter aduertat, perspicit apostolicã sedem non vitare pacem, sed hæreticorum damnatorũq; vitare vestigia. Quæ etiã vos rationabiliter intuentes,

2. Cor. 7. b

1. Iohan. 4. c.
1. Timo. 1. b.

A tuentes, creditis, componendũ populũ Constantinopolitanũ nõ permittere submoueri nomine perfidorum. Quisnã hoc in ecclesia dei (quæso te) possit audire? Cũ vtique pastorem sequi grex debeat ad pascua salutaria reuocantẽ, non per deuia gregẽ pastor errantem. Dic mihi (rogo te) grex pro te, an tu pro grege redditurus es rationẽ? Certe si vobis hoc placet, multo magis causa nobis est iustior, qui populũ Romanũ a fide illa sua laudabili maiorum traditione percepta declinare non sinentẽ nos penitus libenter audiuimus, si vos Constantinopolitanã plebẽ ab hæretica cõmunione discedere recusantem, nõ vultis offendere. Sed nos dicitis debere dirigere, qui eã valeãt mitigare. Quomodo me auditura est, quẽ videtur habere suspectũ. Si præsules suos despicit admonẽtes, nõne ipsis apostolis est pceptũ in aliquibus regionibus verbi pdicatione non vti? Hi quippe (inquis) non fuerãt audiendi. Veniemus, frater Euphemiane, sine dubitatione veniemus ad illud pauendũ tribunal Chri, vt taceã, qa ex hoc sit metuẽda vindicta, & circũstãtibus illis, a qbus fides ipsa defensa est. Non illic inficiationibus, nõ dilationibus, non inclusionibus est agendũ, sed manifestissime comprobandũ, vtrum beati Petri gloriosa confessio cuiquã eorum, quos regendos accepit, quicquã substraxerit ad salutẽ. An eam auscultare nollet, etiam cũ suo periculo rebellis extiterit obstinata pernities? Ibi certe dilucidabitur, vtrũ ego (sicut putatis) acerbus, asper, & nimis durus, difficilisque sim vobis, qui cũ ratione vestrã salutem parturio, qui clamo (etiam si austerum videtur antidotũ) accipite (quæso) bibite, viuite, nolo moriamini. An vos, qui a noxijs prohibiti, medicos ducitis execrandos, imoque vultis vobiscũ medicos ægrotare, q̃ vos recipere sanitatem? Et alia manu, Dominus te incolumem custodiat.

Actorum.13.g

B

¶ Finiunt epistolæ Gelasij papæ.

ORDO VETERIS TESTAMENTI, QVEM sancta & catholica Romana suscipit, & veneratur ecclesia, digestus a Gelasio papa cũ septuaginta episcopis.

GEnesis liber vnus, Exodi liber vnus, Leuitici liber vnus, Numeri liber vnus, Deuteronomij liber vnus, Iesu Naue liber vnus, Iudicum liber vnus, Ruth liber vnus, Regnorum liber vnus, Paralipomenon libri duo, Psalmorum. cl. liber vnus, Salomonis libri tres, Prouerbiorum, Ecclesiastes, & Cantica canticorum. Item, Sapientiæ liber vnus, Ecclesiasticus liber vnus. Item ordo prophetarum, Esaiæ liber vnus, Hieremiæ liber vnus, Cinoth, id est, de lamentationibus suis, Ezechielis liber vnus, Danielis liber vnus, Osee liber vnus, Amos liber vnus, Michææ liber vnus, Iohel liber vnus, Abdiæ liber vnus, Ionæ liber vnus, Naum liber vnus, Abacuc liber vnus, Sophoniæ liber vnus, Aggæi liber vnus, Zachariæ liber vnus, Malachiæ liber vnus. Item ordo historiarum, Iob liber vnus, Tobiæ liber vnus, Esdræ liber vnus, Hester liber vnus, Iudith liber vnus, Machabæorum liber vnus. Item ordo scripturarum noui & æterni testamenti, Euangeliorum libri quatuor, secundum Matthæum liber vnus, secundum Marcum liber vnus, secundum Lucam liber vnus, secundum Iohannem liber vnus, Actuum apostolorum liber vnus, Epistolæ Pauli apostoli numero. xiiij. ad Romanos epistola vna, ad Corinthios epistolæ duæ, ad Galathas epistola vna, ad Thessalonicenses epistolæ duæ, ad Ephesios epistola vna, ad Philippenses epistola vna, ad Colossenses epistola vna, ad Timotheum epistolæ duæ, ad Titum epistola vna, ad Philemonẽ epistola vna, ad Hebræos epla vna. Item Apocalypsis Iohannis liber vnus. Item canonicæ epistolæ numero septem, Iacobi apostoli epistola vna, Petri apostoli eplæ duæ, Iohannis apostoli epistolæ tres, Iudæ zelotis apostoli epistola vna.

C

GELASII PAPAE DECRETVM cum. LXX. episcopis habitum de apocryphis scripturis.

POst propheticas, euangelicas, atque apostolicas scripturas, quibus ecclesia catholica per gratiam dei fundata est, illud etiam intimãdum putamus, quod quis vniuersæ per orbẽ catholicæ ecclesiæ vnus thalamus Chri sit, sancta tñ Romana, catholica, & aplica ecclesia nullis synodicis cõstitutis cæteris ecclesiis plata ẽ. Sed euãgelica voce dñi, & saluatoris nri primatũ obtinuit. Tu es Petrus (iquiẽs) & sup hãc petrã ædificabo ecclesiã meã, & portæ iferi nõ pualebũt aduer-

Matth.16.c

aduersus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum. Et quæcunque ligaueris super terrã, erũt ligata & in cœlo, & quæcunque solueris super terrã, erunt soluta & in cœlo. Cui data est etiã societas beatissimi Pauli apostoli vasis electionis, qui nõ diuerso (sicut hæretici garriunt) sed vno tẽpore vno eodemque die gloriosa morte cũ Petro in vrbe Roma, sub Cæsare Nerone agonizans, coronatus est, & pariter supradictã sanctã Romanã ecclesiam Christo dño consecrarũt, talesque oĩbus vrbibus in vniuerso mũdo sua pñsentia atque venerando triumpho ptulerũt. Est ergo prima Petri apostoli sedes Romana ecclesia, nõ habens maculã neque rugã, nec aliqd hmõi. Secũda aũt sedes apud Alexandriã beati Petri nomine a Marco eius discipulo, & euãgelista cõsecrata est. Ipseque a Petro apostolo in Aegyptũ directus, verbũ veritatis pdicauit, & gloriosum cõsummauit martyriũ. Tertia vero sedes apud Antiochiã eiusdẽ beatissimi Petri apli noĩe habet honorabilis, eo quod illic priusquã Romã venisset habitauit, & illic primũ nomẽ Christianorum nouellæ gentis exortũ est. Et quis aliud fundamẽtũ nullus possit ponere pter id, qd positũ est, qui est Chrũs Iesus, tñ ad ædificationẽ nostrã eadẽ sancta Romana ecclesia post illas veteris, vel noui test. quas regulariter suscepimus, etiam has suscipi nõ prohibet scripturas, id est, sanctã synodũ Nicenã trecẽtorum decẽ & octo patrũ mediãte maximo Cõstantino Augusto, in qua Arrius hæreticus cõdemnatus est. Sanctã synodum Constantinopolitanã, mediãte Theodosio seniore augusto, in qua Macedonius hæreticus debitam dãnationẽ excepit. Sanctam synodũ Ephesinã, in qua Nestorius cõdemnatus est consensu beatissimi Celestini papæ mediãte Cyrillo Alexãdrinæ sedis antistite, & Archadio epo ab Italia destinato. Sanctã synodũ Chalcedonẽsem mediãte Martiano augusto, & Anatholio Constãtinopolitano epo. In qua Nestoriana & Eutychiana hæreses simul cũ Dioscoro eiusque cõplicibus dãnatæ sunt. Sed & si qua sunt cõcilia a sanctis patribus hactenus instituta. *Post horum authoritatẽ, & custodiẽda, & recipienda, & decernimus, & mãdamus. Itẽ opuscula beati Cypriani martyris, & Carthaginẽsis epi. Itẽ opuscula beati Gregorij Nanzianzeni epi. Itẽ opuscula beati Basilij Cappadociæ epi. Itẽ opuscula beati Athanasii Alexandrini epi. Item opuscula beati Cyrilli Alexandrini epi. Itẽ opuscula beati Iohãnis Constantinopolitani epi. Item opuscula beati Theophili Alexandrini epi. Itẽ opuscula beati Hilarij Pictauensis epi. Item opuscula beati Ambrosij Mediolanẽsis epi. Item opuscula beati Augustini Hypponensis epi. Item opuscula beati Hieronymi presbyteri. Item opuscula Prosperi viri religiosissimi. Item epistolã beati Leonis papæ ad Flauianũ Constantinopolitanũ epm destinatam. Cuius textum quispiã, si vsque ad vnum iota disputauerit, & non eam in oĩbus venerabiliter receperit, anathema sit. Itẽ opuscula atque tractatus omniũ orthodoxorum patrũ, qui in nullo a sanctæ ecclesiæ Romanæ cõsortio deuiarunt, nec ab eius fide vel pdicatione seiuncti sunt, sed ipsius cõmunionis p gratiã dei vsque in vltimũ diẽ vitæ suæ fuere participes, legẽdos decernimus. Itẽ decretales epistolas, quas beatissimi papæ diuersis temporibus ab vrbe Romana pro diuersorum patrũ cõsolatione dederunt venerabiliter recipiendas. Itẽ gesta sanctorum martyrum, q multiplicibus tormẽtorum cruciatibus, & mirabilibus cõfessionũ triumphis irradiãt. Quis ista catholicorum dubitet, & maiora eos in agonibus fuisse ppessos, nec suis viribus sed gratia dei, & adiutorio vniuersa tolerasse? Sed ideo secundũ antiquã cõsuetudinẽ singulari cautela in sancta Romana ecclesia non leguntur, qa & eorum, q cõscripsere, noĩa penitus ignorant, & ab infidelibus *idiotis superflua, aut minus apta, quã rei ordo fuerit, scripta esse putãtur, sicut cuiusdam *Cyrici, & Iulitæ, sicut Georgij aliorũque hmõi passiones, q ab hæreticis phibentur cõpositæ, propter qd (vt dictũ est) ne vel leuis subsannãdi oriretur occasio, in sancta Romana ecclesia nõ legunt. Nos tñ cũ pdicta ecclesia oẽs martyres, & eorum gloriosos agones, q deo magis, q hoĩbus noti sunt, oĩni deuotione veneramur. Itẽ vitas patrũ, Pauli, Anthonij, Hylarionis, & oĩm Heremitarum, quas tamen vir beatissimus descripsit Hieronymus, cũ oĩni honore suscipimus. Itẽ actus beati Siluestri aplicæ sedis psulis, licet eius, q cõscripsit, nomẽ ignoret, a multis tñ in vrbe Roma catholicis legi cognouimus, & pro antiquo vsu multæ hæc imitant ecclesiæ. Itẽ *scripturã de inuẽtione crucis dñicæ, & *aliã scripturã de inuentione capitis Iohannis Baptistæ, nouellæ quædã relationes sunt, & nõnulli eas catholici legũt. Sed cũ hęc ad catholicorum manus *adueniũt beati Pauli apli præcedat sentẽtia. Omnia probate, quod bonum est tenete. Itẽ Rufinus vir religiosus pluri-

1. Cor. 3. c
Dist. 15. Sancta Romana.
alias, Præter.
alias, aut dictis
alias, Quirici.
alias, scripta
alias, alia scripta.
al. peruenerint.
1. Thess. 5. d

D E F

A plurimos ecclesiastici operis ædidit libros, nõnullas etiã scripturas interpretat⁹ est. Sed qm̃ beatus Hieronymus eũ in aliquibus de arbitrij libertate notauit, illa sentimus, quæ p̃dictũ beatũ Hieronymũ sentire cognoscimus, & non solũ de Rufino, sed etiã de diuersis, quos vir sæpius memoratus zelo dei, & fidei religione reprehendit. Item, Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus. Reliqua aũt omnia cũ authore suo dicimus esse renuenda. Item Chronica Eusebij Cæsariensis, & eiusdẽ ecclesiasticæ historiæ libros, quãuis in primo narrationis suæ libro * tepuerit, & postea in laudibus atq; excusatione Origenis schismatici vnũ cõscripserit librũ, propter rerũ tamen notitiã singularẽ, quę ad instructionẽ pertinent, vsquequaq; non dicimus renuendos. Itẽ, Orosium virũ eruditissimũ collaudamus, quia valde nobis necessariã aduersus paganoꝝ calumnias dignã ordinauit historiam, miraq; breuitate contexuit. Item, venerabilis viri Sedulij paschale opus, quod heroicis descripsit versibus, insigni laude p̃ferimus. Item, Iuuenci nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramur. Cætera, quæ ab hæreticis siue schismaticis conscripta, vel p̃dicata sunt, nullatenus recipit catholica, & apostolica Romana ecclesia, e quibus pauca, quę ad memoriã venerunt, & a catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda. Item, notitia libroꝝ apocriphoꝝ, qui non recipiuntur. In primis, Ariminensem synodũ a Constan

B tio Cæsare, Constãtini augusti filio congregatã, mediante Tauro præfecto, ex tunc & nunc, & vsq; in æternũ confitemur esse damnatã. Item, Itinerariũ nomine Petri apostoli, quod appellatur sancti Clementis, libri decem, apocryphũ. Actus nomine Andreæ apostoli apocryphi. Actus noĩe Thomæ apostoli apocryphi. Actus nomĩe Philippi apocryphi. Euangeliũ noĩe Thaddæi apocryphũ. Euangeliũ noĩe Mathiæ apocry. Euangeliũ noĩe Petri apostoli apocryphũ. Euangeliũ noĩe Iacobi minoris apocryph. Euangeliũ noĩe Barnabæ apocry. Euangeliũ noĩe Thomæ, quo vtuntur Manichæi, apocryphũ. Euangeliũ noĩe Bartholomæi apostoli apocry. Euangeliũ noĩe Andreæ apostoli apocry. Euangelia quæ falsauit Lucianus apocrypha. Liber de infantia saluatoris apocryphus. Euãgelia quæ falsauit Esitius apocrypha. Liber de natiuitate saluatoris, & de Maria & obstetrice apocriphus. Liber, qui appellat̃ Pastoris apocryphus. Libri oẽs, quos fecit * Lucius discipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellat̃ fundamẽtum, apocryphus. Liber, qui appellat̃ thesaurus, apocry. Liber de filiabus Adæ Geneseos apocry. Centimetrũ de Chr̃o Virgilianis cõpaginatũ versibus, apocry. Liber, q appellat̃ actus Teclæ & Pauli ap̃l. apocry. Liber, q appellat̃ Nepotis, apocry. Liber Prouerbioꝝ, qui ab hæreticis cõscriptus, & sancti Sixti noĩe p̃notatus est, apocryphus. Reuelatio, q̃ appellat̃ Pauli ap̃l, apocrypha. Reuelatio, q̃ appellat̃ Thomæ ap̃li, apocry. Re

C uelatio, q̃ appellatur Stephani, apocrypha. Liber, qui appellat̃ transitus, id est, assumptio sanctæ Mariæ, apocryphus. Liber, qui appellat̃ pœnitentia Adæ, apocry. Liber Ogiæ noĩe gigantis, qui ab hæreticis cũ dracrone post diluuiũ pugnasse perhibet̃ apocryphus. Liber, qui appellat̃ testamẽtũ Iob, apocry. Liber, qui appellat̃ pœnitẽtia Origenis, apocry. Liber, qui appellat̃ pœnitẽtia sancti Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellat̃ pœnitẽtia Iamnes & Mambre, apocry. Liber, qui appellat̃ Sortes ap̃loꝝ, apocryphus. Liber, qui appellat̃ laus ap̃loꝝ, apocry. Liber canonum apostoloꝝ, apocryphus. Liber Phisiologus, q ab hæreticis conscriptus est, & beati Ambrosii noĩe signatus, apocryphus. Historia Eusebij Pamphili, apoc. Opuscula Tertulliani, apoc. Opuscula Lactantij, apoc. Opuscula Aphricani, apoc. Opuscula Postumiani & Galli, apoc. Opuscula Montani, Priscillæ & Maximillæ, apocrypha. Opuscula omnia Fausti Manichæi, apoc. Opuscula Cõmodiani apoc. Opuscula alterius Clemẽtis Alexãdrini, apoc. Opuscula Tatij Cypriani apocrypha. Opuscula Arnobij apocr. Opuscula Tyconij apoc. Opuscula Cassiani pb̃ri Galliaꝝ apocr. Opuscula Victorini Pictauieñ. apocr. Opuscula Fausti Regiensis Galliaꝝ, apocr. Opuscula * Frumenti cæci. Epistola Iesu ad Abagarum regem apocrypha. Epistola Abagari ad Iesum apocrypha. Passio Cyrici & Iulitæ apocrypha. Passio Georgij, apocrypha. Scriptura, quę appellatur contradictio Salomonis, apocrypha. Filacteria omnia, quæ non angelorũ (vt illi confingunt) sed dæmonum magis arte conscripta sunt, apocrypha. Hæc, & omnia his similia, quæ Simon magus, Nicolaus, Cherintus, Martion, Basilides, Ebion, Paulus etiam Samosatenus, Fotinus, & Bonosus, & qui simili errore defecerunt, Montanus quoq; cum suis obsce

al's, trepidauerit

al's, Leutius

al's, Frumẽtici

nissimis sequacibus, Apollinaris, Valētinus, siue Manichæus, Faustus, Africanus, Sabellius, Arrius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sabbatius, Celestius, Donatus, Eustachius, Iouinianus, Pelagius, Iulianus Celanensis, Celestinus, Maximinus, *Priscillianus ab Hispania, Nestorius Cōstātinopolitanus, Maxim⁹, Vnicus, Lampetius, Dioscorus, Eutyches, Petrus, & alius Petrus, e quibus vnus Alexandriā, alius Antiochiā maculauit. Acatius Constātinopolitanus cū consortibus suis, necnon & oēs *heresei, hæreseorumq; discipuli, siue schismatici docuerunt vel conscripserunt, quorum nomina minime retinentur, non solum repudiata, verumetiam ab omni Romana catholica & apostolica ecclesia eliminata, atq; cum suis authoribus, authorumq; sequacibus sub anathematis indissolubili vinculo in æternum confitemur esse damnata.

alias, Persilianus

alias, hæretici

D

CONCILIVM EPAVNEN. TEMPORE GELASII PAPAE I.

Epauneñ. conciliū tēpore Sigismūdi regis celebratū est. Huius ciuitatis situm apud Ptolo. Pliñ. Stabonē, & Antoninum non legi.

E

QVod præcipientibus tātis dominis meis ministeriū proferēdi sermonis assumo, facio hoc nō tam p̄sumptionis ausu, q̄ præsumptiōis obsequio, dū exequi, & implere contēdit non audacia temeritatē, sed obediētia iussionē, simulq; tāto maior obtēperātis apparebit humilitas, q̄to minor comprobat facultas, maiorq; profecto p̄cipientiū reuerētia prodetur, quādo obediētia nulla possibilitatis fiducia suffragatur. Sic dn̄s mediocritatis meæ eo amplius honorabit imperitiam. Charitas q̄q; vestra, si nequaquā facūdo oblectabit, aut instruet eloquio, ædificet saltem humilitatis exēplo. Qm̄ ergo (sicut volumus) tacere nō sinimur, aliqd (vt possumus) iam loquamur. Deo propitio ad Epaunēsem ecclesiam cōgregati, qd vel de antiquis regulis, vel de nostris ambiguitatibus sensimus, expressis, singulatimq; descriptis constitutionibus, præferētibus titulis, credimus adnotandum.

Capitulum primum.

¶ Qualiter episcopus ordinetur.

PRima, & immutabili cōstitutione decretum est, vt cum metropolitanus fratres vel cōprouinciales suos ad concilium, aut ad ordinationem cuiusq; consacerdotis crediderit vocandos, nisi causa euidens extiterit, nullus excuset.

¶ De illicitis clericorū ordinationibus.

F

II. De ordinatiōibus clericorū. Ne secūdæ vxoris, aut renuptæ maritus pbr̄, aut diaconus ordinet, abūde sufficeret ab ap̄lo cōstitutū, sed qa p̄ceptū hm̄oi excidisse quorundā fratrū *simplicitate cognouimus, speciali obseruātia renouamus, vt q sciēter eum, cōtra dicta ordinauerit, reum fratribus se futurū. Illū aūt, qui contra fas honorem prohibitæ benedictionis ambierit, nihil se clericalis ministerij p̄sumpturum.

1. Timot. 3. a.

alias, simplicitati.

¶ Ep̄i non sint venatores, nec accipitres habeant.

III. Ep̄is, pbr̄is, atq; diaconibus canes ad venandū, & accipitres ad aucupandū habere nō liceat. Quod si qs taliū p̄sonarū in hac fuerit volūtate detectus, si ep̄s est, tribus mēsibus se a cōione suspēdat, duobus pbr̄ abstineat, vno diacon⁹ ab omi officio, (& cōione cessabit.

¶ Ne pœnitētes ordinentur.

IIII. Pœnitentiam professi ad clericatum penitus non vocentur.

¶ Ne alterius ep̄i clericus in alia ciuitate constituatur.

V. Ne presbyter territorij alicuius sine conscientia sui ep̄i in alterius ciuitatis territorio p̄sumat basilicis aut oratorijs inseruire, nisi forte ep̄s suus illū cōcedat ep̄o illi, in cuius territorio habitare disposuit. In quo si excessum fuerit, episcopus, cuius presbyter non fuerit, fratri suo nouerit culpabilem se factum, qui clericum iuri suo illicita facientem, sciens ab scandali admissione non reuocauit.

¶ De vagis clericis ad communionē non assumēdis.

VI. Presbyter, vel diaconus sine antistitis sui epistolis ambulāti communionem nullus impendat.

¶ Ne quid archipresbyter vendat.

VII.

A VII. Quicquid parochiarum presbyter de ecclesiastici iuris possessione distraxerit, inane habeatur & vacuum in venditore, vel hæredes suos, cōparantis actione.

¶ De archipbrorum emptionibus, & abbatum venditionibus.

VIII. Archipresbyter dū diocęsim tenet, de his, quæ emerit, aut ecclesiæ nomine scripturā faciat, aut ab eius, quā tenet, ecclesiæ ordinatione discedat. Similis quoque de vēditionibus, quas abbates vel abbatissæ facere psumpserint, forma seruetur, vt quicquid sine ipsorum notitia vēditū fuerit, ad potestatē epi reuocet. Mācipia vero monasterijs donata, ab abbatibus vtriusque sexus non liceat manumitti. Iniustum em̄ putamus, vt monachis q̄tidianum rurale opus facientibus, serui eorum libertatis vsu potiantur.

¶ Vnius monasterij sit vnus abbas.

IX. Vnum abbatem duobus monasterijs interdicimus præsidere.

¶ De nouis monasterijs ac congregationibus.

X. Cellas nouas, aut cōgregatiūculas monachorum, absque epi notitia phibemus institui.

¶ Qualiter clericus publicū iudiciū nō interpellet.

XI. Clerici sine ordinatione epi sui adire, vel interpellare publicū iudiciū non præsumant, & si pulsati fuerint, sequi ad seculare iudicium non præsumant.

B ¶ De vēditionibus episcoporum.

XII. Nullus epūs de rebus ecclesiæ suæ sine conscientia metropolitani sui vēdēdi aliquid habeat potestatē, vtili tamen omnibus commutatione permissa.

¶ De falsis testibus.

XIII. Si quis clericus in falso testimonio conuictus fuerit, reus capitalis criminis censeatur.

¶ De his, q̄ aliquis ante episcopatū de alterius ecclesia possedit.

XIIII. Quisquis clericus aliquid de munificētia ecclesiæ, cui seruierit, adeptus, & ad sacerdotium alterius ciuitatis est, aut fuerit ordinatus, quod dono accipit, vel acceperit, reddat, & quod suum est ex proprietate, vel secundum instrumenti seriē probatur emissæ, possideat.

¶ De hæreticorum & Iudæorum conuiuijs.

XV. Si superioris loci clericus hæretici cuiuscūque conuiuio interfuerit, anni spacio pacem ecclesiæ nō habebit. Quod si minores clerici præsumpserint, vapulabūt. A Iudæorum conuiuijs etiam laicos constitutio nostra prohibuit, & ne cum illo clericus panem comedat, quisquis in Iudæorum fuerit conuiuio inquinatus.

¶ De hæreticis se conuertentibus.

XVI. Presbytero propter salutē animarum, quā in cūctis optamus desperatis, & in lecto recumbētibus hæreticis, si conuersionem subitam petant, chrismate subuenire pmittimus. Quod etiā oēs conuersuri, si sani sunt, ab epo nouerint expetendum.

C ¶ De donationibus in testamento.

XVII. Si eps condito testamento aliqd de ecclesiastici iuris proprietate legauerit, aliter non valebit, nisi vel tantum de iuris sui propria facultate supplerit.

¶ De possessionibus clericorum.

XVIII Clerici, quod etiā sine precatorijs, qualibet diuturnitate tēporis, de ecclesiæ remuneratione possederunt, cum authoritate dn̄i gloriosissimi principis nostri, in ius proprietatis tēporis proscriptiōe non vocetur, dūmodo pateat, ecclesiæ rem fuisse, ne videant epi etiā administrationes prolixæ, aut precatorias cū ordinate sunt, facere debuisse, aut diuturnitas ecclesiæ facultatis proprietatis suæ.

Locus obscurus

¶ De correptione abbatis peccantis.

XIX Abbas, si in culpa reperiatur aut fraude, & innocentem se asserēs ab epo suo accipere noluerit *correptionem, ad metropolitani iudicium deducatur.

al's, correctionem.

¶ Ne illicitis horis clericus ambulet.

XX. Episcopo, presbytero, & diacono, vel diuersis clericis horis indebitis, id est, Meridianis vel vespertinis ad fœminas prohibemus accessum, qui tamen si causam habuerit, cum presbyterorum aut clericorum testimonio videatur.

¶ De benedictione viduarum.

XXI Viduarum consecrationē, quas Diaconissas vocāt, ab omni religione nostra penitus abrogamus, solam eis pœnitæ benedictionē, si cōuerti ambiūt, imponēdo.

¶ De criminationibus sacerdotum.

D

XXII Si diaconus, aut presbyter crimen capitale commiserit, ab officij honore depositus, in monasterium retrudatur, ibi tantummodo quàmdiu aduixerit, communionem sumendo.

¶ De pœnitentibus.

XXIII Si qs accepta professaq; pœnīa boni īmemor, ad secularia reuoluat, prorsus cōicare nō poterit, nisi cōfessione, quam illicite prætermiserat, reformetur.

¶ De propositione laicorum contra clericos.

XXIIII Laicis, contra cuiuslibet gradus clericum, si quid criminale parant obijcere, dummodo vera suggerant, proponendi permittimus potestatem.

¶ De sanctorum reliquijs.

XXV Sanctoꝶ reliquiæ in oratorijs villaribus nō ponant, nisi forsan clericus cu iuscūq; parochiæ, in cuius ecclesia esse cōtingat, q sacris cineribus psallēdi frequētia famuletur.

¶ De altaribus consecrandis.

XXVI Altaria nisi lapidea infusione chrismatis non sacrentur.

¶ De diuino officio per metropolitanum ordinando.

XXVII Ad celebrandum diuina officia, ordinem, quem metropolitani tenent, prouinciales obseruare debebunt.

¶ De his, quos moriens eps excommunicatos relinquit.

11.q.3. Si episcopus ante

XXVIII Si episcopus ante damnati absolutionem obitu rapiatur, correctum aut pœnitentem successori licebit absoluere.

E

¶ De lapsis a catholica fide, ecclesiæ restituendis.

XXIX Lapsi, id est, q in catholica baptizati, si præuaricatiōe dānabili post in hæresim trāsierint, grandem eis redeundi difficultatem sanxit antiquitas. Quibus nos annorum multitudine priuatis, pœnīam biennij cōditionibus infrascriptæ obseruationis imponimus, vt pscripto biennio tertia die sine dilatione ieiunēt, & in ecclesia studeant frequentare pœnitentium locum, standi, orandi, humilitatē nouerint obseruādam, ac etiā si ipsi cum cathecumenis procedere cōmonent, abscedāt. Hoc si obseruare voluerint cōstituto tempore admittent ad altarium, & relaxatio obseruetur. Quam si arduam vel duram forte putauerint, statuta præteritorum canonum complere debebunt.

¶ De incestis coniunctionibus.

XXX Incestis iunctionibus nihil prorsus veniæ reseruamus, nisi cū adulterium separatiōe sanauerint. Incestus vero nec vllo cōiugij noīe palliet. Quod propter illos (quos dinumerare funestum est) esse censuimus. Vt si qs relictā fratris, quæ pene prius soror extiterat, carnali cōiunctiōe violauerit, si quis germanam vxorē acceperit, si quis nouercam duxerit, si quis cōsobrinæ se societ, quod vt à præsenti tpe prohibemus, ita ea, quæ sunt anterius instituta nō soluimus. Si qs relictæ auunculi misceatur, aut patrui, vel priuignæ concubitu polluatur, sane quibus coniunctio illicita interdicitur, non habebunt ineundi melioris coniugij libertatem.

F

¶ De pœnitentia homicidarum.

Ancyrani cōcilij. 21. & 22. capitulis

XXXI De pœnitentia homicidarum, qui seculi leges euaserunt, hoc summa reuerentia de eis inter nos placuit obseruari, quod Ancyritani canones decreuerunt.

¶ De relictis mulieribus sacerdotum.

XXXII Relictæ presbyteri siue diaconi, si cuicunq; nupserint, eatenus ab ecclesia elongentur, donec à coniunctione illicita separentur, maritum quoq; eius, simili, vsq; ad corrctionem seueritate plectendum.

¶ De basilicis hæreticorum diuinis non applicandis.

XXXIII Basilicas hæreticorum, quas tanta execratione habemus exosas, vt pollutionem earum purgabilem nō putemus, sanctis vsibus applicare despicimus, nisi, quas per violentiam nostris abstulerant, possimus reuocare.

¶ De pœna occidentium seruos proprios.

XXXIIII. Si quis seruum proprium sine conscientia iudicis occiderit, excommunicatione biennij effusionem sanguinis expiabit.

¶ De inuitandis ciuibus ad certas solennitates.

XXXV

A XXXV. Ciues natalium superiorem noctem paschæ, ac natiuitatis domini solennitatem, episcopis nec interest, in quibus ciuitatibus positus accipiendæ benedictionis desiderio non venerint expetendus.

Locus corruptus

¶Nullus in desperatione ab ecclesia rennuatur.

XXXVI. Ne vllus sine remedio aut spe veniæ ab ecclesia repellat, neve vlli si aut pœnituerit, aut se correxerit ad veniã redeundi aditus obstruat, & si cuiq; forsitan discrimen mortis immineat, dãnationis constitutæ tpa relaxent. Quod si ægrotũ accepto viatico reualescere fortasse cõtingit, statuti tẽporis spacia obseruare cõueniet.

¶De laicis ordinandis.

XXXVII. Ne laicus sine religione promissa clericus ordinetur.

¶De monasterijs puellarum.

XXXVIII. Monasteria puellarum non nisi probatæ vitæ & ætatis prouectæ ad quascũq; eaꝝ necessitates vel ministrationes laici ꝑmittant intrare. Ad faciendas vero missas, q ingressi fuerint, statim exacto ministerio regredi festinabũt, alias aũt nec clericus, nec monachus iuuenis vllum ad puellaꝝ cõgregationẽ habebit accessum, nisi hoc aut paterna aut germana persona necessitudo probetur admittere.

B

¶De fugitiuis seruis.

XXXIX. Seruus reatu atrociore culpabilis, si ad ecclesiam confugerit, a corporalibus tantum supplicijs excusetur. De peccatis vero vel quocunq; opere placuit, a dominis iuramenta non exigi.

¶De confirmatione canonum.

XL. Quocirca hæc superna inspiratione communi consensu placuerunt. Si quis sanctoꝝ antistitum, qui statuta præsentia subscriptionibus proprijs firmauerunt, necnon, & quos eorum deus esse voluerit successores relicta integritate, obseruatiões excesserit, reũ se diuinitatis pariter & fraternitatis iudicio futuꝝ esse cognoscat.

Auit⁹ ep̃s cõstitutiões nostras, id ẽ, sacerdotũ prouinciç Viennẽ. relectas subscripsi. Apollinaris ep̃s Valẽtinæ ciuitatis subscripsi. Boulcus ep̃s ciuitatis Castri Vindonẽ. subscripsi. Claudius ep̃s ciuitatis Vesontionẽ, ciuitat. subscripsi. Cõstãtius ep̃s ciuitatis Octodorẽ. id est, Valentiæ subs. Catulinus epũs ciuitatis & castri Ebredunẽ. subsc. Constantius epũs ciuit. Vappẽsis subs. Filagrius epũs ciuitatis Cabilonensis subscripsi. Florentius epũs ciuitatis Trecassinæ subsc. Gemellus epũs ciuitatis Vasionẽ. subsc. Gregorius epũs ciuitatis Lingonicæ subs. *Iulianus epũs ciuitatis Carpẽtoracẽ. nũc Vinclasẽ. subs. Maximus epũs ciuit. Genuẽ. subs. Pragmatius epũs ciuitatis Augustudunẽ. subsc. Prætextatus epũs ciuitatis Aptẽ. subs. Pedalius pbr̃ iussu dñi mei Salutaris ẽpi, q huic definitioni interfui & subscripsi. Siluester ep̃s ciuit. *Gabalẽ. subscr. Sanctus epũs ciuit. Tharentasiẽ. id est, Centroniẽ. subs. Seculatius ep̃s ciuit. *Diẽ. subsc. Tauricianus ep̃s ciuit. Niuernẽ. subs. Viuentiolus ep̃s ecclesiæ Lugdunẽ. relegi & subscripsi. Valerius ep̃s ciuit. Segestricẽ. vel Segestoꝝ subsc. Victurius epũs ciuitatis Gratianopolitanæ subscripsi. Venantius epũs ciuitatis Albensis subscripsi.

C

als, Ianuari⁹.

als, Cabilonẽ.

alias, Diniẽ.

¶Finis concilij Epaunẽ.

DECRETA ANASTASII PAPAE II. EX LIBRO PONTIFICALI.

ANastasius natione Romanus, ex pr̃e Petro de regione qnta Caput tauri, sedit anno vno, mẽsibus. xi. diebus. xxiiij. Hic fuit tpibus Theoderici regis. Hic fecit cõfessionẽ beati Laurẽtij martyris ex argẽto, pẽsante lib. *lxxx. Eodẽ tpe multi clerici, & presbyteri se a cõmunione ipsius *erexerũt, eo ꝙ cõicasset sine cõsilio epoꝝ, vel pbr̃oꝝ, vel cleri cunctæ ecclesiæ catholicæ diacono Thessalonicensi nomine Fotino, qui cõmunis erat Acatio, & quia occulte voluit reuocare Acatiũ, & nõ potuit. Qui nutu diuino percussus est. Hic fecit ordinationem vnam in vrbe Roma per mensem Decembrem, presbyteros. xij. episcopos per diuersa loca numero. xvi. Qui etiam sepultus est in basilica beati Petri apostoli. xiij. Kalẽ. Decembris. Et cessauit episcopatus dies quatuor.

alias, c.

alias, eruerũt vel eiecerũt.

Tituli

TITVLI EPISTOLAE DECRETALIS SEQVENtis Anastasii papæ secundi.

D

¶ Epl'a Anastasii papæ, ad Anastasium Augustum.

GLoriosiss. & clemẽtiss. filio Anastasio augusto Anastasius eps. Exordiũ põtificatus mei, primitus oblata populis pace, pronũtio, * & confidẽter pro fide catholica humilis pietati tuę pcator occurro, in quo primũ mihi diuinũ fauorẽ propinquasse cõfido, qd nũc cõsonãtia in me angustissimi noĩs tui nõ dubiũ pstat auxiliũ, vt sicut pcelsum vocabulũ pietatis tuę per vniuersas gẽtes toto orbe psulget, ita p ministeriũ humilitatis meę (sicut semp est sedes beatiss. Petri) in vniuersali ecclesia assignatũ sibi a dño deo teneat pricipatũ. Nec ppter vnũ mortuũ diutius tunica illa * saluatoris desup cõtexta p totũ malæ sortis patiať incertũ, quę sola in discissionẽ p firmitate sui venire nõ potuit, serenitate tua pcipue rẽpublicã gubernãte. Cui etiã in priuata vita tm̃ circa syncerae religiõis studiũ fuit, vt sicut fama certissima celebrauit, nemo magis vel inter pcipuos sacerdotes pfixas a sanctis patribus regulas ecclesiæ custodisse dicať. Quod sanctũ studiũ cum maiestate imperij creuisse confidimus.

[margin: al's, cõseqnter] *[margin: ali. salutaris]* *[margin: Iohan. 19. c]*

E

Capitulum primum.

LEgatione itaq; fungimur pro Chr̃o, * nec eos propter offensionẽ, vel scandalũ patiamini publicæ nominari, quoꝝ merita vel actus illũ iudicẽ latere non possunt, in cuius iam sunt iudicio cõstituti. Nec illic se potest interferere in corpe mortali adhuc temeraria psumptio, in quo nõ solũ cõfessio facit aperta merita singuloꝝ, sed etiam silẽtij ipsius nõ pt latere secretũ. Nãq; & pdecessor noster papa Felix & etiã Acatius illic proculdubio sunt, vbi vnusqsq; sub tãto iudice non põt pdere sui meriti qualitatem.

[margin: alias, ne]

II Itaq; monẽte nos beatiss. Paulo apl'o, ne qd sit in hoc offendiculũ in ecclesia, dũ, quod facere nõ possumus, de his, q iam trãsierunt, iudicare conemur, obseruãdum esse trãquillitas tua cognoscat. Ait em̃ de his, q de rebus ad deũ solum ptinẽtibus iudicare psumũt. Nemo em̃ nostrũ sibi viuit, & nemo sibi moriť. Siue em̃ vidimus, dño viuim⁹: siue morimur, dño morimur. Siue em̃ viuimus, siue morimur, dñi sumus. In hoc enim Chr̃us resurrexit a mortuis, vt & viuoꝝ & mortuoꝝ dñetur. Tu autẽ quid iudicas fratrẽ tuum, aut tu quare spernis frẽm tuũ? Oẽs em̃ stabimus ante tribunal Chr̃i. Scriptũ est enim: Viuo ego, dicit dñs, quoniã mihi flecteť omne genu, & oĩs lingua cõfitebitur deo. Itaq; vnusqsq; nr̃m pro se rõnem reddet deo. Nõ ergo amplius inuicẽ iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculũ fratri vel scandalum. Monet igiť beatus apl'us, ne de his nobis præsumamus iudiciũ, de qbus nemo potest melius vel verius iudicare, q̃ de⁹, nec sibi in hoc * qspiã temerarios ausus vsurpet, & ppter hoc pax, atq; vnitas ecclesiæ dissipeť. Nam & in regnoꝝ libro diciť: Non quõ videt homo, videt & deus, qa homo videt in facie, deus autẽ videt in corde. Itẽ in Paralipomenon libro primo Et nunc, o Salomon, scito, deũ patrũ tuoꝝ, & serui illi in corde pfecto, & animo volẽte, quoniam omnia corda scrutať deus, & omnẽ cogitationẽ nouit. Item in Ezechiele: Hæc dicit dñs deus: Sic dixistis, domus Israel, & cogitationes * spiritus vestri ego noui. Vnde & de dño iudice dicitur in euangelio: Sciens autẽ Iesus cogitationes eoꝝ, dixit: Quid cogitatis mala in cordibus vestris?

F

[margin: Roma. 14. b] *[margin: Iohan. 4. b]* *[margin: 1. Cor. 5. b]* *[margin: Esa. 45. d]* *[margin: Philip. 2. b]* *[margin: alias, qppiam temerarius]* *[margin: 1. Regũ. 16. b]* *[margin: 1. Para. 28. b]* *[margin: Ezech. 11. a]* *[margin: alias, cordis]* *[margin: Matth. 9. a]*

III Precamur itaq; clemẽtiã vestrã, vt special'r nomẽ taceať Acatij, vt quod multis ex causis scandalum vel offendiculũ ecclesiæ concitauit, speciali appellatiõe taceať, cum (sicut diximus) in generalitate sacerdotũ vniuscuiusq; meritũ illum iudicẽ latere nõ possit, q nouit, qd cuiq; tribuẽdum sit pro æstimata dispẽsatione meritoꝝ, cui soli cogitatio

nes quo-

A nes quoq; manifeste sunt. Quantos vero excessus atq; psumptiones habuerit Acatius, ne clemētiæ tuę suggerere per singula fortasse videatur onerosum, Cresconio, vel etiā Germano fratribus, & coepiscopis meis, quos misimus ad serenitatem tuam, de causis singulis Acatij, qualis fuerit, instructionem plenissimam dedimus clementiæ vestræ specialius recensendā, si hoc pietati tuæ placuerit curiosius indagare, ne in aliquo sug-gestionibus nostrę veritas, defuisse videatur, vt pro diuina sapientia vestra perspicue vi dere possitis, non superbia vel elatione sedis apostolicæ in Acatium talem processisse sententiam, sed facinoribus certis, quantum nos extra illud iudicium, quod solum falli non potest, æstimamus, zelo magis diuinitatis extortam.

IIII. Nos vero humiliter supplicātes cōtrouersiā in ecclesia remanere nolumus, cū magis vitāda cōtētio sit, sicut dicit in Prouer. Odiū suscitat *cōtētio. Oēs aūt, q nō cōtendūt, protegit amicitia. Nā & apl'us ad Corinth. Cū eñ sint inter vos æmulatiōes & contētiones, nonne carnales estis, & secundū hoīem ambulatis? Item ad Philippen-ses: Si qua ergo consolatio in Christo, si qua *allocutio charitatis, si qua societas spūs, si qua viscera, & miserationes, implete gaudiū meū, vt id ipsum dicatis omnes, eandem charitatē habentes, nihil per contentionē neq; per inanem gloriā, sed in humilitate mē-B tis inuicē æstimātes, semetipsos superiores, non sua singuli respicientes, sed aliorum.

[Margin: als, cōtētiōes. Prouer. 10. b. 1. Cor. 3. a. Philip. 2. a. als, solacium]

V. Hoc tamen præcipue insinuo serenitati tuæ, gloriosissime & clementissime fili auguste, vt cum causæ Alexandrinorum patuerint pijssimis auribus vestris, ad catho-licam & syncerā fidem eos authoritate, sapientia, diuinisq; vestris monitis redire facia-tis. Nam quid tenendum sit in religione catholica secundū diffinita patrū, & pdicatio-nem omniū sacerdotū, q in ecclesia floruerunt, si hoc qq; pceperitis sciētibus in memo-riam trāsmittēdo renouabimus, ignorātibus ad discendū pro officio nostræ instructio nis offeremus, vt nulla extra hæc ingeniorum iactantia, vel prauitas audiatur.

VI. Illud vero peculiarius pro amore imperij vestri, & beatitudine, q consequi poterit regnū, pro apostolico officio pdicamus, vt (sicut decet, & spūs sanctus dictat) monitis nostris obediētia pbeatur, vt bona oīa vestra *rem publicā consequantur, sicut in Exodo promittit: Si audieris vocem dñi dei tui, & q placent ei, feceris coram ipso, & obedieris pceptis eius, & custodieris omnē iustitiā eius, omnē infirmitatem, quam importaui Aegyptijs, non importabo in te. Ego enim dominus sum, qui saluum facio te. Et illic iterum tuba potentissima canitur: Et nunc, Israel, quid dñs deus tuus postu-lat a te aliud, q vt timeas dominū deū tuum, & ambules in *omnibus vijs eius, & dili-C gas eum, & seruias dño deo tuo ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, custodire pce-pta domini dei tui, & iustitias eius, quas ego mādo tibi. Hæc me suggerentē frequen-tius, nō spernat pietas tua, ante oculos tuos habens dñi in euangelio verba. Qui audit vos, me audit, & qui vos spernit, me spernit, Et qui me spernit, spernit eū, qui me misit. Nam & apostolus, concinens saluatori nostro, ita loquitur: Quapropter qui hæc sper-nit, non hominem spernit, sed deum, qui dedit spiritum sanctū suum in vobis. Pectus clementiæ vestræ sacrarium est publicę felicitatis, vt per *præstantiā vestrā, quā velut vicarium deus psidere iussit in terris, euāgelicis, apostolicisq; præceptis non dura sup-bia *resistat, sed per obedientiam, quæ sunt salutifera compleantur.

[Margin: alias, vrā re-spublica con-sequatur. Exod. 15. d. Deute. 10. c. alias, oēs vias eius. Lucæ. 10. c. 1. Thess. 4. b. als, instantiā. als, resistatur.]

VII Nam secundū ecclesiæ catholicæ consuetudinē sacratissimū serenitatis tuę pe ctus agnoscit, qd nullū de his, vel quos baptizauit Acatius, vel quos sacerdotes siue le uitas secundū canones ordinauit, vlla eos ex nomine Acatij portio læsionis attingat, quo forsitan per iniquū tradita sacramēti gratia minus firma videat. Nā & baptismum quod procul fit ab ecclesia, siue ab adultero, vel a fure fuerit datum, ad pcipientē mu-nus peruenit illibatū, quia vox illa, quæ per colūbam sonuit, oēm maculā humanæ pol lutionis excludit, qua declarat, ac dicitur: Hic est, q baptizat in spū sancto & igne. Nā si visibilis solis istius radij, cū p loca fœtidissima trāseūt, nulla cōtactus inquinatiōe ma-culantur, multo magis illius, q istū visibilē fecit, virtus nulla ministri indignitate con-stringit. Nā & Iudas cū fuerit sacrilegus, atq; fur, quicqd egit inter apostolos pro di-gnitate cōmissa beneficia per indignū data nulla ex hoc detrimenta senserūt, declarāte hoc ipsum domino manifestissima voce. Scribæ (inquit) & pharisæi super cathedram Moysi sedēt, q dicunt, facite, quæ aūt faciūt, nolite facere, Dicunt eñ, & non faciunt. Quicquid ergo ad *hominem profectū quilibet in ecclesia minister officio suo videtur operari,

[Margin: Dist. 19. Secū dū ecclesię ca nonicæ. Matth. 3. c. & Luc. 3. c. Iohan. 12. a. Matth. 23. a. alias, hoīm profectum]

alias, implēte alias, effectu. 1.Cor.3 b Philip.1.c

operari, hoc totum contineri,* implendo diuinitatis * effectum, ita ille per quē Chrs loquitur Paulus affirmat: Ego plantaui Apollo rigauit, sed deus incremētum dedit. Itaq; neq; q plantat, est aliqd, neq; q rigat, sed q incremētum dat deus. A deo autē nō queritur, qs vel qualis prædicet, sed quē prædicet, vt inuidis etiam bene prædicare Chrm confirmet, quo malo diabolus ipse deiectus est, & hoc ipso prædicare nō desinit. D

alias, si est.

VIII Ideo ergo & hic Acatius, cuius nomē dicimus esse reticēdum, male bona ministrādo, sibi tātum nocuit. Nam inuiolabile sacrm, quod per illum datum est, aliis perfectionē suæ virtutis obtinuit, ei autē obfuit. Quod * cum ita sit aliquorū in tm se extendit curiosa suspitio, vt imaginent, prolato à papa Felice, iudicio postea inefficaciter in sacramētis, quæ Acatius vsurpauit, egisse, ac pinde eos metuere, q vel in cōsecrationibus vel in baptismate mysteria tradita susceperunt, ne irrita beneficia diuina videant. Meminerint in hac quoq; parte silr tractatum præualere superiorē, quia nō sine vsurpatione * nominis sacerdoti adiudicatus hoc egit, in quo virtutē suam obtinētibus mysteriis, in hoc quoq; aliis rea sibi psona nō nocuit. Nam ad illum pertinuit, quod tuba Dauitica canit: Veruntñ deus cōquassabit capita inimicorū suorū, verticē capilli pambulantium in delictis suis. Nam superbia semper sibi nō aliis facit ruinā, quod vniuersa scripturarū cœlestium testat authoritas, sicut etiā per spm sanctum dicit in propheta: Non habitabit in medio domus meæ, q facit superbiā. Vnde cū sibi sacerdotis nomē vindicauerit, condemnatus, in ipsius verticē superbiæ tumor inflictus est, qa nō populus, q in * ministeriis donum ipsius sitiebat, exclusus est, sed anima sola illa, quæ peccauerat, iusto iudicio propriæ culpæ erat obnoxia. Quod vbiq; numerosa scripturarū testat instructio. Vnde remotus hominum studiis siue versutiis, in hac adhuc præsenti fragilitate positorū secundum preces nostras annisu & authoritate imperiali offerte deo nostro vnam catholicam ecclesiā & apostolicā, quia hoc solū est, in quo nō solū in terris, sed etiā in cœlo triumphare sine fine possitis. Subscriptio: Omnipotēs deus regnū & salutē tuā perpetua protectiōe custodiat, gloriosissime, & clementissime semper Auguste. E

alias, non habet nominis

Psalm. 67

Psalm. 100

alias, mysteriis

¶ Decreta duo Anastasii papæ .II. desumpta ex Gratiano.

PRIMVM.

16.q.7. Sane Thessalonicē. episcopi

¶ Sane Thessaloniceñ. epi ob metum Imperatoris Anastasii Timotheo Cōstantinopolitano epo cōsenserunt, quē concilium Chalcedoneñ. anathematizauerat. Quadraginta vero epi Illyrici, & Græce cōueniētes in vnum per confessionē in scriptis factam, & à proprio metropolitano discesserunt, & Romam mittētes, Romano epo cōicare in scriptis professi sunt. Et paulo post: Cum Dioscorus iunior manus impositionē accepisset a rege, recesserunt multitudines populorū, dicentes, quia secundum quod cōtinent canones sanctorū apostolorū, nō est hic factus epūs, & ideo non recipietur, princeps enim intronizauit eum. F

SECVNDVM.

¶ Malorum impietati fauet, qui eis obuiare cessat.

23 q.3. Qui pōt obuiare.

¶ Qui potest obuiare, & perturbare puersos, & non facit, nihil est aliud q̃ fauere impietati eorū. Nec caret scrupulo societatis occultæ, q manifesto facinori desinit obuiare.

¶ Finiunt decreta Anastasii papæ secundi.

DECRETA SIYMMACHI PAPAE, EX LIBRO PONTIFICALI.

SYmmachus natione Sardus, ex patre Fortunato, sedit annos. xv. menses. vii. dies xxvii. Hic fuit tēporibus Theodorici regis, & Anastasii Augusti, à die. x. Kalē. Decemb. vsq; in diem. xiiii. Kaleñ. Augusti. Hic sub contētione ordinatus est vno die cum Laurētio, Symmachus in basilica Constātiniana, Laurētius in basilica beatæ Mariæ. Ex qua causa separatus est clerus, & diuisus est senatus. Alii cū Symmacho erāt, alii vero cum Laurētio. Et facta contētione, hoc constituerūt partes, vt ambo Rauennam pergerēt, ad iudicium regis Theoderici. Qui dum ambo introissent Rauennā, hoc iudiciū æquitatis inuenerūt, vt qui primo ordinatus fuisset, vel vbi pars maxima cognosceret, ipē sederet in sede aplica. Quod tandē æquitas in Symmacho inuenit, & co

A nit, & cognitio veritatis. Et factus est ꝑsul Symmachus. Eodē tpe papa Symmachus congregauit synodū, & constituit Laurentiū in Nucerina ciuitate epm intuitu misericordiæ. Post annos vero q̃tuor aliqui ex clero zelo ducti, & aliqui ex senatu, maxime Festus & Probinus, incriminauerūt Symmachū. Et subornauerūt falsos testes, q̄s miserūt Rauennā ad regē Theodoricū, accusantes beatū Symmachū, & occulte reuocauerūt Laurentium post libellū Romæ factū. Et fecerūt schisma. Et diuisus est iterū clerus, nā alij cōicauerunt Symmacho, & alij Laurētio. Tūc Festus & Probin⁹ senatores miserūt relationē regi, & cœperūt agere, vt visitatorē daret rex sedi ap̄licæ. Tūc rex dedit Petrum Altinæ ciuitatis epm, q̄d canones ꝓhibēt. Eodē tpe beat⁹ Symmachus cōgregauit epos. CXV. & facta synodo, purgat̃ a crimine falso. Et dānat̃ Petrus Altinas inuasor sedis ap̄licæ, & Laurēti⁹ Nucerin⁹, q a viuo epo Symmacho puaserūt sedē ei⁹. Tūc ab oībus epis, & pb̄ris, & diaconibus, & omni clero, vel plebe redintegrat̃ sedi ap̄licæ beatus Symmachus cū gloria apud beatū Petrū sedere ꝑsul. Eodē tpe Festus caput senatus excōsul, & Probin⁹ exconsul cœperūt intra vrbē Romā pugnare cū alijs senatoribus, & maxime cū Fausto excōsule, & cædes & homicidia in clero ex inuidia fiebāt. Qui vero cōicabāt beato Symmacho iuste, publice q inuēti fuissent intra vrbē gladio occidebant̃. Etiā & sanctimoniales mulieres, & virgines deponētes de monasterijs, vel de habitaculis suis, denudātes sexū fœmineū, cædib⁹ plagarū afflictas, vulnerabāt, & omni die pugnas cōtra ecclesiā in media ciuitate gerebant.

B Et multos sacerdotes occiderūt, inter q̄s Dignissimū & Gordianū pb̄ros ad vincula sancti Petri, & ad sanctos Iohānē & Paulū fustibus & gladio interfecerūt, & multos Chr̄ianos, ita vt nulli esset securitas die vel nocte de clero in ciuitate ambulare. Solus āt Faustus exconsul pro ecclesia pugnabat. Post hæc oīa beatus Symmachus inuenit Manichæos ī vrbe Roma, q̄rū oīa simulachra, vel codices, ante fores basilicæ Constātinianæ incēdio cōcremauit, & eos ipsos exilio relegauit. Fuit aūt a consulatu Paulini vsq̧ ad consulatū Senatoris. Hic fecit basilicā sancti Andreæ ap̄li apud beatū Petrū, vbi fecit ciboriū ex argēto, & confessionē, pēsantē libras. cxx. Arcus argēteos tres, pēsantes lib. lx. Oratoriū sancti Thomæ ap̄li ex argēto, & confessionē, pēsantē lib. xx. Arcū argēteū, qui pēsat lib. xvi. Confessionē sancti Cassiani, & sanctorū Prothi & Iacincti ex argēto, pēsantē lib. xx. Arcū argenteū pensantē lib. xij. Oratoriū sancti Apollinaris ex argēto, & confessionē cū arcu, pēsantē lib. xxxi. Oratoriū sancti Sossi ex argēto, & confessionē, pensantē lib. xx. Itē ad fontē in basilica beati Petri apostoli, oratoriū sanctæ crucis ex argēto, confessionē, & crucē ex auro cū gēmis, vbi inclusit lignū dominicū. Ipsa crux aurea pēsat lib. x. Fecit aūt oratoria duo, sancti Iohānis euāgelistæ, & sancti Iohānis baptistæ, infra q̄rū confessiones fecit arcus argēteos, pēsantes lib. xxx. Quæ cubicula oīa a fundamēto ꝑfecta construxit. Basilicā beati Petri marmoribus ornauit. Et cantharū beati Petri cū quadriporticu ex marmorib⁹

C ornauit, & ex musiuo agnos, & cruces, & palmas ornauit. Ipsum vero atriū omne cōpaginauit. Gradus vero ante fores basilicæ beati Petri ampliauit, & alios gradus sub tigno dextra leuaq̧ cōstruxit. Itē episcopia in eodē loco dextra leuaq̧ fecit. Item sub gradib⁹ in atrio alio cāthar̄ foris in cāpo posuit, & vsum necessitatis hūanæ fecit, & alios gradus ascendentibus ad beatū Andreā fecit, & cāthar̄ posuit. Hic fecit basilicā sanctæ martyris Agathæ via Aurelia in fundo *Lardario, & a fundamēto eā cū fonte cōstruxit, vbi posuit arcus argenteos duos. Eodē tpe fecit basilicā sancti Pancratij, vbi & fecit arcū argenteū, q pensat lib. xv. Fecit aūt in eodē loco balneū. Itē apud beatū Paulū ap̄lm in basilica renouauit absidā, q in ruinā imminebat, & post confessionē picturā ornauit, & camerā fecit, & matroneū. Et sup cōfessionē imaginē argenteā cū saluatore, & duodecim ap̄los posuit, q pēsant lib. cxx. Et ante fores basilicæ gradus fecit in atrio, & canthar̄, & post absidā aquā introduxit, vbi & balneū a fundamēto fecit. Intra ciuitatē Romanā basilicā sancti Siluestri & Martini a fundamēto construxit iuxta thermas Traianas, vbi & sup altare ciboriū argenteū fecit, q̄d pensat lib. cxx. Arcus argēteos. xij. qui pēsant singuli lib. x. Confessionē argēteam q̄ pensat lib. xv. Ad beatū Iohannē & Paulū fecit gradus post absidā. Itē archangeli Michaelis basilicā ampliauit, & gradus fecit, & introduxit aquā. Itē ad sanctā Mariā oratoriū sanctorū Cosmæ & Damiani a fundamento cōstruxit. Itē via Tiburtina miliario. xxvij. ab vrbe Roma, rogatus ab Albino & Glaphyra, ꝑp. illustribus, de proprio facientibus, a fundamēto basilicā sancto Petro in fundo Paciniano dedicauit. Itē ad beatū Petrū & beatū Paulū ap̄los, & ad sanctū Laurentiū pauperib⁹ habitacula cōstruxit. Itē ad beatū Petrū xx. canthara argētea fecit, pensantia singula lib. xv. Et arcus argēteos. xxij. pensantes singuli

als, lardarū

gulilib.xx. Hic reparauit basilicā sanctæ Felicitatis, q̄ in ruinā imminebat. Hic absidā beatæ Agnetis, q̄ in ruinā imminebat, & omnē basilicā renouauit. Hic constituit, vt omni die dñico, vel natalitĳs martyꝝ, hymnus, Gloria in excelsis, diceret. Hic fecit cœmeteriū Iordanoꝝ in melius, propter corpus Alexandri. Hic omni anno p Aphricā, vel Sardiniam, epīs, qui in exilio erāt retrusi, pecunias & vestes ministrabat. Hic captiuos p Liguriam & Mediolanū, & p diuersas prouincias pecunĳs redemit, & dona multiplicauit, & dimisit. Hic fecit ordinationes q̄tuor in vrbe Roma p mēsem Decēbrē & Februariū, pbros. xcĳ. diacones. xvi. epos p diuersa loca numero. cxvĳ. Qui etiā sepultus est in basilica beati Petri apli. xlĳĳ. Kaleñ. Augusti. Et cessauit epatus dies. vĳ. Qui etiā in pace cōfessor quieuit. D

DECRETA SYMMACHI PAPAE.

¶ Vt res ecclīæ nō alienent, sed clericis, vel monachis, aut peregrinis in vsum tantummodo largiantur. .i.
Vt nullus honorē præmĳs accipiat. ĳ
Vt raptores viduaꝝ vel virginum ab ecclesiæ communione pellantur. iĳ
Vt viduæ vel virgines professæ continentiam, vltra non nubant. iiĳ
Vt nullus per ambitum ad episcopatum accedat. v.

Dilectissimo fratri Cæsario Symmachus. Hortat nos æquitas postulationis, desiderio tuæ fraternitatis gratāter annuere de singulis, q̄ ab apostolica sede cōcedi supplicas, q̄d a patrū cautela & prouisione nō discrepat. Et quamuis ecclesiasticæ pene regulæ omnia comprehendāt, tamen superfluū esse non credimus, nunc, quæ sunt sæpius * interdicta, repetere. E

alias, dicta

Capitulum primum.

16.q.i. Possessiones quas alias, aut

¶ Possessiones igit, q̄s vnusq̄sq; ecclesiæ ꝓpriæ dedit, aut reliqt arbitrio, alienare qbuslibet titulis * atq; distractionib⁹, vel sub q̄cunq; argumēto nō patimur, nisi forsitā aut clericis honoꝝ meritis, aut monasterĳs religionis intuitu, aut certe peregrinis (si necessitas largiri suaserit) sic tamen, vt hæc ipsa non perpetuo, sed temporaliter perfruantur.

II. Illud magnopere cōmonēs, vt hi, q nō dei grā, sed promissione reꝝ ecclesiasticaꝝ ꝑmissa, ad sacerdotiū conant accedere, desiderioꝝ taliū reprimant effectus. Qui aūt ab huiusmodi se intentione nō cohibēt, vindictis canonū sciant se sine dubitatione subĳciēdos, nec facile ad sacerdotiū permittant accedere, qbus & gradus & tpa constituta sunt, p quæ ad hanc dignitatē debeant aspirare, qa quicunq; sine statuto promouet, non facile caret offensa, & sine experimento non potest quis electionis obtinere sentētiam.

36.q.2. Raptores

III. Raptores igit vel viduaꝝ, vel virginū, ob īmanitatē tāti facinoris detestamur, illos vehemētius ꝑsequēdo, q sacras virgines vel volētes, vel inuitas matrimonio sociare tentauerint. Quos pro tā nefandissimi criminis atrocitate a cōmunione suspēdi ꝑcipimus.

27.q.1. Neq; viduas.

IIII. Neq; viduas ad nuptias transire patimur, quæ in religioso proposito diuturna obseruatione permanserunt. Similiter virgines nubere prohibemus, quas annis plurimis in monasterĳs ætatem peregisse contigerit. F

1.q.1. Nullus itaq; p amb. al's, inĳciat, inducat, inurat 1.q.6. Si quis aūt epis.

V. Nullus itaq; p ambitū ad episcopalē honorē permittatur accedere. Nā cum hic excessus in laica conuersatione culpet, qs dubitat, q religiosis, & deo seruiētibus * incutiat opprobriū? Si quis episcopatū desiderās, data pecunia potētes ꝑsonas minime suffragatrices adhibeat, nec ad decretū sibi faciēdū clericos vel ciues subscribere, adhibito cuiuslibet gñis timore cōpellat, vel ꝓmĳs aliquibus hortet. Decretū sine visitatoris ꝑsentia nemo cōficiat, cuius testimonio clericoꝝ ac ciuiū possit vnanimitas declarari. Hortamur itaq;, vt ꝓ catholicæ religionis intuitu, & ecclesiaꝝ pace hæc vniuersi fideles deuota mēte custodiāt, qa nō est dubiū ꝑuaricatores interdictoꝝ taliū iuxta venerādos canones propriæ cōmunionis subire iacturā. Hæc tñ ad omniū epoꝝ volumus * afferri notitiā. Deus te incolumē custodiat, frater charissime. Data octauo Idus Ianuarĳ, Probo viro claris. cons.

al's, proferri

¶ Præsentis cōsulis annū Marian⁹ Scotus recēset anno ad veritatē euāgelĳ. cccccxxxiiĳ. uxta ꝟo Dionysii cyclū. cccccxĳ. Et meminit eiusdē Gregori⁹ Hal. anno Chri. cccccxvi.

¶ Capitula primæ synodi Romanæ sub Symmacho papa.

A norem præstare conuincitur, loci sui ordine, vel communione priuetur. iij

Vt si papa præuentus morte non potuerit ante de sui successoris electione decernere, is ordinetur antistes, quem cunctus clerus, aut certe pars maior elegerit. iiij

Vt si quis ambiētes, vel fautores ambientiū, cōiuratoresq; prodiderit, nō solū purgatus videatur eē, si fuerit particeps, verūetiā remuneratione dignissimus æstimetur. v.

¶ Circa memorandū in initio p̄sentis synodi consulē Paulinum considerare operæ pretium est, Marianum Scotum anni post consulatū non meminisse, verum Gregorius Haloander recenset illum anno Christi. cccccc.

POst consulatū Paulini viri clarissimi, die Kalēdaꝝ Martiaꝝ in basilica beati Petri ap̄li synodo p̄sidēte beatissimo papa Symmacho, Fulgētius archidiacon⁹ dixit.

Capitulum primum.

¶ Beatitudo vestra, directis ante hacp prouincias authoritatibus, frequēter Italiæ sacerdotū synodū cōuocauit, q̄ꝝ p̄sentia in v̄ris videt oculis cōstituta. Nunc beatitudo v̄ra, q̄ ad ecclesiasticas indēnitates, vel ad pacē totius ecclesiæ ptinēt, siue cōcordiā, dignet tractabil̄r ordinare. Acclamatū est ab oībus ep̄is & pb̄ris. Exaudi Chr̄e, Symmacho vita. Dictū decies. Cuius sedē & annos. Dictū est nonies, Vt facias, rogamus. Dictū ē decies.

B II. Symmachus ep̄s ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ dixit: Conciliū dilectionis v̄ræ, neglecta hyemis asperitate, solicitudo n̄ra pro ecclesiastica indēnitate special̄r cōgregauit, vt ep̄alē ambitū, & cōfusionis incertū, vel popularē tumultū, quem p surreptionē diaboli vsurpatione aliquoꝝ, tp̄e ordinationis meæ constat exortū, cōicato pariter tractatu in futurū possimus robuste ac viuaciter amputare, atq; ideo caueamus in posteꝝ, ne subuersio disciplinæ, aut audacia p̄sumentiū gestiat tentare similia, & pari adunatione tractemus, expressis. s. sentētijs sancientes, quid circa Romani ep̄i ordinationē debeat custodiri. Vniuersi ep̄i, vel pb̄ri dixerunt, Vt fiat, rogamus. Dictū est decies. Vt scandala amputent, rogamus. Dictum est nonies, Vt ambitus extinguat, rogamus. Dictū est * duodecies, Exaudi Chr̄e, Symmacho vita. Dictū est sexies, Cuius sedē, & annos. Dictū est quinquies, Vt de p̄senti fiat. Dictū est decies, Symmachus ep̄s dixit: Qm̄ fraternitas v̄ra curā prouisionis n̄ræ suis exhortationibus incitauit, & parilē circa ecclesiæ tranquillitatē dei n̄ri cōtēplatione animū p̄stat, sicut p̄fati sumus, deliberatione in p̄senti habita, qd placeat ex oibus, v̄ris informate sentētijs, q̄ in hoc venerabili cōcilio p ecclesiastica recitent officia. Cumq; surrexissent, & paulo post iteꝝ cōsedissent, Emilianus notarius synodi decreta vulgauit.

alias, xv.

III. Propter frequētes ambitus quorundā, & ecclesiæ nuditatē, vel populi collisionē, q̄ molesta, & iniqua incōpetēter ep̄atū desiderantiū gn̄auit auiditas, vt extinguat futuris p̄sumptio tā pniciosa tēporibus, cōstituit sancta synodus, vt si quis pb̄r, aut diacon⁹, aut

C clericus, papa incolumi, & eo incōsulto, aut subscriptionē pro Romano pōtificatu cōmodare aut *pitatia promittere, aut sacramētū p̄bere tētauerit, aut aliq̄d certe suffragiū pollicer i, vel de hac causa priuatis cōuenticulis factis deliberare, atq; decernere, loci sui dignitate, atq; coīone priuet. Vniuersa synodus surgēs, acclamauit: Exaudi Chr̄e, Symmacho vita. Dictū est decies. Hic pax cū Symmacho. Dictū est. XV. Cuius sedē, & annos. Dictū est octies, Pari seueritate feriendo eū, q hoc viuo (sicut dictū est) pōtifice q̄libet modo fuerit ambijsse cōuictus, aut certe tētasse, oībus pariter hui⁹ culpæ reis anathematis pœna plectēdis, Symmachus ep̄s dixit: Ergo vniuersitati placet, & ab oībus recognoscit, vel probatur ista sententia? Vniuersa synodus dixit. placet. Et q̄d omnibus placet, fiat.

Distin. 79. Si quis papa. alias, pitatio cōmittere

IIII. Si (q̄d absit) transitus papæ inopinatus euenerit, vt de sui electione successoris (vt supra placuit) nō possit ante decernere, siqdē in vnū toti⁹ inclinauerit eccl̄astici ordinis electio, cōsecret elect⁹ ep̄s. Si em̄ (vt fieri solet) studia cœperint eē diuersa eoꝝ, de qbus certamē emerserit, vincat sentētia plurimoꝝ, sic tn̄, vt sacerdotio careat, q captus pmissione, nō recto iudicio de electione decreuerit. Synodus dixit: Placet. Dictū est decies.

Distin. 79. Si trāsitus.

V. Propter occultas aūt fraudes, & coniurationū secretas insidias, quas huius sententia districtionis cōsequit, si quis ad ecclesiasticā pertulerit notitiā consilia eoꝝ, q contra hāc synodū de pontificali egerint ambitu, & rōnabili probatione cōuicerit, particeps actionis hmōi, nō solū purgat⁹ ab oī cupa sit, sed etiā remuneratiōe, q̄ nō indigna sit, subleuet. Vniuersa synod⁹ surgēs, acclamauit: Placēt oīa. Et adiecit. Exaudi Chr̄e, Symmacho vita. Dictū. xxx. Vt ista seruētur, rogamus. Dictū. xx. Exaudi Chr̄e, Symmacho vita. Dictū. x. Vt circa Romanū pontificē semp hæc ordinatio seruet, rogamus. Dictū. x. Vt nullus aliter ad ep̄atū Romanū deinceps veniat, p̄camur. Dictū. x. Vt decreta n̄ra cōfirmes, rogamus.

Ibidē, Si quis papa super.

mus. Dicto. x. Symmachus eps catholicæ ecclesiæ vrbis Romæ dixit: Acclamationes ve stras, synodicꝗ iudiciū pśentia gesta suscipient. Et adiecit, Ea q̄ ad sopiendos veternosæ pśumptionis errores, vel infensæ rebus ecclesiasticis ægritudinis morbos, q̄bus vniuersalis afficiebat ecclesia, deliberatio religioni cōgrua paciꝗ cōstituit,* firmitatē perpetē sortiant, vt, pstante deo, quē custodē rerū cōstat esse bonarū, synodalis ordinatio vigeat, atꝗ oēs sine psonæ alicuius distinctione cōstringat. Cōtra quā, si quis sub qualibet occasione venire pśumpserit, indita superius districtione plectet. Et subscripserunt epī numero.* lxxiij. Celius epūs sanctæ ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ, his synodalibus cōstitutis a me probatis, atꝗ firmatis cōsentiens subscripsi. Celius Rusticus epūs ciuitatis Minturneñ. subscripsi, & cōsensi synodalibus cōstitutis, atꝗ in hac profiteor me manere snia. Celius Bonifacius epūs ecclesiæ Veliternēsis subscripsi, & cōsensi synodalibus cōstitutis, atꝗ in hac me profiteor manere snīa. Adeodatus *Ceruieñ. Aucupius Puteolanus, Adeodatus Formiensis, Basilius Tollētinatis, Benignus Aquæuinēsis, Bassus Ferētinus, Bellator Ostiensis, Cresconius Tudertinus, Constātius Otriculanus, Cādidus Tiburtinus, Clarus Aliphan⁹, Constātinus Capuanus, Colonius Foroclodieñ. Constātius Venefranus, Decius Triūtabernis, Dulcitius Sabineñ. Epiphanius Beneuētanus, Fortunatus Anagninus, Fortunat⁹ Suessanus, Felicissimus Forosempronieñ. Florētius Pestanus, Fortunatus Fulginatis, Felix Nepesinus, Gaudētius Tyndarineñ. Gaudētius Vulsinieñ. & idē pro Proiectitio epo Foronouano, Germanus Pisaureñ. Gaudētius Salernitanus, Iustus Acherōtinus, Innocentius* Meuanatis, Iohānes Ariminēsis, Iohānes Spoletanus, Iohānes Viboneñ. Laurentius Trebieñ. Lucianus Tarquinieñ. Lāpadius vrbis Albēsis,* Misenus Cuman⁹, Maximus Bleranus, Martyrius Terracineñ. Maximianus Perusinus, Molēsius Centūcelleñ. Maximianus Subaugustanus, Mercurius Sutrinus, Marius Tiferninus, Paschasius Vulturneñ. Palladius Sulmōtinus, Quintus Teatinus, Rufinus Canusinus, Rosarius Surrentinus, & pro fratre meo Vrso epo subsc. Stephanus Nursieñ. Serenus Numētan⁹, Sanctulus eps Signinus, qa subscribere nō potuit manu propria, subscripsit pro eo Fortunat⁹ eps ecclesiæ Anagninæ, Stephanus Neapolitanus, Salustius Amerinus, Serenus Nolanus, Saturninus Terdonitanus, Timotheus Abellinatis, Valētinus Amiterninus, & pro Romano epo ecclesiæ* Pinnanatiū, Vitalis Fanestris, Vitalianus Narnieñ. Vitalis Fūdanus, Vitalianus Rusellanus, Vindemius Antiatinus, Valerius *Calenotanus, Vrsus Stabianus. Subscripserūt pbri numero. lxvij. Celius Laurētius archipbr tit. sanctæ Praxedis his subscripsi, & cōsensi synodalibus cōstitutis, atꝗ in hac me profiteor manere snia, Asterius pbr tituli sancti Pudētis, Andreas pres. tit. s. Matthæi, Abūdātius pres. ti. s. Sabinæ, Asellus pres. tit. s. Susannæ, Agatho ps. tit. s. Susannæ, Anastasius ps. tit. s. Anastasiæ, Acontius ps. tit. Fasciole, Agapetus ps. tit. ss. aplorū, Adeodatus ps. scti Martini, tit. Equitij, Abundius pres. tit. s. Marci, Bonus ps. tit. s. Crescētianæ, Benedictus ps. tit. s. Gaij, Bonifacius ps. tit. s. Ceciliæ, Crescentius pres. tit. ss. aplorū, Cyprianus ps. tit. s. Marci, Dnicus ps. tit. s. Crescētianæ, Dionysius ps. tit. s. Emilianæ, Dnicus pres. tit. s. Priscæ, Epiphanius pres. tit. s. Cyriaci, Epiphanius pres. tit. ss. aplorū, Epiphanius pres. tit. Fasciole, Eutyches pres. tit. s. Emilianæ, Felix ps. scti Martini, tit. Equitij, Gordianus pres. ss. Iohānis & Pauli, tit. Pāmachij, Genesius ps. tit. s. Nicomedis, Hilarius pres. tit. s. Laurentij in Lucina, Ianuarius pres. tit. Vestinæ, Iustinus pres. tit. s. Pudētis, Iouinus ps. tit. s. Emilianæ, Iohannes ps. ss. Iohānis & Pauli, tit. Pāmachij, Iulianus pres. tit. s. Anastasiæ, Laurētius ps. tit. s. Laurētij in Lucina, Martianus pres. tit. s. Ceciliæ, Martinus pres. tit. sancti Cyriaci in thermis, Marcellinus pres. tit. s. Iulij, Marcellus pres. tit. s. Romani, Marcus ps. tit. scti Laurentij in Lucina, Opilio pres. tit. Vestinæ, Petrus pres. tit. s. Clemētis, Paulinus pres. tit. s. Iulij, Petrus pres. tit. s. Grisogoni, Proiectitius pres. tit. s. Laurentij in Damaso, Paschasius pres. ti. s. Eusebij, Petrus peres. tit. s. Chrysogoni, Paulinus pres. tit. Fasciole, Petrus ps. tit. s. Praxedis, Paulinus ps. tit. s. Laurentij in Redēptus pres. tit. s. Chrysogoni, Romanus ps. tit. Tigride, Redemptus pres. tit. Tigride, Soranus pres. tit. Vestinæ, Sebastianus ps by. tit. s. Nicomedis, Seruus dei pres. tit. s. Clemētis, Sebastianus pres. s. Martini, ti. Equitij, Seuerus pres. tit. s. Gaij, Stephanus, pres. tit. s. Marcelli, Septimius pres. tit. s. Iulij, Stephanus pres. tit. s. Eusebij, Timotheus pres. tit. s. Marcelli, Vrbicus pres. tit. s. Clementis, Valēs ps. tit. s. Sabinæ, Valētinus pres. tit. s. Eusebij, Victorius pres. tit. s. Sabinæ, Vincomalus pres. tit. s. Crescentianæ, Venātius pres. tit. s. Marcelli. Subscriptio diaconorū. Cyprianus diaconus sanctæ ecclesiæ Romanæ, regionis, vij. his subscripsi, & cōsensi synodalibus cōstitutis

Marginal notes: al. firmitati perpeti socientur — alias. lxxij. — al. Acerrēsis. — al. Mibanatis — al. Menseinus — al. Bithinaciū — al. Calineñ.

D E F

stitutis

A stitutis, atq; in hac me profiteor manere sentẽtia. Anastasius diaconus regionis primæ, subscripsi. Iohãnes, diaconus regionis secũdæ, subsc. *Tarrenis, diaconus regionis primæ, subscripsi. Tertullus, diaconus regionis quartæ, subscripsi.

al. Tarrensis.

ROMANA SYNODVS TERTIA TEMpore Symmachi papæ.

Tituli capitulorum sequentis synodi in fine huius synodi videantur.

¶ Exemplar constituti, facti a dño Symmacho papa, de rebus ecclesiæ conseruãdis.

¶ Memorati in huius synodi initio consulis annum Marianus Scotus recenset, anno ad veritatem euangelij. ccccc. xxiij. & xxiiij. Iuxta vero Dionysii cyclum. ccccci. Et Gregorius Haloander, anno Christi. ccccc. iiij. & v.

FLauio Auieno viro clarif. iuniore cõsule, sub die. viij. Iduũ Nouembriũ, in basilica beati Petri apli, *psidente venerabili viro papa Symmacho, vnà cũ venerabilibus viris & epis. Laurẽtio, Maximo, Petro, Laurẽtio, Aemiliano, Tigridio, Felice, B Bassiano, Cresconio, Pacatiano, Benigno, Rufentio, Innocẽtio, Iohãne, Maximo, Stephano, Iohãne, Sereno, Eulalio, Proculeiano, Fortunato, Laurẽtio, Eustachio, Martiano, Iocundo, Candido, Fortunato, Felice, Eutychio, Elpidio, Aprile, Innocẽtio, Mercurio, Hilario, Fortunato, Concordio, Asello, Innocentio, Stephano, Gerontio, Paschasio, Vitale, Memore, Seuerino, Hilario, Veneriοso, Innocentio, Casto, Colonico, Syluano, Maximiliano, *Aristone, Seuerino, Propinquo, Martyrio, Valẽtino, Sebastiano, Romano, Vindemio, Victore, Dulcitio, Vrso, Mercurio, Asello, Seruo dei, Adeodato, Asterio, Martiniano, Felice, Eusebio, Augusto, Proiectitio, Chrysogono, Venantio, Rustico, Salustio, Probo, *Amãdo, Basilio & Florentio. Residẽtibus etiã pbris, Proiectitio, Martino, Epiphanio, Sebastiano, Seruo dei, Epiphanio, Octauiano, Anastasio, Abũdantio, Vincomalo, Paulino, Iuliano, Marcello, Agathone, Benedicto, Crescẽtiano, Paschasio, Iuliano, Seuero, Paulino, Adeodato, Iohãne, Timotheo, Laurẽtio, Hilario, Adeodato, Marco, Stephano, Venantio, Petro, Petro, Chrysogono, Litorio & Chrysogono, Tinulo vel * Maximo, Fortunato. Adstãtibus quoq; diaconibus, Anastasio, Hormisda, Iohanne, & Agapeto. Symmachus epũs ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ dixit.

als, residente
als, Aristo
al. Amantio.
al Maximino

Capitulum primum.

¶ Bene quidẽ fraternitas vestra ecclesiasticis legibus obsequuta, sub diuini timore iudicij, q̃ erãt statuenda, definiuit, & ad iustitiæ cumulũ *peruenit dũ sufficiẽter vniuersa complectitur, nec adiectione indiget plenitudo, maxime de clericis, q̃s amor dñationis inuasit, & iugũ disciplinæ ecclesiasticæ fecit respuere, q̃s propterea schisma fecisse apud *vos constitit, qbus misericordiã tñ, quã deus mãdat vniuersis impẽdi (sicut oportuit) nõ negastis, si duritia cordis eorum non sibi acquirat pœnã, dũ contemnit oblata remedia, quorum excessus *enarrare difficile est. Vnum tñ, q̃d occurrit, venerãdo ordini vestro intimare nõ differo. Dixerũt inter alia, scripturã quãdã illustris memoriæ Basiliũ quasi pro ecclesiasticæ amore substãtiæ cõscripsisse, in qua nullus Romanæ ecclesiæ nec interfuit, nec subscripsit antistes, p quẽ potuisset sortiri legitimã firmitatẽ. Ne vero ego inde disputẽ, sed vt possit vestrũ iudicare cõciliũ, requirat, & * referat in mediũ, vt lectione agnoscatis, cuiusmodi possit habere substantiã. Sancta synodus rñdit: Deferatur in medium, vt cuiusmodi sit, possit agnosci. Et dum diceret, Hormisda diaconus recitauit.

C

Dist. 96. Bene quidem.
als, perduxit
Matth. 5. a
als, nos
als, deferatur

II. Cũ in vnũ apud beatũ Petrũ aplm resedissent, sublimis & eminẽtiss. vir, pfectus ptorio, atq; patricius, agẽs etiã vices pcellẽtissimi regis Odoacris, Basilius dixit: Quanq̃ studij nri & religionis interfit, vt in epatus electiõe cõcordia principalr seruet ecclesiæ, ne per occasionẽ seditiõis status *ciuilitatis vocet in dubiũ, tñ admonitiõe beatiss. viri papæ nostri Simplicij, quã añ oculos semp habere debem⁹, hoc nobis (meministis) sub obtestatiõe fuisse mãdatũ, vt, ppter illũ strepitũ, & venerabilis ecclesiæ detrimẽtũ, si eũ de hac luce trãsire cõtigerit, nõ sine nra cõsultatione cuiuslibet celebret electio. Et cũ legeret, Cresconius eps ciuitatis Tudertinæ ecclesiæ, surgẽs e cõsessu, dixit: Hic ppẽdat sancta synodus,* vt ptermissas psona religiosas, qbus maxime cura est de tãto põtifice, in suã redigerẽt potestatẽ, q̃d cõtra canones eẽ manifestũ est. Itẽ Hormisda diacon⁹ legit. Nã & cũ qd cõfusionis atq; dispẽdij venerabilis ecclesia sustineret, miramur, ptermissis nobis quicq̃ fuisse tentatũ, cũ etiã sacerdote nro supstite, nihil sine nobis debuisset * adsumere. Quare, si amplitudini vræ, vel sanctitati placet, incolumia oĩa, q̃ ad futuri antistitis electionẽ respiciunt, religiosa

als, ciuitatis
als, vtrũ ptermissis psonis religiosis, quibus &c. põtifice, laici electionẽ in suã.
als, assumi

al.veneratione,vel, honoratione

oneratione seruemus, hanc legẽ specialiter pferentes, quã nobis, hæredibusq́ nřis Christianæ mẽtis deuotione sancimus. Ne vnquã pdiũ seu rusticũ, seu vrbanũ, vel ornamẽta, aut ministeria ecclesiarum, quæ nũc sunt, vel quæ ex quibuslibet titulis ad ecclesiarum iura peruenerint, ab eo, qui nunc antistes sub electione cõmuni fuerit ordinãdus, & illis, qui futuris seculis sequent, quocunq; titulo, atq; cõmento alienent. Si quis vero aliqd eorum alienare voluerit, inefficax, atq; irritũ iudicet, sitq́ facienti, vel cõsentiẽti, accipientiq́ anathema. Maximus epũs Bleranæ ecclesiæ dixit: Modo sancta synodus dignetur edicere, si licuit laico homini anathema in ordine ecclesiastico dictare? Aut si potuit laicus sacerdoti anathema dicere, & cõtra canones, q̃d ei non cõpetebat, cõstituere? Dicite, vobis quid videt? De me licuit laico legem dare? Sãcta synodus dixit: Non licuit. Et adiecit: Lege sequentia. Hormisda diaconus legit. Et is, qui pdiũ rusticũ, vel vrbanũ iuris ecclesiastici fuerit consequutus, nouerit se nulla lege, vel pscriptione munitũ, sed siue is, qui alienauerit, siue qui eũ sequẽtur, volũtate contraria pdium hmõi alienatũ reuocare tentauerit, id cũ fructibus restituat, qui illud fuerit cõsequutus. Et cum legeret, Stephanus epũs Venusinæ ecclesiæ, surgens e concessu, dixit. Perlegatur. Hormisda diaconus legit.

al. siue q frequẽter & voluntate

III. Quã etiam pœnã placuit accipientes hæredes, prohæredesq́ respicere. In qua re cuilibet clericorum contradicendi libera sit facultas. Iniquũ est em, & sacrilegij instar, vt q vel pro salute, vel pro requie animarum suarum vnusquisq; venerabili ecclesiæ pauperum causa contulerit, aut certe reliquerit, ab his, quos * hoc maxime seruare cõuenerat, in * altitudine transferantur. Plane quæcũq; in gemmis, vel auro, atq; argento, necnõ & vestibus minus apta vsibus, vel ornatui videbuntur ecclesiæ, quæ seruari, ac diu manere non possunt, sub iusta æstimatione vendãtur, & erogationi religiosæ proficiant. Cumq́ lecta fuisset, Laurentius Mediolanensis ecclesiæ dixit: Ista scriptura nullũ Romanæ ciuitatis potuit obligare pontificẽ, quia non licuit laico statuendi in ecclesia, præter papã Romanum habere aliquã potestatẽ, cui obsequendi manet necessitas, non authoritas imperãdi, maxime, cum nec papa Romanus subscripserit, nec alicuius secũdum canones metropolitani legat assensus. Petrus epũs Rauennatis ecclesiæ dixit: Scriptura, quæ in nostra congregatione vulgata est, nullis eam viribus subsistere manifestũ est, quia nec canonibus conuenit, & a laica nunc persona concepta, videtur, maxime, quia in ea nullus præsul sedis apostolicæ interfuisse, vel propria subscriptione firmasse monstratur. Eulalius episcopus Syracusanæ ecclesiæ dixit: Scriptura, quæ in sacerdotali concilio recitata est, euidentissimis documentis constat inualida. Primũ, quod contra patrũ regulas a laicis, quãuis religiosis, quibus nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponẽdi legitur vnquã attributa facultas, facta videtur. Deinde, quod nullius præsulis apostolicæ sedis subscriptione firmata docetur. Quod si cuiuslibet prouinciæ sacerdotes, intra terminos suos concilio habito, quicquid sine metropolitani siue antistitis authoritate tentauerint, irritũ esse debere, patres sancti sanxerũt, quanto magis, quod in apostolica sede, non existẽte præsule, qui prærogatiua beati meritis apostoli Petri per vniuersum orbẽ primatum obtinẽs sacerdotij, statutis synodalibus cõsueuit tribuere firmitatem, a laicis, licet consentientibus aliquãtis episcopis (qui tamen pontifici, a quo consecrari probantur, præiudiciũ inferre non potuerũt) præsumptũ fuisse cognoscitur, viribus carere nõ dubium est, nec posse inter ecclesiastica vllo modo statuta censeri. Sancta synodus dixit: Licet secundũ prosequutionem venerabilium fratrũ nostrorum, Laurentij, Petri, Eulalij, Cresconij, Maximi, vel Stephani nec apud nos incertũ habetur, hanc ipsam scripturam nullius esse momẽti,* tamẽ etiam, si aliqua posset subsistere ratione, modis omnibus in synodali conuẽtu prouida beatitudinis vestræ sentẽtia eneruari conueniebat, & in irritum deduci, ne in exemplum remaneret præsumẽdi quibuslibet laicis, quamuis religiosis, vel potẽtibus, in quacunq; ciuitate quolibet modo aliquid decernere de ecclesiasticis facultatibus, quarum solis sacerdotibus disponendi indiscusse a deo cura commissa docetur. Symmachus episcopus dixit: Modo, quia deus præsentiam vestram votiuam mihi sub qualibet occasione concessit, volo (si placet) rem fieri firmã, quam credo ecclesiasticis facultatibus conuenire, vt agnoscant omnes, quos in me vanus furor excitauit, nihil me magis studere, quam vt saluũ esse possit, quod mihi est a deo sub dispẽsatione commissum, sed & quibuslibet * successoribus, deum timẽtibus, gratum esse debeat, & ad ecclesiastici custodiã patrimonij pertinere. Sancta synodus dixit: Scimus prouisionem vestram necessarijs studere, & ideo in vestra est potestate sequenda disponere. Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ dixit: Magna quidem venerãdo & sa-

alias, hæc
al. alienitatẽ

16.q.7. Non placuit.
Nice. cõc. ca. 4. & 6
16.q.7. Laicis quãuis rel.
Nic. cõc. vbi supra.
alias, q̃
alias nõ habz successoribus

D E F

A & sacerdotali debetur cultura proposito, cui imminet de studio, quæ recta sunt, non de necessitate disponere. Sed quoniam in aliquibus aliena postulantibus, vitiorum mater auaritia, repudiatis honestatis repagulis, totũ putat expedire quod libet, & ita, dum pdæ inhiat, patientia supernæ pietatis abutitur, expectantibus, correctionem cœlo moderãte, iudicijs se existimant nõ teneri, cũ clarum sit, quod apud certos in occasionem rapiendi procedat diuinæ mora sententiæ. Sed nobis, (quos pastoralis cura, & * ecclesiasticæ adstringit) pro dispensatione credita ratio reddenda substantiæ opus est, vt sollicitudinem nostram non solum ad præsentia, sed etiam ad secutura secula porrigamus, ne ad animæ nostræ detrimenta contingat, si hi, qui possunt, statutis debere innocentia * præsumentis de libertate * deliquerit, cum religiosa possint, & * nos, & successores nostri potestate fulciri, legibus ecclesiasticis seruientes.

ali. eccl'iasticæ

als, innocẽtiã

ali psumẽtes

ali. deliqrĩnt

alias, nostra

IIII His ergo ppensis, mansuro cũ dei nostri cõsideratione decreto, sancimus, vt nulli apostolicæ sedis psuli a psenti die (donec, disponẽte dño, catholicę fidei manserit doctrina salutaris) liceat prædiũ rusticũ, quantæcũq; fuerit vel magnitudinis, vel exiguitatis, sub perpetua alienatiõe, vel commutatiõe ad cuiuslibet iura trãferre. Nec cuiusquã excusent necessitatis obtentu, quippe cũ nõ sit personale, qd loqmur, nec * aliquis clericorũ, vel laicorũ sub hac occasione accepta tueatur. B Sed nec in * vsufructum iura aliqbus dare liceat, nec data retinere, pter clericos, & captiuos, atq; peregrinos, ne malæ tractationis ministretur occasio, cum liberalitati illi alia itinera reseruentur.

12. q. 2. Non liceat papæ

alias, aliquid.

alias vsufructuario

alias, rura

V Sane tantum domus in quibuslibet vrbibus constitutæ, quarũ statum necesse est expensa non modica sustentari, acceptis (si auferri contigerit) sub iusta existimatione redditibus, & diuini timore iudicij commutentur.

VI Pari etiam ecclesiarũ per omnes Romanæ ciuitatis titulos, qui sunt, presbyteri, vel qcunq; fuerint, adstringi volumus lege custodes, quia nefas dictu est, obligatione, qua se per charitatem Chri connectit summus pontifex, ea hominem secundi in ecclesia ordinis nõ teneri. Quicũq; tamen oblitus dei, & decreti huius immemor, cuius Romanæ ciuitatis sacerdotes volumus religiosis nexibus deuinciri, in constitutum præsens committens, quicquam de iure titulorum, vel ecclesiæ superius præfatæ quolibet modo, pręter aurum, argentum, vel gemmas, vestes quoq;, si sunt, vel si accesserint, aliqua mobilia, ad ornamenta diuina minime pertinentia, perpetuo iure, exceptis dumtaxat sub præfata conditione domibus, alienare tentauerit, donator, alienator, ac venditor honoris sui amissione mulctetur.

17. q. 4. qcũq;

VII Præterea, qui petierit, aut acceperit, vel qui presbyterorum, aut diaconorum, C seu defensorum danti subscripserit, quo iratus deus animas percutit, anathemate feriatur. Sitq; accipienti, vel subscribenti de personis superius comprehensis, id est, quas anathemate feriri censuimus (instituta pœna contubernalium seruata) quam præmisimus in alienatore, vindicta. Nisi forte & alienator sibi, dum repetit, & qui acceperit, celeri restitutione prospexerit.

VIII Quod si minore animæ suæ cura quisquam remedium oblatum forte neglexerit, supra ea pœnarum genera, quæ superius tenentur adscripta, contra fas (si quod conceptum fuerit documẽtum) vniuersis viribus (quamuis ab initio nullas habuerit) effetetur. Sed etiam liceat quibuscunq; ecclesiasticis personis vocem contradictionis * afferre, & ecclesiastica authoritare fulciri, ita vt cum fructibus possit alienata reposcere, nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat, qui à religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta, contra fas sine aliqua pietatis consideratione dispergit. Huius autem constitutionis legem in apostolica tantum volumus sede seruari, vniuersis ecclesiis per prouincias secundum animarum considerationem, quem proposito religionis conuenire rectores earum viderint, more seruato.

alias, offerre

ET SVBSCRIPSERVNT.

Cælius Symmachus episcopus ecclesiæ Romanæ huic constituto, à nobis facto, subscripsi. Cælius Laurentius episcopus sanctæ Mediolanensis ecclesiæ huic constituto, à venerabili papa Symmacho facto, subscripsi. Petrus episcopus catholicæ Rauennatis sanctæ ecclesiæ, huic constituto, a venerabili papa Symmacho facto, subsc. Eulalius episcopus ecclesiæ Syracusanæ huic constituto, a venerabili papa Symmacho facto, subscripsi. Felix Interamnensis, Cresconius Tudertinus, Aemilianus Vercellensis, Iocũdus * Subaugustanus, Tigridius Taurinatis, Vitalis Fundanus, * Bassus Mutinensis, Pacatianus Co-

al. Augustanus

alias, Bassianus

maclensis, Maximus Bleran⁹, Martyrius Terracinensis, Rufentius Ignatinus, Basilius Tollentinas, Martinianus* Ortensis, Benign⁹ Aquæuiuensis, Fotunatus Suessanẽsis, Seuerin⁹ Tyndarineñ. Eucarpus Messaneñ. Iohãnes Spoletan⁹, Stephanus Venusinus, Valẽtin⁹ Amiterninus, Romulus Prænestinus, Probus * Carmeianeñ. Vindemius Antiatinus, Candidus Tiburtinus, Fortunatus Fulginatis, Proculeianus Sepinatis, Martianus Esinus Maximianus Perusinus, Grysogonus Albanensis, Eutychius Tranensis, Laurẽtius Boianensis, Fortunatus Anagninus, Paschasius Vulturneñ. Marcus Samnin⁹, Aprilis Nucerinus, Memor Canusinus, Innocẽtius Forosimpronieñ. Florẽtius Vestineñ. Felix Nepesinus, Cõcordius Mesenatis,* Amãdus Potẽtinus, Asellus Populonieñ. Colonius Foroclodieñ. Elpidius Volaterran⁹,* Proiectius Forinoui, Veneriosus Polensis, Bonifaci⁹ Foroflaminieñ. Sebastianus Soranus, Rusticus Buxẽtin⁹, Venãtius Senogallieñ. Victor Lunensis, Innocẽtius Tiferninus, Syluinus Veliternin⁹, Iustus Signiensis,* Ariston Ostiensis, Augustus * Liparitan⁹, Felix Neposinus, Pro Vrso. Asterius Aquinatis, Propinquus Trebiatis, Eusebius Fanestris & Romanus * Nomentanus.

alias, Ortoneñ. | alias, Camarinensis | alias, Amãti⁹ | al. Proiectiti⁹ | alias, Aristus. | alias, Lupanitanus

¶ Item tituli eiusdem concilij.

I De præloquutione papę Symmachi, qui synodi statuta collaudans clericorum suorum culpat excessus. Quod inter alia etiam propter constitutum illustris memoriæ Basilij a sua communione desciuerint.

II Exemplar ipsius constituti synodo recensetur.

III Sententia ipsius synodi, qua præfatum constitutũ nullius esse momẽti decernit.

IIII Vt nulli apostolicæ sedis præsuli possessionẽ ecclesiæ magnam, vel paruam in perpetuum liceat alienare, vel commutationis obtentu ad cuiuslibet iura transuertere.

V De domibus ecclesiasticis, quæ sunt in vrbibus, commutandis.

VI Vt nõ liceat presbyteris vrbis Romæ, titulorum suorum prædia, seu quicquid iuris eorũ fuerit, quolibet alienare cõmento, qui vero hoc agere tẽtauerit, ordinis sui amissiõe plectatur.

VII Vt qui petierit prædium ecclesiæ, & acceperit, aut si quis presbyterorum, aut diaconorum, necnon defensorum danti subscripserit, anathemate feriatur.

VIII Vt si quis anathematis pœnam parui duxerit, etiam documento, quo se putat ecclesiæ prædium possidere, frustretur, liceatque cuilibet ecclesiasticæ personæ vocẽ cõtradictionis adferre, & cum fructibus præteriti temporis eadem prædia alienata reposcere.

¶ Romana synodus quarta sub Symmacho papa.

¶ Horum cõsulum annum pręter Auieni annum, nec Marianus, nec Gregorius meminerunt. Verum Auieni annum quære in initio tertiæ synodi Romanæ.

¶ Ruffo magno, Fausto Auieno, vv. cc. conss. sub die. x. Kaleñ. Nouemb.

Quarta synodus habita Romæ palmaris.

SAncta synodus apud vrbẽ Romam ex præcepto gloriosissimi regis Theodorici diuersis regionibus cõgregata in Christi noĩe dixit: Cum ex diuersis prouincijs ad vrbẽ Romã cõuenire sacerdotes regia præcepisset authoritas, vt de his, quæ venerabili papæ Symmacho ap̃licæ sedis p̃sule ab aduersarijs ipsius dicebant impingi, sanctũ conciliũ iudicaret, Liguriæ, Aemiliæ, vel Venetiarum ep̃is (quos ad p̃sentiã principis ipse itineris dictus attraxit) cõsulendi regẽ incubuit necessitas, qua hos voluisset ætate fractos, debilitate corporis inualidos cõgregari, respõdit p̃fatus rex pijssimus bonæ conuersatiõis affectu, plura ad se de papæ Symmachi actibus horrẽda fuisse, perlata, & in synodi oportere, (si vera esset inimicorum eius obiectio)* iudicatione cõstare. Memorati pontifices, quibus allegãdi imminebat occasio, suggesserũt, ipsum, qui dicebat impetitus, debuisse synodũ cõuocare, sciẽtes quia eius sedis primũ Petri apostoli meritum, vel principatus, deinde sequuta * iussiõe dñi conciliorum venerãdorum authoritas,* singularem in ecclesiis tradidit potestatẽ, nec antedictũ sedis antistitem minorum subiacuisse iudicio, in propositione similí, facile forma aliqua testaret. Sed *potissim⁹ princeps, ip̃m quoque papã in colligẽda synodo voluntatẽ suã literis demonstrasse, significauit. A mãsuetudine eius paginę postulatæ sunt, quas ab eo directas cõstabat, hasque dari sacerdotibus sine tarditate cõstituit, & quicquid in eodẽ negotio actum est, scriptis Romam ex diuersis terrarum, vel regionum partibus dei prosequutione peruẽtum est. Et dum in venerabili collectiõe de incipiẽdo haberet negotio (prout poscebat causa) tractatus, sanctus papa Symmachus basilicam Iulij, in qua pontificum erat congregatio (prout habuit cura) celeriter ingressus est, & de euocatione synodali clementissimo regi gratias retulit, & rem desiderij sui euenisse testatus est,

alii, Indicatiõe | forte, iussionẽ | ali. singulorum. | alias, p̃nssim⁹ seu potentissimus

Causa

A Cauſa ergo de ſacerdotum animis (quæ de concilio nondum * firmato triſtitiam miniſtrabat) abſciſſa eſt, authoritatem ordini corrigendi, (ſicut poſcebant eccleſiaſtica ſtatuta) in omnium, qui ibidem conuenerant, epiſcoporum præſentia, ſe dare profeſſus eſt, ſperans, vt * viſitator, qui contra religionem, contra ſtatuta veterum, vel contra regulas maiorum à parte cleri, vel aliquibus laicis fuerat poſtulatus, ex ordinatione antiſtitum (ſicut decebat ſanctum propoſitum) prima fronte cederet, & omnia, quæ per ſuggeſtiones inimicorum ſuorum amiſerat, poteſtati eius legaliter ab honorabili concilio redderentur, & tanti loci præſul regulariter prius ſtaui priſtino redderetur, & tunc veniret ad cauſam, & ſi ita recte videretur, accuſantium propoſitionibus reſponderet. Digna res viſa eſt maximo ſacerdotum numero, quæ * vt mereretur effectum * optabant. Decernere tamē aliquid ſynodus ſine regia notitia non præſumpſit. Sed ſuggeſtio iuſta per legatorum negligētiam non meruit ſecundum vota reſponſum. Iuſſus eſt * regis præceptionibus papa Symmachus ante patrimonij, vel eccleſiarum (quas amiſerat) receptionem, cum impugnatoribus ſuis in diſceptatione confligere, qui poteſtatis ſuæ priuilegia, & quæ pro conſcientiæ (quantum iuſte æſtimamus) emendatione ſubmiſerat, nec hac voluit vice reſumere. Sed dum eſſet ſynodus in Hieruſalem baſilica Seſſoriani palacij conſtituta, aliqui-
B bus ſacerdotibus viſum eſt, vt libellus, quem accuſatores parauerant (qui quotidie ſeditionibus appellabant) ſuſciperetur à ſynodo. In quo ſuſcepto duo erant, quę vel veritati inimica eſſent, vel ipſi (quantum oſtenditur) conuentui vel eccleſiaſtico propoſito repugnarent. Vnum, quia dicebant crimina memorati ſuperius Symmachi papę apud regiam cōſtitiſſe notitiam, quod falſum eſſe * declarauit. Non em̄ quaſi nouam cauſam audientiæ commiſiſſet, ſi eius * conſciētiam conuictam de errore ſolam ſciret expectare ſentētiam. Aliud, quod per ſeruos de his, quæ obijciebāt, ſe eum loquebatur poſſe conuincere, addentes, vt ipſe mācipia traderet, quibus (quantum illi aſſerebant) poſſet in iudicatione ſuperari. Quæ res canonibus, & ipſis publicis erat legibus inimica, cum patrum ſtatuta ſanxiſſent, vt quos ad accuſationem leges ſeculi non admittunt, ijs dicēdi in cognitiōe, vel * accuſandi aliquid, * deleganda non eſſet licentia. Et dum inter iſta, quæ eſſent facienda, tractabatur, præfatus papa, vt cauſam diceret, occurrebat. Qui veniens, ab irruentibus turbis æmulorum ſuorum ita tractatus eſt, vt multis preſbyteris, qui cum ipſo * ierant (per cædem ipſam mortis fuiſſet occaſio (quod probant recentium adhuc veſtigia vulnerum) niſi illuſtris vir comes Aliernus, & ſublimes viri * Iudila & Vedeulfus, maiores domus regiæ, perſpexiſſent) quos ſecum vnde egreſſus fuerat, ad beati Petri apoſtoli ſepta conuexerat. His ita actis, & rebus varia confuſione turbatis, iterum nos ad iuſtitiam contulimus
C principalem, ſcientes diuinitate propitia * regere dominum, quem ad Italiæ gubernacula ipſe prouiderat, cuius māſuetudini omnia per relationis ſeriem (ſicut res poſcebat) ingeſſimus, intimantes etiam, ſæpe nominatum papam poſt cædem, cui ſubiacuerat cum ſuis, ſi voluntatem rurſus haberet exeundi ad iudicium, fuiſſe commonitum, ſed allegaſſe eum p directos epiſcopos, mandatis canonibus ſibi * conceſſiſſe affectu purgationis ſuæ, culmen humiliat, quantis periculis pene fuiſſe oppreſſos. Dominum regem habere quod vellet faciendi, ſe interim iuſtitiæ * renitentem, ſtatutis canonicis nō poſſe compelli. Ad hæc ſereniſſimus rex taliter (deo aſpirante) reſpondit, in ſynodali eſſe arbitrio in tanto negotio ſequenda præſcribere, nec aliquid ad ſe præter reuerentiam de eccleſiaſticis negotijs ptinere, committens etiam poteſtati pontificum, vt ſiue propoſitū vellent audire negotium, ſiue nollent, quod magis putarent vtile, deliberarent: dummodo venerādi prouiſione cōcilij pax in ciuitate Romana Chriſtianis oībus redderet. Quæ cū iuſte offerrent, dei mādata complētes, Italiæ ſuū dedim⁹ rectorem agnoſcētes, nullū nobis laborē aliū remanſiſſe, niſi vt diſſidētes cū humilitate propoſiti noſtri ad cōcordiā hortaremur, qa vnū tātæ rei reſtabat, vnde deo parerem⁹, ſcilicet, vt ſancti principis voluntate inuitarem⁹ ſenatū amplifſimum, quali oportuit legatiōe deſtinata, monētes, & inſtruētes, cauſas dei ipſius iudicio committēdas, qui valet corp⁹ occidere, & animā mittere in gehēnā, q dicit: Mihi vindictam, & ego retribuam, apud quem conſciētia nuda eſt, cui nō abſconduntur occulta. Cogitare prudentes viros oportere, quanta inconuenienter, & præiudicialiter in huius negotij principio contigiſſent, & nos viam per hanc, quam ipſi vocabant remiſſionem, peccatis non aperire, ſed claudere, qui, quod dicebatur, maiori iudici ſeruamus, inſtruentes eos, quia per vos illis Chriſtus innotuit, nō eſſe ouium, lupi inſidias præuidere, ſed paſtoris, maxime, quia in cauſa præfata multos, qui ſe dedignabantur cognoſcere, & deo

ſatiſ

Margin notes: aliás, formato — alias, iſidiator — Extra de reſti. ſpoliatorū per totum — alias, vt allegatio — aliás, ſex exēplaria non habebant, optabās — alias, regijs — alias, clarui — alias, conſcia cōuicta de errore, ſolam ſe — 3.q.4. & ſ. per totum — alias, aſſeqndi — alias negāda eſſet — alias, erant — alias, Aligen⁹ vel Aligern⁹ — alias, Gudila. — alias, curā gerere hominū — Locus corruptus — alias, cōceſſiſſe — ali. renitentes — Diſti. 17. Cōcilia § ad hæc — Matth. 10. c — Roma. 12. d — Ezech. 9. a, ſecūdū aliā lr̄as ac Deut. 32. e — Hebr. 3. d — Ecci. 39. c — Iohan. 10. c

satisfacere, error inuoluerat. Et quia non poterant plura sub hac occasione ecclesiæ mem- D
bra dispergi, sed magis per mansuetudinem sustineri, sicut boni nos operis Paulus magi- 2.Timo.4.a
ster instruxerat, dicens sanandos esse plurimos per patientiam, & doctrinam. Et quicun-
que putantur rei & grauibus peccatis inuoluti (quamuis nullus est qui delicto careat, sicut Io- 1.Iohan.1.c
hannes testatur apostolus: Si dicam quia peccatum non habeo, mendax sum) hos tamen
magis pressuris hominum sustentari, & perterriti, hasque passiones iudicio diuino suspen-
di, maxime cum illa, quæ præmisimus, inter alia de authoritate sedis obstarent, quia quod
possessor eius quondam beatus Petrus meruit, in nobilitatem possessionis accessit, & cla-
ritatem veterem vobis dat, de Christi dote rectoribus, clamantes, scriptum esse per pro- Esai.50.a
phetam ex persona dei. Nunquid non valet manus mea ad consumendum eos, qui erra-
uerunt? Hæc eadem sæpissime (sicut oportuit) commonentes, vt ab ista intentione disce-
derent, & factum nostrum, quod deus inspirauerat, iuxta mandatum principis nō discu-
terent, sed sequerentur (sicut decebat ecclesiæ filios) nec sub hac intermissione contende-
rent, & crescerent ecclesiæ detrimenta, quæ res poscebat cum festinatione succurri, & no-
bis huius celeritatis, & illis obedientiæ necessitas imminebat, maxime cum omnem pene
plebem cernamus eius communioni indissociabiliter adhæsisse, cuius nos non modica cu-
ra stimulabat, ne in aliquo laberetur errore. Quibus allegatis, cum dei nostri obtestatione
decernimus, harum necessitatum, vel religionum consideratione adstricti, & cœlesti inspi-
ratione perpensis omnibus, quæ in causa erant, secretis, Symmachus papa sedis apostolicæ E
præsul, ab huiusmodi propositionibus impetitus, quantum ad homines respicit, quia to-
tum causis obsistentibus superius designatis constat, arbitrio diuino fuisse dimissum, sit im-
munis, & liber, & Christianæ plebi sine aliqua de obiectis oblatione, in omnibus ecclesi-
is suis, ad ius sedis suæ pertinentibus, tradat diuina mysteria, quia eum ob impugnatorum
suorum impetitionem, propter superius designatas causas, obligari non potuisse cogno-
uimus. Vnde secundum principalia præcepta, quæ nostræ hoc tribuūt potestati, ei, quic-
quid ecclesiastici intra sacram vrbem Romam, vel foris iuris est, reformamus, totamque cau-
sam dei iudicio reseruantes vniuersos hortamur, vt sacram communionem (sicut res po-
stulat) ab eo percipiant, & dei, & animarum suarum meminerint, quia ipse & amator pa-
cis est, & ipse pax est, qui monet: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis,
& in quacunque ciuitate pacem esse confirmandam adfirmans, beatos esse dicit pacificos.
Hæc quicunque ex instructione nostra (quod non æstimamus) vel non admittit, vel * re-
tractari posse crediderit, videat, quia in diuino iudicio contemptus sui rationem est, (sicut
de deo confidimus) redditurus. De clericis memorati papæ, qui ab episcopo suo ante F
tempus aliquod contra regulas discesserunt, & schisma fecerunt, hoc fieri decreuimus, vt
eos satisfacientes episcopo suo, misericordia subsequatur, & officijs ecclesiasticis se gau-
deant restitui, quia dominus, & redemptor noster oues perditas ab errore lætatur inuen-
tas, & super profugum filium paternam * libertatem cœlestis mediator accommodat.
Quisquis vero clericorum post hanc formam a nobis * prolatam, quocunque sacrato deo
loco in ecclesia Romana missas celebrare præsumpserit, præter conscientiam papæ Sym-
machi, dum viuit, statutis canonicis velut schismaticus percellatur. Ista sufficiat nunc cum
dei notitia nos syncere protulisse.

Per principalia præcepta notat principis voluntas, seu iussio
Iohan.14.d
Matth.10.b
Ibidem.5.a
alias, detrectari
alias, liberalitatem
alias, probatā

SVBSCRIPTIONES EPISCOPORVM.

Laurentius episcopus ecclesiæ Mediolanensis huic statuto nostro, in quo totam cau-
sam dei iudicio commisimus, subscripsi. Petrus episcopus ecclesiæ Rauennatis huic statu-
to nostro, in quo totam causam dei iudicio commisimus, subscripsi.
Felix Interamnensis, * Bonifacius * Aquæ viuensis, Maximus Bleranus, Aemilianus
Vercellensis, Maximus Ticinensis, Cassianus Mutinensis, Gerontius Fidenensis, Stepha-
nus Venusinus, Laurentius Boianensis, Fortunatus Fulginatis, Mercurius Sutrinus, Ste-
phanus Neapolitanus, Hilarius Tempsanus, Maximianus Perusinus, Innocentius Feren-
tinatis, Concordius Misenatis, Vitalis Fundanus, Castus Pratensis, Aristus Ostiensis,
Martyrius Terracinensis, Victor Lunensis, Asterius Aquinatis, Grysogonus Albanē-
sis, Amantius Potentinus, Romanus * Nomentanus, Vrsus Reatinus, Cresconius Tuder-
tinus, Innocētius * Meuanatis, Iohānes Spoletanus, Eustasius Cremonēsis, Laurētius Bergo-
matis, Eucarpus Messanen. Rufentius Ignatinus, Serenus Nolanus, Martianus Esinus, Eutychius
Tranensis, Fortunatus Anagninus, Paschasius Vulturnēsis, Innocētius Forosimpronien.
Felix

alias, Benignus
alias, Agleien.
al. Numētanus
al. Mibanatis

A Felix Nepesinus, Hilarius Cupersanensis. Innocentius Tiferninus, Seuerinus Tyndaritanus, Syluanus Veliterninus, Sebastianus Soranus, Mercurius Gabinatis, Felix Atellanus, Rusticus Buxentinus, Propinquus Trebiensis, Adeodatus Formianus, Bonifacius Camerinensis, Iustus Signanus, Vindemius Antiatinus, Augustus Liparitanus, Valentinus Amiterninus, Fortunatus Suessanus, Iocundus Augustanus, Tigridius, Taurinatis, Viticanus Calliensis, Iohannes Ariminensis, Proculianus Sepinatis, Candidus Tyburtinus, Aprilis Lateranensis, Asellus Populoniensis, Memor Canosinus, Callonicus Foroclodiensis, Elpidius Volaterranus, Iohannes Thuritanus, Adeodatus Syluæ candidæ, Venerius Polensis, Rogatus Thaurominitanus, Seruus dei Veronensis, Probus Camarineñ. Dulcitius Sancti Antimi.

FINIVNT DECRETA SYMMACHI PAPAE.

¶ In nomine patris & filij & spiritus sancti. Præfatio Ennodij diaconi in librum defensionis quartæ & quintæ synodorum celebratarum a ducentis triginta episcopis in Laterano Romæ, authoritate & in præsentia Symmachi papæ, recitatum ibidem præcepto tam memorati papæ, quàm omnium episcoporum, qui in easdem synodos conuenerunt, scriptum quoq; ac approbatum, atq; vt laude dignum ab omĩbus conclamatum. B Compositus est autem aduersus eos, qui contra synodos scribere præsumpserant, vt nec de apostolicæ sedis præsule, aut quouis alio epõ talia a quoquam prę̃sumantur, qualia de papa Symmacho præsumpta fuerant.

PRAEFATIO ENNODII IN LIBRVM SEQVENTEM.

SOlet dicendi affectum multarum rerum ardor exigere. Sicut autem auarus laudis animus est, & fauorem desiderat sudore mercari, aut per blandimenta gloriæ crucem narrantis ignorat, aut lucri astrictus compedibus linguæ vendit obsequium, vt dum animus habendi cupidine subiugatus, præsumptum existimat iam tenere compendium, sic ingruentia per stili exercitium nescit timere discrimina, aut necessitate conclusus, profert eloquium sine quacunq; lima captiuum, & nesciam pudoris frontem monstrat in medium, vt dum intentioni famulatur, diligentiam decoris * aburat, quia dicendi ornamenta non sunt * intentionis negotij, sed quietis, nec militiæ sunt picta verba, sed otij. Campus fortẽ postulat, pax profunda redimitum ornat. Qui profutura asserit, loquelam, quæ * peniculo artis est colorata, contemnit. His ergo ita se habẽtibus, causam narrationis insinuo, & coactam vocẽ prauorum latratu religiosis mentibus commendo, scriptum esse reminiscens, tempus tacendi, & tempus loquendi, vel post fidem prophetici oraculi cuiusdam oratoris exemplum, qui refert, nisi cum necessarium est, dicendi nimis ineptam esse conditionem. Oris ergo ministerium pro valitudine ingenij sacerdotibus dedo, aduersus quos sibilantium effusa sunt venena linguarum, licet scuto munita fidei spiculorum imbrem patientia religiosa non timeat, & ad authorem redeant tela, quæ sine bellandi arte diriguntur. Quibus enim pro lorica Christus est, vim non metuunt, & inimicus longa * expectatione prosternunt. Quisquam ne tamen in hac acie prælium putet esse formidini, in qua deo & pontificibus infertur sine virium æstimatione certamen? Quisquam ne fluxum & lacessentem hostem videat, & præliorum causis aduersarium debilem expauescat? Inuidet ipse sibi victoriam, qui conscientia vulneratum aggredi cessat inimicum. Ad lucrum hostis sui procedit, qui in conflictibus non prius causas, q̃ aliud expendit. Dat vires iaculis innocentia, & mucronem acuunt, ex æquo venientia vota bellandi. Percutiendi impetum plus iustum dolorem scimus dedisse, q̃ brachia. Inde paucorum telis multitudo non subsistit. Dicente ergo mecum propheta, plures nobiscum sunt, q̃ cum illis, placiturum bonis (quantum existimo) opus incipiam.

C

alias, perdat.
alias, negotij.
als, penicillo.
Eccle. 3. a
alias, exercitatione.
4. Regũ. 6. d

PRAEFATIONIS FINIS, SEQVITVR LIBER.

Sufficet

D

SVfficeret quidẽ ſchiſmaticam imperitiã propoſitiõe cecidiſſe, maxime cũ ſecum habeãt obiecta reſponſum,& mereat titulus ſine lectiõis diſcuſſione cum authore dãnari,cum in prænotatiõe ipa ſignificantia operis innoteſcat immundi dicẽs aduerſus ſynodum abſolutiõis incõgrue. Ego tamẽ nunc ſic agam,quaſi opus ſit,alieno enſe perire mala proponẽtem. Iſtud prælo-quium poteſt demẽtiſſimi hoĩm tm̃ inſcitiæ aſcribi? Eſt ne aliquis præter vos, ſicut inter oues vlceroſas deputãdus & erraticas, q magnum gregẽ potuiſſet laceſſere paſtorũ? dicẽte propheta: Filios nutriui,& exaltaui,ipſi autẽ ſpreuerunt me. Et dño de apoſtolis: Qui vos ſpernit,me ſpernit. Quos ẽpos fuiſſe propheta teſtat de Iuda, dicẽdo, & epiſcopatũ eius accipiat alter. Et aplo æque Paulo proclamante: Obedite præpoſitis veſtris,qm̃ ipſi exorabunt pro vobis. Nec hic immoremur,ſed redeamus ad grauẽ, & venerabilẽ nõ ſolum ex * alia productã,ſed myſticam propoſitionẽ. Non omes(inquiũt)ſacerdotes regis ad cõcilium aſciuit authoritas,nec omes in * iudicationẽ cõſenſerunt. Mancipia tartari,& liquido Satanę miniſtri,quoſcũq; nõ euocauit ſcriptũ principis,nouis nexibus & actuum veſtrorũ inuolutiõibus ſerpẽtibus ſpiris cauda ptraxit. Nolo dicere, in quo fuerint voto, in qua deliberatiõe diſcedẽtes,qbus tædium illa peperit expectatio,cum viderẽt venerabilem papam longas in vita cõtra fas ſuum inducias accepiſſe. Videbãt * æthera tm̃ directis a ſe iaculis verberari. His ne liceret,infelicibus,in malorũ actuum cõſolatione ſecreto deliteſcere? Libris veſtris nudant abſconditi,& per vos in turpi facto habere ſolitudinem nõ ſinunt,dicẽte dño in euãgelio: Omnis malus odit lucẽ. Poſt hæc abſentes aduerſarios papæ Romani dici nõ debuiſſe, q prædictũ prolatis petitiõibus accuſabant doloſe, videlicet hoc agẽtes,eo q aduerſarios,ſuſpectoſq; canonica ſynodalibus clamãte in decretis authoritate,in ſuã recipi accuſationẽ ẽpos minime oportuiſſe,vos nõ latuiſſet,ad aſſertiõis fidem iungẽtes,q eos iſto nomine pcepta regia nõ vocaſſent. O homines omni artis lima cõpoſitos,& caminis fabrilib⁹ excoctos,q ad ſtipulationẽ doctorũ deſudata inuenere teſtimonia. Amamus reuerẽdi viri ſentẽtiam * veram,&(vt aiunt)in ipſam pedibus imus. Cognoſcimus errata,quæ dicitis: Inimicum vocet aliqs accuſantẽ,& tragico nomine appellet cõtumeliã nõ merẽtem. Dehinc ſubiunctã quæſtionẽ rethorica fibula,id eſt,argumẽtione momordiſtis,addẽdo,allegãdo. Teſtis ẽ Romana ciuitas,ſi oẽs ẽpi,ſenes,& debiles cõuenerunt. Ecce orationẽ veri neruis nitẽtem,& ipſi cępario pręferẽdum nitori,ſermonem. Ergo q ſe ætate valentes,& corpore imbecilles eſſe dixerunt, ipſi ſe ineptos iudicio eẽ teſtant,quoniam membrorũ ſe dixerũt iam ſuſtinere diſpẽdia, maxime ſi hoc ingerere clemẽtiſſimi dñi auribus præſumpſerũt. Vos putatis,ab vniuerſis dei cõſpectibus pulſi,illo veſtrorũ more cõgreſſuum vbiq; narrãda cõfundi,& apud principem de * collectione põtificum alios protuliſſe ſermonẽ,niſi quos ætatis maturitas * erudiẽdæ loquelæ fecit authores,qbus anni veteres reuerẽtiã cõtulerunt, q putabant,bonorũ meritorũ ſuffragio in longum fuiſſe ſeruati. Ipſos ergo de grauidæ ætatis fatigatiõibus queri decuit, quos ætas iuſſerat,allegare. Viri optimi,ſubdidiſtis ex præceptis regijs euocatiõis cauſam fuiſſe * iam * cognitam,& Italię ſumma moderantẽ nõ fuiſſe,quaſi de nouo negotio cõſulendũ,plus chartæ & ſcriptioni religionis debitum,q̃ præſentiæ principali. Nullus ergo in prædicto negotio titulus remãſerat, ad cuius inquiſitionẽ pergẽtes,illud iure præloquerẽtur exordium. Exhinc digreſſi,bonarũ rerum in rege laudatis affectum,& colitis verbis innocẽtiã, quam actibus ignoratis. Si tamẽ cultus eſt in loquela vrã,quã * ſcabroſo vomere velut agẽtes p deuiũ aratro pſcinditis marcẽti ſolo zizania & lolia cõmẽdãtes,recepturi pro tali impẽdio paleas,qbus gehẽnæ in pniciem veſtram animet ignis. Sed nunc(vt qdam fertur dixiſſe)quæ quibus ante feram, cõtra apoſtolum dicitis impugnatores ſummi põtificis nõ auditos,q cœleſtis mãdati memores,partẽ ſuam a cõſortio adulteri ſubduxerũt. Hic non inceſſo ignorãtiam * limoſam, memoriam nõ accuſo. Nolo dicere, q prophetæ verba apoſtolo cõtuliſtis, quia noui & ipſos apoſtolos recte vocari, quos miſſos eẽ nõ neſcio. Dauid enim dicit: Furẽ videbas,& currebas cum eo,& cum adulteris portionẽ tuam ponebas. Deinde,qs ſe de illa veſtra enodẽ faciet quæſtionẽ,qua dicitis,in criminibus obiectis,quod nõ excludit,approbat. En vocẽ Romanæ eccleſiæ militibus cõgruẽtem, in qua neſcitis, vtrum prius nitorẽ prædicetis,an ſaporẽ. Putas ne,audiſtis legi, quod iuſtum eſt, iuſte exequeris? Audiſtis de malefactis hoĩm(ſi tamẽ aliquãdo cõuerſatio humana vos tenuit)quicqd nõ ſuis ordinibus approbat,excludi? Vbi eſt illud prophetæ? Dñs ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui. Et de vobis dictũ: Peccatũ ſuum quaſi Sodoma prædicauerũt:

E

F

Eſa.1.a
Lucæ.10.c
Pſal.103
Ephe.6.a.&
ad Hebræ.13
alias,ala
al's,iudicatõe
alias,æther
Iohan.3.c
alias,veſtram
Loc⁹ obſcur⁹
alias,collatõe
alias,ordiẽdę
als,incognita
Vergilij vba
Matth.13.d
id eſt,tenacẽ
Pſalmo. 99
Deut.16.d
Eſaiæ.3.c
Eſaiæ.3.b

A cauerũt. Væ animabus eorum? Sed qd facto opus est? Quoties desperatis nulla medela succurrit, nisi quod implorãdus est dñs, qui promisit p prophetã futurum se sup omnẽ superbũ & excelsum, & sup arrogantẽ, vt humilietur. Sed fœtidũ opus vestigijs insequar, & ferrato (si possum) calce contundã. Vt vere dicã, res cũ re, causa cũ causa, ratio cũ ea, quã putãt, rõne pugnabit. Obluctatos sacerdotes pceptionibus regijs allegatis, & quoddã sacrilegiũ creditis, & mali aliquid (cũ cœleste nesciatis) de terreni dñi iussione sentiri, opponẽdo, quis regi debuit dicere papã synodũ oportuisse conuocare. Certe, qd in hac parte constat exemplũ, illũ pcipue, qui criminosis multorum propositionibus iã tacebat, quẽ hoc fuerat dãnare, qd arguere, cui progatiuã cœlitus asscriptã hostiũ suorum iam obluctatio tulisset. Ad hãc vos clementiã malorum actuũ per gradus suos incrementa traxerũt, vt hoc credatis esse lacessere, qd conuincere, nec apud vos habeant a veritate * differentiã odia, q plerunque contra meritũ impensis studijs, non rationi obsequentia vota concinnãt. Vbi est illud, Priusq agnoscas, ne adiudices quemq? Olim vos accepit grex positus in sinistra collegas, apud quos ex piudicio excepisse sentẽtiã creditur, q meruit ad examen adduci, & hoc est reum

B *existere, quod librã disceptationis intrare. Præloquutioni tñ optime diuinũ subdidistis exemplũ, qd ita quadratis constat eloquijs, vt ipm in eo *Chrysippũ tenere lineam putes. Peccatori dicit deus: Quare tu enarras iustitias meas? Huic dicto cõferẽtes, quasi ad sacerdotis apostrophen (qui beati Petri apostoli vicarius æstimatur) prohibetis archiatrum eius corpori afferre medicinã. Qũo vos animæ eius curationẽ exhibere renuitis? Magnũ per diuina ridiculũ, an maxima lamẽta sint nescio. Vos alienæ febri curã qritis, vos fatiscẽti animæ medelã adhibere cupitis, & in lecti proximitate propositi vri immemores, de alterius salute tractatis. Quid si illud vere vobis a propheta dictũ sit, nunqd parũ vobis est, quod molesti estis hoĩbus, qa molesti estis & deo meo? Et iterum: Medice cura teipm. Sed hinc alias nouimus, qa sanari nõ põt conclamatus, & improbus in profundũ deueniens, mira temeritate contẽnit. Sed credo viuit in istis, & in malæ cõuersationis suæ morte cõsiliũ. Et põt optare quis alteri, qd ipse iã perdidit? Nunc recte vobis cũ propheta * dicimus: Omnia quæ loquitur populus iste, * iuratio est, & timorem eius ne timeatis, neque formidetis. *Facessat a nobis, q in vobis est pruritus iste linguarum, quos vere idẽ propheta arguit. Scribentes, iniustitiã * scripserũt. Nõ nos beatũ Petrũ (sicut dicitis) a dño cum sedis priuilegijs, vel successores eius peccãdi iudicamus licentiã suscepisse. Ille perennẽ meritorum dotẽ cum hæreditate innocẽtiæ misit ad posteros. Quod illi cõcessum est pro actuũ luce, ad illos pertinet, qs par cõuersationis splẽdor illuminat. Quis eñ sanctũ esse dubitet, quẽ apex tantæ

C dignitatis attollit? In quo, si desunt bona acquisita p meritũ, sufficiũt, q a loci decessore pstantur. Aut eñ claros ad hæc fastigia erigit, aut, qui erigũtur, illustrat. Prænoscit eñ, qd ecclesiarum fundamẽto sit habile, sup qd ipsa moles innititur. Sed hinc actibus vestris cœlestẽ potentiã putatis esse suffragio, quod ad psidiũ beati Petri apostoli adiutricẽ (vt dicitis) dexterã cõmodatis. Nescitis stolidi, solẽ facibus non adiuuari, nec ad psidiũ diurnæ lucis lichnos accendi? Scriptũ est eñ: Scrutatur renes & corda deus. Sed in illa parte quis argumẽtis audeat vris rñdere, nisi qa sine arte dr verum, & fides mẽdacio sermonũ * technis assuitur. Cur (inquiunt) ad principẽ * conuenistis, si audiri non licebat impetitũ? Sic vos in stuporẽ pecualem peccati nebula, aut diuinus horror obliniat, vt verecundã excusationẽ aut fraude mensurã transeat, aut beluarum pressa hebetudine non agnoscat. An forte aliud putatis fuisse, quod dictũ est, ipsum debuisse synodum conuocare, cuius opus erat officio, vt vos, videlicet, p pontificale examen diuina sentẽtia percelleret, qs a capitis sui cõpage in salutis detrimento insanus * furor absciderat postes. Argumentationẽ operi vestro (nescio) verbis an latratibus indidistis, comparãtes ei antistitẽ vestrũ, qui senioris naturæ beneficiũ vnius cibi cõmutatione perdiderit, & primogeniti charã dignitatẽ amiserit, faucibus obsequendo. At ista quid referã, qui ex omni obiectorum parte concludor? Quis, rogo, vestro Symmacho benedictionẽ, dũ patri plus deseruit, eripuit? Cui tantorum munerum Iacob * vice est collata nobilitas? Quis ex vobis, cæci parẽtis desiderijs pariturus, occurrit? Quis vestrũ deuotione sua genitorẽ venerabilem captum oculis, nulla fecit lucis dãna sentire? Nonne collatione tenebrarum vestrarum nox putatur per sudum rutilãs iubar ostendere? & oĩs obscuritas, actibus vestris collata, decorẽ solis assumit? Præterea tũc Iacob, quãuis congruentem moribus, filij benedictionẽ tñ contulit iã promissam.* Nã quid his longius immoramur, cũ docẽdi non sint, q calces stimulis intulerunt? Credite mihi, pacis inimica sunt, impugnationi non sunt idonea, quæ profertis. Sed sequitur vinculum cũ ænigmate, quod

Marginalia: als, diffidẽtiã; als, adsistere; alias, Archisyppum; Psal. 49; Esaiæ. 7. c; Luc. 4. d; Prouer. 18. a; Ezech. 3. c; alias, dicam; als, cõiuratio; i. procul sit.; al. scripsistis; Dist. 40. Nõ nos beatũ.; Hiere. 17. b; i. fraude vel calliditate.; al. venistis; alias, feruor; Gene. 25. d; alias, voce; al. Nunquid; Gene. 27. d

.i.sterilitatem

(nescio)qua replicationis arte soluamus. Tullianæ eñ profunditatis pelagus ingressi *cō D
bulam nostrā quæstionum flatibus per littoꝝ incerta transmittunt, in qua tñ Christo cla
uum tenente portum ingrediar,& sigillatim de turbinibus vestris vniuersa discutiam,ha
biturus & inducturus illoꝝ facultatem,non meā. Aiunt eñ,Si vera epoꝝ assertio est, se-
dis aplicæ præsulē minoꝝ nunq̄ subiacuisse sentētiæ,cur ad iudiciū districta cōuētione

al's,product*.

*perductus est? Multum quidem annosa hic in vobis laborat infantia,cui ille aduocādus
est,qui ineluctatæ nobiscū semper pondus propositionis exuperat,cum manifeste pro sa

Esa.10.d

cerdotibus cū propheta clamitem,Nunqd gloriabitur securis cōtra eum,qui secat in ea,
aut exaltabitur serra contra eum,qui trahit eam? Vt sit mihi illud suffragio diuinū oracu-
lum.Quō si cessauit exactor,tributū quiescit.Ita contriuit dñs baculum impioꝝ. Tribue,

Esa.28.d

dñe,quod pdixisti in illis,vt sicut errat ebrius & vomēs,ita pereat incredulus, qui infide-
liter agit,Propter hoc propheta vobis insultans vociferat. Audite verbum dñi, viri illu-
sores.Quisquā ne causaꝝ ex pcognitione sancit euentū,& rabidis terminum positurus cō
flictibus,sic metit vt pernix decisio,dum in inquisitiōe seniori innotescit,anticipet fauo-
rem,censentis famā accuset? Nunc paulisper ore,actibus,annis indignos pontificali voce
vos arguā.Nos,qui statuta nostra non vna apud vos volumus lance constare, quibus de
impugnatoꝝ qualitate lati sunt canones,apud q̄s nefas est cana patrū definita trāscēdere,

Carth.cōc.7 ca.4. Et Afr cani cō. c.98

quibus scriptum est in Carthaginensi concilio,q̄d aplicæ sedis per Faustinū epm,qui tūc E
ab ea missus interfuit,probauit authoritas, accusatoribus de inimici domo prodeuntibus
non credendum,in quibus odio succensa vicinitas,per nutrimēta arida,flammā persequu
tionum exuscitat,& vniuersam doli fabricam sumptu,& machinis cohærentibus secreta
dispositione componit.Istos,q̄ domus euomeret,qui scire potuisset nostra collectio,nisi
præsentes? Et impugnationis qualitatē,vnde nisi ex scripta propositione didicisset? In q-
bus sentinā criminū,dum simulato ferunt persecutionē se debere criminibus,agnouisset?
Post illa,quæ de accusatoribus prolata sunt,addidistis. Cur personæ iussæ sunt præsen-

alias,genij

tari,quas sæpe Imperialis flagitasset authoritas. Ad defraudationem *ingenij eius perti-
nere,qui nūc in sede aplica,quasi in quadā arce,consistit,vere vobis dicit sapiētia. Homo
infirmus,& exigui tēporis ad intellectū non perueniet,sed laboret, vt sciat quid acceptū

Proue.8.d

sit apud dñm.Et iterum dicunt prouerbia, Odit se , qui negligit studia , Imperitis enim
obuiat mors . Quid enim illam, quæ ex viperina scientia descendit,ignorantiam fingitis?
Quid adhibetis mira latrocinandi arte *præstigia,simplicitatem fronte monstrando? De

Iohan.8.f .i. fallitatem, vel dolositatē id est,callida.

vobis vere nunc dictum est:Qui loquit mendacium, ex proprijs loquitur.Istam lætitiæ
faciem ex iudicioꝝ censura venientē *vafra prouisione sacerdotis vestri oculis abstulistis,
vt cum talibus aduersus acies vestras instructū munitionibus,& innocentiæ in testimo-
nio orbis tela deferentē,ab ipsis iudicioꝝ aditis pelleretis,prouidētes, vt nec sine īpugna-
tione insons viueret,nec haberet solatiū de incorrupta iudicū inquisitione pulsatus.Vos
præfato & dedistis,& inuidistis examen,cū vno eodemq; itinere a vobis disceptationum
dubia subire & prohibet,& cogitur,& p singularem callem,ad causam arcendus,euocat, F

Esa.14.d

ne manifestā salutē aut non lacessitus obtineret,aut subriperet absolutus. Adolescentiæ
meæ memini me legisse tpibus de quodā dictū.Exuli exilium imperas, nec das, Vos p-

Esa.18.c Esa.30.c

phetæ impetit sentētia.Isti sunt viri,qui conturbauerunt terrā,& qui concusserūt regna.
Et iterꝝ:Excident ramusculi eoꝝ falcibus,&,quę derelicta fuerint,abscindent. Et rursus:
Dum nō speratis,veniet contritio vestra,& comminuet sicut lagena figuli multitudo ve-

Esa.31.b.

stra.Nec non propheta ad hāc causam specialiter loquutus intonuit: Dñs inclinabit ma-
num suam,& corruet,qui fert malis auxilium,& cadet,cui præstat auxiliū, simulq; omēs
consument.Redeo tamen post multa vetusta exemploꝝ suffragia ad nouellas canonum

Carth.cōc.7. ca.2.Et Afri- cani cō.c.96

definitiones.Clamat in alio loco Carthaginense conciliū.Quascūq; ad accusationē perso
nas leges publice non admittunt,his impugnādi alteꝝ,& nos licentiam submouemus. Et
nullæ accusationes a iudicibus audiant ecclesiasticis,quæ legibus seculi prohibent. Quæ-
ro a vobis,viri,quibus indita est ad vnguē polita pfectio,cuius conditionis fuerint ista mā
cipia,quæ postulata scriptis principalibus intimastis, si ea seruilis adhuc in potestate alte-
rius catena retinebat,& nulla ab obscenę obligationis compedibus vestigia in libertatem
missa laxabant,vel vobis disceptantibus fidem aliquam prædictorum verba portassent?
Sed credo replicabitis,veritatem,quam sponte prolata in illis vox habere nō poterat,hāc

al'cruciatib' al's,rigorosus

diuersis *crucibus e latebris suis *religiosus tortor exegerit,vt dū penis corpora solueren
tur,quæ gesta fuisse nouerat,aīa nō cælaret. Sed(quæso)primū ad leges publicas, deinde
ad iudi-

A ad iudices ora cōuertite, qui possunt in defensione sua sic eloqui. Nos, quos dei seruitium *pro istarum rerum * abiectione fecit ingenuos, qui seruulorum insultantiū contumelias aut despicimus, aut ridemus, quibus scriptū est de famulis per Aplm: Mementote, quia vester, & illorum dñs in cœlis est, ad hæc seculi mala reuocabimur? Faciendū a nobis est, quod * facientem: alterum prophanū esse contendimus? Quod p ministeriū iussionis & manus alienę incessareet aspectū, nostro peragetur imperio? Nolite hanc ad vniuersas ecclesias mētem rapacium luporum more, & natura * separare, quia postquā nos maculasset forte pro desiderijs vestris * conuenta discussio, effectū in his, quo tenditis non haberet. Sed dicēte vobis propheta: Ponamus circulū in naribus vestris, & frenū in labijs, & reducamus vos in viam, qua venistis. Qui eodē propheta asserente impugnamini, qui dicit: Erunt, quasi nō sint, & peribunt viri qui contradicūt vobis, hoc etiā nouo aduersum nos subdidistis inuento, ipsum dñm, & redemptorem nostrū seruorum subisse iudicia, & cœli operatorem particulæ cuidā sponte subiacuisse terrenæ, dum testatur, & loquitur: O Iuda, & qui habitatis Hierusalē, iudicate inter me, & inter vineam meā. Hoc etiā beatum Petrū, hoc Paulum apostolū non horruisse narratis, & illam vestrā elegātiam ad ius pertrahitis, exemplorum nexibus prçcedētem, quasi vobis in hac parte remāserit cum renitente contētio, & validis facundiæ vestræ digitis exigātur oblata. Samuelem etiam prophetā mirificum de conscientiæ suæ serenitate vulgi dicitis implorasse testimonium. Quid enī Samuel dixit? Scire dñm, quod nullius vnquā substātiam, nullius pecus abegisset, aduersatum se muneribus, & quod est supra hominem sponte venientia dona vitasse, prouidens scilicet, ne pro suspitionū præiudicio opinionis damna pateretur. Postremū, sub diuina attestatione patefecit innocentiā, ne humanū subiret examen. Redemptoris nostri iudiciū, quod inter se, & vineā suā optat euenire, dū vestra in præsenti negotio mala respicit, magis implorat. Sanctus Athanasius Alexandrinæ vrbis epūs, dum participum vestrorum argueretur inuidia, agnoscens, sibi per * contumeliā multitudinē exercituū contingere non * timore, ad veræ coronæ pretiū iunxit, quod de dignitate submisit, & ante cœlestē de absolutione sententiam personā rei innocētiæ bonus æstimator impleuit. Sic enī milites Christi sudore suo honorum sibi incremēta parturiūt, dū concessa fastigia celsiore humilitate castigāt, inde laudū cumulos mercaturi, vnde indepta culmina sublimi parcitate moderātur. Sed quamuis beatū Athanasiū Romano antistiti (quantū nosse datur) imparē locus ostēdat, facto tñ in negotijs cōparātur. Ille pstо fuit iudicibus, iste quantū & vos dicitis aduocauit. Ille intentatā discussionē, vt dei famulus, non refugit, iste triumphū suū in discussorum collectione cōstituit. Sed quid his longius collationibus immoramur? Iudicia & iste voluit, amauit, attraxit, ingressus est, & q̄d posset fideliū corda doloris iusti aculeis excitare, venerādo concilio authoritatē etiā contra se, si mereretur, indulsit. Quis in hac allegationis ipsius fronte nesciret fultū ad coepiscopos puritatis testimonijs conuenisse? qui hoc, q̄d districtionē eorum minus licebat, exhorruit, æstimās, illud magis quolibet modo labefactandū, q̄d statuisset censor inualidus? Quid pfatum incessitis canina loquacitate? Quid læditis non merentē? Votum eius est, q̄d vestrū putatis esse terrorē. Sed astutius in vobis, q̄ in Athanasii aduersarijs nouelli virus serpētis insibilat. Illi nescierūt, q̄d vos optime calletis, qualiter triumphus tolleret impetito, illi prouocato, ne audiendus nō occurreret, formidabāt. Vos morē, quē habebāt * examinari non ferētes, venientes iaculis repulsis, & tædiū vobis de sentētia ppa ratum, vltricū armorum assumptione cōmutastis. O malorum cōmemoratio, quæ vocē & præstat, & subruit, dū illos, quos in clamorē coegerit, eorum etiam grauitate facti verba confundit. Quis patiatur vos æquo animo garrientes? Ergo nos secundū assertionē vestrā nouellæ vtilitatis cōmoda non amamus, dū definitis senioribus pstamus obsequiū. Hic tota ingenij vela suspēditis, hic resupinæ ceruicis ex secessu pectoris, quicquid habuit spūs flaminis ructus, euomuit. Aiunt enī, Moysi a vobis ieiunia, & Helisæi miracula, q̄ egit, dū mortuū suscitauit, si annosa *tñ sectamini, * cōfundunt. Quid hic rōnis inuenit scrutator idoneus? Nō si auri callidus inquisitor occurrat, in sensibus vrīs latētiū venarum motus inueniet, & insuetis lucē latebris sermonū fossor admittet. Idcirco ergo cana miracula non probamus, si iuuenilibus cōsensum nō pbemus excessibus? Si seruū dño, discipulū magistro euāgelij memores subiugamus, quicqd potuit prodesse negligimus? Alia sunt, improbissimi hominū, q̄ ad vsum recentē sine iniuria vetustatis adhibemus. Nouā deinde culpā, & quā inuestigatio nrā trāsierat, reclusistis, quare papa sine exēpli instituto pcedētis synodū conuocauit, vt de criminū eius obiectione cognosceret? Post hæc nos falsitatis arguitis, cur a

B, C (marginal section letters)

Marginal notes: alias, post · al. abiectione · Ephe. 6. b, & Coloss. 4. a · alias, faciente altero · al. seruare · als, cruenta · Esaiæ. 37. f · Esaiæ. 5. a · 1. Reg. 12. a · als, cōtumeliam · al. timorem · al. examina · alias, tantū · al. cōdēnant · Matth. 10. c · Lucæ. 6. f · & Iohan. 15. e

principe, quę in præfato negotio scripta sunt, dicimus postulata. Præsta, dñe, vt laberinthi huius sine errore sinuosos superemus anfractus, dirige semitã, quã flexibilis coluber iuxta fabricã proprij corporis, aut mentis operat, vt vere dicamus. Dñs virtutũ nobiscũ, adiutor noster deus Iacob. Et cũ Salomone exultemus, dicẽte: Equus paratur* ad diẽ belli, apud dñm aũt est omne p̃sidium. *Superuacuũ quidẽ est, absurdis respondere propositionibus, dicẽte propheta: Ne respondeas imprudẽti ad imprudentiã eius. Sed si qd contemptus transierit, vereor, ne quasi * validus puteṫ, non tetigisse formido. Melius nobis ẽ, cum beato Paulo insultationis causas incidere, & plena voce testari. Factus sum insipiẽs, vos me coegistis. Hoccine ergo nulla cõstabat exemplo, vt sacerdotũ papa conciliũ conuocaret, cuius arbitriũ est collectio synodalis, aut parua erãt, quæ de vestris cũ hac multitudine facinoribus dãnarentur? Nonne directa sunt verba canonũ, quicũq; clericorũ ab episcopo suo ante sententiæ tempus pro dubia suspitione discesserit, manifestam eum manere censuram? Huius rei ad ministerium deuotum deo oportuit agmen occurrere, vt perditi & profligati gregis vlceribus medicorũ exercitus subueniret, qa quoties morborum violẽtia celeri gressu ad animæ secreta festinat, obuias manus afferre non potest salutare consiliũ, nisi ex collatione multorum. Nam & hoc a rege vestra poposcit allegatio, vt abscissis clericorũ præiudicijs, de accusatorũ *papa merito p manũ os supernũ iudicaret imperium. Videamus tamẽ (si placet) & illas disputatoris didascalici libelli vestri relegamus argutias. Habẽtibus etiam nobis ante oculos patrũ sanctiones, quibus excessuum vestrorũ sentina pondereṫ, lex ecclesiastica pontificẽ ab alijs accusatũ, priusquã sub luce obiecta constiterint, exigit non relinqui. Vos vero diuini, vtputa iuris, memores, qui leuia errata despicitis, q peccati nobilitate gaudetis, ne vna vos ex desertiõe sacerdotis culpa respiceret, accusatis eum incremẽtis delictorũ. Ad hãc vos valetudinem ille, qui est præuius vester adduxit, vt post desolatũ, post impetitum pontificẽ, sine vllius rigore sententiæ totius pęnæ Italiæ improbandã antistitũ crederetis esse censurã. Qũo quidã dixit de cohorte vestra, festinantẽ animã morti *credidit vestri. Potest ne mens indocilis, criminum iam ditata successibus, & detestabili proposito, velut effeta feriari? Ille vos his locupletes malis effecit, cui elationũ copiæ opes angelicas sustulerũt, & diuinum cẽsum nocẽdi, q̃ exuberat thesaurus inuidit. Sed promissionis memores, vniuersa, quæ operi ipsorũ recolimus inserta, tangamus. Arguitur stilo splendidissimo papa Symmachus, quare conuentionẽ præueniẽs, cũ populorũ cętibus examen intrauit, & postea, iudicia, cum euocatus quater fuisset, spreuerit. Sic a vobis veri discessit affectio, vt mendaciorũ nebulis vrbis testimoniũ putetis inuolui, & fallaciæ periculo depicta verba, plus virium credatis habere, q̃ veritatẽ Roma, quam retinet. Ergo ne ille disceptationẽ vel importunus adijt, vel expectatus aufugit? Ergo ne illam multitudinem deuote deo plebis non pro fidei diligẽtia Christiana magis expectatio, quam furor euocauit? Quisquã ne ad inferendã violentiam currens, lachrymas comites habet, & qui studet esse formidini, vultum timẽtis ostẽdit? Multitudo illa iũcta sacerdotis officijs, attulit ad nos lamenta non iacula, nec venit telis minax, sed fletibus miserabilis, vna tãtum intentionẽ vestrã ostentatione grauatura, quia vberibus oculorum fluminibus demonstrabat, q̃ esset per acerbitatẽ vestram conditio dolenda pulsati, & in sobrietate venerãdi examinis, afflictione propria commẽdabat, quę voce non poterat. Sed habetis manifestum ex hac re, qui bilem furor accendat, quia pene absolutus ad iudicia venit, pro quo orbis illachrymat, & dum rebus extraneã in p̃dictum inuidiam sermone colligitis, paulisper reuerentiæ nostræ diu ceruix superba submittitur. Sacrã enim congregationem tunc vocatis, quãdo extinctorem nostrũ Symmachum vultis asserere, & crudeli pietate honori nostro putatis accrescere, quod, residens in ecclesiarum arce, perdiderit. Nos ita non solum non sensimus, sed diuersa sentimus. Ad alios magis tutelæ vestræ venena cõuertite. Nõ habet testimoniũ defensoris, q repugnãti impẽdit oris obsequium. Perdit, quam esse putat, beneficij gratiã, qui aliquid præstat inuito, quia non est munus, nisi quod velis accipere. Nunc longa non opus est admonitiõe iam perditis, odiũ debemus operi, de cuius iam non superest, qd dãnetur, authoribus. Mulierũ turbas asseritis vrbanis coloribus cũ præfato ad iudicia conuenisse, & illa vestra subtilitate obtenditur sexus, qui maiorem antistiti debuisset affectum. Profanissimi hominũ, scriptũ retineo. Aliud est dicere male, aliud accusare. Et prophetã dixisse. Reprobãtes verbũ, sperastis in calũnia, & in tumultu, & estis in eo. Propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio, quia pro nobis dicit deus. Eos, q iudicant vos, ego iudicabo. Et iterũ ad seruos suos dicit: Nolite

alias, in Psalm. 45
alias, Superuacaneũ
Prouer. 21. d.
alias, validum.
2 Cor. 12. c
2 q. 4. Nõne directa
alias, papę
2. q. 4. Nõne directa
Locus obscurus.
Esa. 14. c
Esa. 30. c

D E F

A Nolite timere opprobriũ hominũ, & blasphemias eorũ ne metuatis. Rursum etiã vobis clamat: Accedite huc semen adulteræ & fornicariæ. Super quẽ lusistis, super quẽ dilatastis os, & eiecistis linguã? Nunquid non vos filij scelesti estis semen mẽdax? Quæ quibus copulatis, aduertite, *dicatis: In dicta causa derelictis defensoribus papa decessit, fori vobis in pñsenti negotio & platearũ, quarũ estis hypocritæ exempla proponẽtes. Nobis (scriptũ est per Paulum apostolũ) quibus crucifixus est mundus, quid illis cum foro? Sed ista nescitis, aut quod est grauius nota contẽnitis. Peregrinũ credo aliquid, & a ratione separatũ, postulans papa discessit. Nonne hoc sperauit, pro statu labẽtis ecclesię pastorali cura cõstrictus, quod & religiosa prouidẽtia, & causa ipsius ordo flagitabat? Quæ em̃ iudiciorũ forma prę cesserat, vt vobis hostiliter disruptis, etiã per suggestionẽ vestrã, sublatis ecclesiæ opibus, q diu fuerat cibus esurientiũ, famis mancipiũ videretur effectus, dum alimentis distributor egebat, vt fieret in dominatu seruitus, & in seruitute dominatus? Quæ hoc qualitas pcedentis æui per memoriã in mediũ transacta reddebat? Qualis habuit effici ex censura conuictus iudicatio, in quo causam adiudicatio pcedebat? Non fuit priuilegiũ, quo spoliari potuit iã nudatus. Vnũ vobis putastis residere in sacra collectione subsidiũ, vt ad tuendorũ immanitatẽ criminũ sacerdotes vobis comites iungeretis, & fieret impunitũ facinus pollutione multorũ. Nunquã cõuenienti tẽpore censor asciscitur, qui ad decisum pœnę nego

B tium conuocatur. Criminosi & si est meritũ, tollit accusator, qui in eo plus furori suo vult licere, q̃ iudici. Dicit em̃ vobis, impetens, propheta: Hæc est pars eorum, qui vastauerũt nos, & sors diripientiũ nos. Ite angeli veloces ad gregẽ cõuulsum, & dilaceratũ, ad populum terribilẽ. Ad vos angelus missus est, scilicet, p sacerdotes, quorũ voce & merito *proferenda Chr̃o dona suscipiũt, & placato dominãte impetrata a mortalibus vota cõcedũt, per q̃s vobis * oblata sunt munera repudiata cõcordiæ, q pœnã, merẽtibus * delectationis pmia, detulerũt, qui, dũ se cõsiderãt, in nullo, q̃d merebamini, respexerũt. Quis eũ (inquiunt) vidit cũ accusatoribus suis aperta (vt aiunt) pugna cõfligere? Imprudẽtissimi omniũ, qui, cũ quibus vultis decertare, respicite, & vtriusq; partis, si quid salutis in vobis resedit, loca, tẽpora, & personas attẽdite, & si vos * nefarie cõgesta cordis adhuc praui non subegit opulẽtia, oculos ad dñm paulisper attollite, & vel breui tempore sinistri monitoris iussa cõtemnite. Agnoscite, summi regis pceptionibus vos in his, q̃ merito plectenda sunt, non muniri, quia quãuis responsi qualitatẽ dicẽt dogmata * postulata, & petitio, dũ existit pręuia, q̃ sunt sequutura, describat, nunq̃ tamen cassibus vestris libera regnãtis verba cæpistis, nunq̃ desiderijs per aucupia calliditatis imperialia vobis scripta militarunt. Quoties vanis hiatibus nocẽdi inefficax morsus increpuit, toties de accusato, quicquid spe tenuistis, * effugit, & vacuos imago psumptione occupata deseruit. Deo gratias, qui hanc * prouinciam

C indidit ei, cui rerum humanarũ summã cõmisit. Spes certa quietis est & salutis, perfecta in gubernatore sapientia. Puppis cuius magister ad claui regimen intellectus dote pparatur, vbiq; stationẽ, vbiq; portũ habet in fluctibus. Certa generalitatis securitas, quãdo rẽpub. nobilibus regit artibus institutus. Sit Imperatoris nostri cœlo infusa dispẽsatio, obuiã manum famosis in* fallendo ingenijs exhibere. Labore apud eũ non opus est, quem sortita est olim nuda veritas defensorem. Cessent * impia commẽtitia apud illum simplicitatem fraude mẽtiri, quicquid * fit, dum iustitiam nouerit, mox tenetur. Nihil apud pdictũ tutius innocentia est. Legatione valida vtitur, qui æquitati res cõgruentes insinuat. Quę grauis est plerunq; principibus impugnatio, minus fideliũ blanditijs nõ ligatur. Sed hæc deo narrantur melius, a quo frugis huius planta descendit. Ad vos me reducit propositi operis non amica conditio, * quoniã melioribus hactenus operũ volui * peruagari sermonib⁹, dũ captiuã orationẽ exigit imperiosa necessitas. Dixistis em̃. Quomodo de causa, vel qualitate eius primitus tractabitis, cum necdum haberet synodus firmitatem? O frontem * dictionis immũdæ, & faciem libelli, quã non sola maculauit imperitia. Tractatus nostri prouinciam & narratis, & quæritis. Hinc eramus nempe dubij, quia quemadmodum loquimini, non habebat synodus firmitatem. Ttransibat negotij qualitas audituros, & plus ad huc remãserat in reuerentia pulsati, quam esset in nostri integritate collegij. Deinde *post quæstionum torrentes venerabilem Laurentium, & Petrum episcopos a communione papæ se suspendisse replicatis, & quicquid prouidit cautio couuocatorum, ducitis ad crimen impetiti. Vllo ne ergo tẽpore, dum celebrarentur ab his sacra missarum, a nominis eius commemoratione cessatum est? Vnquam pro desiderijs vestris sine ritu catholico & cano more, semiplenas nominati antistites hostias obtulerunt? Aliquando quod capiti

Marginalia: Esa.51.c — Esa.57.a — al's, dicentes — Gala.6.d — Esaiæ 17.d — Esa.18.a — al's, pferenda — alias, ablata — al. dilectionis — alias, nefaria, — al. postulati — al. aufugit — al. puidentiã — al. fallendum — alias, impij — ali. se aduersus iustitiam mouerit, — alias, qui — alias, nauare — alias, ditionis — alias, pro quęstionum tormentis.

vestro ascribatur, facta est apud deū offensa per gratiā, & extitit nutrix peccati veniæ mater oblatio? Fuerunt quidē corporis tantū conuētione separati, quos loqueris, animarum tamen p̄sentiam non vitarunt. Si eos putas a consortio mutuo dissociatos, quos fibula religionis pio mordēs dēte cōiungit, procul te ab æstimatiōe catholica culpaꝝ duxit affectus. Mādati cœlestis obauditio, nos aut miscet, aut separat. Nō interest, q̄ interualla nos segregent, si vno in superna mansione conclaui retinemur. Vere hinc *conuincimus esse seruos vos ventris & corporis, & per hanc sententiæ vestræ vilitatem declaratis mancipia vos esse terrena. Scriptū est em̄: Animalis homo non percipit ea, q̄ sunt sp̄ūs. Post hæc versis in fugā ordinibus, lymphatici more sermonis addidistis. Ergo concilia sacerdotum ecclesiasticis legibus quotannis decreta per prouincias, quia p̄sentiam papæ non habent, valetudinē perdiderunt. Legite, insanissimi, aliquando in illis præter apostolici apicis sanctionē aliquid constitutū, & non de maioribus negotijs ad collationē (si quid occurrerit) præfatæ sedis arbitrio fuisse seruatū? Sic em̄ habes. Si quis epoꝝ iudicio prouinciali depositus fuerit, Romanum papā (si placet) rursus appellet, & ipse (si videtur) reparet iudicia in opitulatiōe dānati. Ecce Enode est, q̄d ad laqueum præparastis, nisi forte arctissimis in illa parte nexibus astringamur, & replicationū nobis itinera non patescāt, dū callis ante peruius, dumetis his nouella interclusione vestitur. His em̄ nos eloquij vepribus, dum gradimur per plana, retinetis, cū dicitis, ip̄m principē quare attributū visitatorē contra ecclesiasticas regulas prima voluimus fronte discedere, & nihil amplius liceret hunc vitijs ne dulresceret lolium, ne prophana messis nulla disciplinæ ante maturitatē succisa falce decumberet, & putaretur licere, q̄ iudices non vetabāt. Vnde ex aperto constat, nulla vos extra p̄stantiā p̄ijssimi regis, quā frustra desideratis noxæ copulari, exēploꝝ authoritate fulciri.

Superest, vt & ip̄m doceā in his excessibus, q̄d bono vniuersitatis contigit non teneri, quia directū non occasionem litis, nec fomitem iurgij, sed causam voluit esse concordiæ, præuidēs (scilicet) q̄d nisi simplicē iussionum suaꝝ tutelā vallaret, cito in escā dissidij toxica vestra surriperent. Scriptum est em̄: Vir simplex credit om̄i verbo. Idcirco mandati limitem fixit, quem nulla liceret transgressione violari. Præfatū ad beati Petri basilicā, mox vt Romā fuisset p̄ductus, mādauit occurrere, faciens de sacerdotis voto regis imperium. Quis em̄ non putaret pontificē sponte pariturū in ea parte, quam licere sibi princeps non credidit, etiā si vetaret? Ibiq; papā ab eo salutatū suo ore iussit affari, vt traderet coepis māncipia, nullis subdēda tormentis, seruāda profecto ad disceptationem synodalis examinis. O castitatem p̄cepti, q̄ dum faciē p̄sentibus præfert tēporibus, in vmbrā cogit antiquā, q̄ rapit lumē veteribus in auspicato splēdore nouitatis. Quis hoc lingua diues, *quanq̄ merito *pauper vel opinionis fabricator adiunxit? Quis taliter commendatitijs laudibus locupletauit fama d̄n̄m, actuū suoꝝ veritate mendicū? Non derogo vobis descriptoribus, quoꝝ beneficio cōtigit, ornata ad nos maioꝝ gesta p̄duci, sed dei beneficia non tacebo, qa princeps noster rebus superat decora sermonū, si obnoxiā linguis gloriam *munerabilis causaꝝ trutinator inspexerit, vt cū petitioni vestræ effectus artifex præstaret, in om̄ibus tamen iura ecclesiastica custodiret. Quæ ad hāc æstimationē (quāuis acutiora cæteris) corda sufficiūt, vno t̄pe, vna scriptione, sine æquitatis detrimēto, desideria vestra supplent, & eadem charta ad ministeriū religionis, & vestrū destinat ad gaudium. Boni em̄ *prȩuidit principis inq̄stio, seruilē assertionē innocēti examine non probandā. In electione em̄ venerandoꝝ iudicū ipse accusantes extra ordinē reppulit, ipse ad spem retulit accusatū. Videamus tamen, ista si facta sunt, si dei inimici etiā terreni d̄n̄i non fuistis, dum Christū & regē parili temeritate despicitis, & vnus vobis ad vtrāq; contumeliā ductus est criminum destinatus antistes, ab ipso cōplendæ iussionis confinio oris vestri *sp̄ūs abripit, & ad incētiuum confusionis aptat. Qui paci militaturus aduenerat, inuisis beati apostoli liminibus, ad vsum furoris vestri iam nescius sui aduocat, & illud, q̄d ex om̄ibus orbis cardinibus deuotos attrahit, positū in vicinitate trāsitur, ecclesiaꝝ fundamentū adire nō p̄mittitur, *structurā mediocris tunc spem bonoꝝ fructuū perdidit a radice separatus. Dicatis forsitan, apostoli genio decerpi, si putat cœli ciuis terraꝝ locis includi. Tamen, quāuis benedictio poscentibus vbi præstet, & exigat p̄sentiam martyris fides, & deuotio supplicantis, *negari non potest diligētiæ natali solo plus tribui, & maiorem affectum loca impetrare, de quibus ad superna transitur. Quam fidem allegationi curationū multitudo iam præstitit, & vtitur post obsidionē diabolicā testibus iam sanatis. Hæc licet per redemptorē nostrū in toto orbe celebrent, est tamen non modica monumenti illius per frequentiā compa-

rata

Marginal notes: D; als, cōuincim⁹.; 1. Cor. 2. d; E; Prouer. 14. b; alias, cuiq.; als, pauperi.; F; als, venerabilis; als, prouidit, vel peruidit.; alias, spiris; Locus obscurus.; als, structura.; alias, negare.

A rata nobilitas, qa per eũ, q hoiem mutauit in angelũ, illustrari potuit natura telluris. Hāc visitatori vestro inuidistis gratiā, æstimātes, quia error vestror sectator esse desisteret, si reuerende passionis penetralia contigisset. Ecce non habetis in regia authoritate subsidiũ. Ecce post cœlestē cōmotionē, iuste vos & principalis, quā sperni fecistis, cēsura pcellit.

Videamus si superest aliqua de regulari propositione defensio. Visitatores (inquiunt) & aliis epis dedit ipse (& iustũ est) vt facti sui lege teneat. Non vos in hoc titulo falsitatis incesso, diu mēdaciis adhærentia verba non arguo. Dico tamen latorem iuris, diffinitiōis suæ, nisi velit, terminis non includi, & nisi princeps fastigii summa modere, frustra ad illud, q̃d dederit ius, vocatur. Lex probitatis & mentis est, quæ hominem viuentem sine lege castigat, proprie moribus impendit, *quia necessitati non debet disciplinā. Aliorũ fortе hominũ causas deus voluit per homines terminare, sed sedis istius p̃sulis suo sine quæstione reseruauit arbitrio. Voluit beati Petri apostoli successores cœlo tantum debere innocentiā, & subtilissimi discussoris indagini inuiolatā *exhibere conscientiā. Nolite æstimare eas animas de inquisitoribus non habere formidinē, quas deus præ cæteris suo reseruauit examini. Non habet apud illum reus de allegationis nitore subsidiũ, quādo ipsorum factor vtitur eo teste quo iudice. Dicas forsitan, omniũ animar talis erat in illa disceptatione conditio. Replicabo vni dictũ. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiā meā, & q̃cunq; solueris super terrā, erũt soluta & in cœlo. Et rursus sanctor voce patet pontificũ dignitatē sedis eius factā toto orbe venerabilē, dũ illic quicqd fidelium est, vbiq; submittit, dũ totius corporis caput esse designat, de qua mihi videtur dictũ per prophetā: Si hæc humiliat, ad cuius confugietis auxiliũ, & vbi relinquetis gloriā vestrā? Quid si immũda mihi labia habenti, & nullis succensa carbonibus, vt Esaiæ cōcessum est, vt his ablutis ipsum ad possessionis suæ tuenda priuilegia Petrũ apostolũ liceret euocare, & q̃d ait p̃cibus humana voce loqueretur? Quē si audiretis, hæc diceret, filii hominum vsquequo graues corde, vt quid diligitis vanitatē & quæritis mēdaciũ. Scitote, qm̃ mirificauit dñs sanctũ suũ. Quid stabilita Christi manibus cupitis fundamēta subruere? Quid canũ possessionis genium illius, qui p culpas iuuenescit ariete pulsatis, vt diuulsione ecclesiastici gregis, nouis me & post carnē passionibus subiugatis? Inauditum sacrilegii genus est, quod mentitæ religionis honore coloratis. Dehonestat venerādi reuerentiā nominis, qui adiutorē se in his, quæ in deũ iactat, commissa pollicetur. Contumeliæ genus est, q̃si in solatio adesse sublimi iuxta apostolũ. Tu quis es qui iudices alienũ seruũ? Quid aurib⁹ imperitis illuditis, & grauiorē vindictæ speciē facitis esse q̃ culpæ? Si odiũ debetis excessibus, vos mundatæ. Cur liberius cōdemnatis scelera, q̃ vitetis? Sui impugnator est, qui fornicationis officiis vrget adulteria, & per animar stupra carnis accusat. Scriptũ nēpe retinetis. Maledicti oēs, qui fornicātur abs te. Feda ergo a nitore dñi sui obligatione dissoluitur, qui statutis cœlestibus minus mera fidei depēdit officia. Possessionis vestræ vobis (vt video) claritas mouit inuidiā, quam simulata in *mali possessoris indignatione transfertis, dum desudatis impendiis. Arcem, qua fuistis conspicui, crebris labefactatam ictibus, nisi obsisterem, proposuistis subruere, & cœlo stabilitam machinam, quanta sit, ostendere per ruinam. Nolite præstolari de clade vestra victoriā, nolite triumphũ superando perdere meis laboribus meo sudore quæsitũ. Quicquid ad *triumphum ducit obtinui, quicquid vos illustres faceret, in sede congessi. Vobis tribuit claritatē fax ista, quā viperino liquore putatis extingui. In pernitiem propriam accēditur, qui sic sęuit in gratiæ suæ germina, vt plātas abscidat. Liberior iusto iracũdia, plusquā alios lacessit authorem. Symmachi, quos vocatis, excessus si sunt illa, qua & vos expectatione sustineo, nefas est, peccantem patiētiam iudicis non amare. Quid nisi vltionē flagitat, qui dum reus & ipse sit, vindictæ in alterum moras accusat? Hæc illis a me vox debetur studiis, qm̃ deum dixisse teneo, pronum hominem esse in malitiam, & omnem carnem amicam esse peccatis. Nolo occasione personæ innumeris datura dignitatē, fiat in abiectione possessio, ne dum homo incessitur, lex diuina frāgatur. Mihi credite, si sunt ista quæ dicitis, respicio, quia & in illis, q̃bus nil tale dicebatur, quid fuisset inspexi. Errat, qui falli deo proximũ credit. Mihi vindictā ego retribuā, dicit dñs, vos potius olim filii, de quibus spiritalis ventrem partus onerabat, ad adiuratā concordiā redite. Pio vos sinu, sicut habuit hactenus, mater ecclesia accipiat. Nũquam est sera correctio. Scit diu expectare immodico labore quæsitos, nescit pro viribus despicere magno pretio cōparatos, multis gradibus recursus est ad salutem. Præter desperātē nullus excludit, fructus veniæ proximus ē coronæ. Nolite Symmachũ papā

[Margin: alias, qui, vel quæ — 9 q.3. Aliorũ hominum — als, habere — Matth.16.c — Esaiæ.10.a — Esaiæ.6.b — Psal.4 — Roma.14.a. — Psal.72. — alias, malis — als, tropheũ — Gene.6.a. — Roma.10.d.]

presturis vestris iuuare. Si reus est, mihi credite, cū cessauerit humanæ impugnatiōis ministerium, diuinum mox succedet arbitrium. Nonne splendidissimi cognitoris lance prędicto aut pœna debet, aut præmium? Syllogismos a me sermonū, & schemata nō quæratis. Antiquo adhuc vtor rethi, & irrisam a sapiētibus seculi * cymbalam nō reliqui. Illa me p mūdi freta sustētat. Ditat probatū in captionē hoīm rethe quod cernitis. Redite ergo, qa fuga vos, necdū essetis agrestes, eripuit. Currite ad ouile, nec luporꝝ vos exponatis insidijs, ne p morā amittatis grām spōte veniētiū, qa cōtēptā inuitationē gehēna subsequtur. Ego, si qd dulcedinis, vt pater, debui, si qd districtiōis, vt attributus a deo magister, impleui, prouidete, ne diuti⁹ qualēcūq; crucis meę angelum rara leuitarꝝ corona circūdet, ne doléda, etiā extraneis in longū solitudo dñet, ne labor vteri mei sterilitatis in te hostilem peperisset familiā, & numerosa proles per sinistros actus in fœcūditatē parentis ostēdat.

alias, cymbā

Psalm. 33

Pauca sunt, quæ asserui, sed quāta ex eis pēdeāt, æstimate: Venite filij audite me, timorē dñi docui vos, Romā respicite, quā ab idolorꝝ seruitute sine auri, sine argēti pcio liberā sanguinis Chri fecit effusio, cui etiā meā seruuli sui mortē iussit impēdi, quæ p multa tēpora famosis cultū delubris exhibuit, quæ diu venerata est in imaginib⁹ dæmonum, quæ laborāte censu indiderat manus magistra terrorē, quæ suspexit potestatē numinū emptam pretio metallorꝝ, cui sublimiores deos peperit exercitatior manus artificis, & diuinitatē, quā homo per fabricam contulit apud homines, dei habuerit forma maiorem. Ecce iam Chro propitio ad nouas fornaces simulachra redierunt. Ecce iam de obsoleta superstitione vsus vester accepit, quod lætet, dum de veteri tonante noua merito vascula præparātur. Quid hāc annitimini interrumpere quietem? Quid ludere vanis intētiōibus felicitatē? Excusationē nō habet furor iste, si creditis. Non interest, qbus itineribus ad mundi principem * tendat, q a sancta vnitate * discordat. Pingues hostias litat diabolo, q contristat ecclesiam. Vanas ergo repudiate tēdiculas, simplicē habet defensionē pacis affectus. Nimis armatus est, q illa, q̄ aduersarius cōcordię ministrat, tela cōtemnit. Sufficit cōtra oīa iacula, iurgiorꝝ fidei nuda oppositio. Quid Eulalij & Bonifacij tēpora, dum malorꝝ solatia quæritis, reuocatis in medium? Quid incrementis excessuum præsentatis vetusta contagia, & per iniquā voluntatē senectuti in operiendis delictis facitis nil licere? Alia tunc fuit causa discordiæ, & nisi narrādo cogerer sustinere transacta, ostēderem vobis, nullum euenire solatium de comparatiōe factorꝝ, qa illos, quos ad pontificale fastigium intētioni obsequēs feruor euexerat, vtrosq; repuli. Hunc elegi, qa ex illis teste exitu nemo mihi placuit. De istis cōtra regulas nitētem profugum feci, prouectum legitime mūdo impugnāte seruaui. Scitis, ista nec noua sunt, qa dum ille trudit, iste firmat, vester mihi ministrauit assensus. Deinde cur in pernitiē vestrā læditis sacerdotale cōcilium? Cur laceratis sniam, in qua inspirante Chro, oracula superna patuerunt, & inter deum atq; homines interpres extitit lingua pōtificum? Quid generalis ecclesiæ dolorem facitis, quāuis in principali, tamē in vna commissum? Illa eñ cœli curia variarꝝ dotibus aucta curalium, & multo redemptoris nostri auro, ostroq; decorata, nihil in illa discissione authore se protulit, sed per humanæ linguæ ministeriū diuino militauit imperio. Intellexit non esse suum, qcqd impulsa cōstituit. Nihil habet in illa sententia, nisi vnde * solata deuotione gratulet. Peregrinum stilus sensit eloquium, inde sumens gloriam solam, quod infusa sibi & seruauit, & coluit. Quid his de exemplis euāgelicis pparastis calumniā, sicut de vobis scriptum est, errauerūt pręebrietate, nescierūt vidētem, ignorauerūt iudicium, Nam dum prophanis memoratos verbis creditis, & inscitiā proditis & liuorē. Isti ergo resurrectionē corporis, quā prędicāt nō credētes, hæreticis miscuere cōtagijs. Isti qcqd abiurāt linguis, corde sectant. Ergo qa dixerunt eum timēdum esse, q potest occidere, & aīam mittere in gehēnam, ideo a fide aliena texuerūt. Ecce profundā imperitiā. En btm̄ Lucā, cui⁹ potestis assertiōe cōuinci, qd clamat? Timete eū, q postq̄ occiderit corp⁹, habet ptātē aīam mittere in gehēnā. Quis hic locus erroris, vbi cōgruētia pari ductu exēpli & historiæ verba cōcurrūt, nec diuersum est ab intellectu catholico, & lectiōibus, q̄d profert. Nunq̄ bene nodus in scirpo q̄rit, nō inuoluit nebula pdicatæ lucis authores. Resurrectionē ergo carnis nō credūt, qa posse cōfitent corp⁹ occidi, qa peccatricē aīam gehēnæ mācipari. Densis cor vrm̄ vepribus suffocat, & interna vitia alijs certat ascribere, Iohānis etiā apli iactatis scripta violari, qa ex ei⁹ verbis dictū ē. Si dicam⁹, qa pctm̄ nō habem⁹, nosipsos seducimus, & veritas in nobis nō est. De qua dicti diuersitate nihil queror, in eo ergo corrupta sunt apli monita, qa nō iūxerūt, nosipsos decipim⁹, & qa non iunxerūt, mendaces sumus, nō solū diuinæ, sed etiā humanæ ratiōis ignari? Qui

alias, currat

alias, discissio

alias, sola

Esa. 28. d

Luce. 12. a

A ris? Qui veritatē non habet, mendax recte censetur, nec alia re nisi falsitate plenus est, qui integritate vacuus innotescit. Sed hæc in vobis non curāda sunt linguæ oratione, sed gemituum, nec magis sunt vobis exhibēda verba q̃ lachrymæ, quia liquido nocens est, qui insontibus aut meritū culpabilis, aut nomen opponit. Reliqua obiectionū vestrarum capita non reuoluam. Præstat silentio damnanda sepeliri. Nobilitatem dat facinoribus, qui ventilationem ipsorum multiplici ad aures posteras relatione transmittit. Beati Pauli est sequenda sententia, qui monet per discipulū cūctos, & clamat. Inanes q̃stiones euita. Multa eñ sunt in vestris propositionibus, q̃ ita fęculentis vlnis peccandi amor amplectit, vt fiant indigna memoratu. Plura leuitas dehonestat, dum subductis euiscerant verba vestra ponderibus, & de religionis causis elocutio ventosa cōponitur. Auris *cōgruenter fortita grauitatē, quæ in palearum abundātia nihil est horreis illatura de tritico, dū infœcundam frugibus culmorum parturit vbertatē, & spem de herbæ luxuria mētitur agricolis, de qbus nihil lucri ventilabra reperiunt igni debita, incendioq; peritura. De his scriptū est, dormierunt somnū suū, & nihil inuenerūt. Nihil est charissimi pace dulcius, si tamen saporē eius amaritudine plenū pectus non excludat. Breuiorem quidem admonitionē debueram q̃ prolixam. Non paruam vestri cōsideratio, & diu in vobis iurgiis excitata frons protulit.

B Vsus est multa peccantiū stricta allocutione non corrigi, & effusionē plurimi, quā in delictis habuerūt, in monitoris sermonibus hāc requirūt. Me, satis est, & diligentiæ vestræ, & iussis cœlestibus obsecutum. In his q̃ secutura sunt, locū sermonibus nō relinquā, quia hæc *refero, mūdi caput Romā per vestras intētiones esse prostratā, & nutricē *pontificii cathedrā, quasi vltimū videre sedile despectā. Cuius vocē beatus Paulus excepit, & illa, qua semp vsus est, eloquii intonuit libertate, apostolorum principē leuitatis incessens, q̃d fluxis & profligatis mētibus, parētis adhuc seruaret affectū, nec in profundū *ductis vlceribus ferro medicāte succurreret, rescindenda docēs laminis, secreta morborum, & manifeste desperationi salutiferum esse vulnus adhibendū, ne dū manus medici per impietatē a sectione corruptæ carnis suspendit, de abstinētia teli inuitetur exitium, qa dum parcit ægris dextera, curandos interficit. Nec grandis est differentia, vtrū lætum inferas an admittas. Mortē languētibus, qui cū possit, non excludit, inflixit. His ergo aduersus eos oris ianuā patefecit alloquiis, Omnis, q iudicas, in quo aliū iudicas, teipsum condēnas. Eadem enim, quæ iudicas, agis. Scimus enim, quia iudicium dei est secundū veritatē in eos, q talia agūt. Et iterum: Beatus qui non iudicat semetipsum in eo, quod probat seipsum. Quæ nam est ratio, vt prædicet nō furandū, qui furatur, & prodigā verecundiæ frontē nube vestiat impugnationis alienæ? Nemo recte monitoris personā accipit, nisi qui actibus suis errata cōdēnat, & amorem innocētiæ conuersatione demonstrat. Nā adiacet etiā publicanis amica moribus vitia dānare sermone, & sceleratioribus linguæ officiis punire, quod diligunt,

C quasi nō quoddam genus sit maiorum excessuum dare rei affectum labiis, quam mente despicias, & ingenii virus colloquii melle vestire. Hæc sic ago, quasi vobis eēt pudor pudicitia, venustis aspectu liceret accusare doctorem, & aduersus electū oris liuidi morsus aptare, cum ante futuri pręscius, per epistolam ad vos datam, plena voce commonuissem. Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat, quis est qui condēnet? Et iterum: O homo, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis illa, putas q̃niā effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius, & patiētiæ, & longanimitatis cōtēnis? Accusatis malitiā repleti iniquitate, fornicatione, immūditia, auaritia, nequitia, inuidia, homicidiis, cōtētione, dolo, malignitate, superbi, elati, inuētores malorum, parētibus non obedientes, insipientes, incōpositi, sine affectione, sine misericordia, docetis *fornicatoribus neminē esse miscendū. Adulteri Laurentii aut sequaces, aut præuii, per quos ille aut exercuit, quæ habebat toxica, aut, effundens mōstrauit, q̃ accepit, post illā illecebrosæ cōmunionis maculā, & pestē toto orbe execrabilem, sacerdotes dei quasi obsoleta cōparatos cōmunione culpatis. Reos putatis esse, q subiere cōsortiū, nullo teste cōuicti, & sectamini hominē toto ecclesiasticæ inscriptionis nō dicā stilo sed ense perfossum. Quod licet, nō licet, & q̃d nō licet, licet. Quēadmodū Iamnes & Mambres restiterūt veritati, sic & vos mēte reprobi circa fidē, proditores, proterui, inflati, amantes voluptatem magis quàm deū, habētes speciem quidē pietatis, virtutem aūt ipsius abnegantes. O vim doloris interni, qui nequit expedire, q̃d concepit, q profundis ingestū visceribus loquēdi affectū, quē imperat, vi irrūpit. Nihil vobis vltra plus eloquar, q̃d de oratione remanet, lamēta supplebūt. Post hæc si inter manus medicorum curatiōe egrescitis, nec aliqua *cepto salutis cōsideratio vos reducit, saltē orbis parentem

2. Timot. 2. d
alias, cōgruē.
Psal. 75.
alias, refero
als, pōtificis.
Galat. 2. c
alias, ducto
Roma. 2. a
Roma. 4. d.
Dist. 81. Nemo recte.
Roma. 8. f
Roma. 2. a
Roma. 1. d
alias, fornicatibus
2. Timot. 3. b
alias, cepta

parētem vrbem veſtram reſpicite. Ipſa vos poſt defenſores ſuos apoſtolos mœrens aggreditur, ipſa compellat, & ſi qd eſt pietatis, in reliquum orditur impetratura ſermonem, ne me, quā dei ſummi templa, repudiatis fanorum cultib⁹, & nouæ lucis nitore gaudētem, fecerunt eſſe cōſpicuam, quā poſt ſacella ſordētia, & multo pecudum tabo polluta, ab hoſtiarum cruore dñici, & apoſtolici ſanguinis effuſiōe purgauit, quā reducta poſt longum ſanitas, febrium fecit delubra cōtemnere, quā a victimis liberauit oblatio, *qua pacē Chri poſt idolorum inimicitias acquiſiui, cui nō fuerūt pene numeroſiora dona q̃ numina, quā religio ſua reddebat varia deuotiōe mēdicā, quā egeſtas oppſſerat, frequētia a dijs ſuis beneficia poſtulātem, quæ Curios, Torquatos, Camillos, quos eccleſia *irregenerauit, & reliquos miſi plurimæ prolis infœcūda mater ad tartarum, dū exhauſtis emarcui male fœta viſcerib⁹, qa Fabios ſeruata pria nō redemit, Decijs multo ſudore gloria parta nihil pſtitit, profligata eſt operum ſine fide innocētia, criminoſis iunctus eſt æqui obſeruātiſſ. qa Chrm ignorauit Scipio. Per totā vellē ſtilum ducere, ſi orbate pect⁹ ſuſtinere pateref, infantiam Sed quiſq̧s lamētatiōis trāſacta relegit, lachrymarum tpa videt optare. Nemo credit odiſſe, quorum *relatiōe nō lædit. Qui ſiccā faciē de filiorum funerib⁹ referēs ſeruat, certo teſte crudelitatis arguit. Illa poſteritas plus mœroris attulit pdita, q̃ iocūditatis acquiſita. Relegamus tñ, qbus mutata ſunt iſta ſucceſſib⁹. Ecce iam in illo ſacrario libertatis nihil ſeruile de idolorum cultibus inuenit, ecce honorum corona, orbis genius, flos Romanus, q̃diu venerata eſt, plena ſanctitate calcat altaria, ecce iam curia mea ad cœlū vocat, laudat, accipitur. Nec poſſum dicere perdidiſſe me ſobolē poſt grām baptiſmi, quā vel repētina mors abſtulit. Multos trabearum, & curuliū poſſeſſores ſupmus regnator ſine diſpēdio cultus, aut dignitatis amplectit. Pene iam terreni munificētia triūphi diuinū mercat affectū, & hoc ad Chri *gloriā proficit, quod mūdo ſtudetis eē venerabiles. Mētior, niſi egena agmina aduentū cōſulatus veſtri in ſubſidio miſeriarum præſtolant. Etem purpura veſtra, qua animi vocabulum nobilitatis, ſubripiētem miſeris veſtimētorum largitate *pellit algorē. Prope iam iterū neceſſitatibus ferūt auxiliū decora faſtorum, & veteri infidelitate depoſita, in tali pparatione cenſus diſpēdia efficiunt lucra animarum. Ecce nūc ad geſtatoriā ſellā aplicæ cōfeſſiōis, vela mittūt lumina cādidatos, & vberibus gaudio exactore fletibus, collata dei beneficio dona geminant. Quis tpe quo ptioſis ſiccamus vbera partubus, quo prolē noſtrā æterna genitrix, rurſus paritura, nūc ſuſcipit, cuius poſt primā natiuitatē grādæuis fletibus aluus implet, quæ mihi prolem regenerādo dulcē facit eſſe, quā peperi, quæ ad ſe veniētes ſeniū facit exuere, & ad vitæ principia redire cōfractos, qs hanc felicitatē, rogo, interpellatione cōmutat? Quis p diſcordiā viperina mēte compoſitā, aurei mihi ſeculi iubet perire beneficia? Quis in renouatiōe mea occaſum clādeſtinus inſpirat, & p blādæ frontis ſpēm inimici tijs vires acquirit? Generoſam in tali negotio proſapiā nō agnoſco. Si q ſunt tñ ſummorum quos vilibus tēpeſtatis huius procella ſociauit alijs authoribus, facinorum participatiōe maculant. Splendor ſanguinis, & ſi cōionem criminū incurrit, neſcit tñ ducē ſe pbere peccātibus. Habet forſitā reatū de neglecta cautiōe, nō habet dignū ſuppliciū de ſcelerum principatu. Sub quadā verecūdia iungit delinquētibus, q ad adulta iurgia cōuocat. Non meret deſperationem pditi, in quo facilis tm̄ credulitas improbat. Vos potius video triuiorum germina. Vos agnoſco, in qbus naturæ vilitas cōueniētes ſibi mores peperit, quos degeneraſſe claritas fuerat, qui p mentitæ titulum religionis gaudetis impunitate vitiorum, quorum labia nunq̃ aut *honorum ſapor tetigit, aut quietis, qui fas oīe origini parēdo violatis, quos de latebris & ſpecubus productos præſens cauſa monſtrauit. Quis ante concinnationem mali huius, qui eſſetis, agnouit. Diu fouiſtis ſecreta, qbus vos nox generationis abdiderat. Redite potius ad amicam cæcitatem, nobis ſerenam & diurnam lucem relinquite. Concordiam eccleſiæ aut abſentia, aut correctione præſtate. Si tamen vultis vos numerari inter ſplendidas proſapias actuum emendatione cognoſcam.

alias, quæ — alias, non regenerauit — alias, ratione. — alias, gratiā — alias, depellit. — Loc⁹ obſcur⁹ — alias, bonorum

D E F

ACTIO QVINTAE SYNODI ROMANAE CCXVIII.

eporum ſub Symmacho papa tpe Theodorici regis, indictiōe. IX.

Huius cōſulis Auieni meminit Marian⁹ Scotus anno Anaſtaſii Imperatoris. xi. Verum ad euāgelij veritatē, d. xxiij. Iuxta aūt Dionyſii cyclū. D. I. Anno q̧ꝗ ſequēti idē deſignat cōſulem Auienū iuniorē. Gregorius aūt Haloander facit mētionē prioris anno. D. IIII. incarnatiōis dñicæ, alterius ſilr vt Marianus anno ſequēti. Verum annū, q deſignat in initio huius ſynodi, *ſcilicet*: Poſt conſulatum, nullus dictorum recenſet.

Poſt cōſu

A Post consulatum Auieni cum in vnũ, annuente dño, ante cõfessionẽ beati Petri apostolorũ principis resedissemus, sancta synodus dixit: Libellus, q synodali authoritate contra eos, qui aduersus quartã nostrã synodũ, quæ habita est Romæ Palmari mutire p̃sumpserunt, ab Ennodio cõscriptus ẽ, coram oĩbus deferat, & in p̃sentia oĩm legat atq; roboret. Quo recitato, & ab oĩbus cõsona voce roborato, sancta synodus dixit: Hæc futuris tp̃ibus cõseruent, atq; ab omnibus teneantur, & in om̃ibus seruent. Hic libellus integerrime synodaliter ab omnibus teneatur, atq; inter quartæ, & quintæ synodorũ nostrarũ actiones interponatur, & ita sicut harũ synodorũ decreta habeat, quia synodali authoritate conscriptus est, & roboratus. Ad quæ ter beatissimus papa respondit. Iuxta vestrã omniũ fiat voluntatẽ, & vt iudicatis, apostolica habeatur authoritate, & inter apostolica, quod dicitis, interponatur decreta, & sicut cætera apostolica ab omnibus teneatur decreta. Ad quæ omnes ter vna voce responderũt dicẽtes. Vt fiat, rogamus. Vt fiat, rogamus. Vt fiat, rogamus. Postq; acclamatũ est ab omnibus ep̃is & p̃bris. Illi, qui papã Symmachũ accusauerũt, & dãnationẽ ei inferre tentauerunt, & illi, qui eum iudicauerunt, aut contra nostrã synodũ garrire, aut scribere præsumpserũt, vt damnẽtur rogamus. Et paulopost oẽs ep̃i, & presbyteri voce magna clamantes, dixerũt: Exaudi Christe, Symmacho papæ vita. Dictũ est octies. Cuius sedem & annos. Dictum est decies. Vt fiat, rogamus. Dictum est duodecies. Quibus

B cessatis, Symmachus ep̃us ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ dixit. Quoniã fraternitas vestra singulari charitatis studio, pio ac vigilanti affectu, indefessis laboribus, ac sp̃u viuaci studuistis, venerandi patres, tutelam rerũ ecclesiasticarũ fouere, sedem apostolicã (quæ solida Petri confessione stabilita est) tueri viriliter, cui licet indigni, dño sic disponẽte, præsumus, ac paruitatem nostrã iam dudum multis afflictionibus impulsam, virili protectione defendistis, oblocutoribus & susurrantibus resistendo, qui nouis semper insidĳs semper aliquid aduersum nos, & famã nostrã moliuntur, quos sp̃us ille diuisionis continuis exagitat aculeis, quibus est pax inimica, & discordia placens, & quia vestra bonitas curã prouisionis nostræ suis exhortationibus incitauit, *& parilem circa ecclesiæ tranquillitatem dei nostri contemplationẽ animi *præstet, flagitamus, vt circa insidiatores, & persecutores nostros mitius agatis. Et licet iuste damnentur, propter misericordiam tamen conseruentur, vt in nobis illa domini declaretur sententia, qua præcipitur, ita fratribus dimitti, sicut sibi a domino cupiunt dimitti. De cætero vero, ne vnquam talia non solum modo in apostolicæ sedis præsule a quoquam præsumãtur, sed nec in vllo Christianorũ episcopo vsurpentur. Non ergo necesse est super his noua cudere, sed vetera recitare atq; firmare. Est enim a multis antecessorib[9] nostris synodaliter decretum, atq; firmatum,

alias, etiam. ařs, præstat. Matth. 6. b

C vt oues, quæ pastori suo commissæ fuerint, eum nec reprehendere, nisi a recta fide exorbitauerit, præsumant, nec vllatenus pro quacũq; re alia, nisi pro sua iniustitia accusare audeant, quoniam pastorum actus gladio oris non sunt feriendi, quanquam rite reprehendendi æstimentur. Nec vllos ep̃os suis rebus expoliatos, vel a sedibus vi, aut dolo, aut q̃cunq; ingenio pulsos, sicut & vos de nobis iudicastis, aut ad synodũ tã prouintialẽ, q̃ generalem posse cõuocare, aut in aliquo iudicare, anteq̃ cũcta, q̃ eis ablata sunt legibus, potestati eorũ pacifice per om̃ia reintegrent, decernimus. Prius ergo oportet, omnia illis legibus reintegrari, & ecclesias, q̃ sublatæ sibi sunt, cũ oĩ priuilegio suo restitui, & postmodũ nõ sub angusto tp̃is spacio, sed tantũ tp̃is spaciũ eis indulgeat, q̃tũ expoliati, vel expulsi esse vident, anteq̃ ad synodum cõuocent, & ab oĩbus quisq; prouinciæ suæ ep̃is audiatur. Nã nec cõuocari ad causam, nec dĳudicari põt expoliatus, vel expulsus, qa nõ est priuilegiũ, q̃ expoliari possit iã nudatus. Vnde & antiquitus decretũ est. Oẽs possessiones, & oĩa sibi sublata, atq; fructus cũctos ante cõtestatã litem, p̃ceptor, aut primas possessori restituat. Et alibi scriptũ habet: Ille, q violentiam pertulit, vniuersa in statu, quo fuerãt, recipiat, & q̃ possidet securus teneat. Et alibi in synodalibus patrũ decretis, & regũ ædictis legit statutũ. Redintegrãda sunt oĩa expoliatis, vel eiectis ep̃is p̃sentialiter ordinatiõe pontificũ, & in eorũ, vnde abscesserũt potestatẽ funditus reuocãda, quacũq; conditione tẽporis, aut dolo, aut captiuitate, aut virtute maiorũ, aut p̃ quascũq; iniustas causas res ecclesiæ, vel proprias, aut substãtias suas perdidisse noscuntur ante accusationẽ, aut regularẽ ad synodum vocationẽ eorũ, & reliqua. Est etiam in antiquis ecclesiæ statutis decretũ, vt, qui aliena inuadit, nõ exeat impunitus, sed cum multiplicatione omnia restituat. Vnde & in euangelio scriptũ est: Quod si aliqd defraudaui, reddo quadruplũ. Et in legibus seculi

2. q. 7. Oues. ꝗ Oĩa vero, q̃ sequũtur vsq; ad illud, Quid ad hęc vobis, &c. habent in vlt. decre. Eusebĳ papæ. Et sifr infra in decr. ep̃i Ioh. papæ primi 2. q. 2. In scripturis. Et in dec. Iuo. lib. 4

3. q. 1. Redintegrãda sunt

In de. Iuo. li. 4

12. q. 2. In leg.

Lucæ. 19. b.

cautum

als, decuplũ
Deute. 27. c

cautũ habet. Qui rem subripit alienã, illi, cuius res direpta est, in * vndecuplum, quæ subla-ta sunt, restituat. Et in lege diuina legit: Maledictus omnis, q trãsfert terminos proximi sui. Et dicet ois populus, amẽ. Talia ergo nõ p̃sumant absq; vlla vltione, nec exerceãtur absq; sua damnatiõe. Accusatoribus vero inimicis, vel de inimici domo pdeũtib9, vel q cũ inimicis ĩmorãtur, aut suspecti sunt, ne credat, ne irati, nocere cupiãt, ne læsi, vlcisci se velint.

3. q. 5. Accusatoribus vero.

D

¶ Quid ad hæc vobis (charissimi fratres) videt, prudẽtia vestra pro ecclesiastica quiete vel indemnitate vniuersi edicite. Vniuersa synodus dixit: Episcopalem psecutionẽ, & ecclesiarũ abscisionẽ, vel vastationẽ, atq; seruorũ dei insectationem fulti p̃dicta authoritate & oĩm sanctorũ patrũ prohibitiõe, vestraq; cõsolatiõe, cõmuni tractatu pariter in futurũ robuste, ac veraciter amputãtes, sanctorumq; patrũ statuta firmãtes, expressis sentẽtijs sancimus, ne vnq̃ talia a quoq̃ nostris, aut futuris tpibus p̃sumant. Et silẽtio facto, Symmachus eps ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ dixit: Quod si aliqui hæc trãsgressi fuerint, & talia p̃sumpserint, qd sup his vobis videt, pari adunatiõe manifestate. Cumq; surrexissent, & paulopost iterum cõsedissent, vna voce dixerũt: Si qs hæc, quæ hodie in hac sancta synodo prohibita sunt, infringere p̃sumpserit, aut voluntarie trãsgredi tẽtauerit, si clericus est, gradu proprio penitus careat, si vero monachus, aut laicus fuerit, cõione priuet. Et si nõ emẽdauerit vitiũ, anathemate feriat. Secretas vero insidias, vel manifestas, põtificibus a qbuscũq; illatas, vel ea, quæ huius sanctæ synodi sentẽtia cõplectit, si qs ad * ecclesiæ ptulerit notitiã, potiat honore, & hi, q aduersa eis moliunt, sicut a sanctis patrib9 dudũ statutũ ẽ, & hodie synodali, & aplica authoritate firmat, penitus abijciant, & exilio, suis omibus sublatis, perpetuo tradant. Hæc vero, quæ in hac sancta synodo statuta sunt, & ea, quæ in libello, quẽ Ennodius nostra authoritate cõscripsit, sicut in p̃sentia nostra relecta sunt, vt pprijs manibus roborent, rogamus, atq; in ppetuũ cõseruent (sicut p̃dictũ est) vestra aplica authoritate firment, Symmachus ecclesiæ vrbis Romæ catholicæ eps dixit: Acclamatiões vestras, synodiq; iudiciũ præsentia suscipiẽt gesta. Adiecitq; & dixit: Ea, quæ ad suscipiendos veternosæ p̃sumptiõis errores, vel infensæ põtificibus p̃sumptiõis morbos, qbus status affligi solet ecclesiæ, seruorumq; eius de liberatiõe religioni cõgrua, paciq; cõstituit, ppetua socient firmitate, vt annuẽte dño, quẽ custodẽ rerũ cõstat esse bonarũ, synodalis ordinatio vigeat, atq; omis, q sine psonæ alicuius distinctiõe * venire p̃sumpserit, imposita superius distinctiõe plectet. Vniuersa synodus dixit: Vt fiat, rogamus. Dictũ est decies: Vt scandala amputent, & insidiæ, atq; detractiões erga epos vitent, rogamus. Dictũ est duodecies: Et facto silẽtio, vniuersi in sancta synodo congregati, clamantes, dixerũt: Exaudi Christe Symmacho vita. Dictũ est octies: Hic est pax cũ Symmacho. Dictũ est nonies: Cuius sedẽ & annos. Dictũ est decies: Vt de p̃senti fiat. Dictum est duodecies. Et paulopost, cũ resedissent, facto silentio, vniuersa synodus dixit: Quisqs clericorũ, aut monachorũ, aut laicorũ, tam maioris ordinis, q̃ etiam inferioris post hãc formã a nobis prolatã, his decretis cõtraire p̃sumpserit, statutis canonicis velut schismaticus pcellat. Et subscripserunt: Celius Symmachus eps sanctæ ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ huic statuto, a nobis inspirãte dño peracto, subscripsi. Laurẽtius eps ecclesię Mediolanensis huic statuto, a nobis inspirãte dño peracto, subscripsi. Petrus ecclesiæ Rauẽnatis huic statuto, a nobis inspirante domino peracto, subscripsi. Eulalius episcopus ecclesiæ Syracusanæ huic statuto a nobis inspirante domino peracto subscripsi.

3. q. 5. Accusatoribus vero.

als, ecclesiasticã

E

alias, contrauenire

F

Felix eps Interamnẽsis, subscripsi. Stephanus eps Cordubeñ. subsc. Fortunat9 eps ecclesiæ Valueñ. subsc. Benignus Aquæuiueñ. Iohãnes Spoletanus, Romulus Prænestinus, Stephanus Venusinus, Candidus Tiburtinus, Valentinus Amiterninus, Fortunatus Fulginatis, Grisogonus Albanẽsis, Eutychius Tranẽsis, * Amãdus Potẽtinus, Laurẽtius Bobieñ. Molensius Centumcelleñ. Eusebius Fanestreñ. Roman9 Nomẽtanus, Propinquus Trebiatis, Asterius Aquinatis, Syluanus Veliterninus, Epaphroditus Tamassenus, Quintus Phocieñ. Helias Bleãdrenus, Paulus Tripolitanus, Polycarpus Gabalenus, Patricius Cresseñ. Menecrates Carysseñ. Florẽtius Sardeorũ Lydiæ, Iulianus Hypepenus, Paulinus Perpereñeñ. * Meonius Nysenus, Protherius Myrrhineñ. Hesperi9 Pitaneñ. Olimpius * Euazoneñ. Rufinus Brulitanus, Philippus * Neasulitanus, Isaac Elearchiæ, Basilicus * Palescepsis, Didimus Lapetheñ. Iustus Firmanus, Aristion Ostieñ. Augustus, Luparitanus, Rusticus Buxentinus, Venãti9 Senogallieñ. Victor Luneñ. Innocẽtius Tifernin9, Bonifaci9 Foroflamineñ. Sebastian9 Soran9, Asellus Populonieñ. Elpidi9 Volaterranus, Proiectitius Foronouanus, * Venerius Poleñ. * Colonius Foroclodieñ. Probus

als, Amãtius

alias Musoni9
al. Euazeneñ.
alias, Theodosinpolitanus.
ali. Paleaspolitanus
al. Veneriosi9
als, Callonic9

Cama

A Camarineñ. Vindemius Anteatinus, Proculeianus Sepinatis, Fortunatus Anagninus, Paschasius Vulturneñ. Marcianus Efinus, Bassus Mutineñ. Pacatianus Comacleñ. Mamas Cordiluseñ. Macedon Magideñ. Marcellinus Isindeñ. Paulus Plogoneñ. Theodorus Lysimieñ. Neon Siluieñ. Theophilus Acrasseñ. Epiphanius Pergẽsis, Leutius phani Apollinis, Alcimedes Celãdieñ. Eupythius Stratonicę, Dionysius Attalieñ. Andreas Salenus, Amachius Sectorieñ. Croton Perteñ. Philippus Balbureñ. Theodorus Antiphellenus, Leontius Araxenus, Antipater Caunenus, Esaias Eleitanus, *Cratinus *Panemuteñ. Andreas Tlosorũ, Nicolaus Ariassenus, Romanus Buboneñ. Onesiphorus Iconieñ. Neoptolemus Corneñ. Paulus Derbeñ. Plutarchus Lystreñ. Eugenius Canorũ, Rufus Hydæ, Tyrãnus Homonadeñ. Acholius Larãdenus, Proclus Argissenus, Leõtius Magnesiæ Meandri, Mamas Anemurij, Cyriacus Aegeæ, Valerianus * Bastianen. Photin9 Chytrẽnus, Echius Arsinoeñ. Sother Theodosieñ. Heliodorus Amathũtis, Olympius Cõstantieñ. Batrachus Naxi insulæ, Triphon Chij insulæ, Florẽtius Mytilenæ insulæ, Iohãnes Rhodieñ. insulæ, Gẽnadius Mosineñ. Euãdrus Diocliæ, Ioãnes Trapezopolis, Philippus Aegiritan9, Thomas Theodosiopolitan9, Gẽnadi9 Acmoneñ. Charites Dionysiopolitan9, Paulus Aristeñ. Matthias Themisonieñ, Eulali9 Siblieñ. Amphilochius Si

B deñ. Gaius Sysdreñ. Eudoxius Itoanen. Marcellin9 Corydallẽ. Eusebi9 Cotyaiorũ, Obrymus Coracesij, Roman9 Myreñ. Aristocritus Olympẽ. Eudoxius Chomatẽ. Palladi9 Cãdybeñ. Cyrinus Patareñ. Stephanus Lymireñ. Zenodotus Thelmessi, Maximus *Cimoleñ. *Musonius Limenen. Florẽtius Adrianopolis, Bassonas * Neapolitanus, Messalin9 Laodiceñ. Fonteianus Sagalassenus, Olympius Sozopolis, Alexander Seleucieñ. Valerianus Aphrus, Eusebius Clazomenus, Thomas Valẽtinianopolis, Thomas Alalcomenus, Pergamius Antiochen9, Eutropius Adadeñ. Paulus Philomelien. Strategius * Polyboten. Basilius Nacoliæ, Eustochius Docimeus, Cyriacus Eucarpieñ. Abertius Hieropolis, Epiphanius Mydaieñ. Philippus Lysiadis, Mocinius Hephestieñ. Myrus *Eulandreñ. Eusebius Dorylei, Marinian9 Synnadẽsis, Calandion Alicarnassenus, Iohãnes Gnidi, Theodoretus Alabãdenus, Tychanius Apollonieñ. Lõginus Apamenus, Theotecnus Tyri, Eortyci9 Metropolitan9, Cyrus Siniandeñ. Libanius Parilicaoniæ, Modest9 Sebasten. Daniel * Cadis, Nunechius Laodiceæ Trimitariæ, Aglas * Aurocyrorũ, Iohãnes Amyzoneñ. Eupythius Stratonicen. Menãder Heracleus Lẽnos, Papias Eressonẽ. Placcus Iasseñ. Iohannes Alindeñ. Dionysius Antiochenus, Critonianus Aphrodisius, Ethericus Smyrnen. Stephanus Ephesinus, Patricius Adramiteus, Daniel Lampsacenus, Hermias Abidẽsis, Theosebius Ilij, Stephanus Patauij Asiæ, Pionius Troaden. Eulalius

C Pionieñ. Dauid Anderaneñ. Thalassius Parij, Petrus Dardanen. Diogenes Cyzicenus, Olympius Prusiadeñ. Theophilus Adrianopolis, Apragmonius Tieñ. Theodorus Heracleeñ. Calogerus Claudiopolis, Theodorus Xoanẽsis, Polychronius * Daclis, Ren9 Iuliopolis, * Etherius Põpeiopolis, Petrus Gangrenus, Antiochus Sinopenus, Atticus Zelensis, Vranius Hymerorũ, Paralius Andraponeñ. Leucadius * Thinnien. Euphrasi9 Laganieñ. Misterius Amorij, Aquilas Eudoxiadis, Cyriac9 Trogmaden. Pius *Pẽtenisseñ.

¶ Quinta synodus Romana finit.

[Marginal notes:]
alias, Cratian9
al. Phanemuteñ. Phuphateneñ. Panorm Bẽdotan9
al. Zetiloneñ.
al. Musianus,
alias, Neaspolitanus,
al. Polydorĩ,
alias forte, Bleandreñ.
al. Cadoneñ.
alias, Acroceraunorũ, Acrotheorũ,
al Dablis
al. Ethericus
alias, Melphiteñ.
al. Petenisseñ

SEXTA SYNODVS ROMANA, SVB SYMmacho papa habita tempore Theodorici regis, sub die Kalend. Octobris, de inuasoribus rerũ ecclesiasticarum.

CVm in vnũ apud beatũ Petrũ aplm sancta sexta synodus canonice a beato Symmacho Romę cõgregata resedisset, Symmachus pdictus, eps ecclesię catholicę vrbis Romę eidẽ synodo psidẽs, dixit: Qm religiosus, sancto spũ cõgregãte, conuẽtus hortat, vt quæcũq; pro disciplina ecclesiastica necessaria sunt, cura diligẽtiore tractemus. Nos eñ & aplicæ sedis moderamine cõpellimur, & ecclesiasticarũ rerũ dispositiõe cõstringimur, sic canonũ paternorũ decreta librare, & retro psulũ, antecessorũq; nostrorũ decreta metiri, vt q præsentiũ necessitas tẽporũ restaurãdis ecclesijs relaxanda exposcit, adhibita diligẽti cõsideratione, qtũ fieri pt, auxiliante dño, tẽperemus, quia nos (q potissimi sacerdotis administramus officia) trãsgressionũ culpa respiciet, si in causis dei desides fuerimus inuẽti, qa meminimus, qd timere debemus, qualiter cõminet dñs, negligẽtiæ sacerdotũ. Sane reatu maiore delinquit, q potiore honore perfruit, & grauiora facit vitia peccaminũ sublimitas dignitatũ. Ideo tacere nõ de-

bemus, sed ea, q̄ necessaria fore agnouerimus, viriliter corrigere, & emendare satagamus, & ea, quæ nociua sunt, extirpare (prout dn̄s dederit) nō negligamus. Ab vniuersis ep̄is & pb̄ris acclamatū est. Exaudi Christe, Symmacho papæ vita. Dictū est sexies. Hæc confirmamus, & hæc docemus. Dictū est octies. Doctrinæ vr̄æ gratias agimus ingētes. Dictū est decies. Ista teneant, & ista obseruētur, rogamus. Dictū est duodecies. Dignus papa, dignus doctor. Et facto silentio, Symmachus ep̄s dixit: Cōmunis dolor & generalis est gemitus, quod intra ecclesiā nostris, & retroactis temporibus de inuasione rerum ecclesiasticarum, & vexatione sacerdotū cognouimus, q̄ res non nos solos, sed oēs dn̄i tangit sacerdotes. Et licet hæc a p̄decessoribus nr̄is iā prohibita sint, & tales p̄sumptores dānati, & a sanctis canonibus anathematizati, ne tn̄ denuo p̄sumant, est etiā sup his promēda sn̄ia, vt, qui eorum casum nō timent, timeant saltē eorum perpetuā damnationē, & q̄d sæpe p̄sumitur, sæpius, vt inhibeatur, necesse est. Sancta synodus dixit, hæc, ne fiant, denuo synodali conuentu, prouida beatitudinis vr̄æ sn̄ia eneruari cōuenit, & ne in exēplū remaneat p̄sumēdi, funditus extirpari. Symmachus ep̄s dixit. Modo, quia deus p̄sentiā vestrā votiuam mihi cōcessit, necesse est rē fieri firmā, quā credo ecclesiasticis facultatibus cōuenire, vt agnoscant oēs, q̄s vanus furor & auaritia excitauit, talia absq; vltione nō posse p̄sumi. Sancta synodus dixit: Scimus prouisionē vestrā necessariis studere, & ideo in vestra est ptāte, sequēda disponere, Symmachus ep̄s catholicæ ecclesiæ vrbis Romæ dixit: Magna quidē venerādo & sacerdotali debet cultura proposito, cui imminet de studio, q̄ recta sunt, non de necessitate disponere. Sed qm̄ in aliquibus, aliena postulātibus, vitiorum mater auaritia, repudiatis honestatis repagulis, totū putat expedire, quod libet, & ita, dū p̄dæ inhiat, patientia supnæ pietatis abutit, expectātibus correctionē cœlo moderāte, iudiciis se existimāt non teneri, cū clarum sit, q̄ apud certos in occasionē rapiendi procedat diuinæ mora sn̄iæ. Sed nobis, q̄s pastoralis cura & ecclesiastica astringit, pro dispensatione * certa ratio reddēda substantiæ opus est, vt solicitudinē nostrā nō solū ad p̄sentia, sed etiā ad * futura secula porrigamus, ne ad animę nr̄æ detrimēta cōtingat, si hi, q possunt, statutis debere *innocētiam p̄sumentes de libertate deliquerint, cū religiosa possunt & * nr̄a & successoris nr̄i potestate fulciri legibus ecclesiasticis seruientes. Sancta synodus dixit: Scimus sp̄ū dei cor vestrum esse succēsum, & instinctu dei vos ita loqui. Quapropter oībus summopere cōuenit, obseruare, vt oblationes fideliū a nemine p̄sumant absq; cōsensu & volūtate ep̄i, in cuius dinoscunt esse parochia, & potestate possideri, vel dominari tentent, qm̄ nonnulli memores sui pro remissione peccaminū suorum, & pro æternæ vitæ mercatione de facultatibus suis tam rerū immobiliū q̄ & mobiliū, quædā vero per scripturas ecclesiis tradiderunt, & deo creatori suo perpetualiter habēda dederunt, q̄ econtra a diuersis deū minus timētibus, eatenus mortifera calliditate tenētur, vt aliorum oblatio illis pertineat ad ruinā. Nec intueri corde possunt diem iudicii, dum nimiæ cupiditatis delectantur ardore. Vnde p̄camur, vt antiquorum patrū regulas, quæ modo propter incuriā quorundā quasi oblitæ habentur, renouetis, & tale iudiciū sup eis fiat, vt aut manifeste hæretici, quia ecclesiā dei scindunt, & anathematizati, atq; ab ecclesia dei extorres habeant, aut p satisfactionē ecclesiæ ad pœnitentiam, & demū iuxta regulas ecclesiasticas ad reconciliationē, & si digni inuenti fuerint, ad cōmunionē recipiant. Symmachus ep̄us ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ dixit: His ergo rite perpēsis, ne illi in ruinā incidant, & perpetuo dānentur exitio, & sancta ecclesia, p̄tioso Chr̄i sanguine redempta, restauret, eiq; pie famulātes nō opprimātur, sed releuentur, māsura cū dei nostri cōsideratione vnā cū vestro iudicio sancimus, vt quicūq; immemor aut memor interitus sui, res ecclesiæ delegatas & dn̄o oblatas, absq; proprii ep̄i iussu possidens, p̄sumpserit deinceps tenere, quocūq; in loco & veritate cōperta res dei seruis suis dissimulauerit, aut renuerit reformare, liminibus ecclesiæ ab ep̄o eiusdē loci prius arceat. Indigne em̄ ad altare dei properare permittitur, qui res ecclesiasticas audet inuadere, aut iniuste, id est, sine licentia ep̄i possidere, aut iniqua vel iniusta defensione in eis perdurat. Necatores etiā pauperum iudicādi sunt p̄fixo tenore, &, si nō emēdauerint vitiū, extirpādi. Debet tn̄ esse prouisio, vt vindictā admonitio manifesta p̄cedat, & res vsurpatas iniuste q abstulit, aut iniuste ablatas retinet, æquitate patrocināte legibus restituat. Quod si neglexerit, & necessitas cōpulerit, demū p̄donē sacerdotalis districtio maturata percellat. Neq; quisquā p * internas res deū defensare nitatur, quia dei potētia cunctorum regnorum terminos singulari dn̄atione cōcludit. Quod si p̄sumpserit, & ipsius offensam, & p̄dictæ dānationis periculū sustinebit. Cōpetitoribus etiā huiuscemodi frena districtionis imponimus, q facultates ecclesiæ

Alias, credita, alias, secutura alias, innocētia alias, nos

al', interna defensare

A ecclesiæ sub specie largitatis regiæ, vel cuiuscunq; ptãtis, improba subreptione prævaserint. Sera nãq; de his rebus pœnitudine cõmouemur, cũ iã transactis tpibus cõtra hmõi psonas, canonũ suffulti psidio, se sacerdotes dñi erigere debuissent, vt nõ mãsuetudo indulgentiæ ad similia ppetrãda improbo℞ audaciã adhuc qtidie prouocaret. Nũc tarde, iniuria℞ mole depssi, dãnis qq; dñicis cõpellentibus excitamur. Quod si is, cui res dei cõpetit, in aliis, q̃ vbi res agit, maxime solet territoriis cõmorari, sacerdotem loci ipsius, vbi habitat eps, illi hmõi prauitate cõtentus, neglectu psonæ literis instructũ reddat. Tũc antistes, ipsius fratris anxietate cõperta, aut peruasorẽ re℞ dñica℞ admonitione corrigat, aut ptexata canonica districtione condẽnet. Vnde & in canonibus in Gangrẽsi ecclesia apostolica authoritate cõditis, de fructuũ oblationibus, q̃ ministris ecclesiæ debent, & de his, q̃ in vsus pauperũ cõferunt, scriptũ habet. Si quis oblationes ecclesiæ accipere, vel dare voluerit pter epi cõscientiã, vel eius, cui huiuscemodi sunt officia cõmissa, nec cũ eius voluerit agere cõsilio, anathema sit. Et ite℞ in eodẽ concilio: Si quis oblatã deo dederit vel acceperit pter epm, vel eũ, qui constitutus est ab eo ad dispensandã misericordiã pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema sit. Valde iniquũ ergo, & ingens sacrilegiũ est, vt quæcunq; vel pro remedio peccato℞, vel salute, vel requie anima℞ sua℞ vnusquisq; venerabili ecclesiæ contu-

B lerit, aut certe reliquerit, ab his, quibus hæc maxime seruari conuenit, id est, Christianis, & deũ timẽtibus hoĩbus, & sup oĩa a principibus, & primis regionũ, in aliud transferri, vel cõuerti. Propterea, qui hæc non puiderit, & aliter, q̃ scriptũ est, pdia ecclesiis tradita petierit, vel acceperit, aut possederit, vel iniuste defenderit, aut retinuerit, nisi cito se correxerit, q̃ iratus deus aĩas percutit, anathemate feriat, sitq; accipiẽti & danti * & possidenti anathema, & institutæ pœnæ cõtuberniũ assiduũ. Nec aliquo se ante tribunal Chri obstaculo muniat, qui, a religiosis animabus ad substãtiã paupe℞ derelicta, cõtra fas sine aliqua pietatis cõsideratione dispergit. Ab vniuersis epis & pbris acclamatũ est, vt hæc penitus abscindantur, rogamus. Dictũ est quinquies. Vt hæc amputẽtur, pcamur. Dictũ est sexies. Vt res ecclesiæ, quibus traditæ sunt, intemerato iure seruent, rogamus. Dictũ est septies, Vt secundũ hoc, q̃d prosequuti estis synodali cõuentu, p oĩa fiant, vnanimiter deprecãtes, rogamus. Dictũ est octies, Vt in psumptorib⁹ vindicet, rogamus. Dictũ est decies, Vt disciplina seruet, rogamus. Dictũ est vndecies. Quę male admissa sunt p vos, corrigant. Dictũ est duodecies, Vt illicita facta amputent ita, vt deinceps nõ fiant, rogamus. Dictũ est tredecies, Vt apostolica ordinatio illibata seruet. Dictũ est quatuordecies. Dignus papa, q̃d nõ licet, nõ fiat. Dictũ est quindecies, Exaudi Christe, Symmacho vita. Dictũ est sexdecies, Vt canones custodiãtur, rogamus. Dictũ est quindecies, Vt ordinatio aplica seruet.

C Dignus papa, dignus doctor. Dictũ est. xix. Hęc oẽs vnanimiter cõfirmamus, & vt vnanimiter seruent, rogamus. Dictũ est. xx. Hæc tenẽda, hęc seruãda sunt. Dictũ est. xx. Per dñm Petrũ vt ppetuo seruent, rogamus. Dictũ est. xx. Qui hæc violarit in se, iuxta ptaxatũ modũ inueniat. Dictũ est. xx. Et facto silẽtio, Symmachus eps ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ dixit: Pręsentis diffinitiõis formã, q̃ iuxta sancto℞ patrũ est statuta snĩas, in oĩm ecclesia℞ notitiã peruenire decernimus, ne cuiq̃ pro sua possit ignoratione licere, q̃d non licet. Et q talia psumpserint, sciant se ptaxato cõdẽnatos esse modo. Similr & hoc ad omniũ ecclesia℞ notitiã vrã cũcto℞ exhortatione, & iudicio cẽsemus puenire, & ab oĩbus firmiter teneri, qa epo℞ res ecclesiæ nõ dubitant esse, si in eo℞ facultatibus simili fuerit crudelitate grassatũ, peruasores re℞ memorata℞ pdictæ canonũ districtionis feriant vindicta, vt q moribus propriis, ac nulla cõscientiæ castigatione corrigunt, saltẽ ecclesiasticæ & canonicæ vindictæ pfodiant aculeis. Generalr vero, quicũq; res ecclesiæ cõfiscare, aut cõpetere, aut peruadere periculosa, aut sua infestatione psumpserit, nisi se citissime p ecclesiæ, de q̃ agitur, satisfactionẽ correxerit, ppetuo anathemate feriat. Similr & hi, q res ecclesiæ iussu vel largitione principũ, vel quorundã potentũ, aut quadã inuasione, aut tyrãnica ptãte retinuerint, & filiis vel hæredibus suis (vt a quibusdã iã factũ audiuimus) q̃si hæreditarias reliquerint, nisi cito res dei, admoniti a pontifice agnita veritate, reddiderint, ppetuo anathemate feriant. Iniquũ eñ eẽ cẽsemus, vt potius custodes charta℞, q̃ defensores re℞ creditarũ (vt pceptũ est) iudicemur. Sanandũ est ergo hoc celerius, ne longius execrandus animis morbus inserpat, vt si medicus, cũ viderit huius terreni corporis aliquẽ esse languorẽ, magnũ suæ artis æstimat documẽtũ, si cito quis illius interuẽtu desperatus euadat, vel cũ postea vulnus aspexerit, adhibet fomẽta vel cætera, qbus illud posset, q̃d natũ fuerat vulnus, obduci, ac si id manẽs sanari non poterit, ne corpus reliquũ sua tabe corrumpat, ferro

16. q. 1. In canonibus.

Gang. cõc. c. 7. editiõis. 1.

Gang. cõci c. 8. edit. primę

alias, vel

16 q. 1. In canonib⁹. § Generalr vero.

amputet, q̃d nocebat, quo reliquũ integrũ & seruet intactũ. Præcidendũ id ergo est, quod velut puro sanoq; nimiũ corpori vulnus obrepsit, ne cũ tardius abstergit, in ipsis pene visceribus huius mali nõ * haurienda sentina cõfidat. Ferro em̃ abscidẽda sunt vulnera, q̃ fomenta nõ sentiũt. Simil' & illi extorres debẽt fieri ab ecclesia, q sacerdotali admonitiõe nõ corrigũtur, dicẽte dño: Auferte malũ a vobis. Vniuersa synodus surgẽs, acclamauit, Vt * ista fiant, rogam'. Dictũ ẽ octies. Ista seruent, p̃camur. Dictũ est decies, Vt in perpetuũ maneãt, & vestra authoritate firmentur. Dictũ est duodecies, Exaudi Chr̃e, Symmacho papæ vita. Dictũ est duodecies. Et facto silẽtio, Symmachus ep̃s ecclesiæ catholicę vrbis Romæ synodo p̃sidẽs, dixit: In hoc cognoscimus oẽs, qa deũ diligamus, si mãdata eius faciamus. Hæc est em̃ charitas dei, vt mãdata eius custodiamus, & mãdata eius grauia non sunt. Iustus est em̃ dñs & oĩa iudicia eius iusta sunt, atq; oẽs viæ eius misericordia & veritas & iudiciũ. In manu dei potestas terræ, cui execrabilis est oĩs iniquitas. In manu dei potestas hoĩs, & sup faciẽ scribæ imponet honorẽ suũ. Perdit deus memoriam superbo⁊, & * iniqua gerentiũ, & relinquit memoriã humiliũ & bono⁊ hominum. Hoc aũt pro certo habet oĩs, qui recte colit deũ, qa vita eius, si in probatione fuerit, coronabit, & si in tribulatione liberabitur, si vero in * correctione fuerit, ad misericordiã perueniet. Omne em̃, q̃d irreprehẽsibile est, catholica defendit ecclesia. Nõ licet ergo Imperatori, vel cuiq; pietatẽ custodiẽti, aliquid cõtra mãdata diuina p̃sumere, nec quicq̃, q̃d euãgelicis, propheticisq;, & apostolicis regulis obuiat, agere. Iniustũ em̃ est iudiciũ, & definitio iniusta regio metu, vel iussu a iudicibus ordinata nõ valet. Nec quicq̃, q̃d cõtra euãgelicã, vel propheticã, aut ap̃licã doctrinã, cõstitutionẽq; eo⁊, siue sancto⁊ patrũ actũ fuerit, stabit, & q̃d ab infidelibus, aut hæreticis factũ fuerit, oĩno cassabit. Nociua ergo sancti p̃decessores mei damnare confidẽter studuerũt, quo⁊ & pusillitas mea (licet impar & minima) pro suscepto tñ diuina dignatione ministerio pedissequa cupit existere. Væ em̃ erit nobis, q huius ministerij onus susceptũ habemus, si veritatẽ saluatoris nr̃i Iesu Chr̃i, quã apostoli p̃dicauerũt, p̃dicare neglexerimus. Væ erit nobis, si silẽtio veritatẽ oppresserimus, q erogare nũmularijs iubemur, id est, Christianos populos imbuere & docere. Quid in ipsius Chr̃i futuro dicturi sumus examine, si sermonũ eius veritatẽ cõfundimur p̃dicare. Quid erit de nobis, cũ de cõmissis nobis animabus, & de officio suscepto rationẽ iustus iudex Chr̃s deus nr̃ districtã exegerit. Ideo nos oportet semp nociua resecare, & auxiliante dño profutura erigere. Vnde obiurgãdo, hortãdo, suadẽdo, blandiendo, * cõsulendo prodesse, qbus possumus, festinemus. Lingua nostra bonis fomentũ fit, prauis aculeus, timidos retũdat, iratos mitiget, pigros exacuat, desides hortãdo succẽdat, refugientibus suadeat, asperis blandiat, desperatos consolet, vt, qa doctores dicimur, viã salutis gradientibus ostendamus. Simus in custodia vigilãtes, aditus cõtra hostis insidias soliciti muniamus, & si qñ ouẽ perditã de cõmissis gregibus error abduxerit, toto illã annisu ad caulas reuocare dñicas contẽdam', vt de pastoris noĩe, q̃d habemus, nõ suppliciũ, sed p̃miũ cõsequamur. Quia ergo in his oĩbus diuinę gratiæ adiutorio opus est, oĩpotẽtis dei assiduis p̃cibus clemẽtiã exoremus, q̃tenus ad hæc nobis operãda, & velle tribuat, & posse cõcedat, atq; in ea nos via cũ fructu boni operis, quã se pastor pasto⁊ esse testatus est, dirigat, vt sine quo nihil agere possumus, p ip̃m oĩa implere valeamus. Vniuersa synodus surgẽs, acclamauit: Placet oĩa, Vt p̃petua stabilitate firment, rogamus. Dictũ est octies. Et adiecit, Exaudi Chr̃e, Symmacho vita. Dictũ ẽ octies, Vt hæc intemerata seruent. Dictũ est decies, Vt ista intemerato iure custodiant, precamur. Dictũ est duodecies, Qui hæc sponte violauerit, p̃petuo anathemate feriat, rogam'. Dictũ est quindecies, Vt decreta nr̃a cõfirmes, precamur. Dictũ est decies & octies. Et facto silẽtio, Symmachus epũs ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ dixit: Acclamationes vestras, synodiq; iudiciũ p̃sentia gesta * suscipiant. Et adiecit, Ea, q̃ ad sopiendos veternosæ præsumptiõis errores, vel infensæ rebus ecclesiasticis ægritudinis morbos, qbus vniuersalis afficiebat ecclesia, deliberatio religioni cõgrua, paciq; cõstituit, firmitate perpete socientur, vt p̃stante deo, quẽ custodẽ re⁊ cõstat esse bona⁊, synodalis ordinatio vigeat, atq; oĩs qui sine p̃sonæ alicuius districtione * venire præsumpserit, indita superius districtione plectatur. Et subscripserũt, Celius Symmachus epũs ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ his cõstitutis synodalibus a me probatis, atq; firmatis, annuẽs subscripsi. Petrus epũs Rauẽnatis ecclesiæ his cõstitutis synodalibus a nobis probatis, atq; firmatis, annuẽs subscripsi. Innocẽtius Tiferninus, Felix Interãneñ. Seuerinus Tyndaritanus, Bonefacius Aquileieñ. Siluanus Veliterninus, Maximus Bleranus, Sebastian' Soranus, Aemilian' Vercelleñ.

Mercu-

Marginal notes: al. exhaurienda | 16 q. 1. Ferro abscin. | Deuter. 13. b & Esa. 1. e. & Osee. 14. a | al's, ita fiat | 1. Iohan. 2. a | 1. Iohan 5. a | Psalm. 14. 110 | Eccl. 10 a c | al's, iniquę agentium | al', correptiõe | Dist. 10. Non licet imp. | 11. q. 3. Iniustũ iud. Et in decr. libro⁊. 16 lib. 11. ca. 6 | Matth. 25. c | al's, cõsolãdo | al', suscipient. | al's, contrauenire

Section letters: D | E | F

A Mercurius Gabinatis, Maximus Ticineñ. Felix Atellanus, Cassianus Mutineñ. Rusticus Buxentinus, Cerētius Siculus, Propinquus Trebiatis, Stephanus Venusinus, Adeodatus Formianus, Laurētius Bobieñ. Bonefacius Camerinus, Fortunatus Fulginatis, Iustus Signinus, Mercurius Sutrinus, Vindemius Anteatinus, Stephanus Neapolitanus, Augustus Luparitanus, Hilarius *Tēpsanus, Valētinus Amiterninus, Maximianus Perusinus, Fortunatus Suessanus, Innocētius Ferētinatis, Iucūdus *Augustanus, Cōcordius Mesenatis, Tigridius Taurinatis, Vitalis Fundanus, Vitican⁹ Celineñ. Castus Portueñ. Iohannes Arimineñ. *Aristus Ostieñ. Proculeianus Sepinatis, Martyrius Terracineñ. Cādid⁹ Tiburtinus, Victor Luneñ. Aprilis Lateraneñ. Asterius Agnatis, Asellus Populonieñ. Grisogonus Albaneñ. Memor Canusinus, *Amādus Potētin⁹, *Colonius Foroclodieñ Romanus Numētanus, Elpidius Volaterranus, Vrsus Reatinus, Iohānes Thuritan⁹, Cresconius Tudertinus, Adeodatus Syluæ cādidæ, Innocētius Meuanatis, Venerius Poleñ. Iohānes Spoletanus, Rogatus Taurominitanus, Eustachius Cremoneñ. Seruus dei Veroneñ. Laurētius Bergomatis, Probus Camarineñ. Eucarpius Messaneñ. Dulcitius *sancti Antimi, Rufentius *Ignatinus, Leucadius *Melphiteñ. Serenus Nolan⁹, Euphrasius Laganieñ. Marcianus Esinus, Theoctistus Pessinūtis, Eutychius Traneñ. Elpidius Thermeñ. monasterij, Fortunatus Anagninus, Mysterius Amurij, Paschasius Vulturneñ. A

B quilas Eudoxiadis, Innocētius Forosimphronieñ. Cyriacus Trogmadeñ. Felix Nepesinus, Pius Petenisseñ. Longinus Oresteñ. Iohannes Nicopolitanus, Thalassius Cæsarieñ. Constātinus Meliteneñ. *Meonius Nysenus, Acatius Ariathirenus, Firminus Termus, Adonius Grauiscæ, Patricius Tyaneñ. Iohānes Arcis, Theodosius Nanzianzenus, Dorotheus Neocæsarieñ. Aristomachus *Coloneñ. Cyrus *Cysistreñ. Iohānes Sebastieñ. Cecropius Sebastopolis, Iohānes Polimonieñ. Gratidianus Cerassuntis, Atharbius Trapezuntis, Seleucus Amasenus, Iohānes Amyzoneñ. ¶ Sexta syñ. Rom. finit.

[margin: alias, Cupersaneñ. alias, Subaugustanus al. Ariston al. Amantius al. Calonicus al. Sabineñ al. Athineñ. al. Thinnieñ. al. Musonins al. Colacieñ. vl. Chologē. al. Cybistreñ.]

¶ Epistola eiusdē ad Laurentium Mediolaneñ. episcopum.

Dilectissimo atq; beatiss. fratri Laurētio Mediolanēsis ecclesię archiepō, Symmachus eps in dño salutē. Prodit religiosæ votū cōscientiæ mens laudibus deuota pontificū assertio ingenij est deo obsequētibus mācipare q̊d loquimur, in q̄rū preconijs forte angustus sermo *p̄fulget, imperitiā manifestat, tñ si abstineatur infantia, quis mēdicā narrationē æstimet, quā vota locupletāt? Sæpe in facūdiæ dotibus pauper inuenitur vena p̄dicantis, & ediuerso thesaurus cordis irradiat in egestate verborū. Qui vice dei iudicat, nō desiderat picta *alloquia, sed q̄ infucatus cōmendat nitor ingenij, quia in his etiā sine amore blandit eloquētia, in illis splendorē suū veritas nuda cō

C mendat. Sine faleris est omne, q̊d dictat affectatio. Ad vnguē fabricant illa, q̄ volumus nō tam speciem recti habere, q̄ similitudinem. Ad te, venerabilis mihi antistes, maxime sermo est, cui cū meritoꝝ testimonio virtus cœpit a vocabulo, in quo actus eloquitur, q nomen appellat. Prouida parētū diligētia tuoꝝ, prius te eligi voluit, q̄ probari. Te olim secularibus inhærentē titulis castrensis sudor excoluit, & ad ecclesiæ gubernacula pars aduersa solidauit, sicut dominus loquitur *per prophetam. Qui in minimo fidelis, & in magno fidelis est. Te sacrū iudex & consilij comitē meruit & laboris. Bene venerandis initiandus altaribus & in laica cōuersatione q̊d sacrū esset elegisti. Tu pudicitie in illa ætate custos iuuentus es, in qua & lex obsequit desiderijs. Satis em̄ est pueritiæ ambitū, quā *licētia fulcit, horreri, Christus milites suos, q̄s in personā ducis attollat, inter acies quærit hostiles. Ascitus, ecclesiæ pontificē actibus implesti ante tp̄a dignitatis. Non fuit aduena benignitas, q̄ naturæ innixa radicibus, de cano flore germen ostēdit. Tēporale em̄ est omne, q̊d fingit, perpetuū, q̊d cū ætate maturescit. Non tibi sacerdotiū rē doni credimus euenisse, sed præmij. Alij vulgari gratia lenocināte cōmendant, tibi rigida circa culpabiles districtio dedit affectū. Manet *te singularis sapientia, q̄ licet generaliter optāda est, tñ existit in magistro necessaria. Frustra monitoris personā suscipit, q impacti non p̄ualet æstimare pondus officij, *Vilissimis cōparādus est, nisi p̄cellat sciētia & sanctitate, q est honore p̄stātior. Dedit tibi apicē res iudicij, non fauoris. Dignus pontifice amor est, quē cēsura conciliat. Deuenustat institutoris geniū, qui p solā grām vult placere. Tu his eruditus & formatus cœli beneficijs, plus agēdo populū instituēs, q̄ *docēdo. Illa monita discipuloꝝ cōscientiā erudiunt, q̄ *probātur exēplo. Sine pudore inuitat ad innocentiā, qui illā fuerit ipse sectatus. Te inter secreta penetraliū quasi testē metuūt, qui peccare disponūt. Nascentibus culpis metus, & reuerētia tua negat effectū. Qui inter exordia occurrit vitijs, & occasionē lapsuū

[margin: alias, vulget al. colloquia. Luc. 16. c alias, in euangelio, quia in prophetis nō reperitur alias, licentiæ alias, tibi als, vilissimus cōputandus alias, loquēdo alias, p̄bent]

adimit, & concupiscẽtiæ purgat authorẽ. Hæc beatitudini tuæ quasi strictim pro linguæ meæ cõmendatione dedicaui, si pcibus tuis vitæ successus arriserit, gestorũ tuorũ plena me *relatione consecrabo, vt quæ vniuersis nota sunt, mansuris in posterum literis seruentur, quatenus gaudeat ætas sequutura.

al. reuelatiõe

¶ Epistola eiusdem ad Liberium Patricium.

SYmmachus epũs ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ Liberio Patricio salutẽ. Cũ pro venerãda religione cõscientiæ verba dirigitis in Aquileiensis electione pontificis, & diuinis initiata lingua cultibus militat consecrãdo, in * ignoti nos diligẽtia sermonũ vincula tenuerũt, quia nihil superat * diuitijs, quoties aliqd probatus extulerit. Quid enĩ *sententiæ sequaciũ derelinquat, qñ *iustitiæ obsequit, cuius in examẽ definitio nõ vocat? Agitis bono cõscientiæ, q̃d vr̃o vix negaret imperio. Exhibuit inter arbitros Marcellini venerabilis collegã Maximus hominũ humilitate sublimior, & ne potestati fauor p obliquos asscriberetur interpretes, q̃d de proprio decerpsit ingenio, laudati iunxit ad ptium. Egistis mediocrem, ne pcelsi esset suspecta pdicatio, clarissimorũ testimonia, vt vires accipiant culmina, castigãtur. Felix sacerdotiũ, cui faciẽ prætulit plena mens luminis. Beata conuersatio, quæ idcirco in discussionẽ deducta est, vt tanto viro astipulãte superaret, quæ nõ didicisset saporẽ victoriæ, nisi subiacuisset incertis. Semp innocẽtibus gloriã aduersa pepererunt, prouidet defensores fortissimos mediocris impugnatio. Sed quid epistolæ terminos loquacitate produxi, coactas lege paginas in humana cõcinnatione trãsgressus? Iungo & ego * amplissimis partibus vestris pro modulo exiguitatis propriæ vobis cœlo obsequente cõsensum, & q̃d mirabile inter hoĩes habet, consideratione vestri attrahor ad amorem. Inspirata mihi p alterũ placet affectio, dũ manet charitas imis inserta visceribus. Peregrinãte psona comitẽ se tñ cœlestis gr̃a desiderijs iungat, & dũ cupitis datur effectus, aut veniat bonũ pontificatus, aut faciat. Data. xviij. Kalend. Nouembriũ die, indictione octaua.

alias, ignota
alias, iudicijs
alias, sñia
alias, iustitia
alias, amplissimi

¶ Epistola Symmachi papæ ad clerum Dardaniæ &c.

PResbyteris, diaconibus, archimãdritis, & cũcto ordini plebeio, p Illyricũ & Dardaniã & Daciã cõstitutis, Symmachus eps Roman[9]. Nullus stupeat, seruatũ hactenus nos nũc soluisse silentiũ, cũ prudẽtissimi Solomonis ista vox personet: Tẽpus tacendi, & tẽpus loquẽdi. Quod taciturnitatẽ pñtis tẽporis expugnãs, inter ea, q̃ accidũt nũc silere me fidei stimulis excitatũ, magni cõstat eẽ fastidij. Quippe vbi religionis reuerẽtia & summa concutit, aptũ iuxta diuinã scripturã dicere, eos, qui mites sunt, debere esse pugnaces, si quidẽ spiritalis. q̃ est & deo accepta cõgressio, vniuersa laudabiliter tolerat, ne quisq̃ a diuina charitate separet. Sed non congruum est, illis religiosa offerre dogmata disciplinæ, a quibus institutionis ipsius expectatur plena perfectio. Sed breuiter clara perstringemus. Cui incognitũ, Constãtinopolitana ecclesia qua Nestorij contagione laborauerit? Nestorij inquã, qui quasi putre corporis membrũ a societate catholicæ cõmunionis excisus est, vbi terrarũ prædicatur congregatio Chalcedonensis sancta concilij, quæ Eutychen, Dioscorũ, duo nomina famosa, & magnæ perfidiæ, vnius sententiæ integritate damnauit, iniquitatis complices, & vno spũ diuinis dogmatibus aduersarias pestes. Quis Petrũ & Timotheum pfatorũ vernulas ignorauit propugnatores intentionis addictæ, & authores ac ministros suos sæuo errore vincentes? Illũ Timotheũ loquimur parricidã, qui sanctæ recordatiõis Proterij superstitis, nõ solũ ecclesiã nõ religiosis authorib[9] occupauit, verũ etiam effusionem pij sanguinis ad crimen persuasionis adiecit. Ipsius nempe damnationem vniuersalis est ecclesiæ vox loquuta, dum eum nomine quoq̃ Christiani honoris exuerit. Cuius Petrũ sequacem notũ fecerũt orthodoxorum plurimæ passiones, in quib[9] ille virtutem animi sui exultauit ostendere. Nouit Ephesus cum tota societate Dioscori, vbi cũ proprij amore peccati finem sancti Flauiani operatus innotuit. Tacẽda sunt Antiochiæ mala, vbi per alterius Petri nefanda ludibria reuerendũ sacerdotij nomẽ irrisum est. Quis Apameæ Ethyrij gemitus, tragicis criminibus comparãdos vel si solis vacet, digna possit lamẽtatione deflere? Quid de Acacio? quę de bonis suis fascino quodã grauatis basilicis coimperãte pmiserat, nouo exemplo pœnæ deprehẽsus est, aduersus seipsum dicẽs sententiã, illos mutata voluntate defendẽs, quos prius gloriosum putauit addicere, & laborans sociare fidelibus, quos dudũ hæreticos manifestæ puaricationis ostẽderat, propter quos maxime fugiendus, & designato superius damnatorũ agmini coæquandus ille, propter quæ fidelis probatus est esse, dissoluens, & permixtus his, per quos ecclesiæ læsio generā-

Eccles. 3. b

A neralis euenit. Aduersum hos si patrum dogmata ratio suadet esse seruanda, cogitate, si possunt maiore trasgressione calcari, quàm nunc per eos, q in partibus vestris Eutychetis dogmata recidiua resuscitant. Si vero tanquam infirmæ constitutæ sententiæ sine periculo negligantur, citra vllum ruborem credulitatis nostræ summa subsistit, semper succedentibus nobis vetera constituta soluentibus. Quando em̃ paternarum regularum despiciuntur inuenta, nec eorum, quæ bene instituta sunt, firmitas vindicatur. Huiusmodi impietatem necesse est fidei semper venire. Nam vbi facilis dissolutio est rationabilis constituit, ibi omnis sanctitatis forma corrumpitur. Christus impetitur, & quis hoc fidelium patienter accipiat? Instituta patrum reuerenda calcantur, & quis non vitæ mortem iusta electione præponat? Vbi catholicæ fidei adoranda reuerentia, vbi multorum ore sanctorum dogmata constituta, vbi doctorum veterum fidelis authoritas, vbi illa religiosarum mentium stupenda patientia, proprijs bonis contenta, nuda videtur spe æternæ hæreditatis excidere, quasuis ambiens passiones, ne incorruptibilis illius boni iudicaretur indigna. Nam nulla maiora documenta sunt fidei, quàm vbi temporis ratio suadet, vitam subdere passioni. Et ideo, q pro ea periculum persecutionis obire meruerit, dignum se cœlestẽ ostendit esse militem. Christus vos pio sanguinis sui pretio comparauit, gratiæ libertate concessa,

B nihil inueniẽtibus humanis operibus, quod dignum pro tanta mercede tribueret. Atque ideo, vbi religionis iniuria est, amore fidei omnem transcendere oportet affectum. Vnusquisque ergo exilia & peregrinationes tanquam domum patriãq; respiciat, ne desiderijs retentus humanis, Chr̃i societate priuet. Ecce tp̃s, quo repetit fides milites suos, & inclamat ad defensionem sui feruorẽ gratiæ consequutos. Fidem ipsam dicere iudicemus. Ecce tempus optabile, ecce fructum congregatio desiderata fidelium, vt paruis passionibus munera magna compenset. Pluribus charitatem vestram, pro dispensatione nobis credita, cuperemus hortari, sed quid opus nostræ vocis stimulis, vbi ad tolerandas pro Chr̃o magnanimiter passiones apostolicis patrum docemur exemplis, quæ per damnum humanarum rerum cœlestium vobis ostendunt augmenta virtutum? Ergo pronuntiemus inter alia, & dicamus cum sancto Dauid: Quàm bonum & quàm iucundum, habitare fratres in vnum, vt & de vobis apostolus Paulus dixerit, vos autem fratres in Christo vnum estis. Dum hæc enim vnitas ista non reducat, nullus ambigat, eadem nihilominus esse ventura, quæ in Constantinopolitana nuper ecclesia contigerunt, de quibus pariter mihi, ingemiscere necesse est, & tacere. Nam qui apostolicæ sedis admonitionem negligendam esse crediderunt, merito inciderunt in ea, quæ venire solent solatio destitutis. Si quis ergo salutem propriam cogitans, seruare cupit apostolica iudicia, cum se a præfatorum scelere seiunxerit, nostræ communionis se nouerit sine dubitatione participem. Quia qui se ab eorum, quos apostolica sedes damnauit, societate non remo-

Psalmo.132.
Galat.3.d

C uerint, sciant nullo colore, nullo figmento, nulla calliditate se ecclesiasticæ custodiæ posse subripere, Quia sicut illos, qui a supradictorum, hoc est, Eutychetis, Dioscori, Timothei, Petri, & Acatij se venenis dissociant, amplectimur, ita nostra circa istos cura & solicitudo, ne subripere possint, semper inuigilat. Deus vos incolumes custodiat, charissimi fratres.

CONCILIVM ILERDENSE CIRCCA TEMPORA SYMMACHI PAPÆ, VEL HORMISDÆ.

ILerdæ ciuitatis meminit Ptolomæus in sua Geographia lib. ij. ca. vi. tit (Iuxta exemplar recẽtius impressum) Narboneñ. situs, vbi ita scribit: Et post hos etiam Ilergetes, in quibus sunt ciuitates Bergusia &c. Ilerda. Et Plinius in historia naturali, libro tertio, capite tertio, tit. Hispania citerior, inquiens: Ex his ciuium Romanorum &c. Ex Colonia Calaguritanos, qui Nascici cognominantur. Ilerdeñ. Surdaonum gentis, Iuxta quos Sycoris fluuius. Et Antoninus in itiner. tit. Iter de Italia in Hispanias, Mediolano, Vapingo, trãs alpes Gottias &c, Barcinone, Stabulo Tarracone, Ilerda. Itẽ idem tit. Iter ab Asturia Tarracone &c. Bellisono &c. Ilerda.

CONCILIVM ILERDENSE VIII. EPISCNPORVM, habitum anno.xv.Theodorici regis,viij. Idus Augusti.

¶CAPITVLA CONCILII ILERDENSIS.

Capitulum Primum.

DE his clericis,q in obsessiõis necessitate positi fuerint, id statutũ est,vt q altario ministrãt,& Chr̃i corpus,& sanguinẽ tradũt,vel vasa sacra officio deputata cõtrectãt,vt ab om̃i humano sanguine, etiã hostili se abstineãt. Quod si in hoc inciderint,duobus annis tam officio, q̃ cõione corpis dñi priuent͂, ta, vt his duobus annis,vigilijs,ieiunijs, orõnibus, & eleemosynis pro viribus,quas dñs donauerit,expient͂, & ita demũ officio,vel cõioni reddãt͂,ea tñ rõne,ne vlterius ad officia potiora prouehãtur.Quod si * in definito tempore negligẽtiores circa salutẽ suam extiterint,protelandi ipsius pœnæ tempus in potestate maneat sacerdotis.

Distin.50.De his clericis,q in obsessia.

als,infra p̃fiₐnitum tẽpus

II Hi vero,q male cõceptos ex adulterio fœtus,vel æditos necare studuerint,vel in * vẽtribus matrũ potiõibus aliq̃bus colliserint,in vtroq; sexu adulteris,post septem annoꝝ curricula cõio tribuat͂,ita tñ vt omni tp̃e vitæ suæ fletibus,& humilitati insistãt. Si vero clerici fuerint,officium eis ministrandi recuperare non liceat,attñ in choro psallentium a tẽpore receptæ cõionis intersint.Ipsis autem veneficis in exitu tantum (si facinora sua om̃i tempore vitæ suæ defleuerint) communio tribuatur.

alias,veris

III De monachis id obseruari placuit,q̃ synodus Agatẽsis noscit͂ decreuisse,hoc tm̃modo adijciẽdo,vt cũ pro ecclesiæ vtilitate aliquos ep̃s probauerit in clericatus officio promouẽdos, cũ abbatis volũtate debeãt ordinari.Ea vero,q̃ in iure monasterij de facultatibus offerunt͂,in nullo diocęsana lege ab ep̃is cõtingant͂. Si aũt ex laicis qsq̃ a se factã basilicã,cõsecrari desiderat,nequaq̃ eam sub monasterij specie,vbi cõgregatio non colligit͂, vel regula ab ep̃o non constituitur,a diocœsana lege audeat segregare.

Ca.27.cõcilij Agathẽn. 16.q.1. Cũ p̃ vtilitate 10.q.1.Si ex laicis quispiam

IIII. De his,q se incęst⁹pollutiõe cõmaculãt,placuit,vt q̃usq; i ip̃o detestãdo,& illicito carnis cõtubernio p̃seuerãt, vsq; ad missam tm̃ catechumenoꝝ in ecclesia admittant͂, cum quibus etiam nec cibum sumere vllum Christianorum (sicut ap̃lus iussit)oportet.

35.q.2.&.4. De his,q incęsti.Incestũ ti, vel icest⁹,tu:, 1 Corꝝ.5.d

V Hi,q altario dei deseruiunt, si subito in flenda carnis fragilitate corruerint,& dño respiciẽte,digne pœnituerit,ita vt mortificato corpore cordis cõtriti sacrificium deo offerant,maneat in potestate pontificis,vel veraciter afflictos nõ diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore ab ecclesiæ corpore segregare,ita tamen,vt sic officioꝝ suoꝝ loca recipiant,ne possint ad altiora officia vlterius promoueri.Quod si iterato,velut canes ad vomitum,reuersi fuerint,& veluti sues in volutabris luti iacuerint, nõ solum dignitate officij careant, sed etiam sanctam communionem nisi in exitu non percipiant.

Dist.50.Hi q altario sc̃tõ,& 15.q.8 Hi qui altario dei

VI Qui pœnitenti viduæ,vel virgini religiosæ vim stupri intulerit,si se ab eo sequestrare noluerit,pariter a communione Christianorum,& consortio segregentur. Si vero illa,quæ vim pertulit,ad sanctam religionem redierit, in illo solo sententia excommunicationis teneatur,quoadusq; publice pœniteat.

VII Qui sacramento se obligauerit, vt litigans cum quolibet,ad pacem nullo modo redeat,pro periurio,vno anno a communione sanguinis,& corporis dñi segregatus,reatum suum eleemosynis,fletibus,& quantis potuerit,ieiunijs absoluat. Ad charitatem vero,quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter venire festinet.

22.q.4.Qui i sacro se obli.

1.Petri.4.b

VIII. Nul

A VIII Nullus clericorum seruum, aut discipulum suum ad ecclesiam confugientem, extrahere audeat, vel flagellare præsumat. Quod si fecerit, donec digne pœniteat, a loco, cui honorem non dedit, segregetur.

IX De his, q in præuaricatione rebaptizati, sine aliqua necessitate, vel tormẽto delapsi sunt, placuit, vt circa eos illa Nicenæ synodi statuta seruẽtur, quæ de prȩuaricatoribus *censita esse noscunt, id est, vt septẽ annis inter catechumenos orent, & duobus inter catholicos, & postea moderatiõe, & clemẽtia epi fidelibus in oblatiõe *eucharistiæ cõicent.

X Qui, iubente sacerdote, pro quacunq; culpa ecclesiam exire contempserit, pro *noxa contumacie tardius recipiatur ad veniam.

XI Si q clerici in mutuam cædem proruperint, prout dignitas officiorum in tali excessu contumeliam pertulerit, a pontifice districtius vindicetur.

XII Qui cõtra decreta canonum indiscrete clericos vsq; nunc ordinauerunt, eis dñs, vel sancta & ecclesiastica charitas ignoscat. Amodo vero si in tali ausu proruperint, decretum canonum, quod circa eorum personas statutũ est, id est, vt nullum ordinare iam audeant, obseruetur, vel, qui deinceps ordinati fuerint, deponantur. Hi vero, qui tales hactenus ordinati sunt, nullo tempore promoueantur.

B XIII Catholicus, qui filios suos in hæresi baptizandos obtulerit, oblatio illius in ecclesia nullatenus recipiatur.

XIIII Cum rebaptizatis fideles religiosi nec in cibo participent.

XV Familiaritatem extraneaꝝ flieꝝ licet ex toto sancti patres antiqs monitionibus prȩceperint ecclesiis euitandam, id nunc tamen nobis visum est, vt q talis probabitur, si post primã, & secundã cõmonitionẽ se emendare neglexerit, donec in vitio pseuerat, officij sui dignitate priuet. Quod si se (deo iuuãte) correxerit, sancto ministerio restauret.

XVI Licet de re hmõi, quam constituere salubri ordinatione decernimus, prisca authoritas canonum nequaq̃ siluerit, sed euidenti sanctione præceperit, vt, cuiuscũq; ecclesiæ põtifice defuncto, nõ passim pro libitu suo in eaꝝ reꝝ direptionem, quas obiẽs dereliquit, quisquam irruat, domumq; subuertat, sed sacerdos, q exequiaꝝ tempore est, ea oĩa, quæ ad vtilitatem, & conseruationem pertinent, debeat diligenti circumspectione munire, tamen qa ipsa sanctio (quod peius est) a multis clericis nunc cognoscitur violari, ita, vt * non iubẽte sacerdote, expectorato affectu, totaq; disciplinæ sȩueritate posthabita, immaniter, quæ in domo pontificali reperiunt, inuadunt, & abradunt, ideo nunc hæc huius placiti constitutione inter nos *censoria placuit custodiri, vt defuncto antistite, vel etiã adhuc in supremis agente, nullus clericoꝝ cuiuslibet ordinis, officij, gradusve sit, quicq̃ de domo C præsumat vel quod de vtilitate instrumenti domus eẽ agnoscit, id est, mobilis, & immobilis rei ecclesiasticȩ conetur inuadere, nihil furto, nihil dolo supprimens, auferens, atq; abscondens, sed is, cui domus commissa est, subiunctis sibi cum consilio vno, vel duobus fidelissimis clericis, oĩa vsq; ad tempus pontificis substituendi debeat conseruare, & his, q in domo inueniunt, clericis consuetam alimoniam administrare. Substitutus autem antistes susceptæ sedis commoda ordinabit, velut deus imperabit, vt eis vti cum his debeat, quos cognouerit disciplinæ, & charitati prædecessoris sui fidelr paruisse. Quod si qsquam post hæc cuiuslibet ordinis, (vt superius dictum est) quacũq; clericus occasione de omni facultate q ppiam probatus fuerit abstulisse, vel forsitan dolo aliquo suppressisse, reus sacrilegij prolixiori anathemate condemnet, & vix quoq; peregrina ei communio concedatur, qa durum est, vt hi, quos constat in seruitio dñi, cum primæ sedis antistite desudasse, ab his, q suaꝝ rerum incubitatores, * atq; vagantes fuisse noscuntur, despecti aliquatenus crucient. Sergius in Chrĩ noĩe epũs has constitutiones, secundum quod nobis cum fratribus, deo inspirante, complacuit, relegi, & subsc. Iustus in Chrĩ noĩe subscripsi, Iohannes in Christi nomine epus subscripsi. Petrus in Chrĩ noĩe epũs subscripsi. Marulio in Chrĩ nomine eps subscrip. Taurus in Chrĩ nomine epũs, subscripsi. Febrorius in Chrĩ nomine episcopus, subscripsi. Gratus in Chrĩ nomine episcopus, directus a domino meo Stephano episcopo, his constitutionibus interfui, & subscripsi.

17.q.4.Nulli clericoꝝ seruum, & ĩ dec. Iuo. libr. 2 Ca. 11. Nicenȩ synodi

alas, constituta

alias, euchari stia

11 q.3. Quiiu bẽte sacerdo.

alias, cõtumeliæ noxa

alias, *cũ obeunte

12 q.2, Hæc huius placite

alias, censura

alias, vel vtilitatibus seruientes, atq; vagantes

EX GRATIANI DECRETO, QVATVOR CApitula desumpta de Ilerdẽ. concilio, & similiter Iuonis.

PRIMVM.

In diebus quadragesimȩ nuptias celebrare non licet.

Non opor

33.q.4. Non oportet i.lxx Et in dec.Iuonis lib.6

Non oportet a.lxx.vsq; in octauam Paschę, & tribus hebdomadibus ante festiuitatem sancti Iohannis Baptistę, & ab aduentu dñi vsq; post Epiphaniã nuptias celebrare. Quod si factum fuerit, separentur. D

SECVNDVM.

Non prohibetur, a sacris ordinibus q a medicorum incisione claudus efficit.

Dist.55. Si qs in infir. Et in dec.Iuo.lib.2

Si qs in infirmitate positus clericus, medicorum incisione claudus efficitur, promoueri ad sacros ordines eum, non denegamus.

TERTIVM.

De purgatione clericorum si conuinci non potuerunt.

2.q.4. Pbr si a plebe, & in dec.Iuo.lib.5

Si qs pbr, a plebe sibi cõmissa, mala opinione infamatus fuerit, & epus legitimis testibus approbare non potuerit, suspendat pbr vsq; ad dignam satisfactionem, ne populus fidelium in eo scandalum patiat. Digna em satisfactio est, si eis, a qbus reus creditur, post rectam securitatem de imposito crimine innocẽs esse manifestetur. Quod ita a nobis, & a maioribus cõstitutum esse docet, si siue secũdum canones, siue ad arbitriũ epi, sibi collegas septem adiũgat, & iuret in sacro coram posito euãgelio, quod eum sancta trinitas, & (hřus filius dei, q illum fecit, & docuit, quod euãgelium cõtinet, & sancti quatuor euãgelistæ, q illud scripserũt, sic adiuuẽt, quod ille pnoiatam actionẽ ita nõ ppetrarit, sicut ei de illo oblatũ est. Et in hac satisfactiõe purgatus, secure deinceps suũ exerceat ministeriũ. Quã satisfactionẽ nõnulli pcedẽtium patrũ, S. Leonẽ papã in basilica S. Petri apli, corã reuerend. Cæsare Carolo, ac clero, & plebe, ita fecisse cõmemorãt, atq; ita mox venerãdum principem cõtra eiusdem sancti papæ aduersarios dignæ vltionis vindictam exercuisse. E

QVARTVM.

Ad baptizãdi officiũ, & ad vestimẽta altaris lauãda, sacerdos ppria debet hře vasa.

De cõs.dist.4 Omnis pbr. q fontem.

Omnis pbr, q fontem lapideum habere nequerit, vas conueniens solummodo ad baptizandi officium habeat, quod extra ecclesiam non deportetur. Silr ad corporale lauãdum & ad pallas altaris, propria habeantur vasa, in q bus nihil aliud fiat.

¶ Ex decr. Iuo. lib. vij. Et ex. vij. lib. vetusti codicis, librorũ. xvi. numero. v.

Vt duobus vel tribus testibus testimonium dicentibus consanguinei separent.

Deut.19.d, & 17.b. Et Mat. 18.b. Et 2. Corinth. 13.a.

Vt omnis controuersia, quæ de ecclesiasticis rebus fit, secundum diuinam legem sub duobus vel tribus testibus terminet, testis est dñs, cum dicit: Non vnus stet contra alium, sed in ore duorũ vel trium testium stet omne verbum.

¶ Decreta duo Ilerdeñ. concilij, quorũ primum desumptum est ex vetusto codice librorum. v. ca.] cxxxiiij. libri secundi.

Epi, presbyteri, diaconi relicta, si maritum acceperit, in fine non communicet.

¶ Decretum. II. desumptum ex libr. ix. libri. xvi. librorũ ca. iiij.

Vt in Christianorum nuptijs non saltetur.

Quod non oporteat Christianos euntes ad nuptias plaudere, vel saltare, sed venerabiliter cœnare, vel prandere, sicut Christianos decet. F

CONCILIVM VALENTINVM HISPANIAE, CIRCA TEMPORE Symmachi papæ, vel Hormisdæ.

HVius ciuitatis Valẽtine meminit Ptolo. lib. ij. ca. v. tit. Hispania Lusitania, Valentia ciuitas Contestanorũ. Et Pli. lib. iij. ca. iij. tit. Hispania citerior, vbi dicit: Contestaniæ finis regio Editana, amœno prætendente se stagno ad Celtiberos recedens Valentia Coloniam, tria milia passuum a mari remota. Et Antoñ. in itiner. tit. Iter ab Arelato Narbone, Inde Tarracone. Inde Carthagine &c. Inde Castulone &c. Sacundum, Valentia, Sucronem.

¶ CAPITVLA CONCILII VALENTINI Hispaniæ, circa tẽpora Symmachi vel Hormisdæ.

De vagis

A De vagis & inobedientibus clericis v.
Vt clericum alienum nullus ordinet, nec sit clericus, qui non spondeat locum, vbi sit delegatus. vi.

CONCILIVM VALENTINVM SEX EPISCOporum, habitũ anno. XV. Theodorici regis.

Capitulum Primum.

ANno quintodecimo Theodorici regis, sub die * secũdo nonas Decembris [alias, pridie Nouembris.] in noĩe dñi nostri Iesu Chr̃i Valentino in concilio congregati, dum ecclesiasticas regulas tractaremus, antiquos canones relegẽtes, inter cætera hoc esse censuimus obseruãdum, vt sacrosancta euãgelia, ante muneꝝ illationẽ * in [al. vel missam] missa catechumenoꝝ, in ordine lectionum post legant, quatenus salutaria Præcepta dñi nostri Iesu Chr̃i, vel sermones sacerdotis, nõ solum fideles, sed etiam catechumeni, ac pœnitentes, & oẽs, q̃ ediuerso sunt, audire licitum habeant. Sic eñ, pontificum prædicatione audita, nonnullos attractos ad fidem euidenter scimus.

II Hoc etiã placuit, vt ep̃o ab hoc seculo iubente dño accersito, clerici ab omni oĩno suppellectili, vel quæcunq; sunt in domo ecclesiæ, vel ep̃i, in libris, speciebus, vtensilibus, vasculis, frugibus, gregibus, animalibus, vel omni oĩno re rapaces manus abstineant, & nihil latronum more diripiant. Qui si nec canonum authoritate prohibiti fuerint, oĩa, quę puaserint, metropolitani vel oĩm comprouincialiũ sacerdotum districtiõe coacti, in pristinum statum redintegrare cogant, vt nihil antistiti, vel dispensatori futuro necessarioꝝ sub hac iusta cõstitutione depereat. Quod vt confidẽtius iustitia manẽte, seruet, scdm Regiensis synodi constituta, ep̃o e corpore recedẽte, vicinior illi accedat ep̃us, qui, ex more exequijs celebratis, statim ecclesiæ ipsius curam districtissime gerat, ne qd ante ordinationem futuri pontificis, * remanẽtium clericoꝝ subuersioni, vel direptioni iam liceat, ita vt directis hoĩbus inspectio certior, & descriptio fidelissima (si fieri põt) intra octauas defuncti, sub diligentia præsentis ep̃i peragat, ac dehinc ad metropolitani notitiam habita ordinate descriptio deferat, vt eius electione talis persona ordinandæ domui ecclesiasticæ procuretur, quæ, vel cõsueta clericis stipendia dispenset, & creditaꝝ sibi rerum (si forsitã tarditas in ep̃o ordinãdo successerit) metropolitano congruis tp̃ibus reddere possit rõnem, vt sub hac salubri constitutione clerici stipendijs suis oĩno contenti, labores non diripiant ep̃i decedentis, & in vacuam ecclesię domum futurus pontifex non sine dolore succedat, sed magis de prædecessoris sui dimisso, possit & ipse gaudere & alijs ministrare. [Ca. r. Regiens. synodi] [alias, hiãtium]

III Simili quoq; modo parẽtibus, & propinqs decedentis ep̃i, si intestatus obierit, denũtiet, vt sine metropolitani, vel cõprouincialiũ sacerdotũ cõscia nihil de reb⁹ defuncti occupare ptentẽt, ne forte cũ hæreditarijs rebus etiã aliqua ad ecclesiã ptinentia vel pmixta vsurpẽt, sed vsq; ad ordinationẽ futuri expectẽt antistitis, aut certe (si longũ fuerit) ad metropolitani (vt dictũ est) ordinationẽ recurrãt. Si qs aũt * cõtemptor diuini timoris contra hæc sancta synodica clericus qsq; vel laicus venire improba mente tẽtauerit, & cõione, & cõsortio priuet ecclesiæ, qa durũ est, vt ad illã cõueniat, quã expoliare nõ metuit, nisi forte, spũ meliore correptus, dum a psumptiõe cessauerit, recuperet indulgẽtiam. Si aũt rõnabiliter, modesteq; vnusqsq; repetit, quod sibi iure debet, ei absq; aliqua animaduersione a metropolitano, vel cui iniunxerit, aut res, aut rõ non neget. Hoc etiã canone oẽs sunt constringendi, q tam in pręteritum, q̃ in futuꝝ, res ecclesiæ, vel ep̃i vsurpantes diripuerint. [ali. immemor] [alias, defuncti moris]

IIII Illud etiam prouido cõcilio decretum est, vt, quia sępe sanctoꝝ antistitum p absentiam cõmendatoris ep̃i exequiæ differunt, ita vt venerãda pontificis membra, dum tardius funerant, iniuriæ oĩno subiaceant, ep̃us, qui post mortẽ fratris ad sepeliẽdum eum solet inuitatus occurrere, infirmũ magis, & adhuc in corpore positum, admonitus visitare non differat, vt aut de reuelatiõe cõsacerdotis amplius gaudeat, aut certe de ordinatiõe domus suæ frẽm admoneat, eiusq; probabilem voluntatẽ in effectum trãsmittat, ac recedẽtem a seculo post oblatum in eius cõmendatiõe sacrificium deo, mox sepulturæ tradat diligẽtissime, & superi⁹ cõstituta canonice nõ differat adimplere. Si aũt antistes repẽtino obitu decesserit, & collimitanei sacerdotes (vt fieri solet) de longinquo minime adesse potuerint, vno die tm̃ cum sua nocte, exanimatũ corpusculum sacerdotis maneat, nec sine fratrum, ac religiosoꝝ frequentia, vel psallentium excubatione seruatum, a pbr̃is cum omni diligẽtia in loco conditum seorsum, nõ statim humet, sed honorifice cõmendet, donec sine mora inuitato vndecũq; pontifice sacerdotis corpus ab ipso (vt condecet) solẽniter tumulet, vt & iniuriæ tollat occasio, & mos antiquus in sepeliendis sacerdotibus obseruetur.

V. Hoc

V Hoc etiam placuit, vt vagus, atq; instabilis clericus, siue etiã in diaconi ministerio, vel pbri officio cõstitutus, si epi, a quo ordinatus est, præceptis nõ obedierit, vt in delegata sibi ecclesia officiũ depẽdat assiduũ, quousq; in vitio pmãserit, & cõione, & honore priuet.

VI Vt nullus alienum clericum, secũdum decreta canonum, sine cõsensu epi sui audeat ordinare, sed nec vllum sanctorum sacerdotum qspiam ordinet, q localem se futurum primitus non spoponderit, vt per * hæc nullus a regula, vel disciplina ecclesiastica deuiare permittatur impune. Celsiuus in Chri nomine epus subscripsi. Setabius epus subscripsi. Benagius episcopus subscripsi. Ampelius epus subscripsi. Sallustius archidiaconus, vicarius dñi mei Marcelli epi, subscripsi. ¶ Finit Concilium Valentinum.

alias, hoc

D

HORMISDAE PAPAE

VITA, EX LIBRO PONTIFICALI.

Hormisda natione Cãpanus, ex patre Iusto, de ciuitate Frusinona, sedit annos. viij dies. xvij. Fuit autẽ tpibus Theodorici regis, & Anastasii Augusti, à consulatu Senatoris, vsq; ad cõsulatũ Symmachi & Boetij. Hic cõposuit clerũ, & psalmis erudiuit. Hic fecit basilicã in territorio Albanensi, in possessiõe Mesontis. Eodẽ tẽpore ex cõstituto synodi misit in Græciã, humanitatẽ ostendẽs sedis aplicæ, qa Græci obligati erãt sub vinculo anathematis propter Petrum Alexandrinũ, & Acatiũ Constãtinopolitanum epm. Sub Iohãne epo Cõstantinopolitano cum cõsilio Theodorici regis direxit Ennodiũ epm Ticineñ. & Fortunatũ epm Cathaneñ. & Venãtium pbrm vrbis Romæ, & Vitalem diaconum sedis aplicæ, & Hilarium notariũ ad Anastasiũ Augustũ, sed nihil egerunt. Item secũdo misit Ennodium epm, & Peregrinũ Mesenatẽ epm, portãtes eplas cõfortatorias fidei, & cõtestatiões secretas numero. xix. & textũ libelli. In quo libello noluit assentire Anastasius Augustus, qa & ipse in hæresi Eutychiana cõicauerat. Voluit itaq; eos legatos p remuneratione corrumpere. Legati vero sedis aplicæ cõtempto Anastasio Augusto nullatenus cõsenserunt accipere pecunias, nisi satisfactionẽ sedis aplcæ * operarent. Tunc Imperator repletus furore, eiecit eos p posterulam, & imposuit eos in naui periculosa cum militibus, & magistrianis, & præfectis noie Heliodoro & Demetrio. Qui hoc dedit eis in mãdatis Imperator Anastasius, vt nullã ciuitatẽ ingrederent. Legati vero sedis aplcæ secretius suprascriptas eplas fidei. xix. per manus monachorum & orthodoxorum exposuerunt p oẽs ciuitates. Quas tñ epi ciuitatum, q erãt complices Anastasii Augusti, oẽs eas eplas timore pro crimine Constãtinopolim direxerũt. Tunc furore repletus Anastasius Augustus cõtra papã Hormisdã, inter alia sacra sua hoc scripsit, dicẽs: Nos iubere volumus, nõ nobis iuberi. Eodẽ tpe nutu diuinitatis percussus est fulmine diuino Imperator Anastasius, & obijt. Sumpsit itaq; imperium Iustinus orthodoxus, & direxit authoritatẽ suã ad papã Hormisdã sedis aplicæ per Gratum illustrẽ noie, petẽs a sede aplica, vt redintegraret pax ecclesiarum. Tunc Hormisda epũs cum cõsilio regis Theodorici direxit a sede aplica Germanum Capuanum epm, & Iohãnem & Blandum pbros & Felicẽ & Dioscorum diaconos sedis aplicæ, & Petrum notarium munitos ex omni parte fide & textu libelli pœnitẽ. Qui veniẽtes iuxta Constãtinopolim, tãta gra fidei illis refulsit, vt multitudo monachorum, orthodoxorum, & illustrium virorum maxima multitudo, in quibus Iustinus Imperator, & Vitalianus consul simul occurrerunt ad castellum rotundum, quod ducit vsq; in ciuitatẽ Cõstãtinopolim, q cum gloria & laude ingressi vnã cum Grato illustri suscepti sunt a Iustino othodoxo Augusto cum gloria. Omnis itaq; clerus vna cum epo Iohãne Cõstãtinopolitano sensit ꝙ gratãter suscepti sunt. Sentiẽtes quoq; hoc, q erãt cõplices Acatij, incluserunt se in ecclesiã maiorẽ, quæ vocat sancta Sophia, & consilio facto, mãdauerũt Imperatori, dicẽtes: Nisi nobis reddita fuerit rõ, quare damnatus est epũs noster Acatius, nullatenus cõsentimus sedi aplicæ. Hic papa Hormisda prexit ad regem Theodoricum Rauennã, & cum eius cõsilio misit authoritatẽ ad Iustinum, & cũ vinculo Chirographi, & textum libelli redintegrauit ad vnitatẽ sedis aplicæ, damnãs Petrũ, & Acatium, vel oẽs hæreses, Hic inuenit Manichæos, quos etiam discussos cum examinatione plagarum exilio deportauit. Quorum codices ante fores basilicæ Constãtinianæ incẽdio cõcremauit. Huius tpibus episcopatus in Aphrica post annos *. lxxiiij. reuocatus est, q ab hæreticis fuerat exterminatus. Eodẽ tpe venit regium donũ cum gẽmis ptiosis a re-

alias, opararet.

E

F

alias, lxxix. vel lxxxiiij

ge Fran-

A ge Fracorū Clodoueo Christiano beato Petro aplo. Sub huius epatu multa vasa aurea vel argētea venerūt de Graecia, & euāgelia cū tabulis aureis cū gēmis ptiosis, pensantibus lib. xv. Patena aurea cū hyacinthis, q̄ pēsat lib. xx. Patenæ argēteæ duæ, pēsantes singulæ lib. xxv. Scyphus aureus cū gēmis pēsans lib. viij. Scyphus aureus circūdatus regno pensans lib. viij. Scyphi argētei deaurati. ij. pēsantes singuli lib. v. Gabata electrina pēsans li. ij. Tecæ cæreæ aureæ. ij. pēsantes lib. vi. Palliolū Olosorū * blateū cū tabulis auro textis de chlamyde vel de stola Imperiali subcinctoriū sup confessionē beati Petri apli. Hæc oīa a Iustino augusto orthodoxo votorū grā oblata sunt. Eodem tpe Theodoricus rex obtulit beato Petro aplo cærostata argētea. ij. pēsantia lib. lxx. Eodem tpe fecit papa Hormisda apud beatū Petrū aplm trabē, quē ex argēto cooperuit, pēsantē lib. mille. xl. Hic fecit in basilica Constātiniana arcū argenteū ante altare, q pensat lib. xx. Canthara argētea. xvi. q̄ pensant singula lib. xij. Itē ad beatū Paulū fecit arcus argēteos duos, pēsantes singuli li. xx Cāthara argētea. xvi. pēsantia singula lib. xv. Amas argēteas. iij. pēsantes lib. iij. Scyphos argēteos stationales. vi. cū ducibus, pēsantes singuli lib. vi. Hic fecit ordinationes in vrbe Roma p mēsem Decēbrē, pbros. xxi. epos p diuersa loca nūero. lv. Qui etiā sepultus est in basilca beati Petri apli. viij. Idus Augusti, cōsulatu Maximi. Et cessauit epatus dies. vij.

als, blaterum

B ¶ Primæ epistolæ decretalis Hormisdæ papæ tituli.

GLoriosissimo atq; clemētissimo filio Iustino augusto, Hormisda eps. Inter ea, quæ ad vnitatē ecclesiæ pertinent (propter quā deus clementiæ vestræ elegit Imperiū) in literis contulistis, hoc quoq;, venerabilis Imperator, cura fidei (cui multipliciter vos studere declarastis) adiecit, vt aliquorū preces pferendæ ad humilitatis meæ notitiam * iungerentur, quibus vel quid quæstionis oriretur agnoscerē, vel ad submouendū propositæ consultationis ambiguū, respōsum a me religiosæ * sententiæ conueniens adderetur. Legi omnia, solicitudine qua decebat, & licet ad responsi plenitudinē sufficere potuisset, si illa tantū, quæ ab authoribus sunt definita rescriberē, tamen vt religiosi propositi vestri remunerarē affectū, non subtrahendum credidi mei quoq; sermonis obsequium.

alias forte, ingerantur

als, scientiæ

Capitulum primum.

¶ Quid em est, q emergētibus Nestorij & Eutychetis venenis paterna omisit instructio? Pene oēs impietates cū inuentoribus tam nefandorū dogmatū conuenientia in vnū synodica decreta presserunt, nec vlterius remansit locus vllus, tā diris perfidiæ seminibus amputatis, aut Christū dn̄m nostrū credere sine carnis fuisse veritate, aut eundē nō & deū & hominē de materni vteri intemerata fœcunditate prodijsse, cū alter eorū dispensationē, qua saluati sumus, negādo (quantū in se est) irritā faceret, alter opinione cōtraria, sed impietate cōsimili, in eodē dn̄o nostro Iesu Chro potestatē diuinā a vera humanitate secluderet neq; ille recordatus, quia palpandā carnē suā Chrs ostēderit, neq; ille euāgelij memor, verbū carnē factū esse dicētis, cui vox dn̄i indeficiēter insonare debuerat, qua dixit, & docuit. Nemo ascendit in cœlū, nisi, qui de cœlo descēdit, filius hoīs, q est in cœlo. Sæpe hæc & multis pcedentiū sunt cōprehēsa sentētijs, sed nec clemētia vr̄a (licet iā dicta sint) fastidiose poterit repetita cognoscere, nec nobis pudor est, ea, q̄ sunt a pdecessoribus nr̄is * pdicta, reuoluere. Neq; em possibile est, vt sit diuersitas pdicationis, vbi est vna forma veritatis. Nec ab re iudicabit alienū, si cū his, cū quibus cōuenim⁹ fide, cōgruamus & dogmate. Reuoluantur pijs māsuetudinis vr̄æ auribus decreta synodica, & beati papæ Leonis cōuenientia sacræ fidei cōstituta. Eadē inuenietis in illis, q̄ recēsueritis in nr̄is. Quid ergo est? Post illum fontē fideliū statutorū quid amplius (si tamen fidei terminos seruat) quālibet curiosus scrutator inquirat? Nō opus est aut adiectione plenis, aut * instructione perfectis, nisi forte mauult quisquā dubitare q̄ credere, certare q̄ nosse, sequi dubia q̄ seruare decreta.

C

Lucæ. 24. f
Iohan. 1. b
Iohan. 3. b

als, pdicata

alias, institutione

II. Nam si trinitas deus, hoc est, pater, & filius, & spūs sanctus, deus aūt vnus, specialiter legislatore dicente: Audi Israel, dn̄s deus tuus, deus vnus est, qui aliter habet, necesse est, aut diuinitatē in multa diuidat, aut specialiter passionē ipsi essentiæ trinitatis impingat, & (quod absit a fidelium mentibus) hoc est, aut plures deos more prophanæ gētilitatis inducere

Deute. 6. a

ducere

ducere,aut sensibilem pœnã ad eam naturam,quæ aliena est ab omni passione,transferre. D
alias,non
Vnum est sancta trinitas,non multiplicatur numero, *nec crescit augmento, nec pōt aut intelligentia cõprehendi,aut hoc,quod deus est,discretione seiungi.Quis ergo illi secreto æternæ impenetrabilisq; substantiæ,quod neq; vlla visibilium vel inuisibilium creaturarum potuit inuestigare natura,prophanã diuisionem tentet ingerere,& diuini arcani mysterium reuocare ad calculum moris humani? Adoremus patrem, & filiũ,& spiritũ sanctum,indistinctã distincte,incomprehẽsibilẽ & inenarrabilem substantiã trinitatis,vbi & si admittit numerum ratio personarum, vnitas tamen non admittit essentiæ separationẽ,ita tamen,vt seruemus diuinæ propria naturæ,seruemus propria vnicuiq; personæ,vt nec psonis diuinitatis singularitas denegetur,nec ad essentiã hoc,q̃d est propriũ nominũ,transferatur. Magnũ est sanctę & incomprehensibile mysterium trinitatis. Deus pater,deus filius,deus spũs sanctus,trinitas indiuisa. Et tamen notum est,quia proprium est patris,vt generaret filium,proprium filij dei,vt ex patre patri nasceretur æqualis,proprium spũs sancti,vt de patre & filio procederet sub vna substãtia deitatis.

1.Petri.1.a. Iohan.1.b
III. Proprium q̃q; filij dei,vt iuxta id,quod scriptũ est,in nouissimis tpibus verbum caro fieret,& habitaret in nobis,ita intra viscera sanctæ Mariæ virginis & genitricis dei, vnitis vtrisq; sine aliqua cõfusione naturis,vt q ante tpa erat filius dei, fieret filius hominis,& nasceret in tpe,hoĩs more matris vuluã natus non aperiens, & virginitatẽ matris E deitatis virtute non soluẽs. Dignũ plane deo nascẽte mysterium,vt seruaret partũ sine corruptione,qui conceptũ fecit esse sine semine,seruãs,q̃d ex patre erat,& repræsentãs,quod ex matre suscepit. Nã iacẽs in p̃sepio,videbat in cœlo,inuolutus pãnis,adorabat a magis, inter aĩalia æditus,ab angelis nuntiat,vix egressus infantiã,annuntiãs mysticã sine instituẽte doctrinã,inter rudimenta annorum pueriliũ ædens cœlestiũ signa virtutũ. Idem eñ deus & homo,non(vt ab infidelibus dicitur)sub quarta introductiõe p̃sonæ, sed ipse dei filius deus & homo,idẽ virtus & infirmitas,humilitas & maiestas,redimẽs & vẽditus, in cruce positus & cœli regna largitus,ita nr̃æ infirmitatis particeps,vt possit interimi, ita *ingenitæ potẽtiæ dñs,ne possit morte cõsumi. Sepultus est,iuxta id q̃d hõ voluit nasci,& iuxta id q̃d patri erat similis,resurrexit,patiẽs vulnerum & saluator ægrorum,vnus defunctorum & viuificator obeuntiũ,ad inferna descẽdẽs,& a patris gremio nõ recedẽs. Vnde & animã, quã pro cõi cõditione posuit, pro singulari virtute & admirabili potẽtia mox resumpsit. Hæc ita esse,nec vllã dubitationẽ oportere recipere,id est, ne dñs nr̃ Iesus Chr̃us aut inter corpis passiones deus non eẽ crederet,aut ne deus tantũ non etiã hõ inter opa mirabilium stupẽda virtutũ,proposito nos duorum aplorum *informauit exẽplo,deũ esse se Christũ dñm nostrũ Petri fide,hoĩem Thomæ dubitatione declarãs. Quid eñ intererat,vt quem se hoĩes dicerẽt,discipulos suos vellet inquirere,nisi,vt respondẽte Petro,tu es Chr̃us filius dei viui,*fateretur,non hoc de carne & sanguine proditũ,sed,patre deo inspirãte,reuelatũ,vt per testimoniũ laudatæ respõsionis,fides patefieret veritatis? Quid etiã interetat,vt apparẽte post resurrectionẽ dño,Thomas tñ aut abesset cæteris,aut solus ambigeret,nisi,vt mũdus crederet,q̃d ambigẽs discipulus explorasset,vt dũ vnius manibus se pateret tãgi,ab vniuersitate fideliũ *q̃s eẽt possit agnosci? Nõ ergo ad explorãdũ discipulũ interposita est dubitatio,sed q̃sita posteritatis instructio. An ne aliud expectat,q̃d se idem dñs Cleophę cum alio discipulo cũ ad Emmaum tendentes,de se loquerent,inseruit? Et quanq̃ de resurrectione dñi p mulieres,q̃ primæ ad monumẽtũ cõuenerãt,agnouissent, tñ vt p eorum dubitationẽ daret futuris seculis credẽdi firmitatẽ, incipiẽs a Moyse & omnibus p̃phetis,oportuisse Chr̃m pati,& ita intrare in gloriã suã,interpretatus ostendit,& p passionẽ humanã naturã,& diuinã in eo eẽ p gloriã,multiplicibus hęc sanctarum scripturarum insinuant exẽplis. Nec apud religiosam cõsciẽtiã tuã,venerabilis Impator,tanq̃ ignota dicunt,fides eñ ipsa,q̃ a te cõstãter asserit,tibi hoc reddit muneris,vt sensibus tuis & affectũ sui inserat,& scientiã,p quã diligẽtius asserat,infundat. Et tñ interest dispẽsatiõis mihi credite,vt ego q̃q; vel apud sciẽtes nota nõ taceã,vt succedẽte sibi p vices tẽporum catholicorum p̃dicatione sensuũ q̃d indeficiẽter asserit,sine fine credat. Latius hæc,q̃ ad deitatẽ humanitatẽq; dñi nostri Iesu Chr̃i ptinẽt,& in eo vnitas duas sine cõfusione naturas,potui secũdũ veterum definita differere,si esset aduersus eos,qui his dissentiunt,disputãdũ. Sed cum in manibus oĩm sint & synodica cõstituta,& beati papæ Leonis dogmata,perstrinxisse potius pauca,q̃ euoluere,credidi cõueniẽtius,vniuersa. Nũc vero agnoscere, satis est. & cauere,ita proprietatẽ & essentiã cogitãdã,vt sciat,quid personæ, q̃d nos oporteat deferre substan-

Marginal notes: Lucæ.1.a; Matth.2.a; Luc.2.g; al's, idẽ tãtæ.; Matth.27.g; Matth.28.b; alias, informamur.; Matth.16.c; alias, nocũ faceret.; Iohan.20.f; alias, quid; Lucę.24.c; Matth.28.a

A substantiæ. Quæ, qui indecēter ignorāt, aut callida impietate dissimulant, dū omittūt, quid sit propriū filij in trinitate, tendūt insidias vnitati. Sed si, q̄ pdicata sunt, validis teneant fixa radicibus, nec a paterna traditione recedit, & cōstāter q̄stionib⁹ obuiat. Datū. ix. Kalend. Aprilis, Valerio viro claris. cons. ¶ Huius cōsulis meminit Marian⁹ Sco. anno Iustini Imp. iij. ad euāgelij aūt veritatē. dxlij. iuxta vero Dioñ. cyclū. dxx. Greg. q̄q; Haloander. dxxiij.

¶ Sacra Iustini Imperatoris ad Hormisdā papam.

SAcratissimo ac beatiss. archiepō almæ vrbis Romæ, & patriarchæ Hormisdæ, Iustinus Impator. Scias nobis, pr̄ religiosissime, q̄d diu summis studijs q̄rebat patefactū, & anteq̄ aduenerint, q a nobis destinati sunt, q̄ Iohānes vir beatiss. antistes nouæ Romæ nr̄, vnà cū clero vobis cōsentiūt, nullis variātes ambiguitatib⁹, nullis diuisi discordijs. Scias, libellū ab eo subscriptū, quē offerēdū, indicaueras sanctissimorum patrum cōcilio cōgruentē, q̄ oēs cōcurrūt alacri ope ad suscipiēda vota tā nr̄æ q̄ Cōstātinopolitanæ sedis, q̄s veritatis coruscus fulgor illuminat. Oēs accelerāt libentissime, q̄s oblectat via dilucida, vt sequant scita patrū sanctissima, leges probatissimas, & cōsilijs q̄rundā firmatis, q rectū tenebāt tramitē, aliorum correctis, q vagabant incerti. In eo res colligit, vt vnitatē indiuiduæ trinitatis ipsi q̄q; in vnitate colāt mentiū. Negatū est inter diuina mysteria, memoriā in posterum fieri libelli (quē dixim⁹) Acatij pñaricatoris q̄ndā regiæ huius vrbis epī, nec nō & aliorum sacerdotū, q vel primi cōtra constituta venerūt aplica, vel successores erroris

B facti sunt, & nulla vsq; ad vltimū diē sunt pœnitētia * correcti. Et qm̄ oēs nr̄æ religionis admonēdi sunt, vt exēplū imitent ciuitatis regiæ, destinādā vbiq; principalia p̄cepta ediximus. Tanto flagramus religionis officio, tāto affectamus studio pacē catholicæ fidei, pro remunerāda celeriter pace nr̄æ reipub. pro cōciliādo subiectis meis superno p̄sidio. Quid eīm gratius reperiri potest, quid iustius, q̄d illustrius, q̄ quos idē regnū cōtinet, idēq; fidei cultus irradiat, eos nō diuersa cōtendere, sed * collectis in eisdē sensibus instituta venerari, nō humana mēte illata, sed in diuinæ prouidētiæ spūs? Oret igit vr̄æ religionis sc̄titas, vt q̄d peruigili studio pro cōcordia ecclesiarum catholicæ fidei procurat, diuini muneris opitulatio iugi perpetuitate seruari annuat. Data. x. Kalend. Maij, Constantinopoli.

als, correpti

als, collectos

¶ Libellus fidei Iohānis Constātinopolitani epī, directus ad sanctū Hormisdā papā, in quo anathematizat Nestorij, & Eutychetis, & reliquorum hæreticorum blasphemias.

REdditis mihi literis vestræ sanctitatis, in Chr̄o frater charissime, p Gratū charissimū comitē, & nunc p Germanū & Iohannē reuerēdissimos epos, & Felicē & Dioscorū sanctiss. diaconos, & Blandū pbr̄m, lætatus sum de * speciali charitatis vestræ sanctitate, q̄ vnitatē sanctissimarum dei ecclesiarum secundū veterum patrū requiris traditionē, & dilaceratores * rationabilis gregis Chr̄i amore propulsare festinas. Certus igitur scito, per oīa sanctissime, quia secundū q̄d vobis scripsi, tecū cū veritate sentiens, oēs a te repudiatos hæreticos renuo, & ego pacem diligēs, sanctissimas dei ecclesias, id est, superioris vestræ,

alias, sp̄ūali

al. amabilis

C & nouellæ istius Romæ vnā esse accipio, illā sedē apostoli Petri, & istius augustæ ciuitatis vnā esse definio. Omnibus actis a sanctissimis q̄tuor synodis, id est, Nicena, Cōstātinopolitana, Ephesina, & Chalcedone de confirmatione fidei institutis ecclesiæ assentio, & nihil titubare de bene iudicatis patior. Sed & conātes, aut nisos vsq; ad vnū apicē placitorū perturbare, lapsos esse a sancta dei generali & apostolica ecclesia scio, & tuis verbis recte dictis euidēter vtens, per p̄sentia scripta hæc dico, quia prima salus est, rectæ fidei regulā custodire, & a patrū traditione nullatenus deuiare, qa non potest dn̄i nostri Iesu p̄termitti sentētia dicētis: Tu es Petrus, & sup petrā ædificabo ecclesiam meā. Hæc, q̄ dicta sunt, rerum probātur effectibus, quia in sede apostolica inuiolabilis semp catholica custoditur religio. Hanc igitur fidē nequaq̄ cadere cupientes, sed patrū sequentes in oībus constituta, anathematizamus oēs hæreses, & p̄cipue Nestorium hæreticū, qui quondā Constātinopolitanæ vrbis fuit epūs, damnatū in concilio Ephesino a beato Celestino papa vrbis Romæ, & a venerabili viro Cyrillo epō Alexandrinæ ciuitatis, & vnà cū illo anathematizamus Eutychē & Dioscorum Alexandrinæ ciuitatis epm, damnatū in sancta synodo Chalcedonensi, quā venerantes sequimur, & amplectimur, quæ sequēs sanctā synodū Nicenam, apostolicā fidē prædicauit, ijs coniungētes Timotheū parricidā, * Hellurū cognominatū, anathematizamus, & huius discipulū & sequacē in omnibus Petrū Alexandrinū similiter condemnātes. Anathematizamus similiter Acatiū quondā Constātinopolitanæ vrbis epm, complicem eorum & sequacem factū, necnon & perseuerātem in eorum communione & paticipatione. Quorum eīm quis communionē amplectitur, eorum similē adiudicationem

25. q. 1. Prima salus est

Matth. 16. c

als, Herulū

tionem in condẽnatione consequit. Simili modo & Petrum Antiochenum condẽnan- D
tes, anathematizamus cũ sequacibus suis, & oĩbus suprascriptis. Vnde probamus, & am-
plectimur eplas oẽs beati Leonis papæ vrbis Romę, quas conscripsit de recta fide. Qua-
propter (sicut pdiximus) sequentes in omnibus sedẽ apostolicã, & pdicamus oĩa, q̃ ab ipsa
decreta sunt, & propterea spero in vna cõicatione vobiscũ, quã aplica sedes pdicat, me fu
turum, in qua est integra deuotio Christianæ religionis & perfecta soliditas, promittẽs in
sequenti tpe, sequestratos a cõione ecclesiæ catholicæ, id est, in omibus non consentiẽtes
sedi aplicæ, eoꝝ noĩa inter sacra nõ recitãda esse mysteria. Quod si* in aliqua professione
mea *deuiare tentauero, his, q̃s condemnaui, & per cõdemnationem propriã consortem
me eẽ profiteor. Huic vero professioni subscripsi manu mea, & direxi p scripta tibi Hor
misdæ, sancto & beatissimo fratri & papæ magnæ Romæ, per supradictos Germanũ &
Iohãnem venerabiles epos, Felicẽ & Dioscoꝝ diaconos, & Blandũ pbrm. Et alia manu.
Iohannes misericordia dei episcopus Constantinopolitanæ nouellæ Romæ huic meæ
professioni consentiens, omnibus supradictis subscripsi, sanus in dño. Ora pro nobis, san-
ctissime & beatissime frater. Data mense Martio, die. xxviij. indictione. *xi. Consulibus
dño Iustino Imperatore Augusto, & Heradio viris clarissimis.

aPs, aliquo a. al. dubitare

alias, xij

Hoꝝ consulũ aut certe Iustini cũ collega Eutherico Cillica meminit Marianus Sco-
tus, anno ad veritatẽ euãgelij. d. xxxix. iuxta vero Dionysii cyclum. d. xvij. & Gregorius E
Haloander, anno Christi. d. xxi..

¶ Epistola Hormisdæ secunda papæ ad Iohãnẽ epm *Milicitanæ ecclesiæ,
vbi de cõione Constantinopolitanæ ecclesiæ scribẽs gratulatur.

alias, Mileto-politanæ

VOta nostra charitatem tuam latere nolumus, ne, qui particeps fuit solicitudinis, gau
dioꝝ fructu reddatur extorris. Et ideo Cõstantinopolitanã ecclesiã ad comunionẽ
nostrã redijsse, dño propiciante *tradentibus significamus alloquijs & mãdatoꝝ, q̃
legatis nostris dedimus, in oĩbus seriem fuisse cõpletã. De qua parte, vt ad dilectionẽ tuã
plenius perfectũ gaudiũ perueniret, libelli Iohannis fratris & cõsacerdotis nostri episcopi
Constantinopolitani, & Iustini clemẽtissimi principis Oriẽtis sacraꝝ literaꝝ exẽplaria pa
riter credidimus destinãda, indicantes nihilominus per Oriẽtis partes plurimos episco-
pos sic fecisse. Superest, vt a nobis cõpetẽtibus precibus diuinitas exorata cõcedat, quate-
nus de aliaꝝ quoq; ecclesiaꝝ redintegratione gratulemur. Ea vero, quę significare curaui
mus, in eoꝝ sacerdotũ, qui fraternitati tuæ vicini sunt, curabis perferre noticiam, vt & ip
si de effectu tantæ rei gratias nobiscũ cœlestis misericordiæ beneficijs referre non cessent
Deus te incolumem custodiat, frater charissime.

¶ Eiusdẽ epla ad Iohannem episcopũ de directis institutis & vice cõmissa.

DIlectissimo fratri Iohanni Hormisda. Fecit dilectio tua rẽ charitati & fidei congruẽ F
tem, vt aduentũ suũ ad Italiã nobis directis literis indicaret, &, quæ in te sit summa
religiose voluntatis, ostenderet. Atq; vtinã ad plenioris affectus satietatem præsen-
tiæ tuæ nobis gaudia contigissent, vt gratularemur nos & colloquio & psentia frui, quã
sumus ante per scripta cõplexi. Veruntamen probasti, dilectissime frater, quo Christianã
fidẽ veneraris affectu, dũ ea, q̃ ad regulas patrũ pertinẽt, & ad mãdata catholica, sine ali-
qua cupis transgressione seruare, sperans, vt prorogatis generalibus ad Hispanienses ec-
clesias constitutis (quæ aut negligentius aut irreligiosius fiunt) ecclesiasticis disciplinis cõ-
gruẽtia sanciamus, q̃d amplexi sumus captata istius desiderij facultate. Quid eñ aut nobis
dulcius, q̃ cum fidelibus loqui, aut deo *aptius, q̃ deuiantes ab errore reuocare? Salutãtes
igit charitatẽ qua iungimur, per Cassianũ diaconum tuũ significamus, nos direxisse gene
ralia constituta, q̃bus vel ea, q̃ iuxta canones seruari debeãt, competẽter ediximus, vel cir-
ca eos, q ex clero Græcoꝝ veniũt, quã habere oporteat cautionem, sufficienter instruxi-
mus. Sed & causæ ipsius ordinẽ instructioneq; abũde decretis ecclesiasticis vos docebũt,
vt agnoscentes & impioꝝ trãsgressionẽ, & aplicæ sedis curã pro patrũ regulis excubãtẽ,
ostẽdatis vos perosos dãnatoꝝ consortia, & amare fideliũ. Et quia per insinuationẽ dile-
ctionis tuæ huius nobis est viæ patefacta prouidentia, remuneramus solicitudinẽ tuã, &
seruatis priuilegijs metropolitanoꝝ, vices vobis aplicæ sedis eatenus delegamus, vt inspe
ctis istis, siue ea, q̃ ad canones pertinẽt, siue ea, q̃ a nobis sunt nuper mãdata, seruentur, siue
ea, quæ de ecclaisticis causis tuę reuelationi* cõtigerũt, sub tua nobis insinuatione pãdant.
Erit hoc studij ac solicitudinis tuæ, vt talẽ te in his, q̃ iniungunt exhibeas, vt fidẽ, integri-
tatẽq; eius, cuiusq; curã suscipis, imiteris. Data quarto nonas Aprilis Agapito. ij. consule.

alias, acceptiꝰ vel, beatius

25. q. 2. Seruatis priuilegijs

alias, contigerit nũciari.

¶ Huius

A ¶ Huius consulis Agapiti circa hæc tẽpora non meminit vsquã Marianus Scotus. Verũ Gregorius Haloander circa annũ, tẽpora Symmachi papæ respicientẽ. D.X. illius mẽtionẽ facit, & cõsulatus annũ designat. Quocirca iudiciũ huius datæ relinquatur lectori.

¶ Epistola Hormisdæ ad episcopos per Hispaniam constitutos.

Dilectissimis fratribus vniuersis epis per Hispaniã constitutis, Hormisda. Benedicta trinitas deus noster, qui p misericordiã suam Romanæ reipub. per vniuersas partes, suæ pacis tranquillitate diffusa, nobis quoq; viã demonstrãdæ circa nos inuicẽ charitatis indulsit, vt qui cohæremus firmitate fidei, iungamur quoq; votiua iucunditate colloquij, quo facilius, dũ per literarũ ministeria ad vos vsq; pertendimus, etiã corda vestra ad religiosum cultũ apostolicis admonitionibus incitemus, & dũ* dilectionis nr̃æ pignus reddimus velut q̃ddã debitũ, plenũ circa deũ mõstremus affectũ. Iungamus igitur, dilectissimi fratres, continuas & humiles preces, & dñm nostrũ oris & cordis lachrymis supplicantes, iugi deprecatione poscamus, vt & institutione & opere illi, cuius esse membra cupimus, hæreamus, nec vnquã ab illa via, quæ Christus est, deuio tramite declinemus, ne ab eo iuste, quẽ nos impie relinquimus, deseramur. Quod, cũ superni fauoris auxilio, ea nobis potest ratione contingere, si apostolica dogmata, si patrũ mandata seruemus. Dicit em̃ dñs noster: Qui diligit me, sermonẽ meũ seruabit, & pater meus diliget eũ, & ad eũ veniemus, & mansionẽ apud eũ faciemus. Et licet hæc possint generaliter dicta sufficere, vt vel declinemus errata, vel custodiamus catholica constituta, tñ quia Iohãnis fratris & coepiscopi nostri nobis insinuatione vulgatũ est, contra canonũ reuerentiam nonnulla p̃sumi, periculũ, q̃d doctoribus imminet de taciturnitate, declinans, & prophetica voce cõpunctus, qua dicit, Loquere, ne taceas, generalibus edicendũ credidi cõstitutis

alias, dilectioni spei — *Iohan. 14. e* — *Esaiæ. 18. a*

B

Capitulum primum.

¶ Vt in sacerdotibus ordinãdis, quæ sunt a patribus p̃scripta & definita, cogitetis, quia sicut est caput ecclesiæ Christus, Christi aũt vicarij sacerdotes, sic & in eligẽdis his curam oportet esse perspicuã. Irreprehẽsibiles em̃ esse conuenit, quos p̃esse necesse est corrigendis, nec quicq̃ illi deesse personæ, penes quã est religionis summa & substãtia disciplinæ. Aestimet quis p̃tiũ dñici gregis, vt sciat, q̃d meritũ constituendi deceat esse pastoris. Hoc ita fiet, si non sacerdotij gradus saltu quodã passim laicis transferantur. Longa debet vitã suã probatione monstrare, cui gubernacula committũtur ecclesiæ. Non negamus esse in laicis deo placitos mores, sed milites suos probatos sibi quærunt instituta fidelia. Discere prius quisq; debet, anteq̃ doceat, & exemplũ religiosæ conuersationis de se potius alijs p̃stare, q̃ sumere. Eemendatiorẽ esse conuenit populo, quem necesse est orare pro populo. Longa obseruatione religiosus cultus tradat, vt luceat, & clericalibus obsequijs erudiendus inseruiat, vt ad venerãdi gradus* summã pductus, q sit fructus humilitatis ostendat. *Nec leue nec vacuũ fuit, q̃ nec apud veteres quidẽ, nisi leuitici gñis viri ad sancta admittebant altaria, ne pessime, meritis contẽptis, aut p̃tio, aut p̃sumptione ad sacros cultus impar accederet. Tũc migrabãt p illã prærogatiuã familiarũ ad instituta cultorũ, nũc est doctrina pro genere. Quod illis fuit nasci, hoc nobis imbui. Illos tabernaculo dabat natura, nos altaribus parturit disciplina. Nec tm̃ de laicis cõsecrari inhibem⁹, sed nec de pœnitẽtib⁹ quisq̃ quidẽ ad hmõi gradũ prophan⁹ temerator aspiret. Satis illi postulãti fit venia, q̃ cõscia absoluat reũ, qui se p̃ctã sua populo sit teste confessum. Quis em̃, quẽ paulo ante vidit iacentẽ, veneret antistitẽ? *Prẽferẽs miserãdi criminis labẽ nõ habet lucidã sacerdotij dignitatẽ.

Dist. 61. In sacerdotibus. — *Ephe. 5. c* — *1. Timo. 3. a* — *Dist. ibidem* — *Dist. 61. Non negamus.* — *alias, Non* — *Ibidem.* — *als, Perferens*

C

II. Hoc quoq; ad* præmissa coniungimus, ne benedictionẽ, q̃ diuina esse creditur, p impositionem manus, quis p̃tio comparet, *qm̃ ante oculos esse conuenit, q̃ Simon spm̃ sanctũ volens redẽptione mercari, apostoli fuerit detestatione percussus. Tunc deinde qs non vile putat esse, quod vẽditur? Istã sacerdotibus ordinãdis reuerentiã seruet electio, vt in graui murmure populorũ diuinũ credat *esse iuditiũ. Ibi em̃ deus, vbi simplex sine prauitate consensus. Verũ nec hanc quidẽ partẽ solicitudinis, & admonitionis omittimus, ne vel ille se a culpa* æstimet alienum, qui, & si ipse quidẽ a redemptione liber, initiauerit benedictione mystica sacerdotẽ, & tñ ad alterius redempti voluntatẽ, vel sponte in hoc vel necessitate consenserit. Quid prodest illi suo errore non pollui, q consensum p̃stat errãtis? Procul dubio contra mãdata committit, & q habet peccatũ propriũ, & q peccatũ sequit alienũ.

alias, priora — *alias, cui* — *Acto. 8. d* — *als, eẽ implorandum iud.* — *als, existimet*

alienum, Incassum animus resistit cupiditati, si non resistit & timori. Aduersus hæc facili- D
us, deo adiuuante, prouidebitur, si circa metropolitanos priuilegia a sanctis patribus con-
stituta permaneant, si metropolitani circa parochias suas ordinē suum ea, qua decet, vene
ratione custodiant (vt nec electio p̄sulis empta *detur pretijs, & nec obsequētis sit quęsi- alias, de
ta operibus) sed ita fixa habeant in cordibus, quemadmodū relegunt in scripturis. Si nulla
sint in templis emptionum semina, nulla erunt fomenta discordiæ, sed regnante charita-
te, sub illa, quam nobis promisit deus, & retribuit, pace viuatur.

III. Ob hoc, patres, prouidentia, qua spūs sanctus cultores suos compungere di-
gnatus est, incitati, bis in anno per parochias singulas concilia haberi debere docuerūt, vt
in vnum iuxta salubris institutionis dogmata congregati, pro ecclesiasticis causis tractan-
dis libere conuenirent, vt si iuxta votum vniuersa consistunt, deum iunctis vocibus, qui
præstat desiderata, collaudent. Difficile est enim, vt cuiusquā cor prauis sic cogitationi-
bus induretur, vt a se patiatur culpanda fieri, cum nouerit se iudicium *subiturum esse cō- als, subeundū
cilij. Præcinctos ad hanc viā semper lumbos habeant, scientes rationem actuum suorum
esse reddendam. Suspendātur ab illicitis per formidinē, *& qui nequiuerint per pudorē. alias, non habet, &
De conueniendo bis in anno notum est canones sanctos constituisse, & præfinitū quidē
(si possibile est) inuiolabiliter conuenit custodiri. Sed si aut tempoꝝ necessitates, aut emer
gentes causæ hoc non patiuntur impleri, semel saltem (q̄uis non licuerit) sine vlla excusa- E
tione præcipimus conuenire. Hæc, fratres charissimi, & alia, quæ patrum regulis conti-
nentur, in labijs & in cordibus nostris indiuisa retractatione meditemur, & sicut scriptum
est, narremus ea filijs nostris, vt ea meditentur in cordibus suis sedentes in domo, ambu- Psal. 77
lantes in itinere, dormientes atq; surgentes, quia beatus in dño, q in lege eius meditabitur
die ac nocte. Hoc & magister gentiū discipulū suū secutus instituit, admonēs: Hæc me- Psalm. 1.
ditare, in his esto subijciēs plenitudinē. Attende tibi & doctrinæ, quia si fidelibus sine in- 1. Timot. 4. d
termissione incumbimus institutis, separamur a vitijs, dum impensa cura diuino operi, hu-
mano locum nō relinquit errori. Data quarto nonas Aprilis, Agapeto viro clariss. cons.

Quid de huius Agapeti cōsulis anno sentiēdū est, in præcedenti epīa claret

¶ Epistola Hormisdæ papæ ad episcopos Hispaniæ, in qua eis Iohannis Constantinopolitani episcopi professionem dirigit, propter Orientales clericos, q eoꝝ cōmunionē poposcerāt.

DIlectissimis fratribus vniuersis episcopis per Hispaniam constitutis Hormisda. In-
ter ea, quæ notitiæ nostræ Iohannes frater & coepiscopus noster studio ecclesiasti-
cæ vtilitatis ingessit, hoc quoq; pro affectu catholicæ fidei & apostolicæ sedis ve-
neratione consuluit, quo ordine ex clero Græcoꝝ venientibus tribui deberet sancta com
munio, propter causam scilicet Acatij, *a prædecessoribus nostris pro hæreticoꝝ com- als, apud decessores nr̄os
munione damnati, in qua, qui se ab eius contagione non diuidunt, a nostra communione F
habeantur excepti Laudo propositum viri hoc zelo circa fidē & apostolica instituta fer-
uentis, vt nec per ignorantiam quidem quenq̄ cęno erroris alieni pateretur immergi. Di
gna hæc cura fidelibus, vt solicito studio semper inuigilent, & inculpatos se ab omni per-
uersitate conseruent. Ipsa est enim fidei innocentia, vt præuideat, ne vel casu possit errare.
Satisfacientes igit̄ & laudabilibus desiderijs memorati viri, & memores nostri (sicut opor
tet) officij, documenta quæq; de ecclesiæ scrinijs assumentes, ad concilium vestrū pro ge
neralitatis instructione direximus, vt ex illis plenius, quæ sunt acta discentes, ab omni vos
errantium *communione separetis. Neq; enim est personalis odij causa, in impios trans- als, cōtagiōe,
gressores dicta (deo inspirante) sententia, in qua quidē causa *nequaq̄ a prædicatione ces- alias, neq;.
sauimus, & principi supplicando, & sacerdotes & populos admonendo, vt transgresso-
res absoluti, ad rectam se fidē & affectu dei & iudicij timore conuerterent. Sed obstina-
tio miseranda eo perduxerat illos, vt nullis modis mortifera venena vincantur, sed mala
semina fixis in deterius pullulent radicibus. Ergo, dilectissimi fratres, ad omnia competē-
ter instructi, seruate vos & ecclesiam dei *apostoli exhortatione compuncti. Nos autem alias, apostolo exhortāte.
libellum misimus, sub quo, si quis communionem vestrā de Orientalibus clericis popos- Acto. 20. f
cerit, ad eam possit admitti, secundum quam & de Thraciæ, & Scythiæ, Illyriciq; parti-
bus, vel Epyri veteris, sed & secundum quod de Syria multos iam cōstat esse susceptos,
gaudentes ad recta confluere, & deuia declinasse. Vnde pro subreptione mandamus, vt
omnis cura, & solicitudo omnis inuigilet, & vt iā nullus sit ignorantiæ locus, nullus vta-
tur simplicitatis excusatione *præterita. Scienti peccare necessaria confessio est. *Necesse af, de p̄teritis
est, vt errorem sibi scribat, qui monstrat̄ institisse prauo itineri. Bonifacius notarius sanctæ al, & necesse.

ecclesiæ

A ecclesiæ Romanæ ex scrinio æditi exẽplaria libelli exequitur. Prima salus est, recte fidei regulã custodire, & a cõstitutis patrũ nullatenus deuiare, & qa nõ põt dñi nostri Iesu Christi ꝑtermitti sentẽtia dicẽtis: Tu es Petrus, & sup hanc petrã ædificabo ecclesiã meã. Et hæc, q̃ dicta sunt, reꝝ probanť effectibus, quia in sede ap̃lica extra maculã semper est catholica seruata religio. De qua spe, & fide minime separari cupiẽtes, & patrũ sequentes cõstituta, anathematizamus oẽs hæreses, & ꝓcipue Nestoriũ hæreticũ, qui quondã Cõstãtinopolitanæ fuit vrbis ep̃s, dãnatũ in concilio Ephesino a beato Celestino papa vrbis Romæ, & a venerabili viro Cyrillo Alexandrinæ ciuitatis antistite. Similiter & anathematizamus, Eutychen, & Dioscoꝝ Alexãdrinũ in sancta synodo, quã sequimur & amplectimur, Chalcedonẽsi dãnatũ, q̃ secuta sanctũ cõciliũ Nicenũ, fidẽ apostolicã ꝑdicauit. Detestamur & Timotheũ parricidã Helluꝝ cognomẽto, discipulũ q̃q; ipsius, & sequacẽ in oĩbus Petrũ Alexãdrinũ cõdẽnamus. Etiã anathematizamus Acatiũ Cõstãtinopolitanũ q̃ndã ep̃m ab ap̃lica sede dãnatũ, eoꝝ cõplicẽ & sequacẽ, vel q in eoꝝ cõione aut societate ꝑmãserint. Qui Acatius q̃ꝝ se cõmunioni miscuit, ipsoꝝ similẽ habere meruit in dãnatione sentẽtiã. Petrũ nihilominus Antiochenũ dãnamus cũ sequacibus suis, & oĩbus suprascriptis. Suscipimus autẽ, & probamus ep̃las beati Leonis papæ vniuersas,

B quas de religione Chr̃iana cõscripsit (sicut ꝑdiximus) sequẽtes in oĩbus ap̃licam sedem, & ꝑdicantes eius oĩa cõstituta. Et ꝑ oĩa spero, vt in vna cõione vobiscũ, quã sedes apostolica ꝑdicat, eẽ merear, in qua est integra, & vera Chr̃ianæ religionis, & ꝑfecta soliditas, ꝓmittẽs in sequẽti tp̃e sequestratos a cõmunione ecclesiæ catholicæ, id est, nõ cõsentientes sedi ap̃licæ, eoꝝ noĩa inter sacra nõ recitanda eẽ mysteria. Quod si in *aliquo a mea professione deuiare tẽtauero, his, q̃s dãnaui, cõplicẽ me mea sñia eẽ profiteor. Hãc aũt ꝓfessionẽ meã ego manu mea subscripsi, & Hormisdę sc̃tõ ac venerabili pp. vrbis Ro. direxi.

¶ Epistola Hormisdæ papæ ad Epiphaniũ Constantinopolitanũ ep̃m, de reconciliatione Romanæ & Constantinopolitanæ ecclesiæ.

Dilectissimo fratri Epiphanio episcopo Hormisda. Multo gaudio sum repletus, q̃d circa ecclesiæ pacem, & sanctissimi Imperatoris & dilectionis tuæ tale studiũ literis indicasti, quod legatoꝝ quoq; meoꝝ assertione cognoui manifestũ. Hinc em̃ supnæ misericordiæ documentum perdocetur, quando & mũdani principes causas fidei cũ reipublicæ ordinatione coniungunt, & ecclesiarum præsules, quod ad dispensationem sui pertinet officij memores, exequũtur. Talibus em̃ indigebat post discordiæ procellas religio Christiana rectoribus, qui compressis prouida *dispositione turbinibus, diu peregrinatam pacẽ depulsa tẽpestate reducerẽt, vt in futura post secula ad propositi sui exem-

C pla tendentes, sibi ad scribendũ indubitanter ostenderent, quicquid deo placitũ posteris pro sua imitatione fecissent. Benedicamus dñm, fratres charissimi, hoc diebus nostris fuisse concessum, & totis orationum & curaꝝ viribus adnitamur, vt quæ dei opere bene cępta sunt, ipso adiuuante per om̃ia compleanť. Sperandum em̃ est, vt ad cõpagem corporis sui reliqua, q̃ adhuc desunt, mẽbra festinent, & a potioribus minora non discrepent. Ad quod me cũ dilectio tua Christianæ studio charitatis hortatur, debet, q̃d inuitat, sequi, &, quod amãdũ suadet amplecti. Similem em̃ iam fidei curã gerẽtes, ꝑ religiosam patientiã par etiã premiũ de boni operis speramus affectu. Neq; em̃ difficultatibus est cedẽdum. Non em̃ fatigatur asperis fides, nec ad cœloꝝ ardua per procliue cõtendiť, nec remuneratione citra laboris exercitiũ quis meretur. Vnde, ne faciẽtes bona deficiam⁹, specialiter admonemur, etiã teste Psalmista: Beati, qui custodiunt iudiciũ, & faciunt iustitiam in omni tẽpore, quia non initiũ laboris remuneratione premij consueuit inuenire, sed terminus. Ergo studiũ solicitudinis assumẽtes, quibus est vna in cõione societas & credulitas, queadmodũ de vnitate sedis ap̃licæ, & Constantinopolitanæ ecclesiæ pariter exultamus in dño, ita de reliquoꝝ quoq; (sicut affectione admones) redintegratiõe lætemur, & curemus primũ, vt fidẽ integritatẽq; nostrã immaculatã ab om̃i cõtagione seruemus. Nosti em̃, frater charissime ac sanctissime, qa ecclesiastica seruãt vincula cõcordiã, quę nos ab hæreticoꝝ tuentur insidijs, per quæ etiã canonum custodiť integritas. His in robore suo om̃i circũspectione seruatis, remedia sperãtibus cõferunť. Habet em̃ ecclesiasticaꝝ ordo regulaꝝ, & ipsius forma iustitiæ, vt medicina rationabilis benigne & fideliter sperantibus nõ negeť, nec quisquã ita est ab humanitate discretus, quẽ nõ a rigore discretiõis inclinet cauta simplicitas. Sed vt caute hoc, cæterasq; quærelas, aut errores alicuius eo valeas expedire, dilectissime frater, personam meã te in hoc oportet induere, scientẽ in huiusmodi

25. q. 1. Prima salus est.
Matth. 16. c
al's, aliqua.
Pr̃s Hormisdæ ep̃la sub alia interp̃tatione inferius poniť i actione. 1. cõc. Cõstãtinopolitani. 5. circa tp̃a Agapiti, Silueri, & Vigilij papæ
Galat. 6. b
Psalm. 105

causis (sicut pdictũ est) qd cauẽdum sit, & ita oĩa puidendũ, vt nõ ambigas, te rõnem dispẽsatiõis huius deo esse reddendã, ita tñ, vt eos, q vobis fuerint cõione sociati, vel p vos sedi aplicæ, vel vr̃a nobis scripta declarẽt, qbus etiã & q cõtinentiã libellorum obtulerint, inserat. Sic em̃ & Seueri vel Sulpitij, vel cõplicũ, aut filium absoluemus errores. Nec eorum, q sanari poterint dispẽdia patiemur. Quod ideo vobis specialr̃ credidimus imponẽdum, ad diligẽtiam vestrã a nr̃o onere trãsferẽtes, qa non parua iam documẽta resistẽtes hæreticis reddidistis, nec debet de eo ambigi, quẽ bene cõtigerit explorari. Simul assume medelam medicinæ, simul accingere authoritate iustitiæ. Et sic circa simplices humanitate mollire, vt in hæreticorum cõtagione pdurãtes, aut eos, q innocentiã simulãt, & cũ nostris sola voce cõsentiũt, ab his, qbus pro ecclesię redintegratiõe cõsulit, & prouidet, excludant. Nec em̃ expedit circa eos eccliasticã tẽperare censurã. Nõ em̃ erunt iam miseratões bonæ, pro eorum, qbus cõsuli oportet, necessitate collatę, si indiscrete fuerint bonis malisq; cõmunes. Et qa Hierosolymitanorum faciendã credidit in lr̃is tua dilectio mentionẽ, quorum etiã ad nos quædã delata professio est, necessariũ duximus rñdere, quæ cõgrua sunt, his, q sanctorum prm̃ cõstituta custodiũt. Si illa fidei fundamẽta venerant, ab his quoq;, quæ p eos spũ sancto cõponente definita sunt, nõ remoueant. Aut enim pfecta sunt, & adiectione nõ indigent, aut bene valida, & ideo nõ mutãda, qñ per ea oĩa hæreticorum venena cõpressa sunt, nec quicq̃ Chalcedonẽsis synodus, q vtilẽ quãlibet diligẽtiã potuisset *exercitare pterijt, quæ pcedentiũ quoq; dogmata vel clarius manifestauit, vel repetita authoritate firmauit, speciale quoddã aduersus Nestoriũ, & Eutychen aggressa certamẽ, & alterum deitatẽ dñi nostri Iesu Chr̃i a carne separantẽ, & ideo sanctã Mariã dei genitricẽ pronũtiare vitantẽ, alterum veritatẽ carnis in dño renuentẽ, qñ dñs noster Iesus Chr̃us idem filius dei, idem filius hoĩs, vna in duab⁹ naturis psona diuinitatis & carnis, nec naturis ad vnitatẽ cõfusis, ne velut quarta psona addita trinitati, sed ipse filius dei exinaniuit semetipm̃ formã serui accipiẽs. Propter q̃d & vnã nec diuisibilẽ profitemur essentiã trinitatis, & proprietatẽ tñ suam scimus inesse psonis, vnã em̃ patris profitemur esse psonã, vnã filij dei cũ assumpta carne, vnã spũs sancti, & psonas proprietatibus designãtes, & p vnitatẽ essentiæ inseparabile trinitatis mysterium cõfitentes. Neq; em̃ ambigi potest verbum dei intra virginis viscera p carnẽ humanã assumpsisse naturã, nec * ab obstetrice factũ intra vuluã naturarum munitiõe diuisum. Nam sicut nõ est in eo humanitas sine deo ædita, sic in cruce non est impassibilis diuinitas a carnis passiõe diuisa, q̃d virginis partus, & intemerata fœcũditas, & singularis a mortuis resurrectio, & ad cœlos declarat ascensio. Hæc sic queãdmodũ a pr̃ibus cõstituta sunt, seruata credãt, nec definita trãscendãt, a quo tramite, q declinãt, ipsi sibi nebulã dubitatiõis obtendũt. Nos aũt illud aplicũ cõtemplãtes, cõtentiosis rñdere nõ necesse est, & nos hãc cõsuetudinẽ nõ habemus, & nec ecclesia dei. Hæc ideo breuiter definiui, qa nec ambigi cõuenit de rebus ita p fidẽ definitis sæpi⁹, & pene supuacua est allegatio, quæ adhibet instructis, cũ sup hæc ad clemẽtissimũ principẽ nõ parua iam pstrinxerimus. Et qa de Hierosolymitanorum professiõe rñdimus, hoc q̃q; existimauimus salutis eorum cã competẽter addendũ, vt si cõionis aplicæ se dederint vnitati, & professionẽ suã scripto indicẽt, quã legatis nr̃is apud Cõstãtinopolim positis offerãt, aut p suos ad nos dirigãt, aut fraternitati vestræ tradãt, eodẽ tñ (sicut diximus) tenore conscriptã, quæ ad nos modis oĩbus seu sub nostra ordinatiõe deferat. De Thessalonicẽsibus, quorum ad nos legati p clemẽtissimi, & fidelissimi principis filij nr̃i ordinationẽ venerunt, ne qd omisisse credamur, nosse vos volumus, scdm̃ hoc q̃d dño nostro Iesu Chr̃o inspirãte placuerit, oẽm causam nostra dispositione tractandã, & sicut oportet impleri ordinandã. Hæc p frẽm & coepm̃ nostrũ venerabilem virum Iohãnem, sed & filios nostros Heracliũ, Probũ, & Constãtinũ diacones ecclesiastico honore dignissimos ad causam ptinẽtia rescripsisse contẽti, gratulati sumus in viro ordinis nostri, emeritũ & religiosum nos inuenisse propositũ, & cum legatiõis mãdato sapiã & moribus congruẽs votiua eorum res & plena gaudij est, vt sint * iuxta æstimationem probabiles, quos sancti communionis officij contigerit esse consortes.

alias, excitare
alias, separãtẽ
Philip. 2. b
alias, in cõci. Cõstãt. fo. xv & nõ diuisam p⁹ vnionẽ naturarum ab ipso factam in vulua.
1. Cor. 11. c
alias, iusta æstimatione

HORMISDAE PAPAE AD SALVSTIVM HYspalensem epm̃ de cõmissa vice per Beticã & Lusitanã prouincias.

Charissimo fratri Salustio Hormisda. Suscipientes plena fraternitatis tuæ votiua gratulatione colloquia, quæ nos geminæ salutis tuæ lætificauerũt indicio, (siqdem retulerunt te corporali cum spũalibus officijs incolumitate subnixum) cõgruum esse pspeximus

A perspeximus, hanc ipsam, quã mẽte gerimus verbis *expedire lætitiam. Edidisti eñ boni documenta pontificis, dũ & p̃dicanda facis, & ea suadere non differs. Prærogatiuã de nostri sumpsimus electione iudicij, qñ id te sponte *amplecti didicimus, q̃d cæteris imperamus. Oramus siquidẽ *diuinã clementiã cũctos agnoscere, & hæc ad studia eccl'iasticę pacis instrumenta trãsmisimus. Tu vota nr̃a, & fideli intelligentia pcepisti, & officij protinus deuotione cõplesti, cunctis fratribus innotescens, q̃ per cœlestẽ gratiã cunctis profutura cognoueras. Suffragantibus igit̃ tibi tot meritis piæ solicitudinis & laboris, certe iã delectat iniungere, q̃ ad nr̃i curã cõstat officij pertinere, vt prouincijs tanta longinquitate disiunctis, & nostrã possis exhibere personã, & patrũ regulis adhibere custodiã. Vices itaq; nostras per Beticã, Lusitaniãq; prouincias saluis priuilegijs, q̃ metropolitanis ep̃is decreuit antiquitas, p̃senti tibi authoritate cõmittimus, augẽtes tuã huius pticipatione ministerij dignitatẽ, releuantes nr̃as eiusdem remedio dispensationis excubias. Et licet de singulis non indigeas edoceri, quẽ iam probauimus cautius vniuersa seruare, gratius tñ esse solet, si iterum trames ostendat, & *laboris iniunctio superius formata monstret. Paternas igit̃ regulas, & decreta a sanctis definita cõcilijs, ab oĩbus seruanda mãdamus. In his vigilantiã tuã, in his curã fraternæ monitu exhortatiõis extendimus. His ea, qua dignũ est reuerẽtia custoditis, nullũ relinquit culpæ locũ, nec sanctæ obseruationis obstaculũ. Ibi fas nefasq; p̃scriptũ est, ibi prohibitũ, ad q̃d nullus audeat aspirare, ibi concessum, q̃d debeat mens deo placitura p̃sumere. Quotiens vniuersalis poscit religionis causa, ad cõciliũ te cũcti fratres euocante conueniant, & si q̃s eoꝝ specialis negotij pulsat cõtentio, iurgia inter eos oborta cõpesce, discussa sacris legibus determinãdo certamina. Quicq̃d aũt illis pro fide & veteribus cõstitutis, vel prouida dispositione pcipies, vel psonæ nr̃æ authoritate *formabis, totũ ad scientiã nostrã instructę relatiõis attestatione pueniat, vt noster animus officij charitate dati, & tuus securitate pfruat̃ accepti. Deus te incolumẽ custodiat, frater charissime.

alias, aperire. / al's, operari. / alias, diuina beneficia / alias, laboratoris. / al's, firmabis.

¶ Rescriptũ Hormisdæ papæ ad ep̃os Beticæ prouinciæ, de cõgratulatiõe pacis.

FRatribus dilectissimis vniuersis ep̃is per Beticã prouinciã constitutis Hormisda ep̃s. Quid tam dulce solicito, quã q̃d mihi de vobis innotescũt illa q̃ cupio? Quid tã religiosis conueniẽs institutis, q̃ vt inter se sacerdotes pacẽ (quã eos necesse est alijs pro officio annũtiare) cõseruent? Plena (fateor) gratulatiõe suscepi, q̃d votiua mihi de charitate (quæ inter vos est) ecclesiaꝝ & pace literis indicastis. Sponte mihi, quicq̃d hortari poteram, quicquid monere, delatũ est. Confirmet hoc deus, q̃d est operatus in nobis, & quæ præcepit pro animaꝝ salute facienda, hæc ipse, q p̃cepit, pro ea, qua nos redemit, pietate faciat, & his tam bonis nũtijs nos q̃q; religiosoꝝ vicem reddimus nuntioꝝ. Quicquid cũ Orientalibus, q̃s ad ecclesiæ corpus vnitatemq; reuocatos dudum dei nostri ope literis significauimus, destinatis, denuo, cũ aptũ fuerit, repetitis vobiscũ *participabimus indicijs. Mox *post nostrorum reditum ab Orientalibus missa legatio est, certa sperauit, certa cõsuluit. Sed facimus de his, quæ fuerant dicenda compendium, ipsi potius ad instruẽdam notitiam vestram, quæ *a nobis sunt responsa dirigentes, ne quid sibi sub spacio prolixiore terraꝝ, aut opinio vindicet, aut error assumat, cum ad rerum fidem ipsam teneri sufficiat veritatem. Quod autem ad continentiam vestrarum pertinet literarum, oportuit quidem desideria plenius expedire, vt, æstimatis omnibus, responsum rationi congruum redderetur. Sed quia priuilegiorum veterum, & statutorum paternorum indidistis ijsdẽ literis mentionem, ad Salustium fratrem, & coepiscopum nostrum sub hac parte rescripsimus, vobis quoq; strictim, quæ dicta sunt illis latius, indicantes, ne priuilegia *nos indulta conuellerent, & nihil tam cõueniens fidei iudicare, quam vt in honore suo a patribus decreta seruentur. Deus autem vos incolumes custodiat, fratres charissimi.

B / C

Eadẽ epistola q̃ad magnã illius partẽ in dec. Marcellini papæ sc̃da habita est. / Psal. 67. / alias, participamus. / al's, pro nr̃o ædicto. / alias, nobis / alias, nobis, vel, a nobis.

¶ Iustinus Imperator Hormisdæ papæ.

QVo fuimus semper, & quo sumus studio pro conciliandis sententijs catholicã fidem *colentium, vt eodem animo cuncti venerentur lumen indiuiduum trinitatis, palam fecisse dinoscimur, nunc legatum ad vestram beatitudinem vltra ob hoc ipsum dirigentes Gratũ virum spectabilem magistrum scrinij, quo remediũ tandem reperiatur discordijs varie certantium, nunc prono libentiq; suscipientes affectu viros religiosissimos, quos interuentores vnitatis vestra sedes apostolica credidit destinandos. Profecto etenim tanquam ipsam pacem & iocundis eos oculis aspeximus, & extensis manibus duximus amplectendos, quin etiam omni intentione ordina-

alias, colẽdo.

ordinauimus, vt venerabilis ecclesia Constantinopolitana, necnon complures aliæ vota suscipiant vestra, nõ solum in cæteris, sed in auferẽdis etiã noĩbus ex sacris dypthicis, quæ remouẽda maxime * postulastis. Verũ nõnullæ fuerũt vrbes, & ecclesiæ tam * Ponticæ, q̃ Asiæ, ac pcipue Oriẽtales, quarũ clerici vel populi oĩbus pertẽtati minis, atq; psuasionibus, tñ nequaq̃ flexi sunt, vt tollãt antistitum & repellant noĩa, quorũ apud eos opinio floruit, sed morte vitã duriorẽ æstimãt, si mortuos cõdemnauerint, quorũ gloriabant vita superstitum. Quid igit faciamus hmõi pertinaciæ, quæ nec * deum audiẽs, existit, & tormẽta in tantum despicit, vt amplum sibi ac festiuum iudicet, si corpore priusquã religioso desistat cõsilio. Nobis qdem videt opus esse mollius agendi, & clemẽtius, quæ si nõ in tua sanctitudine iam nec in alio poterũt inuenire. Nam neq; sanguinis, & suppliciorũ cupidi, (quod dictu etiã graue est) libellum suscepimus, neq; vt paruo discrimine remaneãt imp fecta cõcordiæ desideria, sed ad prorogãdam, quo possumus ordine, cõiunctionẽ membrorũ ecclesiæ. Vtrum itaq; præstãtius erit, minorũ grã in totum asse nobis * acceptas tantas multitudines, an cõcessis exiguis & remissis maiora, & omi rõne quærẽda corrigi, vt, quæ nõ licuit, per oĩa saltẽ ex necessarijs partibus allegent? Veniã itaq; noĩm postulamus nõ Acatij, nõ vtriusq; Petri, nõ Dioscori, vel Timothei, quorũ vocabula ad nos datæ sanctitatis tuæ eplæ cõtinebãt, sed quos in alijs celebrauit ciuitatibus epalis reuerẽtia, & hoc exceptis vrbibus vbi vestræ beatitudinis libellus iam in plenum admissus est, nisi hãc quoq; partẽ vestra beneuolẽtia statuerit mitius corrigẽdam. Verũ nec iudicio * caret res sedis aplicæ, vt nõ magis venia dicenda sit, q̃ deliberata iam ac pspecta definitio Anastasius siqdem religiosissimæ memoriæ vestræ culmẽ ecclesiæ palam aperteq; cõstituit, cũ hoc idẽ scriberet negotiũ, decessori nostro satis esse pacẽ affectãtibus, si nomẽ tm reticeat Acatij. Ergo priora vestræ sedis cõstituta seqtur, q non omes memorias mortuorũ iudicat cõtemnendas, vt indignum habeat, & incongruum, si nõ placidior oĩbus nõ solum defunctis, sed etiã superstitibus vestra diuulget in omni fine terrarũ lenitas. Et hoc qdem nõ dubitauerimus, ita gratiosum vobis futurũ, vt pacifico statim responso lætior mundus reddatur. Retineat autẽ vestra sanctitas, quod dudũ scripsimus ex Oriente, supplicatiões nobis esse destinatas, voluntatẽ ipsorũ continẽtes & arbitrium, in quo sese duraturos ostẽdunt firmiter, & quo nulla rõne desistẽdum æstimãt. Hanc itaq; chartulã secũdum nostra promissa per Iohãnem virum reuerẽdissimũ epm dirigẽdam vobis in præsenti merito credidimus, vt a vestra sede etiã tenor eius admissus, ad colligẽdas proficiat & adunãdas vbiq; venerabiles ecclesias, & Hierosolymitanã præcipue, cui tantũ omes fauorẽ impẽdunt, quasi matri Chriani noĩs, vt nemo audeat ab ea sese discernere. Cõsensum itaq; proprium tuã sanctitudinẽ eplari quoq; pagina cõuenit declarare, vt cognito omibus atq; patefacto, tenorẽ eiusdẽ chartulæ a vobis etiã laudari, & tenaciter custodiri, lætior mundus existat. Data. v. Idus Septembris Chalcedo. Rustico consule, accepta Prid. Kaleñ. Decemb.

¶ Memorati consulis Rustici mentionem facit Marianus Scotus anno ad euangelij veritatem. D.XLI. secũdum vero Dionysii cyclum. D.XIX. Gregorius quoq; Haloãder in suo cathalogo illius meminit anno Christi. D. XXII.

¶ Exemplar Precum.

DEo amabili ac pijssimo Imperatori ex deo Augusto, & principi Iustino Chrianissimo: Deprecatio, & supplicatio ab Hierosolymitanis, & Antiochenis, & secundæ Syriæ clericis, & abbatibus, & possessoribus prouinciæ Syriæ. Haurite aquã cũ lætitia ex fontibus salutis, vociferator Esaias propheta exclamat, fontes salutis * euangelicæ veritatis pdicatiões manifeste oñdens, ex qbus beati apli, & eorũ, q per ordinẽ fuerũt, discipuli, & sapiẽtes ecclesiæ doctores salutarẽ aquã fidei hauriẽtes oẽm sanctã dei ecclesiã irrigauerũt, quæ in Petra summi aplorũ subnixa, rectã, & inflexibilẽ cõfessionẽ custodiens, fidutialiter cũ eo ad vnigenitũ filium dei omni tpe exclamat, dicens: Tu es Chrus filius dei viui. Hanc salutarem cõfessionẽ a sanctis quatuor synodis, quę euãgelicis pceptis sunt honorate, suscipiẽtes, nunq̃ per Chri grãm a traditis nobis rectis dogmatibus deuiauimus, sicut rerum testat probatio, & tpe necessitatis fidei constantia demonstrat. Si igit vt Chriani rõnis fidei sumus participes, dñe pijssime, & ad communem pacem, & ad vnitatem festinamus, nostrã fidem, quã ab initio suscepimus, per hanc satisfactionẽ nostrã manifestã vestræ facimus pietati, vt notum sit, qa & paci cõcurrimus, & a recta cũ dei iuuamine nõ diuertimꝰ fide, sed oẽm ex æquo hæresim execramur, nõ solũ Eutychianistas, & Acephalos, sed & Nestorianos, & hoĩem colẽtes toto aĩo odiẽtes anathematizamꝰ. Nos aũt dñe Christia

Marginal notes: als, postulatis — alias, dictum, vel dicto, vel dictu — alias, absentes vel aduersas — alias, cadet — Esaiæ. 12. b — alias, euangelicas veritates — Matth. 16. c

Section letters: D — E — F

A Christianissime Imperator (sicut superius dictū est) in patrē, & filiū, & spm̄ sanctū ab initio baptizati quoq;, & credētes vnā essentiā dei in tribus subsistētijs adoramus secundum sanctoꝝ patrū mathema, & symbolū, credentes in vnū deū patrem oīpotentē, & in vnū dn̄m nostrū Iesum Chr̄m, vnigenitū, deum *verbū, similiter & in vnū spm̄ sanctū, & secundum hoc diuinū mathema definitionem a sancta Chalcedoneñ. synodo promulgatā. Intelligimus, quoq; & suscipimus, credentes & confitentes, quia vna substantia vel persona, quod idē ipsa sancta synodus in duabus naturis, id est, in deitate, & humanitate indiuise, & inconfuse p̄dicauit,* deū verbum, & dn̄s noster Iesus Chrūs vnus est ex sancta, & *vnus essentia trinitatis. Sic em̄ vnum deū in tribus subsistentijs (sicut dictū est) accipimus, pater aūt non est incarnatus, nec spūs sanctus, deus verbū incarnatus est, filius vero incarnatus, & homo factus est vnus ex sancta & *vnus essentia trinitatis secundū filiationis p̄prietatē. Sic itaq; secundum p̄dictas sanctas quatuor synodos credentes, & secundā dei verbi natiuitatē secūdum carnē confiteri non renuimus. Vnde *p̄oprie dei genitrix sancta virgo esse credit, tanq̄ quæ natura, & veritate vnius essentię patris filiū deum verbum per naturā immutabilē ex ipsa factū hoīem enixa est, & duas naturas in Chr̄o per essentiā vel substātiam vnitas confitentes, sicut in vnius p̄sona vel substātia. Neq; *haꝝ diuersitatē vel proprietatē post vnitionē auferimus, nec eas diuidere in duabus p̄sonis & substātijs p̄

B vnitionē sumus edocti, eūdēq; scimus vnigenitū filiū dei, & añ incarnationē eius, & post, eundē deū *similiter & hoīem passibilē carne, īpassibilē deitate, circūscriptū corp̄e, nō circūscriptū spū, id ē, terrenū & cęlestē, quē mūdꝰ vt hoīem cępit, & vt deū cōtinere nō potuit, mortalē, & immortalē, nusquā naturaꝝ diuersitate sublata, neq; diuidentes per essentiam vnitionē, hoc em̄ vere magnū pietatis mysteriū, quia vnus ex sancta, & *vnus essentia trinitatis incarnatus, & homo factus deus verbū in vtraq; natura deitatis & humanitatis, indiuise & incōfuse cognoscit, & adorat, non conuersionē vel mutationē sustinēs, sed proprietatē vtriusq; naturæ in vna p̄sona in semetipso conseruās. Ob hāc igit fidem p̄dictas sanctas synodos suscipientes, & custodientes, anathematizamus oēs, q̄ aduersus eas, quocunq; tempore vel modo aliquid conscripserūt, p̄cipue Iohannem *Egotā, q̄ aduersus memoratā sanctā Chalcedoneñ. synodum multas vt Nestorianus blasphemias euomuit, similiter condēnantes, & Timotheū Hellurū cognominatū, sicut Eutychianistam aduersus eā cum suis latrantē sequacibus. Ita ergo cum dei iuuamine semper sensimus, & iam nunc sentimus. Quapropter hanc satisfactionē v̄ræ obtulimus pietati, iubere em̄ dignata est nos propriū intellectū, & queadmodū de sana fide sentimus, exponere, q̄a quidā hæretici, dū suā malā fidē occultare festināt, nostrā in Chr̄o libertatē, & rectā fidē detractare conant. Supplicamus igit clementiā vestrā, solicitudinē de p̄fecta ecclesiaꝝ vni-

C tione sanctaꝝ habere debere, vt vnitas, q̄ cū dei facta fuerit iuuamine, nec vllo deinceps rationabili, aut irrationabili occasionis fomite inquietari pax possit. Deus autem omnium vestrum pium adimpleat desiderium in gloriam sui, & reipublicæ disciplinam.

¶ Hormisda presbyteris, diaconibus & archimādritis secundæ Syriæ.

LEctis literis dilectionis vestræ, quibus inimicoꝝ dei patefacta vesania est, & infidelium pertinax furor dolenter expositus, qui dū rediuiuo spū oderunt deum, mēbra illius impie persequunt, quantum ad constantię vestræ agnitionem, benedixi deum, fidem militum suorum inter aduersa seruantem. Sed rursum ecclesiarum concussionem, & seruorum dei molestias, laboresq; considerans propheta.

Margin: alias, verum. — alias, dei. — als, vnius essentiæ trinitate. Si — alias, vnius. — als, propria — alias, earum — alias, simul. — alias, vnius. — als, Ergotam — Hæc ep̄la, q̄ hic truncate habet, ponit plene circa initiū .i. actiōis s. synodi Cōstātinopolitanæ sub alia interpretatiōe.

DECRETA HORMISDAE PAPAE, QVINQVE ex Gratiano desumpta, q̄ in prioribus epistolis non habentur.

PRIMVM.

Qui ad pœniām agendam in monasterio recluditur, pb̄r non ordinetur.

Si ille, qui vltro petit pœnitentiam, quamuis eam perfecte agat, non potest ep̄s aut p̄sbyter ordinari, ita vt etiam, si per ignorantiam ordinatus fuerit, & postea conuincitur pœnitentiam accepisse, deijciatur. Ille ergo, qui inuitus ad pœnitentiā agendā mittitur in monasterium (qui vtiq; nihil aliud q̄ pœnitens dicendus est) qua conscientia ad sacerdotium peruenire permittitur? Nemo mihi talia quælibet contra authoritatem sedis ap̄licæ vel contra .cccxviij. episcopoꝝ, & reliquoꝝ, canonū constituta obijciat, q̄a quicquid contra illoꝝ definitionem (in quibus spiritum sanctum credimus loquutum) dictum fuerit, recipere, non solum temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito.

Margin: Dist. 50. Si ille qui.

Secun-

SECVNDVM.

Nuptias occultas celebrare non licet.

30.q.5.Null9 fidelis

Nullus fidelis cuiuſcunq; conditionis ſit, occulte nuptias faciat, ſed benedictione accepta a ſacerdote, publice nubat in domino.

TERTIVM.

PALEA. Idem Euſebio epiſcopo.

31.q.2.Tua ſanctitas

Tua ſanctitas requiſiuit a nobis, frater venerande, de filio adulto, quem pater matrimonium cõtrahere vult, ſi ſine voluntate filij adulti facere põt. Ad quod dicimus: Si aliquo modo non conſentit filius, fieri nõ poſſe. Poteſt autem de filio nondum adulto voluntas cuius nondũ diſcerni põt, pater eum, cui vult, in matrimoniũ tradere, & poſtq̃ filius puenerit ad pfectam ætatẽ, oĩno obſeruare, & adimplere debet. Hoc ab oĩbus orthodoxæ fidei cultoribus, ſancitũ a nobis, tenẽdum mandamus.

QVARTVM.

Quorũ vnũ futurũ eſt corpus, vnus debet eſſe animus, atq; ideo nulla eſt inuita copulanda alicui. Hormiſda Sacratio regi Arragonum.

31.q.2.De neptis tuæ

De neptis tuæ cõiugio, quã te cuidã militi daturũ neceſſitatis inſtante articulo ſub fidei pollicitatione firmaſti, hoc, æquitate dictante, decernimus, vt ſi illa virũ illum oĩno (vt dr) renuit, & in eadẽ voluntatis authoritate pſiſtit, vt viro illi prorſus ſe deneget nupturã, nequaq̃ eã inuitã & renitẽtẽ eiuſdẽ viri cogas cõiugio ſociari. Quorũ em̃ vnũ corpus ẽ, vnus debet eſſe & animus, ne forte virgo, cum fuerit alicui inuita copulata, cõtra dñi apoſtoliq; præceptum, aut reatum diſſidij, aut crimen fornicationis incurrat, cuius videlicet peccati malum in eum redundare conſtat, q coniunxit inuitam. Quod pari tenore de viro etiam eſt ſentiendum.

QVINTVM.

Abſq; epi permiſſu in eccleſia conſecrata non erigatur altare.

De cõſ.diſt.2. Nullus pbr̃.

Nullus pbr̃ in eccleſia conſecrata aliud altare erigat, niſi quod ab ep̃o loci fuerit ſanctificatum vel permiſſum, vt ſit diſcretio inter ſacrum & nõ ſacrum. Nec dedicationem fingat, niſi ſit. Quod ſi fecerit, degradet̃, ſi clericus eſt, ſi vero laicus, anathematizetur.

AVRELIANENSE CONCILIVM PRIMVM CIRCA TEMPORA Hormiſdæ papæ.

HVius ciuitatis Aurelianeñ. & ſi pleriq; authorum meminerunt, quia tamen Ptolo. Pli. Antoñ. & Strabo, quorũ teſtimonia dictaq; in aſſignatione ciuitatum, in quibus concilia ſunt celebrata, ſecutus ſum, atq; recenſita ſunt, ipſius nullam ſub noĩe Aurelia vel Aurelianis fecere memoriã, idcirco cæteris prætermiſſis, etiã nulla hoc loco Aurelianeñ. ciuitatis teſtimonia narrantur.

¶ Aurelianeñ. ſynodi primæ capitulorum tituli.

Si epũs

¶ Aurelianenſe concilium. xxxiij. epiſcoporum.

¶ Epl'a Clodouei regis Franciæ ad ſynodum. Capl'm primum.

DOminis ſanctis & apoſtolica ſede digniſſimis epis, Clodouæus rex. Enũtiante fama quid actũ fuerit vel pceptũ, omni exercitui nr̃o priuſq̃ in patriã Gothoꝝ ingrederemur, beatitudini veſtræ pterire non potuit. In primo q̃q; de miniſterio eccleſiarũ omniũ pcepimus, vt nullus ad ſubripiendũ in aliquo conaret, neq; de ſanctimonialibus, neq; de viduis, q̃ in religione dñi deuotæ eſſe probarent. Simili conditione & de clericis vel filijs ſupradictoꝝ tã clericoꝝ q̃ viduaꝝ, qui cum illis in domo ipſoꝝ cõſiſtere videbãtur.
B Idẽ & de ſeruis eccleſiaꝝ, q̃s de eccleſijs tractos p epoꝝ ſacramenta conſtiterit, pceptũ eſt obſeruare, vt nullus ex ipſis aliquã violentiã, vel damnũ patiatur. Quod ita ad integrũ eſt intelligendũ, vt ex his ſupradictis, ſi aliquis vim captiuitatis pertuliſſet, ſiue in eccleſia ſiue extra eccleſiã, omnino ſine aliqua dilatione pcipiamus eſſe reddendos. De cæteris quidẽ captiuis laicis, qui extra pacẽ ſunt captiuati, & fuerint approbati * apoſtoli, aut cui voluerițis arbitrij veſtri eſt non negandũ. Nam de his, q in pace nr̃a tã clerici q̃ laici ſubrepti fuerint, ſi veraciter agnoſcitis, veſtras epiſtolas de annulo veſtro infra ſignatas, ſic ad nos omnimodis dirigatis, & a parte nr̃a pceptionẽ latã noueritis eſſe * firmandã, ſic tñ populus noſter petit, vt cuicũq; epiſtolas veſtras pſtare fueritis dignati, cũ ſacramento per deũ, & benedictione veſtra dicere non tardetis, rem iſtã, quæ poſcitur, verã eſſe, quia multoꝝ * veritates & falſitates inuentæ ſunt, vt cõprehendant, ſicut ſcriptũ eſt: Petit iuſtus cũ impio. Orate pro me, dñi ſancti, & apoſtolica ſede papæ digniſſimi.

alias forte, epiſcopi
al's, ſeruandã.
al', varietates
Gene. 8. c

¶ Reſcriptũ epiſcopoꝝ ſynodi ad regẽ Franciæ. Capl'm ſecundum.

DOmino ſuo catholicæ eccleſiæ filio Clodouæo glorioſiſſimo regi. Oẽs ſacerdotes, quos ad conciliũ venire iuſſiſtis, qa tanta ad religionis catholicæ cultũ glorioſæ fidei cura vos excitat, vt ſacerdotalis mẽtis affectu ſacerdotes de rebus neceſſarijs tractaturos in vnũ colligi iuſſeritis, ſecundũ veſtræ voluntatis conſulationẽ, & titulos, quos
C dediſtis, ea, quæ nobis viſa ſunt, definitione reſpondimus, ita vt ſi ea, quæ nos ſtatuimus, etiam veſtro recta eſſe iudicio comprobãtur, tanti conſenſus regis, ac dñi maioris authoritatem ſeruandã, tantoꝝ firmat ſententia ſacerdotum.

III. Cum authore deo in Aurelianẽſi vrbe fuiſſet cõciliũ ſummoꝝ antiſtitũ congregatum, communi omniũ collatione complacuit, vt hoc, quod verbis ſtatuerunt, etiam ſcripturæ teſtimonio roborarent.

De homicidis, adulteris, & furibus, ſi ad eccleſiam confugerint, id conſtituimus obſeruandũ, quod eccleſiaſtici canones decreuerũt, & lex Romana conſtituit, vt ab eccleſiæ atrijs, vel domo epi reos abſtrahere omnino non liceat, ſed nec alteri conſignare, niſi ad euangelia datis ſacramentis de morte, & debilitate, & omnium pœnarũ genere ſint ſecuri, ita vt ei, cui reus fuerit criminoſus, de ſatiſfactione conueniat. Quod ſi quis ſua ſacramẽta conuictus fuerit violaſſe, reus periurij, non ſolum a communione eccleſiæ, vel omnium clericorum, verumetiam & a catholicorũ conuiuio ſeparetur. Quod ſi is, cuius reus eſt, noluerit, intentione faciente componi, & ipſe reus de eccleſia actus timore diſceſſerit, ab eccleſiæ clericis non quæratur.

17. q. 4. Id conſtituimus.

IIII. De raptoribus autẽ id conſtituendum eſſe cenſuimus, vt ſi ad eccleſiam raptor cum rapta cõfugerit, & fœminã ipſam violẽtiam pertuliſſe conſtiterit, ſtatim liberetur de poteſtate raptoris, & raptor mortis vel pœnaꝝ impunitate conceſſa, aut ſeruiendi conditioni ſubiectus ſit, aut redimẽdi ſe liberã habeat facultatẽ. Si vero, quæ rapitur patrẽ habere conſtiterit, & puella raptori conſenſerit, poteſtati patris excuſata reddatur, & raptor patri ſuperioris conditionis ſatiſfactione teneatur obnoxius.

36. q. 1. De raptoribus aũt

V. Seruus qui ad eccleſiam confugerit pro qualibet culpa, ſi * domino pro admiſſa culpa ſacramentum ſuſceperit, ſtatim ad ſeruitium domini ſui redire cogatur, & poſteaq̃,

al's, a dño, vel, dñs
17. q. 4. Id cõ.

DDDDD dato

dato sacramēto, domino suo fuerit cōsignatus, si aliquid pœnæ pro eadē culpa, qua excusatur, probatus fuerit pertulisse, pro cōtemptu ecclesiæ, & præuaricatione fidei a communione, & conuiuio catholicorū extraneus habeatur. Si vero seruus pro culpa sua ab ecclesia defensatus, sacramēta domini clericis exigentibus de impunitate perceperit, exire nolentem a domino liceat occupari. D

VI. De ordinationibus clericorum id obseruandū esse decreuimus, vt nullus secularium ad clericatus officiū præsumat accedere, nisi aut cū regis iussiōe, aut cū iudicis volūtate, ita vt filij clericorum, id est, patrū, auorum, ac proauorum, quos supradicto ordine parentū constat obseruatione subiunctos, in eporum potestate & districtione consistant.

VII. De obligationibus vel agris, quos dominus noster rex ecclesiæ suo munere cōferre dignatus est, vel adhuc non habentibus, deo sibi inspirante contulerit, ipsorū agrorū vel clericorū immunitate concessa, id esse iustissimū definimus, vt in reparationibus ecclesiarum, alimonijs sacerdotū, & pauperum refectione, vel redemptionibus captiuorum, quicquid deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur, & clerici ad adiutoriū ecclesiastici operis constringātur. Quod si aliquis sacerdotū, seu minoris officij ad hanc curā minus solicitus fuerit, ac deuotus extiterit, publice a comprouincialibus epis confundat. Quod si nec sub tali se confusione correxerit, donec emēdet errorem, communione fratrū habeatur indignus, minores vero (vt dignum est) distringantur.

2.q.7. Si quis ab epo. al', couētione

VIII. Si quis ab episcopo suo, vel de ecclesia, vel de proprio iure crediderit aliquid repetendum, si nihil conuitij aut criminationis obiecerit, eum pro sola * contentione a cōmunione ecclesiæ non liceat submoueri. E

IX. Abbatibus, presbyteris, omniq; clero, vel in religionis professione viuentibus, sine discussione, vel cōmendatione eporum, pro petendis beneficijs ad domnos venire non liceat. Quod si quisq̃ p̃sumpserit, tā diu loci sui honore & cōmunione priuet, donec per pœnitentiam plenā eius satisfactionem sacerdos accipiat.

Distin. 54. Si seruus absen.

X. Si seruus absente vel nesciente domino suo, episcopo tamen sciente, quod seruus sit, diaconus aut presbyter fuerit ordinatus, ipso in clericatus officio permanente, episcopus eum domino duplici satisfactione compenset. Si vero epūs eū seruū nescierit, qui testimoniū perhibēt, aut eū supplicauerint ordinari, simili redhibititioni teneanť obnoxij.

Dist. 81. Si diaconus aut.

XI. Si diaconus aut presbyter crimen capitale commiserit, simul & ab officio, & communione pellatur.

XII. De hæreticis clericis, qui ad fidem catholicam plena fide ac volūtate venerint, vel de basilicis, quas in peruersitate sua Gothi hactenus habuerūt, id censuimus obseruari, vt si clerici fideliter conuertantur, & fidem catholicam integre cōfiteantur, vel ita dignā vitam morum & actuum probitate custodiant, officio, quo eos episcopus dignos esse censuerit, cum impositæ manus benedictione suscipiant, & ecclesias simili, quo nostræ inuocari solent, placuit ordine consecrari.

De pœn. dist. 5. De his qui.

XIII De his, qui suscepta pœnitentia religionem suæ professiōis obliti, ad secularia relabuntur, placuit, eos & a communione suspendi, & ab omnium catholicorum conuiuijs separari. Quod si post interdictum, cum eis quisquam præsumpserit manducare, & ipse communione priuetur. F

Dist. 81. Si diaconus. alias, his

XIIII. Si diaconus, vel presbyter pro reatu suo se ab altaris cōmunione sub pœnitentis professione submouerit, * sic quoq;, si alij defuerint, & causa certæ necessitatis exoritur, poscentem baptismum, liceat baptizare.

Dis. 28. Si se. alias, castitate seruata

XV. Si se cuicunq; mulier duplici coniugio presbyteri, vel diaconi relicta coniunxerit, aut * castigati separentur, aut certe, si in criminum intentione perstiterint, pari excommunicatione plectantur.

10. q. 1. Antiquos cano.

XVI. Antiquos canones relegentes, priora statuta credimus renouanda, vt de his, quæ in altario oblatione fidelium conferūtur, medietatem episcopus sibi vendicet, & medietatem sibi dispensandā secūdum gradus, clerus accipiat, tam de prædijs proprijs, q̃ de omni cōmoditate in episcoporum potestate durantibus.

10. q. 1. De his quæ paro.

XVII. De his, quæ parochijs in terris, vineis, mancipijs, atq; peculijs quicunq; fideles obtulerint, antiquorū canonum statuta seruentur, vt omia in episcopi potestate consistant. De his tamē, quæ in altario accesserint, tertia fideliter episcopis deferatur, (Ex decr. Iuonis lib. ij. additio) duæ clericis. Decimæ autē secūdum quosdam singulis annis tertia pars, aut in tertio tota. Sed tamē nos sequētes Romanos, singulis annis quartā partē, aut in quarto

quarto anno, totam episcopi recipiant.

XVIII. Episcopus pauperibus, vel infirmis, qui debilitate faciente non possunt suis manibus laborare, victū & vestimentū, inquantū possibilitas habuerit, largiatur.

Dist 82. Epūs pauperibus

XIX. Omnes basilicæ, quæ per diuersa loca constructæ sunt, vel quotidie construuntur, placuit secundum priorum canonum regulam, vt in eius episcopi, in cuius positæ sunt territorio, potestate consistant.

16.q.7. Omes basilicæ

XX. Nec superstes frater thorū defuncti fratris ascendat, nec se quisquā amissæ vxoris sorori audeat sociare. Quod qui fecerint, ecclesiastica districtione feriantur.

XXI. Abbates pro humilitate religionis in episcopo℞ potestate consistant. Et, si quid extra regulam fecerint, ab episcopis corrigātur. Qui semel in anno, in loco vbi episcopus elegerit, accepta vocatione conueniant. Monachi autē abbatibus omni obedientia & deuotione subiaceant. Quod si quis per cōtumaciam extiterit indeuotus, aut per aliqua loca vagari, aut peculiare aliquid habere præsumpserit, omnia, quæ acquisierit, ab abbatibus auferātur, secūdum regulam monasterio profutura. Ipsi autē, qui fuerant peruagati, vbi inuenti fuerint, cū auxilio episcopi tanquā fugaces sub custodia reuocētur. Et reum se ille abbas futurū esse cognoscat, qui in huiusmodi personis non regulari animaduersione distrinxerit, vel qui susceperit monachū alienum.

18.q.2. Abbates pro hum.

XXII. Monacho orarium in monasterio vel zonas habere non liceat.

27.q.1. Monacho orarium

XXIII. Monachus in monasterio conuersus, si pellici postea vel vxori fuerit sociatus, tantæ ꝑuaricationis reus, nunquam ecclesiastici gradus officium sortiatur.

XXIIII. Nullus monachus, congregatione monasterij derelicta, ambitionis &* vanitatis impulsu cellulā construere, sine ep̄i permissione, vel abbatis sui volūtate ꝑsumat.

18.q.2. Nullus monach⁹

als, varietatis

XXV. Si episcopus humanitatis intuitu, mancipiola, vineolas, vel terrulas clericis vel monachis ꝑstiterit excolendas, vel pro tempore tenendas, etiam si longa transisse annorum spatia comprobentur, nullū ecclesia præiudicium patiatur, nec secularis legis pręscriptio, quæ ecclesiæ aliquid impediat, opponatur.

16.q.3 Si ep̄s,

XXVI. Id sacerdotibus omnibus est decretum, vt ante paschæ solennitatē nō quinquagesima, sed quadragesima teneatur.

De cōs dist.3 Sacerdotib⁹.

XXVII. Vt nulli ciuium paschæ, natalis domini, vel quadragesimæ solennia in villa liceat celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse.

De cōs.dist.3. Nulli ciuium

XXVIII. Cum ad celebrādas missas in dei nomine conuenitur, populus non ante discedat, q̄ missæ solennitas compleatur, & vbi episcopus non fuerit, benedictionem accipiat sacerdotis.

De cons.dis.1 Cū ad celeb.

XXIX. Rogationes, id est lætanias, ante ascensionem domini placuit celebrari, ita vt præmissum triduanū ieiunium in dominicæ ascensionis solennitate soluatur, per q̄d triduum serui & ancillæ ab opere relaxentur, quo magis plebs vniuersa conueniat. Quo triduo omnes abstineant, & quadragesimalibus cibis vtantur.

De cōs.dist.3 Rogationes

XXX. Clerici vero, qui ad opus sanctum adesse contempserint, secundum arbitriū episcopi ecclesiasticam suscipiant disciplinam.

Dist.91. Clerici vero,

XXXI. De familiaritate extranearum mulierum tam episcopi, q̄ presbyteri, vel diaconi præteritorum canonum statuta custodiant.

XXXII. Si quis clericus, monachus, vel secularis diuinationē vel auguria crediderit obseruāda, vel sortes (quas mentiuntur esse sancto℞) quibuscunq; putauerint intimandas, cū his, qui eis crediderint, ab ecclesiæ communione pellantur.

26.q.5. Si qs clericus

XXXIII. Episcopus, si infirmitate non fuerit impeditus, ecclesiæ, cui proximus fuerit, die dominico deesse non debet.

De cōs.dist.3 Ep̄s si infir.

Nomina episcoporum, qui in eadem synodo fuerunt, & mecum subscripserunt, numero. xxxiij.

Auentinus *Dinieñ. metropolis, Adelphius Rauracensis, Boetius Cadurceñ. Cyprianus Burdegaleñ. metropolis, Cronopius Petragoricēsis, Camilianus Trecasin⁹, Eusebius Aurelianeñ. Euphrasius Aruernorū, Edibius Ambianeñ. Eustochius Andegaueñ. Epiphanius Namneticensis, Eraclius Parisiacensis, *Etilius* Vasioneñ. *Gildardus Rothomagensis metropolis, Leontianus Constantieñ. Lupicinus Engolismanus, Litharedus Lexouiensis, Lupus Suessionensis, Leuanianus Siluanectensis, Licinius Thuronensis metropo. Leontius Tholosanus metropolis, Maurusius, Ebroycensis, Melanius Rhedonēsis, Modestus Venetensis, Mellanius Viromandensis, Nepus Abrinceñ. Petrus Xanctonensis,

als, Dieñ. vel Digneñ.

als, Sestilius Valeñ.

al, Gildared⁹

Principius Cenomannēsis, Quincianus Ruthenēn. Sophronius Nouiomēn. Theodosius Antisiodorēn. Tetradius Auscior, Tetradius Bituricēn. metropolis. D

Finis concilij Aurelianensis.

GERVNDEN. CONCILIVM CIRCA TEMP. HORMISDAE PAPAE.

Ciuitatis Gerundēn. quæ est Hispaniarum famosa satis, Pto. lib. geographiæ suæ. ij. ca. vi. tit. Narbonēn. situs, non immemor dicit. His ab occasu hæret Authetani Ausa, Becula, Gerunda. Et Pli. lib. iij. tit. Hispania citerior, vbi scribit Edetani, Gerūdēn. Gessorien. In itinerario quoque Anto. tit. de Italia in Hispanias, inquiēs Gerūda, Barcinone.

¶ Capitula concilij Gerundensis.

CONCILIVM GERVNDENSE, ANNO SEptimo Theodorici regis. vij. Idus Iunij, Agapito viro clariss. cōs.

¶ De huius consulis Agapiti hic assignati consulatus anno qualiter assignetur, & a quibus, circa epistolam Hormisdæ ad Iohannē epm adnotatū est.

Capitulum primum.

De cōs. dist. 2 Institutio mi.

VT institutio missarum, sicut in metropolitana ecclesia agitur, ita in dei nomine in omni Tarraconēsi prouincia tam ipsius missæ ordo, q̄ psallendo vel ministrando consuetudo seruetur.

II. Vt expleta solennitate pentecostes in sequenti septimana a quinta feria in sabbatum, per hoc triduum abstinentia celebretur.

III. Item secūda lætania facienda est Kalēdis Nouembris, ea tamē cōditione seruata, vt si ijsdē diebus dn̄ica intercesserit, in alia hebdomada, secundū prioris abstinētiæ obseruantiam, a quinta feria incipiatur, & in sabbati vespere missa facta finiatur, quibus tamē diebus a carnibus, & vino decreuimus abstinendum. F

De cōs. dist. 4 De catechu.

IIII. De catechumenis baptizandis id statutū est, vt in paschæ solennitate, vel pentecostes quanto maioris celebritas celebritatis maior est, tanto magis ad baptizandum veniant. Cæteris solennitatibus infirmi tantummodo debeant baptizari, quibus quocūque tempore, conuenit, baptismum non negari.

V. De paruulis, qui nuper e materno vtero æditi sunt, placuit, constitui, vt si infirmi (vt assolet) fuerint, & lac maternum non appetunt, etiam eadem die, qua nati sunt (si oblati fuerint) baptizentur.

VI. De conuersatione vitæ id statuere placuit, a pontifice vsque ad subdiaconatū, post suscepti honoris officium, si quis ex coniugatis fuerit ordinatus, vt semper alterius fratris vtatur auxilio, cuius testimonio vita eius debeat clarior apparere.

VII. De his, qui sine vxoribus ordinantur, & familias domus habēt, habito secū pro vitæ cōuersatione fratre in testimoniū, non p quācunque fœminei sexus personā eorū substantia gubernet, aut p puerū, sed aut per amicū, domū suā debeant ordinare, nisi matrē, aut sororē in domo habuerint, vt secundū priorum canonum statuta per earum personas eorum debeat contutari substantia.

VIII. Si quis de laicis post vxorem aliam cuiuscunque conditionis cognouerit mulierem, in clero nullatenus admittatur.

Dist. 50. Is vero qui.

IX. Is vero, qui ægritudinis languore depressus, pœnitentiæ benedictionē, quā viaticum deputamus, per communionē acceperit, & postmodū reconualescens caput pœnitentiæ

A nitentiae in ecclesia publice nō subdiderit, si prohibitis vitijs non detinetur obnoxius admittatur ad clerum.

X. Item nobis semper placuit obseruari, vt oībus diebus post matutinas & vesperas oratio dñica a sacerdote proferatur. Iohannes in Chri noīe epūs subscripsi. Fortunianus epūs subscripsi, Paulus epūs subscripsi, Agricius eps subscripsi, *Emidius epūs subscripsi. Nibridius episcopus subscripsi, Orontius episcopus subscripsi.

De cōs. dist. 5 Id semp plac.

als, Cinidius

Concilium Gerundense finit.

CONCILIVM CAESARAVGVSTANVM.

De hac ciuitate Cæsaraugustana scribit Pto. lib. ij. ca. vi. tit. Narboneñ. situs, Cæsarea augusta ci. Editanorum. Et Pliñ. lib. iij. ca. iij. tit. Hispania citerior, vbi dicit Cæsaraugustana Colonia immunis anni. Et Antoñ. in itiner. tit. Iter de Italia in Hispanias a Mediolano Vapingo trans alpes Gottias &c. Osca Cæsareaaugusta. Itē tit. Iter ab Emerita Cæsaraugustā. Itē tit. Alio itinere ab Emerita Cæsaraugustā &c. Toletum &c. Cæsaraugusta. Itē tit. sequēti. Iter ab Asturica Cæsaraugustā &c. Titultiā, Cæsaraugusta. Item tit. sequēti. Iter ab Asturica p Cantabriā Cæsaraugustā &c. Numātia &c. Cæsaraugustā. Item tit. sequēti. Iter a Ciraffone Cæsaraugustam Balsione &c. Cæsaraugustā. Item tit. sequēti, Per Lusitaniā ab Emerita Cæsaraugustā &c. Titultiā Cæsaraugustā. Item tit. A limio alio itinere Cæsareāaugustā &c. Ceruione Cæsaraugustā. Item tit. Iter a Cæsaraugusta Beneharno.

Capitula concilij Cæsaraugustani.

¶ Concilium Cæsaraugustanum duodecim episcoporum.

QVarto Nonas Octobris Cæsaraugustæ in secretario residentibus episcopis, Siradio, Delphino, Raticio, Ampelio, Augentio, Lucio, Italio, Splendinio, Valerio, Simposio, Caterio, & Italio, ab vniuersis dictum est, Recitentur sententiæ. Lucius episcopus legit.

Capitulum primum.

¶ Vt mulieres oēs ecclesiæ catholicæ fideles a virorum alienorum lectione, & cœtibus separentur, nec ad ipsas legentes alij studio vel docendi, vel discendi conueniant, quoniam & hoc Apostolus iubet. Ab vniuersis episcopis dictum est, anathema futuros, qui hanc cōcilij sententiam non obseruauerint.

1. Cor. 14. g & 1. Tim. 2. c

II. Itē legit. Ne quis ieiunet die dñica causa tēporis, aut persuasionis, aut superstitionis. Nec quadragesimæ diebus ab ecclesiis fideles desint. Nec habitēt in latibulis cubiculorum, ac montiū, qui in suspitionibus perseuerāt, sed exemplū, & præceptū custodiant sacerdotū. Et ad alienas villas agendorum conuentuum causa non conueniant. Ab vniuersis episcopis dictū est, Anathema sit, qui hæc commiserit.

De cōs. dist. 5 Ne quis ieiu.

III. Itē legit, Eucharistiæ grām, si quis probat acceptā non consumpsisse in ecclesia, anathema sit in perpetuum. Ab vniuersis epis dictum est, placet.

IIII. Item legit, Vicesimo & primo die, id est, a. xvi. Kalendas Ianuarij vsq; in diem Epiphaniæ, qui est octauo Idus Ianuarij, continuis diebus nulli liceat de ecclesia se absentare, nec latere in domibus, nec secedere ad villā, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, sed concurrere ad ecclesiam. Quod qui non obseruauerit, de suspectis anathema sit in perpetuum. Ab vniuersis epis dictum est, anathema sit.

V. Itē lectū est. Vt hi, q per disciplinā, aut sentētiā epi ab ecclesia fuerint separati, ab alijs epis non sint recipiendi. Quod si scientes epi fecerint, nō habeāt cōmunionē. Ab vniuersis epis dictū est, Qui hoc cōmiserit, eporum non habeat communionem.

VI. Item legit, Si quis clericus propter luxum, vanitatisq; præsumptū de officio suo

ſponte diſceſſerit, ac velut obſeruatorē legis, monachū videri ſe maluerit eſſe q̃ clericum, ita de eccleſia repellendū, vt niſi rogando, atq; obſecrando plurimis temporibus ſatiſfecerit, non recipiatur. Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt: Ita fiat. D

Hebr.5.a VII. Itē lectū eſt. Ne quis doctoris nomen ſibi imponat, ꝑter has pſonas qbus conceſſum eſt, ſecundū quod ſcriptū eſt. Ab vniuerſis epiſcopis dictū eſt, Placet.

VIII. Item lectum eſt. Non velandas eſſe virgines, quæ ſe deo vouerunt, niſi quadraginta annorum probata ætate, quam ſacerdos comprobauerit. Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt, Placet. ¶Concilium Cæſarauguſtanū finit.

DECRETA IOHANNIS PAPAE PRIMI.

¶Ex libro pontificali.

IOhānes natione Tuſcus, ex patre Cōſtātio, ſedit annos duos, mēſes. ix. dies. xvij. Fuit aūt a cōſulatu Maximi vſq; ad cōſulatū Olibrij, tpibus Theodorici regis & Iuſtini auguſti Chriſtiani. Hic vocatus eſt a rege Theodorico Rauēnā, quē ipſe rex rogās miſit in Cōſtātinopolim cū legatiōe ad Iuſtinū Imperatorē orthodoxū. Eodē quippe tpe Imperator vir religioſiſſ. ſummo amore religionis Chriſtianæ voluit hæreticos extricare. Nam ſummo feruore religionis Chriſtianitatis hoc cōcilio vſus ē, vt eccl'ias Arrianorum catholicas cōſecraret. Pro hac cā rex Theodoric⁹ hæreticus hoc audiēs, exarſit in irā, & totā Italiam voluit gladio extinguere. Eodē tpe Iohānes pp. ægrotus egreſſus, cū fletu ambulauit, pergens ad vrbē Cōſtātinop. & ſenatores cū eo. ſ. Theodorus, Importun⁹ & Agapitus excōſules, & ali⁹ Agapitus patrici⁹, accipiētes hoc in mādatis legationū ab ipo rege, vt redderēt eccl'iæ hereticis i ptib⁹ Oriētis. Qd ſi nō, oēm Italiā gladio pderet. Qui cū ābulaſſent cū Iohāne pp. occurrerūt B. Iohāni pp. a miliario. xij. oīs ciuitas cū cæreis & crucib⁹ in honorē beatorum aplorum Petri & Pauli, qa veteres Grecorum hoc teſtificabant dicētes, a tpe Cōſtātini & a B. Silueſtro ſedis aplicæ epo vſq; ad Iuſtini tpa, nō meruiſſe ptes Græciarum vicariū beati Petri apli ſuſcepiſſe cū gaudio & glia. Tūc Iuſtinus auguſtus dās honorē deo, hūiliauit ſe pnus i terrā, & adorauit beatiſſ. Iohānē pp. Eodē tpe B. Ioānes pp. cū ſenatorib⁹ ſupraſcriptis cū grādi fletu rogauerūt Iuſtinū aug. vt legatio acceptabilis eēt i cōſpectu ei⁹. Qui Ioānes pp. & ſenatores viri religioſi oīa meruerunt, & liberata ē Italia a Theodorico rege heretico. Iuſtin⁹ aūt Imp. gaudio repletus ē, qa meruit tpibus ſuis vicariū B. Petri apli videre i regno ſuo, de cui⁹ manib⁹ cū glia coronatus ē Iuſtin⁹ aug. Eodē aūt tpe cū hi ſupraſcripti. i. papa Ioānes cū ſenatoribus Theodoro, Importuno, & Agapito excōſulib⁹ (Agapito patricio defuncto Theſſalonicæ) poſiti Cōſtātinopoli eēnt, Theodoricus rex hæreticus tenuit duos ſenatores pclaros & excōſules Symmachū & Boethiū, & occidit, interficiēs gladio. Eodē tpe reuertēs pp. Ioānes venerabilis, & ſenatores cū glia, dū oia obtinuiſſent a Iuſtino aug. rex Theodoricus hereticus cū grādi dolo & odio ſuſcepit eos. ſ. Ioānē pp. & ſenatores, qs etiā gladio voluit occidere, ſed metuebat indignationē Iuſtini aug. Tn̄ in cuſtodia oēs afflictos macerauit, ita vt beatiſſ. Ioānes eps primæ ſedis i cuſtodia afflict⁹, deficiēs moreret. Qui defunctus ē Rauēnę. *xij. Kalē. Iunij. Poſt hoc factū nutu oīpotētis dei. xcviij. die poſtq̃ defunctus ē Ioānes beatiſſ. pp. in cuſtodia, Theodoricus rex hæreticus ſubito interijt, & mortuus ē. Hic pp. Ioānes refecit cœmiteriū beatorum martyrum Nerei & Achillei, via Ardeatina. Itē renouauit cœmiteriū ſanctorum Felicis & Adaucti. Itē renouauit cœmiteriū Priſcillæ. Eodē tpe poſitū ē ornamētū ſup cōfeſſionē B. Pauli apli de gēmis paraſinis & hyacintinis. Itē huius tpibus Iuſtinus Imp. obtulit patenā aureā cū gēmis, pēſantē lib. xx. Calicē aureū cū gēmis, pēſantē lib. v. Scyphos argēteos. v. Pallia auro texta. xv. q̃ ipſe Ioānes detulit ad beatos aplos Petrū & Paulū, & ad S. Mariā, & ad S. Laurētiū. Hic ordinauit epos p diuerſa loca. xv. Cuius corpus trāſlatū ē de Rauēna, & ſepultū eſt i baſilica beati Petri ſub die. vi. Kalē. Iunias, Olibrio cōſule. Et ceſſauit epatus dies. lviij.

E F

alias. xv.

¶Decreta Iohannis papæ primi.

IOhannes vrbis Romæ eps Zachariæ archiepo ſalutem. Exigit dilectio tua, frater chariſſime, præceptū apoſtolicæ ſedis, in quo patrū decreta conſentiunt, quod nec tibi, nec vlli recte viuentiū, & credentium ſacerdotū negare fas eſſe credimus. Et licet tibi pro merito & honore ſacerdotij, quo plurimū polles, viuendi, & docendi eccleſiaſticæ regulæ nota ſint omnia, tamen quia Roma-

A Romanæ ecclesiæ normam atq; authoritatem magnopere postulasti, scriptis tuis breuiter respōdere curauimus. De occultis em̄ cordis alieni temere iudicare, iniquū est, & eum, cuius non videntur opera, nisi bona, peccatum est ex suspitione reprehendere. Oues ergo, quæ pastori suo commissæ fuerint, eum nec reprehendere, nisi a recta fide exorbitauerit, debent, & nullatenus accusare possunt, qa facta pastorum oris gladio ferienda non sunt, quanquàm recte reprehendenda videantur. Ideo ista dicimus, qa in scriptis vestris reperimus, quosdam ep̄os vestris in partibus a proprijs ouibus accusatos, aliquos videlicet ex suspitione, & aliquos ex certa rōne, & idcirco quosdam suis esse rebus expoliatos, quosdam vero a propria sede pulsos. Quos scias nec ad synodum comprouincialem, nec ad generalem posse conuocari, nec aliqd dijudicari antequam cuncta, quæ eis ablata sunt, legibus potestati eorū redintegrentur. Prius ergo oportet oīa illis legibus redintegrari, & ecclesias, quæ sibi sublatæ sunt, cum om̄i priuilegio suo restitui, & postmodum nō sub angusti tpis spatio, sed tm̄ tpis spatium eis indulgeat, quātum expoliati vel expulsi esse vident, anteq̄ ad synodum cōuocent, & ab oībus qsq; suæ prouinciæ ep̄is audiat. Nam nec conuocari ad causam, nec dijudicari pt expoliatus vel expulsus, qa nō est priuilegiū, quo expoliari possit iam nudatus. Vnde & antiqtus decretū est: Om̄es possessiōes, & oīa sibi sublata atq; fructus cūctos ante litē cōtestatam, pceptor vel primas possessori restituat. Et alibi

B scriptum habet: Ille, qui violentiam pertulit, vniuersa in statu, quo fuerāt, recipiat, & quæ possidet securus teneat. Et alibi in synodalibus pr̄m decretis, & regū ædictis legit statutū. Redintegrāda sunt oīa exep̄oliatis, vel eiectis ep̄is præsentialiter ordinatiōe pontificū, & in eorum, vnde abscesserūt, potestatem funditus reuocanda, quacūq; conditione temporis, aut dolo, aut captiuitate, aut virtute maiorum, aut per quascūq; iniustas causas, res ecclesiæ vel proprias, aut substantias suas perdidisse noscuntur an̄ accusationē, aut regularem ad synodum vocationem eorum, & reliqua. Est etiam in antiqs ecclesiæ statutis decretum, vt q aliena inuadit, non exeat impunitus, sed cū multiplicatione oīa restituat. Vnde & in euāgelio scriptū est: Quod si aliqd defraudaui, reddo quadruplum. Et in legibus seculi cautū, habet: Qui rem subripit alienam, illi, cuius res direpta est, in * vndecuplum, quæ sublata sunt, restituat. Et in lege diuina legitur: Maledictus oīs, qui transfert terminos proximi sui. Et dicet om̄is populus, Amē. Talia ergo nō præsumant absq; vltiōe, nec exerceantur absq; sua dānatiōe. Tu vero, frater charissime, hæc, vide, ne trāsgrediaris, & reliquos ep̄os, tam tuæ curæ commissos, & alios firmiter tenere doceto, qa trāsgredi ap̄lica statuta absq; transgressoris gradus periculo nullatenus possunt. Inimicis vero accusatoribus, vel de inimici domo prodeuntibus, seu q cum inimicis morātur, nō credat, ne irati, nocere cupiant,

C ne læsi, se velint vlcisci. Hi quoq; rejciendi sunt, non approbandi. Hæc (charissime) tene & prohibita sp caue. Illud adimplere stude, q̄d bene ad Iesum filiū Syrach dictū ē. Vsq; ad mortem certa pro veritate, & semper dn̄s deus tuus pugnabit pro te. Huius ergo rei gratia vobis, & nobis sancta commissa est ecclesia, vt pro omnibus laboribus & cunctis opem ferre nō negligamus, qm̄ dum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt om̄ia, quæ possidet. Ideoq; tanta vrgente necessitate summopere vestra ap̄licaq; authoritate, & reliquos ep̄os oportet reprimere infestos, releuare oppressos, vt absq; graui (dn̄o auxiliante) difficultate, ipsi grataner omni tempore sacrificare mereamur illæsi. Ad vos quoq; me reuerti cogit propositi opis amica cōditio, q melioribus hactenus operā volui nauare sermonibus, dum talem rōnem exigit toxicata necessitas, mādati cœlestis habitatio nos aut miscet, aut separat. Nec interest, quę interualla nos segregēt, si vna in supernę mā sionis claue retinētur. Nec vobis tales nocere valebunt, si inuicē adiutorium ferre nō distuleritis. Inauditū aūt genus sacrilegij est, quod mentitæ religionis honorem præfixi æmuli colorant. Dehonestat em̄ venerandi reuerentiam nominis, q adiutorem se in his, quæ in deum iactat commissa, pollicetur. Cōtumeliæ genus est, quasi in solatio adesse* sublimi, iuxta ap̄lm: Tu q es, q iudicas alienum seruum? Quid auribus imperitis illudūt, & grauiorē vindictæ spēm faciunt esse q̄ culpæ? Si odium habent excessibus *emendēt. Cur ergo liberius cōdemnant scelera, q̄ vitant? Sui profecto impugnator est omnis, q patres insequitur, aut detrahere non formidat. Nihil est em̄, in quo inimicorum tela (domino opem ferente) superare non valeatis, si (iuxta veritatis vocem) talem, qualem dominus præcepit, habueritis dilectionem ad inuicem. Data. xv. Kalend. Nouembris, Maximo & Olibrio, viris clarissimis consulibus.

2.q.7. Oues q̄ pastori

2.q.2. In scripturis vestris. Et in dec. Iuonis lib. 5

3.q.2. Prius ergo. Et in dec. Iuonis lib. 4

In de. Iuo. li. 4

3.q.1. Redintegranda.

In decre. Iuonis lib. 4

Luc. 19. b

12.q.1. legib. cautum

alias, decuplū

Deuter. 27. c

Ecci. 4. d

Luc. 11. c

Roma 14. a

alias, sublimis

alias, emundent

Iohan. 13. d

¶ Tacito nomine Maximi consulis Marianus Scotus Olibrium recenset, anno ad veritatem euangelij.ccccc.xlvij. Secundum Dionysii cyclum.ccccc.xxv. Gregorius vero Haloander meminit eiusdem Olibrij, anno.ccccc.xxviij. D

¶ Ad episcopos Italiæ de Theodorico rege.

IOhannes epus oībus per prouincias Italiæ constitutis epis in dño salutem. Sæpissime multo iam experimēto didici, sanctum pietatis vestrę studium circa religionem Chrianam gloriosis crescere, & dilatari augmētis, & fides recta, quæ nō solum me, sed omēs dñi sacerdotes consolat, & roborat, vestris in mentibus & operibus per sacerdotale agnoscit opus, & dilatat. Quapropter (fratres) hortor vos, & moneo cōtra Arrianam perfidiā, quæ olim nō semel, sed sæpe damnata est, & modo in qbusdam reuiuiscit, armari gladio spiritus sancti, vt eam ita (adminiculante diuina gratia) opprimere, & extirpare valeamus, vt nec radix eius in posterū inueniat. Ecclesias vero Arrianorū vbicunq; inueneritis, catholicas eas diuinis precibus & operibus absq; vlla mora cōsecrate, qa & nos quādo fuimus Constātinopoli, tā pro religione catholica, q̄ & pro regis Theodorici causa negotij suadente atq; hortante, Arrianosq; extirpante pijssimo atq; Chrianissimo Iustino orthodoxo Imperatore, quascunq; illis in partibus eorū ecclesias reperire potuimus, catholicas eas (dño opem ferrente) consecrauimus. Et quanquā prędictus Theodoricus rex, eorū peste tactus intrinsecus, & obuolutus extrinsecus, nos & omnem regionem nostram perdere, & gladio, & igne consumere minetur, nolite tamē propterea deficere, sed viriliter in agro dñico elaborare studete, & (iuxta veritatis vocem) nolite timere eos, q occidunt corpus, animam autem nō possunt occidere, sed potius eum timete, q potest aīam & corpus mittere in gehennam. Et egregius gentium apostolus inqt: Non eīn nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Chrm dñm nostrum, nos autē seruos vestros per Iesum, qm̄ deus, q dixit de tenebris lumē splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationē scientiæ claritatis dei in faciem Chri Iesu. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus, vt sublimitas sit virtutis dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur. Aporiamur, sed non destituimur. Persecutionem patimur,* & nō derelinqmur. Deijcimur, * & nō perimus. Semper mortificationē Iesu Chri in corpore nostro circumferētes, vt & vita Iesu in corporibus nris manifestet. Semp eīn nos, q viuimus, in mortē tradimur propter Iesum, vt & vita Iesu manifestet in carne nra mortali. Ergo mors in nobis operat, vita aūt in vobis. Habētes aūt eundē spm fidei, sicut scriptū est: Credidi, propter q̄d locutus sum, & nos credimus, propter q̄d & loquimur, scientes, qm̄, q suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit, & cōstituet vobiscum. Omnia enim propter vos, vt gratia abundans per * multas grarum * actiones abundet in gloriā dei. Propter quod nō deficimus. Sed licet is, q foris est, noster homo corrumpat, tñ is, q intus est, renouat de die in diem. Id eīn, quod in præsenti est momētaneū, & leue tribulatiōis nostræ, supra modū in sublimitate æternū gloriæ pōdus operat in nobis, nō cōtēplātibus nobis, quæ vident, sed quæ nō vident. Quæ vident eīn, tpalia sunt, quę aūt nō vident, æterna sunt. Scimus eīn, qm̄ si terrestris domus nra huius habitatiōis dissoluat, quod ex deo ædificationē habemus domū nō manu factā, æternam in cœlis. Nam & in hoc ingemiscimus habitationē nostrā, quæ de cœlo est, superindui cupiētes, si tamē vestiti, & nō nudi īueniamur. Nam & q sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus, grauati, eo q̄ nolumus spoliari, sed supuestiri, vt absorbeat, q̄d mortale est a vita. Qui aūt efficit nos in hoc ipm, deus, q dedit nobis pignus spūs. Audētes igit semp, & sciētes, qm̄, dū sumus in hoc corpore, peregrinamur a domino (p fidē eīn ambulamus, & nō p spēm) audemus aūt & bonā voluntatē habemus, magis peregrinari a corpore, & præsentes esse ad deum, & ideo cōtendimus, siue absentes siue p̄sentes placere ei. Omnes eīn nos manifestari oportet ante tribunal Chri, vt referat vnusq; propria corpis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Sciētes ergo timorē domini, hoibus suademus, deo aūt manifesti sumus. Spero aūt & in cōsciētijs vris manifestos nos eē. Nō iterū nos cōmēdamus vobis, sed occasionē damus vobis gloriādi pro nobis, vt habeatis ad eos, q in facie gloriātur, & nō in corde. Siue eīn mēte excidimus deo, siue sobrij sumus vobis. Charitas eīn Chri vrget nos, ęstimātes hoc, qm̄ si vnus p oībus mortuus ē, ergo oēs mortui sunt, & p oībus mortuus ē Chrūs, vt &, q, viuūt iā nō sibi viuāt, sed ei, q pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Itaq; nos ex hoc neminē iam nouimus scdm carnē, & si agnouimus scdm carnē Christū, sed nūc iam non nouimus. Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera trāsierūt, ecce facta sunt oīa noua.

Omnia

Marginalia: E — Matth.10.c — 2.Co.4.b.c.d — alias, sed — alias, sed — Psalm.115 — alias, multos in — alias, actione — F — Ibidem.cap.5 a.b.c.d

A Omnia autē ex deo, q recōciliauit nos sibi per Chrm, & dedit nobis ministerium reconciliationis, qm qdem deus erat in Chro mundū reconciliās sibi, nō reputās illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbū recōciliatiōis. Pro Chro ergo legatiōe fungimur, tanq̄ deo exhortante p nos. Obsecram⁹ pro Chro, recōciliamini deo. Eum, q nō nouerat pctm̄, pro nobis pctm̄ fecit, vt nos efficeremur iustitia dei in ipso. Adiuuantes aūt exhortamur, ne in vacuum grām dei recipiatis. Ait em: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nūc tp̄s acceptabile. Ecce nūc dies salutis, nemini dantes vllā offensionē, vt nō vituperet ministeriū nostrū, sed in oībus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros, in multa patiētia, in tribulatiōibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scīa, in longanimitate, in suauitate, in spū sancto, in charitate nō ficta, in verbo veritatis, in virtute dei per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, vt seductores & veraces, sicut qui ignoti & cogniti, quasi morientes, & ecce viuimus, vt castigati, & non mortificati quasi tristes, semper aūt gaudentes, sicut egentes multos aūt locupletantes, tanq̄ nihil habentes, & oīa possidentes. De cætero frēs gaudete, perfecti estote, exhortamini, pacem habete, vt deus pacis & dilectiōis sit semper vobiscum, Amen. Data. iij. Idus Iunij, Maximo & Olibrio. vv. cc. conss.

Ibidē ca. 3. b
Esaię 49. c
1. Cor. 4. a
2. Cor. 13. d

B ¶ De his consulibus q d sentiendum est, prior epistola indicat.

DECRETA FELICIS PAPAE QVARTI.

¶ Ex libro pontificali.

FElix natiōe Samnius ex patre Castorio, sedit annos. iiij. mēses. ij. dies. xiij. Fuit aūt tpibus Theodorici regis, & Iustiniani Augusti, a cōsulatu * Maburti vsq; ad cōsulatū Lampadij & Orestis a die. iiij. Iduū Iuliarū vsq; in diem quartū Idus Octobris. Hic fecit basilicā sanctorū Cosmæ & Damiani in vrbe Roma, in loco, q appellat, Via sacra, iuxta templū vrbis Romę. Huius tpibus cōsumpta est incēdio basilica sancti martyris Saturnini, Via Salaria, quā a solo refecit. Qui etiā ordinatus est cū quiete, & vixit vsq; ad tpa Athalrici. Hic fecit ordinatiōes duas in vrbe Roma p mensem Februariū & Martiū, pbros. lv. diacones. iiij. epos per diuersa loca. xxix. Qui etiā sepultus est in basilica B. Petri apli. iiij. Id⁹ Octobris. Et cessauit epat⁹ dies. iij. Memoratorū in initio huius decreti cōsulū in primis Maburti meminerūt Marianus Scotus iuxta euāgelij veritatē, anno. ccccc. xlviij. Scdm Dionysii cyclū. ccccc. xxvi. Et Gregorius Haloander, anno ccccc. xxix. Lāpadij vero & Orestis. Marian⁹ Scot⁹ anno ad veritatē euāgelij. ccccc. li. Iuxta Dionysii cyclum. ccccc. xxix. Gregorius quoq; Haloāder anno. ccccc. xxxij.

* al's, mauorci

C

TITVLI CAPITVLORVM SEQVENTIS EPISTOLAE.

DIlectissimis fratribus omnibus epis per diuersas prouincias constitutis. Felix eps in dño salutē. Magno munere misericordiæ dei totius ecclesiæ catholicæ multiplicata sunt gaudia, cū ecclesiarū status eo viget ordine, quo aplorum successores illum statuerunt. Et cum antiqui hostis astutia eum turbari agnoscimus, nō modico cōtristamur mœrore. Quā ob causam (frēs) hortamur vos, monemus, & flagitamus, vt a tramite aplicæ institutiōis nequaq̄ recedatis, nec a capite diffidatis, sed fidē & ordinē, quē apostoli, & aplici viri statuerunt, absq; vlla hæsitatione teneatis. Nam si columnæ alicuius magnæ domus ruerint, ipsa postea domus minime stabit. Sic & vos, q columnæ ecclesiæ estis, si labefactari cœperitis, sancta ecclesia, quę per vos regit, tabescit, & labit. Hæc (fratres) q̄ dico, valde timēda sunt, & summo moderamine pēsanda, atq; ne fiant cauēda. Ipsa em̄ p se veritas ait: Vos estis sal terræ. Quod si sal euanuerit, in quo salief? Ideo (charissimi) vos moneo, qa debitor sum vobis, & valde vos diligo. Et qn̄ bona audio de vobis nimis sum gauisus, & ecōtra qn̄ mala, nimis cōtubatus.

Matth. 5. b

Ego vero

Ego vero, quamuis a vobis per longa terrarum atque maris interualla disiunctus sim, sum tamen omnino vobis corde coniunctus. Idque de beatitudine vestra erga me modis omnibus confido, quia cum me vicissim diligitis, a me longe non estis. Vnde gratias referimus illi grano sinapis, qui ex modici despicabilisque seminis specie ita ramis ex eadem radice surgentibus, atque se distendentibus, vsquequaque diffusis, vt in eis volatilia cœli nidificent, gratiaque sit fermento illi, quod tribus farinæ satis totius humani generis massam in vnitate conspersit, atque paruo lapidi, qui abscissus est de monte sine manibus, & occupauit vniuersam faciem orbis terræ, qui ad hoc se vsquequaque distendit, vt, omni humano genere in vnitatem redacto, totius corpus perficeretur ecclesiæ, atque ita ad totius compagis pertineret commodum membrorum* partitialis ista distinctio. Vnde nos quoque a vobis non longe sumus, quia in illo, qui vbique est, vnum sumus. Agamus ergo ei gratias, qui solutis inimicitiis in carne sua fecit, vt in omni orbe terrarum vnus esset grex, & vnum ouile sub se vno pastore, semper memores, quod nos egregius prædicator admoneat, dicens: Solliciti seruate vnitatem spiritus in vinculo pacis. Sanctitatis vestræ scripta, quæ ad sedem apostolicam misistis super quibusdam consultis, quasi ad caput, vt inde acciperetis responsa, vnde omnis ecclesia totius religionis sumpsit exordium, gratanter suscepi, & breuiter vobis respondere curaui.

Matth. 13. e & Luc. 14. d Daniel. 2. c

alias, partialis

Ephe. 4. a

¶ Capitulum primum.

DE ecclesiarum enim consecratione, & de missarum celebrationibus, non alicubi quam in sacratis domino locis, absque magna necessitate fieri debere, liquet omnibus, quibus sunt nota noui, ac veteris testamenti præcepta. Tabernaculum vero Moysen domino præcipiente fecisse, & sacrasse cum mensa, & altari eius, & cæteris vasis vtensilibus ad diuinum cultum explendum, legimus, & non solum diuinis præceptis ac precibus, ea sacrasse, sed etiam sancti olei vnctione domino iubente, perliniisse nouimus. Qualiter autem hæc facta sint, & quomodo ipsa sacra non alii quam sacerdotes sacra vnctione delibuti, dominoque cum vestibus sanctis sacrati, & leuitæ tractabant, ferebant, erigebant, & deponebant, in ipsis institutionibus, quæ (domino iubente) per Moysen conscriptæ sunt in lege domini reperitur. Qualiter ergo Dauid regum piissimus amplificauerit cultum dei, & templum* domini ædificare voluit, sed propter multum sanguinem, quem effuderat, prohibitus est, & ipse collegerat expensas, Salomonque filius eius idipsum, quod ipse facere optauerat, iubente & auxiliante deo perfecit, & templum cum altari, & reliqua, ad diuinum cultum peragendum, consecrauit, in libro Regum inter cætera legitur ita: Aedificans (inquit) Salomon domino ædificaui in habitaculum tuum* fortissimum solium tuum in sempiternum, conuertitque rex faciem suam, & benedixit omni ecclesiæ Israel. Omnis enim ecclesia Israel stabat, & ait: Benedictus dominus deus Israel, qui locutus est ore suo ad Dauid patrem meum, & in manibus eius perfecit, dicens: A die, qua eduxi populum meum Israel de Aegypto, non elegi ciuitatem de vniuersis tribubus Israel, vt ædificaretur domus, & esset nomen meum ibi, sed elegi Dauid, vt esset super populum meum Israel. Voluitque Dauid pater meus ædificare domum nomini domini dei Israel, & ait dominus ad Dauid patrem meum. Quod cogitasti in corde tuo ædificare domum nomini meo, benefecisti hoc ipsum mente tractans. Veruntamen tu non ædificabis domum, sed filius tuus, qui egredietur de renibus tuis, ipse ædificabit domum nomini meo. Confirmauit dominus sermonem suum, quem loquutus est, stetitque pro Dauid patre meo, & sedi super thronum Israel, sicut locutus est dominus. Et Aedificaui domum nomini domini dei Israel. Et constitui ibi locum arcæ, in qua fœdus domini est, quod percussit cum patribus nostris, quando egressi sunt de terra Aegypti. Stetit autem Salomon ante altare domini in conspectu ecclesiæ Israel, & expandit manus suas in cœlum, & ait: Domine deus Israel, non est similis tui in cœlo desuper, & super terram deorsum, qui custodis pactum & misericordiam seruis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo. Qui custodisti seruo tuo Dauid patri meo, quæ locutus es ei. Ore loquutus es, & manibus perfecisti, vt hæc dies probat. Nunc igitur, domine deus Israel conserua Dauid famulo tuo patri meo, quæ loquutus es ei dicens: Non auferetur de te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel, ita tamen si custodierint filii tui viam suam, vt ambulent coram me, sicut tu ambulasti in conspectu meo. Et nunc deus Israel, firmentur verba tua, quæ loquutus es Dauid seruo tuo patri meo. Ergo ne putandum est, quod vere deus habitet super terram? Si enim cœlum & cœli cœlorum te capere non possunt, quantomagis domus hæc, quam ædificaui? Sed respice ad orationem serui tui, & ad preces eius, domine deus meus. Audi, domine, hymnum, & orationem, quam seruus tuus orat coram te hodie, vt sint oculi tui aperti super domum hanc nocte & die, super domum, de qua dixisti, erit nomen meum ibi, vt exaudias orationem, quam orat in loco isto ad te seruus tuus, vt exaudias deprecationem serui tui, & populi tui Israel, quodcumque orauerint in loco isto, & exaudias in loco habitaculi tui in cœlo, & cum exaudieris, propitius eris.

Et in decretis Iuo. lib. 2

Nume. 7. a

alias. domino

3 Regum. 8. a b, c, d, e, f

al. firmissimum

Si peccaue

A Si peccauerit homo in proximũ suum, & habuerit aliquod iuramentum, quo teneatastrictus, & venerit propter iuramẽtum corã altari tuo in domũ tuam, tu exaudies in cœlo, & facies, & iudicabis seruos tuos, condemnans impium, & reddẽs viam suã super caput eius, iustificansq; iustum, & retribuẽs ei secũdum iustitiã suam. Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos, (qa peccaturus est tibi) & agẽtes pœnĩam, & confitẽtes nomini tuo, venerint, & orauerint, & deprecati te fuerint in domo hac, exaudi in cœlo, & dimitte peccatum populi tui Israel, & reduces eos in terram, quã dedisti patribus eorum. Si clausum fuerit cœlum, & nõ pluerit propter peccatum eorum, & orantes in loco isto pœnĩam egerint nomini tuo, & a peccatis suis conuersi fuerint propter afflictionem suam, exaudi eos in cœlo, & dimitte pctã seruorum tuorum, & populi tui Israel, & ostende eis viam bonam, per quam ambulent, & da pluuiam super terram, quam dedisti populo tuo in possessionem. Fames, si oborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut corruptus aer, aut ærugo, aut locusta, vel rubigo, & afflixerit eum inimicus eius portas obsidens, oĩs plaga vniuersa infirmitas, cunctaq; *deuotatio & imprecatio, quæ acciderit omni homini de populo tuo Israel, si qs agnouerit plagam cordis sui, & expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies in cœlo, in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis, & facies, vt des vnicuiq; secũdum omnes vias suas, sicut videris cor eius, (qa tu nosti solus cor oĩm filiorum hominum) vt timeant te

B cunctis diebus, qbus viuunt super faciem terræ, quam dedisti patribus nostris. Insuper & alienigena, q nõ est de populo tuo Israel, cum venerit de terra longinqua propter nomẽ tuum, (audietur eñ nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extẽtentum vbiq;) cum venerit ergo, & orauerit in loco hoc, tu exaudies in cœlo, in firmamẽto habitaculi tui, & facies oĩa, pro qbus inuocauerit te alienigena, vt discant vniuersi populi terrarum nomen tuũ timere, sicut populus tuus Israel, & probent, qa nomen tuum inuocatum est super domũ hanc, quam ædificaui. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum, contra inimicos suos, per viam quocũq; miseris eos, orabunt te cõtra viam ciuitatis, quam elegisti, & contra domũ quam ædificaui nomini tuo, & exaudies in cœlo orõnem eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum. Quod si peccauerint tibi, (nõ est eñ homo, q non peccet) & iratus tradideris eos inimicis suis, & captiui ducti fuerint in terrã inimicorum longe vel prope, & egerint pœnĩam in corde suo, in loco captiuitatis, & conuersi deprecati fuerint te in captiuitate sua, dicentes: Peccauimus, inique egimus, impie gessimus, & reuersi fuerint ad te in vniuerso corde suo, & tota anima sua, in terra inimicorum suorum, ad quã captiui ducti fuerant, & orauerint te contra viam terrę suæ, quam dedisti patribus eorum, & ciuitatis, quã elegisti, & templi, quod ædificaui nomini tuo, exaudies in cœlo, in firmamento solij tui orõnem eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum, & propitiaberis populo tuo, q peccauit tibi, & oĩbus iniqtatibus eorum, qbus præuaricati sunt in te, & dabis

C misericordiam coram eis, q eos captiuos habuerint, vt misereant eis. Populus eñ tuus est & hæreditas tua, quos eduxisti de terra Aegypti, de medio fornacis ferreæ, vt sint oculi tui aperti ad deprecationem serui tui & populi tui Israel, & exaudies eos in vniuersis, pro qbus inuocauerint te. Tu eñ separasti eos tibi in hæreditatem de vniuersis populis terræ, sicut loquutus es per Moysen seruum tuum, quando eduxisti patres nostros de * terra Aegypti, dñe deus. Factum est autẽ, cum complesset Salomon orans dñm oẽm orationẽ & deprecationẽ hanc, surrexit de conspectu altaris dñi. Vtrunq; eñ genu in terra fixerat, & manus expanderat ad cœlum. Stetit ergo, & benedixit omni ecclesiæ Israel voce magna, dicens: Benedictus dñs, qui dedit requiem populo suo Israel, iuxta omnia, quæ loquutus est: Non cecidit, ne vnus q dem sermo in *omnibus, quæ loquutus est per Moysen seruum suum. Sit dñs deus noster nobiscum, sicut fuit cum patribus nostris, non derelinquens nos, neq; proijciẽs, sed inclinet corda nostra ad se, vt ambulemus in vniuersis vijs eius, & custodiamus mandata eius, & cęrimonias, & iudicia, quæcũq; mãdauit patribus nostris, & sint sermones mei isti, qbus deprecatus sum coram dño, appropinquãtes dño deo nostro die ac nocte, vt faciat iudicium seruo suo, & populo suo Israel per singulos dies, & sciant omẽs populi terræ, qa dñs ipse est deus, & nõ est vltra absq; eo. Sit quoq; cor nostrum perfectum cum dño deo nostro, vt ambulemus in decretis eius, & custodiamus mandata eius, sicut & hodie. Igitur rex & omnis Israel cum eo immolabant victimas coram domino. Mactauitq; Salomon hostias pacificas, quas immolauit domino, boum viginti duo milia, & ouium centum viginti milia, & dedicauerunt templum domini rex & filij Israel. In die illa sanctificauit rex mediũ atrij, quod erat ante domũ domini.

Fecit autẽ

Marginal notes: als, deuoratio — als, Aegypto — alias, ex omnibus bonis

Fecit autem ibi holocaustum, & sacrificium, & adipem pacificoꝝ, qa altare æneum, quod erat coram dño, minus erat, & capere nõ poterat holocaustum, & sacrificium, & adipem pacificoꝝ. Fecit ergo Salomon in tpe illo festiuitatẽ celebrem, & oĩs Israel cũ eo, multitudo magna ab introitu Emath vsq; ad riuum Aegypti corã dño deo nostro septẽ dieb' & septẽ diebus, id est, quatuordecim diebus, & in die octaua dimisit populos. Iudæi ergo loca, in qbus dño sacrificabãt, diuinis * habebãt supplicatiõib' cõsecrata, nec in aliis, q̃ in deo dicatis locis munera dño offerebãt. Si eñ Iudæi, q vmbræ legis deseruibãt, hæc faciebãt, multomagis, qbus veritas patefacta ẽ, & grã, & veritas p Iesum Chr̃m data est, tẽpla dño ædificare, & (prout meli' possum') ornare, eaq; diuinis pcib', & sanctis vnctiõib' suis cũ altarib' & vasis, vestib' quoq; & reliqs ad diuinũ cultũ explendũ vtẽsilib', deuote, & solẽniter sacrare, & nõ in aliis locis, quã in dño sacratis ab epis, & nõ a Chorepis, q sępe phibiti sunt, nisi (vt pdictũ ẽ) summa exigẽte necessitate missas celebrare, nec sacrificia offerre dño debem'. Et hoc si summa necessitas agere cõpulerit, nõ in domibus, qa in sacris canonib' sacrificia in domib' offerri prohibita sunt, sed in tabernaculis, diuinis pcibus a põtificib' dicatis, & in mensis dño sacratis, & sacra vnctione a põtificibus delibutis, pro summa (vt pfixum est) necessitate, & nõ *pro libito cuiusq; & pigritia agat.* Satius ergo est missam nõ cãtare aut nõ audire, q̃ in illis locis, vbi fieri nõ oportet, nisi (vt sæpe dictũ est) pro summa cõtingat necessitate, qm̃ necessitas nõ habet legẽ. Vnde scriptũ est: Vide, ne offeras holocausta tua in omni loco, quẽ videris, sed in loco quẽ elegerit dñs deus tuus. Et in Exodo legit: Vos vidistis, qa de cœlo locutus sum vobis: Non facietis deos argẽteos, nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi, & offeretis super illud holocausta, & pacifica vestra. Oues vestras & boues in omni loco, in quo memoria fuerit noĩs mei. Et sicut non alii, quã sacrati dño, sacerdotes debẽt missas cãtare, nec sacrificia sup altare offerre, sic nec in aliis, q̃ in præfatis dño sacratis locis, missas cantare, aut sacrificia offerre licebit. Sic autem (vt legitur in concilio Laodicensi cap. xxvi.) quod hi, q non sunt ab epis ordinati, tam in ecclesiis, quã in domibus exorcizare nõ possunt, multo magis maioris gradus ministeria, nisi ab epis, q ad eos gradus sunt sacrati, qbus fungi debent, officia agi, vel sacrificia offerri licet. Quod autẽ (vt paulo superius prælibatum est) oblationes in domibus offerri nõ debẽt, in eodem cõcilio caplo .lviii. prohibitum habet, ita. Non oportet in domibus oblationes celebrari ab epis & pbris. Solẽnitates vero dedicationum ecclesiaꝝ, & sacerdotum per singulos annos solenniter sunt celebrandæ, ipso dño exempla dante, q ad festum dedicationis templi oĩbus, id faciendo, dans formam, cum reliqs populis eãdem festiuitatem celebraturus, venit, sicut scriptum est: Facta sunt encenia in Hierosolymis, & hyems erat. Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis. Quod autem octo dierum sint encenia celebranda, in libro Regum, peracta dedicatione templi, reperies.

> *In margine:* alias, supplicationibus cõsecrabant — De cõ. distin. i Sicut nõ alii q̃ — alias, libitu. alias, Statutũ — Deut. 12. b — Exo. 20. d — De cõs. dist. i. Sicut nõ alii. Concilii Laodicen. ca. 26 — De cõse. dist. i Sicut nõ alii — De cõ. distin. i Solennitates dedicationũ — Iohan 10. e — 3. Reg 8. g — D — E — F

II De ecclesiarum consecratiõe, quotiẽs dubitat, & nec certa scriptura, nec certi testes existunt, a qbus cõsecratio sciat, absq; vlla dubitatiõe scitote eas esse cõsecrãdas, ne talis trepidatio faciat deteriorationẽ, qm̃ non monstrat esse iteratum, quod nescitur factum. His, fratres, testimoniis scripturaꝝ aplica authoritate cõfirmatis, consultis vestris breuiter respondisse sufficiat. Vobis tamẽ præuidẽdum est, & oĩbus prædicãdum, vt illicita nõ agantur, & dñi præcepta cõseruẽtur, & fideliter peragant. Rogamus autẽ vos, fratres, vt dicta apostoli replicemus, corripite inquietos, cõsolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad oẽs. Videte, ne qs malum pro malo alicui reddat, sed semper, quod bonum est, sectamini in inuicẽ & in oẽs, semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus grãs agite. Hæc est eñ voluntas dei in Chr̃o Iesu in oĩbus vobis. Spiritum nolite extinguere, prophetas nolite spernere. Omnia aũt probate, quod bonum est, tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autẽ deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spũs vester & anima, & corpus sine querela in aduẽtu domini nostri Iesu Chr̃i seruetur. Data Kalend. Martii Lampadio, & Oreste. vv. cc. conss.

> *In margine:* 1. Thess. 5. c

¶ Annus consulatus horum consulum ante initium huius decretalis adnotatus est.

¶ Epl'a eiusdem exhortatoria ad Sabinam.

Singulare membrum ecclesiæ tuæ religionis amplitudinem existere, & a nobis reuerẽdissime coli, satis est oĩbus manifestum. In ipo enim apice nobilitatis multo nobiliorẽ ecclesiæ deuotiõnẽ impẽdis, & magis læta Chr̃i agnitiõe pceptis eius obtẽperas, & in fide potius exultas, q̃ tanti generis flore iactaris. Summa virtus est vicisse gloriã carnis, & magna est Chr̃i grã, nobilitatẽ moribus superasse, domina filia merito illustris. Certa igitur existens,

A igitur existens, dilectissima vitæ huius quæcunque sunt spatia æternis diuinisque officijs illustrare contende, vt, qui insignem te præstitit, reddat sibi per secula clariorem. Quapropter tuam hortamur dilectionem, vt bonum, quod cœpisti, semper implere non differas, quia non laudatur initium, sed finis. Sapientiam enim te hortamur diligere, & scrutari, vt rationabiliter & sapienter disponas, & iudices ea, quæ tibi commissa sunt, dicente domino per prophetam, Erudimini, qui iudicatis terram. Time ergo dominum, & mandata eius serua, & dilige eum totis visceribus, & proximum tuum sicut teipsum. Deus altissimus creauit sapientiam in spiritu sancto, & vidit, & dinumerauit eam terram, & mensus est, & effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem secundum datum suum præbuit illam diligentibus se. Timor domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Timor domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium in longitudinem dierum. Timenti dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. Dilectio dei honorabilis sapientia, quibus autem apparuerit in visu diligunt eam in visione, & in agnitione magnalium suorum. Initium sapientiæ timor domini, & cum fidelibus in vulua concreatus est, & cum electis fœminis graditur, & cum iustis & fidelibus agnoscitur. Timor domini scientiæ religiositas. Religiositas custodiet, & iustificabit cor, iucunditatem atque gaudium dabit. Timenti dominum bene erit, & in diebus consummationis illius benedicetur. Plenitudo sapientiæ est timere dominum, & plenitudo a fructibus illius. Omnem domum illius implebit a generationibus, & receptacula a thesauris illius. Corona sapientiæ domini, replens pacem & salutis fructum, & vidit, & dinumerauit eam, B vtraque autem sunt dona dei * scientia & intellectus prudentiæ. Sapientia compartietur, & gloriam tenentium se, exaltat. Radix sapientiæ est timere dominum, & rami illius longæui. In thesauris sapientiæ, intellectus & scientiæ religiositas, execratio autem peccatoribus sapientia. Timor domini expellit peccatum. Nam, qui sine timore est, non poterit iustificari, iracundia enim animositatis illius subuersio est. Vsque in tempus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis. Bonus sensus vsque ad tempus abscondet verba illius, & labia multorum enarrabunt sensum illius, in thesauris sapientiæ significatio disciplinæ, execratio autem peccatori cultura dei. Fili concupiscens sapientiam, serua iustitiam, & deus præbebit illam tibi. Sapientia enim & disciplina timor domini, & hoc, quod beneplacitum est illi fides & mansuetudo, & adimplebit thesauros illius. Contumax non sis, & incredibilis timoris domini, & ne accesseris ad illum duplici corde. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris labijs tuis. Attende in illis, ne forte cadas, & ponas scandalum animæ tuæ, & adducas inhonorationem tibi, & reuelet deus absconsa tua. Pro fide, & iustitia, ac pro salute animæ certa semper, & pro adiutorio fratrum viriliter age, vt a domino recipias remunerationem. Scriptum est enim. Fili conserua tempus & deuita a malo. Pro anima tua non confundaris dicere verum. Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gratiam & gloriam. Ne accipias faciem aduersus faciem tuam, nec C aduersus animam tuam mendacium. Non reuerearis proximum tuum in casu tuo, nec retineas verbum in tempore salutis. Non abscondas sapientiam tuam in decore eius. In lingua enim agnoscitur sapientia, & sensus, & scientia, & doctrina in * verbis veritatis, & firmamentum in operibus iustitiæ. Non contradicas veritati vllo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ. Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subijcias te homini pro peccato. Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluminis. Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia, & deus expugnabit pro te inimicos tuos. Noli tacitus esse in lingua tua, & inutilis, & remissus in operibus tuis. Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi. Non sit manus tua porrecta ad accipiendum, & ad dandum collecta. His fulta scripturarum authoritatibus, semper sta recta, & a via veritatis ne auertaris, vt gratiam dei acquiras, & bonorum hominum amicitia fruaris, tantoque tua voluntas facilius ab amore huius seculi exeat, quanto & impellitur, dum vocatur. Nam nos & præsentes vos videre cupimus, & absentibus per epistolam saltem colloqui desideramus. Vnde & optamus, vt vos beatus Petrus apostolorum princeps ad sua limina feliciter perducat, quatenus in omnipotentis gratia perfrui vestra præsentia mereamur. Data. xij. Kalen. Nouemb. Lampadio & Oreste viris clariss. conss.

Psal. ij. & Eccl. i. a. b

Ibidem. c. d

alias, Sciam & intellectum prudentiæ sapientia,

Eccl. 4. c. d

alias, verbo sensati

¶ Horum consulum annus ante primæ decretalis initium huius papæ descriptus est.

DECRETA BONIFACII PAPAE SECVNDI.

Ex libro pontificali.

BOnifacius natione Romanus ex patre Sigibuldo, sedit annos duos, dies.xxvi. Fuit autem temporibus Athalrici regis hęretici & Iustiniani augusti. Hic cum Dioscoro ordinatur sub contentione. Qui Dioscorus ordinatur in basilica Cõstãtiniana, Bonifacius vero in basilica Iulij. Et fuit dissensio in clero & senatu dies xxix. Eodem tẽpore defunctus est Dioscorus.ij.idus Octobris. Ipsis diebus Bonifacius zelo & dolo ductus cũ grandi amaritudine sub vinculo anathematis & chirographi recõciliauit cleꝝ, quẽ chirographũ ecclesiæ archiuo reclusit, quasi damnãs Dioscoꝝ. Et congregauit clerum, cui tñ in episcopatu nullus subscripsit, dũ plurima multitudo fuisset cum Dioscoro. Hic pb̃ris, & diaconibus, & subdiaconibus, & notarijs scutellas de adeptis hæreditatibus obtulit & attulit, & alimonijs multis in periculo famis clero subuenit. Hic cõgregauit synodũ in basilica beati Petri apostoli, & fecit constitutũ, vt sibi successorẽ ordinaret. Quo constituto cũ chyrographis sacerdotũ & iureiurando ante confessionẽ beati apostoli Petri in diaconẽ Vigilium constituit. Eodẽ tẽpore facta iteꝝ synodo, hoc cẽsuerunt sacerdotes oẽs propter reuerentiã sanctæ sedis, & quia cõtra canones fuerat hoc factũ, & quia culpa eum respiciebat, vt successorẽ sibi constitueret, ipse Bonifacius papa reum se confessus est maiestatis, q̃d diaconẽ Vigilium sua subscriptione chyrographi añ confessionẽ beati ap̃li Petri constituisset, ac ip̃m constitutũ in p̃sentia oĩm sacerdotum & cleri, & senatus incẽdio consumpsit. Eodẽ tp̃e venit relatio ab Afris ep̃is de cõstitutiõe, & vt cũ concilio sedis ap̃licæ oĩa Carthaginensis ep̃s faceret. Qui Bonifacius sepultus est in basilica beati Petri apostoli, sub die.xvij.mensis Octobris, post consulatũ Lampadij. Et cessauit episcopatus menses duos, dies.xv.

Præmissi cõsulis Lãpadij mẽtionẽ faciũt Marianus Scot⁹, ad veritatẽ euã.anno.d.liij. iuxta vero Dionysii cyclũ.d.xxxi. vbi & dicit, Post consulatũ Lãpadij & Orestis Bonifacius papa obijt.xvij.die mẽsis Octob. Gregorius q̃q; Haloãder anno Chr̃i.d.xxxiij.

¶ Epistola eiusdem ad Eulalium Alexandrinum episcopum, de reconciliatione Carthaginensis ecclesiæ directa.

BOnifacius ep̃us Eulalio coep̃o salutẽ. Olim & ab initio tantã percepimus a beato Petro ap̃loꝝ principe fiduciã, vt habeamus authoritatẽ vniuersali ecclesiæ (auxiliante dño) subuenire, & quicquid nociuum est authoritate apostolica corrigere & emendare. Ad hoc em̃ diuinæ *dispositionis prouisio gradus diuersos & ordines constituit eẽ distinctos, vt dũ reuerentiã minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionẽ impenderent, vna cõcordiæ fieret ex diuersitate contextio, & recte officioꝝ *generaret administratio singuloꝝ. Neq; em̃ vniuersitas alia poterit ratione subsistere, nisi hmõi magnus eã differentiæ ordo seruaret. Quia vero quæq; creatura in vna eadẽq; æqualitate gubernari, vel viuere nõ potest, cœlestiũ militiaꝝ *exẽpla nos instruũt, quia dum sint angeli, sint archãgeli, liquet, q̃a nõ ęquales sunt, sed in potestate & ordine (sicut nostis) differt alter ab altero. Si ergo ĩter hos, qui sine peccato sunt, cõstet istã esse distinctionem, quis hoĩm abnuat, libenter illoꝝ se dispositioni submittere? Hinc em̃ pax & charitas mutua se vice cõplectũtur, & manet firma concordia, ac in alterna, & deo placita dilectione synceritas. Quia igit̃ vnũq̃dq; salubriter tunc cõplet̃ officiũ, cum fuerit vnus, ad quẽ possit recurri, præpositus, vota nostra charitatẽ tuã latere nolumus, ne, q̃ particeps fuit solicitudinis, gaudioꝝ fructus reddatur extorris. Et ideo Carthaginẽsem ecclesiam ad cõmunionem nostram redijsse (domino propiciante) tradentibus significamus alloquijs, & mãdatoꝝ, quæ legatis nostris dedimus, seriẽ in oĩbus fuisse cõpletã. De qua parte, vt ad dilectionẽ tuã plenius p̃fecte gaudiũ perueniret, libelli Eulalij fratris & consacerdotis nostri Carthaginẽsis ep̃i, & Iustini clementissimi principis Orientis sacraꝝ literaꝝ exẽplaria pariter credidimus destinãda, iudicãtes nihilominus, per Orientis partes plurimos ep̃os sic fecisse. Superest, vt a nobis competentibus precibus diuinitas exorata concedat, quatenus de aliaꝝ quoq; ecclesiaꝝ redintegratione gratulemur. Ea vero, q̃ significare curauimus, in eoꝝ sacerdotũ, qui fraternitati tuæ vicini sunt, curabis perferre notitiã, vt & ipsi de effectu tãtæ rei gratias nobiscũ cœlestis misericordiæ beneficijs referre nõ cessent. Aurelius enim præfatæ Carthaginensis ecclesiæ olim ep̃s, cum collegis suis (instigante diabolo) superbire temporibus prædecessorum nostroꝝ Bonefacij, atq; Celestini contra Romanã ecclesiã cœpit, sed vidẽs se *modo *peccatis Aurelij Eulalius a Romanæ ecclesiæ cõmunione segregatum, humiliãs recognouit se *pacem, & cõmunionẽ Romanæ ecclesiæ petẽs subscribẽdo vna cũ collegis suis dãnauit aposto

Margin notes: Dist.89. Ad hoc dispẽsa. / alias, dispẽsationis / als, gereretur / alias, exẽplar nos instruit / alias, more / als, peccantis / als, peccasse,

D / E / F

A apostolica authoritate omnes scripturas, quæ aduersus Romanæ ecclesiæ priuilegia factæ quoquo ingenio fuerunt.

¶ Exemplar precum eius, & Iustini prædicti principis.

PRima salus est, rectæ fidei regulã custodire, & a constitutis patrũ nullatenus deuiare, & quia nõ potest dñi nostri Iesu Christi ꝓtermitti sententia, dicẽtis: Tu es Petrus, & sup hanc petrã ædificabo ecclesiã meã. Et hæc, q̃ dicta sunt, reꝝ probant effectibus, quia in sede apostolica extra maculã semp est catholica seruata religio. De qua spe & fide minime separari cupientes, & patrum sequẽtes cõstituta, anathematizamus oẽs, qui cõtra sanctã Romanã & apostolicã ecclesiã superbiendo suas erigũt ceruices, sequẽtes in oĩbus apostolicã sedẽ, & ꝑdicantes eius omnia cõstituta, & p omnia spero, vt in vna cõmunione vobiscũ, quã sedes apostolica ꝑdicat, esse merear, in qua est integra & vera Christianæ religionis & perfecta soliditas, promittẽs sequestratos a cõmunione ecclesiæ catholicæ, id est, nõ consentientes sedi apostolicæ, eoꝝ nomina inter sacra non recitanda esse mysteria. Quod si in aliquo a professione mea deuiare tentauero, his, quos dãnaui, complicem mea sentẽtia me esse profiteor. Hanc aũt professionẽ meã manu mea subscripsi, & Bonifacio sancto & venerabili papæ vrbis Romæ direxi, damnãs & antecessores, & successores meos, & oẽs, qui sanctæ Romanæ & apostolicæ ecclesiæ priuilegia cassare nitũtur. Hinc eñ supernæ misericordiæ documentũ perdocet, qñ & mũdani principes causas fidei cũ reipub. ordinatione coniungũt, & ecclesiaꝝ ꝓsules, q̃d ad dispensationẽ suam pertinet, officij memores exequũtur. Talibus eñ indigebat post discordiæ procellas religio Christiana rectoribus, qui cõpressis prouida dispẽsatione turbinibus, diu peregrinatã pacẽ depulsa tẽpestate reducerẽt, vt in futura post secula ad propositi sui exẽpla tendẽtes, sibi asscribendũ indubitãter ostenderẽt, quicq̃d dño placitũ posteris pro sua imitatione fecissent. Benedicamus dñm, fratres charissimi, nr̃is hoc diebus fuisse cõcessum, & totis orationũ, & curarũ viribus adnitamur, vt q̃ dei ope bene cœpta sunt, ipso adiuuãte p oĩa cõpleant. Sperandũ eñ est, vt ad cõpagẽ corporis sui reliqua, q̃ adhuc diuisa sunt, mẽbra festinẽt, & a potioribus minora non discrepẽt. Ad quod, cũ me dilectio tua Christianæ studio charitatis hortat, debet, quod inuitat sequi, &, quod amandũ suadet, amplecti. Similem eñ iam fidei curã gerẽtes, p religiosam patientiã, par etiã præmiũ de boni operis speramus affectu. Neq; eñ difficultatibus est cedendũ. Non eñ fatigatur asperis fides, nec ad cœloꝝ ardua per procliue tenditur, nec remuneratione citra laboris exercitiũ quis meretur. Vnde, ne faciẽtes bona deficiamus, specialiter admonemur, etiã testãte Psalmista: Beati, qui custodiũt iudicium, & faciũt iustitiam in omni tẽpore, quia non initiũ laboris remuneratione præmij

C consueuit inuenire, sed terminus. Ergo studiũ solicitudinis assumẽtes, quibus est vna in cõmunione societas, & credulitas, quemadmodũ de vnitate sedis apostolicæ, & Constantinopolitanæ ecclesiæ pariter exultamus in dño, ita de reliquoꝝ quoq; (sicut affectione admones) redintegratione lætemur, & curemus præmiũ, vt fidẽ integritatemq; nostrã immaculatã ab omni contagione seruemus. Nosti eñ, frater charissime ac sanctissime, q̃a ecclesiastica seruãt vincula concordiã, quæ nos ab hæreticoꝝ tueatur insidijs, per quã etiam canonũ custodit integritas. His in robore suo omni circũspectione seruatis, remedia sperãtibus cõseruant. Habet eñ ecclesiasticaꝝ ordo regulaꝝ, & ipsius forma iustitiæ, vt medicina rationabilis benigne & fideliter sperãtibus non negetur, nec quisq̃ est ita ab humanitate discretus, quẽ non a rigore districtionis inclinet cauta simplicitas. Sed vt caute hoc, cæterasq; quærelas, aut errores alicuius * æui valeas expedire, dilectissime frater, personã meã te in hoc oportet induere, scientẽ in huiusmodi causis (sicut ꝑdictũ est) quid cauendũ sit, & ita omnia ꝓuidendũ, vt a te non ambigas rationẽ dispẽsationis huius deo esse reddẽdam, ita tamen, vt eos, qui vobis fuerint cõmunione sociati, vel p vos sedi apostolicæ vestra nobis scripta declarẽt, quibus etiã & quã continẽtiam libelloꝝ obtulerint, inserat. Sic quoq; humilitatẽ debemus tenere in mente, vt inde ordinis nostri dignitatem seruemus in honore, quatenus in nobis nec humilitas timenda, nec ratio sit superba. Omnipotẽs deus, charissime, sua te protectione custodiat atq; ad cœlestis remuneratione patriæ multiplici animaꝝ fructu perducat. Deus te incolumem custodiat, reuerẽdissime frater. Amen. Data octauo Kalendas Octobris, Iustiniano. iij. & Oreste viris clariss. conss.

Matth. 16. c

Psalm. 105

alias, rei

¶ Anni huius cõsulis saltẽ Iustiniani. iij. mẽtionẽ facit Marian⁹ Sco. anno ad veritatẽ euãgelij. ccccclviij. iuxta aũt Dioñ. cyclũ. cccccxxxij. Et Greg. Hal. anno Chr̃i. cccccxxxv. Veruntñ tacito noĩe Orestis, q̃ hoc loco in consortẽ Iustiniano adnotatur.

DECRETA IOHANNIS PAPAE II.

D

Ex libro pontificali.

IOhannes, qui & Mercurius natione Romanus, ex patre Proiecto de Celio monte, sedit annos duos, mẽses. iiij. dies. vi. Fuit aũt tpibus Athalrici regis, & Iustiniani Augusti. Eodẽ tpe vir religiosus augustus Iustinianus summo amore Christianæ religionis misit fidẽ suam scriptam chirographo proprio ad sedem apostolicã per epos Hyppatiũ & Demetrium. Ipsis diebus obtulit Christianissimus Imperator beato Petro apostolo scyphũ aureum circundatum gemmis Parasinis & albis, & alios calices argenteos. ij. Scyphum pensantem lib. v. Calices argenteos singulos pensantes lib. vi. Et alios calices argẽteos. ij. pẽsantes lib. xv. Palliola vero auro texta. iiij. Hic fecit ordinationẽ in vrbe Roma, vnã p mensem Decembrium. pbros. xv. epos per diuersa loca numero. xxi. Qui etiam sepultus est in basilica beati Petri apostoli. vi. Kalendas Iulias, post cõsulatum iterum Lampadij. Et cessauit episcopatus dies sex.

E

Memorati consulatus anni Lampadij meminit Marianus Scotus, anno iuxta euãgelij veritatem. d. liij. & secundum cyclum Dionysii. d. xxxi. dicens. His scilicet Lampadio & Oreste consulibus. Bonifacius papa obijt, & Mercurius papa. lv. post Petrum, sedit annis. ij. Gregorius vero Haloander eundem annum recenset, anno Christi. d. xxxiiij.

¶ Epistola Iohannis papæ. ij. ad Valerium episcopum.

REuerendissimo fratri Valerio episcopo Iohannes. Scripta tuæ sanctitatis suscipiens, plena ea fidei regula, qua primum polles, inueni, & deo gratias retuli, q̃d anima & corpore te bene vigere didici. Sane ea, q̃ significasti q̃sdam dicere, q̃d non sit filius æqualis patri, & q̃d in euãgelio scriptũ sit, pater maior me est, scias non recte intelligere tales fidei regulas, nec rectã fidẽ penes se habere. Paulus aplus non secundum deitatis naturam Christũ creatũ insinuat, sed secundũ humanæ naturæ substãtiam eundẽ creatũ affirmat, ipso Ephesiis cõscribente: Renouamini (inqt) spũ mentis vr̃æ, & induite nouũ hoiem, q secundum deũ creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et ad Hebræos: In eo em, in q̃ passus est ille & tentatus, etiam põt his, q tentant auxiliari. Vnde fratres sancti, vocationis cœlestis participes, considerate apostolũ & pontificẽ confessionis nr̃æ Iesum, fidelem existentẽ ei, q *creauit eũ. Et ad Colossenses: Nunc aũt deponite & vos vniuersa, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpiaq; ex ore vestro non procedant. Nolite mentiri inuicẽ expoliantes vos veterẽ hominẽ cũ actibus suis, & induentes nouum eum, qui renouatur in agnitionẽ secundũ imaginem eius, q creauit eum. Nunquid is, qui vniuersam creaturã visibilia & inuisibilia propria potestatis virtute procreauit, ac fecit, seipm antea vel postmodũ (quod dicere nefas est) creauit, vel facere potuit. Filius minor est patre in assumpti hominis forma, æqualis vero patri est in deitatis naturæ substãtia, eodẽ proteståte. Ego & pater vnũ sumus. Et iter: Qui me videt, videt & patrẽ. Et iter: Qui odit me, odit & patrẽ. Et iter: Vt oẽs honorificent filiũ, sicut honorificauit patrẽ. Et iter. Vt sint in nobis vnũ, sicut & nos sumus vnũ. Et iter: Tu in me, & ego in eis. Et iter: Omnia tua mea sunt. Et iter: Ego in patre, & pater in me. Et iter: Pater in me manens facit opera hæc, & Iohannes euangelista ait: In principio erat verbũ, & verbũ erat apud deũ, & de⁹ erat verbũ. Et iter ipse ad Parthos: Tres sunt (inqt) q testimonium p̃rhibẽt in terra, spũs, aqua, & sanguis, & tres in nobis snut. Et tres sunt, q testimonium perhibẽt in cœlo, pater, verbũ, & spũs. Et hi tres vnũ sunt. Nos itaq; in natura deitatis, quia vnum sunt pater, & filius, nec patrẽ credimus aliquo tpe pcessisse, ne maior sit filio, nec filiũ postea natũ esse, vt deitate patris minoret. Si æqualis patri filius non est, cur ita de illo Iohãnes euãgelista testatus est: Propterea (inqt) persequebant Iudæi Iesum, & quærebãt eũ occidere, qa non solũ soluebat sabbatũ, sed & patrẽ suũ dicebat deũ, æqualem se faciẽs deo. Et Paulus aplus: Hoc sentite in vobis, q̃d & in Chr̃o Iesu. Qui cũ in forma dei esset cõstitutus, nõ rapinã arbitratus est, esse se æqualẽ deo, sed semetipm exinaniuit formã serui accipiẽs. Et in Salomone: Qui genuit me, requieuit in tabernaculo meo. Et Ecclesiasticus: Sicut est ab initio, ita vsq; in seculũ, neq; adiectum est ei, neq; minuet illi. Ipse est enim dñs creaturæ suæ, qui nihil eguit ab aliquo. Et in Psal. lxxij. Quid enim mihi est

F

Iohan. 14. d
Ephe. 4. f
Hebr. 2. d & 3. a
al's, præfecit.
Coloss. 3. b
Iohan. 10. f
Ibidem. 14. b
Ibidem. 15. d.
Ibidem. 5. d
Ibidem. 17. b. c. d. Ibid. 14. b
Ibidem. 1. a.
1. Iohan. 5. a
Iohan. 5. c
Philip. 2. a
Ecci. 24. a.
Ecci. 42. d

A hi est in cœlo,& ad te quid volui sup terrã. Hæc oĩa filiũ non inferiorem natura demonstrant,sed & æqualitatẽ deitatis annuntiãt,qm̃ qui vtraq; loquutus est,verꝰ dixit,qa veritas mẽtiri nõ potuit. Taliter, frater chariſſime,semp age,cęterosq; oẽs agere mone, vt abolito hoc,qui natus videbat̃,errore,in laudẽ & gloriã dei p totũ mundũ vna fides sit,&vna eadẽq; confessio, vt in noĩe Iesu omne genu flectatur,cœlestiũ, terrestriũ, & infernorꝰ,& omnis lingua cõfiteatur,quia dñs Iesus Christus in gloria est dei patris. Data Nonas Augusti,Iustiniano & Athalarico viris clariss.conss.

Philip. 2.a

¶ Iustiniani cõsulis annus cõsulatus in fine decretalis Bonifacij adnotat̃. Sed anni cõsortis illius Athalarici nec Marianus Scotus nec Gregorius Haloander meminerunt.

CAPITVLA CONCILII SECVNDI TOLETANI, CIRCA tempora Iohannis papæ secundi.

¶ Conciliũ Toletanũ secundũ,habitũ anno quinto Amalrici regis.

CVm in volũtate dñi apud Toletanã vrbẽ sanctorꝰ epõrꝰ p̃sentia cõuenisset,&de institutis sanctorꝰ patrũ canonũq; decretis cõmemoratio haberet̃,nobis in vnũ positis, placuit,vt si qua in antiquis canonibus minime cõmemorata sunt,salubri tractatu ac diligẽti cõsideratione instituant̃. Si qua vero in anterioribus sunt neglecta,rediuiuã ordinationis censurã obtineãt, q̃tenus dũ his(q̃ in cõcilijs sunt decreta,sed abusione tẽporꝰ hactenus dimissa,& ad cultũ fidei pertinẽt)studiũ religiosæ impendimus obseruationis,dei misericordiam facilius impetremus.

Capitulum primum.

¶ De his, q̃s volũtas parentũ a primis infantiæ annis in clericatus officio vel monachali posuit,pariter statuimus obseruandũ,vt mox cũ detonsi vel ministerio electorꝰ cõtraditi fuerint,in domo ecclesiæ sub epali p̃sentia a p̃posito sibi debeãt erudiri. At vbi octauũdecimũ ætatis suæ cõpleuerint annũ,corã totius cleri plebisq; cõspectu, volũtas eorꝰ de expetendo coniugio ab epo perscrutet̃,quibus si gratia castitatis(deo inspirãte)placuerit,& promissione castimoniæ suæ absq; coniugali necessitate rñderint seruaturos, hi tanq̃ appetitores arctissimæ viæ leuissimo dñi iugo subdãtur, ac primo subdiaconatus ministerium probatione habita professionis suæ,a vicesimo anno suscipiant. Quod si inculpabiliter ac inoffense vicesimũ & quintũ annũ ætatis suæ peregerint,ad diaconatus officiũ(si scientes implere posse ab epo cõprobẽtur)promoueri debẽt. Cauendũ tamẽ est his,ne qñ suæ sp̃õsionis immemores ad terrenas nuptias,aut abortiuos concubitus vltra recurrant. Quod si forte fecerint, vt sacrilegij rei,ab ecclesia habeantur extranei. His aũt,quibus volũtas propria interrogationis tempore desideriũ nubendi persuaserit,cõcessam ab apostolo * sententiam,auferre non possumus,ita vt cũ prouectæ ætatis,in coniugio positi, renuntiaturos se pari consensu operibus carnis spoponderint,ad sacros * gradus aspirent.

C

Nota

1. Corꝰ. 7. a

al's,licentiam

al's,ordines

II. Similiter placuit custodire,ne quis ex eis,qui tali educatione imbuitur,qualibet occasione cogente,propriam relinquens ecclesiam,ad aliam transire præsumat. Episcopus vero,qui eum suscipere absq; conscientia proprij sacerdotis fortasse præsumpserit, totius fraternitatis se reum esse nouerit,quia durum est, vt eum,quem alius rurali sensu a squalore infantiæ exuit,alius suscipere,ac vendicare præsumat.

III. Illud vero præterea speciali ordinatione decreuimus, quod nec antiqua concilia in vniuersis canonibus siluerunt, vt nullus clericorꝰ a gradu subdiaconatus & supra,in cõsortio familiaritatis habeat mulierem,vel ingenuã,vel libertam, vel ancillam,sed si sunt ei huiusmodi seruitia,matri, vel sorori,vel alij propinquæ contradat,& quicquid suis manibus * perfecerit,proprio domino deferatur. Aut si * propinquitatis memoria deest,alterius domus adhærentis habitaculũ requirat̃, dummodo nulla occasio introeundi domum

al's, p̃fecerint

al's, p̃pinqtatis memorata

 clerici

clerici fœminæ permittat, vnde aut laqueum possit incurrere, aut noxialis fama innocēti fortasse possit *inuri. Sane deinceps post datā hāc admonitionē, quisqs eaꝝ cōsortio frui voluerit, nouerit, se nō solū a clericatus officio retrahi, vel ecclesię foribus expelli, sed etiā oīm catholicoꝝ, clericoꝝ, vel laicoꝝ cōione priuari, nulla prorsus vł colloquij cōsolatiōe relicta, q̄tenus male cōsuetudinis abrasa rubigo, in posteris radicis suæ veneno serpere nō possit.

alias, oriri.

IIII. Si quis sane clericoꝝ agellos, vel vineolas, seu alia ædificia in terris ecclesiæ sibi fecisse probat, sustentādę vitæ suæ causa, vsq; ad diem obitus sui possideat. Post suum vero de hac luce *decessum, iuxta prioꝝ canonum constitutiones, ius suum ecclesiæ sanctæ restituat, nec testamētario ac successorio iure cuiquam hæredū, aut prohæredum relinquat, nisi forsitan cui eps pro seruitijs, ac pręstatione ecclesiæ largiri voluerit.

als, discessum

V. Nam & hæc pcauenda salubriter sancimus, ne quis fidelium propinquā sanguinis sui, vsqueq̄ affinitatis lineamenta gn̄is successione cognoscit, in matrimonio sibi desideret copulari, qm̄ scriptū est: Omnis hō ad proximā sanguinis sui non accedat, vt reuelet turpitudinē eius. Nec sine denūtiatione fit sentētiæ, nā paulopost infert, & dicit: Anima, q̄ fecerit de abominationibus istis quippiā, peribit de medio populi sui. Si quis ergo huius decreti temerator extiterit, ac vetitū violare p̄sumpserit, tāto grauiori sentētia mulctandū se recognoscat, q̄to eā propinquiorē, cui copulari se maluit, *serie originis eē nō ambigit, tātoq; *annosiori excōicationis tpe a Chr̄i corpe & fraternitatis consortio sequestretur, q̄to fuerit propinquioris sanguinis cōtagione pollutus. Huius institutionis regulam, qui subscripsimus, irrefragabili authoritate nos spondemus seruaturos. Si qs aūt tam *nostrū, vel eoꝝ, q nūc sanctæ synodo ex hac prouintia defuerunt, huic tā salubri ordinationi obuiare p̄sumpserit, vel solerter adimplere neglexerit, conuictus, totius fraternæ charitatis aliquādiu habeat extraneus. Sane iuxta prioꝝ canonū decreta concilium apud fratrem nostrū Montanum ep̄m (si dn̄s voluerit) futuꝝ pronuntiamus. Itaque statuim⁹, vt frater, & coeps noster Montanus, q in metropoli est, ad cōprouinciales nostros dn̄i sacerdotes literas, de congreganda synodo adueniente tpe, debeat destinare. Nunc ergo in noīe dn̄i, finitis his, q̄ in consultationē venerunt, gratias agim⁹ oīpotenti deo, deinde dn̄o nostro glorioso Amalrico regi, diuinā clementiā postulantes, vt innumeris annis regni eius ea, q̄ ad cultū fidei *proueniunt, peragēdi nobis licentiā præstet. Montanus in Christi noīe eps, his cōstitutionibus acquieui, relegi, & subscripsi die, & anno, q̄ supra. *Pancarius eps his constitutionibus acquieui, & relegi, & subscripsi. *Canonius epus subscripsi. Paulus eps subscripsi. Domicianus eps subscripsi. Marracinus eps subscripsi. Nibridius in Christi noīe ecclesiæ catholicæ Agrageñ. eps, hāc cōstitutionē consacerdotū meoꝝ in Toletana vrbe habitā, cū post aliquātum tpis aduenissem, salua authoritate canonum relegi, probaui, atq; subscripsi. Iustus in Chr̄i noīe ecclesiæ catholicæ *Vrgellitanæ epus hanc cōstitutionē consacerdotū meoꝝ, in Toletana vrbe habitam, cū post aliquantū tpis aduenissem, salua authoritate priscoꝝ canonum, relegi, probaui, & subscripsi.

Leuitic 18.a
Ibidem.d.
alias, suæ
al', annosioris
als, nostroꝝ.
als, ptinebūt.
als, Panacri⁹.
als, Cantom⁹
alias, Virgilitanæ.

AEDICTVM PIISSIMI IMPERATORIS IVSTINIANI, fidei confessionē continens & refutationē hęresiū, quæ aduersantur catholicæ dei ecclesię, Iohāni papæ secūdi, transmissum, vt patet in vita eiusdem papæ ex libro pontificali.

SCientes quod nihil aliud sic potest misericordē deum placare, quam vt oēs Christiani vnum idemq; sapiant in recta & immaculata fide, nec sint dissensiones in sancta dei ecclesia, necessarium putauimus, omnem occasionem interimentes eis, qui scandalizantur, vel qui scandalizant recte fidei confessionem, quæ in sancta dei ecclesia p̄dicatur, præsenti ædicto facere manifestam, vt & illi, qui rectam fidem confitent, firmiter eam custodiant, & illi, qui aduersus eam contendunt, discentes veritatem, festinēt semetipsos vnire sanctæ dei ecclesiæ.

COnfitemur igitur credere in patrem, & filium, & spiritū sanctum, trinitatē, consubstantialem vnam deitatem siue naturā, & substantiam, & virtutē, & potestatē in tribus subsistentijs, siue personis adorātes, in quibus baptizati sumus, in qua credimus, & quibus confessionem dedimus, proprietates quidem separantes, deitatē autē vnientes. Vnitatē eīn in trinitate, & trinitatē in vnitate adoramus, mirabilē habentē & diuisionē & vnitionē. Vnitatē quidē secundum rationē substantiæ seu deitatis, trinitatem autē secundum proprietates, vel subsistentias, siue personas. Diuiditur enim sine diuisione (vt sic dicamus)

A camus)& coniungit *diuisæ. Vnũ em̃ est deitas in tribus,,& tria vnum,in qbus deitas est. Aut(vt subtilius dicamus)ipsa tria est deitas,deus pater,deus filius,deus spũs sanctus, cũ vnaquæq; psona solũ intelligit,mẽte separãte inseparabilia.Et tria vnus deus,cũ simul intelligunt propter eandẽ virtutẽ,eandẽq; naturã,quã oportet & vnũ deũ confiteri,& tres subsistentias pdicare,seu tres personas,& vnãquaq; *cum sua proprietate. Et vnitatẽ cõfitentes confusionẽ non facimus,secundũ Sabelliũ dicentem,trinitatem vnam esse personam,trinomium eundẽ patrẽ,& filiũ,& spm̃ sanctũ, nec diuidentes proprietates alienamus a dei patris substantia filium aut spm̃ sanctũ,secundum Arrij furorem in tres diuersas naturas incidentes deitatem. Vnus igitur deus pater ex quo omnia, & vnus vnigenit⁹ filius,per quem omnia,& vnus spiritus sanctus in quo omnia.

als.diuisa.

als.in.

*Credimus aũt ipsum vnigenitũ filium dei,deum verbum ante secula & sine tempore ex patre natũ non factum,in vltimis diebus propter nos & propter nostrã salutẽ descendisse de cœlis,& incarnatũ esse ex spũ sancto,& sancta gloriosa dei genitrice semper virgine Maria,& natum ex ipsa,qui est dñs Iesus Chrũs vnus de sancta trinitate,consubstantialis deo patri secundum deitatẽ,& consubstantialis nobis idem ipse secundum humanitatem,passibilis carne,impassibilis idem ipse deitate. Non enim alius quidem est pter deũ verbum,qui passionem & mortem suscepit,sed ipse impassibilis & sempiternus deus verbum generationem carnis humanæ sustinere dignatus,impleuit omnia. Ideo non alium deum verbum esse,qui miracula operatus est,& alium Christũ, qui passus est,cognoscimus,sed vnum eundemq; dominum nostrum Iesum Christũ dei verbũ incarnatum, & hoiem factum, & eiusdẽ ipsius miracula & passiones,quas carne voluntariæ sustinuit, cõfitemur. Non enim homo aliquis pro nobis semetipm̃ dedit,sed ipse deus verbum suum corpus pro nobis dedit,ne in hominẽ fides & spes sit nostra,sed in ipm̃ deũ verbũ nostrã fidẽ habeamus. Et deũ igitur eum confitentes non abnegamus ipm̃ esse & hoiem,& hominem dicentes eum non abnegamus ipm̃ esse & deũ. Si enim deus tantummodo esset, quõ patiebatur,quõ crucifigebat,& moriebatur? Aliena em̃ ista sunt deo, Sin aũt homo solũ,quõ per passionẽ vincebat? Quõ saluos faciebat,quõ viuificabat? Hæc enim supra hominis naturam erant. Nunc autem idem ipse patitur & saluos facit,& per passionẽ vincit,idem ipse deus,idẽ ipse homo,vtrũq; tanq̃ vnum,vtrũq; tanq̃ solum. Vnde ex vtraq; natura,id est,ex deitate & humanitate vnum Christum compositum dicentes, confusionem vnitioni non introducimus. Et in vtraque autem natura,in est,in diuinitate & humanitate vnum dñm nostrũ Iesum Christũ dei verbi incarnatũ,& hoiem factum cognoscentes,diuisionẽ quidem per partes,vel incisionẽ non ferimus vni eius subsistentiæ. Differentiam autem naturarum,ex quibus compositus est,significamus non interemptam propter vnitatem,qm̃ vtraq; natura in ipso est. Cum enim compositionem dicamus, necesse est confiteri & partes in toto esse, & totum in partibus cognosci. Nec enim diuina natura in humanam transmutata est,nec humana natura in diuinam conuersa est. Magis autem intelligitur,quod vtraq; in proprietate & ratione suæ naturæ manente facta est vnitas secundum subsistentiam. Vnitas autem secundum subsistentiam significat,quod deus verbum,id est,vna subsistentia ex tribus deitatis subsistentijs non ante plasmato homini vnitus est,sed in vtero sanctæ virginis creauit sibi ex ipsa in sua subsistentia carnẽ animatam,anima rationali & intellectuali,quod est natura humana. Hanc autem secundũ subsistentiam vnitatem dei verbi ad carnem docens nos & diuinus apostolus dicit: Qui cum in forma dei esset,non rapinam arbitratus est,æqualem se esse deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Per hoc enim quod dixit,qui cum in forma dei esset,verbi subsistentiam in natura dei esse ostendit. Per hoc autem quod dixit, formam serui accepit,naturæ hominis & non subsistentiæ siue personæ vnitum esse verbum, significauit. Nec enim dixit,quod eum,qui in forma serui erat,accepit,ne ante plasmato homini vnitum esse deum verbum ostenderet,sicut Theodorus & Nestorius impij blasphemauerunt,affectualem dicentes vnitatem. Nos autem sequentes diuinas scripturas & sanctos patres cõfitemur,q̃d deus verbũ caro factus est,quod est secundum subsistentiã sibi vnire naturã humanã. Ideo & vnus est dñs noster Iesus Christus,habẽs in semetipso pfectionem diuinæ naturę, & perfectionẽ naturæ humanæ. Et est vnigenitus quidem & verbum,vtpote ex deo patre natus,& primogenitus aũt in multis fratribus,idem ipse cũ factus homo,filius enim dei filius hominis factus est,& manens,quod erat,non trãsmutauit,q̃d factus est. Vnde & duas natiuitates eiusdẽ ipsius vnigeniti dei verbi cõfitemur.

als.Confitemur.

B

C

Philip.2.a.

Iohan.1.b

Ante secula qdem ex patre incorporaliter nati, in vltimis aūt diebus eiusdem ipsius incarnati, & nati de sancta gloriosa dei genitrice & semp virgine Maria: Qui em̄ de patre isplēduit supra intellectū, ex matre ortus est supra rōnem. Et cū deus verus esset, factus est vere homo. Ideo proprie & vere dei genitricē sanctā gloriosam & semp virginē Mariā cōcōfitemur, nō qa deus verbū initiū ex ipsa accepit, sed quod in vltimis diebus vnigenitus deus verbum q ante secula erat, incarnatus ex ipsa immutabiliter homo factus est, & cum inuisibilis in suis esset, visibilis factus est in nr̄is, & cū impassibilis deus esset, nō dedignatus est, passibilis eē homo, & immortalis mortis legibus subiacere. Istum q in Bethlehem de semine Dauid natus est scd̄m carnē, & filiis factus hoībus, & crucifixus est pro hominib[9] sub Pontio Pilato, prædicauerūt sancti apl̄i ipsum esse deū, ipsum hoiem, ipsum filiū dei, ipsum filium hoīs, ip̄m de cœlo, ip̄m de terra, ip̄m impassibilem, ip̄m passibilem. Deus em̄ verbum, q natus est desursum ex patre ineffabil̄r, inenarrabil̄r, incomp̄hensibil̄r, sempiternæ, ipse in tempore nascitur deorsum de virgine Maria, vt illi, q deorsum prius nati sunt, desursum secundo nascerentur, id est, ex deo. Ipse igit matrē tantūmodo habet super terram, & nos tantūmodo patrē habemus in cœlo. Cum em̄ accepisset mortalē patrē hoīm Adam, dedit hoībus suum patrē immortalem, scd̄m hoc quod dicitur: Dedit eis potestatem filios dei fieri. Vnde & mortē secundum carnem gustat filius dei, propter carnalem suum patrē, vt filij hoīs vitæ eius participes fierent, propter suum secundum sp̄m patrē deum. Ipse igitur secundum naturam filius est dei, nos autem secundum grām, & iterum ipse secūdum dispensationē & propter nos filius fuit Adam, nos autem secundum naturam sumus filij Adam. Pater em̄ est eius deus secundum naturam, noster autem secundū gratiam. Et deus ei fuit secundum dispensationem, eo ꝙ homo factus est, noster autem secundum naturam dn̄s est & deus, & ideo deus verbum, q est filius patris, vnitus carni factus est caro, vt homines vniti spiritui fierent vnus sp̄us. Ipse igitur verus filius dei om̄es nos indutus est, vt omnes induamur vnum deum, & est post incarnationem vnus, de sancta trinitate, vnigenitus filius dei dn̄s noster Iesus Christus compositus ex vtraqꝫ natura. Compositum autem Christum confitemur sanctoꝝ patrum doctrinā sequentes. In mysterio em̄ Christi vnitas secundum compositionē, confusionem, & diuisionem reijcit, & seruat qdem vtriusqꝫ naturæ proprietatem. Vnam autem substantiam, seu personam dei verbi, & cum carne ostendit, & est vnus idem'qꝫ perfectus in deitate, & perfectus in humanitate, non tanquam in duabus subsistentijs siue personis, sed in diuina natura & humana cognoscendus, vt vnus sit vtraqꝫ perfectus deus & perfectus homo. Idem ipse dominus noster Iesus Christus vnus de sancta trinitate, cōglorificādus patri, & sancto spiritui. Nec em̄ quartæ personæ adiectionem suscepit sancta trinitas, & incarnato vno de sancta trinitate deo verbo. Istam igitur bonam traditionem, quam a sanctis patribus accepimus, custodimus, in qua viuimus, & conuersamur, & quam ab hac vita proficiscentes oramus nobiscum habere, quæ est in patrem & Christum filium dei viui, & sanctum sp̄m cōfessio. Hæc itaqꝫ confitentes super alias sancti Cyrilli de fide recta doctrinas, & hoc quod dictum est ab ipso vnam naturam dei verbi incarnatam suscipientes, confitemur, quod ex diuina natura & humana vnus Christus effectus est, & non vna natura, prout quidam male intelligentes dictionem conantur dicere. Vnde & ipse pater, quotiēs vnam naturam dixit verbi incarnatam in hoc,* naturæ, nomine pro subsistentia vsus est. Et in quibus libris dixit hanc dictionem, in sequentibus sæpius intulit. Est quando filium, est quando verbum, aut vnigenitum, quæ non naturam, sed subsistentiam, seu personam significant. Subsistentia igitur verbi incarnata non vnam naturam, sed vnum Christum compositum, effecit eundem ipsum deum & hominē. Eos autē, qui deum & hominē Christum confitentur, vnam naturam, siue substantiam ipsius dicere impium est. Impossibile est em̄ dominum nostrum Iesum Christum secundum vnam eandem'qꝫ naturam, seu substantiam, & ante secula esse, & in tempore, aut impassibilem & passibilem. Quod in vna subsistētia, siue persona eius recte confitemur ex ipsis autem dictis eiusdem sancti Cyrilli, ostendemus de memorata dictione manifestam ipsius doctrinam. In prima enim ad Successum epistola, cum dixisset vnam naturam dei verbi, & incarnatam, statim intulit. Ergo quantum quidem ad intellectum pertinet, & ad videndum tantummodo oculis animæ, quemadmodum incarnatus est vnigenitus, duas naturas esse dicimus, vnum autem filium, & Christum, & dominum, deum verbum incarnatum, & hominem factū. Per ista autē pater modum incarnationis volens manifestare, & indiuisam, & inconfusam custodi-

Iohan. 1. b

Cyrillus de fide recta

alias, natura

Idem Cyrill[9] In prima epistola ad Successum

D

E

F

A custodiens vnitionẽ, & numerũ naturarũ, quę conuenerunt demonstrauit, & vnũ Chrm pdicauit, & non vnam naturã deitatis & carnis. Et in secunda aũt ad eundẽ Successum epla similia docens ita scribit: Nam si quidẽ vnã dicentes verbi naturam, tacuissemus non inferentes incarnatã, sed quasi extra ponẽtes dispensationẽ, erat illis forsitan & veri similis ratio confingẽtibus interrogare, vbi pfectio in humanitate vel quõ *subsistit humana substantia. Qm aũt & perfectio in humanitate & nrę substãtię demonstratio introducta ẽ, dicendo, incarnatã, cessent arundineã virgã sibi supponentes. Eijciente ẽm dispensationem, & abnegantẽ incarnationẽ oportebat iuste accusari, auferẽtem a filio perfectam humanitatem. Sin aũt (vt dixi) incarnatũ esse dicẽdo ipm, manifesta est & indubitabilis cõfessio, qd factus est homo, nihil iã prohibet intelligere, qa cũ vnus sit & solus filius Chrũs, idem ipse deus & homo sicut in deitate perfectus, ita & in humanitate perfectus. Rectissime aũt & nimis prudenter tua perfectio de salutari passione rationem exponit, non ipm vnigenitũ filiũ dei secundũ qd intelligit, & est deus, passum esse in sua natura, quę sunt corporis, affirmãs, magis aũt passum esse terrena natura. Oportet ẽm necessario vtraq; seruari vni & vero filio, & non pati secundũ deitatẽ, & dici passum esse eundẽ ipm secundũ humanitatẽ, ipsius enim passa est caro. Et in tertiodecimo cap. scholiorũ idem S. Cyrillus similiter reijciens eos, qui duos filios introducũt, & eos, qui vnam dicunt naturã deitatis & B carnis Christi, ita scribit: Non discernendũ vnũ dñm Iesum Chrm in hoiem separatim, & in deũ separatim, sed vnũ eundemq; dñm Iesum Chrm dicimus, naturarũ scientes differẽtiam, & inconfusas eas sibi inuicẽ conseruantes. Si igit (prout docet nos S. Cyrillus) vnus est dñs noster Iesus Chrũs pfectus in deitate, & perfectus idẽ ipse in humanitate, & non est passus diuina natura, sed terrena natura, scit aũt & naturarũ differentiã, & qd inconfuse sibi inuicem in vna subsistentia conseruant, certũ est, qd eundẽ ipm in diuina natura, & in humana dicit pater cognosci, & vtrãq; naturam in ipso esse, ex quibus & cõpositus est, & non aliquis sic insaniat, vt arbitret eos recte sapere, qui dicũt vnam esse naturã siue substantiam carnis, & deitatis Christi, eandem & diuinam & terrenã, passibilem & impassibilem. Qm autẽ & alio modo quidam ostendere conant, vnam esse naturam deitatis & humanitatis Christi, exemplũ hominis proponentes, & dicentes, qd sicut ex diuersis naturis anima & corpore cõsistens homo, vna natura dicit, sic ex duabus naturis deitatis & humanitatis Chrm dicentes, debemus vnã ipsius dicere naturam, illud ad eosdem dicemus, qd homo quidẽ est, licet ex diuersis constet, id est, aĩa & corpe, tamen ideo vna natura dicit, qm in oĩbus subsistentijs siue personis, quę sub eadem specie referunt, cõmuniter pdicatur. Licet ẽm vnaquęq; subsistentia, siue persona sicut Petrus & Paulus proprietatibus a se inuicem separant, sed tñ non natura diuidunt (ambo enim hoĩes) & iterum nec anima sine corpore, nec corpus sine aĩa homo est, sed ex eo quod non erat, ad hoc quod est ex anima & corpore creatus est, vnaquęq; aũt creatura, licet ex diuersis constet, sed tñ vnã illã C habere dicit naturã, secundũ quam ex deo creata est, Chrũs aũt non sic, nec enim vnã naturam, siue substantiã significat, quę cõmuniter in plurimis subsistẽtijs siue personis pdicat sicut hõ. Si ẽm hoc eẽt, multi Christi inuenirent, in qbus cõmunitas vnius naturę pdicabatur, qd & dicere impiũ est. Sed neq; ab initio ex deitate & humanitate, sicut hõ ex aĩa & corpore, Chrũs creatus est, vt hoc sit natura Chri, sed cũ deus esset ante secula dei verbũ, & esset eiusdẽ naturę siue substãtię patri, & creator oĩm, in vltimis diebus hominis naturam secundũ subsistentiã sibi vniens, factus est homo manẽs deus. Est igitur Chrũs vna subsistẽtia siue persona, & habet in semetipso perfectionẽ diuinę & increabilis naturę, & perfectionẽ humanę & creabilis naturę. Quõ igitur, in quo duę naturę cognoscuntur increabilis & creabilis, in eo vnã naturã siue substantiã dici possibile est? Licet enim vna subsistentia siue persona Christus sit, sed cõsubstãtialis deo & patri, & consubstantialis nobis idẽ ipse est, non tamen secundũ vnã eandẽq; naturã seu substantiã. Sin aũt vna natura siue substãtia eẽt Chrũs, aut sine carne est, & soli deo patri consubstantialis est, qniam vna deitatis substãtia siue natura est, aut purus hõ existẽs nobis est solũ cõsubstãtialis, qm vna natura humanitatis est, aut immutata vtraq; natura alteram effecit naturã, pręter eas, quę conuenerunt, & secundum illos, neq; deus mansit, neq; homo factus est Chrũs, & ideo neq; patri, neq; nobis idem ipse consubstantialis est. Sic autem sapere omni plenũ est impietate, & ista dicimus non ignorantes, qd & quidã sanctorũ patrũ hominis exẽplo in mysterio Christi vsi sunt, sed illi quidẽ vt ostẽderẽt, qd sicut hõ ex aĩa & corpe vnus efficit, & non duo hoĩes, sic & Chrũs ex deitate & humanitate cõpositus vnus ẽ, nõ in duos Chros vel in

Idẽ in secũda epla ad Successum.

als, subsistit.

Idẽ in .13. cap. Scholiorum.

alias, hoies

vel in duos filios diuidēdus. Isti aūt * hois exēplo vtunt, vt vnā naturā, siue substātiā deitatis, & humanitatis Chri introducerēt, q̄d demōstrauim⁹ alienū eē pietatis. Sed cū p hæc côuincunt, q̄d pter rectā prm doctrinā sibi cōfingūt vnā naturā, seu substātiam deitatis, & carnis, ad alia trāseunt, dicētes nō oportere numerꝝ naturaꝝ in Chro dicere, vtpote numero diuisionē introducēte. Sciant igit q̄d numerus, qn̄ in diuersis psonis, siue subsistentijs dicit, rerum ipsaꝝ per partes habet diuisionē, sicut in duobus, vel etiam pluribus hoibus. Qn̄ autē in rebus vnitis, tunc verbo solo & intellectu nō tamē ipsaꝝ rerum habet diuisionem, sicut in vna subsistentia hois ex anima & corpe constituta. Duæ em̄ & hic naturæ intelligunt, altera animæ, & altera corporis, & tamen nō propter hoc in duos hoies diuiditur, sed vnum scimus hoiem esse, & vnam substātiam eius. Et in mysterio igit Chri facta vnitione, licet diuersa intelligant, quæ vnita sunt, sed non ipsa re, & per partes a se inuicem separātur ea, ex qbus dn̄s noster Iesus Chrus compositus est, differētiam tamē considerātes, & hanc significare volentes, numerꝝ assumimus, & duas in Chro naturas esse dicimus. Nec ideo vnus Chrus in duos Chros, vel in duos filios diuidit. Et testimonim præstat nostris dictis sanctus Gregorius theologus scribēs in primo libro ad Cledoniū sic. Si qs introducit duos filios vnum qdem ex deo patre, secundū autē ex matre, sed nō vnū eundemq; ex adoptiōe cadat, quæ promissa est recte credētibus. Naturæ em̄ duæ deus & homo, qūo & aīa & corpus, nō autem duo filij nec dij duo. Nec em̄ hic duo hoies, licet Paulus sic appellauerit, quod est intus hois, & quod est extrinsecus, & vt cōpendiose dicamus aliud q̄dē & aliud ea, ex qbus saluator est, cū nō idē sit inuisibile, & visibile, & hoc q̄d sine tempore est, & hoc quod sub tempore est, non autē alius & alius. Absit.

Gregori⁹ Nazianzenus ad Cledonium

2. Corꝝ. 4. d

D

E

Ecce p hęc euidēter docet S. Gregorius, q̄d in mysterio Chri ille qdem, q in psonis numerꝝ dicit, vt impius cōdemnat, ille aūt, q in naturis, ex qbus vnus Chrūs cōpositus est, numerum accipit, recte cōfitet, vtpote differētiam qdem naturaꝝ, quæ cōuenerūt, per hoc significās, diuisionē aūt, quæ per partem est, nullo modo faciēs. Sicut enim altera natura est animæ, & altera corporis, & tn̄ vnus scdm cōpositionē homo efficit, & nō duo homines, sic & in Chro licet duæ intelligant naturæ, altera qdem deitatis, altera vero humanitatis, sed nō propter hoc duo Chri, aut duo filij introducunt. Ergo q numerꝝ naturaꝝ, quæ in Chro sunt, scdm prædictū modum dicere recusant, manifesti sunt differētiam naturaꝝ abnegātes, & cōfusionē introducētes dispēsationi. Si vero differentiā cōfitent, necesse est omnimodo, ad eam significandam, & numerꝝ dicere uaturaꝝ, quæ sine cōfusione in vnam * substantiā cōuenerūt. Vbi em̄ differentia seruat, ibi omī modo & numerus seqtur. Ad confirmādā aūt ea, quæ diximus, sanctoꝝ patrū testimonio vtētes, ōndemus eos dicētes, q̄d in vno dn̄o nostro Iesu Christo rōnes qdem diuidunt, scdm differentiā naturaꝝ deitatis & humanitatis ex qbus & cōpositus est, & numerꝝ in hoc assumūt, nō tn̄ ipsa re & per ptes naturaꝝ faciūt diuisionē in duas subsistētias siue psonas. Dicit em̄ S. Cyrillus in Leuitici interptetatione sic: Totum in his iterꝝ circumspice aperte saluatoris nostri mysteriū, & emundationē, quę per scīm baptisma fit. Duas em̄ auiculas sumi iubet viuas & mūdas, vt intelligas per volatilia, cœlestē hominē simul & deū in duas naturas, quantum pertinet ad rōnem diuidendū, vnicuiq; cōuenientē. Deus em̄ verbum, q ex deo patre est, iplēduit in carne, quæ ex muliere est, veruntamen nō partiendum. Vnus em̄ ex vtrisq; Christus. Et iterꝝ idem sanctus Cyrillus in secunda ad Successum epl̄a ita dicit. Sed ignorauerunt, quod, quæ per solum intellectum diuidi solent, non hæc necessario etiam in alteritatem, quæ est per partes omnimodo, & specialiter a se inuicē separabunt. Sed & sanctus Basilius in quarto libro contra Eunomiū interpretās hoc, quod est, dn̄s creauit me, & ante oēs colles genuit me, ita scribit. Intelligendum hoc quidem quod dicit, genuit, de deo filio, hoc aūt q̄d dicit, creauit, de eo, q formā serui accepit. In his aūt omnibus nō duo dicimus, deū separatim, & hominē sepatim, vnus em̄ erat, sed scdm intellectū vtriusq; naturā existimantes. Sed & sanctus Gregorius theologus in libro secūdo de filio docens nos, qūo in dn̄o nostro Iesu Christo oportet naturas, q in eo sunt, scdm intellectū discernere, ita scribit: Cū naturæ intellectu distāt, simul diuidunt etiā nomina, Paulū dicētē audi, vt deus dn̄i nostri Iesu Christi pater gloriæ, Christi qdē deus, gl̄iæ aūt pater. Nā & si vtrūq; vnū est, tn̄ nō natura, sed cōuentu. Et sanctus aūt Gregorius Nysenus, in quarto libro cōtra Eunomiū eadē nos docēs, ita scribit: Et ne aliquis incorruptibili naturæ crucis passiōne applicaret, p alia manifestius talē emēdat errorē, mediatorē ipsum dei & hominum & hominem & deum ipsum nominans, vt cum duo de vno dicantur, congruum intelligatur circa

ais, subsistētiā

Cyrill⁹ in Leuitici interptatione

F

Cyrill⁹ in epl̄a ad Successum secunda

Basilius libro quarto cōtra Eunomium

Gregori⁹ Nazianzenus libro. 2. de filio

1. Corꝝ. 3. d

Gregori⁹ Nysenus contra Eunomium

A vtrúq;, circa deitatem quidē impaſſibilitas, circa humanitatem autē diſpenſatio paſſionis. Intellectu igitur diuidente hoc, q̃d per miſericordiā quidē vnitū eſt, ratione autem diſcernitur, cū hoc quidē, quod ſuperpoſitum eſt & ſupereminēs, omnem ſenſum p̄dicat, altioribus vtitur nominibus ſup oĩa deū, & magnū deū, & virtutē dei, & ſapientiā, & talia vocans. Cum aūt paſſionū experimentū, neceſſario propter noſtrā infirmitatē acceptū, verbis ſignificat, ex noſtro nominans vtrūq; hominē ipſum appellat, non cōmunicās per vocem ad cæterā naturā eū, qui ſignificatur, ſed vt circa vtrūq; pietas cōſeruaret. His ita demonſtratis p ſanctorum patrū doctrinā, ceſſent, q numerum naturarum, q̃ in Chriſto ſunt, occaſionē ſui erroris faciunt, & earum differentiā numeri recuſatione, negādo confuſionē, introducere conātur. Qūo enim non eſt neceſſarius numerus, quo ad ſignificandā differētiam naturarum, quæ in vnā ſubſiſtentiā vnitæ ſunt, & non ad diuiſionem per partes earum vſi ſunt patres? Demonſtrato igitur vndiq; (q̃d impiū eſt dicere) vnā naturā ſiue ſubſtantiā deitatis & carnis Chriſti, & illud dicimus, qa nec ſecundū quod vnā ſubſiſtentiā dicimus deitatis & humanitatis Chriſti ſic, poſſibile eſt & vnā naturā Chriſti dicere, qm̃ non idē eſt natura & ſubſiſtētia. Oēs em̃ ſancti patres conſonāter nos docēt, aliud eſſe naturā ſiue ſubſtantiā & formā, & aliud ſubſiſtentiā ſiue perſonā, & naturā quidē vel ſubſtantiam & formam, hoc, q̃d eſt cōmune, ſignificare, ſubſiſtētiā aūt ſiue pſonā, hoc q̃d eſt ſpeciale. Sin vero dixerint quidā, q̃d ſicut vna ſubſiſtētia cōpoſita dicit Chriſti, ſic oportet & vnā naturā cōpoſitā dicere, oſtēdemus, & hoc alienū eſſe pietatis, vnā eſſe naturā ſiue ſubſtantiā deitatis, dicētes tres ipſius confitemur ſubſiſtētias, in vnaquaq; ſubſiſtētia eandem naturā ſiue ſubſtantiā cognoſcētes, & recte ex tribus ſubſiſtētijs vnā ſubſiſtētiam verbi ad carnē cōpoſitam eſſe dicimus. Nemo enim vnq̃ auſus eſt in catholica eccleſia dicere, q̃d ſicut tres ſubſiſtētiæ, ſic & tres naturæ ſunt ſanctæ trinitatis, vt poſſibile ſit dicere vnam naturā ex tribus naturis compoſitam eſſe ad carnē. Tres em̃ naturas in ſancta trinitate ſolus Arrius auſus dicere, tanq̃ blaſphemus condēnatus eſt. Ideo igit ſecundum rectam rationē duarum naturarum dicimus vnitatē, & vnā ſubſiſtētiam, qm̃ dei filius cū eēt ſecundū ſubſiſtētiam alter p̄ter patrē, eandē aūt naturā habet patris in ſua ſubſiſtētia, plaſmauit ſibi carnē animatam aĩa rationali & intellectuali, q̃d ſignificat humanę naturæ vnitū eſſe deū verbū, & nō *ſubſiſtentiæ ſuæ pſonæ cuiuſdam. Eſt igit deus verbū & incarnatus vna ſubſiſtentia in vtraq; natura cognoſcendus, in diuina, in qua erat (prout dictū eſt) qui cum in forma dei eſſet, & in humana ſecūdū hoc, q̃d eſt in ſimilitudine hominis factus, & ideo rectius dicat aliquis vnā ſubſiſtentiā dei verbi compoſitā, quam vnā naturā compoſitam, qm̃ cū per ſe abſolute natura dicit, non adiecta ei ſpeciali cuiuſdam pſona infinitū & non ſubſiſtens aliqd ſignificat, infinitū aūt ad nihil pōt componi. Sin aūt, aliquis & poſt tales rationes ad contentionē ſolam reſpiciens opponere conet, dicēs, q̃d ſecūdum redditā naturæ rationē oportet & humanā naturā Chr̃i ſuam ſubſiſtentiā ſeu pſonam propriā habere, manifeſtꝰ eſt talis, q̃d ante ſubſiſtēti homini vnitū eſſe dicit deū verbū & affectualē factam eē vnitatē. Duæ em̃ ſubſiſtētiæ ſeu perſonæ ſecundū ſubſiſtentiā vniri non poſſunt. Qui igitur hæc dicit, dei potentiā verbis humanæ ſapiētiæ euacuare feſtinās, ignorat magnū pietatis myſteriū, q̃d corde qdem credit ad iuſtitiā, ore aūt confeſſio fit in ſalutē. Neq; em̃ humana Chr̃i natura p ſe abſolute vnquā dicit, ſed nec ſuā ſubſiſtentiā ſeu perſonā habuit, ſed in ſubſiſtētia dei verbi natura humana initiū, vt eſſet, habuit, vnde ip̄m deū verbū immutabiliter hoĩem factū eſſe cōfitemur, & nō in hoĩem quendā veniſſe, & eiuſdē dei verbi incarnati eſſe natiuitatem ex virgine, & propter hoc dei genitricē ſanctam glorioſam ſemp virginē Mariam eſſe. Ideo & ante incarnationē dei verbi & poſt eius incarnationē tres ſubſiſtentias dicimus patris & filij & ſp̄us ſancti. Non enim ſancta trinitas quartæ ſubſiſtentiæ, vel perſonæ adiectionem ſuſcepit. Ex his igitur omnibus conuincuntur, qui dicunt ante vnitionem duas naturas eſſe, quod ante plaſmatum dicunt hominem, & ſic vnitum eſſe deo verbo, ſecundum inſaniam Theodori & Neſtorij impiorum. Qui autem dicūt, quod non oportet poſt vnitatē duas naturas in Chr̃o ſed vnā dicere, confuſionē & phantaſiam introducunt, ſecūndū Apollinarium & Eutychen impios. Sed iſti quidem hæc. Sancti vero p̄res poſt dei verbi incarnationē cōſiderātes ea, ex qbus Chr̃us eſt, & q̃d inconfuſæ māſerūt naturæ, rectiſſime duas naturas, diuinā & humanā in Chr̃o eē dixerūt. Nec em̃ an̄ incarnationē duę naturę erāt dn̄i, nec poſt incarnationē duæ naturæ vna factę ſunt, licet in vna ſubſiſtētia cognoſcant. Hæc āt & ex diuinis ſcripturis, & patrū doctrina edocti, ad refutādos eos, q cōfundūt, & diuidūt diuinæ diſpēſatiōis myſteriū merito ſcripſimus,

[Marginal notes: B; C; *al's, ſubſtātiæ ſed perſonæ. Philip. 2. a; Roma. 10. c]

pſim⁹,& nõ eo,ꝙ declaram⁹ea,ex qbus eſt,& in qbus cognoſcit Chrs,cõfuſionẽ vel diuiſionẽ diuinæ diſpẽſatiõi facimus. Itaq; glorificationẽ & * vnitatis rõnẽ proferẽtes, vnum Chr̃m,& filiũ,& dñm verbũ dei incarnatũ,& hoĩem factũ cõfitemur,& adoramus cũ patre & ſpũ ſancto. Hæc ita cũ vniuerſali dei eccleſia cõfitẽtes,ſcire volumus oẽs Chr̃ianos, q̃d ſicut vnũ deũ & dñm habemus,ita & vnã fidẽ. Vna eñ definitio fidei eſt,cõfiteri,& recte glorificare patrẽ,& Chr̃m filiũ dei,& ſpm̃ ſanctũ. Iſtã cõfeſſionẽ cõſeruamus, in qua & baptizati ſumus,donatã q dẽ a magno deo & ſaluatore nr̃o Ieſu Chr̃o ſanctis ſuis diſcipulis,& apl̃is,ab eis autẽ p̃dicatũ in toto mũdo. Trecẽti aũt decẽ & octo ſancti pr̃es collecti in Nicea aduerſus Arriũ,illo cum ſua impietate cõdemnato,eandẽ cõfeſſionẽ,id eſt, ſcd̃m mathema & ſymbolũ fidei tradiderũt ſanctæ dei eccleſiæ,& poſt illos centũ qnquaginta ſancti patres Cõſtãtinopolim collecti aduerſus Macedoniũ ſc̃tõ ſpiritui repugnãtẽ & magnũ Apollinariſtã,illis cõdẽnatis cũ ſua pfidia, ſecuti p om̃ia idem ſcd̃m ſymbolum traditũ a trecẽtis decẽ & octo ſanctis pr̃ib⁹,explanauerũt de deitate ſancti ſpũs. Inſup aũt & q in Epheſo prius collecti ſunt ſancti patres aduerſus Neſtoriũ impiũ, & q in Chalcedone cõuenerunt ſancti patres aduerſus Eutychen impiũ,ſecuti p oĩa p̃dictũ ſanctũ ſymbolũ ſiue mathema fidei, cõdẽnauerunt p̃dictos hæreticos vnã cũ eoꝝ impietate, & hos q ſil'a illis ſapuerũt, vel ſapiunt. Et ſup hæc anathematizauer̃t eos,q aliã definitionẽ,ſiue ſymbolũ,ſiue mathema tradũt accedẽtibus ad ſanctũ baptiſma, vel ex quacũq; hæreſi cõuerſis,p̃ter traditũ(ſicut dictũ eſt)a trecẽtis decẽ & octo ſanctis pr̃ibus,& explanatũ a centum qnquaginta ſanctis patribus. His ita ſe habẽtibus,perſpeximus & capl'a ſupponere, qbus tã rectæ fidei compendioſa confeſſio q̃ hæreticorum condemnatio continetur.

Si qs nõ cõfitetur patrem, & filium,& ſpm̃ ſanctum trinitatem conſubſtãtialem, vnam, deitatem, ſeu naturam, & ſubſtantialem,& vnam virtutem,& poteſtatem in tribus ſubſiſtentĳs,ſeu perſonis adorandam,talis anathema ſit.

Si qs aũt nõ confitet̃ eum,q ante ſecula,& ſine tp̃e ex patre natus eſt,deũ verbũ in vltimis diebus deſcẽdiſſe de cœlis, & incarnatum eſſe de ſancta glorioſa dei genitrice & ſemper virgine Maria,& hoĩem factum natum eſſe ex ipſa,& propter hoc eiuſdem dei verbi duas eſſe natiuitates,quæ eſt ante ſecula incorporaliter,& quæ eſt in vltimis diebus ſecundum carnem,talis anathema ſit.

Si qs dicit aliũ eſſe deũ verbum,q miracula operatus eſt, & aliũ Chr̃m, q paſſus eſt,aut deũ verbũ cum Chr̃o eſſe naſcẽte ex muliere,dicere vel ipſo eſſe tanq̃ alteꝝ in altero,ſed nõ vnũ eũdemq; dñm nr̃m Ieſum Chr̃m deũ verbũ incarnatũ,& hoĩem factũ,& eius ipſius miracula & paſſiões,quas carne ſponte ſuſtinuit, talis anathema ſit.

Si qs dicit ſcd̃m grã̃m,vel ſcd̃m operationẽ, vel ſcd̃m dignitatẽ honoris, vel ſcd̃m authoritatẽ,vel relationẽ,vel affectũ,vel virtutẽ vnitionẽ dei verbi ad hoĩem factã eſſe, vel ſcd̃m * omonymã,per quã Neſtoriani & deũ verbũ vocãtes Chr̃m & hoĩem, ſeparatim Chr̃m noĩantes ſolo vocabulo vnũ Chr̃o con dicũt,aut ſi qs p bonã volũtatẽ dicit vnitionẽ factã eẽ,ſicut Theodor⁹ hęretic⁹ ipſis verbis dicit,q̃ſi q̃d placuit deo verbo hõ,eo ꝙ bñ viſum ẽ ei de ipſo,ſed nõ ſcd̃m ſubſiſtẽtiã dei verbi ad carnẽ animatã aĩa rõnabili & intellectuali vnitionẽ cõfitet̃,& ideo vnã eius ſubſiſtentiã cõpoſitã eſſe,talis anathema ſit.

Si qs per relationẽ, aut abuſiue dei genitricem dicit ſanctã glorioſam ſemper virginẽ Mariã,aut hoĩs genitricẽ, aut Chr̃m tanq̃ Chr̃o deo nõ exiſtente,ſed nõ propriæ & vere dei genitricem ipſam confitetur,eo ꝙ ipſe,qui ante ſecula ex patre natus eſt deus verbũ in vltimis ex ip̃a incarnatus & natus eſt, talis anathema ſit.

Si qs non confitetur dñm noſtrum Ieſum Chr̃m,q carne crucifixus eſt,deum eſſe veꝝ & dñm gloriæ, & vnum de ſancta trinitate,talis anathema ſit.

Si qs in duabus naturis dicẽs nõ tanq̃ in deitate & humanitate vnum dñm noſtrũ Ieſum Chr̃m,deum verbum incarnatum confitetur, nec ad ſignificãdam differẽtiã naturarum,ex qbus compoſitus eſt, ſed pro diuiſione per partem talem excipit vocem in myſterio Chr̃i quaſi ſeparatim vnaquæq; natura ſuam habente ſubſiſtentiam ſicut Theodorus & Neſtorius blaſphemauerunt, talis anathema ſit.

Si qs in vno dño Ieſu Chr̃o,hoc eſt, deo verbo incarnato, numeꝝ confitẽs naturaꝝ nõ intellectu differẽtiã eaꝝ,ex qbus & cõpoſitus eſt, excipit, vtpote nõ interemptã propter vnitatem,ſed pro diuiſione per partem numero vtitur,talis anathema ſit.

Si quis dicẽs vnã naturã dei verbi incarnatã, nõ ſic hoc intelligit, q̃d ex diuina natura, & humana vnus Chr̃us effect⁹ eſt,cõſubſtãtialis patri ſcd̃m deitatẽ,& cõſubſtãtialis nobis idem

alias, vnionis

alias, omonymiam

D E F

A idem ipse secundũ humanitatẽ, sed q̃ deitatis & carnis Christi vna natura sine substantia effecta est, secundũ Apollinarij & Eutychetis perfidiam, talis anathema sit.

Aequaliter em̃ & eos, qui per partẽ incidũt, vel diuidũt, & eos, qui confundũt diuinæ dispensationis mysteriũ Christi, reijcit & condemnat vniuersalis dei ecclesia.

Si quis non anathematizat Arriũ, Eunomiũ, Macedoniũ, Apollinariũ, Nestoriũ, & Eutychen, & eos, qui similia eis sapuerũt, vel sapiunt, talis anathema sit.

Si quis defendit Theodorũ Mopsuestenũ, qui dixit aliũ esse deũ verbũ, & aliũ Christũ a passionibus animæ & desiderijs carnis molestias patientẽ, & ex profectu operũ melioratum, & baptizatũ in nomine patris, & filij, & spũs sancti, & per baptisma grãm sancti spiritus accepisse, & affiliationẽ meruisse, & ad similitudinẽ imperialis imaginis in personã dei verbi adorari, & post resurrectionẽ immutabilẽ cogitationibus, & impeccabilẽ omnino factũ fuisse, & iterũ dixit talem factã esse vnitionẽ dei verbi ad Christũ, qualẽ dixit Apl'us de viro & muliere, erunt duo in carne vna, & super alias suas innumerabiles blasphemias ausus est dicere, quod post resurrectionẽ, cũ insufflasset dñs discipulis suis, & dixisset: Accipite spm̃ sanctũ, nõ dedit eis spm̃ sanctũ, sed figuratim tantũmodo insufflauit, sed etiã cõfessionẽ, quã fecit Thomas cũ palpasset manus & latus dñi post resurrectionẽ, dicens, dñs meus, & deus meus, inquit non esse dictũ a Thoma de Christo. Nec em̃ dixit Theodorus deũ esse Christũ, sed ad miraculũ resurrectionis stupefactũ Thomã glorificasse deum, qui Christũ resuscitauit, & quod peius est etiã in interpretatione, quã in actus apostolorũ scripsit Theodorus, similẽ fecit Christũ Platoni, & Manichæo, & Epicuro, & Marcioni dicẽs, quod sicut illorũ vnusquisq; ex dogmate, quod inuenit, suos discipulos fecit vocari Platonicos, & Manichæos, & Epicureos, & Marcionistas, simili modo, & cũ Chr̃s dogma inuenisset, ex ipso Christianos vocari. Si quis igitur defendit eundem Theodorũ, qui talia blasphemauit, & non anathematizat eum, & eius conscripta, & eos, qui similia illi sapuerunt, vel sapiunt, talis anathema sit.

Ephe. 5. g
Iohan. 20. e
Ibidem. g

B

Si quis defendit conscripta Theodoreti, quæ exposuit pro Nestorio hæretico aduersus rectã fidẽ, & Ephesinã primã sanctã synodũ, & sanctũ Cyrillũ, & duodecim eius capitula, in quibus sceleratis conscriptis idẽ Theodoretus affectualem dicit vnitatem dei verbi ad hominẽ quendã, de quo blasphemãs dixit, quod palpauit Thomas eũ, qui resurrexit, & adorauit eum, qui resuscitauit, & propter hoc impios vocat doctores ecclesiæ, qui vnitatẽ secundũ subsistẽtiam dei verbi ad carnẽ confitentur, & super hæc dei genitricẽ abnegat sanctã & gloriosam semper virginẽ Mariam. Si quis igitur memorata cõscripta Theodoreti defendit, & non anathematizat ea, talis anathema sit.

C Propter tales eius blasphemias ab episcopatu deiectus est, & postea in sancto Chalcedonensi concilio compulsus est omnia contraria memoratis suis conscriptis facere, & rectam fidem confiteri.

Si quis defendit impiam epistolã, quã ad Marim Persam hæreticũ Ibas scripsisse dicit, quæ abnegat deum verbũ hominẽ factũ esse, & dicit non deũ verbũ ex virgine incarnatũ esse, sed purũ hominẽ ex ipsa esse natũ, quem templũ vocat, vt alius sit deus verbũ, & alius homo. Et super hæc iniuriat Ephesinã primã synodũ, quasi sine inquisitione & examinatione ab ipsa Nestorio condemnato, & sanctũ Cyrillum vocat hæreticum, & duodecim eius capitula impia dicit. Nestorium aũt & Theodorũ cum impijs eorũ conscriptis collaudat, & defendit. Si quis igitur (sicut dictũ est) eandẽ ipsam epistolã vindicat, vel rectã esse dicit ipsam vel partẽ ipsius, sed non anathematizat eam, anathema sit.

Tali ergo impia epistola iuste anathematizata propter insertas ei blasphemias, Theodori & Nestorij impiorũ sequaces conantur dicere susceptã esse eam a sancto Chalcedonensi concilio, hoc aũt dicunt, sanctã quidẽ Chalcedonẽsem synodũ calumniantes, nomine aũt eius festinãtes debita cõdemnatione liberare Theodorũ, & Nestoriũ, & impiã epistolã, pro qua Ibas sæpius accusatus, non est ausus eã suã dicere propter insertas ei blasphemias, & hæc demonstremus ex his, q̃ diuersæ de ista causa mota sunt. In his aũt, q̃ apud Phociũ, & Eustachiũ Tyri acta sunt, cũ accusaretur prædictus Ibas de iniurijs sancti Cyrilli, manifeste confessus est, post vnitatẽ Orientalium, quæ ad sanctæ memoriæ Cyrillũ facta est, nihil iniuriosum de eo dixisse. Epistola aũt plena prædictis blasphemijs, pro quibus accusabatur Ibas, multas contra sanctũ Cyrillũ iniurias continẽs, facta esse ostenditur, post vnitatẽ ad Orientales factã, ex quo demonstratur Ibas eam abnegasse. Vnde prædicti Phocius, & Eustachius satisfacientes accusatoribus, inscriptis definierunt, p̃dictũ Ibam

omnia contraria epistolæ peragere, sicut iudiciũ ab eis datũ significat. Sed cũ Ibas non adimplesset ea, quæ illi iudicauerũt, eiectus est ab episcopatu propter blasphemias prædictæ epistolæ, & Nonnus pro illo ordinatus est, qui & consedit sancto Chalcedonensi concilio. De eisdẽ igitur etiam in Chalcedone accusatus memoratus Ibas, post lectionem impiæ epistolæ non est ausus eam suam esse confiteri, sed statim ipsis verbis intulit alienũ se esse eorũ, quæ ei inferebantur. Vnde sancta synodus, cũ ei non sufficeret abnegatio Ibæ, q̃ facta est de epistola, compulit eũ contraria ei peragere, id est, reprobatã in ea rectã fidem confiteri, & Ephesinã primã sanctã synodũ suscipere, & sanctũ Cyrillũ patrem, & doctorem asscribere, quę in eadẽ impia epistola iniuriantur, & Nestoriũ, & impiũ eius dogma anathematizare, q̃ impia epistola defendit, & collaudat. Si igitur & ipse Ibas propter impiam epistolã sæpius accusatus, non est ausus eam suã dicere, sed etiam Chalcedonẽse sanctum concilium omnia ei contraria compulit eũ peragere, quomodo eadem sancta synodus memoratam epistolã susciperet, & condemnationi impietatis, quæ in ea continetur, sese subijceret, a qua Ibam liberare festinauit? Quoniã aũt omnes blasphemias epistolæ prætermittentes hæretici, hoc solũ ex ipsa proferunt, quod ad decipiendos simpliciores scriptor epistolæ dixit, hoc est, duas naturas, vnã virtutem, vnã personã (quod ipsum & nos demonstramus) in hoc suã commiscuit impietatem. Cuius eñ dicit duas naturas & vnam personã qui abnegat deum verbũ incarnatum de sancta gloriosa dei genitrice & semper virgine Maria natũ esse ex ipsa. Sed certum est, quod vnicuiq; naturæ suam personã attribuit, sicut Theodorus & Nestorius in suis libris blasphemantes exposuerunt, quos defendit scriptor epistolæ cum eorũ impietate. Illi eñ aperte dicentes duas naturas dei verbi & Christi, quem purum hominẽ vocant per affectualem coniunctionẽ, & per eandem dignitatem, & honorẽ, vnam personã apparere dicunt, sed & duarũ naturarũ vnam virtutem siue potentiam dicens scriptor epistolæ manifestus est, quod & in hoc memoratos hæreticos sequitur, Theodorum quidẽ dicentem in diuersis libris de incarnatione impie expositis, Nestorium aũt in multis quidem scriptis, & maxime in epistola scripta ad Alexandrum Hierapolitanũ hæreticum, quod duarũ naturarũ vna est authoritas, & vna virtus, siue potentia, & vna persona per dignitatem eundemq; honorem, ex quo ostenditur, qui scripsit epistolam, secũdum illorum perfidiam pro personis vsus vocabulo naturarum. Vna eñ authoritas, & vna virtus, siue potentia, & vna dignitas, & idem honor non in diuersis naturis, sed in diuersis personis eiusdem substantiæ dicitur, quod in sancta trinitate confitemur. Vnde & sancti patres anathematizauerunt eos, qui per authoritatem, aut virtutem, siue potẽtiam, aut dignitatem, aut æqualitatem honoris dicunt deum verbũ vnitũ esse Christo, quem purum hominẽ vocant Theodori & Nestorij sequaces, sed nõ secũdum subsistẽtiam dei verbi ad carnem animatã anima rationali, & intellectuali, vnitatem factam esse confitẽtur. Et hæc quidem sufficiebant ad conuincẽdam impietatem eorum, qui sceleratam epistolam vindicant, tamen & in fine scriptor eiusdem epistolæ ostendit suam perfidiam, dicẽdo, quod oportet credere in templum, & in eum, qui habitat in templo, per quæ aperte duas introducit personas. Sed istam impietatem a Theodoro, & Nestorio scriptor epistolæ edoctus est. Catholica autẽ ecclesia talem condemnans perfidiã, non in templum, & in eum qui habitat in templo, sed in vnum dominum nostrum Iesum Christum, dei verbum, incarnatũ & hominem factum confitetur, & credere tradit. Nihil autem mirandum est, si vocabulo naturarum vsus est scriptor illius impiæ epistolæ. Solẽt eñ hæretici, vt simpliciores deciperent, vocibus quidem vti, quæ ab orthodoxis pie dicũtur, rectum autẽ earum intellectum & expositionẽ ad suam impietatẽ transferre. Quoniã autẽ eędem voces, quãdo bene exponũtur & intelliguntur, cũ pietate sunt, quãdo aũt male ab hæreticis intelligũtur & proferũtur, impietatẽ habent. Itaq; Nestoriũ duas quidẽ naturas & vnã personã dicentem, non confitẽtem autem earũ vnitatem secũdum subsistentiam, Ephesina prima synodus, cuius authores erant Cœlestinus & Cyrillus sanctæ memoriæ, nõ suscepit, sed condemnauit. Nos aũt sanctorũ patrũ doctrinã per omnia sequentes, & vnitatem duarum naturarũ, ex quibus dñs noster Iesus Christus vnus sanctæ trinitatis, deus verbũ, incarnatus compositus est, & quod earũ differẽtia non interempta est propter vnitatem, in superioribus apertius demonstrauimus, & sufficiebant quidẽ, quæ præximus, satisfacere eis, qui nolũt contendere. Sed quoniã illi, qui semel ad impietatẽ declinauerũt, & alia proponere conantur, necessario nos & tales eorũ occasiones vanas ostendemus. Dicunt eñ non oportere vituperare impiã epistolã, eo q̃ in aliquãtis fertur codicibus.

A bus. Sed si hoc aliquis secũdũ eorum demẽtiam suscipiat, oportet & Nestoriũ & Eutychen suscipi, quoniã plurima & de his in gestis continẽtur, quæ apud synodũ acta sunt. Sed nemo sapiens dictis eorum animũ intendet. Quæ eñ de hæreticis proferuntur in synodis, & pars gestorum fiunt, non ad liberationẽ inseruntur, sed ad maiorẽ condemnationẽ eorum, & qui eis similia sapiunt. Oportet aũt etiam illud attendere eos, qui veritatem perscrutantur, quod forsitan in concilijs quædã a certis ibi conuenientibus dicũtur aut per fauorẽ, aut per contrarietatẽ, aut per ignorãtiam. Nemo aũt attendit ea, quæ per partẽ a quibusdã dicũtur, sed sola illa, quæ ab oĩbus cõmuni cõsensu definiunt. Si eñ aliquis secundũ illos voluerit attendere eiusmodi cõtrarietates, vnaquæque synodus inueniet semetipsam destruens. Propter hæc igitur oportebat eos, si sanctũ conciliũ recte susciperent, non tales blasphemias ei applicare, sed sequi doctores catholicæ ecclesiæ, & maxime sanctum Athanasium, qui fuit Alexandriæ epũs, & plurimos & magnos labores suscepit pro recta Christianorum fide aduersus omnẽ hæresim, & maxime contra impijssimos Arrianos. Ipsis eñ Arrianis ad decipiendos populos suo errori coniungẽtibus Dionysiũ, qui ante multos annos Athanasii fuit Alexandriæ epũs, & dicentibus, quod & ipse Dionysius similia eis sapuit, Athanasius magnus eccl'iæ doctor multis modis ostẽdit in scriptis, rectã fidem Dionysium ab initio prædicasse, nulloque modo participẽ Arrianæ impietatis fuisse. Isti aũt hæretica sapientes, suam impietatem eidem synodo applicare festinant. Qualis autẽ est condemnatio, & qualis imminet maledictio eis, qui in patres peccãt, docet nos & diuina scriptura. Si enim Cham filius Noe cum vidisset nudũ suum patrẽ, quoniã non cooperuit patris corporalẽ nuditatẽ, sed egressus nuntiauit eam fratribus, & illi vestimẽto eam cooperuerunt, ipse quidem Cham, & illi, qui ex ipso nati sunt, sub maledictione facti sunt, qui autẽ cooperuerũt, magnam benedictionem meruerũt, multo magis isti maiore & ampliore condemnatione digni sunt, qui ad synodum minime pertinentem infamiam, festinãt per impietatem epistolæ & Theodori eidẽ sanctæ synodo applicare. Sed non ideo impia epistola, vel defendentes eam condemnationem suæ impietatis effugient, sed neque Theodorus, qui paganos & Iudæos, & omnes hæreticos impietate superat. Impio eñ Theodoro non suffecit, super alias eius blasphemias ad suum errorem male interpretari symbolũ trecentorum decẽ & octo sanctorum patrum, sed etiam, contempto eo, aliud symbolum exposuit omni impietate plenum, in quo anathematizare ausus est eos, qui aliter sapiunt, vel tradunt, vt quantum ad illius insaniam pertinet, omnes sancti apostoli & patres condẽnarẽtur. Hoc aũt Theodori impium symbolũ & in Ephesina prima synodo prolatũ, & in Chalcedonensi recitatum, ab vtraque synodo cũ eius expositore, & eis, qui illud suscipiunt, condemnatũ est. Quoniam autẽ quidã, verba pro Theodoro facientes, cũ proferuntur impia eius cõscripta, propter insertam eis blasphemiam confingunt quidem dicere, quod impia sunt, ipsum autẽ, qui talem impietatem euomuit, recusant anathematizare, mirantur eorum demẽtiam, quod diuinæ scripturæ contraria agunt euidenter dicẽti, quia æqualiter horribilia sunt apud deũ impius & impietas eius. Actio eñ cum actore punietur. Si aũt similiter impietati horribilis est deo, ille qui impie agit, certe separatus est talis a deo, & anathemati iuste subijcit. Anathema eñ nihil aliud significat, nisi a deo separationẽ, sicut in veteri & nouo testamento iudicium de anathemate significat. Quod aũt & dominus eos, qui nõ permanent in verbo veritatis ipsius, separatos esse ab ecclesia dicit, in euangelio secundũ Iohannẽ, Iudæos alloquens sic ait: Omnis, qui facit peccatũ, seruus est peccati. Seruus aũt non manet in domo in æternũ, filius autẽ permanet in æternum. Quod autẽ, quã dominus nominat domũ, diuina scriptura ecclesiam dei viui vocat, Apostolus testatur in epistola prima ad Timotheum. Si vero quidam dicũt, non oportere Theodorum post mortem anathematizari, sciãt, qui talem hæreticum defendunt, quod omnis hæreticus, vsque ad finem vitæ in suo errore permanens, iuste perpetuo anathemati & post mortem subijcitur, & hoc in multis hæreticis, & antiquioribus, & propioribus factum est, id est, Valentino, Basilide, Marcione, Cherinto, Manichæo, Eunomio, & Bonoso. Hoc aũt idem & in Theodoro factũ est, & in vita accusato, & post mortẽ anathematizato a sanctis patribus, quibus si credere noluerint, vt hæretici eius defensores, vel impiæ epistolæ, quã ipsi defendũt, credãt. Quæ licet Theodorum collaudet, manifeste tamẽ dicit, quod in ecclesia a sanctis patribus anathematizatus est, & ex illo plurima inquisitio facta est de eius conscriptis, vtpote plenis impietate. Hoc aũt tunc faciebãt catholicæ ecclesiæ doctores, ne simpliciores legẽtes illius impia conscripta a recta fide declinarẽt. Quod aũt impij licet non in vita in suã personã anathema suscepisse

Athanasius Alexãdrinus

Gene. 9. c. d

Sapiæ. 14. a

Iohan. 8. d

1. Timot. 3. d

ma susceperint, tamen & post mortē anathematizantur a catholica ecclesia, ostēditur a sanctis synodis. Nicena em̄ synodus eos, qui impij Arrij sectā colūt, sine noīe anathematizauit. Quæ aūt in Constātinopoli congregata est, impiam Macedonij hæresim similiter cōdemnauit, sed tamē dei sancta ecclesia & post mortē Arriū & Macedonium nominatim anathematizat. Cū aūt ex multis probationibus cōuincunt, q̄d superuacue & impie agūt, qui Theodoꝝ & impietatē eius defendunt, ad aliam vanā occasionē confugiunt dicētes, non oportere eū anathematizari, eo ꝙ in cōmunicatione ecclesiaꝝ mortuus est. Oportebat autē scire eos, quod illi moriuntur in communicatione ecclesiaꝝ, qui commune pietatis dogma, quod in vniuersali ecclesia prædicatur, vsq; ad finē seruauerūt. Iste autem vsq; ad mortē in sua permanens impietate, ab omni ecclesia eiectus est. Itaq; & omnis plenitudo Mopsuestenæ ecclesiæ, in qua epūs dicitur fuisse, cū inuenisset, quod Paganis, & Iudæis, & Sodomitanis a sanctis patribus cōnumeratus est, deleuerunt ipsi ex illo a sacris ecclesię dyptichis eius nomen, sicut gesta in eadem ciuitate apud concilium episcopoꝝ illius prouinciæ confecta ostendūt. Miramur igitur Theodori sequaces, qui eum, & impietatem eius tanquā suam defendunt, cum ecclesia, in qua fuit episcopus, vtpote hæreticum ex multis temporibus eum eiecit. Quod aūt ad condemnationē suā talē occasionē proponunt defensores Theodori, scire licet & ex ipso aduersus Iudā facto tremendo iudicio. Ille em̄ cū putasset latere eū, q occulta hominū cognoscit, sacramētis cōmunicauit *cū apostolis, sed tamē nihil ei profuit, quod cū dolo cōmunicauit. Sed licet post mortē eius duodecim nominati sint discipuli, sicut Iohannes euangelista dicit, Thomas autem, qui didymus dicebatur, vnus ex duodecim non erat cum ipsis, quando venerat Iesus, tamen hoc non liberat Iudam a condemnatione, aut connumerari facit apostolis. Vnde post ascensionem dn̄i apostoli per suam sentētiam eundem Iudam etiā post mortem condemnauerūt, & alium pro illo introduxerunt. Quod autem vanā occasionem proponunt dicentes, non oportere hæreticos mortuos anathematizari, & ex ipsis domini verbis ostendemus. Impios em̄, & adhuc viuos mortuos nominat dicens, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos, sicut iustos & iam defunctos viuos nominat. Dicit enim de Abraham, & Isaac, & Iacob, quod deus non est mortuorum, sed viuorum. Si ergo secūdum verba illorū nō oportet hæreticos mortuos anathematizari, nec viui hæretici anathematizabuntur, quos dominus mortuos vocat, quia separati sunt ab ipso, qui dixit, ego sum vita, & secūdum eos iam nec viui nec mortui hæretici anathematizabuntur, & sine causa secūdum illos apostolica doctrina tradit anathematizari eos, qui tradunt præter quod accepimus, sine causa sanctæ synodi hæreticos condemnauerunt, sine causa & alij sancti patres, & doctores ecclesiæ hæreticos anathematizauerunt. Inculpent autem & Hieremiam prophetam dicentē, Execrandus, qui opera domini facit negligenter, & Dauid prophetam dicētem, Execrandi, qui declinant a mandatis tuis, & vt compēdiose dicamus, omnem diuinā scripturam in diuersis locis tales condemnationes impijs inferentem. Sin autē illi, qui negligenter opera dei faciunt, & peccant in mandatis eius talibus cōdemnationibus subijciuntur, quāto magis impius Theodorus, qui talia aduersus ipsum magnū deum, & saluatorem nostrum Iesum Christū blasphemauit, iuste condemnatus est, & anathematizatus. Et hæc quidem sufficiebant super memoratas, & alijs nostris libris insertas probationes, quas protulimus ostēdentes, quod oportet etiam post mortem hæreticos cōdemnari, confundere eos, qui Theodoꝝ defendūt, & compescere a tali impietate. Quoniā aūt contētiose in ijsdē permanent, etiā quod est amplius, dicemus, quia quidē ex ipsis, qui in Nicena sancta synodo cōuenerūt, & expositæ ab ea fidei definitioni vel symbolo subscripserūt, qm̄ postea contraria sapientes apparuerūt, alij quidē viui, alij aūt post mortem anathematizati sunt a Damaso sanctæ memoriæ papa antiquioris Romæ, & ab vniuersali Sardicensi synodo, prout testatur sanctus Athanasius. Sed & Chalcedonensis sancta synodus Domnum Antiochiæ factū episcopum post mortem condemnauit, quod ausus est scribere, oportere solū taceri duodecim capitula sancti Cyrilli. Quoniam autem Theodori defensores hæretici omni propositione & conatu * excidentes præsumunt dicere ad deceptionem ignorantium, quod sanctę memoriæ Cyrillus in aliqua parte epistolæ illum collaudauit, ex multis ostenditur, quod non conuenit eorum conamen dictis a sancto Cyrillo in diuersis eius libris contra impium Theodorum, in quibus magis impium omnibus alijs hæreticis eum ostendens, deinde non sustinens plurimas & maximas eius blasphemias contra magnum deum & saluatorem nostrum Iesum Christum dictas, exclamauit ita dicens: Expa-

Marginalia: D — * alias, apostolis — Iohan.20.f — E — Matth.8.c — Matth.12.c — De morte hereticoꝝ legit in dec. ca.24 q.2. Sane profertur. — Iohan.14.a — Hiere.48.b — Psalm.118 — F — Athanasius Alexand. — Chalcedonē. synodus. — * alias, excedentes

A Expauit cœlum super hoc, & horruit amplius vehementer dicit dominus: O intolerabilem malignitatem, o linguam loquentē iniquitatē cōtra deum, & mentē in altitudinē cornu extollentē. Et iterū: Impone homo tuæ linguæ ostium & seram, cessa cornu in altitudinem extollens, & loquens iniquitatem aduersus deum. Quousq; insultas patiēti Christo? In mente habe scriptum a diuino Paulo. Sic autem peccantes in fratres, & percutientes eorum infirmam conscientiam in Christum peccatis? Et vt aliquid etiam ex propheticis loquar codicibus, iustificata est Sodoma ex te, superasti paganorum verbositates, quas cōtra Christum fecerunt, stultitiam existimantes crucem, nihil esse ostendisti Iudaicæ superbiæ crimina. His igitur ad condemnationem Theodori, sic a sancto Cyrillo dictis, licet aliqs concedat, secundum illorū verba sanctum Cyrillum aliquid pro Theodoro dixisse, neque hoc liberat illum a condemnatione. Inuenimus enim, quod multi sanctorum patrum quosdam hæreticos collaudauerunt, sicut & sancti Damasus, & Athanasius, & Basilius Apollinarium, & sanctus Leo Eutychen, & tamen, cognita eorum impietate, non propter hoc euaserunt hæretici condemnationem, & anathema, quod postea contra eorum personam & impietatem factum est. Tantus autem est furor defendētium Theodorum, quia præsumunt aduersus Gregorium theologum, & Iohannem Constan

B tinopolitanum mentiri, dicentes epistolas ad eundem Theodorum plenas laudis eos direxisse, quod falsum est. Gregorius enim, cum in Constantinopoli pro veritate laborans, conuersis per eum ab Arriana insania ad catholicam fidem populis, ad suam patriam reuersus, epistolas, quas hæretici dolose proferunt, non ad Theodorum Mopsuestenum scripsit, sed ad Theodorum episcopum Tyanon, quæ est secundæ Cappadociæ metropolis. Eiusdem autem prouinciæ sunt & Nanzianzus ciuitas, cuius fuerat episcopus sanctæ memoriæ Gregorius, & Arrianzus prædium, vnde ortus fuerat. Hoc enim & ipse epistolæ aperte significant, memoriam facientes consuetudinem, & collectionem, & eiusdem prædij Arrianzi, & aliorum prædiorum eiusdem prouinciæ, & mensis lingua Cappadocum nominati, & Bosporij episcopi sub eodem Theodoro constituti, qui tunc tēporis Coloniæ ciuitatis eiusdem prouiuciæ episcopus erat, & aliorum episcoporum, & chorepiscoporum, & monasteriorū, quæ sub Theodori iurisdictione erant, quorum vsq; nunc eadem nomina seruantur. Qualis enim esset communio Cappadocibus ad secundā Ciliciam, vel tūc, vel modo diuisa earum prouinciarum gubernatiōe? Et quos episcopos sub se habere poterat Mopsuestenus episcopus, cum ipe sub metropolitano secundæ Ciliciæ constitutus esset? Iohānes autem Constātinopolitanus scripsit quidem epistolam ad Theodorum Mopsuestenum, nō tamen laudibus, sed querimonijs, & increpatiōibus ple

C nam, vtpote illo a bona cōuersatiōe lapso. Qm̄ em̄ cū eo monachicā vitā in vno eodemq; monasterio exercuit, conuersatiōis ibi factæ eum admonuit, & pro his testimonium præbent Zozomenus, & Hesichius, & Socrates, & Theodoretus, qui multas pro Theodoro laudes fecit. Si autem testimonia proferūt Iohānis Antiocheni, & Oriētalis cōcilij sub eo cōstituti, facta pro Theodoro, & eius impietate, necesse est eos & illa suscipere, quæ (quātum ad illos pertinet) ad cōdemnationem sancti Cyrilli, & reprobationem rectæ fidei fecerunt Iohannes, & qui cum illo erant, necnon etiam quæ scripserunt, Nestorium, & eius perfidiam diutius defendentes. Et hoc ostenditur ex diuersis eorum libris, & epistolis, quas ad Theodosium piæ recordationis, & ad alios diuersos scripserunt. Et vt hæc quidem, sicut nihil subtilitatis habentia, prætermittamus, necessarium putauimus memorare etiam illa, quæ ab Augustino sanctæ memoriæ Aphricano episcopo scripta sunt. Quęstione enim aliqua post mortem Ceciliani de eo mota, quod ab ecclesiastica traditione declinasse dicebatur, & propter hoc quibusdam a catholica ecclesia separatis, scribit ad Bonifacium idē Augustinus sanctus, quod nō oportebat, aliquos ideo separare sese a catholica ecclesia. Si enim vera essent ea, quæ Ceciliano inferebantur, & manifestatus esset contrarium aliqd ecclesiastico statui sapuisse, etiam post mortem eum anathemati subijcerem. Sed & regula sanctæ synodi Aphricanæ statuit, epos, q suas facultates in testamēto, vel ex intestato hæretico relinquunt, oportere & post mortem anathematizari. Super hæc autem oīa, qs ignorat, ea, quæ nostris temporibus in ecclesia antiquioris Romæ cōtra Dioscorū acta sunt? Qui cū nihil in fidem peccasset, tamen propter solum ecclesiasticū ordinem post mortem ab eadem sancta ecclesia Romana anathematizatus est. Si igitur nihil in fidē peccantes epi propter solum ecclesiasticū ordinē, & propter causam pecuniariā anathemati, & post mortē subijciuntur, quāto magis Theodorus, q in ipm̄ deū peccauit?

Quantum aũt ad insipientiã dicentiũ, non oportere anathematizari post mortẽ eos,q in sua impietate mortui sunt,oportebat,nec eos,q iniuste cõdemnati sunt patres,post mortẽ reuocari, quale cõtigit in Iohãne sanctæ recordatiõis epõ Cõstãtinopolitanæ ciuitatis, ab vniuersali ecclesia post mortẽ reuocato, & in Flauiano sanctæ memoriæ, & ipso epõ Cõstãtinopolitanæ ciuitatis, iniuste qdẽ in vita cõdẽnato, iuste aũt post mortẽ reuocato tam a sanctæ memoriæ papa Leone,quã a sancta Chalcedonẽsi synodo. Ex hoc aũt contingit scdm illoꝝ verba, hæreticos qdẽ sanctis pr̃ibus cõnumerari, vtpote liberatos debita eis cõdemnatiõe,sanctos aũt pr̃es iniuste condẽnatos,hæreticis cõiungi, vtpote nõ soluta cõtra eos facta iniqua dãnatiõe. Omnibus aũt magis credẽdus est doctor dñs deus noster Iesus Chr̃us,de se dicẽs: Sic em̃ dilexit deus mundum,vt filiũ suũ vnigenitũ daret,vt oĩs,q credit in eum,nõ pereat,sed habeat vitã æternã. Non em̃ misit deus filium suum,vt iudicet mundũ,sed vt saluet mũdus per ipm̃. Qui credit in eum,nõ iudicat,q aũt non credit,iam iudicatus est,qa nõ credit in noĩe vnigeniti filij dei. Et spũs aũt sanctus p prophetam Dauid dicit,impios nõ resurrecturos in iudicio. Tali igitur dñi sententia prolata aduersus oẽm impium,& nihil discernẽte inter viuos & mortuos hæreticos, qũo audet resistere tali sentẽtiæ,& eos,q semel impie egerunt,&propter hoc iam a dño condẽnati sunt, dicere,non oportere post mortẽ condẽnari? Et diuinus autẽ ap̃lus,q Chr̃m in semetipso habet loquẽtem,nõ solum aduersus hoĩes,sed etiã aduersus angelos talem protulit sentẽtiam,dicens in ep̃la ad Galatas. Sed licet nos,aut angelus de cœlo euangelizauerit,præter quã quod euangelizauimus vobis, anathema sit. Et qs ita impius est,vt p̃sumat dicere, ꝙ Theodori impia scripta,vel pars eoꝝ tradita est aliqñ sanctæ ecclesiæ dei,& nõ statim, q ausus est aliqd tale loqui,anathemati subiectus est a sanctis pr̃ibus? Si qs igit̃ post eiusmodi rectã cõfessionẽ,& hæreticoꝝ cõdemnationẽ, saluo manente pio intellectu,de noĩbus, vel syllabis,vel dictiõibus cõtendẽs,separat se a sancta dei ecclesia,tanq̃ non in rebus,sed in noĩbus solis,& dictionibus posita nobis pietate,talis, vtpote dissensionibus gaudens,rationem pro semetipso,&pro deceptis,& decipiendis ab eo,reddet magno deo & saluatori nostro Iesu Christo in die iudicij.

Iohan.3.b

Psalm.1

Galat.1.b

D

E

¶EPISTOLA PONTIANI EPISCOPI AD IVstinianum Imperatorem de tribus capitulis.

CLementissimo atq; pijssimo filio Iustiniano Imperatori Pontianus episcopus, in dño salutem. Principaliter nomẽ ab ipsis cunabulis iustitiæ suscepisti, & iustus dominus, qui ita præsciuit,vt nomen ante iustitiæ tribueret, cui Imperij postmodum gubernacula cõtulisset. Adunata est igit̃ gr̃a creatoris nõ solũ in noĩe, verũetiã & merito,cuius vita exaltata est imperando,& imperiũ iuste viuẽdo. Dignatus es nos in Aphricanis partibus cõmanentes literis admonere,qualem fidẽ teneas,& defendas. Cognouimus,quod dñs beato Petro statuit,dicẽs: Super hãc petrã ædificabo ecclesiã meã,& portæ inferi nõ p̃ualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cœloꝝ. Exultauit spũs noster,hoc firmiter te pijssime esse Imperator,quod ap̃lica fides prædicat,credẽtes, quod a rectæ credulitatis tramite non declines. Talem em̃ decet esse Imperatorem,pium,iustum, fidelem, qualẽ te nos esse cognouimus. In extremo itaq; ep̃læ vestræ cognouimus, quod nos nõ mediocriter remordet,debere nos Theodoꝝ,& scripta Theodoreti,& ep̃lam Ibæ dãnare. Eoꝝ dicta ad nos vsq; nunc minime p̃uenerũt. Quod si & p̃uenerint, & aliqua ibi apocripha,quæ cõtra fidei regulã dicta sint,legerimus,dicta possumus respicere, non authores dictoꝝ iam mortuos præcepti cõdemnatiõe damnare. Quod si adhuc viuerẽt, & correpti errorem suum non condemnarent, iustissime damnarẽtur. Nunc autem quibus recitabitur sententia damnationis nostræ? Quod in eis recorrigat̃,nõ est. Sed timeo,pijssime Imperator,ne sub obtentu damnationis istorum Eutychiana hæresis erigatur,& dum minima iudicia non spernimus,ad maiorem hæresim,collisionemq; veniamus. Et quid nobis cum mortuis inire bellum, vbi nulla inuenitur in congressione victoria? Apud iudicem verum iam tenentur,ad quẽ nullus appellat. Per ipsum,in quo nos honoratis,& diligitis,supplicamus clementiam tuam, vt pax permaneat temporibus tuis, ne dum quæris damnare iam mortuos,multos inobediẽtes interficias viuos, & exinde compellaris reddere rationem ei, qui venturus est iudicare viuos & mortuos.

Matth.16.c

F

¶FINIS.

AD LECTOREM.

¶ Finit Lector nobis in Christo charissime, tomus operis Conciliorum omnium pri-mus, in quo, quæ & qualia sunt adiecta vltra ea, quæ in Parrhisiano simul & Colonień. volumine ante aliquot annos per prælum prodierunt, in epistola, quæ in frontispitio hu-ius operis habetur, facile offendes. Sunt enim multa valde, comnnumeratis potissimum, ijs, quæ in secundo tomo, qui huic adiungit, ad totius Christianæ Reipublicæ vtilitatem, (nam in cæteris illa exemplaribus omnia desiderantur) non inconsulto inserta sunt. Com-pletus itaque hic tomus ad laudem dei ac domini nostri Iesu Christi, gloriosæq; sem-per virginis, eiusdem genitricis, sanctissimi quoq; nostri seruatoris signiferi Francisci, & omnium cœlestium incolarum, æditus siue impressus est in ciuitate olim Agrippineń. nunc autem Colonień. atque in ædibus Quente-lianis, Anno à natali Christiano, M. D. XXXVIII. IIII. Calendas Augusti.

LVTETIAE . S . IANVA .

ANNO 1566.

CONCILIORVM
GÑALIV · TOM · I ·